


THEOLOGIAE SINCERÆ Loci Communes

DE

DEO ET HOMINE

cum CONFESSIONE de TRINITATE,

Perpetuis TABVLIS *explicati &* SCHOLASTICORVM *dogmatis illustrati*

PER

STEPHANVM SZEGEDINVM

PANNONIVM.

Præmissa est historica commonefactio, de ECCLESIAE PALINGENESIA sæpiùs repetita.

EDITIO TERTIA.

Cum INDICIBVS *Rerum & Verborum, Locorum Sacræ Scripturæ explicatorum, locupletissimis: &* VITA *Auctoris.*

Basileæ

Per CONRAD. VVALDKIRCHIVM,

suis & Episcopianorum sumptibus.

cIↃ IↃ XCIII.

Joh. Conrad Cayßerus D.



MATTHAEI SCARICAEI KEVINI
AD LECTOREM ΠΟΙΗΤΑΣΙΧΟΝ.

Si cupis expressos STEPHANI *cognoscere vultus:*
Os oculosq́, suos sic SZEGEDINVS *habet.*
Hinc reputa, sancti Lector non ficte laboris,
Quot fuerint humili corpore mentis opes.
Vt, quamuis faciem manus hanc operosa notârit,
Cætera depingi Zeusis & ipse neget.
Qualis enim doctum penetrale figuret Apelles,
Per sua quod solus scripta diserta docet?
Hæc idcircò fauens vbi conspicis ora, precare
Ne pereant tanti tot monumenta viri.

Anno cIↃ IↃ LXVIII.

Illustriss. & Generosiss. Principi

FRIDERICO LVDOVICI

ELECTORIS, COMITIS PALATINI AD RHENVM

S. ROM. IMP. ARCHIDAPIFERI
BAVARIAE DVCIS,
FILIO HAEREDI

Bene rem per Christum gerere.

REDEVNT ad T. C. Princeps Illustrissime, non sine præclaro Auctario, de veritate S. TRINITATIS, STEPHANI SZEGEDINI Loci Communes Theologici, ab hinc triēnium primùm, & paulò pòst secundò editi, vnà cum laudatissimi tui nominis honore. *Victurus geniũ debet habere liber:* vt ille exotericus ait. Huius verò Operis is genius est, vt diuenditis omnibus (quod rarò euenire solet) exemplaribus, Ecclesiæ causa illud recudendum esset Typographo. Faxit æternus ille & vnigenitus Dei Patris Filius Dominus noster IESVS Christus, vt hæc tertia editio seruiat gloriæ Dei & Sanctorum religiosis vsibus.

Cæterùm, ne hoc tempore, corpore quidem absens, spiritu autem præsens, ἀσύμβολος sim, doryphorematisq; ritu agam, dum manu viri nobilis, D. OTHONIS A GRVNRAD, & Tuæ Celsitudini, & Illustrissimo, Potentissimoq; ac Dei amantissimo Ecclesiæ Nutritio, Domino IOHANNI CASIMIRO, Comiti Palatino, Electoralis Palatinatus Administratori, idem Opus, sed quodammodo renatum, & egregiè auctum ornatumq;, ea qua par est cum fide & obseruantia offero: visum mihi est τὸ ἐπιβάλλον μέρος addere, & cum T. C. tum alijs pijs, ea exponere, quæ DE SAEPE REPETITA A D. NOSTRO IESV CHRISTO ECCLESIAE MILITANTIS REFORMATIONE καὶ τῆ παλιγγενεσίᾳ, mihi Scripturas sanctas legenti & Ecclesię historiam animo memoriaq; repetenti, Dominus ad meam ipsius & aliorum consolationem, dignatus est retegere.

Initium autem, σὺν χριστῷ, faciam à Notatione vocabuli Παλιγγενεσία, Regeneratio: ac deinde, huc facientem Anagogen, & illustres Methodi Quæstiones subiungã, vnà cum historia de Reformationibus laudatissimarũ quarũdam Ecclesiarum.

ΠΑΛΙΓΓΕΝΕΣΙΑ: REGENERATIO *in noui Testamenti libris significat.*

1. *Spiritum Baptismi, Literæ oppositum, nouam videlicet creationem, qua fit vt deponamus veterem hominem, & induamus nouum, qui secundùm Deum conditus est ad iustitiam & sanctimoniam veram. Tit. 3. 5. Gal 5. 15. Eph. 4. 22. 23. 24.*

2. *Resuscitationem Carnis nostræ, quam speramus tempore restitutionis vniuersorum, nobis à Domino præstandam. Matth. 19. 28. Act. 3. 21.*

3. *In hac autem Disputatione significat, nouam Ecclesiæ, luce Dei illustratæ, & ab errorum superstitionumq; tenebris vindicatæ, faciem.*

Vt enim Corinthij, in Christo Iesu per Euãgelium à Paulo geniti, longè alij euaserũt quàm

antea fuissent, videlicet abluti, sanctificati. 1. Cor. 4. 15. & 6. 11. Sic etiam Ecclesia militans interdum diuinitùs reformata, illustratur: & amplificatur Domino addente eos qui salui fiunt. Act. 2. 41. 47.

Anagoge prior. Sicut se olim habuit reditus Iudæorum è Babylone, in vrbem sanctam Hierosolymam: ita se habet transitus noster à Mundo ad veram & Catholicam Ecclesiam.

Atqui Iudæis Babylon exilij locus erat, Hierosolyma verò patria erat. Ideò illis dictum fuit: Fugite è medio Babylonis, & eruite quisque animam vestram, ne perdamini propter iniquitatem eius. Ierem. 50. 6.

Ergo, & noster transitus à Mundo ad Ecclesiam, est à tristi exilio ad patriam transitus. Iuxta dicta:

Accessistis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viui, Hierusalem cælestem & myriadas Angelorum. Hebr. 12. 22.

Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & facta est domicilium dæmoniorum, &c. Exite ex ea, populi mi, ne participes sitis peccatorum eius, & ex plagis eius accipiatis. Apoc. 18. 2. 4.

Anagoge posterior. Quoniam verò, nequaquam in hac solùm vita speramus in Christum, ne videlicet omnium hominum miserrimi simus. 1. Cor. 15. 19. non tantũ de transitu à Mundi huius Babylone: sed etiam de militantis Ecclesiæ in cœlestem patriam migratione, nobis seriò est cogitandum: ac illud Hieronymi sæpè repetendum: Babylon, Hebraicè בבל interpretatur Confusio: eo quòd ibi ædificantiũ turrim sermo confusus sit. Spiritualiter Mundus iste intelligitur, qui in maligno positus est: & non modò linguas: sed etiam opera singulorum mentesq; confundit. lib. 6. Comment. in Isaiam cap. 13.

Sicut ergo se habuit Iudæorum illa profectio è Babylone in patriam Iudæam: ita se habet transitus noster à Mundo ad Ecclesiam, & cum hac ad Hierusalem illam sublimem, liberam, matrem omnium nostrũm. Gal 4. 26.

Atqui illorum migrationis finis & fuit, non modò secessio à prophanis Idololatris Chaldæis: sed etiam migratio in cælestem patriam.

Sic igitur statuamus, & nos per veritatem è mundo sanctificatos, cælestem patriam & quietem meditari, & vt eam ingrediamur summo studio agere, debere. Iuxta hæc dicta:

Quapropter exite è medio eorum, & separamini, dicit Dominus: & impurum ne attingite: tum ego excipiam vos. Isa. 52. 11. 2. Cor. 6. 17.

Exeamus igitur ad eum extra castra, opprobrium eius portantes. Non enim habemus hîc sitam ciuitatem, sed futuram inquirimus. Hebr. 13. 14. Descriptio autem prophetica sanctæ vrbis Hierusalem nouæ, habetur Apoc. 21. 10.

Ne quis verò in scirpo nodum quærat, dicimus Transitum nostrum à Mundo ad Ecclesiã, in lauacro regenerationis in Electis incoari: ac in nouissimo die complendum esse. Ideò enim vtrumq; Dei opus, regeneratio dicitur: vt suprà monuimus.

An sit. Plurimorum Seculorum sæpiùs contestato consensui & experientiæ vniuersali, quæ κεφάλαιον est, non est contradicendum.

Sed illa duo euidenter ostendunt, Ecclesiam militantem non semper in eodem fuisse statu. Etenim si hæc, quæ subiungimus, omnia diligenter consideres.

I. Doctrinam Religionis, quæ illius anima quodammodo est, illa verò, aliàs promulgata aliquandiu sonuit: aliàs obscurata fuit, sic vt sermo Iehouæ pretiosus, nec visio aperta esset: 1. Sam. 3. 1. aliàs repurgata & illustrata fuit.

II. Pietatis exercitia, ea interdum in vsu fuerunt: interdum impietate & superstitione inualescente, antiquata: nonnunquam restituta fuerunt.

III. Fidelium numerum, is certè interdum auctus, interdum imminutus fuit: pro vt placuit Domino, seu Ecclesiæ benedicere, seu in peccata hominum animaduertere.

IIII. Ecclesiæ veteris & noui Testamenti discrimen, oportuit tempore τῆς διορθώσεως, oraculum de Gentium plenitudine in Ecclesiam confluente, impleri: Plures sunt filij desolatæ, quàm sint filij maritatæ: dixit Iehouah. Isa. 54. 1.

V. Discrimen Temporis, tum ignorantiæ, Act. 17. 30. tum visitationis. Luc. 19. 44.

Fatendum itaq; est Ecclesiam militantem & sensisse, & sentire suas quasdam vices & conuersiones: ac ijsdem obnoxiam fore tantisper dum ex parte cognoscit, ex parte autem prophetat. Ac singularis sapientiæ est, in quæ tempora Ecclesiæ, & Religionis quisq; inciderit prouidè animaduertere, temporumq; signa ad vsum transferre.

Quum

PRÆFATIO.

Quum contrariarum rerum eadem sit disciplina, quid obstat quo minus id, quod Ecclesiæ τῇ παλιγγενεσίᾳ è diametro repugnat, cum Asapho Propheta definiamus. Quid sit.

Signa nostra non videmus, non est amplius Propheta: & non est nobiscum qui cognoscat vsquequò? Vsquequò conuitiabitur Aduersarius? num contumelia afficiet hostis nomen tuum perpetuò? Psal. 74. 9. 10.

Et Azarias Propheta de Israele loquens ad Asam Regem, Aethiopum victorem: Dies autem, ait, multi erunt Israeli, absque Deo vero, & absque Sacerdote, Doctore, & absque Lege. 2. Chronic. 15. 3.

Vt ergo numero dicamus, Ecclesiæ deformatio est, quando hora potestatis tenebrarum inualescente, nulla est visio, seu Prophetia, & dissipatur populus. Prouerb. 29. 18.

Econtrariò, Ecclesiæ παλιγγενεσία & reformatio est, quum tempore propitiæ Dei prouidentiæ, restituto ministerio verbi & doctrina sincera, colligitur Ecclesia, quæ rationalem cultum Deo præstans, sanctificatur ad vitam æternam: sic vt planè alia, nouaq; sit rerum diuinarum & Ecclesiæ instauratæ facies quàm antea fuerit.

Exemplum extat 1. Sam. 3. 21. Rursum apparuit Iehouah in Siloh: quoniam manifestauerat se Iehouah Samueli in Siloh in verbo Iehouæ.

Vt enim Ecclesiam deformando, Sathan summè malus, oues dissipat, furatur, macTat & perdit: Iohan. 10. 10.

Sic Ecclesiam reformando, Dominus summè bonus, oues colligit, donis suis locupletat, sanat & conseruat eas.

I. Αἴτιον κύριον *est Deus ipse, de quo dicitur: Miserebitur Iehouah Iacobi, & eliget adhuc Ierusalem: & requiescere faciet eos super humum suam, & copulabit se peregrinus eis. Isa. 14. 1.* Quæ Causæ.

II. Σωαίτιον *est Mediator ille Dei & Hominum, qui dixit: Quicquid dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eÿciam foràs. Iohan. 6. 37.*

III. Συνέργοι *sunt vtriusq; fœderis Ministri, de quibus ait noster Apostolus: Nomine Christi legatione fungimur, velut Deo precante per nos: oramus Christi nomine, reconciliamini Deo. 2. Cor. 5. 20. His autem adiungimus, & alios quosdam pios, Patresfamiliâs, Politicos Gubernatores, quorum opera Deo placuit vti ad reformandam Ecclesiam.*

IIII. Finis τόδε πρὸς τόδε, *est, vt repurgetur doctrina Ecclesiæ, cultus diuinus exterior, & vt interior reuocetur in vsum.*

V. Finis τόδε ἐν τῷδε, *inferior, sunt homines quos Deo placet addere Ecclesiæ vt salui fiant: superior est Christus Iesus, in quo, ceu capite, nos summatim oportet recolligi: Supremus, Deus ipse. 1. Cor. 11. 3. Volo aũt vos nosse Christum esse omnis viri caput: caput autẽ mulieris, virum: caput verò Christi, Deum: quem oportet omnia in omnibus esse. 1. Corinth. 15. 28.*

I. Materia in qua reformationis Ecclesiæ, *est illa pars generis humani, quæ complectitur præordinatos ad vitam æternam. Etenim hi soli credunt. Act. 13. 48.* Causæ Internæ.

Materia circa quam est Religio, quæ traditur, tum expresso verbo Legis & Euangelij: tum Symbolis & ritibus diuina auctoritate sancitis, quæ Sacramenta dici consueuerunt. His adiungi debent Pietas & Corporalis exercitatio, quibus testamur nos auscultare fidei.

II. Forma in eo lucet, *quòd abolito fermento doctrinarum & traditionum merè humanarum, Sapientiæ nostræ (quæ in Dei & Nostri recta agnitione est posita, & quam veritatem Religionem q; rectè nuncupamus) suum decus, sua natiua forma & gratia ita restituitur, vt ea seruiat tum instaurationi Ecclesiæ, tum gloriæ Dei eam instaurantis.*

Etsi autem nullum est Simile, quod quidem idem sit, quia tamen quidam vociferantur, Religionem reformatam sex.agenariam esse, parabolam hanc eis considerandam proponimus.

Vt nitidissimum, politissimum q; Speculum, si seu scelere seu incuria, in obscuro angulo, neglectum iaceat, puluere sordibus q; non respergatur solùm, sed etiam conspurcetur & obtegatur: suo autem tempore proferatur in lucem, & probè purgatum, pristino restituatur nitori: non à priori diuersum, sed numero vnum idem q; Speculum esse, censetur.

Sic vna eadem q; Religionis doctrina, & scelere hæreticorum, & inscitia incuria q; docentium, obscurata ignorantiæ tenebris, conspurcata humanorum commentorum illuuie: imò planè sepulta, & è conspectu submota: inæstimabili Dei beneficio, reuocata est in lucem, vindicata est ab omni diuersa doctrina: & lucis instar, candelabro imposita lucens, non noua est, sed prima, vna & vera Religio, quam semel patefactam, Deus etiam nostro tempore, quasi postliminij iure, reuocauit in Ecclesiam.

Demonstratio. *Religio vera, ac proinde vna & prima ea demum est, quæ omne Dei cõsilium complectitur, quæ est secundum Christum, quæ habet sua testimonia in libris Canonicis regulam fidei continentibus, & quam Deus asserere solet aduersus omnem aliam* ἐπροδιδασκαλίαν, *vt Ecclesiæ instaurationi ea conducat. Ioan. 16.13. Luc. 7.30. Act. 20.30. Col. 2.8.2. Tim. 3.16. Act. 28.22.*

Hæc autem omnia conueniunt ei vni Religioni, quam profitentur nostræ Ecclesiæ. Ac legentes libros Canonicos vtriusq; Fœderis, & veram Ecclesiæ historiam, facilè animaduertũt hanc Religionẽ diuinitùs vindicatam assertamq; fuisse aduersus Ethnicismum, Pseudo-Iudaismum, Pseudo-Christianismum & Mahometismum.

Quare certissimum est, nostram hanc Religionem esse veram, vnam & primam:

Et per Consequens, Certissimum est, Eam non esse nouam, sexagenariam: sed potiùs nouam esse eam, quæ ei aduersatur, & quæ nouitatem suam suo ipsius indicio prodit, quum non est contenta Testimonijs Prophetarum & Apostolorum ac Euangelistarum.

Enimuerò Religio noua est, non quæ à veræ Religionis ignaris falsò nouitatis insimulatur (vt accidit doctrinæ Iesu Christi, Marc. 1.27. Quæ doctrina noua hæc est? & Pauli, cui dixerunt Athenienses: Possumusne scire quæ sit ista noua quæ à te dicitur doctrina? Act. 17.19.) Sed quæ à prima & vnica illa vera Religione, quam secundum Christum esse Paulus verè ostendit, plane est diuersa & ἐπροσγενής.

Talis autem est Religio, quam nunc & Romanam vocant eiusdem assertores: vt paulò pòst ostendemus.

Etsi autem illius sectatores & Libros Biblicos, & Ritus quosdam Christianos retinent: tamen, & primùm in eo grauiter peccant, quòd libros Canonicos & Apocryphos eodem loco habent, & quòd negant omne Dei consilium de nostra redemtione in Scripturis sanctis extare: ac ideò contendunt, multa alia credenda esse, de quibus non extant Testimonia in Dei verbo scripto: Deinde, & in eo peccant, quòd Spiritu neglecto, Rituum sacrorum Literam retinent: quòd suas Traditiones & ἐθελοθρησκείας *adiungunt: quòd maximam habent Corporalium exercitationum rationem: quòd à superstitiosis & magicis dictis & factis, nequaquam abstinent. Sed, vt diximus, horum enumerationem, suo loco adiungemus.*

Quare Romana (vt ea nunc vocatur à particulari Ecclesia, imperium in alias sibi sumente) Religio noua est: ac proinde nobis fugienda.

Quòd sit. *Quòd sæpenumerò reformata sit Ecclesia, reducta in eãdem luce & sinceritate doctrinæ cœlestis profligata Idolomania & Superstitione, eorumq; fonte, videlicet* τῇ ἐπροδιδασκαλίᾳ, *hoc est, diuersa doctrina, id verò Historia Ecclesiæ perspicuè testatur.*

In hac autem obseruari debent: Domus priuatæ, Regna, Prouinciæ, vrbes, Personæ tàm Politicæ quàm Ecclesiasticæ, Aduersarij, Tempora.

Quod de domibus & familijs priuatis dicitur, illustratur Noe, & Abrahæ exemplis. In horum ædibus fuit Ecclesia, quum alibi Idololatræ regnarent παυδημεί. *Ac Deus noster*

Vult Ecclesiolam quamlibet esse domum.

Fuit olim Dauide regnante Israelis regnum ὀροθεσία *& sedes Ecclesiæ Dei: quum notus esset in Judæa Deus, & in Israele magnum eius nomen haberetur. Psal 76 1.*

Exceluit inter totius orbis terrarum vrbes Ierosolyma, donec ea fidelis fuit, plenaq; iudicij, sic vt iustitia habitaret in ea. Isa. 1.21.

Personas si spectes, vt interdum oriuntur Salamandræ & Alastores politici & Ecclesiastici turbantes & vastantes Ecclesiam, vt Pharao Cenchres, Chore, Dathan, Abiram, Antiochus Epiphanes, Nero, Simon magus & Hæreticorum colluuies: Sic à Deo, tempore beneplaciti, excitantur & Sidera auspicata Ecclesiæ, pij & salutares Gubernatores & Doctores: vt Abraham, Moses, Josua, Dauid, Samuel, Constantinus Magnus, Carolus Magnus, Fridericus Sapiens Dux Saxoniæ, huius frater Johãnes cum filio Johanne Friderico: Philippus Hassiæ Landtgrauius: Christianus pius, Rex Daniæ, & filius eius Fridericus: Eduardus 6. Rex Angliæ: eius soror serenissima Regina Elizabetha: Fridericus 3. Palatinus Comes, Elector, eiusq; filius, Dux Iohannes Casimirius, Ecclesiæ nutritius, & alij, quorum mentionem infrà faciemus.

Pastores & Doctores Ecclesiæ, qui non pædagogi, sed patres fuerunt, inter multos alios hi meritò recẽsentur, Adam, Seth, Enoch, Noe, Sem, Patriarchæ, Prophetæ, Euangelistæ, Apostoli, Augustinus & similes, Lutherus, Bucerus, Caluinus, Oecolampadius, Melanchthon, Martyr & alij.

Inde autem ab ipso Caino, nunquam defuerunt Ecclesiæ, tàm interni, quàm externi hostes, qui patri mendacij Sathanæ, mutuas tradiderunt operas & Ecclesiam perturbare, vastare, exscindere

scindere sategerunt. Sed horum fraudes doli & violentia, sanctis quidem explorandis, cæteris autem qui ementito fidei titulo Ecclesiæ imponunt, tum prodendis tum puniendis, admirando Dei iudicio, semper inseruiunt.

Tempora, quibus repurgata est Ecclesia ab errorum & superstitionum fermento, & renouata est eiusdem facies, licebit διχοτομεῖν: secundùm duo Testamenta.

Veteris Testamenti tempora itidem in duo discernere poterimus: In illa quæ præcesserunt Diluuium, & in ea quæ secuta sunt Diluuium.

Tempora noui fœderis, constant seculis propè sedecim. Numerantur enim à Christo nato secundum carnem, Anni 1593.

Saluo autem aliorum iudicio, tripartiam hæc quoq; discernemus: Primùm in Tempora efflorescẽtis Ecclesiæ Christianæ, & fortiter pugnantis aduersus θεομαχίαν, tàm ethnicorũ Tyrannorum Paganismum defendentium, quàm Hæreticorum opinionũ suarum monstra tuentium.

Deinde in tempora Antichristianismi inualescentis, tum sub Pseudochristianismo, tum sub Mahometismo. Vt anno Christi 607. Bonifacius 3 Episcopus Romanus, à Phoca, nõ Imperatore, sed parricida, Oecumenici Papæ, sibi & successoribus: Ecclesiæ verò Romanæ capitis omnium aliarum Ecclesiarum, titulos, obtinuit: parum memor eorum, quæ ante eum Gregorius egerat & pronunciauerat: Sic anno Christi 622. Mahomet dux Arabum, vrbe Mecha, cum exercitu egressus, fecit eius belli initium, vnà cum sua Albigera, seu peregrinatione & expeditione, quo, tot iam seculis, Deo visum est, cœlitùs patefacere iram suam aduersus impietatem & iniustitiam hominum in Asia, Africa, & magna parte Europæ. Inde autem patet Papæ primatum, & Mahometis tyrannidem, eodem tempore cœpisse.

Non tamen diffitemur sub Pseudochristianismo, cum fuisse fidelium statum, qui fuit temporibus Eliæ, cui oraculo respondit Iehouah: Feci vt remanserint mihi septem millia virorũ, qui non flexerunt genu imagini Baal: ita igitur & isto tempore reseruatio secundùm electionem gratuitam facta est: vt Pauli verbis vtamur, Rom. 11. 4. 5. Itaq; non prorsus deleta fuit Ecclesia.

Postremò in huius nostri seculi tempora, & ea quæ antecesserunt vsq; ad Concilia Constantiense & Basiliense, quibus oppugnari cœpit hæc noua Romana Religio.

Quanquam autem omnes particulares Ecclesiæ παλιγγενεσίας & reformationes, à nobis singillatim recenseri non poterunt: tamen, commonefactio, de plerisq; & maximè illustribus, id quod nobis ostendere propositũ est (videlicet & sæpè à Domino reformatam esse Ecclesiam, restituta Euangelij luce: & non esse nouum doctrinæ genus, quod auctoritate diuina reuocatur in vsum) perspicuè testabitur, & faciet, vt signa huius temporis obseruare ad nostram consolationem, discamus: & vt rectè intelligamus, vt vnam esse catholicam Ecclesiã, quæ aliàs magis, aliàs minus in Mundo floret: sic vnam eius fidem & Religionem esse, quæ aliàs gratia Dei illustrior est, aliàs iusto eius iudicio obscuratur, aliàs rursum vindicatur à tenebris ignorantiæ.

1. Quis dubitet post tristissimum lapsum primorum Parentum, mirãda τῇ παλιγγενεσίᾳ, diuinitus illos fuisse instauratos, edita promissione, de Semine benedicto contrituro caput Serpentis? Gen. 3. 15. Hominum quidem binario tum constabat Ecclesia: sed eo tamen qui fons esset & exemplar fatorum totius humani generis. Reformationes Ecclesiæ ante diluuiũ.

2. Quum autem annis labentibus via Cain inualuisset, & quidam per eam incedere cœpissent, temporibus Enos cœptum est inuocari nomen Iehouæ. Gen. 4. 26. Tametsi autem Onkelus paraphrastes Chaldæus, κατ' ἀντίφρασιν illa interpretatus est verba, de profanatione cultus diuini: & credibile est multos Cainitas, nomen Iehouæ profanasse: Complutensem tamen editionem malim sequi: Tunc cœperunt homines orare in nomine Domini: quia mihi persuadeo zelo sancto pro gloria Dei, tum maximè ardere cœpisse sanctos Dei homines, Adam, Seth, Enos & alios pios.

3. Ecclesiæ tertia & ea quidem admodum commemorabilis παλιγγενεσία & instauratio, incidit in Annum ab Orbe condito 1658. quo Noe ex Arca egressus est: & Ecclesia innouari & colligi cœpit. Genes. 8. Post diluuium.

4. Quum autem maxima pars posterorũ Noe defecisset à vero Deo, Abram, circa annum Mundi 2020. vocatus à Domino, profectus est in Haran, & quadriennio pòst in terram Canaan. Gen. 11. & 12. Viginti quatuor annos post ingressum, circumcisionem accepit, qua iustitia fidei in eodem est obsignata. Gen. 17. Rom. 4. Hoc fuit initium sanctificationis Abrahæ & posterorum eius è Mundo, & instaurationis Ecclesiæ.

5. Ecclesiæ Israelis solennis παλιγγενεσία, in qua cõspicuũ fuit Ministeriũ Mosis & Aaro-

nis, incidit in annum Mundi 2454. quo anno educti sunt Israelitæ ex Aegypto, promulgata est Lex in monte Sinai, & sancitū est vetus Testamentū ritu solenni: vt in Exodi libro est videre.

6. Fuit & illa commemoranda Ecclesiæ instauratio, quando Iudicum temporibus Israelitæ, abiecto idolorum cultu, ad Deum conuersi, resipuerunt. Sæpius autem id factum multis in locis libri Iudicum videre est: nominatim cap. 2. 3. 10. & aliis.

7. Temporibus Eli, Sermo Iehouæ pretiosus fuit, & minimè aperta visio: Sed, quum anno Mundi 2850. Eli mortuus esset, Samuelis opera Religio & Ecclesia à Domino restituta fuerunt. 1. Sam. 3. 1. & 21.

8. Quum regnante Saule, & Sacerdotes plurimi ab eodem occisi, & Religionis doctrina & exercitia turbata essent: Dauid Rex, θεῷ δοξάντι, Ecclesiam reformandam curauit: vt testatur historia eius temporis.

9. Vt multa paucis cōplectamur, doctrinā, ritus Ecclesiæ, Sacrificia & Sacramēta in vsum reuocārunt pij Reges, suo quisq; tempore, Assa, Iosaphat, Ezechias, Manasses resipiscens, Iosias.

10. In Regno Israelis tempore Ahab, etiam inuita Izebele regina, magna Reformatio Ecclesiæ, ministerio Eliæ, qui magno zelo Baalis Camillos occidit, peracta fuit, anno Mundi 3041. 1. Regū 18. Et Iehu Rex Israelis, occisis Regibus Idololatris, Ahasia, Ioram, Izebele, in Regno Israelis Ecclesias reformauit. 2. Reg. 9.

11. Babylonicæ deportationis temporibus, edictis Monarcharum, Nebucadnezaris & Darij Medi, ac Cyri, nonnihil instauratæ sunt Ecclesiæ in Babylone.

12. Sed omnium celeberrima fuit instauratio Ecclesiæ post reditum è Babylone, quum Dominus misisset prophetas Aggæum, Zachariā, Malachiam. Celebratur autem hæc παλιγγενεσία Ecclesiæ: non solùm in libris illorum Prophetarū & Esdræ ac Nehemiæ: sed etiā Psal 147. Aedificās Ierusalem Iehouah: dispersos Israelis cōgregat. Sanat cōtritos corde: & alligat dolores eorū.

13. Quomodo etiam Ecclesia populi Iudaici tum vastata sit ab hostibus domesticis, & externis, Antiocho Epiphane & aliis, & quomodo eadem instaurata & reformata sit, testantur historiæ Iosephi & Macabæorum.

Ex his aūt exemplis εἰσαγωγικῶς rectè illud colligas, pios Reges, Prophetas & Sacerdotes, qui Ecclesiam ab idolorum cultu & superstitione, ad Iehouæ fidem & timorem, & ad ἱερουργίαν diuinitùs præscriptam reuocauerunt, nequaquam nouum & peregrinum genus doctrinæ excogitauisse & professos esse: sed primam, veramq; fidem vindicasse ab obliuione, defendisse cōtra perfidiam, superstitionem, & ieiuna Mundi elementa, quibus superstitiosi homines nimiū deferebant. Ac cum his non minus acria certamina illis sustinenda fuerunt, quàm sint nobis sustinenda cum iis, qui sanctam nostram religionem hæreseos damnant.

Ecclesiæ reformationes temporibus noui Testamenti, duas potissimùm commemorabimus.

Prior incidit in annum Mundi 4000. quo Dominus noster Iesus Christus, cœpit docere vt habens auctoritatē, non vt Scribæ Matth. 7. 29. Quæ autem collectio Ecclesiæ ipsius Ministerium & ascensionem in cœlos sit secuta, tum ex Euangelistarum, Actorumq; Apostolicorum libris: tum ex hoc Pauli dicto liquet: Deus conspicuus factus est in Carne: Iustificatus est in Spiritu: conspectus est ab Angelis: prædicatus est Gentibus: fides illi habita est in Mundo: sursum receptus est in gloriam. 1. Tim. 3. 16.

Prouinciales autem & vrbanæ Ecclesiæ, aliàs plantatæ, aliàs confirmatæ sunt in fide, aliàs ab errore in viā reuocatæ sunt: vt est videre in Epistolis Apostolorum & in historia Ecclesiastica.

Floruit autem Ecclesia inter magnorum laborum, certaminumq; agones: tanquam lilium inter spinas: & præter Euangelistas & Apostolos, eximios habuit Pastores & Doctores, Ignatium Antiochenum, Polycarpum Smyrnensem, Timotheum, Titum, Irenæum, Heraclam, Pantænum, & multos alios.

In Germania nostra non multò post tempora Apostolorum Ecclesias Christianas manu Dei
Lib. 1. cap. 3. plantatas esse, vel ex Irenæo liquet, qui ita scribit: Nam etsi in Mūdo loquelæ dissimiles sunt, virtus tamē traditionis (sic vocat traditam ab Apostolis fidei doctrinā: vt & Paulus, 2. Thess. 3. 6.) vna & eadem est. Et neq; hæ quæ in Germania sunt fundatæ Ecclesiæ aliter credunt, aut aliter tradunt (hīc vides traditioni scilicet doctrinæ, respondere fidem) neq; hæ quæ in Hiberis sunt, neq; hæ quæ in Celtis, neq; hæ quæ in Oriente, neq; hæ quæ in Aegypto, neq; hæ quæ in Libya, neq; hæ quæ in medio Mundi sunt constitutæ. Sed sicut Sol creatura Dei in vniuerso Mundo vnus & idem est: sic & lumen, prædicatio veritatis, vbiq; lucet, & illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitionem veritatis venire.

Auen-

PRÆFATIO.

Auentinus in Boiorum Annalibus scribit, Lucium Cyrenensem, in Vindelicia, Rhetia & prouinciis ad Istrum docuisse, in Augusta item Tiberia, quam Ratisbonam vocamus.

Marcum Pauli collegam, scribit in Norico, & Laureaci euangelizauisse.

Beatus Rhenanus, Maternum circa Argentoratum docuisse scribit: nescio sanè quem sequutus auctorem. Eundem apud Vbios, Treuiros, vnà cum Valerio & Eucherio docuisse, ex Tungrensium Episcoporum Vitis, quidam colligunt.

Quod de Egisto in Germaniam docendi gratia à Petro Apostolo misso, & de eius apud Barduicenses, tum ministerio, tum martyrio, quidem perhibent, non admodum verisimile est: nisi quis Saxones religionem Christianam posteà abiecisse, statuat: qui omnes tempore Caroli Magni ethnici fuisse videntur.

In Britannia Simonẽ Zelotem, Nicephorus: Iosephum Arimathæũ, Balæus ex Gildonis sentẽtia: Paulũ Apostolum priore apologia vbi defunctus esset, Theodoretus, memoriæ prodiderunt.

Apollinarem, Rauennæ: Barnabam, apud Insubres: Hermagoram, Aquileiæ: Titum in Dalmatia: Crescentem in Galatia: Nathanaelem, apud Bituriges: Dionysium, apud Celtas: Lazarum resuscitatum, Massiliæ: Saturninum, Tolosæ: in Illyrico & Hispania, Paulum Apostolum, sermonis vitæ sementem fecisse perhibent.

Quæ fuerint Ecclesiæ Romanæ lumina, etiam priùs quàm Paulus eò adduceretur vinctus pro defensione Euangelij, videre est in cap. 16. Epistolæ ad Romanos.

Quemadmodum autem in eodem homine, Caro concupiscit aduersus Spiritum, Spiritus autem aduersus Carnem: & hæc inter se opposita sunt, &c. Galat. 5. 17.

Sic, vt iam de extraneis nihil dicamus, in eo populo, qui de sancto Christi Iesu nomine gloriatur, Pars literam amplexa, Monarchiam Ecclesiasticam in terris meditari, & in mundi elementis, ceremoniis & commentis magna ex parte humanitùs inuentis, pietatis summam collocare cœpit: Pars altera Spiritum retinens, & Christo capiti adhærescens, æterna meditari, cultumq; rationalem Deo probare maluit. Scissa itaq; est Ecclesia in contraria studia, & factio illa mundo dedita, Ismaelis exemplo persequi cœpit populum Dei, ea quæ sursum sunt spectantem & quærentem. Durabit autem hæc militia tantisper dum Antichristum spiritu oris sui confectum aboleat Dominus illustri suo aduentu. 2. Thessal. 2. 8.

Ea autem iam est instituti nostri ratio, vt quomodo sub Christianæ Religionis vmbra, nouum genus Religionis introductum sit ostendamus. Atq; hîc pios monitos volumus: Perinde quidem esse, siue Christus totus abÿciatur: siue dimidiatus retineatur: quando & paulum fermenti totam massam corrumpit, & fiunt inanes Christi quicunq; per Legem iustificantur, aq; gratia excidunt: nedum qui per humanarum Traditionum obseruationem iustificari volunt. Gal. 5. 4. 9. Quod tamẽ vt Lothum in media Sodoma: sic semen aliquod sanctũ inter Pseudochristianos, Domino seruare collibuisset, factũ est, vt aliquid boni inter tot tantaq; mala, reliquum maneret, quo sancti fruerentur. In horum numero fuerunt Symbolum Apostolicum, Dominica Oratio, Decalogus, (secundo tamen præcepto mutilatus) Lectiones Euangeliorum & Epistolarum Dominicalium, Baptismus. Spiritus tamen vnctio Sanctos maximè erudÿt, & in omnem veritatem duxit.

Nouæ autem Religionis, quæ Prophetis & Apostolis planè fuit ignota, & tota posita est, partim in Litera doctrinæ Christianæ & Ceremoniarum diuina auctoritate sancitarum (has enim retinere Nouatoribus visum est, vt ne vulgo viderentur abiecisse Christianismum) partim in merè humanis Traditionibus & Doctrinis, hoc πρῶτον ψεῦδος est: RELIGIO & PIETAS QVAESTVI SERVIRE DEBENT. *1. Tim. 6. 5.*

Quum ergo hic finis, Quæstus videlicet, isti hominum generi propositus esset, quæcunque ad eum facerent, sibi conquirenda iudicârunt.

Itaq; Ecclesiæ administrationem, doctrinam, Sacramenta, cæteraq; huc pertinentia, destinato suo accommodauerunt.

1. Quòd Pastorũ & Doctorum (qui in loca superiorum noui fœderis Ministrorũ successerunt, & omnes ea quæ Christi, non autem ea, quæ sua sunt, quærenda statuerũt) ministerium humile & laboriosum, martyrijq; periculo obnoxium esse, animaduertissent: ἱεραρχίαν aliam sibi instituendam censuerunt: Eius Monarcham esse voluerunt Episcopum Romanum, tãquam Christi vicarium in Ecclesiastico & Ciuili totius orbis Christiani regimine: non tanquam Ecclesiæ vnius vrbis Pastorem & Concionatorem: Cardinales, velut Principes Electores è visceribus reddituum Imperij magnificẽtissimè alendos: vt vsq; ad sanguinis effusionem sedem Roma-

nam propugnent: non tanquam administros baptismi infantum, multoq; minus veteri illo obsoletoq; more tanquam pollinctores & vespillones: Archiepiscopos, tanquam Archiduces & Duces: Episcopos, tanquam Principes inferioris ordinis: Abbates, tanquam Centuriones: Priores, tanquam Decuriones: Agmina Sacerdotum & Monachorum, tanquã Legionarios milites: Societatis Iesu sectatores, tãquam Triarios. His ordinibus constat nouæ Religionis Ecclesia: quam ne quis per errorem milite destitui opinetur, hoc saltem obseruet, quod Sabellicus monet, suæ nimirum ætate, Dominicanorum Collegia fuisse 4143. Franciscanorum non pauciora 6000.

2. Quòd etiam Sacramentorũ binarius non satisfaceret Nouatoribus, quinariũ adiunxerunt, & affinxerunt monstrosam opinionẽ, quæ fingit: Sacramenta nouæ legis conferre gratiam ex opere operato. etiam sine bono motu vtentibus, modò ne quis ponat obicem peccati mortalis.

Satis illis non fuit baptizare infantes: ideò & campanas cœperunt baptizare. Nec aquæ elementum, quo Christus ipse quum baptizaretur cõtentus fuit, ipsis satisfecit: ideò salem, saliuam & alia adhibuerũt. Imò, quasi cum Dæmoniacis esset negocium, Exorcismos quoq; addiderunt.

Eucharistiæ Sacramentum, in publica administratione, contrà quàm institutionis eius leges ferunt, altero signo mutilatum, in Sacrificium conuerterunt: & analogiam Signi & Signati, posita Transsubstantiatione, sustulerunt.

Confirmationem illam scenicam, Ordines illos, Matrimonium, Pœnitentiam, Vnctionẽ morientium, quum nemo Apostolorum Iesu Christi tanquam Sacramenta noui fœderis commendârit: tria etiam illa, Confirmationem dico, Ordines illos & morientium Vnctionem istam, planè nescierint: quis homo intelligens & veritatis amans, noua esse neget, licet seculis aliquot à superstitiosis fuerint vsurpata? Nouum enim in Religione id omne cẽseri debet, quod destituitur Canonicæ Scripturæ testimoniis.

3. Quòd etiam Episcopis graue esset assiduè concionari: Sacrificulorum vulgo, propter imperitiam ἀδιδάκτου bene docere: non modò Dominicanis paucisq; aliis Concionandi partes sunt demandatæ: sed etiam in Italiæ multis locis, Conciones ad Quadragesimæ tempus magna ex parte restrictæ: atque adeò illud vulgò decantatum: Imagines esse libros Laicorum, ne quis viuæ vocis institutionem requireret.

Sed quum fando καινοτομίαν omnes percenseri nequeant, satis fuerit dicere ea omnia nouæ esse in Religione, de quibus non extant testimonia in Scriptura sancta. In horum numero sunt Vota & Regulæ Monachorum: delectus ciborum qui pro Ieiunio habetur: Sanctorum mortuorum tum Canonizationes, tum Inuocationes: Sacrificium Missæ: Prostitutio Imaginum & statuarum earũq; cultus: Opinio de Lymbis & de Purgatorio: Indulgentiæ: Papæ primatus & ius, quod ille sibi iniustè vindicat in Regna mundi, in Concilia: Confessio auricularis & alia plurima ignota Prophetis & Apostolis, ac proinde noua, & Deo ingrata, & Ecclesiæ noxia.

Diuinitùs autem ingrauescente mundi senecta Ecclesiam esse reformatam iis in locis, quæ Domino, pro immensa sua bonitate, visitare placuit, rei ipsius euidentia testatur.

Concussa quidem fuit Ecclesia Romana, quæ imperium sibi sumserat in Regna & Ecclesias Occidentis, bellis Henrici 4. Friderici 1. & 2. & aliorũ: sed tamẽ tantisper donec eius Antistes visus est rectè de Religione sentire, atq; adeò eius ἐργοδιώκτης habitus fuit, insuperabilis eiusdem potentia & maiestas permansit. Sed posteaquam trium Pontificum Gregorij 12. Benedicti 12. Ioan 23. temporibus, triceps cœpit esse illa Ecclesia: & iudicio Synodi Constantiensis, omnibus illis submotis, substitutus est Martinus 5. Primatus Papæ, & in illa, & in Basiliensi Synodo in controuersiam vocari cœpit. Efflorescentibus autem bonis literis & linguis, cedenteq; nonnihil barbarie, quum illis egregiè inseruiret, bonorum auctorum fœcunda parens Typographia: ac pòst Vicleuum, Hussium, Hieronymum Pragensem, alij quidam, Vvesselus Groningensis, Ioannes de Vvesalia, Colezus Anglus, & quidam alij rectiùs sentire & docere cœpissent: successit miranda hæc rerum Ecclesiasticarum conuersio, & doctrinæ emendatio, quæ nullis vllorum hominum consiliis, fraudibus & viribus præpediri potuit.

Enimuerò, quum studia Latinæ linguæ à Valla, Politiano, Sipontino, Erasmo, aliisq;: Græcæ autem à Budæo, Erasmo, Linacro & alijs: Hebraicæ, à Capnione, excitata florere inciperent: vt Ecclesia diuinitùs reformãda intelligeret, abiecto illo nouo & Pontificio dogmatum de Religione genere, veterem primæ veræq; Religionis doctrinam, quasi postliminij iure reuocandam, eq; Biblicis & Canonicis Scripturis, tanquam ex limpidissimis fontibus Israelis esse hauriendam & petendam, Anno Domini 1516. manu & opera Erasmi Roterodami, noui Testament (rectiùs, quàm antea latinè versi) codicum copiam Ecclesiæ subministrauit Dominus. Eius operis,

quod

quod Basileæ, è Frobeniana prodÿt officina, lectione, hominum studia mirificè sunt excitata, & ad studium cognoscendæ cœlestis veritatis inflammata.

Quum autem eiusdem Erasmi diligentia studioq; edita ordinè essent & Patrum Ecclesiasticorum Opera quædam: ad Antiquitatis Ecclesiasticæ cognoscendæ studium & desiderium inuitati sunt viri pÿ Oecolampadius, Capito, Lutherus, Bucerus, Zuinglius, & alÿ nonnulli: qui, quoniam cum inuocatione Filÿ Dei & exercitiis pietatis, coniunxerunt assiduam lectionem S. Scripturæ & eruditæ Antiquitatis, Deo studÿs eorum benedicente, facti sunt φωστῆρες & luminaria Ecclesiæ.

Sed ne istis eximiis Christi seruis, quos lampada piæ doctrinæ in manus sumere, aliisq; præferre oportebat, deessent fidi & cordati ac constantes Nutritÿ & Patroni, qui ipsi quoq; veritatis & gloriæ Dei ardenti studio afficerentur: excitauit Dominus etiam pios quosdam Principes & vrbium quarundam Magistratus, qui sui officÿ esse, piè docentes tueri aduersus iniustam vim, & eis præbere hospitia, rectè censuerunt.

Et quum cuncta propè Dei opera inter contraria peragantur, voluit Dominus Zelum pro tuenda veritate in cordibus rectè docentium, accendi & amplificari, intemperie, sophistica, inconsultis clamoribus, excommunicatione iniusta, anathematismis scriptis indoctis & virulentis, proscriptionibus, exiliis, martyrio, & multis aliis modis.

Ornauit autẽ Dominus hac ingenti gloria, inclytas Heluetiæ vrbes, Tigurum, Bernam, Basileam, Schafhusiam, Geneuam: & florentissimam vrbem Argentoratum: quas constat loco admodum opportuno sitas esse, si quis vicinam Italiam & Galliam ac superiorem Germaniam spectet: sic vt ante multas alias prouincias & vrbes illis illucesceret Euãgelium Domini nostri Iesu Christi: vt quibusdam illarum copia esset, tum solidè doctorum virorum, quibus datum fuit à Domino voce viua & scriptis editis veritati perhibere testimonium: tum Officinarum Typographicarum, quæ maximo illis adiumento fuerunt: vt denique eisdem halcyonia mediocria concederentur.

Idem Dominus, propitia sanè prouidentia, paulò antè Electoralem Saxoniã, Academiæ Vitebergensis illustri Gymnasio & τῆς θεογνωσίας παιδοτριβείῳ, instruxerat, quod ei placuisset nõ solùm ad Rhenũ, sed etiam ad Albim, ipsius ductu & auspiciis, πρώτῳ de Religione σύρραξιν esse: ac vellet nostras Typographias librorum copiam etiam aliis populis subministrare: apud quas rei Typographicæ vix rudimenta quædam, tum temporis conspiciebantur.

Vt autem in illa ad Albim Academia & Ecclesia, Deus Opt. Max. Martinum Lutherum, S. Theologiæ Doctorem, excitauit, circa finem Anni Christi 1517. vt Indulgentiarum nundinationem, qua Tecelius Dominicanus fungebatur, voce & scriptis strenuè oppugnaret: sic Anno sequente (quo postrema Imperÿ Comitia Maximilianus 1. Augustæ celebrauit: ad quæ Caietani Legati Pontificÿ consilio: Principis autem sui, Friderici sapientis, mandatu, accessit D. Lutherus) idem Dominus Deus M. Huldrichum Zuinglium, trium linguarum, Hebraicæ, Græcæ & Latinæ & Theologiæ scientia clarum, ministerio Ecclesiæ Tigurinæ præfecit: ab eoq; à Pontifice missum Indulgentiarum præconem, Samsonem Mediolanensem, impostura conuincendum, curauit.

Accepimus autem D. Zuinglium primis Ministerÿ sui temporibus, prudenti consilio, hanc Maiorem propositionem auditorum animis instillasse: In causa fidei, sic standum solo canonico scriptoq; Dei Verbo, vt quicquid seu huic aduersetur, seu ab eo alienum deprehendatur, ceu falsum & superuacaneum haberi debeat. Quum sanctam hanc sententiam, radices in cordibus piorum egisse animaduertisset, subiunxit Minorem, de noua illa doctrina Pontificia, in qua agitur de Missa, de inuocatione Sanctorum, de Idolis & sexcentis aliis. Conclusionis praxin obtinuit sexto ministerÿ sui anno, qui fuit à Christo nato 1524. quo ipso anno, post Disputationem cum Iohanne Fabro, Ecclesia Tigurina, σὺν θεῷ reformata fuit.

Eodem anno D. Lutherus habitum Monasticum abiecit: & 24. Decembris Missæ priuatæ à Canonicis Vitebergensibus abrogatæ fuerunt.

Henricus Sudphaniensis Ecclesiam Bremensem tum plantauit & rigauit: nec multò pòst apud Ditmarienses martyrÿ coronam obtinuit.

Paulò antè in inclyta vrbe Argentinensi, eximÿ illi Serui Dei, Vvolfgangus Fabricius Capito, Martinus Bucerus, Caspar Hedio, & alÿ quidam, magna cum demonstratione spiritus, ἐμοθυμαδὸν euangelizare cœperunt.

Anno Christi 1528. pòst publica disputatione assertam Euangelÿ doctrinã, Ecclesiæ in pra-

potenti vrbe Berna eiusq; prouinciis, reformatæ sunt, à Berchtoldo Hallero & Francisco Colbio, symmystis.

Eodem anno & Brunsuicensis Ecclesia amplexa est, & profiteri cœpit doctrinam Euangelij. Reformationi præfuit Iohannes Bugenhagius.

Nec defuit Dominus vrbibus clarissimis Hamburgo, Lubecæ, Lunæburgo, Hildesheimiæ & multis aliis, in quibus diuinitùs excitati sunt pij pastores, qui magno consensu Euãgelium prædicare cœperunt.

Basileæ, quum ob Religionem dissensiones magnæ fuissent, Anno demum 1529. reformatæ sunt Ecclesiæ in Vrbe & Agro, Dei omnipotentis ductu, ministerio autem Iohannis Oecolampadij, S. Theologiæ Doctoris.

In inclyta autem vrbe Noriberga, quæ est tanquam oculus Germaniæ, Euangelium illis temporibus professi sunt, viri præclari, D. Vvenceslaus Linck, Althamerus, Osiander.

In totius Silesiæ Metropoli Vratislauia, Doctor Iohannes Hessus, & Ambrosius Moibanus, euangelizarunt.

Fortissimus iuxta prudẽtissimusq; Princeps Philippus Hassiæ Landtgrauius, in Ecclesiis Hassiacis Euangelium doceri curauit. ac D. Pistorius vnà cum aliquot Collegis, inter quos fuit & Antonius Coruinus, præclaram operam eisdem præstitit.

Constantiensem, Lindauiensem, Memmingensem Ecclesias ijsdem temporibus opera piorum Magistratuum & Doctorum, à fermento humanorum dogmatum & traditionum purgauit, & Euangelij luce illustrauit Dominus.

Anno Domini 1530. in Comitis Augustianis, ab Euangelicis Principibus, & à Magistratibus vrbium Confessiones fidei duæ Carolo 5. Imperatori exhibitæ sunt. Altera à Philippo Melanchthone scripta, nomine Iohannis Ducis Saxoniæ, Electoris: eiusq; filij Iohannis Friderici: Georgij Marchionis Brandeburgici: Ernesti ducis Brunsuicensis & Lunæburgensis. Philippi Hassiæ Landtgrauij: Francisci ducis Lunæburgẽsis: Vvolfgangi Principis Anhaltini: Senatus Noribergensis & Senatus Reutlingensis. Altera Tetrapolitana Confessio scripta à Martino Bucero, nomine vrbium Argentinæ, Lindauij, Constantiæ & Memmingæ, à Casparo Hedione oblata: vt Bucholcerus testatur.

Anno Christi 1531. Vlmensis Ecclesia piè reformata fuit, à Martino Bucero, Iohanne Oecolampadio & Ambrosio Blaurero: quos amplissimus eius Reipub. Senatus eius rei gratia vocârat. Ac inter primos beneq; de illa Ecclesia meritos Pastores & Doctores fuerunt, Martinus Frechtus, Theologiæ Licentiatus & Conradus Somius.

Anno Christi 1534. illustrissimus Princeps Huldrichus Dux Vvirtebergicus, in auiti ducatus possessionem à fortissimo, bellicosissimoq; Heroë Philippo, Hassiæ Landtgrauio, forti dextera restitutus: magno animo aggressus est reformationem Ecclesiarum & Academiæ Tubingensis, vsus ad eam rem conficiendam opera Simonis Grynæi, Ambrosij Blaureri, Pauli Constantini Phrygionis, ac Erhardi Snepfij, & Iohannis Brentij.

Sequente anno, illustrissimus & pientissimus Pomeraniæ Dux Philippus, accersito Viteberga Doctore Iohanne Bugenhagio, Pomerano, abrogata noua illa & pontificia Religione, primã illam & verè Christianam religionem, in suis prouinciis propagari curauit.

Anno Christi 1537. Serenissimus Daniæ & Norwagiæ Rex Christianus, itidem noua religione abiecta, iugoq; Pontificis Romani excusso, Christi Iesu iugum subijt, & tum puram, incorruptamq; Euangelij doctrinã est amplexus, tum in regnis suis eandem doceri voluit, curauitq; Vsus est autem & ipse ad eam rem perficiendam ministerio Iohannis Bugenhagij, Pomerani.

Anno proximè sequenti, qui fuit 1538. Illustrissimus Princeps Ioachimus 2. Elector, Marchio Brandeburgensis, reformandas curauit Ecclesias quæ sunt in illius Territorio: vsus ad eam rem opera Iacobi Stratneri, quem Anspacho Berlinum ad Euangelium docendum miserat, Illustrissimus Princeps Georgius Marchio Brandeburgicus: ac sequente anno visitatio Electoralium Ecclesiarum instituta & peracta fuit.

Sed Anno 1539. subita & miranda rerum Ecclesiasticarum conuersio & emendatio, non sine singulari propitiaq; voluntate Dei, in Misnia, obtinuit. Mortuo Georgio Duce Saxoniæ, qui pontificiæ & recentis illius religionis acerrimus defensor fuerat, successit ei frater, Henricus, Mauritij & Augusti pater, Christiani Electoris, auus. Is τὰ τοῦ θεοῦ πεισθυτέρα εἶναι ἢ τὰ τῶν ἀνθρώπων rectè persuasus quamprimùm Euangelij doctrinam, vnà cum ciuili gubernatione, in Misniam adduxit, & doctrinam ritusq; Ecclesiasticos emendari curauit. Accepimus autem,

tam

tam fuisse subitam religionis emendationem, vt quum Lipsiæ in festo Paschæ, Missas & sacra sua peregissent Pontificij: in festo Pentecostes, D. Lutherus & eiusdem Collegæ lætum Euangelij Iesu Christi præconium obirent.

Istis autem temporibus, Mutinæ & Bononiæ in Italia, quidam vocati sunt ad agnitionem & inuocationem veram Domini nostri Iesu Christi. Ad eos confirmandos Martinus Bucerus, Epistolas & scripta quædam Theologica, edidit.

In Gallijs autem Francisco 1. regnante, persequutiones horrendæ aduersus fideles aliquoties excitatæ, & multi sancti homines interfecti sunt ob piam Religionem. Interdum tamen opera Sororis Regis Francisci, incendia restincta fuerunt.

Etsi autem Henricus 8. Rex Angliæ, magno & heroico animo Iugum Papæ excusserat, eius tamen neruum præcipuum, videlicet doctrinam de noua illa & adulterina Religione retinens, ob Euangelij fidem occidi curauit multos Iesu Christi testes: interq; eos fuerunt præcipui nominis Iohannes Frythus, Guilhelmus Tyndallus, Iohannes Lambertus, Robertus Barns, Thomas Garardus, & alij.

Habuit & Scotiæ regnum suos martyres, Patritium Hameltonum, & alios, qui exitu suo verum esse docuerunt, id quod monent isti versus:

Sanguine fundata est Ecclesia, sanguine cœpit,
Sanguine succreuit, sanguine finis erit.

Sueciæ Regni Ecclesias reformari ad præscriptum Euangelij curauit serenissimus Rex Gustauus.

Anno Domini 1546. Fridericus 2. Elector, Comes Palatinus, pio studio, sed non magno cum successu in Ecclesias Palatinatus ad Rhenum, Euangelij doctrinam introduxit. Sed bello Smalcaldico præpeditus, exemplum eius dicti subministrauit, quod apud Diodorum extat, de prælio Leonidæ ad Thermopylas: ὐκ ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων κρίνειν δεῖ τὰς ἀγαθὰς ἀνδρας, ἀλλ' ἐκ τῆς προαιρέσεως: non enim quod cœperat prudentissimus Elector absoluere potuit: quæ res maximo eidem dolori fuisse, dicitur.

Eodem tempore & illustrissimus Dux Bipontinus, D. Vvolfgangus, Comes Palatinus ad Rhenum, Bauariæ Dux, Veldentiæ Comes, semel receptam à se, & in Ecclesias suæ prouinciæ introductam synceram Euangelij doctrinam, etiam ardente bello Germanico, victoreq; Carolo 5. Imperatore, fines eius transeunte, fidei suæ rationem reddidit: inq; fide virtutem egregiè probauit: nec à professione veritatis sese dimoueri est passus.

Quum Reuerendissimus Illustrissimusq; Princeps Elector, Hermannus Comes à Vveda, Archiepiscopus Coloniensis, Anno Christi 1543. vocasset Philippum Melanchthonem, & Martinum Bucerum, vt piè reformandas curaret Electoratus sui Ecclesias: anno 1547. Pontificis & Cæsaris auctoritate submotus, cessit Coadiutori Adolpho Schavvenburgensi Comiti. Idem sanè accidit pia animo agitanti Reuerendissimo & Illustrissimo Principi Electori Gebhardo Truccesio, Archiepiscopo Colonien. Angriuariæ & Vestphaliæ Duci, &c. Anno Christi 1583. bellica tempestate præpedito, ne quod erat orsus, perficere posset. Certum autem est propter peccata populi etiam optima consilia quandoq; iniectis remoris, præpediri. Meminimus autem nobilem quendam virum, qui optimo Principi Electori Hermanno familiaris fuit, narrare, ei in magnis confusionibus rerum humanarum & periculis, quæ senex veræ Religionis causa sustinuit, familiarem fuisse sententiam, quæ tradita est posteà ab ingenioso Poëta hoc districho:

Viuit adhuc Christus, manet insuperabile verum,
Dum perit immenso quicquid in orbe furit.

Sed ecce tibi Signum temporis, dum fermè in tota sæuit Mars impius Germania (sola quiescente Heluetia reformata) vt ea exulibus, Principibus (in horum numero fuerũt duo illustrissimi & pij Vvirtembergici Principes, Georgius Friderici Comitis, & Christophorus, Ludouici Ducis, parentes, quos Basilea hospitio excepit) & Heroibus aliquot, & Ecclesiarum vastatarũ Pastoribus, inter quos meminimus esse & Iohannem Brentium, hospitium præberet. Serenissimus Anglorum Rex Eduardus 6. heroico spiritu, è regnis suis profligata τῇ ἑτεροδιδασκαλίᾳ, Missis abrogatis, introduci curat publicam, liberamq; synceri Euangelij professionem: instituit & peregrinorum fidelium Ecclesias: clementissimè vocat Bucerum, Petrum Martyrem, Paulum Fagium. Itaq; florere tum in Britannia vera Religio cœpit: Deo irridente consilia & conatus eorum qui θεομαχίαν alibi exercebant.

Ecce tibi autem & aliud Signum temporis, Principes Euangelici omnes, vrbes etiam Impe-

riales (sola vrbe Constãtiã ad lacum Podamicum sita, proh dolor, excepta) etsi sub iugum missæ viderentur: inæstimabili Dei beneficio, decus veræ Religionis sub cruce retinuerunt mirando modo: & Anno Christi 1552. in Transactione Passauiẽsi, promissa est pax nostris quoq; qui incorruptam Euangelij doctrinam profitentur. Etsi autem nos non nisi Iehouæ nomen memoramus: auxilium nostrum à Iehouah conditore cœli & terræ proficisci piè gloriamur: & illam Iehouæ promissionem libentissimè repetimus: Ego quoq; ero ei (Ierosolymæ, quæ est typus Ecclesiæ) dixit Iehouah, murus igneus in circuitu, & in gloriam ero in medio eius Zach. 2. 5. laudamus tamen sapientiam καὶ τὴν ἐπιείκειαν Ferdinandi Augusti, qui vsibus suis doctus, conscientiarum rationem habendam, et tranquillitati Germaniæ τῇ ἀμνησίᾳ καὶ τῇ σεσαχθείᾳ, consulendum esse, rectè iudicauit.

Halcyonia Ecclesiæ Anglicanæ, interturbauit obitus Eduardi 6. Regis, & captiuitas Iudithæ nostri seculi serenissimæ reginæ Elizabethæ: ac persequutio quam Maria regina, quæ Hispaniarum regi, anno sequenti, qui fuit à Christo nato 1554. nupsit. Perhibuerunt fuso sanguine suo testimonium veritati, inter plures quàm 800. Martyres, hi magni viri, Iohannes Hopperus, Episcopus Gloceſtrensis: Thomas Cranmerus, Archiepiscopus Cantuariensis: Nicolaus Ridleus, Episcopus Londinensis: Hugo Latimerus, Iohannes Filpottus, Iohannes Rogerius, aliíq; multi, quorum historia extat in Iohannis Foxi Martyrologio.

Intereà autem dum Ecclesiæ in Anglia vastantur, ecce tibi tertium temporis huius Signũ, duo illustrissimi in Germania Principes, Otto Henricus, Elector Comes Palatinus ad Rhenum, Bauariæq; Dux: & Carolus Marchio Badensis & Hochburgensis, Landtgrauius Sausemburgẽsis, Dominus Rötelæ & Badenvvilæ, ὁμοθυμαδὸν Euangelicum negocium aggrediuntur, & veterem illam sancti Euangelij doctrinam, in suis quisq; prouincijs promulgari & prædicari curant. Ille etiam antiquam celeberrimamq; Heydelbergensem Academiam, regaliter propemodum dotatam, & τὰξίας docentium & discentium introducta, instaurauit. Hic donec vixit, nihil reliquum fecit, quod quidem ad necessarios Ecclesiæ vsus, & ad iuuanda pia studia docentium in Marchionatu, conduceret.

Non diu tulit Deus θεομαχίαν in Anglia: sed Mariam Reginã (17. Nouembris, anno 1558) mori quum iussisset, eiq; pedissequũ Cardinalem Polum in via vniuersæ carnis adiunxisset: vt olim Danielem è lacu leonum eductum, Iosephum è carcere productum, cum Principibus populi collocauit: sic etiam serenissimã reginã Elizabetham, è custodia liberatam, in regium collocauit thronum, eiq; sceptrum in manus tradidit. Hac itaq; Heroïna regnum moderante, respirare cœpit Ecclesia in Anglia: & grata Euangelij εὐωδία, siue fragrantia in Scotiã quoq; penetrauit.

Anno Domini 1559. mortuo Ottone Henrico, Comite Palatino, Electore, successit ei Fridericus 3. pius, qui Ecclesiam in Electorali Palatinatu, à fermento humanorum commentorum de Eucharistia & de Persona Christi, perpurgandam curauit: & ascitis aliunde doctissimis viris, Academiam Heydelbergensem magnopere illustrauit.

Quum autem post illius optimi illustrissimiq; Principis obitum (qui incidit in ann. 1576. 26. Octobris) mutatio quædam in Religione facta esset: Deo Palatinatum miserante, fortissimus nostri seculi Nehemias, Dux Iohannes Casimirus, Comes Palatinus ad Rhenum, Tutor & Administrator Electoralis Palatinatus, Bauariæq; Dux, laudatissimi parentis vestigiis insistẽs, fermentum dogmatis de vbiquitate Carnis Christi, & de orali illa ipsisq; adeò infidelibus communi eiusdem Carnis esu, constanter ac syncerè expurgari, Ecclesias et Academiam Heydelbergensem instaurari curauit: eius καθορθώμαθ' initio vnà cum iusta gubernatione facto, circa finem anni à Christo nato 1583.

Speramus autem hoc tempore exemplo laudatissimi fratrij sui, Ducis Iohannis Casimiri Comitis Palatini, & illustrissimũ, potentissimũq; Principem ac Dominum, CHRISTIANVM, Electorem, Ducem Saxoniæ, Marchionem Misniæ, Thuringiæ Landtgrauium, S. Rom. Imperij Archimarschallum, & c. diuinitùs excitatum, σύμβολον illud (quod Formulam Concordiæ quidam vocârunt, & quod pomum contentionis in Ecclesiis Germanicis fuisse, nemo non videt) auctoribus suis relicturum: & post liminij iure Corpus Doctrinæ à Philippo, è sacris Bibliis hausium, restituturum in integrum.

Benedicat autem Dominus Deus noster, vitæ, gubernationi & consiliis illustrissimi Principis ac Domini, DN. IOHANNIS, Comitis Palatini ad Rhenum, Bauariæ Ducis, Veldentiæ & Spanheimensis Comitis, qui per Dei gratiam cum heroicis tantoq; Principe dignissimis dotibus & Ornamentis, veræ Religionis studium coniunxit.

Nec

Nec sunt nobis prætereũdæ silentio orthodoxæ Ecclesiæ, quas Deus mirabiliter collegit, & hactenus inter multos fidei aduersarios, clementer protexit in amplissimo Poloniæ regno, quod nobis pridem dedit, tum ex. miũ illum & verè generosum virum D. Iohannem à Lasco, non stemmatis solùm virtutibusq; summis incomparabilem, sed etiã veræ Theologiæ cognitione, & meritis in Ecclesiam, celeberrimum: tum familiam illustrium Comitum ab Ostrorog, qui primi Euangelio regni, locum dederunt, quo nomine semper honos, lausq; eorum manebit. Faxit Dominus Iesus vt & eorum posteri, sanctum veræ Religionis depositum incorruptum retineant, vsq; ad diem Domini nostri Iesu Christi.

Plantari etiam curauit Deus Ecclesias rectè de Filio Dei sentientes, in Austria, Silesia, Carinthia, Stiria, Vngaria, Transsyluania: vt de Bohemia & Morauia nihil dicamus, in quibus neq; Pontificiorum agmina, neq; colluuies Catabaptistarum, hactenus efficere potuerunt, quo minus inter spinas afflictionum, Fratrum nostrorum Ecclesiæ florerent, & superioribus temporibus (æstu persequutionum inualescente) in Sarmatiam propagarentur.

Etsi autem homines ebrij voluptatibus, & ardentes iniusto odio eius doctrinæ, quam Ecclesiæ nostræ ex præscripto verbi Dei reformatæ, profitentur, Iehouæ opus non respiciunt, nec opus manuum eius vident: Isa. 5. 12. Nos tamen grata mente Signa temporis huius intuemur, &, vt par est, magni eadem facimus, ac eorundem consideratione moti, tum confirmamur in fide, tum sacrificium laudis Deo, qui nos visitauit ab alto, offerimus. Sunt autem hæc illustria signa temporum.

I. Salus & conuersio multorum millium hominum ad fidem Euangelicam, in Germania, Gallia, Anglia, Dania, Suetia, Scotia, Polonia, Vngaria, Bohemia, & aliis regnis.

II. Lux doctrinæ Euangelicæ, & custodia librorum Propheticorum & Apostolicorum, Canonicorum inquam. Enimuerò vt omnis Secta seu prorsus abyciens Scripturas diuinas, seu eis non contenta, affingensq; illis tum peregrinum sensum, tum Traditiones & doctrinas ἀγράφους, non est Ecclesia Dei: sic is cœtus cui concredita sunt illa Dei oracula, vera est Ecclesia, quæ scrutatur Scripturas, vt Christum plenè discat.

III. Extrusio Operariorum in messem Domini, quos variis sancti Spiritus donis antecelluisse, ministerium & quorundam præclara scripta fructúsque Ministerij eorum, satis demonstrauerunt.

IIII. Experientia præsentiæ Spiritus sancti ita loquentis per Seruos suos, vt ne quidem exercitatissimi Sophistæ illis possent resistere in Colloquiis de controuersiis Religionis: & vt saniores inter Aduersarios interdum faterentur, se mirari doctrinæ & facũdiæ vim, & felicitatẽ in disserẽdo, Melanchthonis, Buceri, Martyris, Caluini, & quorũdam aliorum. Accepimus ab eo viro qui Colloquio interfuit, Cardinalem Contarenum, redeuntem à Conuentu Ratisbonẽsi, quum in Italiam contenderet, à Petro Martyre, Vermilio, qui in Germaniam iter tum ingressus erat, interrogatum de ingeniis Germanorum, respondisse: Nihil attinet de Philippo, qui notus est, dicere: habent Germani & Martinum Bucerum, qui ea vbertate doctrinæ Theologicæ & Philosophicæ, ea etiam in disputando subtilitate felicitateq; est instructus, vt vnus ille omnibus nostris Doctoribus possit opponi.

V. Defensio planè diuina Ecclesiarum nostrarum aduersus vim & potentiam Monarcharum, quorum credulitate abusi Pontifices, eorũ odia, & ingentia pericula Ecclesiis creare, nunquam destiterunt. Etsi autem Ecclesiæ παροξύνθεν, interq; medios implacabilesq; Aduersarios, sitæ sunt tamen, mirabiliter à Domino colliguntur & proteguntur: ac non semelipsi etiam Turcæ inscij pacem illis pepererunt.

VI. Confusio Hæreticorum, qui blasphemias & impia deliramenta Anabaptistica, Enthusiastica, Ariana, Vbiquistica, Capernaitica, Pelagiana, ausi sunt profiteri. Constat enim hos, quotquot ἀμεταμέλητοι manserunt, traditos in reprobam mẽtem, infames factos in Ecclesia Dei, impijs ausis excidisse, spectatores fuisse retectæ turpitudinis suæ.

VII. Tragici exitus, Apostatarum, qui defecerunt à vera doctrina, vt Spieræ: & eorum qui contra conscientiam agnitam veritatem oppugnarunt, vt Latomi, Hoffmeisteri Dominicani: & eorum qui Conseruos cædere aggressi, pœnas dederunt grauissimas, quum alius præcipitium, alius laqueum sibi mandaret.

VIII. Gloria sanctorum Martyrum in Gallia, Anglia, Germaniæ quibusdam locis & aliis regnis, ob testimonium Domini Iesu interfectorum, quorum sanguis clamat ad Dominum, quibus datæ sunt stolæ albæ, & dictum: vt quiescant adhuc paululum temporis, vsque-

quò compleantur & conserui eorum & fratres, qui trucidandi sunt sicut & ipsi. Apoc. 6. 11.

IX. Fructus qui è controuersiis de Religione ad Ecclesiam rediit. Illustrata enim est doctrina cœlestis: & probati doctores manifesti esse cœperunt: cæteri, qui Dei veritatem mutârunt in mendacium, traditi sunt & traduntur in reprobam mentem.

X. Sermonis Dei cursus & incrementum. Etiamsi totus Mundus coniurauerit aduersus Christum, & dicat: Dirumpamus vincula eius, abijciamus iugum eius: tamen verus ille & omnipotens Micael, Iesus Christus pugnat pro populo suo, Ipse suum tutum Pastor ouile dabit.

XI. Diuina gubernatio Ecclesiæ. Quòd non humanis consiliis, quæ euentu noxia deprehenduntur: sed diuinis consiliis regitur Ecclesia, id verò maximo solatio Sanctis ipse debet. Consilium enim Dei stabile & salutare est.

XII. Mundi erga Sanctos odium, & iactura terrenorum commodorum. Hæc enim faciunt, vt per Mundi huius contentum, ad cœlestem patriam contendamus: vt desiderium clari cõspectus Dei & liberationis à toto peccato, in nobis inardescens, leniat cæteros dolores: efficiatq; vt crucis amarorem nobis tum necessarium, tum salutarem esse statuamus.

Ad te nunc redeo, Illustrissime & generosissime Dux FRIDERICE, & tibi commendo nobile dictum Pauli Apostoli de Mose ductore populi Israelitici: Per fidem Moses iam grandis renuit vocari filius filiæ Pharaonis: potius eligens simul malis affici cum populo Dei quàm temporariis commodis peccati frui: maiores arbitratus diuitias probrum Christi quàm Aegyptiorum thesauros: intuebatur enim in præmij largitionem. Per fidem reliquit Aegyptum, nihil timens iram Regis: nam vt qui videret eum qui est inuisibilis, ita forti animo fuit.

In hac tenera tua ætate, illustrauit Deus tanta luce cognitionis suæ mentem tuam, eam quinetiam sermonis facultatem tibi, pro immensa sua benignitate, largitus est, vt in te & in Illustrissimum Principem, D. MAVRITIVM, HASSIAE Landtgrauium, multorum oculi coniecti sint, ac sibi polliceantur futurum, vt Vos duo adiumento & ornamento sitis tum Reipublic. Christianæ, tum Ecclesiis & Academiis, in quibus Deo grata & humano generi scitu necessaria & salutaria docentur.

Vt autem bonorum Principum munere, constanter & sincerè per omnem vitam defungamini, vt auspicata & tranquilla olim sit vestra duorum gubernatio, opus esse nouisti custode omnium virtutum heroicarum & officiorum, vera nimirum PIETATE, cuius salutaria præcepta piis ad Deum votis permixta, tibi quotidie tradit, vir ille Deo inprimis, deinde, & bonis, quibus notus est, omnibus, carissimus, D. OTHO A GRVNROD, quem singulari propitiæ Dei prouidentiæ beneficio tibi Ephorum datum esse, viri sapientes vno fatentur ore.

Multa quidem certamina, ob studium & professionem puræ & orthodoxæ Religionis, repurgatæ à fermento humanorum commentorum, tibi adeunda & sustinenda erunt. Sed Deus ille omnipotens & omniscius, Dominus, inquam, noster Iesus Christus, qui adfuit Friderico 3. pio, Electori, Comiti Palatino: & qui nunc, vmbra dexteræ suæ tuetur Ducem Iohannem Casimirum, Administratorem Electoralis Palatinatus: idem & Fridericum 4. exaudiet orantem, tuebitur propugnantem sanctum ouile, ornabit æterna gloria & vita.

Bene vale, Princeps generosissime. Dominus Iesus omni genere bonorum tibi magis ac magis benedicat: & det vt aliquando coràm meum erga te animum sanctis sermonibus & votis testari possim. Basilea Cal. Aprilis 1588.

C. T.

reuerenter colens

IOHAN. IACOBVS GRYNÆVS.

STEPHANI SZEGEDINI VITA,
AVCTORE MATTHAEO SCARICAEO PANNONIO.

STEPHANVS cognomine Kis, etiam sui agnominis indicio, Szegedini fuit natus, ex eorum genere Cumanorum, qui quondam nobilitatis ac prudentiæ ergò, imminente regni nostri clade, ex proximo territorio, in ciuile eius loci consortium adscripti fuerant. Est enim vrbs Szegedina etiamnum emporium inferioris Pannoniæ, à salibus Transyluanicis: qui olim regales erant, maximè celebre. Et quando ibi Tybiscus Marisium ex Dacia vsque profluentem læto latoq; campo excipiat: æquè pecoribus ac piscium copia Szegedinensibus abundare datum est. Editus in lucem, annum Domini quintum supra Millesimum & quingentesimum salutauit, multis sanè nominibus, supra natale eius faustissimum, memorabilem. Nam & Africæ regnum eodem anno 1505.
fidem Christi suscepit: & Granatæ populus in Hispania eidem Christo subscripsit, autoritate Ferdinandi magni, Caroli quinti prædecessore. Sequenti mox anno, quo schola Francofordiana ad Viadrum fundabatur, accepit & Vngaria Ludouicum Regis Vladislai filium: qua tempestate iam Propheta ille Germaniæ Lutherus ferè 20. annos natus, proximam scholæ Vitebergensis fundationem promouere fato adornabatur. Propemodum enim omnia Papisticis tenebris obruta iacére, nec quisquam nisi cum periculo vitæ Indulgentiis fallacibus obloqui: quemadmodum eadem ferè de causa Ieronymus Sauonarola Monachus disertissimus spiritusq; prophetici non expers, pridem Florentiæ igni traditus erat Pontificis Iulij 2. rabie, hominis ad bella magis, quàm ad literas nati. Teneros ætatis annos (ne cætera Szegedini infantiæ ac prosapiæ persequar) in patria primùm apud parentes transegit: Inde Lippaini, demum Gyulæ (vel mauis Iulia) bonis literis profectu omnibus admirando operam dedit. Siquidem mores eius & ingenium seriæ semper meditationi, nec nisi disciplinis honestioribus vacare & applaudere nouerant. Vnde breui factum, vt cæqualium doctissimus, etiam scholas propria ferula gubernandas, antè parentibus fato amissis, susceperit, propterq; eximiam & sibi peculiarem in tradendis disciplinis facultatem, ad ea omnia, quibus tandem maturissimè incubuit, patriæ nostræ emolumenta, maximam spem, gratiam & autoritatem apud quosuis hominum ordines sibi conciliarit. Et quoniam fama iam Lutheri vnà cum Philippo Melanchthone, perpetuorum Germaniæ luminũ, non nihil in patria quoq; nostra percrebuisset, quorum hic Vitebergæ linguas & artes, adeoq; Philosophiæ præcepta doctissimè omnium traderet, ille verò, in Theologia maximè, diuino quodam Zelo, irrefractoq; assertionum omnium fundamento aduersus erroneas Papæ (tunc Leonis decimi Iulio præfato succenturiati) dogmata fulminaret, ac suo IESV Christo militaret: Szegedinus quidem aures ad ampliora satis surrigebat, verùm quia nec tanta peregrinandi exercitatio, nec præuia ascendentium vltra Craccouiam exempla, nec ij sumtus, quibus se rectà itineri Germanico committere posset, adhuc suppeditarentur: Craccouiam tãtùm se contulit, ac non prius quàm etiam celebriores Vngariæ nostræ scholas vel obiter lustraret. Tunc temporis vbiq; ferè apud nostrates Grammatica docebatur, quemadmodum Craccouiæ Musica inter alia disciplinarum genera vsitatius. Atq; hac ratione factum, vt breui prouincia enarrandorum autorum Szegedino nostro Cracouiæ credita, nõ minus celebrem ibi eum reddiderit, quàm tandem plana illa Musices in patria nostra institutio, cuius hic penuria, ibi verò copia, per diligentiam eidem contigerat. Græcorum interea & Hebraicorum ne mentio quidem. Acta verò hæc circa annum Domini 1540. quo 1540.
tempore in ἄκμην propemodum omnia Vitebergæ erant, sed maximè Græcis Hebraicisq; literis, supra Prosodiam etiam florentibus. Nam quemadmodum Græcas literas vnus Ioannes Reuchlinus (qui obijt anno 1523.) acceptas primùm Parisiis à Gregorio Triphernate, post captam Constantinopolim, Europam citeriorem ingresso, summa cũ fide Germanis suis tradiderat. Et in his maximè Melanchthoni, cùm propriæ solertiæ tum mutuæ, vt creditur, cognationis ergò: Ita sanè, idem etiam Hebraicarum primus extitit disseminator, quibus diuinum planè hominis ingenium, nocte magis quàm die, instar Ieronymi Stridonensis, à Iudæo quodam maximè precario hauriendis, laudabiliter ac fataliter inhiauerat. Et hoc quidem potissimùm in Germania. Nam alibi non penitùs eadem studia fuerant intermortua, Francisco Simenio Archiepiscopo Toletano, Augustino Iustiniano Episcopo Nebiensi & alijs eadem ferè ætate Chaldaicis quoq; ac Arabicis supra Græca & Hebræa florentibus, quemadmodum opera eorundem in libris vtriusq; Testamenti, ipso Leonis decimi ævo edita testantur. Veruntamen doctissimorum illius seculi in Græcis literis Erasmus Roterodamus Germanus, & Guilhelmus Budæus Gallus cessère nemini: qui nihilominus oscitanter admodum iuuêre Lutherum in sacro suo illo Pancratio, cui facilior Longolius disertissimus, si superuiuere diutius potuisset, accessurus erat, & quod, comite semper Philippo, præclarissimis vndiq; exornauit victoriarum trophæis, Deo maximè & toti Christianæ professioni gratificatus circa annum Domini 1520. & vltrà.

Interea recenti adhuc memoria Italicorum Poetarum Baptistæ Mantuani, Philippi Beroaldi, Calimachi eiusdẽ nominis Florentini, Ioannis Iouiani Pontani, & similium, accensi etiam Germani id genus studij haud inuita Minerua persequi: Inter quos primã Laureæ coronam Conradus Celtes meruerat, Viennæ postea Austriæ, quarto postquam Szegedinus noster natus esset, anno, ex humanis euocatus: cuius quidem mortem ad hæc vsq; tempora præclarissima semper excepêre Germanorum ingenia, Iano tamen nostro Pannonio, quem Volaterranus sub præceptore Guarino Vngaretum vocitatum scribit, haudquaquam hactenus superiora. Nam (siquidem in hanc incidi mentionem) maior fuerat & Guarino inde fama, quòd vnà cum Poggio Florentinõ ac Leonardo Aretino, præcipuus fuisset Emmanuelis Chrysoloræ discipulus, primi in Græcis literis magistri apud Italos, ad quos & ipse, clade (vt fertur) Constantinopolitana sub Bonifacio octauo transfugerat, annis fermè ducentis ante natum Szegedinum. Sic

VITA STEPH. SZEGEDINI.

Theodorus Gaza (vt hoc quoque inseram) Thessalonicensis; æmulus omni studio & actione Georgij Trapezuntij, qui in seni vniuersa literarum memoria exciderat, post captam suam patriam (ab Amurate Turcarum Imperatore, qui Vladislaum Vngariæ regem anno 1444. ad Varnam cecidit, & reliquam Græciam occupauit) in Italiam ad Græcas literas profitendas cum aliis doctioribus viris transierat. Sed enim, vt eò reuertatur vnde deflexit oratio, hominibus quibusq; aut aulicis vanitatibus, aut bellicis tumultibus, aut agresti ignobiliq; vita exercitio deditis, atque, vt fit vulgò, tenui seculi lucello mancipatis, solus sui temporis Szegedinus Deo propicio in eum rei literariæ aspirauit profecitq; apicem, vt contemta rusticana scobe, Ecclesiasticis ineptiis, quæ solo templorum boatu aut murmure constabant, necnon tenuioribus disciplinæ riuulis posthabitis, labra, fonte ipso, vt ait ille, proluere sategerit caballino.

1541. *Vt primùm igitur anno 1541. exemplo Stephani cuiusdam Galli setsi (qui primus ex Vngaria Saxonicũ Albimontem, quod Viteberga sonare videtur, Szegedino adhuc Craccouiæ posito attentauit, moxq; Matthiam Deuaium, strenuum Christi militem, cum Andrea Batizio ad idem studium prouocauit) Szegedinus quoq; noster plus animi ad peregrinandum collegisset, corrasaq; denuo pecunia, illud ipsum studiorum emporium antiquo desiderio peregisset, parentesq; currentium studiorum salutasset: in id totis viribus incubuit, vt non frustra sibi matricem (ceu vocant) eius Academiæ à præclarissimo viro Caspare Crucigero Rectore tunc collegij exhibitam pro sui inauguratione in Pannoniam deportaret: sedulus ad æmulationem plurimorum excerpendæ Dialecticos locorumq; communium ex ore Philippi, sacrarumq; institutionum prælegente Luthero: De quibus viris nec meæ exiguitatis est, nec huius loci, aliquid amplius ad laudandum inuehere, atque, vt dici solet vulgò, Solem digito monstrare. Deuaium porrò vel hoc nomine strenuum Christi militem ex nostratibus appellaui, quia cùm reuersus Viteberga, ob nouam docendi formam pro hæretico, apud Ioannem regem Cassouiæ delatus esset, iubetur in carcerem abripi & damnatis ad mortem associari: contigit verò tunc fabrum quoque serrarium in eam ipsam custodiam mancipari ob læsum equum regium in calce ferrea illi ineptiùs induenda, quòd quidem Rex insensissimè ferens, conditionem mortis sanitati sui equi adstrinxerat. Sed in carcere vltro citrò q;, vt fit, habito sermone, vbi spiritu verè Euangelico hominem Deuaius imbuisset, interimq; equus restitutus suæ pernicitati fuisset: admonetur lato nuncio faber, vt custodia excedat, Deuaium ceu hæreticum igne comburendum ibi relicturus. Atqui, citra omnium & Regis opinionem, vbi se quoque faber eiusdem religionis cum Deuaio esse constanter pronunciasset, simulq; velle cum eodem mortem perpeti, nuncq; omnium maximè sapere cœpisse, &c. ambo tandem liberæ confessioni in pace dimissi fuêre. Id quod oculatus mihi testis admodumq; veridicus coram non semel retulit. Sed vt amplius dicere pergam.*

Post Stephanum tandem nostrum, vtpote celebriorem antesignanum attentarunt nostræ nationis iuuenes liberaliori ingenio præditi primos in Germaniam referre pedes, quorum clarissimi (ne aliis interea sim fraudi) Benedictus Abadius, Emericus Ozoræus, Gregorius Vizalnanus, Martinus Santa Kalmantseinus, Stephanus Copatsius, Caspar Heltus, pastores singuli Ecclesiarum fidelissimi, meæ nunc memoriæ occurrunt: præsentissimè autem omnium Heltus ipse, qui facie mihi inter reliquos notus, sese intimo quoque amico Szegedino Vitebergæ vsum esse iam decrepitus Claudiopoli mihi retulit, annis ab hinc quindecim, ob arctissimam, quam nouerat, inter me & Szegedinum coniunctionem. Nec attinet hîc de Starino, piæ memoriæ, magno sanè nostri seculi Theologo, dicere, quum ipse non alibi quàm Patauij in Italia mercaturam studiorum sit consectatus, in medio quidem Papismo, sed facilè scriptis Lutheri & pio aliorum zelo, in æternum errore sepositio. Vnicus Petrus Melius, Brentianæ multum addictus in negocio Cœnæ assertioni, diutissimeq; Szegedino carminibus & libellis pro suo sanè admirabili ingenio reluctatus, tandem palmam eidem detulit, perpetuoq; veritati subscripsit, sicut ipse fragmenta quædam collusorum hinc inde argumentorum & carminum etiamnum penes me habeo. Miratus non parum volubilitatem Melianam Szegedina grauitate tam feliciter fuisse circumuentam atque compressam, iuxta quod bene queat dici: Bos lassus fortiùs pedem figit.

Sic itaq; Szegedino non ditiore solùm ab optimarum artium scientia, sed & sanctiore ob puriorem fidei & sacrarum literarum, quibus diuinitùs conciliabatur, professionem, post triennium ex Academia Vitebergensi reuerso, congratulatum vbique est à iuuentute, desiderio tanti viri voto omnium redditi, quum & antea commilitones quiq; longè faciliorem, doctiorem, magisq; industrium cæteris propria disciplina, eum experti fuissent. Cæterùm quia Thasnyadini primùm conductus à ciuibus, non solùm studiosis summa cum autoritate vacaret, sed ad plebem quoq; insolita tum auribus veritate, artificio, atq; heroico spiritu proclamaret: mox malus ille inuidens, summam aduersus Lutheranum, iam tum cruci Christianæ initiandum, tanquam dogmatis antiqui & Catholici impugnatorem, inuidiam apud præcipuas Papæ creaturas excitat, Vatinianumq; conflat odium. Ac maximè re omni percepta thesaurarius tunc regius, Georgius Frater, antea Heremicola apud cœnobium sancti Pauli supra Budam (talem enim tutorem suo infanti & coniugi relictæ Ioannes Sepusius Rex, Ludouici successor, testamento legauerat) is inquam, tum etiam cucullger, primus per aulicum suum adeoq; exercitus sui capitaneum Casparem Perostiũ, sanctum Dei virum adortus, non solùm acerbos ei incussit colaphos, sed & aliter aliquoties pro constanti responsione casum reb. penitùs omnibus exuit, Thasnyadinoq; eliminauit. Relatam eam cladem ex ipsomet Szegedino aliquando audiui, quamuis parcissimo supra omnes mortales suarum perpessionum sanctorumq; stratagematum prædicatore. Aiebat verò, intermixtu gemitu, vltra ducentos libros tunc sibi fuisse ademtos, immisericorditerq; prorsus à Præfecto ferratis cothurnis calcatum, protritum, vexatumq;, sola misero corpori anhelatione superante.

1545. *Thasnyadino expulsus, dum quasi exulem ageret, vocatus est Gyulam, anno labente 1545. vbi, assumta celeberrimæ Scholæ prouincia, videbatur & poterat iam secundis vti rebus, nisi antè factæ rerum omnium & salutis iacturæ recordationem tristissimus rumor refricaret, quo audiuerat Lutherum summum suum strategum Islebij in Germania*

mania fato diem clausisse mense Februario anni 1546. quem quidem Deus, ad mortem vsque placidam, illæsum 1546.
Papistarum fraude ac violentia, pro mirabili sua prouidentia permanere voluerat: ne videlicet tanquam alter Ioannes Euangelista non incolumis superesse ille crederetur, quem instar Ioannis Hussi & aliorum pro vera confessione dimicantium violentæ morti non addicere ac proscribere fatum æternum statuisset. Cui, ratio itidem constat, quomodo hinc & inde suos olim digna mercede remuneret, momentaneámque istam affectionem perenni solatij ac gloriæ pondere anteuertat & compenset. Hoc antidoto & Szegedinus omnia sua mala æquo animo perpessus, infracto itidem studio, Christo & Ecclesiæ eius ad extremum militare pergit, sciens cui crediderit & ad quid spiritu coarctante bonóque omnium omine inuitetur. Anno illo elapso, suggestione Matthæi cuiusdam & Michaelis Literati, hominum iam antea Szegedino familiarium & in certis peregrinationibus etiam comitum, traductus est ad Ecclesiam Cegledienſem, publicáque ibi stipe conductus non solùm in templo docere cœpit, sed in scholis quoque pace & prece ludirectoris locos communes Philippi Melanchthonis enarrare, classes quoque alias mira dexteritate continuans ex decretis Pontificum & Gratiani ad confutandos Sacrificulorum errores. Ea ex officina prodiêre multi iuuenes docti, inter quos & vir eximius Albertus Bakonius pastor olim & Episcopus in eadem Cegledienſi Ecclesia, cùm iam antea Magistri munere alibi functus esset. Huius ego piæ recordationis viri colloquio sæpius vsus etiam charta peculiari horum memoriam ad ista vsque tempora reseruaui. Referebat porrò sanctus senex maiorem se natu Szegedino esse, nihilominus tamen, quasi parentem, eum semper coluisse, longeq; pro idonea ætate ampliorem illi vitæ vsuram, se etiam ad mortem composito, imprecari. Animaduertens etiam me mira hominis obseruantia teneri, quàm itidentissimè profitebatur, omnẽ suam eruditionem disciplina Szegediniana sibi excultam perpolitamq; fuisse. Mansit hac ratione Szegedinus annos duos cum semestri eadem in palestra adhuc semper ἀγαμος, donec ibidem anno 1548. duxit primam vxorem Vrsulam. 1548.

Dimissis Cegledienſibus vbi Machonium fortuito transiisset, protinus legati Magnifici Domini Petri Petrouitij Comitis & præfecti Temesuarienſis audita eius vocatione, ad regendas scholæ eiusdem loci habenas, quàm obnixè inuitant, quæ quidem celeberrima tunc in toto illo tractu fuerat. Cæterùm legitima conditione assumta, non docebat solùm pro iuuentute, sed & populariter concionabatur collega sibi Christophoro Lippenſi. Hunc Comitem habuit noster Stephanus admodum fautorem, Mecœnatemq; per omnia liberalem, à quo etiam vestem vulpina pelle subductam, spe & vsibus suis satis idoneam, acceperat. Sed enim illo eo loci è viuis exemto, succesit præfecturæ diuersi omnino ingenij & non nisi militiam spirans Stephanus Losontius, qui, quando supra innatam animi ferociam, etiam acerrimum Papisticæ factionis propugnatorem se videri volebat: propediem cum plerisque alijs orthodoxis & Gregorio, Pastore olim Detsienſi, exturbauit inde etiam Szegedinum. Cuius quidem minis tanquam Diomedeæ necessitati hoc facilius collecta illa Ecclesiola tergum vertit, quòd iam & rumor afflauisset, Turcam, perpetuum patriæ nostræ hostem, obsidendæ arci singulariter impendere, aliquot iam fortaliciis circumiacentibus strage maxima obsessis & dirutis. Non tam itaque (quod verè sentio) aut ebrietate socordiáque vulgi, quemadmodum sub præfectura Michaelis Toth, Szegedini: aut consternatione militum pro debilitate penuriáue arcis, veluti Lippæ, contigerat: malum tandem o[illegible]e castrum Temesuarienſe inuasit, miserrimáque propugnantium internecione, vniuersa absorpta & excisa sunt: quàm ingratitudine illa, adamantináque asturgia in verbum Dei salutare, fidissimosq; eius præcones: quorum quidem præsentia tàm spiritu quàm externè militum animos iuuare & confortare potest, vulgarem mitigat cladem, interdum autem vniuersam tollit perniciem: quemadmodum exempla Loth, Abrahæ, Eliæ, Ieremiæ, Ezechiæ, Iosaphat, & aliorum in sacris literis ostendunt. Non tàm suæ ergo aduersus hostem temeritati aut ferociæ Magnificus Magnanimusq; miles captus turpiter coram se mortem intentatam imputare debebat, quàm certissimæ cœlitus vltioni, quæ præludio quodam illi iræ antecedit, quam perenni malo omnes verbi Dei contemtores olim sensuri sunt, vt in hoc mundo erecta ceruice & sibi multum blandi. Miserrima hæc propugnaculi patriæ nostræ ab Alba Græca demolitio peracta tandem est anno tertio ab exitu inde Szegedini, postquàm is ibi triennium ferè explêsset.

Hac ratione exul propemodum inter suos, recepit se longa circuitione, per Lippam transiens, Thurinum, celebre ad ripas Berechionis oppidum, vbi summo cum honore exceptus & conductus est anno 1551. ad scholam quidem re- 1551.
gendam, sed interdum etiam concionandum, stupendo planè omnium amore & desiderio, secundùm sinceram populi erga verbum Dei affectionem, labore & autoritate Martini Santa Kalmantseienſis plenius impressam. Thurino tandem functione sesquiannorum expleta viduus Bekenesium iusta vocatione concessit anno 1553. vbi propter con- 1553.
ciones omnibus in eum intentis, in Schola quoque studiosis crebras lectiones priori solito proponebat. Ita sanè, vir tàm doctus quàm impigerrimus, proprio exemplo posteris inculcandum duxerat, non ita deinceps versandum esse in professione Ecclesiastica, quemadmodum vulgo apud Papicolas inualuerat, vbi, lectura ipsa magis quàm attentio, vsus magis quàm eruditio, consuetudo pro pietate, ordo classicus pro iure mercedis, verbositas pro labore, libertas pro impunitate, adeoq; quies ipsa & ocium pro grandi æstimatione, in qualibet professione, summam sedem occupauerat: vbi non tam linguæ scientiis, non literæ concionibus, non plebs studiosis, non Scholastici clericis, non deniq; Ecclesiastici quicquam vniuersæ Scholæ debere videbantur. Hæc inquam hasq; ineptias corrigere volens strenuus Dei miles Szegedinus, etiam atq; etiam ostendit, doctum hominem esse debere & pium semper, pium item & doctum non nisi laboriosum, proficuum, adeoq; vix in aliud magis quàm vt semet omnibus pro frugi ministerio exponat coniuratum, vita & viribus à Deo secundum intentionis mensuram administratis.

Hic adhuc residente Szegedino, antequã arx ipsa cum Losontio & duce belli Camponio Italo interiret, peccata peccatis, delicta delictis accumulantes milites vagabundi, iussu ducum suorum vim profugo mira rabie intentare. Quo percepto plebeius quidam, bono sanè proposito, sed malo fine, talibus ex improuiso Szegedinum affatur: Quam

diu hic intra parietes scholæ moram nectere pergis? Cur cessas? Qui non fuga tibi citissimè consulis? Iam enim in procinctu sunt milites Campouiani, vt te hisce interceptum locis trucident: Euge si quid habes reculæ mihi quàm ocyssimè concredito, tibi fidem per omnia sacra seruaturo. Interea tumultu exoriente, vt reuera dicebatur, illapsus protinus SZegedinus in suam cameram, ex fenestra, quæ in hortulum patebat, hominem inde qua poterat obtestatur, vt pecuniæ sacculum, quem interea porrigebat, summa cautione seruaret. Cæterùm mora nulla irruentes Satrapæ vniuersa cum libris diripiunt, vinctumq; ipsum Campouio tradunt, solo lectulo in straminibus relicto. Atqui miranda & hic diuina protectione quomodo salutem recuperauit, dignum relatu, dignissimum auditu est. Inter enim milites mercede sanguinaria suis ducibus addictos, fuerat vnus Szegedino tanquam præceptori bene faciens, cuius quidem opera Szegedinus captiuitate pariter & morte se expediuit, furtiua traiectione Chrysium fluuium superans. Exinde remissa rabie militibusq; retrò lapsis, trepidè Stephanus reuersus, relictam in straminibus lecti pecuniam à mulierculis recepit, quæ in eam suo more supellectilia scrutando inciderant: verùm homo ille, cui ex fenestra sacculus numosior commissus erat, apparuit postea nunquam. Ibidem filiolam Catherinam paucis pòst diebus vita defunctam tristissimis exequiis Szegedinis terræ mandauit. Tandem subsecuta est obsidio illa Temesiana, de qua pro-
1553. ximè dictum, anno Christi 1553.

Bekesini talibus fortunæ telis impetitus vbi dimidium ferè annum peregisset, à Tholnensibus, qui eius famã iam abundè perceperant, secretò ad regimen scholæ citaretur. Atque sic plurimorum comitatu, ipse, vnico saltem domestico sibi famulo, Tholuam deducitur circa finem anni 1553. Hæc antiquitus & Altinium dicta, ad ripamq; Danubij, vt notum est, sita, amplissima tum quoque Ecclesiarum omnium erat vsque ad mare Euxinum, in quod se ille auctior perpetuis fluminibus, numerosis exonerat ostiis. Laborauit & hic, sed maximè in schola. Nam Michaele Starino sacris præsidente non nisi in festis potioribus ac serie intercisa ad concionãdum flecti potuit, animo reputãs, non tàm populo sibi gratificandum illo tempore esse, quàm consulendum optimæ iuuentuti, ad veram sapientiam nouissima quadam inflammatione aspirãti. Obtinuit tamen æstimatio syncera Christianorum simul & Papistarũ qui promiscuè hîc & ibi experimentum fidei quærebant, nec nõ ipsius Starini interceßio, vt dominicis quibusq; diebus de prima concione ipse Szegedinus prouideret, quò infirmiores auditorum animi magis magisq; ad lumen orthodoxæ fidei incalescentes roborarentur. Peßima enim altercatione præposteraq; vehementia vtrobiq; adeò digladiatum fuerat, vt multoties Prætori quoq; gentilitio stupori, sibimet autem blaßphemiæ ac dißendio fuissent deplorando ciues ipsi, sola alioquin Ecclesia & pastoribus dißidentes. Sed enim Papistæ ansam omnem eius rei, Starino, tanquam immodestius concionanti ac disputanti aduersus Missam, Papam & Monachos, adscribentes, malle ipsi etiam & rogare, vt Szegedinus semper & disputationi & concioni tanquam tẽperatior & dilucidior ipsis audientibus præiret. In moribus erat Starino, Iosepho Monacho ad idem templum concionanti sic illudere, vt adolescente substituto omnia loquentis verba primùm excipi calamo curaret: Inde ipse illa succedanea Panegyri, acri magis quàm acuta exprobratione taxaret ac refelleret. Sed sanè non tantæ laudi ea industria Starino iam tunc inscripta est, quàm quòd pacatè admodum omnia voto populari permittẽs, etiam ipse abs Szegedino exorauerit, ne emolumento Ecclesiæ Dei quippiam abnegatum vellet. Tandem felicius Dei nutu re Ecclesiastica procedente, disputationiq; publicæ scopo aliquoties per SZegedinum præfixo: Iosephus quidem causæ suæ diffidens, semper se à tumultu exorituro tempestateq; Stariniana excusare: verumtamen longè maximè auditorum suorum propriaq; æstimationis iacturam vanißimus interea formidare.

His ita transeuntibus cursu propemodum semestri SZegedinus aliam sibi curauit consortem, Elizabetham, annis plus minus 13. hoc eodem loci, sed me absente, defunctam, fœminam & forma & norma totius vitæ merito omnibus laudabilem ac incomparabilem. Erat illa tunc relicta Ioannis Beremenij Symmystæ Emerici pastoris in eadem Tholnensi Ecclesia ante Starinum, cæterum defuncti in catholica illa patriæ nostræ peste, ante annum, superstitibus relictis Catherina primogenita (quæ tandem eximio viro Thomæ Bellenio, vt & infrà dicetur, nupserat) & Martinello lactente.

Pòst peractas summa omnium congratulatione nuptias, Starino, qui Episcopum suæ Baroniæ agebat, versus Dranum profecto, Lascouienses pastore carentes precariò commisère, vt SZegedinum ad eos transmitteret, suoq; tempore ordinaret. Quod & probè is præstitit Lascouiensibus è vestigio lapidem omnem mouentibus. Traductus itaque Lascouium suscepit suo more & iuuentutis scholasticæ promotionem & simul populi exhortationem summa cum autoritate, coniunctißimè cum Starino consilia & operas tàm per literas, quàm oblata præsentia communicando. Cæterùm instantia non minus populi quàm exhortatione Starini impositioni manuum sese demũ vir doctißimus sub-
1554. mittit anno Christi 1554. hoc est priori aduentus sui Lascouium, celebrata ipsius ordinatione maxima cum solennitate, ac alijs etiam nonnullis vnà cum eo assumtis. Et tum demum SZegedinus noster clarißimum illud doctrinæ laborisque sui nomen, quo Magister nuncupabatur, vulgatò amisit, Doctor inde & generalis totius Baroniæ Superintendens & virtute propria & suffragio omnium declaratus anno ætatis suæ 49. At stupenda etiam atq; etiam hominis industria mirificáque promouendæ iuuentutis intentio illa etiam ætate supra ingruentes alias occupationes stare sibi non poterat. Legebat non in scholis tantùm aliquid, sed & domi priuatim Ecclesiasticis hominibus rudioribus ad ipsum vndiquaque confluentibus, ne morbo quidem mediocri id interrumpente, si modò ipsa, vt dicitur, assa vox è grabato proferri & percipi ab auditoribus posset. Sic sic enimuerò nos ad laborandum natos professus illud Ethnicum in se Christianißimè adimplebat: Γεηράσκω ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος. Et ocium vitámque hominis sine literis viuum esse sepulcrum, vir sanctißimus innuebat. Vnde Deo semper, qui iustis hominum laboribus aspirare solet, propicio, maior seipso semper SZegedinus factus etiam finitimis desiderio cæpit esse permaximo. Ambiebant eum cuncti, vocitabant magnates, salutabant nobiles, muneribúsque cohonestatum etiam à longinquo demereban-

merebantur & adiutabant. Quatuor ibi integros annos hac & simili ratione vir præclarissimus expleuit, susceptis tribus liberis Anna, Sara & Isac. Interea non tacendum est eum pluries à generoso magnificoq; Domino, Marco Horuat arcis fortissimæ præfecto Szigetinum fuisse accersitum, nunc instituendarum concionum, nunc verò decisionis abstrusissimarum causarum ergo.

Anno 1558. Szegedinus ægrè à suis Lascouiensibus dimissus Calmantseinũ nescio dextro an sinistro dixerim o- 1558.
mine, traducitur, voto & autoritate cumprimis præfectorum arcium finitimarum, Baboltsæ Volphangi Pernescij, qui tandem hastiludio gymnastico improuidè ac lethaliter sese transfixit, Szigetini autem Marci ipsius Horuat, cuius supra omnes alios munificentia & familiaritate Szegedinus semper vsus est. Ordinabat plerumq; Calmantseini ministros Ecclesiarum eò militibus quoq; pro solennitate inaugurationis agminatim transeuntib. Sed, vt maximè idem intrepidè propter vicinos hostes procedere posset, Szigetini etiam ad conspectum Baronum, Comitum & nobilium non rarò celebratum est. Duobus enim saltem milliaribus Szigetino à Quinqueccleſiis, arce tunc etiam Turcica, distante, solum intermediabat Calmantseiense oppidum. Erat Marcus ille Horuat, ex asse, vt dicitur, vir strenuus & verè magnificus, quo propugnante frustrà semel imò summa cum suorum iactura Turcæ Szigetum obsederant, fauebat bene religioni, in qua felices semper progressus doctore Szegedino faciebat: Inde euenire vt nunc larida nunc triticum & alia donaria affatim, etiam Calmantseinum, suo, vt vocabat, antistiti transmitteret. Et quamuis tantæ fuisset iracundiæ, quod ex ipsomet Szegedino accepi, vt quandoq; gloriatus sit, sese intra annum quoque posse alloquio sibi temperare eius, quocum eandem incolens domum in iram rixasq; semel descendisset: attamen certum est magnis & arduis in rebus intercessioni Szegedini succubuisse, cui etiam interdixerat, ne aperto capite vnquam illi tanquam magnus & ipse inter mortales homo astaret. Sic semel euenit vt Franciscum quendam cognomine Italum Calmantseiensem, de quo fama erat cassides & loricas Quinqueccleſius è supernis venum deportasse, ob idq; captiuo iam proximum imminere suspendium, ipse Szegedinus nece liberarit, intercessione cum primis suscepta ratione liberorum in orphanis mox relinquendorũ. Eodem modo & aliis iusta occasione sic passim commodauit, vt cœlitus omnino patronus ac verus animi & corporis medicus datus esse populariter iudicaretur. Interea Marco Horuat miserè se ex pedibus habenti in thermisq; Pistenienſibus diu agonizanti, vltima rerum linea aduenit, allato inter cætera eius testamentaria libello quoque supplici, qui Szegedino inscribebatur, quò is eius nomine vicinas suæ ditionis Ecclesias maximè Szigetiensem & Calmantseiensem complacaret, veniámque post cineres tanto principi impetraret, qui simul vniuersis & singulis secundùm suam iurisdictionem bonus & malus, pius & impius esse nequiuisset. Quod quidem, ex suggestu, summisq; doloribus Szegedinus Mecœnati indulgentissimo & familiæ eiusdem orphanæ sedulò exoluit anno 1559. Habebat tunc Ludirectorem Iuuenem doctum 1559.
& perquam modestum Thomam Bellenium, quem Tholnæ quoque inter suos discipulos erudierat. Ac iam ferè decenni existente Catherina ipsa priuigna, cœpit præfatus Thomas puellam ipsam intempestiuum coniugium ambire & procari, quam nec voluit nec aliter obtinuit, nisi Viteberga primùm bonarum literarum ergò perlustrata. Cui quidem rei ille probè etiam aduigilans, tertio demum anno Szegedini sui domesticis est redditus, hoc est, anno Christi 1561. susceptа mox prouincia scholæ Detsiensis, natoq; iam Szegedino, Stephano, nata etiam Dorothea, 1561.
sed abbreuiatæ vitæ Calmantseini.

Anno eodem, sed nouo adhuc & recenti, casus omnium miserrimus & diutissimus postremúsque prouidentia, quod crediderim, clementissimi Dei Szegedino subeundus talem habuit parasceuem seu, mauis, causam procatarticen. Concionabatur occasione nomenclationis in circumcisione veterum, Baptismo autem Christianorum de Etymologia nominum propriorum, inter quæ aduenit tractanda nuncupatio quoque Vrsulæ ex fœmininis, quæ materna nostra lingua sonaret idem quod animal vncans fœmello, neosten medue: quod quidem eius nominis fœmina furiosa, compar Alberti Furiæ consors, molestissimè ferens, domi marito quàm acerbissimè conqueritur, se nempe totam sui nominis dedecore confusam Templo domum repedasse, ac non nisi suis contumeliæ causæ eam tractationem publicitùs institutam, dignámque per datam occasionem retaliatione. Ah pessimum id genus mulierum (honestis enim quis derogatum velit?) dignúmque non cincinnis, ligaminibus, calyptris, fasciis & margaritis, quibus illa delectabatur, sed ad coruos extremos ablegari, impudicissimæq; ac impijssimæ Herodiadi in æternum opprobrium annumerari.

Qualibus etiamnum nulla maior sitis, quàm vt veridici suisq; prauis moribus obloquentes Ecclesiæ Doctores è medio tollantur, aut ad extremos Garamantas propellantur. Consors huic & verè similis maritus quoque deuouendus extitit: qui tantùm abest, vt in saniorem mentem insanam suam Vrsulam reuocasset: vt potius cum crudeli ipse quoque, sed dissimulata iniquitate, indignissimè reuocare ferociréque cœperit, ceu modico progressu satisq; ingrato auditu palàm fiet.

Præses Quinqueccleſiensis Mamhut Begus nouiter Prouinciam ingressus, vbi à ciuibus Calmantsiensibus salutatus, ac muneribus cohonestatus esset, monuit eosdem, vt deinceps Vayuodam Caposuariensem, suum Centurionem, seu officialem, Cyaser dictum, adirent, & quatuor vel quinque vlnas panni boni generis illi exhibentes seruitia debita vltrò manciparent. Hac iussione à Calmantsiensibus neglecta, vel saltem dilata, irritatus Vayuoda, paucis pòst diebus, ipso concionis tempore ita aduolat Calmantseinum, vt terrore subitaneo grandioribus auditorum Templo dilapsis, pueri & virgines in Sacrarium absconderentur. Nihilominus armata manu, adita quæque Templi milites Turcici peruestigantes, seseque satellites inuestigare dictitantes, iuuentuti quidem pepercère, maiores verò quosque vnà cum Szegedino, & Ludirectore Emerico, equis curribúsque impositos violenter Caposuarinum perducunt. Vayuoda exemplò de stratagemate illo eo argumento scribente ad Begum Quincqueccleſiensem, quasi non oppidanos, sed satellites Calmantseini eius milites comprehendissent. Factum inde, vt quã-

uis Iudices clade superstites protinus collectis muneribus ad Vayuodam festinarent, ab eodémque suæ tarditatis veniam imprecantes, abductorum, & maximè Szegedini liberationem contenderent: tali tamen responso à Vayuoda præuersi & delusi sunt: Sese votis illorum, serò sapientium, respondere non posse: quia iam præscripserit Begs, se quosdam satellites vnà cum Sacerdotibus cepisse, precantiumq; esse confestim ad Begum ipsum ire, ac omnia ex eius venia expectare.

Quo facto res semel prosperè cessit: nam prece & precio flexus tyrannus, omnes captiuos solutos iri reuertiq; iussit. Sed deinde moti suis pluribus quoq; malis Calmantsienses, intentiq; summoperè in id, vt peruersum illum Vayuodam statione sua amolirentur: tentarunt quidem multa accusatione apud Begum, cui ille vicissim amplioribus donariis corrupto facilè persuasit, se neq; malum vnquam, neq; depopulatorem plateæ Calmantseinæ fuisse, quemadmodum à Ciuibus aperta delatione incusaretur. Qua occasione Begus: Volo, inquit, propediem cum certis quibusdam circumspectioribus ciuium, Sacerdotem quoq; vestrum, tanquam veridicum, ad discernendam hanc litem mihi præsto fore. Quod Begi mandatum vbi à Calmantsiensibus Volfgango Pernescio Præfecto Baboltsiensi ex debito significatum esset: Considerate, inquit, quomodo verbis & sponsioni Turcicæ fidem adhibeatis: per me quidem licebit eò proficisci, modò regressus pateat.

Vbi ventum est in conspectum Tyranni, perdoctus autoritatem hominis protinus inter alia minitabundâ sic Szegedinum affatur: Cur tu Sacerdos temerariè & caninè pro solito habes discurrere in arces quasque finitimas, & quidem Vngarorum? Nónne ego quid rerum geras tu, iam diu edoctus sum? faciam porrò, ne indoctus & ipse sis. Qualia quidem dicta meras minas & furias spirantia, sic pius vir excepit: Nobis hinc aqua inde igne circumuentis, eò concedendum est, quò, etiamsi nollemus, cogimur. Quibus plus magis irritatus Gentilis, iubet protinus in suum carcerem, quo etiam nollet, Szegedinum abripi.

Rebus illicò diffisis instare Calmantsienses muneribus, galeis & loricis prece & precio sumtis etiam à Pernescio, animum Tyranni pro libertate sui Pastoris flectere: verùm ratione magis donorum, quàm humanitatis impulsus, rem differre, ac procrastinare, talem verborum colophonem demum comminiscens, sese non prius Szegedinum dimissurum, quàm Albertus Furia reuertatur. Is autem tunc insignis pecuarius Petouiæ fuerat, vnde dilatione magis magisq; suspecta, rem omnem Calmantsienses Pernescio deferunt, facilè impetrantes ab eo, vt suis mandatis festinanter Furiam ipsum reuerti iubeat. Pernescius itaq; amandatis exemplò duobus famulis, seuerè iniungit, vt sub mulcta capitali biduo apud se ad prandium Furia compareat. Quo adimpleto, iubetur quoq; illi, vt primam eliberandi Pastoris curam apud Begum toto nixu subeat.

Vbi igitur homo subdolus & plus quàm deceret vxorius Quinquecclesias intrasset, à Vayuoda Begi Peruizio dicto naturæ immanis & vaferrimo carceris tædio Szegedinus soluitur: & iam sola superat libertas, quum furiosis Furia verbis & intimis susurris Peruizio inquit: Inconsultum esse tam grandem prædam temerè dimitti, cui perfacilè floreni mille ad sese redimendum suppeterent. Hæc dicta à Vayuoda in aures Begi sic ingeruntur porrò, ac si iam promissi essent mille floreni à magno desperatóque Sacerdote. Idcircò paruo interuallo Begus peccata Szegedino magis magisque exprobrare, illum proditorem, multorúmque militum perditorem appellare, ad maioremque carceris squalorem nutu immitissimo ac superbissimo ablegare. Sicq; circa ferias Laurentij interceptus ad Andreæ vsque festum indignissimis custodiæ miseriis homo pietatis & constantiæ exemplar agitatus est, anno præfato 1561. currente.

Malorum autem perpessorum hoc ibidem singulare fuit: Aiente semel Bego ad suum Peruiz, Sacerdotem ab eo, quasi conuiuam optimè tractari, ideóque redemptioni minus attentum esse, vt vt verbotenus, pleno quoque pecuniæ vase, id, si posset, effecturum se pronunciaret. Tali Peruiz modulo in pœnam sanctissimi hominis irritatur, in ædibus Benedicti literati, qui tum præter vxorem domo totus aberat. Hospitam primùm malæ mentis, maliq; propositi conscius in cameram proximam repagulo obducto includit, ne illa sibi quippiã, vt conijciebat, aduersari posit. Inde, posita sede, Szegedinum fortiter illi, sella superiecta, adstringit, in manibusq; reuinciedis supplici voce quæsitus, exprobratorum sibi verborum prodigam instituit recitationem, sumtaq; tandem scutica Tartarea, vulgo corbats, quibus potest viribus, multiuariam, pronũ pendulumq; cecidit largè indusia sanguine perundante. Atrocitatem hanc aliquando Szegedinus mihi referens aiebat sese supra miserrimas illas plagas, tormento pronitatis lethaliter periclitatum, adeoq; vitæ parum fuisse memoriæ, cùm confestim eiulatibus mota iam in misericordiam hospita, per diffractas violenter cameræ ianuas euolat ad vicinos, infandum pro opitulatione vociferans, priorisq; inde eiusdem in Peruizium irruentis, ille manubrio flagri, pectus haud mora perfringit. sic & cæterorum cateruatim & è vestigio confluentium, hos colaphis, illos scutica pro suo posse excipit, donec etiam proprijs vindices malis rabiosum euincũt, Szegedinumq; exanimem clitellis & cinctoriis dissuunt. Elapsis pauculis diebus Thomas ipse Bellenius, tragedia iam gnarus vniuersæ, vbi Detsino Quinquecclesias transiisset, ad ædesq; illas quasi pannum emturus concessisset, vidit notauitq; statim fluores sanguinis adhuc in cruda camisia: verùm de liberatione nihil omnino meminisse potuit, percepto Begi proposito, illum non nisi Szolnakino dimittere velle, vbi eius arcis præfecturam iam sibi adscriptam obijsset. Nam multis & antea vicibus peramplisq; muneribus miseri Calmantsienses illum obtuderant: Sed frustra, fato sic omnia olim in melius prouidente.

Exinde paruo dierum interuallo tyrannus vniuersis suis assumtis & Szegedino, vbi pleno itinere Tholnam attigisset: affuerunt protinus & Tholnenses liberali munere pro Szegedino contendentes: quibus respondit Begus, se non aliter Szegedini miserturum, quàm pro eo filia Prætoris seu causidici Tholnẽsis, quæ captiua apud Vngaros esse credebatur, libertati restitueretur. Sed & id effecerunt Calmantsienses, vt virgo vna cæteris inter captiuas venustior, sequestre Pernescio, trecentis florenis redimeretur, rectaq; via Quinquecclesias delata & balneis mundata,

Turcico

Turcico more, speciosè amiciretur. Postea audito Begi ingressu Szolnakinum ad Tybiscum, eò cum puella festinantes, illam Tyranno sistunt. Sed enim fassa erat iam in itinere virgo, se non creditam prætoris esse filiam, verùm vnam famularum illius, quæ aut perijsset in naue, gladio aut aquis immersa, aut aliorsum per satellites distracta fuisset, quando ij solenni cum victoria nauim omnigena copia refertam, anno priore, ad Danubium profligassent. Illo ipso crediderim, Bego palam facto, nihildum etiam præstantissimi solertissimiq; ciues efficere potuêre, dispendium tantum leuiter animo in diuersa rapto concoquêtes, dum modò in maioribus fidem princeps ignobilis non falleret. Non multo post anno 1562. vbi iam lacrymosa tanti viri captiuitas latiùs rumore peruagata esset, aduenit Debrecino 1562.
& clarissimus vir Petrus Melius pastor eius Ecclesiæ dignissimus vnà cum Georgio Cegledio Varadiensi antistite, adscito secum etiam Feguernekiensi Basilio, quò, nomine reguli Transsyluanici, phiala pulcherrima obtensa, pro Szegedini libertate conniterentur: quam tamen nihil omnino promouerunt. Quinimò eadem legatione captiuitas aggrauata est, & non multo spacio periculum vitæ mediatores quoq; ipsi euasere. Hanc verò legationem regulus commiserat primùm magnifico viro Francisco Nemeti præfecto Tokaiensi.

Frequentare soliti in carcere Szegedinum viatorum quoq; permulti, exhibentes illi pro adiutorio, aut transmittentes pecunias, quas tamen sub infanda seueritate propemodum omnes ab eo speculator ipse carcerarius extorquere solebat: in mandatis habens ne in popina aut sumanalibus, hoc est, molliusculè Hyperaspistem Euãgelij tractaret. Et quia grandi ferramento in arce pedes illiberi erant, facilior quandoq; Barbarus ad oppidanorum obtestationem, ius illi dabat, vt ad suos Christianos trãsiret. Præcipuus huiusmodi zelus extitit in Petro Corio qui adscito sibi altero portitore, Szegedinum impetratum in suis concionari fecit ædibus, verùm ea cautione, vt eadem die in arcem vicissim carceri mancipandus induceretur: fauebant Dei nutu Szegedino etiam aulici ipsi, qui commiserantes indignam vicem in teterrimo illo angore, monebant oppidanos & maximè Petrum Corium, vt ex vicinis locis, ciuibus numerosis in consortium vadimonij adscitis continuè illum apud se tenerent, vinculaq; relaxarent. Petrus id summè arduum esse reputans, dicebat, se quidem id præstare posse per se minimè: veruntamen Szegedini catenas libenter tantisper sustinere velle, donec ij in oppido manere permitteretur, quod quidem ipsum & animosius coram Bego protulisse obscurum non est. Admonuerat porrò Melius ipsum Corium, vt post discessum ipsorum diligẽti prouisione omne Begi consilium exploraret, ipsisq; fideli nuncio palam faceret. Quocirca transmisit famam secundum id quod apertè didicerat, cauendum esse Melio, ne amplius Barbarum accederet: quandoquidem is id haberet animi, vt Alcoranum in Vngaricum idioma vertendum curæ ipsius demandaret, persenso præsertim eo quòd Melius, mirè ad omnia curiosus, elementa quoq; Abecedaria Turcicis figuris antè sibi describi curasset.

Aduenit interea & venerandus senex Albertus Bakonius, cuius noticiam Begus Cegledini in propriis ædibus inierat, iniunxitque illi vt nulla mora viso apud se chronica mundi sibi vænum importaret: Quod & præstitit vir pius, animaduertens id instigatione Turcæ cuiusdam Italici generis fieri, quo cum vnà libri picturam olim Tyrannus erat intuitus, & cui tribus tantum florenis liber tandem grandissimus cessit. In vsu habebat Barbarus nunc in persona sua nunc per suos aulicos fortem Christi athletam ad defectum fidei scurrilibus sarcasticisq; verbis incessere atque inuitare, respondente semper illo quod vnicum poterat, grauissimè: Tales dicteriorum illecebras malaciarúmque illectamenta pusionum adeóque amentium esse, non eius qui vel ætate ipsa contrarium sapere didicisset, dibaphisque polymitis & trabeis malè iam afficeretur. Diu extra fœditates carceris vel vberioris quæstus gratia in cella quoque grandi cum pluribus captiuis detineri solebat, quo quidem conserui, ferè omnes militares, non secus ac numine quodam recreabantur, pientissimis eius cohortationibus atque consolationibus Scripturarum spem pleniorem in perpessione tristissima, constantiamq; in fide semper haurientes, spiritualiq; interne pastu refocillati & pleniores dum in summa, qua laborabant, esurie, cibariis quoq;, gratia Szegedini hinc & inde administratis, tanquam in paternis ædibus fouerentur. Scribebat porrò & hic Szegedinus quantum licebat, aut ad rogationem vicinorũ pastorum, aut ad monumenta suis olim posteris relinquenda, qualium, præsertim quo ad locos communes, non deerit inferius mentio: ciuibus intereà suis hinc & inde magnorum virorum intercessione iam à Tyranno delusa, dolere magis promptum erat, quàm quicquam de eius eliberatione spei concipere.

Hæc tali propemodum cursu intra spacium sesquiannorũ gesta fuêre, quo nimirum vtrobiq;, à Szegedino scilicet & domesticis eius, abundè lamentatum est. Quis etenim hic congeriem Iliadaq; malorum aut dignè aut siccè referat, quibus vita hæc militiæ plena in vno Szegedino iactabatur, obrutaq; penitus videri poterat? Alterum hic Iosephum, secundumq; Regulum Attilium in Christiano isto athleta nobis mente concipere par est. Hic tam indignissimè quàm Ioseph propemodũq; tam diutissimè carceris mala pertulit, fortissimè vt Ieremias, sanctissimè vt Daniel, fidelium certè plurium commiseratione & iactura copiarum maiore. Domesticorum nullus tam ciuium Calmantsiensium quàm Szegedini consilio, ipsum accedebat, tantum fama quotidiani mœroris ac detrimenti promiscuè captabatur. Natis quoq; intermortuis lamenta vtrobiq; adaugebantur. Dum enim Szegedinus abfuit, Martinus ex priuignis optimæ indolis puer tumulatus est Calmantseini, ex propriis autẽ pignoribus Sara, Dorothea & Anna paruo interuallo è viuis sublati. Vnum igitur quod supererat in tot malorum Myriadibus strenuè peragebatur: votis Deus altissimus tàm publicis quàm priuatis fatigabatur: vnde commisertum numen de propinquo tam diutini mali, quali postmodum ratione Szegedino libertatem conciliárit, anhela festinansq; cupit expedire oratio.

Fuit quondam ex nobili Baraniorum genere in nostra hac ciuitate Helena, marito cuidam suo legitimè nupta, qui tandem multo obligatus ære alieno præsertim gentili transfugerat ad partes superiores in ciuitatẽ Moraniæ Barat dictam, vbi summus tunc negociator Franciscus quoque Mezeo (campestris vel agrarius nobis dicendus) habitabat. Postquam autem Helena maritum ex humanis sublatum amisisset, copulatur in coniugem à Francisco Agrario, qui postmodum commodioris incolatus ergò Gyulam commigrauit, exercens & ibi sub præfectura Ladislai Ke-

retseniÿ non mediocri nomine ſuam quæſturam. Sed & inde tandem per preces vxoris Keuinum noſtrum illectus, vtpote, quò & Viennæ Auſtriæ propinquior eſſet, voluit primum viſendi tantum gratia vxorem aſſumtam huc deferre. Atque vbi ſuſcepto itinere Solnakinum ventum eſſet, vidcre ibi ambo in ædibus hoſpitis Magyar Haſzon Turcæ, qui Szegedino, tanquam alter Pilatus Chriſto, aut Claudius Lyſias Iuliúsue Paulo, fauere videbatur, indigniſſimam antiſtitis venerandi ſortem, capillos promiſſos, barbam impexam, ſqualoresq; carceris teterrimos, non ignari quàm clari nominis Doctor ille eſſet, pro quo proximè ſaltem Gyulæ quoque preces publicæ fuiſſent indictæ. Tandem compoſitis ad id omnibus quum Agrarius primùm Bekeſinum, inde non longo pòſt tempore Keuinum ſeſe cum vniuerſa familia recepiſſet: Martinus Darocius ciuis Keuienſis Solnakinum fortuitò veniens multis agit coram oppidanis, de Szegedino prorſus deſperandum eſſe niſi ſolius Franciſci interceſſione libertati priſtinæ reſtituatur: quando vix mortalium vllus acceptior illo familiariorq; ex Chriſtianis ſeſe gentili præfecto ſiſtere poſſit. Porrò quia Franciſcus faſtuoſiori longè videbatur (vt ferè opulentiorum quæſtorum mos eſt) ingenio, quàm vt temerè id laboris, præſertim nomine viri Eccleſiaſtici, illi à quoquam conciedi poſſet, magnis ſimul viris iam repulſam quoque paßis ac deſperantibus: contigit, benigniſſimi, quod iterum repeto, Numinis prouidentia, vt coniunx ipſius Keuini infantem Ladislaum enixa, morboq; lethali ſubitò correpta, teſtamentò quàm amanter inter cætera id legaret marito, vt quaqua poſſet ratione Paſtoris miſerrimi libertatem proueheret vindicaretq;, quòd ſibi ex viſo ſemel indigniſſimo eius ſqualore animus mirè diſcruciaretur, præſentiſſimúmque ſciret fore coram Deo ſacrificium, ſi multorum expectationi tam ſanctum virum expediret ac reſtitueret. Audita Agrarius tam anxia obteſtatione vxoris, quam quidem impenſiſſimè diligebat, conſpiciens etiam infantulum volutantem, lacrymabundus adiurauit ſeſe plena animi intentione ſaluti Szegedianæ aduigilaturum, illumq; in cathedra ſeu Epilogio præſentis Eccleſiæ poſiturum. Re hac percepta viduum Franciſcum hinc & inde plenius inſtigare omnes, ſuamq; ſinguli opem vno animo deferre, donec data diuinitùs occaſione conuentum eſt quàm difficulter concluſumq; cum Bego, vt Agrarij ſolius ſideiußione florenis mille & ducentis Szegedinus liber pronunciaretur: Ea ſcilicet ratione, vt pro tota illa pecuniæ ſumma affabrè confectas caſides, loricas thoracesq; Barbarus ex Germania, à Franciſco ſtatuto ad id tempore, acciperet. Non deſtitit Agrarius, verè tunc iter pietatis ingreſſus, cõditionem omnem aſſumere & ad effectum perducere, animantibus eum multis & magnis viris, maximè verò Ladislao Keretſenio ex Gyula & Debrecienſium Eccleſia: Quorum quidem, quia in ipſa proclamatione libertatis, prudens admodum & perſonatus ciuis Franciſcus Duſcas aderat, is in currum proprium Szegedinum aſſumtum, illicò ad ſubſidium coram tollendum ad conciues ſuos defert: congeſtóque ibi vltra ducentorum florenorum lytro, perlatus eſt Szegedinus in finitimas quoque ciuitates, alacriter eum adiutante omni numero: Quorum de beneficentia nos in profeſſo per omnia meminiſſe nec volumus nec attinere nimis neceſſum arbitramur, conſcribentes potius id genus rectæ liberalitatis rationario Iudicis vltramundani IESV Chriſti, cuius multiuariis inſtructionibus & largis benigniſq; innitamentis perculſi, modicum quid vel eum præſtitiſſe arbitrabimur, qui duntaxat ſolus, tantam pertexiſſet telam.

Cæterùm Keuienſibus facta iam ſpe potiundi Doctore tam eximio, gratulabundi viritim ipſi quoque debitæ munificentiæ minimè defuêre. Sic poſtmodum ex longis mendicæ peregrinationis ambagibus Keuinum Szegedino traducto, ſolutiſq; Franciſco Agrario plus minus florenis octingentis, feſtinauit ire ad ſuos Calmantſeinum: vbi, quia iam audita ſui doctoris liberatione omnes meliori voto tenebantur, parabatur indicta ſolennitas nuptiarum Belleini cum Catherina Szegedini, vt iam memoratum eſt, priuigna. Præſentia idcirco paſtoris diu deſideratiſſimi duplicato totius vniuerſitatis gaudio, duplicata etiam fuêre conuiuÿ apparamenta omnia cum donariis ſeu xeniis connubialibus: breuique poſt intenta noſtratium cura cum vniuerſa familia beatiſſimus Pater Szegedinus Keuinum eſt reductus & perpetuo incolatui deſtinatus anno 1563. proximos ante dies Paſchatis. Erat tunc temporis rector ſcholæ Stephanus Barbatulus, qui, quia Szegedino infirmante vana ſpe concionum ciues deluſerat, nullo cum decore tandem Keuino dimiſſus eſt. Hic antequam munus ſuum ſcholare expleret, ego autoritate Szegedini anno ætatis meæ 19. primum rectoratum Peſtini ſubÿ ſub Paſtore Belleino, & ipſo, eodem autore, illuc poſt initiationem traducto.

1563.

1564. Anno vertente 1564. gratulantibus eius libertati vniuerſis, allatus erat piſcis grandiſſimus à Laſcouienſibus, cuius ego ſtupendam in eo genere (carpionem nos dicimus) magnitudinem, memorabili omnium & Szegedini applauſu in pariete atrÿ delineaueram: Et in ea ipſa æſtate itinere Budenſi ſuſcepto, quum duobus curribus inter Haroſium & Cibelinum ad littus Danubÿ pariter veheremur, egoq; alterum cum Paulo meo Literato currum obtinerem, contigit equos vectoris Szegedini vel ſiti vel æſtu raptim curſum ſuum in profluentem Danubÿ vertere: adeoq; tunc etiam prouidentia ſummi Dei conſeruatus præſentiſſima morte fuit, vt ad 25. paſſus ſolo natatu currus ipſe ab equis vectaretur, nobis re animaduerſa vectori attonito fortiter inclamantibus, vt equi non rectà ſurſum, quò ſe corripuerant, quodq; periculoſius procliuiusq; ad euertendes ſeſſores erat, ſed deorſum ſecundum confluentiã habenis dirigerentur. Sicq; poſtmodum cum gratiarum actione vniuerſa ſalua, præter madorem veſtimentorum recuperauimus, de Szegedino plus quàm vita noſtra nuper ſolliciti, quando & corpore erat obeſiori, & ne modicum quidem artis natandi peritus. Eodem anno Dorothea ſecunda illi eſt nata, iam annorum 18. Hoc eodem anno memorabili admodum ſolennitate in hac Eccleſia noſtra tres doctrina præſtantes viros impoſitione manuum Szegedinus Eccleſiaſticis conſecrauit: Lucam Ambrus, Ioannem Clypeatoris ambos Tholnenſes, & Petrum Dombrinum, quorum hic Manyochienſem nunc fideliſſimè gubernat Eccleſiam, ille fato diem clauſit apud Thurienſes ante quadriennium: Ambrus verò terq; quaterq; ad Arianos apoſtatans, nunc haud vſque adeò inſulsè Polgardini recantationis myſterium agit.

Cæterùm anno imminente ſexageſimo quinto ſupra mille & quingentos, aduenit Peſtinum quidam Monachus mul-

multarum linguarum & regionum,qui (quod hisce ego oculis vidi) Græcè & Hebraicè paulò dixerim lentius quàm Latinè commentaria scribebat,Seraphinus Panthanus dictus: Et hic iactabundus cucullatorum more se cum insigni Lutheranorum (SZegedinum innuens) cõgredi velle,tandem Peštino de repente cum sacco quodam librorum Keuini adfuit. Re percepta Szegedinus examen nullo pacto detrectare, imò spectatoribus vtriusq; professionis hominibus inuitare sedulò in nostro hoc templo ad congressum. Quid multis? Processu disputationis vsq; adeo tunc Seraphinus igne sui erroris,cui patrocinari non erat integrum,fuit suffusus, vt Italis & Thracibus,qui pro eo stare videbantur, pudenter & furtim templo egressis solus postmodum Monachus relinqueretur ad sacrum librorum proprio & ridiculo baiulatu euehendum,quem antea satis Thrasonicè huneris asseclarum suorum, triumphum videlicet ante victoriam meditans,ad importandum superposuerat. De hoc, & modulo responsionis eius extat Dialogus SZegedini festiuus in suis fragmentis,statim illo die vel proximo compositus.Enituit scilicet quali temeritate & quali veræ sapientiæ ignoratione turba Papistarum etiamnum pro sua Missa, purgatorio,festis anniuersariis & id genus nugamentis humani cerebri monstris, digladietur, & faces lanceasq; stringat, præsumtione quidem ferreum minitans mucronem,at militiæ sacræ & veritatis discussæ energia planè arundineum aut plumbeum. Eam ego Monomachiã cum tempore simul & euentu in characteribus abdito tali iam tunc distycho luseram:

Itala gens perstat: Stephano Panthane repugnas:
Cæce cadis Papæ, vincit at ille Deo.

Regebat ea tempestate scholam Keuinam summa cum laude & frequẽtia Ioannes Cibinius,Dialectices & Græcarum literarum peritus:Ad quem ego tandem Peštino terminata functione annua, consilio Szegedini descendens, commensalisq; factus,in partito contubernio, creberrimis SZegedini officiis vacaui, maximè in perscribendis locorũ communium tabellis,quo legibiliores illæ mea manu forent. Hoc anno vbi Vayuoda Peruiz Szolnakino Keuinum fortè venisset,atque apud egregium ciuem Gregorium Kesium diuertisset,afflauit Szegedinum rumor, illum de suo,vt solebat,sacerdote quæsiisse.Quocirca iubet me SZegedinus elegantem cristam malaq; Punica comparare, quo facto, ambo ad salutandum illum pergimus.Consertis hinc & inde manibus, vbi parua mora mensæ accubitum est,cœpit Peruizius stimulante cõscientia,hæc verba Szegedino proloqui:Ignoscito tu de iis omnibus, quæ soli maximè nouimus: Szegedino ad omnia pacificè annuente. Tandem vbi à socru hospitis Kesÿ seueriùs ac audaciùs ille muliebri ingenio corriperetur,cur in tantã carnificinã aduersus præconem Dei exarsisset: cœpit Peruizius hoc magis veniam obtestari:Quando,inquiens,noctibus aliquot diris ob eam rem exagitatus sim spectris, me quasi solis mulieribus discerpere volentibus, quòd tantũ facinus perpetrarim, homini & ætate & sanctitate longissimè me antecellenti verbera intentans.Hisq; propemodum verbis mẽsa colloquium traductum,donec nos eleuati regrederemur.

Circa initium anni 1566. composuit Detsini Szegedinus, me secũ adscito, acerrimas illas diutinasq; lites inter 1566.
Stephanum Ezechium & Eliam Veresmartinum,ambos vtriusq; tunc Baroniæ Episcopos,quæ sanè modicis exarsæ mittis nisi maturè dissolutæ fuissent,in immensam Ecclesiarum cõtrouersiam cœpto rigore processissent,supra quam solo cõgregationis nomine Detsienses ad extremum magna vi pecuniæ per gentiles mulctati sunt.Tandem proximis mensibus SZigetũ sub illustri Heroe Nicolao Zerinio,nec non Gyula sub Magnifico Keretsenio extrema & nunquã reparanda clade interière:cuius miserrimæ ruinæ memoriã tali tunc ego hemistichio vnà cum suo anno inclusseram:

Iula,Sziget dira mirè periêre ruina.

Eo nimirum anno acciderat & conflagratio illa Keuiensis,qua potiori plateæ maioris parte deorsum versus consumta,ego nixu viribus impari supellectilia scriniaq; SZegedini subsequenti meo malo in testudines Gregorÿ Kesÿ traduxeram. Hoc anno acciderat & casus tristissimus Szegedini in Danubÿ gurgite, tali ratione:nam quum die 22. Iulÿ parens SZegedinus à cœna æstuaret, citauit me vnà cum Cibinio ad lauandum,verùm id Cibinio,qui lentis admodum viribus & timidulus erat, retractante, ego, adscitis duobus aliis studiosis descendo illicò in profluentem. Ac postquam Szegedinum vmbilicotenus pertulissem, paulumq; inde in altum natuturus absceßissem,contigit diuina prouidentia vt dimißis prioribus ante me,oculos ipse, iam vado sublatus,versus Szegedinum verterem,atq; non viso eo quem proximè reliqueram,hæsitabam mecum quò tam properè, me non appellato,ex fluente excessisset: apparuêre interea circumspectanti cincinni duntaxat hominis iam in gurgite profundo volutantis. Inde per canos agnitos,malum patris nostri subito stupore suspicans,propius natatu contendo: mox quæ duos extremos manus digitos, in medio agone,luctáque mortis,surrectos conspicio: sicq; prorsus exanimis factus & suspecta omnia animo dimetiens,me quoque quasi moribundum in profunditatem abdo, atque miserum corpus comprehensum in auras,vt vt possum,subueho,ad passusq; fermè duodecim solo natatu trepidoq; luctamine in littus statuo. Eram ipse vndarum non expers,sed erat Szegedinus subligaculo etiam seu perizomate (quod altera tandem luce ex profundo eruimus) totus exutus & prorsus ἄδυτος præcopia potus ingratissimi. Sodales interea mei in molendinum proximum peruenerant, familia illicò,ad clamorem meum,aduolante infertur SZegedinus linteo exceptus,stratoq;,quod succurrebat, tegete, tentatur an præceps flumen euomere possit, verùm quia semianimis esse visus est,nec aliquid humoris præter sanguinem deriuari: lecto tandem commẽdatur in atrio, vix per integrum mensem valetudine rediuiua. Quærebat me iam nocte media,cùm loquelæ restitui cœpisset, ad latusq; proximum iacere comperÿsset, quis & quibus modis ex profundo eum eruisset: Quibus ego expositis, consulueram illi summè anxio vt aßis saltem & salsosis in graui illa plenitudine victitaret,nihil bibens tantisper donec intimus ille humor magis magisq; decresceret. Visitabant tunc eum plerique ciues, maximè Clemens Szabo & Paulus Literatus, quorum hic subinde etiam addebat ioculariter me tam parentem SZegedini, pro illa eliberatione, habitum iri.De hoc etiam casu ego pro condigna memoria tali distycho tunc luseram:

VITA STEPH. SZEGEDINI.

Gurgitis ex medio pastor rediuiue redisti:
Dum pede, vix positus littore, tangis humum.

Porrò quia in Cibinij mentionem suprà incidi: Erat is etiam egregius Musicus, vnde quandoq; ad cœnã & prandium cum Szegedino, rue solum auditore, modulabantur. Iuniore Altum, Szegedino patre Bassum canente: idem etiam aliâs faciebant, cùm præsertim iocundanter ministri verbi Dei Szegedino conuiuarentur: Inter quos Casparem Szouatinum pastorem Budensem, & Albertum Bakouium Episcopum Cegledien sem amanter ille amplectebatur, quandoq; etiam Veresmartinum prædictum tanquam olim ministrum domesticum. Circa hæc tempora contigerat Tyrannum Szegedini Mamhut Begum superatum iri in profligtu, seruitutiq; adductum, ab incomparabili illo nationis nostræ milite Georgio Thurio, qui postea fortißimè pro patria dimicãs circa Kaoisam, cui præerat, trucidatus est anno Christi 1570. Et quia captiuitas illa pro internecione primùm Szegedino perlata erat, vidimus hominem multo maximè lætantem, epitaphiumq; illi digno elogio conscribentem, vnde tamen non multo post tempore ære illi suam redemit vitam & libertatem, tardiori paulò conseruatus morti.

In vere ego huius anni maius studiis meis emporium indagans, consilio Szegedini in Transsyluaniam iter capio, verùm reliquiis adhuc Tartarorum intra Varad & Thur grassantib. in pagò Inocha iuxta Tybiscum tres ferè septimanas delitesco, vnde postmodum per Thur & Varadum Claudiopolim in Nouembri pertingo, annumq; ibidem sub fidelißimo doctißimoq; præceptore Petro Corolio exigo. Reuocatus inde literis Szegedini & patriæ, non prius redeo, quàm præclaras quasq; Transsyluaniæ & Siculiæ vrbes ad Moldauiam vsq; perlustro, Thomamq; Caplianum Varadino ad habenas scholæ patriæ meæ sustinendas mecum defero. Is tunc sub Gregorio Sasuario Græcis maximè literis & Poesi incumbebat. Huic tandem Sasuario propediem Carolius noster succesit, qui felici Episcopatu vitam ibidem suam, maximo patriæ nostræ dispendio, fatali morte finijt, anno ab hinc, vt ferè omnibus constat, sexto, hoc est post Vitum Balsaratium, post Petrum Melium, post Paulum Thurium, post Valentinum Hellopæum viros vndiquaque doctißimos & grauißimos, quorum vicinam sibi diuersis in locis mortem & dignißima encomia doctißimis defleuêre Epicediis Basilius Szikzouius ac Petrus Berexasius viri & ipsi laude eximia dignißimi: quorum tamen hic iam in Ecclesia Varadiensi nunc solùm nobis superest, sicut Patachini Georgius Cæsar Cassouius idoneus sui Basilij magistri, Vitiq; Doctoris successor, Debrecini verò Georgius Geontius & Thomas Felegyhasius, virum ter maximum Valentinum Hellopæum Petri Melij successorem functione honorifica excipientes.

Sed vt ad priora reuertar: Ego consilio vsus Szegedini, parentisq; mei senium admodum debile vnicus illi filius conspicatus, non prius itineri Germanico me commisi, quàm primores prosapiæ meæ, ex parte, sapeq; memoratos fratres in exteris perlustrarem. Ex matre enim huius loci incolas habeo cognatos. Sicq; longa peregrinatione vbi Pisonij in Comitiis Michaelinis in Georgium Scaricæum incidissem, magnifici tunc Domini Petri Erdeodij causidicum, ac territorij Crapinensis in Croatia præsidem: magno illi vegetæ adhuc senectutis miraculo exposui, parentem Benedictum Scaricæum, patrui ipsius, Petri Scaricei filium, Keuini in viuis esse, cuius quidem Petri conterimus fuit Matthias ille Scaricæus, quo duce belli fortunatißimo, Matthias olim Rex, in marinis suis expeditionibus, vsus fuerat. Ab hoc Georgio egregiè donatus vbi etiam Agriam transiissem per ciuem eius loci Georgium Archium, famulum olim patris mei, incidi in notitiam superstitum quoque liberorum Martini fratris mei primogeniti, quem quondam Keuinum ad nos visendos saltem digressum puerulus videram. Et his hoc pacto Dei nutu transactis, parentiq; meo summa cum lætitia expositis, ad instantiam iterum Belleini & ciuium loci regimen scholare Iazbrinij ad annum saltem dimidium suscipio: Ibiq; imaginem Szegedini perfectiori pictura absoluo, quam adhuc domi audacius summo eius amore & reuerentia ductus aliquot chartulis informare cœperam: præsentiq; Szegedino propositum omne meum detexeram, aliâs eiusce artificij ne mica quidem vllo mihi antesignano gustata. Porrò eiusdem meæ temeritatis ac adolescentiæ rudimenta hic posuerò si commemorem versus quoque quibus chartas illas Szegedino primùm dedicâram:

In speculo fallax obstantis imago resultat:
Mox abeuntis, eo dissimulante, perit:
Hinc Szegedine tibi durabile, credo, putasti,
Ingenij fieres notus vt ipse typo:
Sed cupidis forsan (quod post tua fata precabor)
Nosse, tot in quo sint corpore mentis opes:
Quod potui feci: sic os oculosque notando,
Quo tibi gestari more modoque solent:
Hinc alter tu iam supereſt, tua tempora vincens,
Corpore non magnus, mente sed altus homo:
Porrò ego ἀγήμιτος ne quoquam iudice damner:
Est satis in magnis & voluisse: Vale.

Expleta Iazbrinij semestri functione, non multoq; post & Capliano, post suum annũ, Keuinò in Transsyluaniã, à fratre Petro Literato regiarum fodinarum procuratore, accersito: sic ego munia scholæ patriæ vicißim obiui, vt magis pro voto Szegedini atque Capliani quàm pro meo ipsius, qui magnopere exteras nationes & studiorum mercaturam in Votis habebam, stare viderer. Asseuerabat enim Caplianus sese modis id omnibus per fratrem obtenturũ, vt non multò post, seu in Italiam, seu in Germaniam aditum haberet, meoq; comitatu iter susciperet. Sed & Szegedinus parens sanctè asseuerabat sese meis operam daturum commodis, dum apud eum positus, & suis priuatis, publicisq; simul scholæ commodis tantisper communi stipe conductus vacarem. Atq; hic est annus præsertim 1568. perpetua mihi memoria celebrandus, quo scilicet extremo ego continuos dies & noctes parenti Szegedino conuixi, mo-

res & omnia eius gesta, studiosa imitatione quoad eius fieri potuit notans & semper proficiens: Quæ quidem ni mihi adfuissent & minus pium & minus doctum vniuersa mea res literaria, me Iuuenem experta fuisset, præsertim arti Typographicæ inhiantem, quam modico interstitio Venetiis non amplexus fueram. Vbi enim quotidie quasi in excubiis posito annuoq; termino propemodum elapso, ex itinere Caplianus suas ad me dedisset literas, se post vnũ alterúmue mensem Viennæ cum certis comitibus præsto affuturum: persecit quàm studiosè & fidelissimè Szegedinus, vt ego tunc quidem vltra quinquaginta florenos, subsidiariam pecuniam, à ciuibus Keuiensibus tollerem: quin & solus ipse, triginta quinq;, pro pignore grati amantisq; me animi, emolumento studiorum meorum attribuit, congestis & iis quæ ipse à primis adolescentiæ annis multiuariam bono proposito corraseram. Atqui hic mihi Paulus Literatus & Valentinus Deseo memorandi veniunt, qui supra omnes patriæ meæ ciues, & grauitate quidem & vitæ modestia pietateq;, insignes, fratres magis quã patroni, totius vitæ beneficentia iam ab ineunte ætate grati extiterunt, in istaq; demũ intentione ambo, vniuersam patriæ munificentiam, prout nec facultas deerat, superauerunt. Hic fuit Paulus Literatus quo nullus vnquam Szegedino familiarior, tàm doctrina quàm integritate & pietate extitit, quemadmodum & Agrarius ille ex vrbanitate & collato iam antiquitus officio coniunctissimus, triennioq; ante Paulum ex huius vitæ vsura in cœlestem synaxim euocatus, quam quidem illi, fides IESV Christi syncera maximè redemtione Szegedini, in hoc æuo, ad conspectum nostrum, impignorauerat. Hic est & Valentinus Deseo qui aliàs Latinarum literarum mediocriter gnarus & iunior quinquagenario magistratum ciuitatis nostræ, proximis ante mortem annis, summa cum laude & æquitate gessit, & fratrem Casparem hæredem bonorum reliquit, re maximè literaria inter suos municipes conspicuum.

Atqui repedata vicissim orationis serie, vbi ego anno 1569. in Aprili itineri me accinxissem, priusq; caniciem patris mei, cuius maximè cura tangebar, cuiusq; vitam & lumen meo abitu claudere videbar, beneuolentissimis meis & Szegedino commendassem: cum præfato Valentino Iaurinum primùm ascendi, coemtoque ibi asturcone Viennam ad congressum Capliani mei, de quo audiueram, fato & gaudenter perueni. Erat verò illi pro pædagogia Volphangus Kendius commissus, Francisco satus illo Kendio, quem cum duobus aliis regni Transsyluanici proceribus, regina Isabella, quondam trucidari iusserat, anno Christi 1558. Nos inde communicato consilio rectà in Italiam per Carinthiam, Stiriam, Lombardiámque vecti sumus, Patauijq; demum sub disciplina Franciſci Piccolminei Senensis verè Philosophi, nec non Martialis Calabri Monachi Metaphysici disertissimi inter alios consedimus, Aristotelicis vt plurimum pro loco & tempore addicti. At ego acceptis ibi Pauli Literati & iucundissimi mei affinis beataq; memoria colendi Stephani Bogdani, vnà cum Szegedini literis, cauentium mihi summopere ne perpetuò in Italia degerem, sed vt potius sacrarum literarum ergò in Gallias Germaniásue, priorum imitatione, contenderem: Interdicentéque maximè Szegedino ne vllo pacto fidem ingeniúmque Italicum, vt loquebatur, imbiberem: cogitaui vel impulsus non antè tota Italia excedere quàm Arist. cum Platone & Mathematicis quibusdam, proprio etiam marte, commentariis doctioribus vsus, percurrerem: atque postmodum Latium vniuersum & Campaniam, quoad liceret, & summæ iucunditatis & vtilitatis ergò, perlustrarem. Illo igitur 15. mẽsium spacio, hoc verò trimestri peracto, reuersioneq; à Mari Tyrrheno, quo per Adriaticum Venetiis, Chioza, Verona, Mantua, Bononia, Ferraria, Florentiaq; recto itinere perueneram: per Romam iterato, per Viterbum, rursus per montem Flasconis, per Senas, per Pisam, Lucamq; potentissimas olim Italiæ vrbes Liuornum littorale adeo. Inde per mare Ligusticum Genuam, Liguriæ caput, alterasq; maris mediterranei Venetias, appello. Quib. pedestri itinere prætermissis, per Boschum oppidulum patriam Pij quinti tunc temporis summi Romæ pontificis, vbi & monasteriũ eius nomine erigebatur, per Alexandriam, per Dertonam, Pauiam, Mediolanum, per Lacum maiorem & Aronam, montesq; arduos per Sampionem, Brigam, Vespiam, Sampierum, S. Martinum, S. Mauricium, minoraq; alia oppidula, Geneuã summo aspiramine pertingo. Nec hic anxiè congerenda, quæ viderim, tentarim, pertulerimq;: quibus sanè nec virtus ipsa, nec auidissimi hominis intentio, in locis exteris & ignotis, carere potest, Deo cumprimis & moderamine linguæ, ac temperantia vitæ euentum omnem viatorum dirigentibus. Aliàs si hisce exponendis, quæ tamen subinde amico colloquio exprimere soleo, hoc loco vacarem, non Szegedinum, sed me Polyhistorem stylo persequi, censuram effugere non possem: quanquam quod & hæc & nonnulla alia de me ita fusè tractem, necessitate texendæ narrationis ducor solam rerum experientiam & duriusculas perpessiones obtutui legentis allegans:

Dura pati laus est, nec habet sua tædia virtus:
Et ratio clamat pro duce rara pati.
Mater ab hinc almæ patientia dicitur artis,
Quæ quamuis titulo se meliore beat.
Optima quærentem declinat ad ardua virtus,
Gratior est aliquo mixta labore quies.

Cæterùm inter hæc omnia nullæ mihi literæ ex patria venêre, nulli rumores, quin ea quoq; scripta, quæ diuenditis omnibus Patauij supereſſe mihi voluerã, quàm ægerrimè in ipso itinere discidi, trepidante experietia edoctus in præcipuis quibusq; Italiæ vrbibus accuratã haberi disquisitionem recularum, arcularumq; apud peregrinos, minusq; notos homines. Vel vnicum enim illud Szegedini verbum de Italicis minus imbibendis, apertam mihi internecionem in rabioso Papatu conciliare potuisset: seuerè semper, dum miles ille seruis seruientibus armatus atrium suũ custodit, in homines orthodoxos Euangelicosq; sæuientibus iis, qui ad id pro coryceis Inquisitoribus passim substituti sunt. Vnde quidem innumeros ex media Roma, Venetiis, Florentia & Genua, causa fidei, profugos & extorres summa tandem cum voluptate & professionis securitate Geneuæ Italicè salutaui, lingua iam expeditiore, & pro fide, & pro sermocinatione inter viuos Christi Martyres vtens. Et hæc circa finẽ anni 1570. Geneuæ vidi inter diuinissimos homines 1570.

eius loci Professores Franc. Portam Cretensem, Philibertum Saracenum, Budæum, Ionuillerium, Scrimmigerum, & Henr. Stephanum, Regij illius Impressoris Roberti filium. (quos quidem nominatim à me salutari Patauio eximius doctissimusq; vir Vuolfgangus Zundelinus cum Martino Berzeniceo iusserant) Atqui maior pars horũ tunc propter pestem vrbe ipsa secedere parabat. Theodorum quoq; BeZam clariss. n tota Europa nominis virum coràm aliquoties & in propriis ædibus conueni, qui me, quamlibet tristissima ea tempestate propter publicam & germani sui nuper ademti mortem, inopinatissima tamen mansuetudine, ac animi benignitate peregrinũ, minimeq; tanto officio dignum, cõplexus est, sex propemodum diebus ibi tritis, & salutari animi corporisq; quiete consumtis: quos inter multa de eximio Christi seruo Petro Melio, de suo Heliopæo, Michaele Paxio, Matthia Thurio, Iacobo itidem Thurio, & Stephano nostro SZegedino BeZa inter reliquos: donec postremò libellum contra Arianos eidem legendum porrexi, quem quidem me præsente nondum perlegere potuerat homo occupatissimus, precarioq; apud se detinuerat. Ego verò editionem renuerã, conscius verborum SZegedini, qui scriptis me iam in Italia edocuerat, sese eam contra Arianos materiam planiùs ac fusiùs tractandam suscepisse. Veruntamen BeZa Christianorum natus commodo, pro sua propensitate, & miro animi candore exprimi illico post meum abscessum curauerat, vti Epistola eiusdem præfixa testatur. Hic est & reuera mihi visus BeZa, cuius de encomio plenè dicere amantium nullus potest, demere verò ne liuor quidem aliquid. Monstrabat, quærenti mihi, in cœmiterio D. Petri tumulum, sub plano cespite, magni illius Caluini, sic sese sine omni Mausoleo tumulandum iri præcipientis, cuius quidem vel vnica de Cœna, eaq; apertissima traditio ostendit verum esse, quod Papistæ dicunt, longè difficiliùs nodos Caluinianos, quàm Lutheranos dissolui posse, quando omnia eius adamantina sint, & priorum nuclei. Maximè verò quid Institutionum opere vnquam neruosius, emunctius, exactiusq;, seu verba, seu rem consideres, atq; ponderes? vt non immeritò Paulus noster Thurius dixerit:

Præter Apostolicas, post Christi tempora, chartas,
Huic peperêre libro sæcula nulla parem.

Digladiantur Brentiani malè LutheriZantes, pro cõsubstantiatione omnilocali, quemadmodũ Papistæ pro transsubstãtiatione illocali: Zuinglius certat pro vera administratione per Euangelicos, seu viros Apostolicos, Caluinus triumphat pro vera participatione corporis & sanguinis Christi per fideles electos. Verùm præfatus tãdem BeZa, literis me Tigurienſibus primùm commendauit: vbi fari non possum, quãta cum iocunditate ad eandem mensam aliquoties Bulingero patre doctissimo, Gualthero disertissimo seculi nostri Commentatore, Ioanne & Caspare Volfiis, cæterisq; eius loci præstantissimis humanissimisq; Professoribus dies ferè 12. conuixerim. Sed & antea Bernæ commercio Benedicti Aretij, Abrahami Musculi, Ioan. Vetmingeri, Halleri, & cæterorum magni nominis virorum abundè vsus fueram: acceptis etiam literis commendatitiis ab Aretio ad Ioan. Cholerum & Casparum Volfium, Tigurum.

Ferebat verò animus in loco tam amœno, vel solius Limagi interfluxu hyemem instantẽ peragere, nisi & studiosorum peregrinãtium, & patris Bulingeri cõsilio Basileam pro annonæ copia, maioreq; cõmilitonum turba ad habitãdum pellectus essem: quo quidem per Laufen, Schaffhusium, Hadingen, Furstembergã & Tonesingen properãs, nec sine circuitione ad cataractã Rheni, Danubijq; fontem me cõferens, vbi postmodũ bonis auib. pertigissem, dulci cõuersatione duorũ Saxonũ recreatus sum: quoniam ij & copiã fandi vulgari lingua Patauio vsq; primi fecerãt, & cùm Sympatriotæ mihi videbãtur, antea quoq; in Transsyluania noti: maximè Cracerus Lucas, vir eruditus, sed Arianismo suspectus. Ibi dimidiũ fermè annũ hospitio honestissimi ciuis Caroli Gleser, cuius coniux filia Buceri, transfigens, Hebraicis vt plurimùm rudimẽtis vacaui, Lepusculo, Sulcero, & Zuingero clariss. viris frequẽtius addictus. Hic habui cõuictorem Ioan. Musium & Verdmillerum, cum nõnullis aliis Tigurienſium alumnis adolescentes quàm humanissimos. Basileæ in Martio anni 1571. Vitebergam cum Cracero moliens, rectà Argentinam peto, vnde cum viro doctissimo nostrate, Michele Paxio, ad quem antea de meo aduẽtu literas dederam, Heydelbergam pariter attingo, vbi eximium Hebraicæ literaturæ Professorem Immanuelem Tremelium, quemadmodũ Sturmium & Flacium Argentinæ, subitanea compellatione saluto. Heydelberga comitatus Paxio & Matthia Thurio, quorum hic nunc Paulo suo germano in Ecclesiam Szantonienſem succesſit, quemadmodum ille Agrienſem clariss. nomine agit pastorem, Francofortum celebre totius Germaniæ emporiũ pleno itinere attigi. Vbi cõsumtis dieb. vndecim, literisq; per Matthiam in patriam molientem, ad ciues, patrem SZegedinumq; datis, curru Conradi Rihelij, Bibliopolæ Vitebergenſis, tandem per Eznachum, Erfordiam, campana sua nobilem, per Friburgum, per Halam & Kempurgum, Vitebergam diu exoptatissimam perueni. Hic primo occursu exceptus à Capliano, qui ante me ex Italia in patriam conuersus, eò vicissim appulerat, suauissimo amplexu municipes quosque salutaui, ex quibus per Ioannem Anthemium Pesthienſem, mox in patriam parantem, literas denuo domum conscripsi. Cæterorum, qui adhuc supersunt, Michael Varsauius, Thomas Mohinus, Emericus Iazius, Stephanus Chrysopæus desiderium sui nobis morte præmatura reliquêre.

Vitebergæ quatuor tantùm mensib. consumtis vbi SZegedini mei literas per Andream Thasnadium accepissem, quibus ille mihi gratulabatur, paternè tamen quiritans diutius abesse sibi talem, cui opuscula ad recudendum committere posset, didici tum etiam mortem parentis mei paulò antè sepulti. Motusq; animo ad descendendum non prius tamen id re præstiti quàm longiori peregrinatione cum fide pactis mihi comitibus Thoma Desio & Andrea Vduardio per Torgam, Misnam, Dresdam, Friburgum, Chemnicen, Alteburgum, Aizenbergum, Ienam Heshusio & Vigando nobilem, per Erfordiam, Gottam, Iznachum, Spangenbergum, Hombergum, attigi Marpurgum Bernardo Copio, Nigidio, Valentino Forstero, Petro Pagano Poeta, ac Regnero Sixtino cum primis celebre, vbi nobis, inter cætera insigni humanitate & benignitate, archiuis quibusq; templi Elizabethani commonstratis, literæ etiam sunt commendatitiæ in hunc sensum à Pagano, ad ministros Cassellenses Heroldum & Menchium datæ:

Si pietas, si vos mouet experientia rerum,
Fratres mihi charissimi,

Si

VITA STEPH. SZEGEDINI.

Si peregrinando vultis clarescere natos,
Gnaros populorum & vrbium:
Hos etiam nostro foueatis nomine quæso,
Cupidos populorum & vrbium,
Pannonico ad nostros quos traxit ab axe penates,
Amor pietatis & Dei.
Sic vobis iterum gens ac externa fauebit,
Deo iuuante, natio.
Non vidit celsos quisquam concurrere montes,
Hominum valent commercia.
Quales cum norim vos esse, valete, diuque
Memores Poetæ viuite.

Cassellis digressi per Mundam, vbi spectatissimus est Fuldæ & Visurgis confluxus, per Volphagem, per Grinfeldum, Athenar, Vipperferd, attigimus eam, de qua vulgò:

Ossa trium seruat præclara Colonia regum.

Coloniâ per Traiectum, Tienem, Louanium, Bruxellam, Mechliniam, Antuerpiam, de quibus quàm commodè:

Regali incessu merito Bruxella superbit:
Sed sibi Mechliniam vendicat alma Venus.
Distrahit insignes felix Antuerpia merces:
Louanium docta Pallade iurè tumet.

Attigimus Gandauum ciuitatem permaximam. Inde per Ambianum & Clermonem Parisios vrbem verè sine pare & nulli sub cœlo opulentia ac ædificiorum nobilitate secundam, supra innumerum illum studiosorum globum, qui quandoq; in flore, ad triginta duo millia prostans solo etiam intuitu, cui non iucundissimum præbet spectaculum.

Viuere si quibus est ibi fas & tempus & ætas.

Parisiis excedentes per Rotomagum, Diepamq;, perq; Oceani Britannici angustias, vbi Lariam Angliæ attigissemus, quam bono omine, à pientissimo viro Ioanne Philpoth pastore loci, Londinum sumus transmissi, vbi quot & quanta vicissim viderimus, in aula præsertim Reginæ, rarissimæ virtutis Elizabethæ, supersedeo dicere. Porrò inde, vbi intercepti longiori intercapedine videbamur, vento carbasisq; versis regressum molimur: verùm Londino per Tamisium primùm, Oceanumq; Germanicum non antè, Hamburgum Saxoniæ, formidantibus nobis maris tempestates, appellere placuit, quàm inter celebriora Angliæ oppida. Cantabrigiam quoque, doctissimis hominibus plenam viseremus: Vbi Ceuallerij cumprimis, sicut & Foxij & Eduardi Deringi, consuetudine nobilitati, in Oceano tandem Magnates nobis benefauentes, fortunæ participes habuimus. Ah quanta hîc animi & corporis exultatione, post diem decimum tertium, naui me egressum crepare vidisses:

Iam tetigi ripam, mare tempestasq; valete,
Tuq; truci flatus tam dominate salo.
Sit laus æthereo, sit gloria summa, Tonanti,
Qui dedit hæc etiam posse videre loca, &c.

Hamburgo literis in Angliam rescriptis, Esiphaloq; valedicto, qui decennium se Vitebergæ & quidem non absque Szegedino nostro sub Luthero, Melanchthone, Iusto Iona & Crucigero vixisse, nobis familiarissimè retulit, Lubecam quidem, Bestum, generosum, vt vocant, Anglicum, Luneburgij Losium adeuntes, salutauimus: demumq; per Zetlingã, Magdeburgum, & Cerbestam, Leucorin nostram quasi alteram patriam intrauimus, mense quarto postquam inde itineri nos accinxissemus.

Anno Christi 1572. in Aprili, iam solis coemendis libris illigandisq; intentus, vbi tenuiori cepissem esse sumtu, per 1572.
Lipsiam, Kemnicium, Annæbergam, Laitemericium, Pragam, Nouam domum, & Znoimum, Viennam appuli: indeq; Danubio per Pisonium Comarum, Strigonium Budamq;, Pestũq;, dulcissimam attigi patriam, complexu votiuo ac iterato Szegedinum patrem inter cæteros exosculatus. Hîc conspexi nouam illi superinductam thori consortem Vrsulam, de qua etiam Vitebergam ad me scripserat, & quæ propediem eum, maximo cum bonis quibusq; dolore amisit: quemadmodum & ipse charissimam antè pudicissimamq; suam Elizabetham terræ mandârat, anno 1570. die 6. Augusti, tali manu propria adscripto Epitaphio:

Hîc posuit charæ Szegedinus coniugis ossa:
Elizabetha fuit nomine reque simul.
Pontificis summi sociam referebat Aaron:
Elisabam dico: moribus, ingenio.
Hæc erat obtutu fulgens ceu stella modesto:
Nunc qui promisit muneret hance Deus.

Hæc fuerat Elizabetha Tholnæ, vt suprà dictum est, copulata, nouem mater filiorum, quorum Keuini Dorothea primùm fuit in lucem edita, Ioannes deinde breuioris vitæ: item, Ioannes in puerperio defunctus: postremùm verò prægnans Elizabetha octo mensium infantem morte sua Szegedino & almæ luci subtraxit. Quod & ipsum sanè ter maxima Szegedinum vitæ huius patientia exercere fatigareq; potuit, densissimis alioqui fortunarum procellis impetitum: semper tamen, quod comperimus, oneratum magis, quàm superatum. Vrsula ipsa relicta, quondam ciuis honesti Iacobi Botach, duorum fuit mater liberorum, quorum primum abortu quinti mensis amisit, Susannam verò Posthumam in vtero habuit, cum inopinatissimo tristissimoq; casu à Szegedino auulsa est.

Tristissimas porrò parentis Szegedini exequias tristiori spiritu dicere ordo sermonis iam exposcit, qui etiam

mei memoriam hic denuò interſerere iubet. Poſteaquam enim ego diem tantum vnum SZegedino redux conuixiſſem, expoſita illi coram itineris mei ratione, deſcendo protinus Tholnam ad ſubſidium ibi Andreæ Thaſnadio tollendum, quemadmodum ſucceſſu temporis Gyengyeſini & alibi, ex officio, idem mihi faciendum erat. Regreſſus circa diem vigeſimum Aprilis Altinio, vbi Paſtorem Stephanus Ezechius, iam mortuus in Domino, agebat, Ludirectorem verò Nicolaus Monoſtorius, Etheienſis nunc Eccleſiæ Paſtor, ohe quinque dierum ſaltem perpetuoq; deſiderandorum commercium Szegedini iterum obtinere potui. Vidi tunc illum die vigeſimo quinto Aprilis in lentum incidere morbum, vnde cibum faſtidire, ſomnum interruptum habere, paſſuſq; grauari trepidos, ac alioquin etiam ſeniles, ſed & pituita infeſtari, capitis grauedinem queri, ſibiq; vſq; adeo diſplicere, vt nec ſedendo, nec ſtando, nec decumbendo compos affectus priſtini fieret, niſi aliquo aduentantium ciuium colloquio, ex tædio, vt fit interdum, ſolutior mitigatiorq;. Lac tantùm auidius ſorbebat, ſediliaq; ſibi nunc in hortulo, nunc in atrio, nunc circa focum componi iubebat. Interea imminente die Dominico, me, etſi quàm ſtudioſè reluctantem ad concionandum adegit, quod quidem primum, ac omnium difficilimum mihi in Vngaria viſum eſt. Quia verò tunc Chirurgus Peſthienſis, haud impius multisq; ægrotantibus alioquin vtilis, Georgius, in noſtra ciuitate cõuerſabatur, ac Publicanum Græcum Latomum, qui tamen & ipſe mox obierat, curaret: per me quidem aduocari iubetur, cui iam antea ſignificatum erat, Szegedinum omne ſuum malum inſomniæ maximè adſcribere, quaſi alleuari poſſet, priſtino vigori propria coniectura reſtituetur. Aduenies Georgius cum Paulo Literato, apud quem diuerſabatur, attulit poculum vitreum, neſcio quali ſemiplenum ſucco, atq; idipſum laudata ſatis ſua pharmacia, tincto prius ac emollito bombacio, manibus vtrisq;, temporibusq; itidem SZegedini colligato, iuſsit Senem venerandum totum exhaurire: quo facto potionem fuiſſe amaram ab eo experto audiens: Perfer, inquit, paululum, donec proculdubiò perbreui quieſcas. Interea diſcedentibus illis, mihi & Vrſulæ coniugi, quæ lectum in terra componere iuſſa erat, hæc nouiſſima verba cor & lumen oculorum noſtrorum SZegedinus ipſe, quod neſciebamus, vita mox exceſſurus, molliter prolocutus eſt: Cauete hinc omnes abſore ſtrepitus, quin feneſtræ quoq; contrahantur. Sicq; illum in ſtrato locato, ego ad Ludirectorem concedo, meliora quæque expectans. Erat verò is Anthemius, cuius iam memini. Parua intercedente mora inclamor ab Vrſula: accedenti in primas ædes: Euge, inquit, mi Matthæe, contemplare mecum maritum, quàm enormi ronco deſperatoq; omnium ſenſuum ſtupore iaceat. Interimq; feneſtra paululum diducta, cùm manus ſupini ambas compoſitiſsimè ſtantes attrectaremus, non eum violenter excitauimus, credentes & conuenientes profundo oppreſſum iacere ſomno, ob diutinam prioris temporis vigiliam. Sicq; paululum ſaltem digreſſum, rurſus exanimis ac lacrymabunda aduocari iubet femina: Papè, inquiens, quónam rerum perditiſsimi deuenerimus: Ecce friget iam illi, liuetq; naſus, extremiq; manus & pedis digiti emarcuêre: iam iamq; ſpiritum exhalabit, lentiori vixq; ſenſili ronco in faucibus duntaxat reciprocatum: aduocandus eſt properè Chirurgus, vt ſi queat, extremas porrò ferat ſuppetias. Ego è veſtigio gemens & collacrymans, omniq; ſpe incolumitatis caſſus, aduolo ad ædes Pauli, ibiq; prandentes ambos offendens, rem ordine triſtius expono. Vt quid aiunt? Sic, inquam, ſerio. Tumq; manibus vterq; complosis ſtuporem & dolorem præferentes præſentiæ ſuæ copiam offerunt, in pedésque conijciuntur. Sed enim ego eos curſu præuertens, vbi in ædes lacrymabiles irruiſſem, heu mihi duplicato animi dolore, Chirurgi aduentantis memini: quia & luctu tota domus ſonabat, & Stephanus parens & gaudium vitæ noſtræ iam gelidum cadauer cilicinis morticiniſq; ſuis amiciebatur. Irrepens illicò & Chirurgus cum Paulo, rem ſtupere, ſuſpirio dolorem teſtari, quodq; vnicum poterat Georgius vim artis ſuæ in compluribus aliis vindicare ac extollere. Verumtamen malane ſuſpicione, aut propriæ ſtimulo conſcientiæ, aut vrgente negotiorum ſuorum mole, confeſtim curru Peſthinum aſcendit.

Porrò nos hîc toti in fletu & mœrore poſiti, non prius quicquam de morte parentis & Doctoris noſtri exterioribus aperuimus, quàm procerib⁹ ciuium Emerico Paxio Iudice, Andrea Abſtemio, ac Valentino Deſeo accerſitis, vnà cum Paulo Literato cuncta expoſuimus, remq; teſtamentariam eiſdem cõcredimus: SZegedinum ſic & ſic omnia legaſſe, quoad rationem temporis præ nobis ferentes. His die 2. Maij peractis, tributoq; demum cum Prætore, atque cum ipſis Publicanis, ſeu Triceſimatoribus pacto: tertia, eaq; triſtiſsima Maij luce exequiis Szegedini ab omnium hominibus vacatum eſt, tam lugubrem tanti funeris apparatum nemine omnino ſiccis oculis ſuſtinente, præſertim ob orationem lingua populari à me præcedenti nocte compoſitam, ad horámque fermè, ore & facie lacrymabili decalamitatam magis, quàm declamatam, donec per extrema oſcula tepidiſq; ſpiritus noſtri fluoribus (quod vnum verius & honeſtius poteramus) aromatizata Szegedini membra, tumulo in ſpem beatæ reſurrectionis condidimus, tali ſuperaddito Epitaphio:

Eloquio rarus, mira grauitate verendus,
Ingenio felix, & pietate ſacer,
Heu iacet eximius paruus ſub cęſpite Doctor,
Hîc Stephanus requiem qui Szegedinus habet.
Hunc iuuenem vidit Schola bis peregrina diſertum,
Dogma Luthere tuum, teque Philippe, ſequi.
Poſt varios caſus, & multa pericula vitæ,
Dum petit, aut dotes ſpargit vbique ſuas.
Senſit ad extremum plebs ſacra Keuina docentem,
Admirans ſenio multa notare graui.
Vnde quidem Chriſti cultor non fictus honoris,
Hunc ſua non ægrè per monumenta colet.

Obijt verò anno ætatis LXVII. quod ex ipſiuſmet relatione aliquoties ad certum reuocatum eſt calculum.

FINIS. PRI-

PRIMVS AC PRÆCIPVVS LOCVS
de DEO, triplici ordine distinguitur, vt Tabula subiecta demonstrat.

De Deo tractatur

1. In *genere*, Tabulæ III. de Deo, pag. 1.

2. De *his quæ Dei sunt. Huc pertinent loci*

De Contemplatione Dei, Tabulæ VII. 6
De Nomine Dei, Tabulæ II. 19
De Natura Dei. 21
De Sufficientia Dei. ibid.
De Omnipotentia Dei. 22
De Voluntate Dei. ibidem
De Bonitate Dei. 24
De Dilectione Dei. 25
De Misericordia Dei. 26
De Potestate Dei. 27
De Iustitia Dei. 28
De Prouidentia Dei, Tabulæ II. 29
De Præsentia Dei, Tabulæ II. 31
De Veritate Dei. 33
De Ira Dei. 34
De Aquis iræ. 35
De Iudiciis Dei. 36
De Extremo iudicio. 37
De Operibus, seu actionibus Dei, Tabulæ II. 40
De Libris Dei. 43
De Vltione Dei. 44

3. De *immẽsis Dei beneficiis. Huc pertinẽt loci*

De Legibus in genere, Tabulæ V. 45
De Legibus iudicialibus. 51
De Legibus moralibus, seu Decalogo. 50
De Legibus ceremonialibus. 52
De Ceremonijs in genere. 53
De Discrimine Legis moralis, ceremonialis & iudicialis. 54
De Circuncisione. 55
De Sabbato. 56
De Tabernaculo Mosis. 58
De Sacrificio in genere. 60
De Sacrificiis legalibus. 61
De Vestibus sacris legalibus. 62
De Festis legalibus. 63
De Abrogatione Legis. 64
De Præceptis Dei in genere. 68
De Expositione Præceptorum primæ & secundæ Tabulæ, Tabulæ II. 69
De Legis impletione. 65
De Viis Dei. 66
De Fœdere & Testamento Dei, Tabulæ III. 71
De Discrimine veteris & noui Testamenti. 75
De Consensu & discrimine Patrum veteris & noui Testamenti. 75
De Mediis Spiritus Sancti. 78
De Gratia Dei. 80
De Dispensatione gratiæ ac salutis humanæ per Christum. ibid.
De Christi in mundum aduentu. 81
De Collatione aduentus Christi prioris cum secundo. ibid.
De Reconciliatione mundi cum Deo. 82
De Vtraque natura Christi, & vnione naturarum. 83
De Redemtione generis humani. 85
De Sacerdotio noui Testamenti. 86
De Triplici Sacerdotio. 87
De Fidelium cum Christo coniunctione. 88
De voce Christi & Ecclesiæ. 89
De Tractu Patris ad Filium. 90
De Christo vnico Mediatore. 92
De Christo variæ assertiones. 95
De Christo Rege & Sacerdote. 96
De Regno Christi. 97
De Incarnatione Verbi. ibidem
De Tentatione Christi & Christianorum. 99
De Tentatione Diaboli aduersus Christianos, & eius remediis. 101
De Fletu Christi. 103
De Sacrificio Christi. 104
De Sepultura Christi. 106
De Resurrectione Christi. 107
De Ascensione Christi. ibidem
De Missione Spiritus Sancti. 108
De Prosopographia Christi. 109
De Prædestinatione, Tabulæ VIII. 110
De Reprobatione, Tabulæ II. 122
De Ecclesia, Tabulæ III. 124
De Congressu Ecclesiastico. 127
De Potestate Ecclesiastica. 128
De Disciplina. 129
De Ordine Ecclesiastico, Tabulæ II. 130
De Templo Dei duplici. 132
De Domo Dei. 133
De Ciuitate Dei. 134
De Iustificatione, Tabulę V. 136
De Remissione peccatorum, Tabulæ III. 139
De Libertate Christiana, Tabulæ II. 142
De Sacris Scripturis, Tabulæ IX. 144
De Exemplis. 155
De Verbo Dei, Tabulæ II. 156
De Euangelio. 158
De Contentione Legis & Euangelij. 159
De Appellationibus verbi Dei & traditionum. 160
De Clauibus. 161
De Sacramentis, Tabulæ II. 163
De Baptismo, Tabulæ II. 166
De Profanationibus Baptismi. 169
De Ratione imponendorum nominum. 170
De Significationibus nominum proprio-rum 170
De Cœna Domini, Tabulæ IX. 171
De Præsentia Corporis & sanguinis Christi. 184
De Profanationibus Cœnæ Domini. 185.
De Collatione Agni Paschalis cum Cœna. 186
De Cibo, seu potu animarum. 187
De Potu, seu Aqua viua Christianorum. ibidem
De Angelis bonis. 188
De Miraculis. ibidem
De Miraculis falsis. 190
De Magistratibus, Tabulæ IIII. 191
De Ministris Verbi. 195
De Bonis Pastoribus. 197
De Prophetis. 199
De Prophetia. 200
De Apostolis. 201
De Episcopis. 202
De Vocatione. 203
De Ministrorum officio & natura. 204
De Excommunicatione, Tabulæ IIII. 205
De Manuum impositione, Tabulæ II. 209
De Resurrectione mortuorum, Tabulæ IIII. 211
De Gloria, seu beatitudine æterna. 214

SECVNDVS TABVLARVM LOCVS DE HOMINE, qui quadruplici ordine distinguitur, vt sequens Tabula demonstrat.

De Homine tractatur

1. De *Homine in genere*, Tabulæ III. pag. 215.

2. *De his, quæ sunt hominis. Huc pertinent loci*

De Imagine Dei, Tabulæ II. 218
De Origine Gentium. 220
De Lapsu. 222
De Concupiscentia. 223
De Libero arbitrio, Tabulæ IIII. 225
De Peccato, Tabulæ VII. 229
De Merito. 237
De Carne hominis. 238
De Sanitate corporis. ibidem
De Anima, Tabulæ II. 239
De Triplici animarum sanctarum statu. 242
De Vita. 244
De Viro. 244
De muliere. 245
De Adolescentia. 246
De Memoria. 247
De Morbis. 248
De Lepra & leprosis. 249
De Captiuitate. 250
De Morte, Tabulæ IIII. 251
De Præparatione hominis Christiani ad mortem 256
De Sepultura. 257
De cura & ornatu sepulturæ. 259
De Loco sepulturæ. 260

3. *De his, quæ ab hominibus in causa pietatis requiruntur. Huc pertinent loci*

De Cognitione Dei, Tabulæ III. 261
De Vero Dei cultu, Tabulæ VI. 263
De Timore Dei. 269
De Fide, Tabulæ V. 270
De Assertione vera de Christo. 274
De Expositione Symboli. 275
De Confessione, Tabulæ II. 277
De Pœnitentia, Tabulæ IIII. ibid.
De Perfectione Christiana. 281
De Bonis operibus, Tabulæ II. 281
De Spe. 283
De Pietate in Deum. ibidem
De Dilectione, Tabulæ III. 284
De Obedientia. 286
De Conscientia. 287
De Gaudio in genere. ibid.
De Gaudio vero cordis. 288
De Innocentia. ibid.
De Oratione, Tabulæ IIII. ibid.
De Duplici expositione Orationis Dominicæ, Tabulæ II. 293
De Studio, Tabulæ II. 298
De Doctoribus, seu Pædagogis. 300
De Conuersatione. 301
De Consiliis. ibid.
De Bello, Tabulæ II. 302
De Monarchiis. 303
De Causis desolationis Regnorum. 305
De Iudicio forensi & legali, Tabulæ II. 306
De Diuisione iuris in genere. 307
Appendix continens Canones de Conciliis. ibid.
De Iustitia. 308
De Humilitate, Tabulæ II. 309
De Patientia, Tabulæ II. 311
De Iuramento, Tabulæ III. 312
De Sedulitate. 314
De Gratitudine. ibid.
De Admonitione fraterna. 315
De Lingua coercenda. ibid.
De Taciturnitate. 317
De Pace, Tabulæ II. ibidem
De Misericordia, Tabulæ II. 319
De Eleemosyna. 321
De Zelo, Tabulæ II. 322
De Intentione bona. 323
De Festis Christianorum. 324
De Cantu Ecclesiastico. 325
De Synodis, Tabulæ II. ibidem
De Reuerentia. 327
De Modestia. ibidem
De Mansuetudine. 328
De Concordia, Tabulæ II. 329
De Humanitate. 330
De Castitate. ibidem
De Temperantia, Tabulæ II. 331
De Simplicitate. ibidem
De Beneficentia. 332
De Veritate. ibidem
De Amicitia. 333
De Fortitudine, Tabulæ II. 334
De Constantia. ibidem
De Nobilitate. ibidem
De Seruitute, Tabulæ IIII. 336
De Votis, Tabulæ II. 339
De Honore Sanctorum. 341
De Afflictionibus perferendis, Tabulæ II. ibidem. 342
De Persecutionibus. ibid.
De Paupertate. 344
De Vita hominis Christiani. 345
De Matrimonio, Tabulæ III. 345
De Diuortio, Tabulæ II. 347
De Coniugio, seu ducenda vxore. 349
De Controuersiis Matrimonialibus, Tabulæ IIII. 350
De Sponsalibus. 360
De Nuptiis, seu Matrimonio. 362
De Impedimentis Matrimonij. 363
De Dissolutione Matrimonij. 367
De Redintegratione Matrimonij. 369
De Ieiunio, Tabulæ III. 370
De Abstinentia, Tabulæ III. 373
De Sobrietate. 377
De Vini vsu & potu. 378
De Iustè parandis facultatibus. 380
De Mercatura. 381
De Legitimo vsu facultatum. ibid.

4. *De his, quæ hominibus prohibita sunt. Huc pertinent loci*

De Idololatria. 382
De Incredulitate. ibidem
De Tentatione Dei. ibidem
De Missa Papistica. 383
De Collatione Mercaturæ ciuilis cum Pontificiali. 385
De falso Trāssubstātiationis dogmate. 386
Collatio, de præsentia corporis, veræ & Papisticæ doctrinæ. 387
De Papistis. 391
De Antichristo. 388
De Antithesi operum Christi & Papæ. 393
De Voce Christi & Papæ contraria. 394
De Epithetis Sacrificulorum ac Ministrorum. 396
Syntagma Pontificum Romanorum. 397
De Satana Christianorum aduersario. 399
De Dæmonibus. ibidem
De Hæresibus, Tabulæ V. 402
De Magia, Tabulæ II. 406
De Diuinationis & Astrologiæ iudiciariæ vanitate. 413
De Superstitione, Tabulæ II. 410
De Somnijs. 414
De Schismate. ibidem
De Desperatione. 415
De Traditionibus humanis in genere. 416
De Discrimine, & seq. *Vide literam A.*

INDEX TABVLARVM.

De Discrimine & errore Patrum 417
De Fabulis. 419
De Imaginibus. 420
De Mendacio. 422
De Periurio. 423
De Homicidio, Tabulæ II. 423
De Blasphemia. 425
A. De Odio. 426
De Auaritia. 427
De Ebrietate, Tabulæ II. 428
De Acedia. 431
De Ira, Tabulæ II. 432
De Inuidia. 434
De Crapulâ. ibidem
De Superbia, Tabulæ II. 435
De Vestium discrimine & luxu. 436
De Choreis, Tabulæ IIII. 437
De Vana gloria. 443
De Luxu Venereo. 444
De Cœlibatu Sacerdotum. ibid.
De Adulterio, Tabulæ II. 445
De Adulatione, Tabulæ II. 446
De Detractione, Tabulæ II. 447
De Conuitiis & maledicentia, Tabulæ II. 448
De Seditione. 450
De Discordia. 451
De Scandalo, Tabulæ II. ibidem
De Furto, Tabulæ II. 452
De Raptu. 454
De Dolo. 455
De Proditione. ibid.
De Ingratitudine. 456
De Hypocrisi. ibidem
De Iniuria. 457
De Vindicta priuata. ibid.
De Vsura, Tabulæ V. ibidem
De Iudicio Temerario. 463
De Præsumtione. 464
De Lucro inhonesto. ibid.
De Diuitiis colligendis. 465
De Ambitione. 467

ORDO TABVLARVM DOCTRINAE Papisticæ.

De Angelis. 468
De Homine. 470
De Prædestinatione. 471
De Libero Arbitrio. ibidem
De Peccato in genere. 472
De Peccato Originis. 473
De Peccato actuali mortali ibidem
De Peccato actuali veniali. 474
De Lege. 476
De Euangelio. 477
De Fide. ibid.
De Iustificatione. 478
De Operibus. 480
De Merito. ibid. 481
De Sacramentis in genere. ibidem
De Discrimine ac diuisione Sacramentorum. 482
De Baptismo. 483
De Missa, seu Cœna. 484
De Confirmatione. 485
De Vnctione extrema. ibidem
De Sacerdotio, seu ordine. 486
De Pœnitentia. 489
De Contritione. 490
De Confessione auriculari. 491
De Satisfactione. ibidem
De Matrimonio. 492
De Indulgentiis. ibidem
De Ecclesia. 493
De Clauibus, seu potestate Ecclesiastica. 494
De Oratione. 495
De Ieiunio. 495
De Conciliis. ibidem
De Traditionibus humanis. ibidem
De Papa, seu Pontifice Rom. 496
De Excommunicatione. 498
De Cœlibatu Sacerdotum. 499
De Sepultura. ibidem
De Vita æterna. 501
De Absolutione. ibidem
De Cultu Dei & Sanctorum. 501
De voto. 502
De Statu perfectionis, seu monachatu. 503
De Conciliis Euangelicis. ibid.
De Purgatorio. 504
De Suffragiis. ibidem

LOCI PRAECIPVI TABVLARVM, AD QVOS TAbulæ omnes de Sanctæ Triadis negocio commodè referuntur.

Loci sex.

- De *mysterio Triadis. Huc pertinent tabulæ*
  - De Tribus Personis Diuinitatis. 508.
  - De Mysterio Triadis in Prophetis etiam adumbrato. 510.
  - De Diuinitate Patris, Filij & Spiritus Sancti, ex Symboli Apostolici articulis. 512.
  - Quòd Trinitas in vnitate & vnitas in Trinitate sit. 515.
  - Quòd vnus & solus Deus sit Pater, Filius & Spiritus Sanctus. 516.
  - De locis duobus ex nouo Testamento, Matt. 28. & 1. Ioan. 5. quibus Essentiæ Dei vnitas & personarum Trinitas confirmatur. 516.
  - Pater, Filius & Spiritus Sanctus, quomodo vnus, & quomodo tres. 519.
- De *æqualitate Patris & Filij*
  - A nomine operibus & cultu. 520.
  - Ex libro Apocalypsis. 523.
  - Ex cap. 5. Ioan. 524.
- De *Diuinitate Filij.*
  - A nomine, attributis operibus & cultu. 526.
  - Ex cap. 9. Esaiæ. 530.
  - Ex cap. 8. Prouerbiorum. 533.
- De *Diuinitate Filij. Huc pertinent tabulæ*
  - Quòd Filius Dei propriam habeat Diuinitatis substantiam non mutuatitiam Diuinitatem vel viciariam. 534.
  - Quòd Filius Dei Deus sit, non quòd vnctus sit in carne certo temporis initio, sed quòd sit λόγος ab æterno à Patre genitus. 535.
  - Quòd Filius Dei suâ habuerit hypostasim ante assumtam carnem. 516.
  - Quòd filius sit λόγος persona videlicet loquens cũ patribus. 537.
    - Quòd sit æternus. 539.
    - Quòd sit creator. 540.
    - Quòd sit omnipotens. 542.
    - Quòd sit Deus Israelis. 543.
    - Quòd vnus ac solus Deus. 544.
    - Quòd sit adorandus & quomodo. 545.
    - Deus verus quis sit ex Ierem. cap. 10. Et in confutatione tab. 4. 546.
    - Collatio locorum, Ioan. 17. & 1. Ioan. 5. 547.
    - Collatio locorum, Ierem. 9. & Ioan. 17. ibid.
    - Collatio locorum, Ioan. 14. & 1. Ioan. 5. 548.
- Quòd *Christus verus Deus sit & verus homo. Huc pertinent tabulæ desumtæ ex*
  - Sermonibus Prophetis & Apostolicis: Vt ex
    - Cap. 2. Zachariæ. 549.
    - Sermonibus plerisque Zachariæ, ibid.
    - Cap. 1. Ioannis. 550.
    - Cap. 1. ad Colost. 552.
    - Cap. 1. ad Hebræos. 554.
  - Appellationibus Christi figuratis. 555.
  - Diuersis de vno eodemq; Dei Filio prædicatis. 557.
- Quòd duæ naturæ, diuina & humana simul & quidem integrè vniantur. Huc pertinent tab. 3. de vnione duarum naturarum. 560.
- De *Diuinitate Spiritus Sancti. Huc pertinent tabulæ*
  - De Diuinitate Spiritus Sancti. 563.
  - De propositionibus æquiualentibus de Spiritu Sancto. 567.
  - De æqualitate Patris & Spiritus Sancti. 568.
  - Quòd Spiritus Sanctus sit adorandus & inuocandus 569.
  - Quòd Spiritus Sanctus sit Iehoua. 569.
  - Quòd Spiritus Sanctus sit Creator. 570.
  - Huc pertinet & confessio Symboli apostolici de Diuinitate Spiritus Sancti, de qua suprà. 512.
- Confutatio *Arianorum, &c. Vide literam A.*

INDEX TABVLARVM.

A. Confutatio *Arianorũ. Huc pertinent Tabulæ:*

- De regulis Theologicis. 571.
- De argumentis euidentissimis contra Arianos veteres & nouos. 575.
- De causis propter quas aduersarij Christum Deum esse asserunt, & de absurdis quæ inde consequuntur 578.
- Quòd Ariani Christum Deum titularem aut officialem faciunt, non natura Deum. Vbi vide quid sit verus Deus. 580.
- Quòd Ariani duos Deos inæquales fabricent. 580.
- De Absurdis quæ ex abnegata filij Diuinitate consequuntur. 581.
- De multiplici Christi abnegatione. 582.
- De Hæresibus de Filio Dei subinde exortis. 583.
- De diuisionibus Arianorum veterum & nouorum. 585.
- De Hæreticorum opinionibus de numero deorum. 586.
- De catalogo virorum doctissimorum qui se Arianæ hæresi fortiter opposuerunt. 587.
- De expositione Mateologica vocabulorum quorundam sacræ Scripturæ per Arianos facta. 588.
- De vita Arij. 592.
- De vita quorundam Arianorum & aliorum his similium. 593.
- Quòd Seruetiani seu Ariani noui Antichristi sint. 594.
- Quòd Seruetiani sint noui quidam Sadducæi, eò quòd nesciant scripturas neque virtutem Dei. 596.

DISTRIBVTIO SEV INDEX VOCABVLORVM, de quorum significationibus in hoc secundo libello Confessionis agitur.

VOCABVLA hæc in sex ordines distribui possunt: De

Deo in genere. *Huc pertinent Tabulæ de*
- Variis nominis Dei acceptionibus. 598.
- Nomine Iehouah. 599.
- Nomine Elohim. 601.
- Distinctione nominum Dei decem. ibid.

Patre. *Huc pertinent Tabulæ de*
- Vocabulo Patris, Tabulæ II. 602.
- Phrasibus, Pater Omnipotens & Deus Pater. 604.
- Particula Et. 605.
- Vocabulo Maior. 606.

Filio Dei. *Huc pertinent Tabulæ*
- De Filiorum Dei generibus. 607.
- De significationibus Verbi. 608.
- De significationibus Sapiētiæ Dei. ibid.
- De vocabulo Angeli. 609.
- De vocabulo Viri. 610.
- De vocabulo Mediatoris. 611.
- De vocabulo Imaginis. 612.
- De imagine Dei. 613.
- De vocabulo Vnigeniti. 614.
- De vocabulo Primogeniti. 615.
- De vocabulo Formæ. 616.
- De vocabulo Aequalitatis, 617.
- De vocabulo Plenitudinis. 618.
- De vocabulo Gloriæ. ibid.
- De vocabulo Generationis. 619.
- De vocabulo Egressus seu Exitus. 620.
- De vocabulo Adorationis. 621.
- De vocabulo Principij. 622.
- De particulis In principio, à Principio & Ab initio. 623.
- Quid sit verbũ fuisse apud Deum in Principio, & Patrem in Filio & Filium in Patre esse, 633.
- De particula Ex quo. 624.
- De particula Per quem. 625.
- De particula In. 626.
- De significationibus particulæ Hodie. ibid.
- De significationibus vocabuli Aeterni. 627.
- De vocabulo Seculum. ibid.
- De vocabulo Altissimus. 628.
- De vocabulo Dominus. 629.
- De particula Solus. 630.
- De Particula Vnus. 631.
- Vnum esse quot modis sumatur. 632.
- Quot modis vnitas accipiatur. 633.
- Vniri quot modis dicatur. ibid.
- Quid & quomodo Filius à Patre acceperit. 634.
- De verbo Dandi. ibid.
- De verbo Faciendi. 636.
- De participio Factus, Facta, Factum. 638.
- De verbo Creandi. ibid.
- De verbo Formandi. 639.
- De verbo Habitandi. ibid.
- De verbo Manendi. 640.
- De verbo Videndi. 641.
- De verbo Sanctificandi. 642.
- De verbo Vocandi. 643.
- De verbo Veniendi. 644.
- De verbo Descendendi. ibid.
- De verbo Mittendi. 645.
- De vocabulo Mundus. 646.
- De vniuersali particula Omnes, & Omnia. 647.
- De particula Donec. 648.
- De vocabulo Oris. ibid.
- De vocabulo Carnis. 649.
- De vocabulo Corporis & aduerbio Corporaliter. 650.
- De vocabulo Diei. 651.
- De vocabulo Consubstantialitatis. 652.

Spiritu *Sancto. Huc pertinēt Tabulæ de*
- Significatjonibus variis Spiritus. 653.
- Phrasi Spiritus, oris & labiorum. 656.
- Vocabulo Animæ. ibid.
- Vocabulo Virtutis. 657.

Trinitate. *Huc pertinent Tabulæ de*
- Particula Quomodo. 658.
- Verbo Faciamus. 660.
- Verbo Baptizandi. 661.
- Vocabulo Nominis. 662.
- Vocabulo Trinitatis. 663.

Personis. *Huc pertinent Tabulæ de*
- Vocabulo Græco. ἀπόστασον. 664.
- Vocabulo Personæ. 664.
- Variis nominis Personæ acceptionibus. 664.
- Vocabulo Essentiæ. 665.

CATALOGVS LOCORVM COMMVNIVM, QVI IN HOC VOLVMINE PIE, SOLIDE ET DOCTE explicantur.

A

Abrogatio Legis 64
Absolutio 500
Abstinentia,3.Tab. 373
Acedia 431
Actiones Dei 40
Admonitio fraterna 35
Adolescentia 246
Aduentus Christi prioris cum secundo collatio 81
Adulatio,2. Tab. 446
Adulterium,2.Tab. 445
Afflictiones perferendæ,2.Tab. 341
Agni Paschalis cum Cœna collatio 186
Ambitio 467
Amicitia 333
Angeli 468
Angeli boni 188
Anima,2.Tab. 239
Animarum sanctarum status triplex 242
Antichristus 388
Apostoli 201
Aqua Christianorum viua 187
Aquæ iræ 35
Ascensio Christi 107
Astrologiæ iudiciariæ & diuinationis vanitas 413
Auaritia 427

B

Baptismus,2.Tab. 166.483
Baptismi profanationes 169
Beatitudo æterna 214
Bellum,2.Tab. 302
Beneficentia 332
Blasphemia 425
Bona opera,2.Tab. 281
Bonitas Dei 24

C

Coelibatus Sacerdotum 444.499
Cantus Ecclesiasticus 325
Captiuitas 250
Caro hominis 238
Castitas 330
Ceremoniæ in genere 53
Christus quis sit, variæ assertiones 95
Christus Rex & Sacerdos 96
Christus vnicus Mediator 92
Christi & Papæ contraria vox 394
Christi in mundum aduentus 81
Christi operum & Papæ antithesis 393
de Christo vera assertio 274
Cibus & potus animarum 187
Circumcisio 55
Ciuitas Dei 134
Claues, seu potestas Ecclesiastica 161. 464
Cœna Domini,9.Tab. 171
Cœna, seu Missæ 484
Cœnæ Agniq; Paschalis collatio 186
Cœnæ Dominicæ profanationes 185
Cognitio Dei,3.Tab. 261
Concilia 495
Conciliorum Canones 307
Concordia,2.Tab. 329
Concupiscentia 223
Confessio,2.Tab. 277
Confessio auricularis 491
Confirmatio 485
Congressus Ecclesiasticus 127
Coniugium 349
Conscientia 287
Consilium 301
Consilium Euangelicum 503
Constantiæ 334
Contemplatio Dei,7. ab. 6
Contritio 490
Conuersatio 301
Conuitia & maledicentia,2.Tab. 448
Crapula 434
Cultus Dei & Sanctorum 501

D

Daemones 399
Decalogus 50.69
Desperatio 415
Detractio,2.Tab. 447
Deus 1
Dilectio,3.Tab. 284
Dilectio Dei 25
Disciplina 129
Discordia 451
Discrimen legis Moralis, Ceremonialis, Iudicialis 54
Dispensatio gratiæ ac salutis humanæ per Christum 80
Diuortium,2.Tab. 347
Doctores, seu Pædagogi 300
Dolum 455
Domus Dei 133

E

Ebrietas,2.Tab. 428
Ecclesia,3.Tab. 124.493
Ecclesiasticus congressus 127
Eleemosyna 321
Episcopi 202
Euangelium 158.477
Euangelij & Legis contentio 159
Excommunicatio,4.Tab. 205.498
Exempla 155
Extremum Iudicium 37

F

Fabulæ 418
Facultatum iustè parandorum ratio 380
Facultatum legitimus vsus 381
Festa Christianorum 324
Festa legalia 63
Fidelium cum Christo coniunctio 88
Fides,5.Tab. 70.477
Fletus Christi 103
Fœdus & Testamentum Dei,3.Tab. 71
Fortitudo,2.Tab. 334
Furtum,2.Tab. 452

G

Gaudium in genere 287
Gaudium verum cordis 288
Gloria, seu beatitudo æterna 214
Gloria vana 443
Gratia Dei 80
Gratitudo 314

H

Haeredes,5.Tab. 402
Homicidium,2.Tab. 423
Homo 470
Homo in genere,3.Tab. 215
Honor Sanctorum 341
Humanitas 330
Humilitas,2.Tab. 309
Hypocrisis 456

I

Idololatria 382
Ieiunium,3.Tab. 370. 495
Imago Dei,2.Tab. 218
Imagines 420
Incarnatio Verbi 97
Incredulitas 382
Indulgentiæ 492
Ingratitudo 456
Iniuria 457
Innocentia 288
Intentio bona 323
Inuidia 434
Ira,2.Tab. 432
Ira Dei 34
Iudicium extremum 37
Iudicium forense,7.Tab 306
Iudicium temerarium 463
Iudicia Dei 36
Iuramentum,3.Tab. 312
Iuris diuisio in genere 307
Iustificatio,5.Tab. 136.478
Iustificatio 308
Iustitia Dei 28

L

Lapsus 222
Lex 476
Legis impletio 65
Leges ceremoniales 52
Legis & Euangelij contentio 159
Leges in genere,5.Tab. 45
Leges Iudiciales 51
Leges Morales 50
Lepra & leprosus 249
Libertas Christiana,2.Tab. 142
Liberum arbitrium,4.Tab. 225. 471
Libri Dei 43
Lingua coercenda 315
Lucrum inhonestum 464
Luxus venereus 444

M

Magia,2.Tab. 406
Magistratus,4.Tab. 191
Maledicentia,2.Tab. 448
Mansuetudo 328
Manuum impositio,2.Tab. 209
Matrimoniales controuersiæ,4.Tab. 450
Matrimonium,3.Tab. 345.362
Matrimonij dissolutio 367
Matrimonij impedimenta 363
Matrimonij redintegratio 369
Media Spiritus Sancti 78
Mediator vnicus Christus 92
Memoria 242
Mendacium 422
Mercatura 381
Mercaturæ ciuilis collatio cum Pontificiali 385
Meritum 237.480.481
Ministri Verbi 195
Ministrorum officium & natura 204
Miracula 188
Miracula falsa 190
Misericordia,2.Tab. 319
Misericordia Dei 26
Missa Papistica 383
Missa seu Cœna 484
Missio Spiritus Sancti 108
Morbus 248
Molestia 327
Monachatus 503
Monarchia 303
Mors,4.Tab. 251
ad Mortem hominis Christiani præparatio 256
Mulier 245

N

Natura Dei 21
Naturæ Christi, earumq; vnio 83
Nobilitas 334
Nomen Dei,2. Tab. 19

CATAL. LOCOR. COMM.

Nominum imponendorum ratio 170
Nominorum propriorum significationes ibid.
Nuptiæ, seu matrimonium 362

O

Obedientia 286
Odium 426
Omnipotentia Dei 22
Opera Dei 40.480
Oratio, 4. Tab. 288.495
Orationis Dominicæ duplex expositio 2. Tab. 293
Ordo Ecclesiasticus, 2. Tab. 130
Origo gentium 220

P

Papa, seu Pontifex Romanus 496
Papæ & Christi operum antithesis 393
Papistæ 391
Pastores boni 197
Patientia, 2. Tab. 311
Patrum discrimen & error 417
Patrum veteris & noui Testamenti discrimen 76
Paupertas 343
Pax, 2. Tab. 317
Peccatum, 7. Tab. 229
Peccatum actuale mortale 473
Peccatum actuale veniale 474
Peccatum in genere 470
Peccatum originis 473
Peccatorum remissio, 3. Tab. 139
Periurium 423
Persecutio Christiana 281
Persecutiones 343
Pietas in Deum 283
Pœnitentia, 4. Tab. 277.489
Pontifex Romanus 496
Pontificum Romanorum syntagma 397
Potestas Dei 27
Potestas Ecclesiastica 128
Potus Christianorum 187
Præcepta Dei in genere 68
Præceptorum primæ & secundæ Tabulæ explicatio, 2. Tab. 65
Prædestinatio, 8. Tab. 110.471
Præparatio hominis Christiani ad mortem 256
Præsentia corporis & sanguinis Christi 184
de Præsentia corporis Christi vera doctrina cum Papistica confertur 387
Præsentia Dei 31
Præsumtio 464
Proditio 455
Prophetæ 199
Prophetia 200
Prosopographia Christi 109
Prouidentia Dei 29
Purgatorium 504

R

Raptus 454
Reconciliatio mundi cum Deo 82
Redemtio generis humani 85
Regnum Christi 97
Regnorum desolationis causæ 305
Remissio peccatorum, 3. Tab. 139
Reprobatio, 2. Tab. 122
Resurrectio Christi 107
Resurrectio mortuorum, 4. Tab. 211
Reuerentia 327

S

Sabbathum 56
Sacerdotium noui Testamenti 86
Sacerdotium seu ordo 486
Sacerdotium triplex 87
Sacramenta, 2. Tab. 163
Sacramenta in genere 481
Sacramentorum discrimen ac diuisio 482
Sacrificium Christi 104
Sacrificium in genere 60
Sacrificia legalia 61
Sacrificulorum epitheta Ministrorumque 396
Sanctorum & Dei cultus 501
Sanitas corporis 238
Satana Christianorum aduersarius 399
Satisfactio 491
Scandalum, 2. Tab. 451
Schisma 414
Scriptura Sacra, 9. Tab. 144
Seditio
Sedulitas 314
Sepultura 257.499
Sepultura Christi 106
Sepulturæ cura & ornatus 259
Sepulturæ locus *ibid.*
Seruitus, 4. Tab. 336
Simplicitas 331
Sobrietas 377
Somnia 414
Spes 283
Sponsalia 360
Status perfectionis, seu Monachatus 503
Studium, 2. Tab. 298
Sufficientia Dei 21
Suffragia 504
Superbia, 2. Tab. 435
Superstitio, 2. Tab. 410
Symboli expositio 275
Synodus, 2. Tab. 225

T

Tabernaculum Mosis 58
Taciturnitas 317
Temperantia, 2. Tab. 331
Templum Dei duplex 132
Tentatio Christi & Christianorum 99
Tentatio Dei 382
Tentatio Diaboli aduersus Christianos, et eius remediis 101
Testamenti veteris & noui discrimen 75
Timor Dei 269
Tractus Patris ad Filium 90
Traditio humana in genere 416
Traditiones humanæ 495
Traditionum & verbi Dei appellationes 160
Transsubstantiationis dogma 386

V

Venereus luxus 444
Verbum Dei, 2. Tab. 156
Verbi Dei appellationes & traditionum. 160
Veritas 332
Veritas Dei 53
Verus Dei cultus, 6. Tab. 263
Vestes sacræ legales 62
Vestium discrimen & luxus 436
Viæ Dei 66
Vindicta priuata 457
Vini vsus & potus 378
Vir 244
Vita *ibidem*
Vita æterna 500
Vita hominis Christiani 344
Vlsio Dei 44
Vnctio extrema 485
Vnio naturarum Christi 83
Vocatio 203
Voluntas Dei 22
Votum, 2. Tab. 239.502
Vox Christi & Ecclesiæ 89
Vsura, 5. Tab. 457

Z

Zelus, 2. Tab. 322

CATALOGI LOCOR. COMM.

FINIS.

PRIMVS ORDO DE DEO IN GENERE.

TABVLA I.

Loci quinque.

- An *sit Deus.* Deum esse, tribus rationibus deprehendi potest:
  - Generalissima est, *qua se* diuina maiestas *in operibus suis toto orbe* Spectandam proponit, Vt nemo sit, qui de ignorantia Dei excusari possit: nam Philosophi maiestatem Dei inuisibilem hac ratione cognouerunt:
    - Obseruârunt *in operibus Dei amplissimam Maiestatem, infinitam multitudinem, admirabilem* Varietatem, *constantissimum ordinem, pulcerrimam harmoniam, indesinetem perpetuitatem, iucundissimam alternantium rerum* Vicissitudinem. *Et in summa, tam stupendam conditionis ac dispositionis sapientiam, &* Vniuersum hoc rerum, *tam terrestrium, quàm cœlestium opificium, nulli naturæ, nisi soli diuinæ adscribere potuerunt.*
    - Experti *sunt diuinam beneficentiam ex infinitis commodis, tum cœlo desuper, tum tellure infernè prouenientibus.*
    - Senserunt *terrorem quendam non* Vulgarem, *ex fulminibus, peste, terræ motibus, terræ hiatibus, portentis cœlestibus, in Sole, Luna, stellis & cometis magnarum cladium prænuncijs.*
    - Vaticinia *de rebus futuris, qualia fuerunt Sibyllina & Prophetica, certa &* Veracia, *diuinitatem numinis res humanas moderantis, illis demonstrabant.*
  - Specialis, *quæ non cuiuis nationi contingit: sicut* Speciali gratia *contigit Israelitis, quibus se verbo manifestauit, licet postremis temporibus Gentibus quoque contigerit: ne & hac gratia destitutum se Mundus queri posset.*
  - Specialissima, *quæ fit* Spirando secretius: *id est, secretius per Spiritum Sanctum reuelando. Hæc solis electis deputata est, qui non solùm ex operum* Splendore, Verbi declaratione, *sed etiam ex interna illa* Viua *& efficaci Spiritus Sancti reuelatione, certissimam omnium cognitionem Dei, omnium experientiam & sensum consequuntur.*
- Quis *sit Deus. Hæc quæstio de Deo locum non habet, qui &* Vnus *est, & similem nec naturâ, nec conditione quemquam habet alium extra se, Esaiæ 45. v. 6. Non est quærendum de Deo, quis sit, vel quod sit nomen eius. Hæc quæstio locum non habet, nisi inter eos aut de illis, qui cùm plures sint, vel naturâ, vel conditione, vel similitudine inter sese sic communicant, Vt periculum sit, ne alius pro alio per errorem accipiatur. Declarat Deus quis sit, nimirum* Verus, *ac* Viuus, *non nomine aliquo proprio, sed* Viua, *ac tali efficacia & operatione, quæ non nisi vero Deo tribui possit, Vt non sit necesse de eo quærere quis sit.*
- Quid *sit Deus. Hæc quæstio tripliciter consideratur: ratione*
  - Vocis: *sumpta enim est à Græca dictione* Θεὸς, *quæ idem est atque penetrans, ac percurrens. Deus enim totum hunc Mundum, & quæ in illo sunt omnia, præsentia & Virtute sua indesinenter percurrit, mouet, ac gubernat.*
  - Essentiæ: *certum est autem nullo pacto posse cogitari, nedum enarrari, quid sit Deus. Hominis enim finiti finita cogitatio infinitam illam & incomprehensibilem infiniti Dei essentiam comprehendere non potest. Habet locum hæc quæstio,* Vbi de re finita *quæritur.*
  - Officij *& operis Dei. Hic quæstio, quid sit, locum habet, & est pia, & nihil habet curiositatis, nec difficile est ad illam respondere, ac plurimùm facit ad veram cognitionem Dei, & studium pietatis. Scire quid sit Deus. Est enim Deus, si officium spectes, Creator, Conseruator, Saluator, & Gubernator omnium, ac talis, Vt sine eo nec esse quicquam, nec subsistere queat.*
- Qualis, Quantus, *&c. Vide literam A.*

A.

- Qualis *sit Deus. Hic disce,*
  - Qualitates *corporum in Deo non esse, quia nec corporeus, sed Spiritus est.*
  - Qualitatē *Dei in his consistere:*
    - Essentia. *Hic disce,*
      - Quid *sit essentia Dei: quòd videlicet in sacra Triade cōmune est, vt quæ de singulis personis prædicantur, ad essentiæ communionem referantur.*
      - *Quæ de essentia Dei prædicantur, videlicet quòd sit* — *Quæ omnia pertinent ad diuinæ essentiæ qualitatem considerandam.*
        - Vnica, *similem nec in cœlo habens, nec in terra.*
        - Simplex,
        - Pura,
        - Incorporea,
        - Inuisibilis,
        - Illocalis,
        - Incomprehensibilis,
        - Immutabilis,
        - Indiuisibilis,
        - Impassibilis,
        - Incorruptibilis,
        - Inenarrabilis,
        - Perfecta,
        - Sempiterna, *&c.*
    - Hypostasi. *Hic disce,*
      - Quid *sit hypostasis: quod videlicet vnicuique personæ proprium est. Vt esse Patrē non potest tribui duabus personis, sed soli Patri. Esse Filium, nec Patri cōuenit, nec Spiritui, sed soli vni vnigenito Dei. Item esse ingenitum, non Filio, sed Patri, & Spiritui Sancto. Progredi verò nec Patri, nec Filio, sed soli Spiritui Sancto datur.*
      - Tres *personas, ac earum proprietates ita esse in Deo, vt tamen essentiâ, naturâ, diuinitate, maiestate, operatione, voluntate, potentiâ, honore & æternitate inter se communicent, sintq; coessentiales & coæternæ.*
      - Tres *illas personas in Scripturis sacris appellari Deum, Verbum, & Spiritum: à Christo verò reuelatius, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, vt fide cognoscamus illud, per quod condita sunt omnia, Deo perinde atq; Filium Patri, esse naturâ suâ coessentiale, atque æquale. Deinde esse illud etiam missum à Patre in hunc mundum, & incarnatum: id est, misisse Deum Patrem Filium suum, propter nostram salutem, nec posse Deum Patrem rectè cognosci, nisi per Filium: nec Filium, nisi per Patrem.*
      - Per *fidem sacræ Triadis nō constitui tres Deos, sed vnius veri Dei inscrutabiles hypostases, propter Christi vnigeniti illius cognitionem, & ad gloriā propagandam, secundùm mensurā reuelationis ipsius exprimi. Sumātur similia de homine, Sole, arbore, aqua, &c.*
      - Quomodo *Pater ab æterno, ac semper gignat Filium, & Spiritus Sanctus ab vtroque non nascatur, sed procedat, ac veluti spiret, vt rectè, peculiariter Spiritus vocetur: abstrusius est, quàm vt à quoquam mortalium mente concipi, nedum explicari queat.*
      - Testimonia *Scripturæ hîc necessaria esse.*
    - Natura: *est enim naturâ*
      - Bonus,
      - Placidus,
      - Clemens,
      - Misericors,
      - Fidelis,
      - Verax,
      - Sapiens,
      - Prudens,
      - Tardus *ad iram, &c. quæ Deo tribuuntur in Scripturis, quæ qualis sit natura Dei, docent.*
  - Quantus *sit. Hîc disce,*
    - Hîc *non quæri de quantitate aliqua corporea, sed maiestate & excellentia diuina.*
    - Maiestatem *diuinam relucere in bonitate, sapientia, potentia, gloria, & æternitate. Hîc disce, excellentiam*
      - Bonitatis *obseruandam nobis esse in creatione, dispensatione, & prouidentia, qua cuncta condidit, disponit, & moderatur optimè, præsertim in philanthropia illa, qua Filium suum salutis nostræ gratiâ in mundum misit.*
      - Potentiæ, *relucere in verbo eius, quo cœlum, terram, & omnia condidit ex nihilo.*
      - Sapientiæ *relucere in creatione & mirabili dispositione omnium.*

De

De Deo in genere.

TABVLA II.

Loci quinque.

- Quòd ratio cæca sit in diuinis, præsertim in articulo de Trinitate, vt nihil de Deo certi statuere possit.
- Quòd de articulis Fidei, præsertim Trinitatis, disputandum non sit, sed credendi: neque enim syllogismo rationis, articuli veritas concludi potest, sed verbo Dei certo & euidenti.
- Quid sit Deus. Est enim essentia spiritualis, Intelligens, Æterna, Verax, Bona, Pura, Iusta, Misericors, Liberrima, Immensæ potentiæ: Pater æternus, qui Filium imaginem suam ab æterno genuit, & Filius imago Patris, & Spiritus Sanctus procedens à Patre & Filio, sicut patefacta est diuinitas certo verbo, quòd Pater æternus cum Filio & Spiritu condiderit, & seruet cœlum & terram, & omnes creaturas, & in genere humano condito ad imaginẽ suam, & certam obedientiam, elegerit sibi Ecclesiam, vt ab ea hæc diuinitas patefacta per verbum, agnoscatur, colatur, inuocetur, iuxta verbum: damnentur verò omnes cultus, qui fingunt alios Deos, & hæc vera diuinitas in vita æterna celebretur.
- Quòd Deus vnus sit, id probatur
  - Testimoniis Scripturæ,
    - Deut. 4. d. 39. 6. a. 4. 32. c. 12. 13.
    - Esaiæ 44. d. 6. 45. a. 6.
    - 1. Cor. 8. a. 4.
    - Ephes. 4. a. 5.

    Cùm enim Deus opponitur creaturis, mentio fit vnius æternæ essentiæ.
  - Argumentis,
    - Vt terra duos Soles ferre non potest, ita nec mundus duos aut plures Deos. Sol enim pulcerrimum ac iucundißimum Dei simulacrum est.
    - Si plures Dij essent, iste careret illo, ille differret ab isto.
    - Si plures essent, neuter vbique esset.
    - Plures malè mundum regerent.
    - Plures non conuenirent simul genere ac specie.
- De Trinitate: discernuntur enim personæ, quoties diuinitas intra se describitur. Hîc disce,
  - Deus quomodo trinus sit, persona videlicet, gradu, forma, specie, proprietate, non statu, non substantia, non potestate, vt rectè dixerit Dionysius (de Deo loquens) vnitatem in triplici natura, seu proprietate subsistere.
  - Quid sit persona. Est enim (vt Ecclesia de hoc articulo loquitur) substantia individua, intelligens, incommunicabilis. Gregorius Nazianzenus in libro de Laudibus Athanasij ἑτερωνυμον idem esse quòd ἰδιότης id est, proprietatem, contendit.
  - Quæ sint personæ diuinitatis:
    - Pater: vt enim in natura humana patrem dicimus, qui de substantia sua generat filium: ita prima persona in diuinis, quæ de sua substantia aliam generat, Pater dicitur.
    - Filius: vt enim in natura humana filium dicimus genitum de substantia patris, similem patri: ita secunda persona Filius dicitur, quia de substãtia Patris natus est, et est eius imago. Dicitur λόγος, quia cogitatione generatur, seu quòd ex diuino ore processit, & nihil Pater sine eo aut iußit, aut fecit, nec est alia res, quæ planiùs exprimat occultam mentis imaginem, q̃ oratio nõ mendax. Per hunc igitur Deus, qui suapte natura nulla ratione comprehendi potest, nobis voluit innotescere, vt ex ipsius cognitione felicitatem æternam assequeremur. Dicitur Imago: quia cogitatio est imago rei cogitatæ, & quòd p omnia Patri similis sit. Dicitur Splendor gloriæ Patris. sicut enim splendor ex Sole emicat: sic etiam Filius ex seipso non existit, sed ex Patre genitus est. Et sicut radius à Sole nõ separatur: sic neq; à Patre Filius diuiditur. Dicitur Expressa imago substantiæ Patris, vel character substãtiæ eius: mira enim æqualitas est typi, & figuræ typo expressæ. Vt & eadem est diuinitas, gloria, maiestas Patris et Filij. Hæ appellationes diuinitatẽ Filij explicãt.
    - Spiritus Sanctus, qui à voluntate Patris & Filij procedit: Voluntatis enim est agitare, diligere, sicut & cor humanum non imagines, sed spiritus, seu habitus gignit.
  - Quòd tres personæ, & seq. Vide literam A.

A. Quòd *tres pſonæ ſint, probatur*
- Teſtimoniis *Scripturæ.*
  - Pſal.33.a.6. *Verbo Domini cœli firmati ſunt & Spiritu.*
  - Geneſ.18.a.2.3. *Tres apparent Abrahæ, & vnum adorauit.*
  - Geneſ.2.d.26. *Faciamus hominem ad imaginem.*
  - Matth.28.c.18. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.*
  - Matth.3.c.17. *Hic eſt Filius meus dilectus. Tum & Spiritus apparebat in ſpecie columbæ.*
  - Ioan.3.d.35. *Pater diligit Filium, &c.*
  - Ioan.15.d.26. *Cùm venerit Paracletus, quem egò mittam vobis à Patre.*
- Similibus *ex reb. creatis ſumtis.*
  - Vt *mens humana cogitando mox pingit imaginem rei cogitatæ: ita Pater æternus ſeſe intuens gignit cogitationem ſui, quæ eſt imago ipſius, communicata ipſi eſſentia: & vt à voluntate fit motus, ita à voluntate Patris & Filij procedit Spiritus agitator.*
  - Vt *Sol vnus eſt, gignit tamen ex ſe radios, tum ex vtroque proficiſcitur calor: ita Pater fons eſt Filij, & ab vtroque procedit Spiritus.*
  - Vt *vna eſt anima, alia tamen in ea voluntas, alia ratio, alia memoria: ita & in diuinis. Auguſtini ſimile.*
  - Tertullianus *alia fingit ſimilia: nempe radicis, ſtipitis, & fructus in arbore. Item fontis, fluminis, & riui in aqua.*

Quod *ſit perſonarũ diſcrimen. Diſcrimẽ faciunt priè opera ad intra, vt ſunt gignere, gigni, & procedere, quæ ſunt indiuiſibilia opera,*
- Pater *æternus, eſt perſona non nata, ſed quæ genuit ab æterno Filium imaginem ſui, & huic propriè tribuitur creatio & conſeruatio rerum. Etſi enim hoc commune opus ſit trium perſonarum, modus tamen diſcernitur, vt & in cæteris operibus, quæ vocantur ad extra.*
- Filius *eſt imago Patris, genita ab æterno à Patre, qui poſtea certo tempore in vtero Mariæ aſſumſit naturam humanam, atq; huic propriè redemtio tribuitur.*
- Spiritus *Sanctus eſt agitator procedens à Patre & Filio, ſanctificans mentes: id eſt, accendens nouam lucem, iuſtitiam, & vitam Deo placentem, & æternam, & huic propriè ſanctificatio tribuitur, vnde & Sanctus appellatur.*

Opera *Trinitatis ad extra communia eſſe, ſed modum diſcerni. Pater enim creauit per* IESVM *Chriſtum vniuerſa, Epheſ.3.b.9. ac ea ſuo Spiritu fouet: propterea creatio Patri propriè tribuitur. Filius aſſumſit humanam naturam, vt redimeret: vnde huic redemtio tribuitur. Pater & Filius Spiritu ſuo ſanctificant, vnde Spiritui ſanctificatio tribuitur.*

De pluralitate Deorum tutelarium apud Gentes & Papiſtas per collationem.

Vt apud Gentes ſingulis regionibus, elementis, frugibus, artibus, pecoribus, morbis, &c. certi ac peculiares Dij deputati fuerunt: ita apud Pſeudochriſtianos.

GENTIVM. ——— PSEVDOCHRISTIANORVM.

Dij regionum ac ciuitatum.

NVLLA enim regio, nulla inſula, nulla ciuitas, imò nulla domus erat, quæ non haberet peculiarem quendam tutelarẽ Deum. Inde Dij domeſtici, ſeu Penates, quos in domibus colebãt, & eorũ imagines in domo habebãt: vnde Penates dicti, quaſi penes nos nati. Atque hi Dij Gentium errore ad nos ſub aliis nominibus ab illis tranſlati ſunt, vt S. Lucia olim Lucina erat, quę parturientibus præerat. Habemus pro Minerua illa Ethnicorum Dea, Mariam virginem. Etſi autem humanum genus ab vno homine deſcendat, *Actor.17.f.26.* in tres tamẽ familias & gentes diuiſa eſt. Atq; hæc diuiſio occaſio fuit variorum idiomatum, morum, ac religionis diſparis, vt à Creatore ſuo vno ac vero Deo inuocando & colendo, mortaliũ genus ad vanos ac falſos Deos deficeret, & pro varietate ſtirpium & familiarũ varios & Deos & cultus excogitaret. *Hierem.2.f.28. Secundum numerum ciuitatum erant Dij tui, &c.* Erroris huius miſertus Deus, Apoſtolos in orbem vniuerſum miſit, dono variarum linguarum inſtructos, ad vocandas ad ſe cunctorũ populorũ familias, vt vniuerſæ, quantumuis inter ſe linguis ac moribus diuiſæ, fidei ac verę religionis vnitate per Euangelij prædicationẽ in vnum corpus ac ciuitatem regni Dei coirent.

Habebant ergo Gentes
- Babylonij — BELVM.
- Ægyptij — ISIDEM & OSIRIM.
- Aphri — NEPTVNVM.
- Rhodij — SOLEM.
- Samos — IVNONEM.
- Paphos — VENEREM.
- Delphos — APOLLINEM.
- Roma — QVIRINVM.
- Athenæ — MINERVAM.
- Epheſus — DIANAM.

Ad hũc modum apud Pſeudochriſtianos habuit
- Hiſpania — IACOBVM. (LEM.
- Gallia — DIONYSIVM, MICHAE-
- Pannonia — LVDOVICVM Regẽ & LADISLAVM.
- Heluetia — MARIAM *in Einſidel.*
- Germania — GEORGIVM.
- Roma — PETRVM & PAVLVM.
- Mediolanum — AMBROSIVM.
- Venetiæ — MARCVM.
- Colonia — *Tres* REGES.
- Auguſta — VDALRICVM.

Dij elementorum.

Habebant *Gentes deos*	Cœli & Ignis	IOVEM.	Sic *apud Pseudochristianos* habuit	Ignis	AGATHAM.
	Aeris	IVNONEM.		Mare	NICOLAVM.
	Maris	NEPTVNVM.			
	Inferorum & Terræ	PLVTONEM.		Tempestates	VALESIANVM, THEODORVM.

Dij frugum ac terra nascentium.

Apud *Gentes*	Fruges *excoquebat*	APOLLO.	Sic *apud Pseudochristianos*	Frugibus *præerat*	IVDOCVS.
	Vinum *sacrum erat*	BACCHO.		Vino	VRBANVS. *hinc sacella ad*
	Panis	CERERI.			*gestia.*

Dij pecorum.

Habuerunt *etiam pecora suos Deos apud Gentes: videlicet*	APOLLINEM.	Sic *apud Pseudochristianos*	Oues	VVANDLINVM.
			Equi	EVLOGIVM.
			Boues	PELAGIVM.
	PANA.		Sues	ANTONIVM.

Dij artium, siue literariarum, siue mechanicarum.

Erat *apud Gentes*	Literariis	APOLLO, MINERVA, *nouē* MVSAE.	Sic *apud Pseudochristianos*	Literariis	CATHARINA, GREGORIVS.
				Pictoribus	LVCAS.
	Fabris	VVLCANVS.		Medicis	COSMAS & DAMIANVS.
	Medicis	ÆSCVLAPIVS.		Fabris	ELOGIVS.
	Militibus	MARS.		Calcearijs	CRISPINVS & CRISPINIANVS.
	Venatoribus	DIANA.		Sartoribus	GVIMANNVS.
	Nautis	CASTOR & POLLVX.		Figulis	GVARVS.
				Venatoribus	EVSTACHIVS.
	Scortis	VENVS & FLORA.		Scortis	MAGDALENA *et* AFRA

Dij morborum peculiares.

Erat ——	Pesti	APOLLO.	Sic *apud Pseudochristianos*	Pesti	SEBASTIANVS & ROCHVS.
				Morbo *Gallico*	FLACCIVS.
				Febri	PETRONELLA.
				Contractis	VVOLFGANGVS.
				Morti *improuisæ*	MARCVS.
	Comitiali	HERCVLES.		Morbo *caduco*	VALENTINVS.
				Partui	MARGARETHA.
				Captiuis	LEONARDVS.
				Contra *toxicum*	IOANNES EVANGELISTA & BENEDICTVS.
	Partui	LVCINA.		Capitis *dolori*	ANASTASIVS.
				Oculis	OTILIA.
				Dentibus	APOLLONIA.
				Collo	BLASIVS.
				Ventri	ERASMVS.
				Pudendis	BRICCIVS.

¶ Summa. tradunt quidam 30000. Deorum in orbe culta fuisse. Tertullianus ex Varrone 300. Ioues fuisse tradit, vt rectè dixerit Vates Psalmo 16. a. 4. *Multiplicant idola sua*, &c. Vnicuique enim Deorum suum erat simulacrum.

Classis tabularum septem de Contemplatione Dei, seu Scala ascensionis ad Deum, ex itinerario mentis BONAVENTVRAE.


Sicuti sex gradibus ascendebatur ad thronum Salomonis, 3. Reg. 10. c. 19. & Seraphim senas alas habebant, *Esaiæ* 6. a. 2. Et Christus post sex dies vocauit Discipulos in montem ad transfigurationẽ suam, *Matth.* 17. a. 1. & post sex dies vocauit Deus Moysem de medio caliginis, *Exodi* 24. c. 16. & sex diebus absoluit fabricam mundi, & inde quieuit, *Genes.* 2. a. 2. Ita ad requiem beatissimæ contemplationis non nisi sex gradibus illuminationum peruenitur, quorum quidem

TABVLA I.

I. Speculatio vestigiorum Dei in ipsa rerum vniuersitate: vbi discce,

- Vniuersitatem ipsam cõplecti in se ea quæ sunt
  - Extra nos, ad ingressum: & hîc locum habet
    - Materia, seu corporalitas.
    - Tempus, seu varietas.
    - Sensus, seu animalitas.
  - Intra nos, ad processum: vbi locum habet
    - Intelligentia, seu Spiritualitas.
    - Duratio, seu veritas.
    - Contemplatio animi.
  - Supra nos, ad requiem patriæ: vbi locum habet
    - Sapientia, seu Deus.
    - Æternitas immutabilis.
    - Perfectio mentis.
- Facultates, quibus adscendatur ab imis & temporalibus ad summa æternaque, esse potentias animæ, plantatas quidem in nobis, primùm per naturam, sed deformatas per culpam: reformandas autem per gratiam: vt sic mentis ignorãtia, (quæ prima est peccati originalis pars) emendetur per sapientiam: carnis autem concupiscentia, (altera originalis pars) per iustitiam in IESV Christi, qui quia solus paratus erat nobis à Deo sapientia, iustitia, sanctificatio & redemtio: ideò conuersans inter nos per charitatem, instruxit nos veritate, triplici scientiæ, seu theologiæ modo: videlicet
  - Symbolicè, vt omnibus sensibilibus rectè vtamur ad innocentiã & charitatem.
  - Propriè, vt intelligibilibus benè afficiamur ad scientiã & fidẽ firmam.
  - Mysticè, vt rapti ad vltramundana spem teneamus deuotam, & gaudiũ, omnia exsuperans.

  Hinc iã emergit, sex esse gradus, seu potentias animæ, secundùm id quod nostra consideratio nũc coniunctè, nunc in sua puritate ascẽsum ad Deũ molitur. Est enim
  - Sensus, qui per se consideratus est brutalis & variabilis: dicimus autem sensus quinque, recepta enumeratione.
  - Imaginatio, quæ est custos sensuum in abstracto.
  - Ratio, quæ sine sensibus in actu, valet generaliter operari tanquã instrumentum.
  - Intellectus, qui est veluti ratio operans circa sensibilia & variabilia ad concludendum affirmatiuè, vel negatiuè aliquid.
  - Intelligentia, quæ est actio operãs in formis Spiritualibus & veris.
  - Mens, quæ absolutam habet diuinarum rerum notitiam, cum affectione. Illa in Deo Sapientia nominatur, & quidem originalis, respectu eius, quæ nobis instar scintillæ in hac vita obuenit: vnde suprema illa cunctis sapientiæ amatoribus clamat, & dicit: Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplebimini.
- Praxim, seu vsum considerationis, &c. Vide literam A.


A. Praxim, seu vsum considerationis vestigij Dei in ipsa vniuersitate esse debere, habiti vel quoad
Potentias animæ nostræ: nam dum ponimus nobis hunc mundum sensibilem, tanquã speculum, transimus ad Deum summum, quasi veri Hebræi de Egypto ad terram promissam, et veri Christiani cum Christo ex hoc mundo ad Patrem. Sensus enim carnis per copulam imaginationis & rationis, denũciat sensui interiori: nẽpe
Intellectui, inuestigatione probabili, quòd sit Deus
Potens,
Sapiẽs,
Bonus,
Æternus.
Mundũ fabricatus in
Pondere, quoad situm,
Numero, quoad distinctionem,
Qualitate, quoad æstimationem,
Mensura, quoad limitationem.
Vnde emergit confusa omnibꝰ
Species,
Ordo,
Virtus,
Operatio.
Intelligentiæ, persuasione fidei, q sit Deus
Potens,
Sapiẽs,
Prouidẽs, seu bonus,
Iustus.
Qui mũdum fabricatus sit
Solus & ex nihilo.
Sex diebus & perfectissimè.
Ad decursum triũ temporũ,
Scripturæ,
Naturæ,
Gratiæ.
Ad terminandum per finale iudicium.
Quę omnia fide magis credimus & sapimꝰ, quam sensu percipimus. Heb. 11.
Menti, contẽplatione, seu potius notitia præcellenti, quòd sit Deus
Potens,
Sapiẽs,
Bonus,
Æternus.
Qui fecerit in mundo quædã
Corruptibilia, vt quæ habent
Tantùm esse, vt materiã in quatuor elementis.
Esse & viuere, vt plantas, arbores &.
Esse, viuere & discernere, vt bruta & hominem, quoad corpus sensituũ.
Incorruptibilia, prorsus, vt animas hominum, & ángelos.
Ipsas res in genere: nã septuplex emergit cõsideratio ex vniuersitate mundi, cuius scilicet sese offert
Origo, quoad
Creationem,
Distinctionem,
Ornatum.
Quæ ex tollit Dei
Potentiam cuncta de nihilo producentem,
Sapientiam cuncta lucidè distinguentem,
Bonitatem, cuncta largiter adornantem.
Magnitudo, quoad molem
Longitudinis,
Latitudinis,
Profunditatis,
Quæ ex tollit Dei virtutem per
Immensitatẽ in circũscriptam,
Præsentiam inexclusiuam,
Essentiam indiminutam.
Quę designat in stat ignis operatis
Intimè
Continuè,
Diffusè,
Personam
Patris,
Filij,
Spiritus S.
Multitudo secundùm diuersitatem
Generalem in substantia,
Specialem, in forma,
Indiuidualem in efficacia.
Quæ ex tollit in Deo
Patre, potentiam creatricem,
Filio, sapientiam disponentem,
Spiritu Sancto bonitatẽ conseruantẽ.
Pulcritudo secundùm varietatem
Luminum in corporibus simplicibus,
Figurarum in mixtis,
Colorum in corporibus complexionatis.
Quę itidem perẽnia inculcant epitheta
Patris,
Filij,
Spiritus Sancti.
Plenitudo rerum, secundùm quod materia est plena formis ratione
Seminis,
Virtutis actiuæ,
Effectus, seu vsus.
Operatio rerũ multiplex: nempe
Naturalis,
Artificialis,
Moralis.
Ostendens
Causam essendi quoad Patrem potentem,
Rationem disponendi, quoad Filium sapientem.
Bonitatem, seu exercitium, quoad S.S. bonum.
Ordo in libro
Creaturę secundùm ordinem
Durationis per prius & posterius,
Situationis per superius & inferius,
Influentiæ per nobilius & ignobilius.
Ostendens
Primi principij Patris sublimitatem,
Primæ sapientiæ Filij dignitatem,
Primæ bonitatis Spiritus Sancti libertatem.
Scripturæ secũdùm autoritatẽ
Legum,
Disciplinarum,
Iudiciorum.
Ostendendo
Potentiam Patris,
Sapientiam Filij,
Veritatem Spiritus Sancti.
Ecclesiæ, &c. Vide literam B.

B. Ecclesię, *secundum ordinem* — Sacramentorum, Beneficiorum, Retributionum, — Ostendens *præfata Dei attributa: qui igitur tantis rerum creatarum* — Splendoribus, *non illustratur, cæcus est.* Clamoribus *non excitatur, surdus est.* Effectibus *Deum non laudat, mutus est.* Iudiciis *primũ principium non animaduertit, stultus est.* — Dignus *in quem vniuersus orbis insurgat. Vnde rectè Propheta: Delectasti me Domine in factura, & in operibus manuũ tuarũ exultabo, &c.*

TABVLA II.

II. Speculatio *Dei in vestigijs suis in hoc mũdo. vbi discę*

Processum, *seu praxim huius contemplationis sitam esse in*

Altiorem *esse præcedenti hunc speculationis gradum, eò quòd iam non per sensibilia Deus, sed in ipsis: hoc est, in quantum in eis est per suam* — Essentiam, Potentiam, Præsentiam, — Contemplandus *nobis proponitur.*

Sensibus *quinq; nostris, &c. Vide literam A.*


Applicatione *similitudinis (quæ iam deputata et abstracta in potẽtia nostra intellectiua residet ad ipsũ Deũ, vt nempe singulis modis manu ducamur ad æternã veritatẽ speculandã. Nam seu*

Similitudo p̃nomina ta gigni imprimiq; solet in anima nostra per — Sensibilia *mundi* Impressionem *eorundẽ in organa nostra* — Ita *manifestè insinuatur,* — Lucem *illam æternam generare ex sese (cùm capax ipsa sui sit) similitudinem seu splendorem coæqualem, consubstantialem, & coæternalem.* Imaginẽ, *illã, seu similitudinẽ, splendoremq; inuisibilem impressissimã omninò gloriæ paternæ esse figuram, ac vbiq; existentem per primam singularemq; sui generationem.* — Idcircò, *prout species corporũ vniũtur animæ nostræ p̃ media quasi generatiua: ita nos oẽs vnimur Deo Patri, tanquam fonti per Filium generatione æterna semper illi similem, parentisq; sui repræsentatiuum.*

Species *est delectans ratione* — Pulcritudinis. Suauitatis. Salubritatis. — Ita *insinuatur in summa illa p̃fectissimaq; specie esse* — Pulcritudinẽ, *hoc est, immẽsam proportionalitatem & æqualitatẽ geniti ad generantem.* Suauitatem, *hoc est, incomprehẽsibilem affectionem geniti ad generantem sufficientissima impressione illabentem.* Salubritatem, *hoc est, absolutissimam integritatem, plenitudinemq; Spiritus Sancti per processionem.* — Nõ *qr idẽ p̃ phantasma, vt in nobis potentiamq; solã, sed p̃ veritatem, virtutemq; æternam actiuã: vnde cũ in Deo solũ sit fons æterni boni, ac delectatiõis, eò semper & nos adspirare docemur, tanq; de tenebris ad æternam Dei lucẽ vocati, &c.*

Diiudicatio *fieri solet per rationẽ, dum abstrahit res à loco, tempore, & omni mutabilitate: & p̃ hoc à dimensione, successione & transmutatione, vt sic dijudicatio quoq; sit immutabilis, incircũscriptibilis, & interminabilis. Ita longè magis dijudicare debemus esse speciem, imò regulam æternã, infallibilem, lucemq; veritatis incõmutabilem, interminabilem, indubitabilem, irrefragabilem, indijudicabilẽ, atque increatam, per quam, & à qua, non in qua (quandoquidem tàm ea, quæ sunt in Deo, q̃ Deus ipse, pro æternis habentur) creata formataque sit regula, seu facultas illa mentis nostræ, quæ discernat in rebus creatis pulcra, suauia, certa, salutaria, &c. Porrò cùm talis speculatio, quoad proportionem iustam & delectabilem magnum locum habeat in numeris, legitimè varieq; obseruatis, ideò non ab re possumus dicere, numerum esse præcipuum in animo conditoris exemplar, & tutissimum principaleque in rebus vestigium, quo omnes ad sapientiam ducimur: qui quidem nisi ex visibilibus & quasi signis ad inuisibilia Dei signataq; toto pectore adspiremus, inexcusabiles erimus & inepti, & indigni ad omnia. Inuisibilia enim Dei p̃ creaturam mundi intellecta fateri pios cogunt, effectus omnes signum esse causæ prioris certiss. mæ liberrimæq;, præsertim quod idem plenius iam Prophetica scripta, præfigurationes, totque angelicæ repræsentationes, & maximè Filius ipse Dei in carne visibili inter nos conuersatus nobis ostendêre.*

A. Sensibus


A.
Sẽsibus, quinque nostris, per quos tanquam per portas sensibilis iste mundus megacosmus dictus, intrat in animã nostrã microcosmũ dictã, secundũ tres operationes: nempe per
Apprehẽsionem, dum scilicet non quo ad substantiam, sed quoad similitudinem intrant in animam nostrã, per sensus
Extremos, vt per
Visum, corpora
Sublimia.
Luminosa
Colorata.
Tactum, corpora terrestria, ac solida, iuxta primarias sui qualitates: nempe
Durum.
Molle.
Asperum.
Leue.
Ex quibus quatuor emergunt sensibilia cõmunia: nempe
Numerus,
Magnitudo,
Quies,
Motus,
Vide signum * * *
* * *
Vnde, iuxta quod nõnulla ex se mouentur & acquiescunt, vt animalia, nonnulla verò ab alio, constat quædam esse
Generantia, vt sunt corpora simplicia: nẽpe
Cœlestia,
Quatuor elementa.
Ex quibus omnia naturalia generantur per virtutẽ lucis cœlestis, reconciliata contrarietate mixtorum in mixtis.
Generata, videlicet composita omnia: nempe
Mineralia.
Vegetabilia.
Sensitiua.
Regentia hæc & illa, vt substantiæ
Coniunctæ omninò, vt animæ brutales.
Coniunctæ separabiliter, vt animæ rationales.
Separatæ, vt Spiritus cœlestes, q̃ quidẽ sunt secundum
Philosophos Intelligentiæ, & orbes cœlestes mouẽt, susceptâ virtute p̃ influentiam à Deo, seu prima causa ad opus gubernationis, pro consistentia rerum naturali.
Theologos Angeli, & regũt vniuersa imperio summi Dei quantum ad opera reparationis: vnde administratorij etiam Spiritus missi propter hæredes dicuntur.
Intermedios, vt per
Gustum, corpora intermedia, videlicet aquea.
Auditum, aërea.
Odoratum, vaporabilia habentia aliquid de natura
Humida,
Aërea,
Ignea, seu calida.
Vt patet in fumo ex aromatibus resoluto.
Oblectationem, dum scilicet similitudo abstracta in omnib. suis medijs proportionaliter cõuenit: attenditur aũt proportionalitas, vel
Ratione speciei, seu formæ, vnde speciositas, seu pulcritudo dicitur, quæ nihil est aliud, quàm æqualitas numerosa, seu partium situs cum coloris suauitate, in visu
Potentiæ, seu virtutis: vnde suauitas, quæ est virtus nõ improportionaliter excedens recipientẽ (qa sensus tristatur in extremis, & in medijs delectatur) vt in
Odoratu.
Auditu.
Impressionis, vnde salubritas, quæ est efficacia replens indigentiam passionis proportionaliter, vel ad
Saluandum, vt in tactu.
Nutriendum, vt in gustu.
Diiudicationem, dum post apprehensionem & delectationem fit dijudicatio, non tàm secundùm sensus, quàm secundùm rationem, cur scilicet hoc album vel nigrum sit magis, quàm verum album, vel nigrum. Sic, non solùm sitne salubre, vel nocuum, sed quare. Dum enim supra sensum ratio ipsa quæritur pulcri, suauis & salubris, dicere solemus: Quia illa sit proportio æqualitatis. Æqualitas porrò tàm in magnis, quàm in paruis, multis & paucis, odore, colore, sonitu, sapore, &c. locum habet. Et per abstractionem loci, temporis, motus q̃, fiet ipsa dijudicatio incommutabilis, intercum scriptibilis, interminabilis, & omninò spiritualis.

TABVLA III.

Hunc vicissim gradum priore altiorem esse in deductione ad Deum. Nam quemadmodum hactenus lucem rerum creatarum in mentem nostram reuocauimus, vt sic diuinam imaginem per eam & in eis contemplaremur: ita nunc in nosmetipsos intrantes conari debemus, Deum quasi per tertium speculum propius considerare, in facie, inquam, mentis nostræ, vbi similiter resplendet imago beatissimæ Trinitatis.

III. Speculatio Dei, per suã imaginem naturalib. nostris potentijs insignitam. Vbi dicitur,

Quæ sit praxis, seu processus huius speculationis: nam quemadmodum

Mens tua, &c. Vide literam A.

In mente nostra triplex est habitus sapientiæ, seu potius philosophia: nempe

Naturalis agens de causa essendi.

Rationalis, agẽs de ratione intelligendi.

Moralis, agens de modo ordineq; viuendi.

Ducens nos

Ad Patrem potentem, omnium creatorẽ, tanquam ad primã causam.

Ad Filiũ sapientẽ, omnium dispositorem.

Ad Spiritum S. in bonitatis norma cõseruantem.

Rursus, quemadmodum Philosophia diuiditur: scilicet

Naturalis, in

Metaphysicã, de rerum essentijs.

Mathematicã, de numeris & figuris, sine quibus nulla naturalia consistunt.

Physicam, de virtutibus & operationibus, per quas esse vigereque comprehenduntur.

Ita insinuatur

Pater, quasi primum principium.

Filius, Patris imago.

Spiritus Sanctus, vtriusque vigor per bonitatem.

Rationalis, in

Grãmaticam, de potentia exprimendi.

Dialecticam, de perspicacitate probabilitateq; arguendi.

Rhetoricam, de vigore persuadendi, vt nõ incassum intentio loquentis (in animo audientis) abeat.

Ita docetur

Pater æterna generatione, quasi os exprimens Verbum, seu potius animus eloquens sapientiam.

Filius, quasi prolatum Verbum, sapientia, & typus cordis.

Spiritus Sanctus, energia affectionis, cõprehensionis, & durationis vtriusq;.

Moralis, in

Ecclesiasticam, de agnitione Dei primi principij.

Oeconomicã, ratione victus, quoad esse, seu viuere priuatim.

Politicam, de ratione permanendi, quoad bene esse communiter.

Ita ostenditur


Pater, principium in autoritate creationis.

Filius, sustentans in liberalitate amoris.

Spiritus Sanctus, conseruans in bonitate suauitatis.

¶ PROINDE etiam atq; etiam sublimandi nostri omnes affectus ad Deum, cuius tantam in nos circumferimus irradiationẽ, tàm mente scilicet, q̃ congrua eiusdem habitudine: vt meritò seipsum ille negare videatur: hoc est, extinctum in se lumẽ naturale, supernaturali illius typo profiteri cogatur, qui contemplatione tantæ maiestatis affici, & quidẽ summoperè nequeat. Cuius quidẽ irradiatio eos q̃ sapientiæ studẽt, meritò in admirationẽ rapit. Insipientes verò non immeritò interdum perturbat, & occæcat, vt quod scire debebãt, id ipsum maximè ignorẽt, negentq;, dicẽtes in corde: *Non est Deus*, &c.

A. Mens


A.
Mẽs tua (quod non oculis carnis, sed oculo rationis vides.)
Meminit sui, qđ prius est.
Nouit sese, qđ posterius est. nihil enim capimus p intelligentiam, qđ non sit præsens apud memoriã.
Amat se se, quod cõmune est.
Ita insimatur in sancta Triade persona
Patris gignentis, qui quidem instar memoriæ (familiariter intra sese recolentis principia quantitatum continuarum, & discretarum, vt punctũ ad lineas, instans ad tempus, vnitatem ad numeros: item principia & axiomata scientiarum, &c. sine quibus impossibile est quicquam sempiternaliter, sed quo ad rationem nostram, asserere, aut probare) retinet, & quidem semper
Præterita
Præsentia
Futura
Nobis, quoad discursum huius mundi,
Per recordationẽ.
Per susceptionem.
Per prouisionem.
At in Deo cuncta hæc indiuisibiliter se habẽt, propter
Æternitatem, cui nihil præire potest.
Spiritualitatem limpidissimã, quæ nullis indiget phantasiis.
Incommutabilitatẽ, quæ variari, alterariq; nequit.
Filij geniti, qui quidem instar intelligẽtiæ (bellè sapientis ens omne: supremum, infimum, mutabile, immutabile: absolutum, dependens, actu, potentia, re: vnde completam exstruere possit, cuiusuis rei definitionem, infallibiliter collimãdo ad transcendens indubitabile, vnũ, verum, bonum, &c.) nouit semper
Præterita, quoad Patrem actiuè gignentem.
Præsentia, quoad se passiuè genitum.
Futura, quoad Spiritum Sanctũ ex ambobus procedentem.
Verùm indistincta, absolutaq; sapiẽtia, non (vt nos proloqui cogimur) tẽpore variata: & hæc est Sapiẽtia: hæc est vera illa lux, quæ illuminat etiam omnẽ hominem venientem in hunc mundum, vt
Per naturam incommutabiliter sui veritatem, mẽs nostra, teneat, alioqui nunquam, quicq; vel certò credere, vel ritè discere, vel constanter asserere posset per Maximas certissimas, primaq; principia: vt, Totum maius est sua parte: Homo currit, ergo mouetur, &c. cùm tamen immutabilis sit.
Per gratiam, extellẽtius etiam sui veritate depẽdente, Deum apprehendat independentem, ad quẽ quidem omnia niti debent, tanquã fontem omnis ceratitudinis & veritatis.
Spiritus S. amoris vtriusq;, ac connexionis, q quidem instar amoris (amatum & amantem complectẽtis) iugiter operãdo super excellenti suo
Desiderio
Iudicio
Consilio
Adhæret Patri & Filio, imò ab vtroq; complectitur,
Per inquisitionem sibi competentem: hoc est, æternã & intimam, tanquam summè optimo.
Per consultationem, tanquã absolutissimæ legi seu normæ: quicquid enim iudicabile, seu conciliabile est, eò magis eligitur, quo legi, seu certitudini supremæ appropinquat.
Per motũ, tanq; summè simili: desiderio enim principaliter ad amatum mouemur: amabilius aũt nihil q quod est similius: mouemur inq;, vel quoad vltimũ finẽ, q in vno summo veroq; bono statuitur, vel quoad eius effigiẽ. Nã & id sæpè fit, vt p veritate ipsa simulacrũ dũtaxat eius sectemur. Et quẽadmodũ amãs, & amatũ, & ipse amor necessariò, quoad essentiã cõcurrũt, & nec multiplicari, nec subtrahi tria ista supposita in sua simplicitate possunt: ita Pater, q quasi est amans, Filius quasi amatus, & S.S. quasi amor vnius summi veriq; boni essentiã obtinẽt, interea personaliter distincti ob vitã vigoremq; actualem (alioqui enim quomodo æterni, veri, boni, potẽtis, sapiẽtis, &c. Item Patris gignẽtis, Filij geniti, & S.S. procedentis nomẽ obtinerẽt?) non essentialiter, neq; accidentaliter: qñ nec mutabilitas in Deo sit, nec Trias ista iterari queat, qđ necessariò eueniret, si essentialis fieret distinctio. Præterea cũ amãs nõ magis amet amore ipso, amorq; p exactũ iudiciũ, respõdeat omninò rei amatæ, cõsequẽs est, Patrẽ etiã, Filiũ & S.S. summæ æqualitatis, consubstãtialitatis, & coæternitatis esse nihilq; minus eos q tres essentias Deosq; posse dici, præter triũ personarũ cõsiderationẽ, quarũ distinctio nõ nisi ob vnitatẽ deitatis naturæq; memoratur: qñ diuisio pluriũ, distinctio aũt vnius eiusdemq; rei habitudinẽ absq; cõtrouersia insinuet.

TABVLA IV.

Hunc vicissim gradum præcedenti altiorẽ esse: ibi enim per nos transeundo contemplati sumus primum principium, at hic in nobis. Mirum verò non est tam paucos speculari Deum (quem menti nostræ proximum esse ostendimus) intrando in sese, vt decebat, cum mens humana solicitudinibus distracta ad se non flectatur per memoriam, & phantasmatibus obnubilata in se non intret per intelligentiam, & concupiscentijs illecta intra se non teneatur desiderio suauitatis, vt connecteret se internæ spirituali & perenni illi lætitiæ. Eodem modo minus est mirum, neminem omnino esse, qui intra se in imagine Dei, Deum ipsum contempletur: quandoquidem adeò ea obliterata est culpa & fragilitate primorum parentum (qui nobiscum totaliter in sensibilia ista demersi prolapsiq; fuêre) vt nisi reformetur gratiâ nouitatũq; veri Adami (qui quasi prostratos erecturus, & morbidos sanaturus, fractam in Adamo priore scalam reparare venit) perpetuò in luto ignorantiæ (vnde mendacium) & in cœno concupiscentiæ (vnde homicidium) hominibus volutandum sit ad mancipandum sine fine Satanæ parenti mendaciorum, homicidijq;.

IV. Speculatio Dei in imagine sua donis gratuitis reformata. Vbi dicetur

Anima nostra b literata illa imago Dei (quæ quã præcelsa sanctissimaque fuerit in gloriosa nunc Christi humanitate percipere datur) per æternã veritatem incarnatã, viam, inquam, & ostium appropinquationis ad Deum, triplici gratiæ medio, seu tribus virtutibus theologicis reformatur, nempe

Fide, quæ creditin Christũ per verbũ increatum Patris splendorẽ, illuminato (quis enim credat, nisi illuminatus?) spirituali

Auditu ad suscipiendos (sed plus corde quàm aure) Christi sermones.

Visu, ad considerandam ipsius

Primam figuram in statu gloriæ perennis.
Secundam figuram in statu incarnationis, plus q̃ si vel in præsepi, vel in vlna matris, vel in cruce pendentem vidisses.
Tertiam figuram in statu glorificationis, plus quam si in monte Thabor transfiguratam eius humanitatem oculis adspexisses.

Vt sic. Vide signũ):(

Spe, quæ suspirat ad suscipiendum verbum, spirituali auditu & visu iam nobis inspiratum (quod est thesaurus vitæ æternæ suo tempore & loco manifestandæ) allecto desiderio per olfactum spiritualem.

Charitate, quæ cõplectitur verbum incarnatum, transeundo per extaticum amorem ad eum, à quo suscipit etiã delectationem, recuperato spirituali gustu & tactu.

Quę sit praxis, seu vsus huius contemplationis: nã quemadmodum in

):(Vt sic sensibus spiritualiter recuperatis, tanq̃ iterum in Paradiso positus fruatur homo ligno vitæ in medio Paradisi: hoc est, Mediatore Dei & hominum in IESV Christo: & tanq̃ sponsa integerrima, seu pars militantis Ecclesiæ (quæ est proles, secundum Apostolum, Ierusalem cœlestis. Ait enim: Ea quæ sursum est Ierusalem libera est mater nostra) sponsum suũ videat, audiat, odoretur, gustet & tangat. Ita exuta præsenti carne & sæculo (vbi prædicta magis rationali q̃ affectuali experientia contingere possunt: nemo enim capit, nisi qui accipit) in altera tandem vita, in cœlesti, inquã, illa Ierusalem (in quã quidem nemo intrat per conformitatem, nisi prius ipsa descendat in cor per gratiam: sicut vidit & Ioannes in Apocalypsi.)

Cernemus Deum vt est: hoc est, videbimus Patrẽ in suo splendore plusquam nunc in creationis, vel patefactionis ænigmate.

Suscipiemus vitam æternam ex toto manifestatam & nobis proximam, plusquam vidêre in terris tetigêreque Apostoli verbum vitæ, seu gloriam vnigeniti Dei.

Afficiemur æterna incomprehensibiliq; suauitate p diffusam Spiritus Sancti bonitatem, plusquã nunc charitas Dei, & pax Dei, (exsuperãs omnẽ sensum & cognitionem: Rom. 8. Ephe. 3. Phil. 4. &c.) effusa esse dicitur in cordibus per Spiritum Sanctum.

Vt sic sensibus omnib. in mẽtales excessus dispositis, videamus (quis enim aliter, q̃ verbis sensuũ & hic vtatur?) q̃d est summè pulcrum, audiamus summè harmoniacũ, odoremur summè odoriferũ, gustemus summè suaue, apprehendamus summè delectabile.

Virtutibus theologicis, &c. Vide literam A.

Adminiculatione speculationis, &c. Vide literam B.

A.

In virtutib. theologicis, imò & mentali excessu continemur, duce Christo,

- Abundantia *deuotionis, per quam anima nostra fit fragor & fumus acceptissimus coram Deo ex*
  - Aromate *cõtritionis,*
  - Myrrha *confessionis,*
  - Thure *gratiarũ actionis.*

  } Quoad *fidem purgantem.*
- Excellẽtia *admirationis, per quã anima nostra fit secundùm processum illuminationis, sicut*
  - Aurora *micans,*
  - Luna *splendens,*
  - Sol *irradians.*

  } Quoad *spem illuminantem.*
- Superexcellentia *exultationis, per quam fit anima nostra affluens*
  - Suauitate *gustationis,*
  - Oblectatione *perceptionis,*
  - Deliciis *abundantiæ,*

  } Quoad *charitatem perficientem.*

} Sic *per, etc. Vide signũ* ***

***

Sic *per sublimationem sensuum spiritualium efficitur spiritus noster hierarchicus, instar Angelorum, qui quidem secundum classem vocantur*

- A *sua natura purgatissima*
  - Seraphim, *id est, inflammati.*
  - Cherubim, *i. pulcri & innocẽtes.*
  - Throni, *i. præcellentes & cõfirmatæ substantiæ.*
- Ab *industria operis illuminatiui*
  - Angeli, *i. nuncij.*
  - Archãgeli, *id est, reuelatores.*
  - Virtutes, *i. miraculorũ effectores.*
- A *perfectione gratiæ perambilis,*
  - Dominationes.
  - Principatus.
  - Potestates.

Vnde *exurgit nouenarius eorundem chorus, de quo Bernardus: Deus, inquit, (nimirũ præcellens, habitans in Angelis, et omnia eorundem operans) in*

- Seraphim *amat vt charitas.*
- Cherubim *nouit vt veritas.*
- Throno *sedet vt æquitas.*
- Dominationibus *dominatur vt maiestas.*
- Principatibus *regit vt principium.*
- Potestatibus *tuetur vt salus.*
- Virtutibus *operatur vt virtus.*
- Archangelis *reuelat vt lux.*
- Angelis *assistit vt pietas.*

Ex *quib. apparet Deũ esse omnia in omnibus.*

B.

In *adminiculatione speculationis nostræ: hoc est, in S. Scriptura, (q̃ agens principaliter de operibus reparationis, hìc æquè habet locum atque Philosophia in præcedenti tabula) traditur modus*

- Purgationis, *p̃ legem Mosaicam,*
- Illuminationis *per reuelationem prophetiçam,*
- Perfectionis, *per eruditionem & charitatem Euangelicam.*

Iuxta *q̃d triplex ponitur eiusdem intelligentia*

- Tropologica, *purgãs ad honestatem vitæ secundùm naturam.*
- Allegorica, *illuminans ad claritatem intelligentiæ secundùm Scripturam.*
- Anagogica, *perficiens mentem per excessum suauitatis, sapientiæ, secundùm gratiam.*

Ità *luminè, &c. Vide signũ*):(

):(

Ita *luminè diuinæ sapientiæ anima nostra repleta, & tanq̃ filia, soror, cohæresq̃ Christi, sciens ea, quæ sunt Dei (sicut spiritus hominis nouit ea, quæ sunt hominis) efficitur planè Templum Dei,*

- Fundatum *per fidem purgantem,*
- Eleuatum *per spem illuminantem,*
- Consecratum *Deo per sanctam mẽtis & corporis perfectionem.*

Vt *tandem intrà se comprehendat (verum vt sola fert nũc contemplatio)*

- Longitudinem *æternitatis in Patrẽ Creatore.*
- Latitudinem *charitatis in Filio Redemtore.*
- Profunditatẽ *bonitatis in Spiritu Sancto Illustratore, seu Consolatore.*

TABVLA V.

Hunc *iterum tractatum priore esse altiorem, atq; subtiliorem. Contemplando siquidem Deum extra nos per vestigium, versabamur quasi in atrio: speculatio hinc intra nos per imaginem fuit introitus in Sancta: supra verò nos per lumen informatiuum, penetratio cum summo Pontifice in Sancta Sanctorum. Verùm prout ibi supra arcam erant duo Cherubim Propiciatorium obumbrantes: ita duo adhuc nobis supersunt modi, seu gradus contemplandi inuisibilia æternaq; Dei, quorum vnus versatur circa essentialia Dei, maximè in nomine essendi, alius circa propria personarum, maximè in nomine* Dei BONVM: *de quibus iam ex ordine.*

V. Speculatio *diuinæ vnitatis p eius nomẽ primarium, quod est* ESSE: *vbi discę*

Quæ *sit praxis, seu processus huius speculationis: nã quemadmodũ*

Vetus *Testamentum defigebat principaliter aspectum nostrum in ipsum Esse Dei, dicendo, Est: vel, Qui Est, misit me, &c. Nimirum innuens, secũdùm Damascenũ, illud Esse primum Dei nomen, quod summè expellit non esse.*

Nouum *Testamentũ, &c. Vide signũ*):(

Ita *ostenditur, Deum solùm esse maximè in cuius essentiæ veritate tanq; in lumine possimus iam dignoscere*

Priuationem *vergentẽ ad ipsum Nihil. Omnis enim priuatio respectu positionis dicitur.*

Potẽtiam, *seu coarctatum particulareq; esse. Illud enim Ens, quod nondum habet esse in actu, habet permixtionẽ quandam cum Ente & eiusdem priuatione.*

Ens *in actu, cadens analogicè in nostrũ irrefragabilem intellectum, quod qdem typus est necessariò summi alicuius omniumq; verissimi Entis.*

Proinde *scuti, &c. Vide signum* ***

***
Proinde *sicuti summa est cæcitas, simul et vesania, fingere te videre colores, & lumen, per quod videas, pernegare: ita non caret impietate, animaduertere nolle summũ illud Ens, quod quia neque est*

Particulare, *quia minimè coarctatum, vel permixtum cum potentia.*

Analogum, *quia nulli omninò secundum.*

Ab *alio aliquo.*

Quicquã *habens de nihilo.*

Quicquã *habens de potentia.*

Quicquã *habens defectibilitatis.*

Quicquã *habens diuersificationis.*

Sed econtrà,

Complet*um:*

Absolu*tum:*

Per *se:*

Summè *Ens:*

Actualissi*mum:*

Perfectissi*mum:*

Simplicissimũ:

Ergo est Ens

Diuinum *in*

Patre,
Filio,
Spiritu Sancto.

Quoad *distincta personarũ nomina.*

Æternum,

Ante *omnia per præteritum,*
In *omnibus per præsens,*
Post *omnia per futurum.*

Quoad *tẽporalia creata.*

Sũmè vnũ,

Intra *omnia non inclusum,*
Extra *omnia nõ exclusum,*
Supra *omnia non elatum,*
Infra *omnia non prostratum.*

Quoad *magnitudinẽ incircumscriptam.*

Sũmè *bonũ, omnimoda sui*

Exemplaritate,

Cõmunicabilitate.

Quoad *actum sincèrissimum. vnde quidem ipse stabilis permanens moueri dat vniuersa omnipotẽtissimè, ac omniscientissimè, ideoque perfectissimè & optimè: vt nõ solùm ipsum met videre, sed & factorum eius rationem penitius considerare maximo non careat bono & beatitate. Hinc promissum fuit Mosi: Ego ostendam tibi omne bonum.*

):(Nouum

Nouum Testamentum determinauit personarum vnius Dei pluralitatem, dicẽdo: Baptizate in nomine, (nõ in nomina, seu maiestates essentiales) Patris, & Filij, & Spiritus S. Ita ritè erit, diceturque à nobis summum illud & purissimũ Ens

- Completum,
- Absolutum,
- Per se,
- Summè ens,
- Summè actualissimum,
- Perfectissimum,
- Simplicissimum.

Si simul statuatur, & credatur ad veritatẽ Scripturæ diuinitùs inspiratæ,

- Esse omnis multitudinis vniuersale principium
  - Causa essendi,
  - Ratione intelligendi,
  - Ordine viuendi.
- Esse inuariabiliter
  - Primum,
  - Præsentissimum,
  - Vltimum.
- Esse principaliter
  - A se,
  - Per se,
  - In se.
- Habere naturaliter
  - Fuisse,
  - Esse,
  - Fieri.
- Esse immutabiliter absq; vllius noui
  - Acquisitione,
  - Habitu,
  - Perditione.
- Esse tale, quo nihil potest statui
  - Melius,
  - Maius,
  - Nobilius.
- Habere in se
  - Veritatẽ primariã,
  - Puritatem sinceriss. imam,
  - Virtutem infinitã. quantò.n.plus est vnita virtus, tantò plus est etiã infinita.

Secundũ personarũ distinctionem, & nomenclaturã propriss. imam, quoad

- Patrem,
- Filium,
- Spiritum Sanctum.

TABVLA VI.

VI. Speculatio beatissimæ Trinitatis in eius nomine, qd̃ est bonum. vbi discе

Quæ sit praxis huius contemplationis: nam quemadmodum

Hunc speculationis gradum superiori non solùm altiorem esse, sed eidem etiam summè connexum. Nam sicut alter Cherub iuxta alterum statuebatur: ita nomen radicale essendi, de quo iam egimus, præsupponit emanationes in Deo, quarum deinceps fundamentum in ipso Bono reperiemus.

Ipsum optimum, quo melius Esse nequit, simpliciter est. Omnino enim melius est Esse, quàm non Esse: ita ipsum Esse Dei est optimum Esse: & optimum eiusdem necessariò summa ipsius Essentia illa, de qua principaliter in Tabula præcedenti.

Sũmè bonum, summè etiam est sui diffusiuũ: summa autẽ diffusio nõ potest esse, nisi sit

Ita per æternalem & essentialem sui diffusionem

- Actualis et intrinseca,
- Substãtialis et hypostatica,
- Naturalis et voluntaria,
- Liberalis et necessaria,
- Indeficiẽs & pfecta.

Producitur re ipsa & intimè Filius à Patre, secundùm vocabula summæ mutuæq; charitatis, quæ si cessant vnaq; productio actualis nõ esset: & si separabilis esset, intrinseca nõ permaneret.

Productus Filius participat iuxta similem hypostasim substantia Patris: ergo non nisi generatione. Ea enim sola est, quæ suam totam substantiam hypostaticè alteri diffundit.

Producitur Spiritus S. sui proprietate: ergo emanatione, seu viua processione ab actu puro (qui in generatione intrinseca seu naturali attenditur) & principio charitatiuo (quod amore mutuo voluntarioq; solidatur) vt sit vtriusq; mixti plenissima diffusio, verùm non diuersæ substantiæ, quia naturalis: nec nisi hypostatica, quia viua & voluntaria ex omni parte.

Inde aperta, Vide literam A.

Generatio Filij est cũ summa & necessaria communicabilitate: (aliâs enim Pater negare deberet se esse bonũ) est etiam totalis, non partialis: quia sic liberalis perfecta & necessaria, nisi imperfectiori se Filio Patrem necesse habere contendas. ¶ Applicabilia hæc sunt & Spiritui S. in sua emanationis proprietate.

Processio Spiritus S. ab vtroq; est cum æternitate, & simul origine purissima, ideoq; certa personarũ distinctione p proprietates (aliâs enim nomina originis & emanationis stare non possent) non quidem ordine temporali, localiue, iuxta aliquã mutationem, sed solùm gradu, ordine, respectuq; illo relationis, quo gignens ante genitũ, post hos vicissim procedens mente cõcipitur. ¶ Sunt hæc quoq; Filio, iuxta suæ genituræ proprietatem applicabilia. Nam ideò nunq; Pater tempore inchoaturus finiturusq; generationem: quia ipsa est indeficiens æquè atq; bonitas eius. Sic ideò Filius nunquã minor, ignobiliorq; Patre: quia semper liberali perfectaque generatione productus, quemadmodum & Spiritus Sanctus perfecta emanatione nunquam imperfectus.

Sic igitur, Vide literam B.

A.
Inde *aperta notione & professione personæ*

- Patris *gignentis ex se Filium,*
- Filij *geniti ex Patre,*
- Spiritus *Sancti procedentis ab vtroque.*

Hæc *quidem hoc pacto mente concipere tàm subtilissimum est, quã verissimum. At vltra hæc nõ minus admiranda, quàm etiam augustissima quædam in eiusdem beatæ Trinitatis contemplatione fidelissimis mẽtibus sese offerunt, secundum inscriptionẽ Scripturarũ: nempe*

B.
Sic *igitur in beatissima Trinitate summa est bonitas: & si summa bonitas, summa etiam communicatio: & si summa communicatio, summa quoq; diffusio: si vera diffusio, vera & origo: si vera origo, vera quoque distinctio: si vera distinctio, vera proprietas, per productionem & emanationem, quæ similiter in essentia debent esse vnum, nisi possint aliquando non esse summum bonum.*

Diffusio *Dei in creaturas est tantùm contingentalis, vel puncti actualis, respectu immensitatis, bonitatisq; æternæ. Ideoq; debuit esse nec perpetua, sed temporalis: nec intrinseca substantialisue, sed extranea: nimirum arbitrio beneplacitoque Deitatis, quæ in se & perfectissima fuit, & productione rerum ex nihilo ad ipsum Esse, præcipuam æternitatis laudem voluit sibi à temporalibus vendicare.*

Summa *Triadis vnitas, simul & bonitas, summam infert cõmunicabilitatem, hæc summam consubstantialitatem, hæc summam configuralitatem, hæc summam coæqualitatem, hæc summam æternitatem: prædicta vniuersa summam cointimitatem, per quam vnus in altero est, iuxta indiuisam substantiam, & alius absq; alio minimè operatur per virtutem, distinctione personali, sibi vniformiter adiacentem.*

Intima *Dei cõmunicabilitas est, cum personarum proprietate: summa consubstantialitas, cum hypostasium pluralitate: summa configuralitas, cum discreta personalitate: summa coæqualitas, cum ordine: summa coæternitas, cum emanatione: summa cointimitas, cũ emissione. Nam Filius missus est à Patre, & Spiritus Sanctus ab vtroq;, & tamen semper cum eis, & nunquam recedit ab eis.*

Sicuti *Cherubim versis vultibus in se aspiciebant Propiciatorium, ita in contemplatione Dei non conditiones solùm essentiales, neque solùm personales (de quibus iam egimus) sed ratio quoque vnionis gratuitæ, nimirum Dei & Hominis in persona Filij considerandæ & admirandæ datur. Nam etsi essentialia Dei vniuersa tribus personis communia, natiua sint & Filio, vt sit primus & nouissimus: æternus & præsentissimus: simplicissimus & maximus, seu incircumscriptus: totus vbique & nusquam comprehensus: actualissimus, & nunquam motus: perfectissimus, & nihil habens superflui diminutiue: immensus, sine termino, infinitus, summè vnus, omnimodus, & omnia in se habens: tamen in ipsa vnione primum principium iunctum est cum postremo, Deitas cum homine sexto die formato: æternum, cum temporali: simplicissimum, cum summè composito: actualissimum, cùm summè passiuo & motiuo: perfectissimum & immensum, cum modico: summè vnum & omnimodum, cum indiuiduo composito, & à cæteris hominibus distincto.*

In *eodem Christo altissima admiratione contemplandum, & contemplatione altissima admirandum, quod stat personalis vnio duarum naturarum cum Trinitate substantiarum: stat coadoratio cũ pluralitate nobilitatũ: coexaltatio supra omnia, cum pluralitate dignitatum: condominatio, cum pluralitate potestatum.*

¶ *Et sic sanè sexta ista speculatione, quasi in sexta die videt dilucidè mens nostra, hominem factum esse ad imaginem Dei in* IESV *Christo Dei Filio, qui imago Patris inuisibilis per naturam, humanitatem nostram adeò sibi vniuit per personam, adeoque exaltauit per gratiam, vt iam contemplatione ad metam perfectam traducta conspiciatur, veneretur, & ametur, nostri quoque cõplexione primus & vltimus, summus & imus, causa & causatũ, creator & creatura, centrum cum circumferentia, & alpha cum omega: pateatque liber ille, qui dicitur mystice scriptus, intus & extra: solaq; iã festiuitas requiei (quasi post laborem sexti diei) nobis supersit, non autem processus ad vlteriora opera inquisitionis patranda.*

TABVLA

TABVLA VII.

VII. Excessus *mentalis & mysticus, in quo requies datur intellectui, affectu totaliter in Deum subuecto : vbi dicitur,*

- Hunc *gradū prioribus esse sublimiorem, adeoque apicem reliquorum. Nam postquam mens nostra contuita est Deum*
  - Extra *se, per vestigia.*
  - In *vestigijs.*
  - Intra *se, per imaginem.*
  - Supra *se, per diuinam lucem.*
  - Per *primum principaleq; Dei esse.*
  - Per *summū peculiareq; nomē Boni, q̄ importat proprietates personarū, & mediationē Iesu Christi, quib. nec similia vspiā, nec præcellētiora excogitari possunt.*

  Supereſt, *vt hic tanquam ad Propiciatorium gloriæ in Sacramento à sæculo abscōdito requiescatur. Proinde habēda est ista statio, iuxta præmissas in prima tabula similitudines, tanquam*
  - Fastigium *thrōni Salomōnis sex graduum, vbi homo verè pacificus (id enim Salomonis nomen ingerit) mente pacifica in interiore Ieroſolyma requiescat.*
  - Plenissima *supernæ sapientiæ illustratio, ad quam senis alis Seraphim contendebant.*
  - Præsentissima *gloriæ Dei contuitio, postquam in montem Tabor ciuitati post sex dies Discipuli peruenerunt, vt dicatur : Bonum est nos hic esse, &c.*
  - Conuersatio *amica cum Deo, postquàm de medio caliginis Moses accitus in montem post sex dies peruenit, vbi facie ad faciem illustratus sermocinetur.*
  - Sabbatum *quietis post sex primos dies exercitatæ contemplationis.*

- Qualia & quanta *sint bona supramūdanæ beatitudinis, quæ nunc nec plenè dici, nec plenè animo cōcipi possunt : nam*
  - Aderunt *ibi vniuersa, quæ Deus diligētibus se promisit : videlicet*
    - Perfecta *rerum omnium cognitio. Dum enim in æterna luce Patris luminum versabimur, nihil erit quod nesciamus. Erit & perfecta inuicem agnitio.*
    - Clarificatio *corporum nostrorum.*
    - Immortalitas.
    - Lætitia *æterna.*
    - Intuitus *Dei assiduus.*
    - Viuere *Deo, & de Deo.*
    - Salus & *vita æterna.*
    - Societas *ciuium supernorum.*
    - Conuersatio *cum beatissimis Angelis.*
    - Amor *perpetuus Dei & proximi.*
    - Concordia *omnium : ibi enim omnia erunt consona.*
    - Perfectio *rerum omnium : quicquid enim amabitur, aderit, & nihil desiderabitur, quod aberit.*

    Quis *ergo, etc. Vide literā A.*
  - Aberunt *vniuersa, quæ hanc vitam caducam & exosam reddūt : nempe*
    - Infirmitas,
    - Indigentia,
    - Corruptio,
    - Mors,
    - Mœstitudo,
    - Seruitus, *&c.*
- Qua *deuotione, &c. Vide literam B.*

Quis ergo hîc non exultet? Quis huc cum Christo crucifixo transire per mortem (indubitanter enim illud verum est: Non videbit me homo, & viuet) non cupiat? Vbi ostenso Patre dicetur ab omnibus: Sufficit nobis. Et vbi plenissimè illud in singulis complebitur: Sufficit tibi gratia mea. Item: Satiabor quum apparuerit gloria tua. Si namque (iuxta Anselmum & Bernardum) singula bona delectabilia sunt, quanta erit iucunditas in illo bono, quod est congeries omnium bonorum & iucunditatum? Et quidem tanta differentia distans à rebus creatis, quanta creator à creatura differt, cœlum à terra, infinitum à finito, æternum à temporali. Oh, qui hoc bono fruetur, quid habebit, & quid non habebit? certè quicquid volet, illi præstò semper erit, & quod nolet, nunquam erit. Erunt quippe ibi omnia corporis & animæ bona, qualia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec cor hominis cogitauit. Si enim bonum est vita creata, quàm bona est vita creatrix? Si iucunda est salus facta, quàm iucunda est salus, quæ fecit omnem salutem? Si amabilis est sapientia in rebus conditis, quàm amabilis erit sapientia conditrix omnium ex nihilo? Si delectat pulcritudo, fulgebunt iusti sicut Sol. Si velocitas aut fortitudo, aut libertas corporis tui, vt nihil obsistere possit, erunt similes Angelis Dei: quia seminatur corpus animale, & resurget spirituale, potestate vtique non natura. Si longa & salubris vita: erit ibi sana æternitas, & æterna sanitas: quia iusti in perpetuum viuent, & salus eorum à Domino. Si satietas & dulcedo ebrietatis: satiabuntur ab vbertate gloriæ Dei, & torrente voluptatis potabit eos Dominus. Si melodia: ibi Angelici chori concinent sine fine, Deum laudantes. Si sapientia: ipsa Dei sapientia seipsam ostendet eis. Si amicitia: diligent Deum plus quàm seipsos, & inuicem tanquam seipsos, & Deus illos plus quàm seipsos: quia illi illum, & se inuicem per illum, & ille se & illos per seipsum. Si concordia: omnibus illis erit vna voluntas, quia nulla illis erit, nisi Dei voluntas. Si potestas: omnipotentes erunt suæ voluntatis, vt Deus suæ. A. Nam sicut poterit Deus quod volet per seipsum, ita poterunt illi per illum, quod volunt. quia sicut illi non aliud volent, quàm ille: ita ille volet, quicquid illi volunt: & quod ille volet, non poterit non esse. Si honor & diuitiæ: Deus seruos suos bonos & fideles supra multa constituit, imò Filij Dei, & Dij vocabuntur, & erunt: & vbi erit Filius eius, ibi erunt & illi: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Ibi fulgentes beati videbunt facie ad faciem: hoc est, nudè, & sine velamine summum bonum, & fouentur delectabiliter, & tenebunt sempiternaliter: futurusque est Deus rationi nostræ plenitudo lucis, voluntati multitudo pacis, & memoriæ continuatio æternitatis. Interrogetur nunc cor humanum, cor indigens, ærumnosum & insipidum, an capere possit tantæ beatitudinis gaudium? Certè enim si alius, quem omnino sicut teipsum diligeres, eandem haberet beatitudinem, iam gaudium tuum duplicaretur: nam non minus pro eo, quam pro te ipso gauderes. Si verò duo, vel tres, vel multò plures id ipsum haberent, tantundem pro singulis, quantum pro te ipso gauderes, dum singulos eorum vt teipsum amares. Ergo quid in illa perfecta charitate innumerabilium Angelorum, hominumque beatorum erit, vbi nullus minus alium, quàm seipsum diliget, nec minus quisquam de singulis, quàm pro se ipso gaudebit? Quantum enim quis aliquem diligit, tantundem de bono eius gaudet. Porrò si Deum quisque plus quàm vel seipsum amabit, sanè tota mens nostra, totum cor, totaque anima eò beatior futura est, quò minus plenitudini tam præcellentissimæ dilectionis sufficiens, capaxque nunc nobis esse videtur. Adeò igitur nondum diximus, quod cognouimus: nec cognouimus quod ad sublimandum animi nostri desiderium dicere debebamus. Quemadmodum enim hic amor Dei in affectu nostro imperfectus est, ita & cognitio eiusdem, mente phantasmatibus obnoxia. Et sicut gaudium in eodem, ita & verba de eodem angusta admodum nobis sunt.

Qua deuotione ac fruge sit nobis processus iste speculationum in hac vita exercendus. Certè enim non sufficit hoc itinerarium mentis ad Deum perfunctoriè saltem transcurrere, sed oportet intentissima exercitatione eruditionem solidam, vtrisque autem affectum Christiana Philosophia dignissimum comparare, & expolire, vt vltramundana illa, perenniterque vera & gloriosa non solùm cognoscatur rectè, & credantur firmiter, sed etiam amentur supra omnia, & desiderentur inter omnia: prorsusque nihil sit, quod à charitate Christi nos abstrahat: cui quidem crucifigi & cõmori in hoc mundo tàm non recusemus, quàm post hanc vitam eidem in cœlis conuiuere optandum humiliter, & precandum ardenter omnibus quàm obnixè suademus. Et quoniam sufficientia nostra (quæ nec natura, nec industria nobis comparatur) ex Deo est: addecet quàm maximè, vt gratia hîc magis, quàm doctrina imploretur, reuelatio magis, quàm lectio consulatur, & desiderium plus quàm studium recolatur. Certè enim lectio absq; vnctione, speculatio sine deuotione, inuestigatio sine admiratione, circunspectio sine exultatione, industria sine pietate, scientia sine charitate, intelligentia B. sine humilitate, exercitium sine inspiratione, ratio sine regeneratione, hîc nihil omninò sufficit. Quilibet ergo mente & affectu ita fit dispositus, vt quasi solitarius in mundo, Deum in hanc sententiam frequenter alloquatur, & oret quàm ardenter:

DOMINE DEVS, qui per Filium tuum omnis sapientiæ thesaurum consulis, imò iubes nos petere, & promittis accipere, da mihi vt cognoscam te, & amem te, & gaudeam de te: etsi non possum ad plenum in hac vita, tamen proficiam semper ad diem illum, quo peruenitur ad plenum: vt crescens hîc notitia, ibi fiat plena sapientia, & amor hîc deuotus ibi sit plenus thesaurus, fiatque gaudium meum hîc in spe iugi permagnum, & ibi in te visibili completum. In his se exerceat mens mea, loquatur de his lingua mea, hæc amet suspiciatq; cor meum, esuriat anima mea, sitiat caro mea, desideret tota substantia mea, donec cursu huius vitæ salutariter consummato, perducar in gaudium Domini mei, Creatoris mei, & plus me, quàm ego viscera mea diligentis: cui Trino in personis & Vni in substantia DEO sit laus & gratiarum actio, & gloria in sempiterna secula seculorum. AMEN.

Ordo

Ordo secundus de Deo: de his videlicet, quæ Dei sunt, ac primùm de Nomine Dei.

TABVLA I.

Loci quinque.

- Quid *sit nomen Dei.* Nomen Dei dicimus, quod de eo prædicatur: Vnde magis instruimur qualis & quantus, quàm quid sit Deus. Prædicatur autem de eo, quòd sit Omnipotens, Dominus, Iudex, Iustus, Misericors, Clemens, &c. deinde nomen eius est gloria & laus eius.
- Quid *sit facere aliquid in nomine Dei.*
  - Ad *gloriam Dei facere*, Vt Coloss. 3. d. 23. *Quicquid egeritis, omnia in nomine* IESV *Christi facite: id est, ad gloriam nominis Dei nostri.*
  - Facere *aliquid in fiducia nominis Dei*, Psalmo 20. a. 6. *In nomine Dei nostri vexilla erigimus. Et Dauid ad Goliath: Ego venio ad te nomine Domini exercituum.*
  - Facere *aliquid in persona, loco, autoritate & potestate Dei*, Ioan. 5. g. 43. *Ego veni in nomine Patris mei. Et Lucæ vlt. g. 47. Oportet prædicari nomine eius pœnitentiam: id est, loco & potestate eius.* 1. Corinth. 5. a. 3. *Ego absens corpore, præsens spiritu, &c. Quum ergo in nomine Dei aliquid facere æquinocum sit, Videndum est ad quem trium istorum sensuum referatur.*
- Quorum *sit aliquid facere in nomine, id est, ad gloriam Dei: nempe fidelium. Rationes sunt, quia*
  - Soli *hoc fide præditi possunt, incredeli non possunt, quia gloriam Dei sine fide, quam non habent, spectare nequeunt.*
  - Id *ipsi debent alicui, non soli, quum & alij deberent, si modò facerent, ipsi tamen fideles potissimùm, qui non solùm propter communem creationis & conservationis gratiam, sed & propter singularem illam, quam consecuti sunt in Christo* IESV, *omnia ad gloriam Dei meditari, dicere & facere debent.*
  - Credentes *tantùm discernere possunt, quod ad gloriam Dei faciat. Non enim omnia, quæ fiunt ab hominibus, ad gloriam Dei fieri possunt.*
  - Soli *credentes animo gloriæ Dei studioso, & modo qui gloriam Dei deceat, faciũt quod faciendum sit. Potest enim fieri, vt facias quæ sunt recta: nõ facias autem animo ad nomen & gloriam Dei intento, atq; ita in nomine Domini non facias.*
- Quorum *sit facere aliquid in nomine, id est, in fiducia Dei: nempe fidelium. Rationes sunt, quia*
  - Hoc *illi tantùm præstare possunt, licet debeant & alij.*
  - Ipsi *tantùm fideles iudicare possunt, vt quod sit, tale sit, quod in fide nominis Dei fieri possit.*
  - Fidelium *est, vt quæ faciunt, competenter, ac rectè faciant. Licet enim bona sint in se, nisi tamen rectè fiant, in fiducia nominis Dei fieri non possunt. Vt, bonum est nubere, verùm nisi recta & legitima ratione hoc facias, in fiducia nominis Dei facere non poteris.*
  - Credentes *tantùm libero faciunt animo, quod faciunt, absque fiducia carnis, non in rebus tantùm aduersis, sed & prosperis.*
- Quorum *sit facere aliquid in nomine, id est, loco & potestate, seu autoritate Dei: verorũ videlicet Ministrorum. Rationes sunt, quia*
  - Hi *soli ea faciunt, quæ possunt sub nomine: id est, persona, loco, & potestate Dei fieri. Hæc autem alia esse non possunt, quàm quæ mandato illius facienda imponuntur. Temerarium est, si quid in nomine eius facias, de quo ille nihil præcepit.*
  - Soli *Ministri veri, non quomodo libet, sed quomodo fieri debent, faciunt, quæ facere debent. Debent autem sic fieri, vt consilium mandantis Dei impleatur, & à mente præcipientis non abludatur.*
  - Non *nisi missi id faciunt, quod facere debent, nec suapte temeritate ad docendum currunt.*
  - Veri *tantùm Ministri verbum Christi, spretis humanis doctrinis, Ecclesiæ proponunt.*
  - Veri *Ministri non literam tantùm, sed & spiritum verbi: id est, mentem & sensum Domini tenent, ac Ecclesiæ Dei rectè tradunt. Alioquin non poterit sub nomine Domini proponi verbum, si non ipsius, sed alieno sensu proponatur. Sic enim non verbum Domini, sed idolum cordis humani proponitur, quod faciunt Anabaptistæ.*

De Nomine Dei.

TABVLA II.

- Loci tres.
  - Qui *sint* celebratores nominis Dei. Qui
    - Ex *animo de blasphemia nominis Dei dolent magis, quàm de suis calamitatibus.*
    - A Deo *per idolatriam abalienati non sunt, sed vera ac sincera fide prædicti sunt.*
    - Verè *& ex animo resipiscunt, ac Deo obediunt.*
    - Verè *inuocant nomen Domini.*
    - Nihil *de Domino, eiusque mysterijs aut cogitant, aut loquuntur, quod non ipsius, excellentiam respiat, & sacræ nominis eius sublimitati respondeat.*
    - Sancto *eius verbo, ac adorandis mysterijs non temerè abutuntur, vel ad ambitionem, vel ad auaritiam, vel ad ludicra.*
    - Eius *operibus non obloquuntur, sicut quidam obstrepere solent: sed quicquid ab illo factum est, cum sapientiæ, iustitiæ, ac bonitatis elogijs prædicant.*
  - Quæ *ad veram nominis Dei laudem requirantur.*
    - Sensus *ac agnitio beneficiorum Dei.*
    - Gaudium *in Domino ex sensu beneficiorum Dei.*
    - Exuberantia *cordis ad laudandum Deum.*
    - Deprædicatio *operum Dei.*
    - Canticum *soli nomini Dei extollendo consecratum.*
    - Amor *non clamor.*
  - Qui *nomen Dei profanent. Videlicet qui*
    - Nomen *Dei sumunt temerè, leuiter, vanè & mendaciter.*
    - Nomen *Dei sacrosanctum bullis suis profanissimis præfigunt.*
    - Cùm *sint Sathanæ ac Antichristi mancipia, mentiuntur se esse seruos ac ministros Dei, & doctrinæ suæ peruersæ, autoritatem nominis Dei prætexunt.*
    - Imaginem *Dei monetis, insignibus, ac annulis, &c. insculpunt.*
    - Nomine *Dei ad impias incantationes abutuntur.*
    - Nomen *Dei ad quæuis ludicra, vana, noxia, sine vlla discretione, vel ridendo, vel irascendo vsurpant.*
    - Ventris *ac quæstus gratia ora ad orandum & psallendum aperiunt.*
    - Malè *viuunt, propter quod profanatur nomen Dei.*
    - Verbum *eius contemtim audiunt.*
    - Diuini *nominis abusum ac blasphemiam patienter audiunt, nec horrentes, nec contradicentes.*
    - Homines *indignos sacris mysterijs deputant.*

De Natura Dei.

LOCI quinque.

- An *natura* locum habeat in Deo. Habet, quod probatur,
  - Quia, *si non est in Deo natura, non est in eo natura gignens: si gignens natura in Deo non est, non est Christus naturalis Dei Filius, & omnis in illum fides nostra concidit.*
  - Quia, *si verus Deus naturâ est Deus, vtique inest illi natura.*
  - Cùm *insit Deo qualitas, qua ab omnibus creatis differt, talisq; est, qualem necesse est verum esse Deum: illa verò qualitas nec accidentalis sit, nec mutabilis, sed naturalis, propria, & immutabilis, vtique & naturam illi inesse, consequitur.*
- Vnde *natura Dei cognosci possit. Ex*
  - Scripturis, *quæ non solùm opera Dei, sed & quis sit Spiritus illius, quod consilium erga genus humanum, declarant.*
  - Operibus *Dei.*
- Qualis *sit natura Dei: videlicet* — Huc *refer omnia, quæ de Deo in Scripturis prædicãtur.*
  - Omnisufficiens,
  - Æterna,
  - Inscrutabilis,
  - Omnipotens,
  - Bona,
  - Misericors,
  - Clemens,
  - Præscia *omnium,*
  - Verax,
  - Iustitiæ *studiosa.*
- An *creaturæ participes sint naturæ diuinæ. Minimè, quod probatur:*
  - Quia *si communicat Deus naturam suam operibus, ergo omnis creatura eiusdem est cum opifice suo naturæ, adeoq; & diuinitatis illius particeps.*
  - Quia *eadem est illis essentia, quibus eadem est natura, consequitur creaturam omnem esse Deo consubstantialem.*
  - Si *creatura eiusdem est cum Deo naturæ, est ergo natura Dei, licet non ipso, in aliquo tamen vanitati & corruptioni obnoxia. Imò potest fieri, vt natura Dei in aliquo, vt in animalibus irrationabilibus, sit rationis expers. Iam cùm hæc sint absurda, non communicat opificio suo naturam & essentiam suam Deus.*
- An *electi & regenerati de natura Dei participent, quos Ioannes Filios Dei fieri, & ex Deo nasci dicit. Minimè: fideles enim ex Deo fiunt, per gratiam electionis & prædestinationis, non per genituram, id quod Christo tribuitur, qui eiusdem cum Deo Patre est naturæ. Ex Deo verò nascuntur, cùm per gratiam & operationem Spiritus Sancti mente ac Spiritu renouantur, ac in Christo in filios Dei adoptantur.*

De Sufficientia Dei.

QVATVOR genera sufficiẽtiæ Dei.

- Α'ΡΚΕΙΑ *vera, plena, & perfecta, quæ sufficientia est, omnem indigentiam excludens, quæ omnibus omnium necessariorum copijs sic est instructa, vt nihil sit reliquum, quod desiderari possit. Hæc proprie soli diuinæ naturæ competit: loquimur enim de perfecta & vniuersali sufficientia, non particulari, quam & diuitibus tribuimus, ac pijs hominibus, qui contenti præsentibus, quæ bonitate Dei suppeditantur, dicunt sibi illa abundè sufficere, quantumuis sint modica.*
- ΑΥ'ΤΑΡΚΕΙΑ, *qua quis non aliunde, sed à seipso habet omnia: deinde qua quis sibi ipsi ad omnia, & in omnibus sufficit. Quis prior dedit illi, &c.*
- Ε'ΤΕΡΑΡΚΕΙΑ, *qua quis non modò sibi ipsi sufficit in omnibus, sed & alijs affatim suppeditat, quibus vtantur.*
- ΠΑΝΑΡΚΕΙΑ, *qua omnibus in vniuersum, quæ in cœlo sunt, & in terra, vnde viuant & subsistant, suppeditatur.*

De Omnipotentia Dei.

- Loci quinque.
  - Quid *differat potentia Dei à potentia creaturarum. Potentia Dei*
    - Non *est aliunde accepta vt creaturarum, sed propria.*
    - Propriis *viribus constat in sempiternũ. Creaturarum viribus alienis, quandiu durat.*
    - Vniuersalis, *plena & perfecta est. Creaturarum particularis.*
    - Libera *est & absoluta. Creaturarum limitata, ac suis finibus circumscripta. Infinita sunt illis impossibilia, & quæ possibilia sunt, non sic sunt possibilia, vt possint ea citra limitationis mensuram à Deo positam perficere. Vt potentes huius seculi, etsi corpora occidere possunt, animas non possunt.*
    - Perennis, *immutabilis, & sempiterna: quia nec temporum decursu, nec mutatione seculorum ac rerum, nec fato terminatur.*
    - Facit *quid vult, quomodo, quale, & quoties vult, nec patitur vllam, quam non vult, resistentiam. Creaturarum frenum habet in ore, & vultis potest occasionibus impediri.*
  - Quis *vsus omnipotentiæ Dei. Vt*
    - Ex *nihilo crearet materiam, ex qua faceret hunc mundum: vt ignem, aquam, terram, & aerem, ex quibus tanquam futuri operis elementis, reliquum opificium faciendum produceret.*
    - Ex *creata materia faceret reliquum opificium, & vnum ab altero separaret, ornatuque suo decoraret.*
    - Ad *replendam terram, facta animantia multiplicaret, & vim crescendi illis adhiberet.*
    - Creaturas *per suas species in omnia mundi huius secula propagaret.*
    - Cuncta *tàm in cœlo, quàm in terra gubernet, disponat, alat, & conseruet.*
    - Infirma *confirmet, prolapsa erigat, languida sanet, errantia in viam reuocet, cæca illuminet, captiua liberet, esurientia & sitientia cibet & potet.*
    - Electos *regeneret è supernis. Opus hoc omnipotentiæ Dei per Euangelium Christi cooperante Spiritu Sancto perficitur.*
    - Iusto *& efficaci iudicio pœnas sumat de reprobis.*
    - Mortui *ad vitam resuscitentur.*
    - Fiat *cœlum nouum, & terra noua.*
  - In *quibus operibus consideranda sit omnipotẽtia Dei. In*
    - His, *quæ sunt olim ab illo facta, vt in*
      - Fundatione *Terræ,*
      - Conclusione *ac limitatione Maris,*
      - Ortu *Solis,*
      - Concussione *Terræ,*
      - Profunditate *Maris,*
      - Luce *ac Tenebris,*
      - Thesauris *Niuis ac Grandinis,*
      - Æstu *Solis,*
      - Vehementi *Imbrium Solis,*
      - Sonitu *Tonitrui,*
      - Pluuia, Rore, Glacie,
      - Stellis, Lucifero, Hespero,
      - Ordine, *ratione, & concentu Cœli,*
      - Extinctione *impiorum, &c.*
    - His, *quæ singulis annis, vel mensibus, vel diebus fiunt.*
    - His, *quæ non fiunt, quæ facili momento, magno nostro malo fieri possent, nisi singulari Dei potentia impedirentur. Vt enim potentiæ est, vt quod vult faciat, ita & illud est, vt non fiant, quæ ipse non vult vt fiant.*
    - Operibus *Dei miraculosis & insolitis, vt sunt facta in Ægypto, in Mari rubro, &c.*
  - Fides *omnipotentiæ Dei, in quibus potissimùm rebꝰ necessaria. In*
    - Operibus *Dei: nisi enim omnipotentem esse credamus, quomodo credimus creasse ilꝛlum ex nihilò omnia?*
    - Mysterio *humanæ redemtionis: vt Incarnatione Verbi: Resurrectione mortuorum: cruce Christi: Exaltatione in cœlos: Sessione ad dextrã Patris: Mortuorum omnium resurrectione, &c.*
    - Promissionibus *Dei,*
    - Oratione,
    - Afflictionibus.

An *Deus factum reddere possit infectum sua potentia. Quod hîc quæritur, sic comparatum est, vt nec sit necessarium, nec fieri debeat, nec fieri possit. Quorsum enim necessarium esset Deo factum reddere infectum, cùm sic sit potens, vt nihil sine conscientia illius, nec in cœlo, nec in terra fieri possit, nec quicquam factum sit vnquam, nec fiat, quod ne fieret, impedire, si voluisset, nequierit. Deinde quicquid factum est vnquam, vel bonum, vel malum: si bonum est, infectum reddi non debet: si malum, nec sic quidem debet. Ratio siquidem iustitiæ non patitur, vt reddatur infectum, quod malè est factum, & iudicio obnoxium. Nec gloria misericordiæ Dei, qua ignoscitur his, qui malè egerunt, ferre hoc posset, vt malum, quod factum est, reddatur infectum. Ad hæc infectum reddere quod factum est, quid est aliud, quàm veritatem mutare in mendacium? Impossibile etiam est, vt factum reddatur infectum: implicat enim contradictionem. nam contraria sunt factum & non factum: factum est, ergo infectum non est.*

De Vo-

De Voluntate Dei.

Loci septem.

- Voluntatem *Dei erga nos bifariam esse considerandã. Alia enim est*
  - Beneplaciti, *qua nos saluos velit, & intelligimus quomodo, & quid de salute nostra penes seipsum ab æterno constituerit. Huc pertinet illud Ioan. 6. c. 40. Hæc est voluntas, &c. 1. Timoth. 2. a. 4. Vult omnes homines saluos fieri, &c. Ephes. 1. b. 11. Secundum propositum voluntatis, &c.*
  - Signi, *qua quæ à nobis præstanda sint, requirit, 1. Thes. 4. Ephes. 4. requirit autem vel*
    - Generaliter, *vt*
      - Fidem,
      - Spem,
      - Charitatem,
      - Patientiam,
      - Pietatem,
      - Obseruantiam,
      - Æquitatem,
      - Iustitiam.
    - Specialiter, *vt à*
      - Magistratu,
      - Subditis,
      - Ministris,
      - Dominis,
      - Seruis,
      - Parentibus,
      - Liberis,
      - Pauperibus,
      - Diuitibus, *&c.*

  Aliud enim requirit ab alijs.

Voluntatem *Dei fundamentum esse fidei & pietatis, & salutis nostræ: Vt enim voluntas illa æterna fons est promissionum, ita est & fidei nostræ fundamentum. Et nisi constet nobis illius voluntas, non poterimus ex eo de fide nostra certificari, quòd omnipotens sit Deus. Vbi de voluntate eius constiterit, ibi nulla nobis relinquitur ratio de potentia eius dubitandi. Vbi nulla est voluntatis eius certitudo, frustra est omnis de omnipotentia argumentatio. Non enim omnipotentiam sequitur voluntas, sed voluntatem omnipotentia. Ex hoc voluntatis illius beneplacito nata est Electio, Prædestinatio, Adoptio, & quotquot extant Promissiones Dei.*

- Voluntas *Dei vnde possit cognosci:*
  - Verbo, *vbi sunt præcepta, promissiones, prohibitiones, & minæ, consolationes & iudicia, quibus animaduertit in reprobos. Vnde videre licet, qua sit voluntate in pios & impios.*
  - Signis, *vel*
    - Sacramentalibus, *vt Baptismo testatur, quòd velit nos tanquam peculium nomini suo consecratos habere, velit peccatorum nostrorum sordes abluere. Cœna Domini testatur nos morte Christi esse redemtos.*
    - Miraculosis, *vt portentis illis cœlestibus, quæ nos de voluntate irati Dei commonefaciunt.*
  - Factis, *vt sunt*
    - Creatio,
    - Multiplicatio,
    - Propagatio,
    - Gubernatio,
    - Liberatio,
    - Consolatio,
    - Virga *disciplinæ, qua delinquentes castigat.*
    - Promulgatio *legum, iudiciorum.*
    - Missio
      - Prophetarum,
      - Vnigeniti,
      - Apostolorum,
      - Doctorum, *&c.*
    - Renouatio *mentis.*

Quid *sit facere voluntatem Dei. Sic obedire illius verbo, vt toto corde adimplendæ illius voluntati noctes ac dies indesinenti studio incumbas. Qui sic facit voluntatem Dei, facit sciens. Voluntatem Dei faciunt Sacerdotes, Iudas, Pilatus, cùm Christum crucifigerent, verùm inscij, nec ex proposito faciendi Dei voluntatem, sed longè aliud agentes. Qui enim voluntatem Dei facere velit, non modò sciens id faciat, sed & proposito faciendi voluntatem Dei & constanter, ne postea mutatus longè diuersa agat.*

An *voluntas Dei, & sequentia. Vide literam A.*

An voluntas Dei causa sit omnium. Non eorum tantùm, quæ immediatè fiunt à Deo, voluntatem illius causam esse dicimus, sed & omnium eorum, quæ fiunt, & geruntur ab his, quæ ipse condidit,. Quòd mala attinet, non dubitamus nihil illorum fieri posse à quoquam, si Deus id quouis modo fieri nollet. Nec dubitandum est, Augustino teste, Deum facere bene, etiam sinendo fieri quæcunque malè. Non enim hoc, nisi iusto iudicio sinit. Et profectò bonum est, omne quod iustum est. Nam nisi hoc esset bonum, vt essent & mala, nullo modo esse sinerentur ab Omnipotente bono, cui proculdubiò, quàm facile est quod vult, facere, tam facile est, quod non vult esse, non sinere. Augustinus in Enchiridio, cap. 96.

A. An voluntatis Dei quærenda sit causa. Cur aliquid sic velit, præter rationem fieri non credimus. Causas nouit ipse, nostrum non est in illas inquirere.

An voluntas Dei impediri possit. Dicimus non posse à quoquam vllo pacto impediri, quicquid in speciem ex Scripturis non satis inspectis in contrarium obijciatur. Requirit hoc illius omnipotentia. Quomodo enim omnipotens esse posset illius voluntas, si à quoquam impediri posset? Quare Propheta dicit: Omnia quæcunque voluit, fecit, in cœlo, & in terra, &c. Et Esaiæ 45. b. 7. Omnis voluntas mea fiet. Rom. 9. 18. Quem vult indurat, cuius vult miseretur.

De Bonitate Dei.

Loci quinque.

Quid sit esse bonum: esse videlicet alienissimum ab ingenio malitiæ, sæuitiæ, inhumanitatis, duriciei, &c. sed magis placidum, facilem, benignum, tractabilem, apertum, ac liberalem esse.

An solus Deus bonus sit. Si conferas Deum cum his, quæ creauit, inuenies in ipso bonitatem originalem, perfectam, & omnium excellentissimam. Originalem, quæ non sit aliunde accepta, sed propria, ipsa quidem originem in Deo non habens: verùm aliis bonitatis originem præbens. Perfectam, id est, numeris omnibus absolutam, sic, vt nihil in ea desiderari possit, quod ad veram bonitatem pertineat. Omnium excellentissimam, quam nullæ prorsus creaturæ, ne Angeli quidem in cœlo mente concipere, nedum exprimere, imitariq; valeant. In creaturis verò inuenies quidem bonitatis aliquid, verùm à Deo naturaliter inditum, idq; imperfectum, ac infinita diuina bonitate inferius. Omnis omnium bonitas à Deo est mensurata, ac particularis, sic vt vniuscuiusque vtilitas circumscripta sit, limitata, ac ad certum aliquem vsum disposita. Si igitur exactæ, veræ, absolutæ, propriæ, & vniuersalis bonitatis eminentia consideretur, non poterit huius encomium competere vlli creaturæ, sed creatori tantùm. Quod ad hominem attinet, si naturam illius spectes, non poteris hanc malitiæ damnare. A Deo enim bono conditus est. Huius respectu bonus est in ordine suo, in quem primæua est conditione constitutus, non minus quàm reliquæ creaturæ. Si verò respicias ad generalem humanæ naturæ corruptionem, inuenies vniuersum genus humanum deprauatum. Atque huc potissimùm pertinet, quod Christus dicit Marci 10. 18. Nemo bonus, nisi solus Deus. Si verò gratiam Dei consideres in homine, inuenies corruptæ naturæ reparationem, propter quam Bonus dici potest: sic tamen vt nondum de perfecta possit bonitate gloriari, nisi quatenus bonitas ipsius est Christus.

Bonitatem Dei immutabilem, sempiternam, ac inuictam esse, vt nulla populi malitia vinci possit. Si vinci posset bonitas Dei, iam olim consumti essemus, nec tot seculis stetisses hic mundus.

Quotuplex sit Dei bonitas. Alia enim est

- Generalis, qua bonus est erga omnes, & bonitatem suam declarat erga bonos & malos. Hæc consideratio facit, vt facilius ac certius nos & omnia nostra prouidentiæ ipsius committamus.
- Specialis, qua singulariter bonus est erga electos, fideles, pios, & iustos homines. De hac bonitate dicit Propheta Psalmo 72. 1. Bonus est vtique Israël Deus his, qui mundo sunt corde. Hæc consideratio facit, vt bonitatem hanc specialem, speciali quoque fiducia complectamur, illiq; nos per omnia accommodemus, & cœlestia bona certius expectemus, curemusq; ne tam eximia gratia indigni reperiamur.

Quot modis in bonitatem Dei peccetur:

- Contemtu Dei, dum ille nos bonitate sua patienter expectat: nos verò ex eo occasionem sumimus bonitatem eius contemnendi.
- Diffidentia, dum vero & bono Deo non credimus, sed malis, mendacibus, & reprobis.
- Ab vsu, vel præpostera fiducia, dum de bonitate Dei præposterè præsumimus, vt quamuis pessimè viuat aliquis, nihilominus per eam saluum se fore confidat. Bonus quidem est Deus, sed simul est & iustus Iudex. Bonitati contraria non est iniustitia, sed malitia.

De Di-

De Dilectione Dei.

Loci quinque.

- Quæ sint diuinæ dilectionis species.
  - Qua Pater diligit Filium, & Pater vicissim diligitur à Filio: id quod ad fidei nostræ confirmationem facit. Ioan.5.d.20.10.c.17.15.b.9.7.d.23.17.d.23.
  - ΦΙΛΟΚΤΙΣΙΣ, dilectio illa, qua Deus vt Creator creaturas suas omnes diligit, quatenus eas initio valdè bonas creauit. Huius vsus duplex est:
    - Seruit ad hoc, vt nos quoque, quatenus creaturæ Dei sumus, acceptas ipsi & in precio esse credamus.
    - Admonet nos de vsu creaturarum, ne pro libidine illis vtamur, aut modis iniquis quicquam ex illis tractemus: hoc enim creatori ipsarum placere non poterit, à quo tanquam ipsius opificium diliguntur.
  - ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΙΑ, qua in genere vniuersum genus humanũ præ aliis creaturis singulariter diligit, cuius rei hæc sunt argumenta: quòd
    - Initio hominem ad imaginem suam condidit, & ad similitudinem Dei vsque cohonestauit, omnibusq; creaturis cæteris præfecit.
    - Post lapsum quoque quum meritò deseri, ac perdi possemus, non deseruit nos, sed sic rebus nostris prospicere dignatur in omnibus, vt sit non modò vnde viuamus, sed & vnde benè & rectè viuamus.
    - Deus homo factus est, vt homo in consortium diuinæ naturæ exaltaretur.
    - Filius Dei traditus est pro redemtione generis humani.
    - Per Euangelium regni sui cunctas totius orbis nationes ad cœlestem gratiam vocauit, omnibusque in Filium suum credentibus vitam æternam promisit.
  - Dilectio, qua singulariter diligit eos, quos sibi in peculium & in adoptionem filiorum ante mundi constitutionem elegit. Atque huc pertinent Prædestinatio, Vocatio, donum Fidei, ac Spiritus, Iustificatio, Regeneratio, &c.
  - ΦΙΛΑΓΑΘΙΑ, qua bonos diligit. Nequit enim fieri, vt qui bonus est, non sit amans bonitatis, & bonis impensè delectetur, non quòd nõ nisi tales, sed quòd tales adhuc amplius diligat. Hæc consideratio id in nobis efficiet, vt acceptam philanthropiæ Dei gratiam benè collocemus, ac studiosiores ad omne genus bonitatis, pietatis, ac iustitiæ reddamur, scientes hoc à nobis requiri, vt quò plura beneficia à Deo accepimus immeritò, imò malè meriti, idque per solam ipsius dilectionem, hoc amplius gratificari illi studeamus.
- An sit dubitandum de dilectione Dei erga nos. Minimè, quod demonstratur ex
  - Certitudine fœderis Dei, in quo Deus singularem dilectionem suam erga populum suum testatur.
  - Promissionibus Dei certissimis.
  - Signis & prodigijs.
  - Plurimis Dei beneficijs, quibus dilectionem suam Deus declarare voluit.
  - Reuelatione verbi, in qua Deus suam dilectionem & gratiam attestatur.
  - Proprio fidei, qua certò nos sanguine Christi redemtos, filiosq; & hæredes Dei absque vllis nostris meritis per solam gratiam ac dilectionem ipsius factos esse credimus.
  - Missione Filij.
  - Testimonio Spiritus, quo Christianus filium se esse Dei persuasus clamat, Abba Pater.
  - Sacramentis, quæ inuisibilis gratiæ visibilia sunt signa.
- Quæ sint dubitationis, & seq. Vide literam A.

A.
- Quæ *sint dubitationis causæ de Dei erga nos dilectione.*
  - Ignorantia *Verbi & Scripturarum.*
  - Iudicium *rationis, quo ex qualitate eorum, quæ nobis in hac vita tristia subinde accidunt, de voluntate Dei erga nos iudicamus.*
  - Incredulitas: *neque enim satis est scire, quid referant nobis de voluntate Dei erga nos sacræ Scripturæ, nisi fides accedat, qua illis omnibus indubitatò credamus.*
- Quàm *sit pernicioſum dogma Scholaſticorũ de dubitatione.*
  - Fomentum *adfert fiduciæ, quæ fit ex propriæ iuſtitiæ conſideratione.*
  - Facit *ad carnificinam conſcientiarum.*
  - Subminiſtrat *occaſionem de ſalute deſperandi.*
  - Fidei *erga Deum, ac dilectionis ſinceritatem extinguit.*
  - Tolerantiam *in perſecutione pro nomine Chriſti tollit.*
- Falſam *dilectionis Dei perſuaſionem Chriſtianis non conuenire. Huius cauſæ ſunt,*
  - Terrenarum *rerum proſperitas, cuius reſpectu nos Deo charos eſſe iudicamus.*
  - Opinio *quædam de bonitate Dei, ex Euangelij prædicatione citra veram fidem concepta.*
  - Opinio *propriæ iuſtitiæ.*

De Miſericordia Dei.

- *Quæ ſit cauſa miſericordiæ Dei: incomparabilis videlicet naturæ bonitas. Quòd enim nos diligit, noſtríque miſeretur, non hoc ex nobis eſt, ſed ex immenſa diuinæ naturæ bonitate.*
- Loci tres. Quorũ *miſeretur Deus. Hoc vt intelligi melius poſſit, Miſericordia diſtinguenda eſt. Alia enim eſt, alio atq; alio reſpectu,*
  - Generalis *qua generaliter omniũ, non hominum tantùm, ſed & beſtiarum, nõ iuſtorum tantùm, ſed & iniuſtorum neceſſitatibus ſuccurrit. De hoc in Euangelio Luc. 6. verſ. 36. Eſtote miſericordes, &c.*
  - Specialis, *qua miſeretur iuſtorum ad ſe clamantium, & qua peccatis reſipiſcentium ignoſcit.*
  - Temporaria, *qua delinquentibus parcit ad tempus, quò reſipiſcant.*
  - Sempiterna, *quæ ſalutem æternam concernit, qua miſeretur Electorum, non eligendo tantùm, ſed & regenerando, iuſtificando & glorificando, de qua apud Paulum ad Epheſ. 2. a. 4.*

  Hæc *diſcretio Miſericordiæ confundenda non eſt, ne quæ ſpecialis & ſempiterna eſt, generalem faciamus, vel temporariam ſtatuamus eſſe perpetuam.*
- Aliud *eſſe tempus Miſericordiæ, et aliud iudicij. Hic diſce,*
  - In *hac vita diſpenſari miſericordiam, in futuro ſeculo iudicium.*
  - Deum *pro merito noſtro potuiſſe priorem locum dare iudicio, poſteriorem miſericordiæ: verùm hoc pacto ſaluatus fuiſſet nemo. Vniuerſam ergo hanc vitam miſericordiæ deputauit: futuram verò iudicio, vt interuentu miſericordiæ, cui priores partes dedit, à iuſti iudicij ſententia liberarentur electi: atque ita per miſericordiam reprimeretur iudicium, ne illos ſententia ſua perdat, quos ipſe interuentu ſuo à perditione liberat. Atque hic interuentus miſericordiæ Dei facit ad iuſtitiam futuri iudicij illuſtrandam, eò quòd ampliſſimã totius huius vitæ noſtræ curſu miſericordiam iudicio præmiſerit, vt non habeant reprobi in futuro iudicio vnde excuſentur.*
  - Iudicare *Deum & in hac vita: verùm iudicio non perfecto & conſummato, ſed caſtigatorio, moderato, & non ad perditionem, plenamque vltionem, ſed ad ſalutem & emendationem vſurpato. Eiuſmodi iudicium opus eſt miſericordiæ. In extremo iudicio non erit locus miſericordiæ, ſed finalis & conſummata retributio.*

De Po-

De Potestate Dei.

Loci duo.

DEO *ipsi liberam, plenam, vniuersalem, ac legitimam potestatem competere in omnes, vt potestate sua vti possit, pro voluntatis suæ arbitrio, sic, vt nemini rationem reddere teneatur de his, quæ iure & potestate sua, in eo quod suum est, facit.*

Quæ *sint species legitimæ, ac propriæ potestatis Dei. Alia enim est*

- Vti *proprio iure. Hic vsus quatuor habet:*
  - Vti *rebus suis potestate omnium liberrima & iustissima ad*
    - Vtilitatem *ac necessitatem domus suæ amplissimæ, quam fabricauit, vt cœlo, Sole, Luna, stellis, igne, aëre, pluuia, rore, &c.*
    - Nominis *sui gloriam, & voluntatis suæ executionem, vt spiritibus, hominibus, bestijs, &c.*
    - Seruorum *suorum conseruationem.*
    - Impiorum *vltionem.*
  - Facere *de suo, quicquid ipsi visum fuerit: vt,*
    - Mutare
      - Vires,
      - Fortunas,
      - Conditiones,
      - Mentes,
      - Corpora,
      - Valetudinem, *&c.*
    - Tollere *quos vult è medio.*
    - Imminuere *quæ fuerunt aucta.*
    - Augere *quæ fuerunt imminuta.*
    - Distribuere *de bonis suis, quibus, quantũ, & quam diu voluerit.*
    - Auferre *vbi voluerit.*
    - Erigere *aliquos.*
    - Indurare *quos vult.*
    - Tradere *reprobos in immunditiam, &c.*
    - Flectere *Regum corda quocunque voluerit.*
    - Operari *omnia propter se, etiam impium ad diem malum, Prouerb. 16. a. 4.*
  - Imperare, *prohibere quæcũque illi videbuntur. Potestas mandandi ius legitimi domini requirit. Eius est mandare, qui mandando non illicita & aliena, sed legitima ac propria potestate vtitur: qui de inobedientibus iure suo vltionem sumere potest: qui non verbis tantùm, quæ fieri vult, imperare, sed & Spiritu suo animum & vires obediendi præstare potest, vt possimus ad ipsum dicere: Domine da quod iubes, & iube quod vis. Quare Romanus illud idolum illegitimè vendicat sibi ipsi potestatem mandandi, reliquisq; omnibus imponit necessitatem obediendi.*
  - Vti *potestate sua vel per seipsum, vel per alios: ita tamẽ, vt nulli creaturæ detur plenitudo potestatis, sed potestas limitata, particularis, ministerialis. Vtitur autem Deus Ministris, quibus & quantum, & quàm efficaciter voluerit, simulque cooperationem Spiritus adiungere potest. Impudens ergo & quæstuosum Romani Pontificis mendacium est, qui vendicat sibi potestatis plenitudinem, quæ non nisi Domino competere potest.*
- Remittere *de iure suo, vel aliquid, vel totum, vel nihil. De suo quisque quod velit, facit: de alieno, id non licet. Sunt autem omnia iuri Dei omnium Domini subiecta. Quare cùm solus plenam habeat, ac liberam sui iuris potestatem, solus etiam de iure suo remittere, quibus voluerit, potest. Remittit illis, quorum miseretur: quos, si vellet, iure suo perdere posset: nec est vt, cur id faciat, in ius vocetur. Non remittit illis, quos indurat, nec hìc est vt quæramus, qua id potestate faciat. Dominus est, sunt ipsius omnia: potestatem habet in res suas liberam & absolutam: nemini quicquam debet: de suo rectè quod vult, facit: nemo illi sine enormi impietate dicere poterit: Cur me fecisti sic? Cur non melius de me statuisti? Hoc argumento Apostolus fortissimè reprimit eos, qui de potestate Dei haud rectè sentientes misericordiæ illius & indurationis libertatem temerè diuexant.*

De Iustitia Dei.

Iustum *esse* DEVM, *id quod & nostra conscientia, & sacræ Scripturæ, & factorum illius exempla testantur: licet nec ab omnibus, nec in omnibus, quæ fecit, nec semper cognoscatur.*

Loci tres.

Quotuplex *sit iustitia Dei. Triplex. Declarationis causa,*

Bonitatis, *qua conseruantur omnia, & qua non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat: ignoscitque peccatis resipiscentium. Hinc est, quòd multis in locis Scripturæ, iustitia pro bonitate vsurpatur, vt Psalmo 50.b.6. 69.a.2. 116.a.5. 145.b.7. De hac iustitia intelligenda sunt, quæ Apostolus de iustitia Dei in Christo mortalibus proposita, scribit: qualia sunt Rom.3.d.21. Nunc autem absque Lege iustitia Dei manifestata est, &c.*

Dominij, *iustæ ac plenæ proprietatis, potestatis, ac possessionis, qua, vt Dominus omnium, dominatur omnibus, quæ sunt in cœlo, & in terra, & pro libera sua voluntate miseretur quorum vult, & quos vult indurat, faciens de suo quod ipsi placuerit, sic vt nulla in re iniustitiæ damnari possit, quicquid faciat, siue occidat, siue viuificet, siue perdat, siue seruet, siue diligat, siue oderit. De hac iustitia loquitur Apostolus Rom.9.c.14. Num iustitia est apud Deum? hæc proprij iuris ac dominij potestas tam est in Deo perfecta, plena & infinita, vt omnem à voluntate, à præceptis, & à factis illius iniustitiam excludat. Quicquid enim vult, præcipit, & facit in re propria ab ipso creata, & pleno iure possessa facit citra cuiusquam iniuriam. Vbi iniuria locum non habet, ibi non est iniustitiæ locus. Quicquid enim facit, de suo facit. Si perdit, de suo perdit, idque potestate omnium iustissima. Si diligit ac seruat quod suum est, diligit sic, vt singularem diuinæ naturæ bonitatem ac misericordiam in eo declaret.*

Iudicij, *vnde iustus Iudex dicitur. Hæc in his consistit, quia*

- Diligit *iustitiam, & odit iniustitiam.*
- Non *est surdus ad clamores pauperum, & oppressis non clamantibus, causæ tamen clamorem audit, & ad iudicij sui Tribunal admittit.*
- Nec *personas, nec munera recipit, sed ex æquo tàm pauperi quàm diuiti iudicat.*
- Sententiam *pronunciat, quæ veritati causæ respondeat, quò rectum sit & iustum iudicium.*
- Exequitur *facto iudicium, vt iustus liberetur, & qui malè egit, puniatur. Neque tamen in ipsis iudicijs clementiæ obliuiscitur. Neque enim mox iudicat, nec seueriter in peccatores animaduertit, & tamen ne sic quidem iniustè agit: quia non est Iudex tantùm, sed & Deus, naturâ clemens & misericors, & præterea Dominus quoque, omnium habens plenam potestatem, tàm ad parcendum, quàm ad iudicandum. Tardus est ad iram, vt resipiscentes seruet.*

Quid *differat humana iustitia à diuina, si conditionem spectes. Conditio enim iustitiæ, quæ à nobis requiritur, hæc est, vt à voluntate Dei pendentes, boni simus, diligamusq; ipsum, & proximum, colamus ipsum sincera fide, & innocenter viuamus erga omnes: nemini faciamus quod nobis fieri nolimus: neminem immeritum, imò ne meritum quidem odio prosequamur: neminem damnemus, nisi manifestè malum, ac certis de causis: neminem obstinatum reddamus in malo, nec cui, quæ impossibilia sunt, imponamus. Si hisce conditionibus iustitiæ nostræ conferas eam, quæ Dei est, nolisq; de illa aliter, quàm secundùm ipsas sentire, non poteris per omnia de Deo pronunciare, quòd sit iustus. Primùm enim non pendet ille à superioris alicuius voluntate, cuius sit ille præceptis subiectus, sed totus propria voluntate & potestate agit omnia. Deinde odit hominem, ac damnat, qui non modò nihil mali fecit, sed ne adhuc quidem natus est. Tertiò, indurat quos vult, concludit omnes sub incredulitatẽ, impium facit ad diem malum, tradit in immundiciam, in reprobum sensum. Hæc si referas ad iustitiam, qualis à nobis requiritur, non poteris ista non damnare, ac pronunciare, quòd aliena sint à iustissimo Deo. Sanè si hæc fiant ab homine, meritò damnabuntur. Vbi verò fiant à Deo, in quo nullum locum habet iniustitia, omninò requiritur, vt iustitiam diuinam separemus ab humana, fateamurq; iustum esse quicquid fecerit, etiamsi nobis sit prohibitum & iniustum, si à nobis fiat. Neque enim diuina maiestas ij[illegible]m cum homine legibus subiecta est.*

De Pro-

De Prouidentia Dei.

TABVLA I.

Loci quatuor.

- Quid *sit. Est enim Prouidentia perpetuum & immutabile rerum vniuersarum regnum & administratio. Regni voce intelligas dominium ac potestatem. Per administrationem, temperamentum dominij.*
- Quæ *sint prouidentiæ Dei species,*
  - Creationis. *huius prouidentiæ Dei opera sunt, q*
    - Dedit *nobis lucem, qua vtimur vsque in finem, sine qua omnia tenebris immersa iacerent.*
    - Diuisit *inter tenebras & lucem, constituitq; diem ac noctem, cuius vtriusque alternatione vices operandi ac quiescendi sic temperauit, vt nec continua & indesinenti luce supra vires humana imbecillitas grauaretur: nec si iuges essent tenebræ operandi necessitas excluderetur.*
    - Constituit *firmamentum, in quo duo illa magna luminaria totũ hunc orbem vicibus suis illuminarent. Et illud etiã omnia calore suo foueret. Aliud verò, vt Luna, frigiditate sua terram refrigeraret.*
    - Discreuit *aquas ab aquis, & inferiores in locum vnum sic inclusit, vt telluri nihil possint incommodare, quam nobis ad habitandum dedit.*
    - Terrę *vim indidit fructificandi, vnde alerẽtur & homines & iumẽta.*
    - Herbis *& arborum fructibus semen dedit, vnde vnumquodque genus, secundùm speciem suam, in vsus seculorum omnium seruetur.*
    - Aquas *repleuit omnis generis piscium copia.*
    - Faciem *terræ repleuit volucribus, bestijs, iumẽtis, reptilibus, &c. Quibus omnibus vim multiplicandi contulit, vnde singulorum generum species in hunc vsque diem perdurant.*
    - Formauit *hominem aptum ad generandam prolem, habentẽ in se speciei suæ semen, adiuncta illi muliere, quæ & ipsa ad concipiendum, pariendum & alendum fœtum esset idonea. Quibus etiam benedictione sua crescendi & multiplicandi vim naturaliter indidit. Et hac prouidentia sua neque virum solum, neque mulierem sine viro, sed masculum & fœminam creauit, vt humani generis integritatem & seruarent, & propagarent.*
  - Conseruationis, *& hæc est vel*
    - Mediata, *qua p media quædam conseruationis opus perficitur, vt q*
      - Genus *humanum coniunctione maris & fœminæ propagatur.*
      - Liberi *cura & opera parentum educantur.*
      - Terra *labore hominum culta fructificat.*
      - Corpora *nostra visibili ac terreno cibo aluntur.*
      - Ægrota *studio ac arte Medicorum curantur.*
      - Potestate *Magistratus pax publica custoditur.*
      - Imperiti *disciplina doctiorũ erudiuntur, &c. Quibus opus prouidentiæ Dei tanquam ordinatis ab ipso medijs perficitur.*
    - Immediata, *vt quòd*
      - Scaturiunt *fontes.*
      - Flumina *continuo cursu contendunt in mare, quòdque è mari recurrunt ad suos alueos.*
      - Terra *cœlesti rore humectatur, & hyemali niue ad insecuturæ æstatis ardores commodius ferendos præparatur.*
      - Fertilitas *æstatis, hyemis fertilitatem quotannis præuenit, &c. Hæc sunt omnino sine vllis medijs terrestribus.*
  - Gubernationis, *qua totus mundus regitur, & disponitur, & est duplex:*
    - Generalis, *& est vel*
      - Cœlestis, *qua præest Angelis suis Deus, quos habet voluntatis suæ ministros, & qua firmamentũ hoc cœli cum Sole, Luna, stellis, ventis, rore, pluuia, &c. non modò generali ac consueto tenore, sed & singulari nonnunquam dispositione moderatur. De hoc vide Iosue 10. c. 13. Esaiæ 38. b. 8. Huc refer Solis deliquia miraculosa, portenta & signa.*
      - Terrena *complectitur omnia, quæcunq; infra cœleste firmamentum, in mari, terra, & in omnibus geruntur, siue animata, siue inanimata sint. Hæc enim omnia diuina prouidentia reguntur, vt omnia etiam consilia, studia, facta, fortunæ hominis, prouidentiæ Dei subijciantur. Si enim sibijpsi permittatur, & vitam & fortunas suas perdit.*
    - Specialis, *qua corda Electorum per Spiritum Christi regenerantur, illuminantur, purgantur, sanctificantur, &c.*
- Qui *abutantur, & seq. Vide literam A.*

A.

Qui abutuntur doctrina de Prouidentia.

Hi, qui vbi persuadentur, omnia nostra, siue vitam, siue fortunas nostras concernentia, esse in manu prouidentiæ Dei, qua cuncta regantur, mox præposterè securi negligunt omnia, quæ curare debebant, reijciuntq; ea in prouidentiam Dei, dicentes: Quorsum ego cura ac sollicitudine frustrà conficerer? Deus prouidebit, ac disponet, quæ mihi sunt necessaria. Cæterùm quæ à nobis fieri non possunt, rectè prouidentiæ Dei tum committemus, quando quæ facere possumus ritè ac legitimè, fide prouidentiæ illius fecimus. Secùs facere, nihil est aliud, quàm Deum tentare.

Pios carnis suæ corruptionem aut malitiam agnoscere, & cum dolore confiteri, inq; illam peccatorum suorum culpam reijcere.

Pios non derogare quicquam diuinæ ac inscrutabili prouidentiæ Dei, sed scire illum omnia nostra consilia, studia, ac facta, pro voluntate, vel gratiæ vel iræ suæ moderari, ac gubernare, sic vt à nobis nihil ne cogitetur quidem, nedum fiat, quod non sit ipsius prouidentiæ subiectum. In illo enim sumus, viuimus, & mouemur, &c.

Velle & facere bonum ex ipso Deo esse, qui operatur in nobis & velle & perficere.

Velle malum, & facere, nasci quidem ex proprij cordis malitia & instinctu Satanæ: haud tamen negandum esse, ne id quidem sine prouidentia Dei fieri, qui malitia quoque nostra pro voluntate sua omnium liberrima, ac iustissima, ad certum finem, quem sibi ab æterno proposuit, vtitur, faciens in suo, & de suo, quod sibi videtur. Sic rectè dicimus, neminẽ sine propria malitia peccare, & rursus neminem peccare sine prouidentia Dei. Neque enim cordis humani malitia derogare potest iuri ac potestati Dei, ne postquam mali facti sumus, simus amplius dominio ipsius subiecti. Ne Satanam quidem, quantumuis malum, malitia liberum à potestate & dominio Dei fecit, quò minus voluntati illius ad seruiendum sit subiectus. Vtitur illius malitia Deus quoties, & quando, & quomodo, & ad quid voluerit: nunquam tamen ad malum finem, ad quem ipse Satan studiosissimè satagit: sed perpetuò ad certum scopum, omnium conseruatori, pariter ac Iudici Deo conuenientem.

Hi, qui dicunt: Ergo ex prouidentia Dei est q̃d peccamus. Hic disce,

In facto aliquo concurrere non solùm malitiam Satanæ, & peccatum delinquentis hominis, sed & prouidentiam Dei: vt in Iobi historia, Dauidis, cùm numerasset Israelem, & Iosephi cernere licet. In Dauidis enim historia legitur, Satanam quidem incitasse Dauidem, 1. Paralip. 21. a. 1. verum Deum primarium fuisse motorẽ in hac causa, 2. Reg. vlt. a. 1. Irascebatur ille Israeli, volebatq; pœnas de illo sumere, atq; ita mouebat Dauidem, vt per imprudentiam causam præberet iræ suæ, propter quam quod constituerat, faceret. Sic peccauit Dauid, instigatus à Satana, & tamen ipsum factum primùm est ex prouidentia profectum, qui opera Satanæ ad hoc vsus est, vt Dauidem incitaret ad numerandum populum.

De hoc indicandum esse cum discretione, vt quod Dei est, Deo tribuatur, quod diabolicæ ac humanæ malitiæ, Diabolo & homini corrupto. Voluit Deus vt venderetur Ioseph in Ægyptum: voluit autem hoc, non studio mali, sed bono sui populi. Quia verò fratres illum tam iniquo persequebantur odio, non erat ex ipsius, sed Diaboli voluntate: quam tamen sic diuina prouidentia moderabatur, vt fieret, non quod Diabolus, sed quod Dominus constituerat.

Distinguendum esse inter consilium Dei & Diaboli, & considerandum quid in eodem facto sit à Deo, & quid à Diabolo. Quod à Deo est constitutũ, necessariò fieri debet, licet huic necessitati nec Diabolus, nec malus homo ex animo obsequuntur, sed propriæ student malitiæ. Quòd autem hac vtatur Deus ad suum propositum, instigetque eos vt faciant, quod maligno consilio præsumunt, vel malam ipsorum voluntatẽ sic moderetur, vt factum ipsum diuersum ab eo, quem spectant, sortiatur finem, nemo est, qui diuinæ Maiestati vitio vertere possit.

Quomodo prudentiæ Dei cum casu & euentu fortuito conueniat. Hic disce,

Casum & fortuitum euentum vocari, quidquid inopinatum, improuisum, sine certa ratione ac temerè accidere videtur, sic vt nullius prorsus, nec Dei, nec hominis prouidentia factum esse appareat.

Quantùm fortuitis casibus datur, tantùm prouidentiæ Dei adimitur.

Nihil in hoc vniuerso temerè sine prouidentia omnia disponentis Dei accidere.

Casum & fortuitum euentum inanes voces esse.

Has voces Casum, Euentum, & Fortuitum, non extendere se vltra nostram conscientiam, cuius respectu sunt accipiendæ.

Quæ nobis videntur euenire citra certam rationẽ, ideoque fortuitum quid apparent coram Deo, nihil minus esse quàm casus & euentus fortuitos.

TABVLA

TABVLA II.

Loci sex.

- Quid *sit Prouidentia. Est enim Dei administratio, qua Deus creat, gubernat, & conseruat per verbũ creaturas suas in genere omnes: specialiter verò credentes verbo, quibus etiam dat Spiritum S. gubernatorem.*
- Vnde *intelligimus esse prouidentiã. Ex*
  - Ordine *omnium visibilium rerum.*
  - Consideratione *ipsius Dei in se.*
  - Administratione *creaturarum.*
  - Verbo *Dei, quod hanc Dei prouidentiam multis locis confirmat.*
- Quæ *causæ,*
  - Misericordia
  - Promissio
  - Dilectio

  } Dei.
- Quotuplex,
  - Generalis, *qua Deus in genere conseruat omnia creata.*
  - Specialis, *qua Deus credentes verbo specialiter conseruat: dat Spiritum Sanctum, animæ & corporis simul curam gerit.*
- Qui *effectus,*
  - Generales,
    - Creare, Gubernare,
    - Conseruare, Alere,
    - Fouere,
    - Defendere,
  - Speciales,
    - Habere *credentes Spiritum Sanctum gubernatorem.*
    - Curari *credentes à Deo corpore & anima simul.*
- Quid *differant Prouidentia & Prædestinatio. Prouidentia enim pertinet ad administrationem omnium creaturarum: Prædestinatio tantùm ad homines pertinet.*

De Præsentia Dei.

TABVLA I.

Loci tres.

- DEVM *esse vbique præsentem: quod probatur Psal. 139. a. 7. 8. Hierem. 23. d. 24.*
- Præsentia *Dei quotuplex. Alia enim est*
  - Generalis, *qua vbique adest, & est vel*
    - Essentialis. *Non enim est essentia illius ab operationibus potentiæ ipsius seiungenda, vt alibi sit, & alibi operetur, quasi non æquè essentia sit ata potentia infinitus: præsens autem est essentialiter, non diuisus, sed totus. Non diuiditur essentia Dei in partes, sed integra ac tota vbique est. Ne cogitemus partem illius in cœlo, partem in mari, partem in terra, partem in inferis: imò in vnaquaque re, ne particulam illius aliquam cogitemus.*
    - Potentialis, *vel virtualis. Neque enim potest esse otiosa omnium conditoris, conseruatoris, & gubernatoris præsentia: sed operatur omnia in omnibus. Sine illius potentia & operatione mortua prorsus & inefficacia iacerent omnia, haud aliter quàm si corpus nostrum operationibus animæ priuetur.*
  - Specialis, *qua specialiter adest, & hæc est vel*
    - Singularis *maiestatis, gloriæ & dignitatis. Hac ratione in cœlo esse dicitur, quòd ibi velut arx ipsa esse videatur, vnde quæ inferiora sunt, regantur.*
    - Gratiæ, *qua est, manet in electis, si delibº, quos singulariter diligit, tuetur, defendit, &c. & fit dupliciter:*
      - Modis *occultis, & ab oculis mundi absconditis, idq; sub cruce & tribulationibus, quibus (sic disponente Deo) affliguntur, & exercentur, vt foris nihil minus appareat, quàm quod diuinam præsentiam arguat, imò à Deo derelicti ac reiecti, etiam ipsis, nedum impijs & aduersarijs videãtur. Interea tamen manet & habitat in ipsis per gratiam suam Deus, qua in cordibus ipsorum confirmãtur, ac consolationibus intimis eriguntur, ne sub pondere tribulationum victi concidant.*
      - Manifestè, *dum declaratur in Electis præsentia gratiæ Dei, dum dextera ac brachio potenti sic palàm protegũtur, ac liberantur, vt cogantur impij diuinam in illis præsentiam, & potentiam agnoscere, vbi illis omnia præter spem feliciter euenire vident. Hic diuinæ præsentiæ modus declaratus est frequenter, vtpotè in tribus pueris Hebræis, in liberatione Israelis, &c. Huc refer illa Esaiæ 35. d. 4. Deus ipse veniet, & saluabit nos. & 55. 6. Inuocate eum dum propè est. Quod de præsentia gratiæ intelligi debet, qua se placitum offert & propitium afflictis, si resipiscant, seq; inuocent.*
- Admonet, *vt quod est solius diuinæ naturæ, id soli illi demus, nec vlli creaturæ adscribamus. Si enim credimus solum Deum vbique esse, quomodo in necessitatibus constituti creaturas inuocabimus? quas præsentes sic esse non credimus, vt & vota nostra audire, & necessitatibus succurrere possint.*
- Admonet *nos vt piè & religiosè viuentes nullo non loco, in omnibus, diuinæ Maiestatis præsentiam reueareamur, scientes nos illius oculos effugere non posse, cùm sit vbique præsens.*
- Consolatur *afflictos, quòd credant se Deum habere, etiam in igne, aquis, carceribus, & ipsa etiam morte præsentem.*

De Præsentia Dei & Christi.

TABVLA II.

- **PRAESENTIA**
  - **Dei, alia**
    - **Ad extra, qua creãdo & in creatis præsens est, et agit, & est duplex,**
      - Adintra, *qua Deus ante omnẽ creaturam, & iam supra omnem creaturam sine fulcro in sese, sine omni motu & alteratione perfectißimè subsistit, & agit aliquid semper ad intra. Tali modo in nullo creato existit, imò nullum creatũ talem existentem, & præsentiã perferre potest, ac si id fieri posset, necesse esset ipsam diuinitatẽ extra sese ferri, & ex ipsa beatißima sua sessione quasi dimoueri. Facilè enim intelligi potest, quòd aliter Deus seipsum sustentet, q̃ sustentat omnia creata, ipse verò ab illis non sustentatur, nec posset sustentari.*
      - **Separabilis, & est vel**
        - Vniuersalis, *qua implet cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt: videt, audit, & perspicit omnia, & administrat, sustentat singula sua præsentia liberè, non eodem modo, sed vt vult. Nam generali etiam præsentia & actione non agit eodem modo, sed actio distincta est pro illa ordinatione, quam ipse in creatione instituit liberè, ita vt etiam postea retinuerit suam priorem libertatem. Hanc separabilem præsentiam esse, manifestum est, quia Deus destruit Pharaonem & alios, cùm vult.*
        - **Specialis, qua Deus adest in**
          - Beatis *Angelis & hominibus, qua non solùm substantias conseruat, sed etiam præbet eis lucem, ita vt coràm cernant Deum, & sit Deus omnia in omnibus, accendens dilectionem, iustitiam, & lætitiam, qua beati delectantur: timent, colunt Deum, & seruiunt illi. Quamquam autem à beatis non discedit, tamen beati sunt hospitia tantùm & templa, à quibus discedere Deus posset.*
          - Diabolis *& damnatis. adest enim in his essentia, potentia & sustentatione substantiæ ad pœnam, iudicans eos & damnans: quam potentiam illi adesse nolent: imò vt hac præsentia iudicantis Dei possent liberari, vellent nullum esse Deum, vel se posse interire. Discedere & ab his posset, sed ita illi placitum est, vt puniat sceleratos.*
          - Renatis *& impijs in hac vita. In renatis adest non tantùm conseruando substantias, sed per gratiam, Spiritum, defensionem, inchoans in eis nouam lucem & iustitiam. Nec tamen hîc cernitur Deus, vt in vita æterna, sed fide per verbum agnoscitur. In impijs adest essentia, potentia, & sustentatione substantiæ ad pœnã. Hanc etiam præsentiam separabilem esse manifestum est, & ostendunt tristißima exempla.*
        - Inseparabilis, *qua tantùm hæc persona λόγου assumit naturam humanam, non solùm inseparabiliter, sed etiam tali vnione, vt sit vnum ὑφιστάμενον, vt persona Filij cum humanitate assumta, cõstituat vnam personã, & sustentetur, assumta natura, & quasi gestetur in λόγῳ. Sicut anima hominis & corpus sunt vnum ὑφιστάμενον completum, & corpus dissoluitur desertum ab anima, ita λόγος & assumta natura sunt vnum ὑφιστάμενον. & redigeretur in nihilum humana natura, si non sic gestaretur in λόγῳ.*
    - **Christi: Christus enim est alicubi**
      - Personaliter, *secundùm vnionem naturarũ in vna persona. Hoc modo adesse dicitur vbique, iuxta vtramq; personam. Persona enim Christi duplicis naturæ est vbiq;, humanitas a diuinitate non separatur, persona Christi nunquã vnius naturæ esse potest. Non tamen vbique est secundùm humanitatis essentiam & naturam. Etsi enim vna sit persona diuinitatis & humanitatis in Christo: alia tamen natura diuinitatis, alia humanitatis est, ac vtraque natura suum seruat ingenium. Nec vnio illa hypostatica impedit inquisitionem proprietatum in naturis. Propter hanc naturarum vnionem data est & humanæ naturæ Christi potentia infinita in cœlo & in terra, Matth. vlt. c. 18. Ephes. 1. d. 21. qua supra omnes cœlos, & vbique sit: non quidem iuxta essentiam aut naturam humanam, sed potentiam à Deo sibi datam & acceptam. Propter hanc vnionem & nomina officij personæ tribuuntur, non tantùm humanæ naturæ, vt sunt Mediator, Redemtor, Rex, Sacerdos, Pastor. Intelliguntur enim de persona placante, victrice, exaudiente, non tantũ de natura patiente.*
      - Gratia, *virtute, merito, & efficacia, iuxta vtramq; naturam. Hoc modo adest credentibus, in verbo, promissione, & Sacramentis: habitat enim Christus, diuinitatis & humanitatis etiam efficacia per fidem in credentibus.*
      - Localiter *in cœlo iuxta humanam naturam, donec finiatur seculum. Sursum est Dominus iuxta naturam humanam: vnde illum ad iudicium expectamus, Philip. 3. d. 20. 21.*

De Veritate Dei.

- Quomodo *veritas Dei à veritate creaturarum differat.*
  - Veritas *Dei prima est, nec aliunde nata, sed in Deo sine principio existens. Veritas creaturarum secundaria est, non à seipsa, sed aliunde constans.*
  - Dei *Veritas summa est, omnem creaturarum veritatem excellens, à qua omnis creaturarum veritas descendit, originem habet, & in qua sola consistit.*
  - Veritas *Dei æterna est, immutabilis: creaturarum temporaria & mutabilis.*
- Quotuplex *sit in Deo veritas. Quadruplex: Explicationis gratia,*
  - Essentiæ, *quâ verus est* IEHOVAH, *id est, Existens, & Verus Deus. Dij Gentium non sunt dij, quia veritate diuinæ destituuntur essentiæ. Hanc veritatem Dei Satan in omnibus totius orbis nationibus sic obscurauit, vt incognitus esset verus Deus, & loco veri Dei, falsi dij colerentur.*
  - Qualitatis, *per quam vera sunt quæcunque de illo in sacris Scripturis prædicantur, siue de essentia, siue de hypostasibus, siue de natura illius.*
  - Operationis, *q̃* veritas consistit in eo, quòd
    - Nullum *operum Dei vanum ac falsum est, vt opera Satanæ falsa & vana sunt.*
    - Qualis *est natura, talia etiam sine simulatione operatur, vt quia natura bonus est, benefacit nobis,*
  - Verbi, *ad quod refer*
    - Promissiones,
    - Leges *omnes &*
    - Constitutiones,
    - Comminationes,
    - Consolationes,
    - Vaticinia *Prophetarum, &c.*
- Quorum *sit veritatem cognoscere. Eorum certè, quorum corda singulari gratia Dei illuminantur: veritas enim Dei, lux mentis nostræ cæcæ, & lucem veritatis intueri nulli possunt, nisi per Spiritum renouentur.*

Loci octo.

- Quomodo *ad cognitionem veritatis Dei perueniatur.*
  - Auiditate *& amore cognoscendi veritatem.*
  - Pura *mente.*
  - Studio *ac diligentia cognoscendæ veritatis.*
  - Discipulatu *Christi, vt videlicet discipuli reddamur eius, qui est vnicus veritatis Doctor.*
  - Si *verbo Christi credamus.*
- Quę *sit efficacia veritatis.*
  - Abigit *tenebras, id est, cæcitatem & ignorantiam.*
  - Excitat *animos ad cognoscendum, ac eos miris modis afficit.*
  - Aperit *abscondita & incognita antea, vt quis sit verus Deus, quæ vera religio, quis verus cultus Dei, &c.*
  - Arguit *& conuincit mundum de multis peccatis & erroribus.*
  - Liberat *nos à seruitute peccati.*
  - Fidelem *hominem in confessione sua constantem facit.*

Veritatem *in hoc mundo mendacij argui, prohiberi & damnari à mundo, quia mundus Spiritum veritatis capere non potest.*

Nihil *non esse pro veritate Dei ferendum, ne nostrò certissimo omnium exitio eam deseramus.*

Veritatem *non posse vinci: neq; enim mutatur vnquã, vel cadit causa, vel superata in potestatem hostium venit. Quod enim semel verum fuit, verum manet in sempiternum, vt quod verè aurum est, aurum manet & postea. Obscurari poterit specie falsitatis per calumniam, in mendacium mutari non poterit.*

De Ira Dei.

Loci septem.

- Quomodo *Deus iraſci dicatur: dum videlicet animaduertit in peccatores, non noſtro more, ſed Iudicio.*
- Quotuplex *ſit ira Dei. Alia enim eſt*
  - Generalis, *qua vniuerſa poſteritas Adæ propter originale peccatum conſtringitur. De hac Paulus: Eramus naturâ filij iræ. hic nemo excipitur. Ex hac ſunt omnis generis noſtri miſeriæ, quæ humanam conditionem ex æquo comitantur, & tam menti, quàm carni noſtræ inhærent. Eſſet autem ex illa & condemnatio generalis omnium, niſi Deus in Chriſto ſibi mundum reconciliaſſet.*
  - Temporaria *eſt, qua peccatis, non impiorum tantùm, ſed & piorum iraſcitur, & pœnas ſumit in hac vita. Aliter tamẽ iraſcitur pijs, electis & fidelibus: & aliter impijs. Illis iraſcitur, vt pater dilectis filiis: iſtis, vt dominus & rex aduerſus rebelles, vt vindictam & vltionem in eos exerceat, nominis ſui gloriam potenti manu aſſerat, & populum ſuum liberet.*
  - Sempiterna, *qua reprobi ac increduli in ſempiternum condemnabuntur. Hanc vocat Apoſtolus 1. Theſ. 1. d. 10. Venturam iram, propter venturam illius declarationem, cui deſtinatus eſt vltimi Iudicij dies, quem Rom. 2. a. 5. ob hanc cauſam vocat Diem iræ. Cæterùm ira hæc non in futuro demùm Iudicij die ſumtura eſt initium, ſed inde ab initio reprobationis ſuper ipſos manet, Ioan. 3. c. 18. & ob eam cauſam vocat eos Apoſtolus Vaſa iræ, Rom. 9. c. 22.*
- Grauem *eſſe iram Dei, q̃d cognoſcitur*
  - Ex *Scripturis.*
  - Exemplis.
    - Ex collatione
      - Iræ *Regis: ſi enim ira Regis, teſte Salomone, fremitus leonis eſt, quantò maior & grauior eſt ira Dei? Prouerb. 19. a 12.*
      - Ignis, *cui ira Dei comparatur, Deut. 4 d. 24. 32. c. 22. & vim iræ ſuæ igne declarauit in Sodomitas, Geneſ. 19. d. 24. In populum Iſraelis, Numer. 11. a. 1. In factioſos, in multitudinem rebellem, Numer. 16. d. 35. & c. Sic Iram illam æternam, in qua torquebuntur poſt hanc vitam reprobi, Deus ipſe, Ignem æternum, vocat.*
    - Ex *ſenſu iræ Dei, quod bifariam fit in Electis. Cùm*
      - Intelligunt *ſe Dominum ſuum offendiſſe, ac paternam illius beneuolentiam læſiſſe: vnde ſupra modum dolent, & contriſtantur. Nam quantò impenſius illum diligũt, tantò acerbius cruciantur, vbi illum iraſci ſibi ſentiunt.*
      - Grauiſsimas *anguſtias ex metu mortis, vel alterius cuiuſpiã ſupplicij conceptas ſentiunt.*
- Quibus *potiſſimùm peccatis Deꝰ iraſcatur: hæc ſunt,*
  - Idolatria, *qua perinde atq; maritus coniugis ſuæ adulterio ad grauiſſimam indignationem prouocatur. de hoc in prima Tabula, & Deut. 32. c. 21. Ipſi me prouocauerunt in eo, qui non eſt Deus.*
  - Perfida *tentatio. de qua Exodi 17. a. 1.*
  - Murmur *contra prouidentiam Dei. de quo Num. 11. a. 1. 14. a. 2.*
  - Contumax *rebellio, non credere Deo, neq; obedire.*
  - Effuſio *ſanguinis innoxij. de hoc vide hiſtoriam Habelis, & Matth. 23. g 34.*
  - Viduarum *oppreſſio. de qua Exodi 22. c. 22. Viduæ & pupillo non nocebitis, &c.*
- Que *ſint indicia iræ Dei. Hæc ſunt duplicia:*
  - Manifeſta, *q̃ manifeſtis plagis, caſtigationibus et vltionibus declarãtur. Vt ſunt*
    - Fames,
    - Peſtis,
    - Morbi *ſingulares,*
    - Vaſtatio *bellica,*
    - Captiuitas,
    - Sterilitas *terræ,*
    - Gladius *hoſtilis, &c.*

    Horum *omnium ſenſus facilè nos iræ Dei admonet, & tamen vſque adeò deprauati ſumus, vt etiamſi hæc omnia coniunctim irruant, meliores nequaquam reddamur.*
  - Occulta, *q̃ licet auribus & oculis noſtris exponantur, à paucis tamen, q̃ iram Dei indicent, cognoſcũtur. Vt ſunt*
    - Signa *& portenta cœleſtia in Sole, Luna, ſtellis, &c.*
    - Dominatio *hypocritarum & reproborum.*
    - Ablatio *virorum ſapientum, fortium, honeſtorum & grauium, Eſaiæ 57. a. 1.*
    - Multitudo *falſorum Prophetarum, qui huc deſtinati ſunt, vt corda impiorum excæcent.*
    - Fames *verbi Dei.*
    - Tradi *poſt multa flagella in reprobum ſenſum.*
    - Poſteritas *impiorum: tum enim magna eſt ſuper illos ira Dei, dum illis haudquaquam iraſci videtur: quem enim diligit, corripit.*
- An *poſſit ira Dei placari, teſtatur hoc & conſcientia noſtra, & ſacra Scriptura: Non in perpetuum, inquit, iraſcetur. Numer. 25. a. 4. &c.*
- Quomodo *placari poſſit, &c. Vide literam A.*

A. Quomo-

A. Quomodo placari possit ira Dei.
- Generalis, *per sanguinem Filij vnici Mediatoris.*
- Temporaria certa ratione, quæ est vel in
  - Ipso Deo, quantumuis irato. *Hæc est naturalis bonitas, qua seipsum etiam, cùm irascatur, negare non potest. Est hæc prima placationis causa, sine qua reliqua nihil efficerent.*
  - Peccatore, vt
    - Resipiscentia,
    - Humilitas,
    - Supplex *precatio.*
  - Illis, *qui pro peccatore intercedunt, cùm pij & iusti homines iram Dei irascentis interuentu suo mitigant, vt Moses, Aaron, Samuel, &c.*
- Sempiterna, *placationem non recipit.*

De Aquis, quæ quandoque iræ Dei in impios vindices sunt, vnde & pro ira Dei nomen aquæ accipi solet, vt Esaiæ 28. a. 2. *Latibulum aquæ inundabunt* Item pro tribulatione, vt Psal. 18. c. 16. 40. a. 3. 42. c. 8. 69. a. 3. 124. a. 4. &c.

Aquae aliæ
- Supernæ, & hæ vel
  - Supercœlestes, *quarum vsus est,*
    - Ne *terra nimia aquarum copia opprimeretur, si vniuersa illarum moles in illius fuisset superficie relicta.*
    - Vt *aduersus Solis & ignium cœlestium ardorem paratum esset refrigerium.*
    - Vt *aduersus impietatem filiorum huius seculi reseruaretur hæc aquarum copia, de quo in Genesi 7. c. 18. vbi de fenestris cœli legitur, quòd ad demittendas cœlestes aquas fuerint apertæ. His aquis primùm mundum puniuit Deus: causa est, quia terrã à malitia mortalium repurgaturus erat. Natura enim aquæ est, vt abluat sordes. Et quia terram repurgare voluit, ideo illam aquis oppleuit.*
  - Subcœlestes *quæ sunt sub cœlo, seu expãsione: sunt & hæ interdum iræ Dei vindices, dum*
    - Densæ *nubes pluuias copiosus demittunt, quibus terræ nascentia opprimuntur.*
    - Præter *consuetum naturæ cursum & ordinem demisit Deus in Sodomitas imbrem igneum, ac sulphureum. Imbri enim additus est ignis & sulphur, quò incendium redderetur non solùm graueolens, sed & ignis ille cœlitùs demissus, per materiam sulphuris omnia passim, ac facilè, subitoque corriperet, & nusquam restingui posset.*
- Infernæ, *vel terrestres, vt aquæ maris, et quæ ex mari, montibus, & fontib⁹ effluunt. His aquis velut iræ suæ vindicibus, quatuor modis Dominus vti consueuit, dum*
  - Illas *vertit in sanguinem, vt aquas Ægypti, de quo Exodi 7. c. 19. Psal. 78. b. 5. quo non solùm pisces in fluuijs sunt mortui, sed & Ægyptij vel suo ipsorum exitio bibentes, vel siti, non bibentes, percussi sunt. Hæc plaga Ægyptijs conuenienter euenerat, vt qui populi Dei infantes in flumen iactari præceperant, eius fluminis aqua in sanguinem versa, exitium bibentibus adferret, & non bibentibus pœnam præstaret. Omninò rectè datur sanguis bibendus ei regno, quod per tyrannidem hostis est sanguini innoxiorum. Fit equidem, Dei beneficio, vt aqua in pastum animalium deputata in sanguinem vertatur: fit tamen id per tempus longius: vbi verò aqua vindex est iræ Dei, in momento id fit, idq; per iussum potentissimi Gubernatoris.*
  - Exiccat *aquas, & cœli fenestras claudit. de quo Deut. 28. c. 15. Leuit. 26. c. 16.*
  - Aquas *hasce inundare facit: nam Dominus non solùm ariditate, & pluuiarum penuria homines castigat: verùm etiam nimia aquarum inundatione. Vtrumque supplicij genus in manu habet, & vtroque, cùm sibi visum fuerit, vtitur. Aquarum certè periculum maximum est. Torrentes si crescunt, & flumina, trahunt lapides, ligna, fontes, molas, arbores, animalia, subuertũt domos, pagos, agros, segetes, vites, &c. Aqua enim inundans, indomitum est elementum. Vnde Iob 12. c. 15. Si contineat aquas, omnia siccabuntur: si emiserit eas, subuertent terram.*
  - Aquas, *vt 4. Reg. 2. d. 21. Hierechuntinas amaras effecit, propter ciuium peccata: neque enim id casu euenit, sed ex Dei iustitia. At cùm tempore Heliſei ciues essent redditi meliores, & filios Prophetarum hospites haberent, Deus quoq; illorum misertus est, & aquas per Heliseum sanauit, vt posthac salubres essent.*

De Iudiciis Dei.

- Loci tres.
  - Dei iudicia alia esse
    - Particularia, & sūt duplicia,
      - Pluriū cum eodem iudicio pariter multi corripiūtur, vel
        - Integri populi, regiones, vrbes, qualia fuerunt iudicia Sodomorum, Ægyptiorum, Israelitarum in deserto, Cananeorum, Amorrheorum, Moabitarum, Idumeorū, Assyriorum, Babyloniorum, Græcorum, Persarū, Romanorum, &c. Quos totius orbis Iudex propter peccata eorum inuisit, & iudicio suo iusto, vel bellis, vel fame, vel peste, vel alio plagarū genere flagellat.
        - Aliqui ex multitudine, seu multi, seu pauci. Horum exempla multa sunt in Scripturis, vt Exodi 32. d. 28. Numer. 14. d. 24. 21. a. 6. 25. c. 8. 26. c. 11.
      - Singulorum, cùm vnus aliquis separatim, ac solus corripitur, eò quòd solus peccauit, vt Caim, Oza, 2. Samuel. 6. a. 7. Giezi, 2. Reg. 5. d. 27. &c.
    - Vniuersalia, q̄ sunt triplicia,
      - 1. Illud est, quo propter originale primorū nostrorū parentū peccatū mors venit in mundum, ac totum genus hominū occupat. Hoc iudicium, quod reatum & culpam attinet, sublatū est per Christum, vt non constringat electos & fideles. Quòd verò corporis huius mortē & annexas ærumnas concernit, ad finem vsq; mundi durat, vbi mors postremus hostis conficietur, & è medio tolletur.
      - 2. Illud est, quo propter catholicā carnis corruptionē quicquid in toto terrarum orbe tàm animalium, quàm hominum spirabat, aquis diluuij (excepto Noah cum suis electum fuit à facie terræ.
      - 3. Finale illud, quod in fine mūdi venturū expectamus. Hîc discе
        - Non esse quærendum quando futurus sit iudicij dies.
        - Quomodo futurū sit iudiciū, vide Matth. 24. d. 29. 25. c. 13. Ioan. 5. d. 22. 1. Cor. 15. g. 35. 2. Thess. 4. a. 7. 2. Pet. vlt. 1. Thess. 4. c. 16.
        - Quæ sint signa extremi iudicij. Horū alia sunt è
          - Longinquo præcurrentia, vt
            - Securitas illa iam dudū inualescens, qua sine omni solicitudine & expectatione futuri iudicij perinde viuimus, ac si nunquā ad nos sit rediturus Dominus. De quo Matt. 24. d. 37. sicut fuit in diebus Noe, &c.
            - Discessio à sana doctrina, de qua 1. Tim. 4. a. 1. 2. Tim. 3. a. 1.
            - Mores corruptissimi, de quo 2. Tim. 3. a. 2.
            - Reuelatio Antichristi, 2. Thessal. 2. a. 3.
          - Proximo, præcedentia, vt
            - Signa in Sole & Luna.
            - Conuersio Israelis, de quo Roman. 11. d. 26.
            - Quomodo & quando futura sit hæc conuersio ignoratur.
  - Nō esse scrutandas omnium iudiciorum Dei rationes. Alia enim sunt
    - Scrutabilia, quorum causas Scriptura non tacet, vt nulla sit necessitas curiosius eas scrutandi, quale est iudicium Sodomæ & Gomorrhæ, & aliorum consimilium, quorum nobis exempla ad hoc sunt proposita, vt admoneamur esse in cœlis Iudicem omnibus timendum.
    - Inscrutabilia & admirabilia, quorum rationes non sunt sic expositæ, vt manifestatæ sint omnibus, vt
      - Concludere Deum omnes sub incredulitate, Rom. 11. d. 32.
      - Eligere Deum sibi aliquos, vt sint vasa gratiæ, reprobare alios.
      - Diligere Iacob, Esau odio prosequi, cùm adhuc in matris vtero constituti, nec boni, nec mali quicquam fecissent.
      - Indurare Deum quos vult, quorum vult misereri.
      - Punire filium propter peccatum parentis. de quo 2. Sam. 12. c. 11.
      - Cædere multos propter peccatum vnius hominis. de quo Genes. 20. a. 4. de Abimelech Iosue 7. a. 5. d. 20. de Aham. & Samuel. vlt. de Dauide.
      - Punire posteros propter maiorū suorū peccata. Matt. 23. d. 35. 1. Reg. 25. d. 29.
      - Clade afficere eos, qui opus iustum seriò moliuntur. de quo Iudic. 20. d. 25.
      - Non punire oēs, q̄ idem peccatū admiserūt, vt Num. 12. c. 10. de Aarone & Maria legitur. Huiusmodi multa inueniūtur, quorū rationes scrutādæ non sunt.
  - Quis sit vsus iudiciorū Dei in hoc seculo. vt
    - Certis exemplis declaretur, propter impiè acturos esse vltorem malorum in cœlis.
    - Retribuat gustum aliquem exhibendæ vel iræ suæ erga reprobos, vel gratiæ erga pios.
    - Refocillet ad tempus pios per iudicium & mortem tyrannorum, vt à malitia & violentia illorum liberentur ad tempus electi.
    - Pios castiget, ne cum hoc mundo damnentur. Tolluntur pij, ne vel futura mala videant, vt 2. Reg. 22. d. 20. de Iosia legitur, vel corda illorum per malitiam huius mundi mutentur. Sapientiæ 4. c. 11.

De extremo Iudicio, Matth. 25. d. 31.

- Loci duo.
  - De aduentu Christi ad iudicium: vbi describitur
    - Qualitas aduentus Christi secundi. Hîc disce,
      - Secundum aduentum Christi, priori dissimilem fore. In priore apparuit humilis in forma serui: in posteriori apparebit sublimis in forma Regis Regũ, ac omnium Iudicis. In priore obnoxius fuit probris: in posteriori aduenict cum gloria. In priori apparuit imbecillis: in posteriori apparebit cum virtute cœlesti. In priore subiuit reproborum iudicium, & condemnationem: in posteriori iudicium feret de reprobis omnibus.
      - Quę sit gloria Christi, in qua venturus sit ad iudiciũ. Hæc spiritualis est, quæ illi cum nulla creatura communis erit, ne cum Angelis quidem, quos secum adferet. Est autẽ hæc gloria vnigeniti Dei, virtus diuina, splendor cœlestis, corporis glorificatio, comitatus Angelorum omnium, potestas iudicandi.
      - Quanta sit hæc gloria. Hoc nec mortalium, nec Angelorum mente satis comprehendi potest.
      - An & nos participes erimus gloriæ Christi? Erimus quidem participes, magna tamẽ erit inter illius & nostrã differentia. Gloriosum est corpus Regis: & alia est capitis, alia pedũ gloria. Glorioſa est aula Regis, at alia est gloria ipsius Regis, alia aulicorum. Gloriosus est cœli, quod firmamentũ vocant, aspectus: at maior est Solis, ac reliquorum syderum gloria. Vide Coloss. 3. d. 24.
      - Ad quid aderunt Angeli? Vt ministrent Christo ad executionem Iudicij. Congregabunt ante illum omnes gentes, separabunt electos à reprobis, electos rapient obuiam Christo in aera, reprobos cum Diabolo & Angelis eius abijcient in ignem æternum.
    - Sessio Christi super sedem gloriæ suæ. Hîc disce,
      - An ista intelligenda sint corporaliter & localiter: id est, certo aliquo loco, vt verba videntur innuere, futura. Videtur curiosi hominis esse in re tam seria & tremẽda, de loco Iudicij huius disputare. Videntur quidem quæ ad finem capitis huius dicuntur, per similitudinem fori, dici. Interea tamen nihil dubitandum est, omninò futurum esse, vt appareat olim Christus omnium Iudex, feratq; de omnibus certam & ineuitabilem sententiam. Quæ sit sedes illa iudiciaria, nemo quærat. Certum est, quòd in nubibus cœli corporaliter & visibiliter apparebit, omnium etiam impiorum oculis conspicuus.
      - Christus quomodo dicatur sedere pro Tribunali. Hoc nihil est aliud, quàm quòd tum demum sit iudicaturus Orbem, & liberaturus pios, ac condemnaturus impios.
      - Ad quid sedeat in sede maiestatis: vt videlicet congregentur omnes ante eũ. Hîc disce,
        - Qui sint congregatores. Hi erunt non homines propter conditionis humilitatem contemptibiles, quorum ministerio Dominus isto gratiæ tempore, in quo adhuc sumus, filios Dei velut ouiculas in ouile cœleste congregat. Sed Angeli, cœlestes illæ, & quibus resisti non poterit, omnium potentissimæ virtutes, per quas, velint, nolint, ad Christi Tribunal cogentur impijssimi & potentissimi.
        - Quos congregent Angeli. Omnes gentes: erit enim hoc vltimum ac plenarium concilium, in quo omnia omnium examinabuntur, & maxima futura est, præter expectationẽ, omnium rerum & iudicandorum mutatio. Innumeri hîc iustificati, ibi damnabuntur: hîc damnati, ibi iustificabuntur.
        - Ad quid? Vt de omnibus iam sententiam finaliter & perpetuam ferat.
        - An de omnibus in vniuersum mortalibus, aut de Christianis tantũ ista intelligi debeant. Certũ est quidẽ omnes mortales ante Christi Tribunal comparituros. Ita tamẽ verba sua disponit Christus, vt specialiter nos concernant, qui regno illius nomen dedimus. Vna enim Christi cura est, ne & nos, qui fidem ipsius profitemur, vnà cũ mundo impio condemnemur.
        - Cur Christus dicat, Omnes gentes ante se congregandas esse, Mat. 25. 31. cũ aliâs dicat, Credentes in iudicium non esse venturos, Ioan. 5. 24. Verbũ iudicij hîc p condemnatione ponitur.
    - Separatio iustorũ & iniustorũ. Hîc disce,
      - Quis sit vsus separationis: vt videlicet sit principium Iudicij, & confusionis malorum, & rursus initium gloriæ, lætitiæ, & constantiæ bonorum.
      - Cur separatio ista similitudine ouium & hœdorum proponitur? Primùm ad consolationem piorum, qui in hac bonorum & malorum commixtione à reprobis, velut oues ab hœdis, multis malis afficiuntur. Deinde admonitionis gratia, vt curemus in hac vita, mutatis malitiæ hœdinæ moribus, simplicitatem ac innocentiam ouillam amplecti.
  - Forma iudicij, &c. Vide literam A.

d

A. Forma Iudicij, cuius duæ sunt partes

Quid ab ipso iudice Christo aduituri sint iusti. Huius membra sunt

Desideratissima Saluatoris sententia, qua veri Christiani hæredes declarãtur Regni Dei. Hîc disce,

Quare primã sententiam de iustis pronunciet: Faciet id pro bonitatis suæ ingenio, quo non delectatur in perditione peccatorum. Deinde vt impij non solùm audiant, quid pro sua impietate commeruerint, sed & antequã id audiant, in electis videant quanto gaudio & honore se priuarint.

Cur dicat, Venite: non enim simpliciter dicit, Vos sitis hæredes regni, vel, Decerno vobis hæreditatem regni Dei, sed singulari quodam fauoris, ac amicæ complexionis affectu vocabit eos ad se, dicens: Venite. Hunc affectum & in mundo constitutus declarauit, cum diceret: Venite ad me, &c. Matth. 11. v. 28.

Cur dicat, Benedicti Patris. quia dilecti sunt Patris, & in gratia & benedictione Patris constituti. Hac appellatione cõmendatur gratia Dei, non meritum hominum, contra Doctores meritorum.

Cur dicat, Possidete Regnũ. Non enim dicit, Sperate vobis Regnum futurum. vel, Quærite Regnum Dei. Non enim amplius sperandum erit, sed iam reipsa percipiendum. Regni dictione attollit animos electorum ad cogitandum cœlestium & futurorum bonorum splendorem, sumta à regni huius mundi formula. Quòd iubet eos possidere Regnum hæreditariò, prædicat ius non meriti humani, sed gratuitæ adoptionis.

Cur dicat, Paratum vobis. Non dicit, Quod promeruistis: vt significet, q Regnũ hoc non veniat ex meritis nostris, sed ex gratia diuinæ electionis.

Cur dicat, Vobis. Vt significet Regnum non solùm iam paratum esse, sed destinatum aliquibus: destinatam autem mox ab exordio mundi, & destinatum credentibus, quos hîc Benedictos Patris appellat.

Æthiologia, qua velut ratio præmissæ sententiæ redditur. Hîc disce,

Cur non dicat, Esurierunt pauperes, & cibastis eos. sed, Esuriui, & cibastis me. Vt significet se non loqui simpliciter de ea humanitate, quæ & apud Gentes reperitur: sed de charitate erga se, qua pauper propterea alitur, vestitur, excipitur, quia est Christi. Hanc indicat se agniturũ in die Iudicij.

Cur non dicat, Esuriistis, sitiuistis, &c. sed, Esuriui. Vt significet id à nobis maximè exigi, vt esurientes Christianos pascamus, non vt nos esuriamus: quamuis & hoc tolerandum sit in casu pro Christi nomine.

Cur non dicat, Esurierunt mei, sitierũt, &c. sed, Esuriui, &c. Vt significet, esuriem, sitim, & quamuis miseriam suorum, esse non magis ipsorum, quàm suam. Quæ consideratio plurimùm consolationis adfert afflictis.

Cur non dicat, Coluistis Sanctos, instituistis illis Altaria & Templa, fecistis illis imagines & adorastis. Vt significet quomodo Christo seruire, & in quibus ostendere debeamus, qua simus erga illum charitate. In membris suis vult coli & honorari.

Cur dicat, Dedistis mihi potum, cibum, &c. Vt eos, in quos hæc beneficia conferuntur, admoneat, vt cum summa animi gratitudine vtantur istis beneficijs, cogitentq; in se honorari Christum. Sancta sunt quæ Christo impenduntur, ideò & sanctum exigunt vsum.

Qualia sint quæ sibi in membris suis facta Christus tanti facturus est olim, hæc non peculiaria, nec præstitu grauia sunt.

An hæc tantùm præclara opera sunt? Sunt quidem & alia, vtpotè, quòd multi pro Christo omnia sua, etiam vitam reliquerunt. Item quòd plurimi fideliter in ministerio seruierunt. Verùm formam talem ponit, quæ generaliter posit omnibus competere Christianis, ita vt qui hîc insincerus deprehenditur, sit reputandus tanquam ad Christum non pertinens. Non sunt omnes Apostoli, non ponunt animas omnes pro Christo, &c. Ista enim specialia sunt.

An sex tantùm opera dilectionis, seu misericordiæ sint. Sicut non sex tantùm sunt miseriarum genera, sed innumera, ita & misericordiæ plura sunt genera, quæ hîc non ponuntur quidem, sed non excluduntur, vt consolari, docere, fouere, defendere, debitum remittere, &c.

An erga afflictos tantùm declaranda sit charitas. Sicut Christiani hominis est, afflictorum calamitatibus succurrere, ita eiusdem est commodè habentibus congratulari.

Quæstio admiratoria iustorum. Hîc disce,

Non obesse Sanctis etiamsi non animaduertant in hac vita, quid, & qualiter Christo seruiant in membris suis. Quod enim benefaciunt, hoc ita faciunt, vt opus dextræ nesciat sinistra. Mat. 6. 3.

Sanctos nullam prorsus fiduciam in opera sua bona collocare.

Declaratio rationis, &c. Vide literam B.

Quid ab ipso Iudice auditurí, &c. Vide literam C.

B. Decla-

B. Declaratio *rationis. Hic discę,*

- Quæ *sit summa huius loci: videlicet Christo fieri, quæ fiunt fidelibus. Act. 9. 4.*
- Quotupliciter *aliquid cuipiam fieri dicatur. Dupliciter: primò, quando suæ ipsius personæ fit: deinde, quando fit ad illum pertinentibus.*
- Cur *dicat Vni: Ne quis impossibile putet, si debeat omnibus benefacere.*
- Cur *dicat, Ex minimis istis: Ne putemus Christum id tantùm agnituru̇m, quòd præcipuis & Apostolis sit factum.*
- Cur *dicat, Fratribus meis: Vt significet quo loco à nobis haberi debeant etiam minimi.*

C. Quid *ab ipso Iudice audituri sint iniusti. Huius membra sunt,*

- Horrenda *sententia Christi ad iniustos. Hic discę,*
  - Cùm *certum sit ista dicta ad Apostolos seorsim, & Apostoli sint electi, & benedicti: Quare Christus & hanc partem de reproborum condemnatione ipsis proponere voluerit: Quia vtile est & pijs audire comminationes æternæ condemnationis, quæ manet reprobos. Metus gehennæ suum habet locum etiam in electis. Deinde, vt in rebus aduersis consolationem ex eo capiamus, cùm audimus Ecclesiæ hostes perpetuo supplicio puniendos.*
  - Cur *dicat, Ite à me: Vt significet ad se non pertinere, & nunquam pertinuisse, sed ad Diabolum. Ideò dicit, Qui paratus est Diabolo & Angelis eius.*
  - Cur *Maledictos appellet: Quòd sint detestabiles & condemnati: & quòd extra Christum nulla benedictio reperiri possit. Non dicit, Sitis posthac maledicti, vel eritis: sed, Discedite à me maledicti. Vt significet eos, antequàm ad Christi Tribunal veniant, maledictos esse. Ergo non pascere esurientes in Christo, maledictionis argumentum est. Vide igitur quàm passim maledictio regnet. Agnosce hac nota, qui ad Christum pertineant, qui ad Satanam.*
  - Quò *mittantur iniusti. In ignẽ, vel supplicium æternũ. Hic discę,*
    - Qualis *sit hic ignis, corporeusne, an methaphoricus. Etsi temerarium sit de ignis huius qualitate disputare, videtur tamẽ pro ingenti & irremisso dolore, cruciatu, ac animorum pœnitudine sumi.*
    - An *sit futurus aliquando finis huius supplicij. Nunquam finiendum esse vox Æternitatis significat.*
- Æthiologia. *Hic discę,*
  - Quid *sit futurum illis, qui vel propter penuriam rerum, vel aliunde prohibiti non possunt ista facere pauperibus Christi. Nemo adigitur ad impossibilia. Videndum tamen est, ne nos ipsos seducamus, dicamusq; nos non posse Christo præstare, quod præstitimus in errore surdis imaginibus, & ventribus, & quod fastui & luxui impendimus.*
  - Qua *pœna digni sint, qui alios defraudant, nudant, spoliant, violenter opprimunt, in vincula debitorum gratia conijciunt, &c. si hi maledicti habentur, & ad supplicium æternum adiudicabuntur, qui de suo non paucrunt esurientes, non operuerunt nudos.*
- Quæstio *iniustorum, qua nihil volunt aliud, quàm Christianos esse se videri velle, & tales, qui nunquam passuri sint Christum esurire, sitire, &c. sed parati sunt ad omnia illi obseruantiæ & reuerentiæ exhibenda officia. Sed omnem interea Christiani nominis zelum ostendunt, vel erga mortuos, vel eorum imagines: ieiunant, preculas recitant, traditiones humanas diligenter obseruant.*
- Declaratio *rationis, quam assignarit iniustis, ostendens in quibus esurierit, & pastus sit, vel non pastus.*

De Operibus, seu actionibus Dei.

TABVLA I.

- OPERA Dei sunt quædam
  - Communia, *quibus Deus suas creaturas curat, conseruat, & gubernat, Act. 17. Matth. 5. c. 17. 6. 38. & hæc sunt triplicia:*
    - Creationis: *huc pertinent, quòd*
      - Dedit *nobis lucem, qua vtimur.*
      - Diuisit *inter tenebras & lucem.*
      - Constituit *firmamentum, in quo magna illa duo luminaria totum hunc orbem vicibus suis illuminarent.*
      - Discreuit *aquas ab aquis.*
      - Terræ vim *indidit fructificandi, vnde alerentur & homines, & iumenta,*
      - Herbis *& arborum fructibus semen dedit.*
      - Aquas *repleuit omnis generis piscium copia.*
      - Faciem *terræ repleuit volucribus, bestijs, iumentis, reptilibus, &c.*
      - Formauit *hominem ad generandam prolem.*
    - Cõseruationis: *& hæc vel sunt*
      - Mediata, *quibus per media quædam id quod vult, perficit, vt quod liberi cura & opera parentum educantur.*
      - Immediata, *vt quòd scaturiunt fontes, terra cœlesti rore humectatur, quòd flumina continuo cursu contendunt in mare, & è mari recurrunt in suos alueos, &c.*
    - Gubernationis, *quibus totus mundus regitur, & disponitur. Huc pertinet*
      - Bonitas *Dei, qua alit omnia, vestit, producit herbas, finit oriri Solem super bonos & malos.*
      - Vniuersale *Dei iudicium, quod est triplex,*
        - Quo *propter originale parentum peccatum mors venit in mundum.*
        - Quo *propter vniuersalem carnis corruptionem quicquid in toto terrarum orbe spirabat, aquis diluuij, paucis tantum exceptis, deletũ fuit à facie terræ.*
        - Finale, *vel extremũ, quod in fine mundi venturum expectamus.*
  - Particularia, *quibus vel in electis, vel in reprobis operatur, & hæc pro ratione personarum duplicia sunt. Opera*
    - Misericordiæ, *qua Deus miseretur electorum, iuxta beneplacitum voluntatis suæ, non eligendo solùm, sed & regenerando, iustificando, & glorificando. Hæc agit Deus in electis effectiuè, potenter, mediatè, vel immediatè, sine nostra virtute & meritis propter Christum, in laudem gloriæ gratiæ suæ.*
    - Iustitiæ, *&c. Vide literam A.*
  - Singularia *Dei opera sunt vel opera*
    - Ad *intra, quæ personis distinctè conueniunt, vt sunt gignere, gigni & procedere.*
    - Officialia, *quod ad respectum, seu relationem personarum attinet: vt*
      - Patris *proprietas est creare per Filium.*
      - Filij *proprietas officialis est Mediatorem & Redemtorem esse in forma serui, satisfacere iustitiæ Dei per sacrificium corporis. Sicut autem sola persona Filij electa, missa, & incarnata est pro salute nostra: ita sola Filij persona saluatrix, & redemtrix est ratione satisfactionis & obedientiæ. Hac ratione soli Filio competit saluatio, non Patri, sicut & Iudicium, vt Ioan. 5. d. 22. Pater non iudicat quenquam.*
      - Spiritus *Sancti proprietas est sanctificare. Hæc respectu hominum Deo tribuuntur relatiuè.*

A. Iustitiæ,

Beneficij, *quo Deus vtitur erga pios, vt dum audit clamores pauperum, liberat iustum, oppressis subuenit, delinquentibus parcit, resipiscentibus ignoscit.*

Actiua, *& hæc vel*

Pœnarũ, *quib⁹ peccata punit, ac suos emendat. Sunt autẽ pœnæ duplices:*

Simplices, *quæ tantùm pœnæ sunt, vt fames, pestis, gladius, &c. In his pœnis Deus simpliciter mediatè vel immediatè, generaliter aut specialiter agit, & directè secundùm sapientiam, potentiam, bonitatem, & bene placitum, & iustum iudicium suum. Vide Esaiæ 3.a.1. 5.a.5. Hierem.4.a.16. Amos 3.a.2.4.a.6.5.c.16. Deut.28. &c.*

Mixtas pœnas Dei opera esse, q̃ nobis quidẽ prohibentur, sed Deo suo quodã modo tribuuntur. Huiusmodi sunt,

- Decipere, *3. Reg.22.d.21.*
- Mittere *efficaciam erroris, 2. Thess.2.c.11.*
- Tradere *in reprobum sensum, Rom.1.*
- Tradere *in cupiditates ignominiosas, Rom.1.d.24.*
- Facere *errare, Esaiæ 63.c.17.* Infatuare, *2. Reg.15.d.31.*
- Vertere *in furorem, Esaiæ 44.d.25.*
- Immittere *furorem, Mich.7.c.15.*
- Excæcare, *Esa.6.c.9. Ephes.4.d.18.*
- Seducere, *Hierem.20.a.7.*
- Facere *vt non audiatur id quod bonum est, 2. Par.25.c.16.20.*
- Creare *Spiritus ad vindictam, Eccles.39.d.33.*
- Indurare *cor, Exodi 4.7.a.3.*
- Creare *vastatorem ad puniendum, Esaiæ 54. c.16.*
- Facere *impium ad diem malum, Prouerb.16.a.4.*
- Deprædari, *auferre spolia, Ezech.29.d.19.*
- Auferre *labia veracium, Iob.12.d.20.*
- Suscitare *impios. Exodi 9.2. Paral.21.c.16. 1. Reg.26.c.19.*
- Præcipere *impio vt maledicat pio, 2. Reg.16. c.10.*
- Torquere *cor quocunque velit, Prouerb.21.a.1.*

Has *mixtas pœnas partim pœnas iustas, partim peccata esse. Peccata, respectu hominum & Diaboli. Pœnas iustas, Dei respectu: sunt enim merces & retributio priorum peccatorum. Iustum certè est quicquid facit Dominus, etiamsi nobis sit prohibitum, & iniustum, si à nobis fiat: neque enim diuina Maiestas ijsdem cum homine legibus subiecta est. Quicquid vult præcipit, & facit in re propria ab ipso creata, & pleno iure facit citra cuiusquam iniuriam. Vbi iniuria locum non habet, ibi non est iniustitiæ locus. Quicquid facit, de suo facit: si perdit, de suo perdit, idq; potestate omnium iustissima.*

Mixtę, *quæ sunt partim pœnæ, partim peccata, respectu diuersorũ. Hic discę,*

In *his actionibus adesse Deũ, & agere pœnaliter, indirectè, remotè, non propinquè, non promissiuè, sed potenter, effectiuè, mediatè, vel immediatè per Satanam & impios, dum excæcat, indurat, non patienter, sed potenter facit. Agit autẽ hæc in impijs Deus generaliter & specialiter. Generaliter, quatenus generali prouidentia format, sustentat massam ruentem, dat illi motum, esse Satanæ & impijs. Specialiter, dum excitat Satanam & impios, armat, mouet, id est, facit in impio pœnam, non culpam. Non enim facit infidelem, aut peccatorem, sed qui in se à Satana peccator & impius est, hunc ordinat, mouet, dat ei potestatem, vt propositum suum exequatur. Armat hunc vt Iudex Carnificẽ ad puniendos malos. Rectè igitur Cyprian. Omnia, inquit, nutu & arbitrio Dei geruntur: & nihil fieri potest, nisi quod ipse fecerit, aut fieri permiserit. Item specialiter agit in impijs, dum priuat eos luce & sapientia. Atque hac speciali ratione agit etiam in pijs: vt, Dauidem infatuat ac incitat ad numerandum populum, 2. Reg. vlt.a.1. vt per imprudentiam causam præberet iræ suæ. Mouet & fratres Iosephi, vt quod vult ipse, perficiatur. Item agit specialiter in impijs, dum relinquit homines in puris naturalibus, dum non opponit gratiam. Sicut recessit Spiritus Domini à Saul, 1. Reg.16.c.14. Vide & 3. Reg.22.d.34. Iam qui sibijpsi relinquitur, duplicitèr impellitur ad malum, naturæ malitia, & Diaboli insidijs.*

In *facto aliquo concurrere non solùm malitiam Satanæ & peccatum hominis, sed & prouidentiam Dei, vt Dauidem incitat Satan, 1. Paral.21.a.1. Verùm Deus primarius motor erat, vt 2. Reg. vlt.a.1. legitur. De hoc iudicandum est cum discretione, vt quod Dei est, Deo tribuatur: quod diabolicæ & humanæ malitiæ, Diabolo & homini corrupto. Odium fratrum Ioseph non erat ex Deo, voluit autem vt venderetur in Ægyptum, sed bono sui populi, vt hac occasione fratres punirentur.*

Differre *actiones Dei, in hisce pœnis, & instrumentorum, finibus, consilio & motu: Deus enim vt primus motor, bono consilio, motu iusto, & in bonum finem, vt Iudex peccata peccatis punit. Diabolus & impij impio motu, defectu, & animo peccandi, Gen.45.a.5. & 50.d.20. Habac.1.d.12. Mutato spiritu modum excedet, & delinquet, Zach.1.c.15. Ego iratus sum parum, ipsi in malum à me auxiliati ruerunt.*

Permissiua. *Vide literam B.*

A. Iustitiæ, *quæ sunt vel*

De Operibus, seu actionibus Dei.

TABVLA I.

- **OPERA Dei sunt quædam**
  - **Communia**, *quibus Deus suas creaturas curat, conseruat, & gubernat, Act. 17. Matth. 5. c. 17. 6. 38. & hæc sunt triplicia:*
    - **Creationis**: *huc pertinent, quòd*
      - Dedit *nobis lucem, qua vtimur.*
      - Diuisit *inter tenebras & lucem.*
      - Constituit *firmamentum, in quo magna illa duo luminaria totum hunc orbem vicibus suis illuminarent.*
      - Discreuit *aquas ab aquis.*
      - Terræ *vim indidit fructificandi, vnde alerentur & homines, & iumenta,*
      - Herbis *& arborum fructibus semen dedit.*
      - Aquas *repleuit omnis generis piscium copia.*
      - Faciem *terræ repleuit volucribus, bestijs, iumentis, reptilibus, &c.*
      - Formauit *hominem ad generandam prolem.*
    - **Cõseruationis**: *& hæc vel sunt*
      - Mediata, *quibus per media quædam id quod vult, perficit, vt quod liberi cura & opera parentum educantur.*
      - Immediata, *vt quòd scaturiunt fontes, terra cœlesti rore humectatur, quòd flumina continuo cursu contendunt in mare, & è mari recurrunt in suos alueos, &c.*
    - **Gubernationis**, *quibus totus mundus regitur, & disponitur. Huc pertinet*
      - Bonitas *Dei, qua alit omnia, vestit, producit herbas, finit oriri Solem super bonos & malos.*
      - Vniuersale *Dei iudicium, quod est triplex,*
        - Quo *propter originale parentum peccatum mors venit in mundum.*
        - Quo *propter vniuersalem carnis corruptionem quicquid in toto terrarum orbe spirabat, aquis diluuij, paucis tantum exceptis, deletũ fuit à facie terræ.*
        - Finale, *vel extremũ, quod in fine mundi venturum expectamus.*
  - **Particularia**, *quibus vel in electis, vel in reprobis operatur, & hæc pro ratione personarum duplicia sunt. Opera*
    - Misericordiæ, *qua Deus miseretur electorum, iuxta beneplacitum voluntatis suæ, non eligendo solùm, sed & regenerando, iustificando, & glorificando. Hæc agit Deus in electis effectiuè, potenter, mediatè, vel immediatè, sine nostra virtute & meritis propter Christum, in laudem gloriæ gratiæ suæ.*
    - Iustitiæ, *&c. Vide literam A.*
  - **Singularia** *Dei opera sunt vel opera*
    - **Officialia**, *quod ad respectum, seu relationem personarum attinet: vt*
      - Ad *intra, quæ personis distinctè conueniunt, vt sunt gignere, gigni & procedere.*
      - Patris *proprietas est creare per Filium.*
      - Filij *proprietas officialis est Mediatorem & Redemtorem esse in forma serui, satisfacere iustitiæ Dei per sacrificium corporis. Sicut autem sola persona Filij electa, missa, & incarnata est pro salute nostra: ita sola Filij persona saluatrix, & redemtrix est ratione satisfactionis & obedientiæ. Hac ratione soli Filio competit saluatio, non Patri, sicut & Iudicium, vt Ioan. 5. d. 22. Pater non iudicat quenquam.*
      - Spiritus *Sancti proprietas est sanctificare. Hæc respectu hominum Deo tribuuntur relatiuè.*

Actiua, & hæc vel

Beneficij, *quo Deus vtitur erga pios, vt dum audit clamores pauperum, liberat iustum, oppressis subuenit, delinquentibus parcit, resipiscentibus ignoscit.*

Pœnarũ, *quib⁹ peccata punit, ac suos emendat. Sunt autẽ pœnæ duplices:*

Simplices, *quæ tantùm pœnæ sunt, vt fames, pestis, gladius, &c. In his pœnis Deus simpliciter mediatè vel immediatè, generaliter aut specialiter agit, & directè secundùm sapientiam, potentiam, bonitatem, & bene placitum, & iustum iudicium suum. Vide Esaiæ 3.a.1. 5.a.5. Hierem. 4.a.16. Amos 3.a.2. 4.a.6. 5.c.16. Deut. 28. &c.*

Mixtas *pœnas Dei opera esse, q̃ nobis quidẽ prohibentur, sed Deo suo quodã modo tribuuntur. Huiusmodi sunt,*

- Decipere, 3. Reg. 22. d. 21.
- Mittere *efficaciam erroris*, 2. Thess. 2. c. 11.
- Tradere *in reprobum sensum*, Rom. 1.
- Tradere *in cupiditates ignominiosas*, Rom. 1. d. 24.
- Facere *errare*, Esaiæ 63. c. 17. Infatuare, 2. Reg. 15. d. 31.
- Vertere *in furorem*, Esaiæ 44. d. 25.
- Immittere *furorem*, Mich. 7. c. 15.
- Excæcare, Esa. 6. c. 9. Ephes. 4. d. 18.
- Seducere, Hierem. 20. a. 7.
- Facere *vt non audiatur id quod bonum est*, 2. Par. 25. c. 16. 20.
- Creare *Spiritus ad vindictam*, Eccles. 39. d. 33.
- Indurare *cor*, Exodi 4. 7. a. 3.
- Creare *vastatorem ad puniendum*, Esaiæ 54. c. 16.
- Facere *impium ad diem malum*, Prouerb. 16. a. 4.
- Deprædari, *auferre spolia*, Ezech. 29. d. 19.
- Auferre *labia veracium*, Iob. 12. d. 20.
- Suscitare *impios*, Exodi 9. 2. Paral. 21. c. 16. 1. Reg. 26. c. 19.
- Præcipere *impio vt maledicat pio*, 2. Reg. 16. c. 10.
- Torquere *cor quocunque velit*, Prouerb. 21. a. 1.

Has *mixtas pœnas partim pœnas iustas, partim peccata esse. Peccata, respectu hominum & Diaboli. Pœnas iustas, Dei respectu: sunt enim merces & retributio priorum peccatorum. Iustum certè est quicquid facit Dominus, etiamsi nobis sit prohibitum, & iniustum, si à nobis fiat: neque enim diuina Maiestas ijsdem cum homine legibus subiecta est. Quicquid vult præcipit, & facit in re propria ab ipso creata, & pleno iure facit citra cuiusquam iniuriam. Vbi iniuria locum non habet, ibi non est iniustitiæ locus. Quicquid facit, de suo facit: si perdit, de suo perdit, idq; potestate omnium iustissima.*

Mixtę, *quæ sunt partim pœnæ, partim peccata, respectu diuersorũ. Hic discee,*

In *his actionibus adesse Deũ, & agere pœnaliter, indirectè, remotè, non propinquè, non promissiuè, sed potenter, effectiuè, mediatè, vel immediatè per Satanam & impios, dum excæcat, indurat, non patienter, sed potenter facit. Agit autẽ hæc in impijs Deus generaliter & specialiter. Generaliter, quatenus generali prouidentia format, sustentat massam ruentem, dat illi motum, esse Satanæ & impijs. Specialiter, dum excitat Satanam & impios, armat, mouet, id est, facit in impio pœnam, non culpam. Non enim facit infidelem, aut peccatorem, sed qui in se à Satana peccator & impius est, hunc ordinat, mouet, dat ei potestatem, vt propositum suum exequatur. Armat hunc vt Iudex Carnificẽ ad puniendos malos. Rectè igitur Cyprian. Omnia, inquit, nutu & arbitrio Dei geruntur: & nihil fieri potest, nisi quod ipse fecerit, aut fieri permiserit. Item specialiter agit in impijs, dum priuat eos luce & sapientia. Atque hac speciali ratione agit etiam in pijs: vt, Dauidem infatuat ac incitat ad numerandum populum, 2. Reg. vlt. a. 1. vt per imprudentiam causam præberet iræ suæ. Mouet & fratres Iosephi, vt quod vult ipse, perficiatur. Item agit specialiter in impijs, dum relinquit homines in puris naturalibus, dum non opponit gratiam. Sicut recessit Spiritus Domini à Saul, 1. Reg. 16. c. 14. Vide & 3. Reg. 22. d. 34. Iam qui sibijpsi relinquitur, duplciter impellitur ad malum, naturæ malitia, & Diaboli insidijs.*

In *facto aliquo concurrere non solùm malitiam Satanæ & peccatum hominis, sed & prouidentiam Dei, vt Dauidem incitat Satan, 1. Paral. 21. a. 1. Verùm Deus primarius motor erat, vt 2. Reg. vlt. a. 1. legitur. De hoc iudicandum est cum discretione, vt quod Dei est, Deo tribuatur: quod diabolicæ & humanæ malitiæ, Diabolo & homini corrupto. Odium fratrum Ioseph non erat ex Deo, voluit autem vt venderetur in Ægyptum, sed bono sui populi, vt hac occasione fratres punirentur.*

Differre *actiones Dei, in hisce pœnis, & instrumentorum, finibus, consilio & motu: Deus enim vt primus motor, bono consilio, motu iusto, & in bonum finem, vt Iudex peccata peccatis punit. Diabolus & impij impio motu, defectu, & animo peccandi, Gen. 45. a. 5. & 50. d. 20. Habac. 1. d. 12. Mutato spiritu modum excedet, & delinquet, Zach. 1. c. 15. Ego iratus sum parum, ipsi in malum à me auxiliati ruerunt.*

Permissiua. *Vide literam B.*

A. Iustitiæ, *quæ sunt vel*

B. Permissiua, *in his, quæ Deus Lege sua prohibuit, quæ simpliciter sunt peccata. In his Deus permissiuè tantùm agit, non propinquè, non directè, effectiuè, aut causaliter, Psal. 5. a. 7. Eccles. 15. d. 21. Dicitur Deus agere in his malis, quatenus generali prouidentia format, creat, aut vitam & motum dat Satanæ, vel impio homini. Facit igitur Deus omnia quæcunque iusta, vel iniusta voluntate fiunt: id est, bona & mala opera. In bonis quidem facit quod sunt, & quod bona sunt. In malis verè facit quod sunt, sed non quod mala sunt. Omnis quippe qualitas (teste Augustino de Concordia præscientiæ cum libero arbitrio) & omnis actio, & quicquid aliquam habet essentiam, à Deo est, à quo est omnis iustitia, & nulla iniustitia. Item sicut Deus non facit iniustitiam, ita non facit aliquid iniustum esse, qui tamen facit omnes actiones, omnes motus, quia ipse fecit res à quibus, & ex quibus, & per quas, & in quibus fiunt. Nec dubitandum est, teste Augustino, Deum facere bene, etiam sinendo fieri quæcunque malè. Non enim hoc nisi iusto iudicio sinit. Et profectò bonum est omne, quod iustum est.*

TABVLA II.

Loci sex.

Quotuplicia *sunt opera Dei: alia enim, Dauide teste, Psal. 105. sunt*

- Mirabilia, *eò quòd humanæ rationis captum excedunt, & admirationem considerantibus ipsa mouent. Hic comprehenduntur omnia, quæ bonitatem, sapientiam, potentiam, & philanthropiam Dei concernunt. Talia sunt omnia, quæ faciat: licet nobis propter quotidianum vsum vilescant.*
- Portenta, *eò quòd & iram Dei & futurum exitium portendant. Talia sunt, quæ in Ægypto per manum Mosis facta leguntur. Huiusmodi multa etiam postremis his temporibus contingunt, quæ tamen clausis oculis, & corde obturato contemnuntur.*
- Iudicia *oris eius, quæ sunt vel*
  - Præcepta, *de quibus Psal. 119. c. 13. Enarrabo omnia iudicia oris tui.*
  - Plagæ, *quibus impij puniuntur diuinitùs: sic percussa est tota terra diluuio, Sodoma, Gomorrha, Ægyptus. Hæ diuinâ sententiâ, & iustissimo iudicio impijs inferuntur.*
  - Liberationes *iustorum ex Dei bonitate.*

Quomodo *Dei opera sint inspicienda. Vt*

- Cogitemus *de fonte illorum, vnde promanârunt. Si sunt opera misericordiæ, videamus in illis misericordiam Dei: si iustitiæ opera sunt, iustitiam: si patientiæ, patientiã, &c. obseruemus, & exosculemur.*
- Cogitemus *qualia & quanta sint Dei opera. Omnia enim opera eius sunt decora, splendida, potentissima, vt Psal. 96. a. 6. dicitur: Decor & splendor coram eo, &c. Decor quid aliud est, quàm recta & ordinata rerum dispositio? Omnia disponit in sapientia, pondere, numero & mensura. Splendor & gloria, est omnium rerum infinita magnificentia, copia & opulentia, vt nulla hic egestas, nulla penuria, sed cuncta affatim & splendidè & adsunt, & dispensantur. Potentia est plena & perfecta: huic enim nihil est impossibile: Dicit, & quæ vult, facit.*
- Admiremur *operum Dei excellentiam & maiestatem, & quantus sit ille omnium opifex Deus, fideli ardentiq; spiritu deprædicemus, Psal. 86. b. 8.*
- Vsum *operum Dei consideremus: videlicet vt in fide prouidentiæ illius exerceamur, & confirmemur, vt ex operibus misericordiæ Dei, fiduciæ nostræ confirmationem, & in omnibus aduersis consolationem: ex operibus verò iustitiæ Dei timorem concipiamus.*

Quis *sit vsus operum Dei. Legenda sunt & memoranda non simpliciter, tanquam res semel gestæ, sed tanquam exempla vel gratiæ Dei erga pios, vel iræ contra impios, vt cogitemus eadem aut certè grauiora expectanda illis, qui impiè agunt: sicut 2. Pet. 2. a. 5. legitur, & Luc. 13. d. 35.*

Quis *sit ordo operum Dei. In primis hunc ordinem seruat: Vt primùm admoneat: deinde minas addat: tertiò plagas inferat. Est & hic ordo in operibus Dei, vt malorum improbitate vtatur ad castigandum electos suos. Quia enim in ea castigatione non minima portio est, quòd per iniuriæ tolerantiam eos exercet, & cruce, quam iuxta seculum non meruerunt, probat. Opus habet ad eam implendam ministerio malorum hominum, vel certè dæmonum, Iob. 1. b. 9. Iustus quippe non potest iniurijs afficere iustum, improbus verò pro sua malitia ad illud promto est animo. Ouis non comedit ouem, sed lupus ad hoc natus esse videtur.*

Operum *Dei secretorũ rationes nobis non esse inuestigandas, sed adorandas magis, & glorificandas, etiam cùm rationi videntur iniustæ, ne impia temeritate in diuinam maiestatem peccemus. Curabimus potius, vt ea, quæ ad nos pertinent, cognoscere studeamus: quorum videlicet cognitio diuinitùs traditur, & gloriæ Dei nostræq; saluti seruire potest.*

Opera *Dei etiam oculis obiecta, quatenus abscondita esse dicantur: non quidem in se, sed quòd ad finem illorum attinet. Nam etiamsi mortalium oculis sint obiecta, consilia tamen Dei & finis, quò tenditur, abscondita sunt, nisi diuinitùs reuelentur.*

De Li-

De Libris Dei, qui die ipso Iudicij aperientur.

Loci sex.

- Quotuplex sit Liber Dei. Alius enim est
  - Materialis: *Codex scilicet rerum sacrarum, propter nos per seruos Dei, Prophetas & Apostolos exaratus, vt quid de salute nostra penes seipsum ab æterno constituerit Deus, inde agnosceremus. Hic Liber, Vt ab omnibus alijs voluminibus discernatur, Biblia, id est, Volumina sacra, 1. Machab. 12. c. 9. Vel Codex Dei, Vt Augustinus appellat. Item Liber iusti, 2. Regum 1. c. 18. id est, vnde æquum & iustum dicitur. Vel, Liber Legis Dei, 2. Paralip. 17. b. 9. & 34. c. 15. Vel, Liber mandatorum Dei, Baruch. 4. a. 1. Item Liber Vitæ, Eccles. 24. c. 32. appellari solet.*
  - Metaphoricus, *id est, similitudinariè Deo attributus. Huius duo sunt genera*
    - Præscientiæ. *Hic disce,*
      - Quid *sit. Est enim notitia Dei, qua omnes in vniuersum mortales, non ex nomine tantùm, sed & secundùm vniuscuiusque ortum, sortem, qualitatem, & exitum vitæ, ante constitutionem mundi præsciuit. Cùm autem Spiritus Sanctus dat Deo Librum, in quo sint omnia conscripta, significat tàm certò esse illa Deo præcognita, quàm sint illi noti, quorum nomina literis sint tradita. Facit id pro more humano: nam hominibus id moris est, Vt quæ memoriæ mandare volunt, literis mandent.*
      - Quot *sint libri præscitiæ Dei. Tres: videlicet in quo*
        - Sunt *mox initio temporum omnium mortalium, quotquot ad finem vsque mundi nascituri erant, nomina consignata, antequam nascerentur. Nec nomina solùm, sed & natales, ortus, dies, &c. De hoc, Psalmo 139. c. 16. In Libro tuo omnes conscripti erant, cùm dies formarentur, & ne vnus quidem in eis esset.*
        - Scripti *sunt illi, qui quouis tempore viuunt, quo etiam facta ipsorum continentur, secundùm quæ iudicabuntur: neque facta solùm, sed & fugæ, lacrymæ, ærumnæ, ac omnes afflictiones. De hoc Psal. 56. c. 9. & Apocal. 20. c. 12.*
        - Mortui *sunt conscripti, qui libri & ipsi in die resurrectionis aperientur, & mortui in illis conscripti, requirentur in mari, terra, morte ipsa & inferis. De hoc vide Apocal. 20. c. 15. Daniel. 7. c. 10.*
    - Vitæ, *in quo conscripti sunt quotquot ad vitam sunt præordinati. Vide de hoc Apocal. 20. c. 12. 21. g. 27. Philip. 4. a. 3. Daniel. 12. a. 2. Malach. 3. c. 10.*
- Quando *hi Libri scripti? Ante constitutionem mundi.*
- Quomodo *scripti? Non atramento ac chartis, sed præscientia, iudicio, ac prouidentia.*
- Cur *hi Libri scripti? Ne quisquam*
  - Putet *se conscientiam Dei celare posse ea, quæ mala facit.*
  - Fidelium *adeò sit animo abiecto, præsertim in afflictionibus, Vt putet se nullo loco, nullâ ratione censeri apud Deum, quasi magnorum tantùm, & non abiectorum etiam, & paruulorum nomina teneat, rationemq; gerat. Si mortuos etiam è morte euocabit, quomodo, dum viuimus, nullam nostri rationem gereret?*
- An *possint deleri de Libro, & seq. Vide literam A.*

A. An *possint deleri de Libro vitæ, qui in illo conscripti sunt. Nam Dauid Psal.68.29. de reprobis loquens, dicit: Deleantur de Libro vitæ. Et Christus Apocal.3.a.5. Non delebo nomen eius de Libro vitæ. Cùm Liber vitæ non aliud sit, quàm æterna Dei præscientia, electio, & prædestinatio, quàm certò vocatio & iustificatio sequuntur: Electio autem sit immutabilis: sequitur, eos, qui semel inscripti fuerint, expungi posse nunquam. Datus est hic Liber Filio Dei seruandus, qui neminem eorum, quos Pater sibi donauit, abijcit, neque rapere quisquam potest de manu eius, Ioan.10.d.28. Quare cùm & Moses expungi peteret, est eius petitio tanquam absurda & imprudens à Domino reiecta, dicente: Qui mihi peccauerit, hunc expungam de Libro meo, Exodi 32.d.33. Cæterùm deleri de Libro vitæ apud Dauidem Psal.68.c.29. nihil est aliud, quàm declarari non esse adscriptos. Vnde subijcitur: Et cum iustis non scribantur, vel scripti non sint. Hæc enim particula velut prioris expositio quædam est, vt idem sit, delectum esse de Libro vitæ, atque cum iustis in illo non esse adscriptum. Credibile enim nõ est, quemquam deleri posse de Libro vitæ, semel in illo conscriptum, eò quòd nemo ex electis perire Deo possit.*

An peccauerit Moses, dum peteret se expungi è Libro vitæ, si peccatum populo remittere nolit. Sunt qui Mosen excusent: imò summis etiam laudibus, propter summam in populum suum dilectionem, euehunt, ac nobis etiam hîc imitandum proponũt. Verùm reprehensio Dei satis arguit, imprudenter hæc à Mose dicta esse. Etsi enim fratrum commodum & salus quærenda nobis est, non tamen cum animarum nostrarum iactura, & contra æternam Dei voluntatem, idipsum quærere ac desiderare debemus.

De Vltione Dei.

LOCI sex.

- Quid *sit: qua videlicet quis propter peccatum à Deo punitur.*
- Cuius *sit Vlciſci: Dei in primis, Deut.32.d.41.35. Rom.12.d.19. Propterea Psal.94.a.1. Deus Vltionum vocatur. Item eorum, qui Dij in Scripturis appellantur, Psal.82.a.6. eò quòd sunt Ministri Dei, cuius maiestatem & potestatem in terris referunt, Rom.13.a.1. vt sunt Magistratus. Vide Psal.18.g.48. Deus qui dedit mihi vindictam.*
- Quæ *sint præcipuæ diuinæ Vltionis ſpecies:*
  - Deſtructio *potestatis nocendi hostium, Psal.55.c.10. Disperde illos, diuide linguam eorum, qua videlicet sese in malitiæ studio contra innocentes iuuabant.*
  - Pauor: *Nihil enim potest homini accidere tristius & acerbius, quàm plenus cordis pauor: cordis scilicet peccati conscientia victi & expressi. Id quod in illis videmus, quibus propter commissa flagitia moriendum est. Quid igitur accidet illis, qui conscientia iudicio Dei victa, morte æternam præ oculis videbunt? Vnde & Apostolus Rom. 2.a.2. minatur impijs iram & indignationem Dei, & simul tristitiam & angustiam. Vide & Sapien.5.a.2.*
  - Gladius, Fames, Peſtis, Beſtiæ. } De *quibus Leuit.26.c.16. Deut.28.b.15.*
  - Auferri *impios è medio, atq; eo modo, vt conspicuum sit omnibus iusto Dei iudicio auferri. Psal.55.c.16. Irruat super eos mors, &c. Quia scilicet digni sunt, qui pereant.*
  - Inundatio *aquarum, Genes.7.c.18.*
- Quę *sint signa Vltionis diuinæ. Si*
  - Iuuentus *atteratur,* Virgines *nuptijs priuentur.* } De *quibus Psal.78.d.63.*
  - Iusti *è medio auferantur, Esaiæ 57.a.1.*
  - Verbum *auferatur, Prouerb.29.c.18. Cùm deest prophetia, dissipatur populus.*
- Vltio *Dei cuius rei nos admoneat. Admonet*
  - Ne *præpostera securitate nos ipsos seducamus, quasi nihil sit periculi, si Deum peccatis nostris irritemus.*
  - Cauenda *esse ea potissimùm crimina, quæ gladium Vltorem merentur, vt idolatriam, scortationem, sanguinis innoxij effusionem, &c.*
- Cur *Deo vltio permittenda. Quia*
  - Solus *ita iustus est, vt in ipsum nemo queat animaduertere: ipse verò in omnes. Nihil enim in illo mali est, quod vindictam promereatur: inest verò plurimùm mortalibus omnibus.*
  - Non *est inordinatis affectibus, perinde ac mortales, obnoxius, quibus ad vindicãdum propendemus, non vt iustitiam læsam, sed vt nos ipsos vindicemus. Neque enim ideò vlciſci cupimus quòd peccatum est, sed quòd nos læsi sumus.*

Tertius

Tertius ordo de Deo: de immensis nimirum Dei beneficiis in homines: ac primùm de Legibus in genere.

TABVLA I.

Loci duo.

- Quid *sit*: *Est enim Lex ratio, norma & sententia, autoritate & iustitia pollens, qua quæ seruanda præstandaque sint, præcipiuntur, & quæ vitanda, prohibentur.*
- Quotuplex. *Alia est lex*
  - Naturæ. *Hic disce,*
    - Quid *sit lex naturæ: Lumen ac dictamen rationis, quo inter bonum ac malum discernimus.*
    - Excludi *hîc omnia illa, quæ non sunt à Deo, sed à Satana corruptionis nostræ autore.*
    - Distinguendum *esse inter naturales affectus, siue integros, siue corruptos, & inter iudicia rationis: affectus enim ad legem naturæ non pertinent.*
    - Iudicia *rationis, quibus lex ista constat, duplicis generis esse. Primum genus, religionem: alterum, conuictum humanum concernit. Religionem, vt esse numen aliquod, & hoc esse colendum, timendum, &c. Conuictum humanum, vt non esse faciendum alijs, quod tibi fieri nolis, &c.*
    - Ex *hac lege prodijsse leges Gentium & constitutiones. Homines enim sapientes ex primis illis communibus sententijs, hominum mentibus inscriptis, diligenti consideratione concluserunt ea particulariter & specialiter, quæ conuictum humanum in tranquillitate & æquitate retinere queant, atque ita leges ciuiles alias atq; alias, pro circumstantijs personarum, rerum, locorum, & temporum constituerunt.*
    - Ex *hac lege prodire communem & vulgarem æquitatem in cordibus mortalium, quod homines & agrestes de rebus humanis iudicia proferant, omnium æquissima.*
    - Hanc *legẽ naturæ à Deo esse inditã, quia*
      - Bona *est, & bona probat, mala damnat.*
      - Nullis *artibus ac disciplina acquiritur, sed naturaliter ingeneratur.*
      - Legis *huius iudicia optimè cum scripta Lege consentiunt.*
  - Verbo *sine literis expressa, vt lex*
    - Fructificationis, *multiplicationis, dominij & victus, Genes. 1. d. 28.*
    - Paradysi *de ligno vetito, Genes. 2. c. 16.*
    - Coniugij, *Genes. 2. d. 22.*
    - Viri & *mulieris post peccatũ lata: Viri, vt laborando & se & familiam suam alat: mulieris, vt viro obediat.*
    - Restaurationis *lata post diluuium, Genes. 9. a. 1.*
  - Scripta, *quã Deus Israeli per Mosen tulit: hæc diuiditur in*
    - Præcepta *moralia, quibus animi hominum ad affectus & mores pios instituuntur.*
    - Præcepta *iudicialia, quorũ alia pertinẽt ad*
      - Iudices, *vt ne*
        - Sequantur *turbam ad faciendum malum.*
        - Acquiescant *sententiæ plurimorum.*
        - Munera *accipiant.*
        - Insontem *occidant, &c.*
      - Populum, *horum alia pertinent ad*
        - Componendas *causas, vt de*
          - Emtione *serui Hebræi.*
          - Filia *in famulam vendita, & cæteris, quæ Exodi 21. a. 1. statuũtur. Item Leuit. 18. 25. Numer. 27. 31. 35. 36. Deuter. 17. 19. 21. 23. 24. 25. leguntur.*
        - Castigationes *delictorum, vt quæ Exodi 21. 12. 22. a. 1. Leuit. 19. b. 9. Numer. 35. c. 22. Deut. 19. a. 5. 25. a. 2. leguntur.*
        - Pœnas *capitales, vt Exodi 21, 22. Leuit. 20, 21. Deut. 13. 17. 18. 21. 22.*
    - Ceremonialia, *de quibus in sequenti Tabula.*
  - Spiritus, *cùm lex Spiritu Dei non in Tabulas lapideas, sed in cordibus electorum indita, seu est ipse animi actus & impulsus ad credendum cœlesti gratiæ, ad diligẽdum, ad sperandum, ad faciendum, ad ferendum pro voluntate Dei quidquid. In summa, ad viuendum in Christo.*

De Legibus in genere, de Præceptis videlicet moralibus & ceremonialibus.

TABVLA II.

- Loci duo.
  - Præcepta *moralia, quæ expositionis gratia hinc inde sparsim sunt literis Mosaicis inserta: alia pertinēt ad*
    - Religionem, *vt*
      - Non *esse augurandum,*
      - Non *esse somnia obseruanda,*
      - Non *esse declinandum ad Magos,*
      - } Leuit.19.d.26.31.
      - Non *esse societatem ineundam cum infidelibus, Deut.7.a.2.*
      - Timendum *esse Dominum, illiq; soli seruiendum, ac per nomen eius iurandum, Deut.6.a.2.*
    - Sanctificationem *vitæ nostræ, quod Deut.23.c.17. Scortatio & viris & mulieribus fugienda præcipitur.*
    - Dilectionem *proximi, vt*
      - Non *odiendos esse peregrinos, Exodi 22.c.21. 23.a.9. Leuit.19.d.33.*
      - Pecuniam *mutuo datam, non onerandam esse vsura, nec improbè extorquendam, Exodi 22.d.25.*
      - Vestimentum *pignoris loco acceptū ante Solis occasum reddendum, Exodi 22.d.26.*
      - Principibus *populi non maledicendum, ibid.*
      - Mercedem *operarij non esse retinendam vsque manè, Leuit.19.c.13.*
      - Surdo *nō esse maledicendū, nec offendiculū ante faciē cæci ponendum.*
      - Fratrem *non esse in corde odiendum, sed palàm arguendum.*
      - Vltionem *non esse quærendam.*
      - Coram *cano capite assurgendum.*
      - Ponderibus, *mensuris, ac modijs nihil esse deterendum.*
      - Vsuram *à fratre non esse accipiendam.*
      - Rem *fratris perditam, domino suo restituendam.*
      - Molam *pro pignore non esse accipiendam, Deut.24.a.6.*
      - Quod *in messe vel vindemia neglectum est, non esse recolligendum, sed pauperibus relinquendum.*
    - Iumēta & bestias, *vt*
      - Asinum *vel bouem inimici, vel errantem, vel periclitantem, iuuandum esse, ac reducendum, Exodi 23.a.4.*
      - Os *bouis triturantis non esse obligandum, Deut.25.a.4.*
      - Inuento *auicularum nido non esse matrem cum pullis auferendam, Deut.22.a.6.*
      - Hœdum *in lacte matris non esse coquendum, Exodi 23.c.19.*
    - Terræ *crescentia, vt Deut.20.c.19. Non succides arbores, de quibus edi potest.*
  - Ceremonialia *præcepta vel sunt*
    - Personalia, *personas sūmi Sacerdotis, ac reliquorum concernentia, vt sunt, de*
      - Consecratione, *oblatione, & obseruātia Sacerdotum, Exodi 29.a.2.*
      - Vino *prohibito Tabernaculum ex ordine ingressuris, Leuit.10.c.9.*
      - Ingressu *Pontificis in Sanctuarium, Leuit.16.a.2.*
      - Purificatione, *oblatione, & ætate Leuitarum, Numer.8.*
      - Ordine *& officijs Aaronis, & filiorum eius, Numer.18.*
      - Partibus *Pontificis & Leuitarum, Numer.31.*
      - Sorte *Leuitarum, Deut.18. & quæ Leuit.21. leguntur.*
    - Tabernacularia, *vt de*
      - Sanctuario, Altaribus, Lucernis, Igne,
      - Panibus *propositionis,*
      - Arca, Mensa, Candelabro, Operimētis, Parietibus, Basibus,
      - Columnis *Tabernaculi,*
      - Oleo *lucernæ,*
      - Labio *æneo,*
      - Tubis *argenteis.*
    - Sacrificatoria, *vt de*
      - Ritu *holocaustorum,*
      - Oblatione *sacrificiorum,*
      - Simila, Sale,
      - Primitiis *torrefaciendis,*
      - Lege *singulorum sacrificiorum,*
      - Mundis *& immundis,*
      - Decimis *& donarijs Domini, Numer.3.*
    - Purificatoria *quibusdam immundicijs deputata, vt de*
      - Puerperis,
      - Lepra,
      - Fluxu *sanguinis, Leuit.14 15.*
      - Contactu *cadaueris, & de eo qui moritur in Tabernaculo, Numer. 19.c.11*
    - Expiatoria, Sanctificatoria, *& seq. Vide literam A.*

A. Expiatoria, *vt de Expiatione Sanctuarij, de festo Expiationis, Leuit.16. de Expiatione peccati per negligentiam admissi, Numer.15.*
Sanctificatoria, *quæ pertinent ad sanctificationes personarum, locorum, vasorum thymiamatis, primitiuorum, primogenitorum, &c.*
Temporaria, *vt quæ ad Festos & solennes dies pertinent, vt quæ leguntur de obseruantia Sabbati, & solennitatibus anni.*
Vestiaria, *vt quæ leguntur de vestibus summi Sacerdotis, & filiorum eius, Exodi 28.39. &c.*
Cibaria, *quæ præcipiunt de Cibis, vt Leuit.22. de Sanctificatorum esu, Deut.12. de Sanguine non edendo, Deut.15. de Animalibus esu immundis, vel mundis, Deuter.14.*
Sacramentaria, *vt Circumcisio & Pesah, quæ vniuersum populum concernunt.*

De Legibus in genere.

TABVLA III.

Quibus *data sit Lex: Hominibus videlicet, qui vel non intelligunt, quæ facienda sunt, & quæ vitanda: vel etiamsi intelligant, sic animati non sunt, vt illis delectentur, & præstandis ex animo studeant. Non autem negari potest, subesse eum Legislatori suo, cui autoritate ac potestate superiori, quid facere, quidq; vitare debeat, lege præscribitur.*

A quo *danda sit Lex: A Deo. Hic enim verus & communis omnium Legislator est, in quo concurrunt Maiestas vera, Potentia, Sapientia, Iustitia, Bonitas, & Veritas: idque non temporaria, sed æterna: nec mensurata & imperfecta, sed plena & perfecta, cuius voluntas sit fons quidam omnium earum Legum, quibus non solum humanum genus, sed & cuncta, quæ in cœlo sunt & in terra, reguntur, & conseruantur. Hæc verò non licet vlli adscribere creaturæ. Est enim omnis creatura propter imperfectionem isti æternæ Legi obnoxia. Necesse est itaque vt solum Deum constituamus, verum, vnicum, & solum perfectum Legislatorem. Huic enim obstricta sunt omnia, cùm propter autoritatem Maiestatis infinitæ, tum propter perfectam sapientiam, iustitiam, æquitatem & bonitatem. Deinde propter necessariam essentiæ ab illo acceptæ conseruationem. Nequit enim consistere quicquid ab hac æterna & vera Lege abalienatur. Quicquid igitur Legum est, recta ratione, æquitate & autoritate præditarum, ex hoc veluti fonte promanauit: vnde omnis est sapientia, iustitia, æquitas, & autoritas.*

Loci quatuor. De *infirmitate & inefficacia Legis. Vtrumque enim de ea prædicari potest, cùm quòd sit infirma & inefficax: tum quòd sit firma & efficax, diuersis videlicet respectibus. Iudæi falsa legalis iustitiæ persuasione infecti, faciunt Legem & efficacem & perfectam, ad reddendum hominem iustum & bonum, & beatum. Non obseruant Legem esse Spiritualem, ac non modò manus & ora, quæ faciant & dicant, sed & corda requirere, quæ credant, & diligant, veráque iustitia ac cœlesti sanctimonia perfectè & semper afficiantur. Non obseruant carnis nostræ corruptionem, per quam fit, vt non magis apti simus animo ad veram iustitiam præstandam, quàm corpore sumus ad petendum & contingendum summa cœlorum fastigia. Et quidem Lex bona, sancta, perfecta: verùm aliud est esse bonum, iustum, sanctum, perfectum: & aliud, facere bonum, iustum, &c. Si enim respicias quid efficiat in hominibus carnalibus, ac Spiritu Dei vacuis, summam reperies infirmitatem, & inefficaciam, sic vt nihil minus reddat, quàm bonos, iustos, sanctos, & perfectos. Impeditur enim & inefficax redditur per carnem: id est, per corruptos ac depranatos carnis affectus, per quos fit, vt homo carnalis, peccati mancipium, iustis, sanctis, & bonis mandatis obsequi nequeat. Et ipsa Lex hoc non habet, vt liberet eũ ab ista carnis corruptione, & ex impio faciat pium: detq; aures audiendi, & cor obediendi: quæ virtus non literæ est, sed Spiritus. Et quod de infirmitate Legis dicimus, id etiam in Euangelio locum habet, quatenus chartis inscribitur, & humana voce hominibus Spiritu Dei vacuis, ac dono fidei destitutis, prædicatur. Idq; propter eandem carnis corruptionẽ. Quare & ipsum litera infirma, inefficax, & mortua est, homini animali.*

Quæ sit vis, & efficacia Legis. Ea est duplex:

Propria, q. Adfert *cognitionẽ peccati illius radicalis, quod est in membris nostris. Peccatum enim operis ex lege etiam naturæ & ciuilibus constitutionibus cognosci potest. Facit autem Lex, vt nõ modò intelligam, sed vt cum morsu conscientiæ sentiam & experiar esse in me peccatum.*
Arguit *peccati, maledicit, damnat, sensu peccati & cõdemnationis perculsos, anxios reddit, & gratiæ Dei appetentes, Rom.7.c.13.*

Impropria, quòd Transgressionem *inducit, non suo, sed nostro vitio. Requirit enim obedientiam, & inuenit præuaricationem, quæ ex nobis est.*
Peccatum *in carne nostra latens, excitat, pronocat, & irritat, vt magis quàm antea affectus nostros rapiat, Rom.7.a.7. 1.Cor.15.g.56. Virtus peccati Lex: id est, vis & efficacia. Facit hoc non de suo, sed nostro vitio: qui sic depranati sumus, vt nitamur impensissimè in vetitum.*
Iram *operatur & mortem. Nam iræ Dei nos reddit obnoxios, & reos mortis constituit, Rom.4.b.15. 7.a.4.*

De Legibus in genere.

TABVLA IIII.

- Loci quatuor.
  - Quot modis Lex impleatur.
    - Cùm figuræ & promissiones in Lege, ac Prophetis comprehensæ, in nouo Testamento per aduentum ac dispensationem Christi adimplentur. De hac impletione Legis loquitur Christus Lucæ 24.g.44. Quòd necesse sit impleri omnia, quæ scripta sunt in Lege Mosis, &c. Ergo nouum Testamentum in Christo & Legis est, & Prophetarum adimpletio. Primarium opus Legis, est Christi dispensatio, cuius gratia Christus finis Legis dicitur. Adimpleta hæc est per incarnationem, mortem, resurrectionem, ascensionem, Spiritus Sancti missionem. Restant adhuc quædam adimplenda, vt conuersio Israel à Mose, Deut. 4.g.40. prædicta, resurrectio mortuorum, iudicium mundi.
    - Docendo & viuendo, quemadmodum docendo & viuendo soluitur. Docendo, quando rectè populo exponitur, secundùm germanum illius Spiritum, & sensum. Viuendo impletur, quando ea seruantur communiter, quæ communiter sunt præstanda. Deinde quando seruantur priuatim, quæ vnumquemque priuatim concernunt. Quædam enim separatim ad separatos pertinent. Nemo Legem adimplet faciendo quod ad se pertinet.
    - Si temporum ratio habeatur. Multa enim sunt in Lege præcepta, quæ certis sunt temporibus alligata, extra quæ solui possunt, adimpleri non possunt, vt dispositio illa Dei, qua cursus Legis Dei, ac Prophetarum, Sabbati, Circumcisionis, Paschatis, Ciborum legalium, Sacrificiorum, &c. vsque ad noui Testamenti lucem & veritatem determinatus est. Quòd si quis determinationem temporis à Deo dispositam negligere, & vmbras veteris Testamenti cum luce noui Testamenti obseruatione præpostera miscere, atq; ita diem cum nocte confundere voluerit, præuaricatorem se Legis, non impletorem constituet, id quod nonnulli hodie facere tentant.
    - Si localis determinationis habeatur ratio. Quæ enim certis locis sunt affixa, alibi impleri non possunt.
    - Si non in vno tantùm, sed in omnibus præceptis impleatur. Non enim potest seruari in vno tantùm & altero præcepto, cæteris neglectis. Potest, qui parentes honorat, colere Deos alienos, &c.
    - Si non opere tantùm fiat, quod Lex requirit, sed corde etiam & Spiritu, sicut & Lex Spiritualis est, &c.
  - Quis possit Legem implere. Legem perfectè solus Christus adimpleuit. Adimplent Legem etiam Christiani perfectè in Christo, imperfectè in seipsis. Implent autem credendo, diligendo. At nec fides, nec dilectio perfecta est. Consequitur ergo neminem implere Legem perfectè ex omnibus in vniuersum mortalibus, vno demto Christo. Qui carnalis est, Legem Spiritualem implere non potest.
  - Quis sit vsus Legis Mosaicæ. fol. 78.
    - Moralis,
      - Docet quid sit iustum, & quid iniustum.
      - Mandat, atque mandando vrget ad obedientiã diuinæ voluntati ex animo præstandam.
      - Contestatur conscientias nostras cõtra inobedientiam impiorum, vnde & testimonium vocatur.
      - Monstrat quales esse debeamus, & quales simus.
    - Iudicialis, est bonum, seruandæ pacis publicæ, vt reprimantur iurgia, contentiones, furta, rapinæ, cædes, adulteria, &c. quibus pax publica turbari solet.
    - Ceremonialis, vt
      - Esset quarundam rerum memoria, vt Pesah, sanctificatio primogenitorum.
      - Populus institueretur in pietate diuini cultus. Huc faciebant sacrificia.
      - Ad gratitudinem populus assuefieret. Huc faciebant oblationes, primitiæ, decimæ, &c.
      - Admoneretur populus puritatis vitæ. Huc faciebant purificationes, &c.
      - Sensu peccati, & desiderio gratiæ Dei exerceretur. Huc faciebant sacrificia pro peccatis.
      - Mutua charitas aleretur. Huc faciebant epulæ hostiarum, &c.
  - De Legis abrogatione, & seq. Vide literam A.

A.
De *Legis abrogatione. Hîc discę,*

- Legem *Mosi fuisse abrogandam, Hierem.31.c.33.* vbi pactum pro lege accipitur.
- Abrogationem *Legis futuram per aduentum Messiæ. Nam Psal.110.a.4. Alius Sacerdos promissus est, qui non sit secundùm ordinem Aaron, sed Melchisedech. Translatione autem Sacerdotij prædicta, simul & Legis est prædicta translatio.*
- Quatenus *Lex est abrogata. Quatenus Moses cessit Christo: quatenus* verbum montis Sinai cessit verbo, *quod prodijt ex Sion.*
- An *tota Lex sit abrogata. De iudicialibus & ceremonialibus nulla quæstio est. Moralia verò si iustificare possunt, si iram non operantur, si non sunt virtus peccati, si non sunt litera occidens, si non reddunt eos, qui sub Lege sunt maledicto obnoxios, necesse est vt maneant. Si verò infirma sunt, maledictionem & mortem operantur: Christus verò per Legem Spiritus vitæ, credentes in se liberauit à lege literæ, & maledicto, &c. vtique abrogata sunt & ipsa.*

De Legibus in genere.

TABVLA V.


Dvo nobis in verbo reuelantur.

- Credenda, *vt sunt Fidei articuli in vtroque Testamento propositi.*
- Facienda, *vt sunt leges*
  - Morales, *seu Leges decalogi, quæ sunt immutabiles.*
  - Iudiciales, *q̃ sunt aut*
    - Veteris *Testamenti.*
    - Noui *Testamenti, quæ sunt Leges iustitiæ, aut decori.*

Hæ *Leges diuersis modis se habent in vtroque Testamento. In veteri quidem Deus speciali verbo sanciuit leges iudiciorum de rebus ciuilibus, quarum legum obseruatio, vt fuit tunc immediatè obedientia erga Deum, ita ipsa opera fuerunt cultus in credentibus. In nouo Testamento, in quo Ecclesia sponsa est inter cæteras Gentes, & desijt iam causa politiæ Iudaicæ, reliquit Deus iudicia de rebus corporalibus, politicis Magistratibus, quorum legibus rationi consentientibus, & nõ pugnantibus cum verbo subiacent corpora, & res Christianorum. Et quia vult obediri Magistratibus, significat hanc quoque obedientiam erga leges humanas fieri cultus in credentibus. Sunt enim obedientiæ erga Deum, scilicet mediatè propter mandatum eius generale.*


  - Ceremoniales, *q̃ sunt aut*
    - Veteris *Testamenti, de quibus Deus speciali verbo præcepit.*
    - Noui *Testamenti, quæ sunt aut*
      - Diuinę, *vt sunt*
        - Tractatio *verbi*
          - Publica,
          - Priuata.
        - Administratio *Sacramentorum,*
          - Baptismi,
          - Cœnæ *Domini.*
        - Potestas *clauium.*
      - Humanæ, *quæ quidem piæ sunt. Cùm enim Christus velit esse cœtus docentium, ac discentium in Ecclesia, ad hos regendos alijs insuper ceremonijs opus est. Ideò suarum traditionum, item operum et cultuũ à Deo mandatorum circumstantias ipsi Ecclesiæ reliquit ordinandas, aut illis, quibus Ecclesia vicẽ suam demandauit: id est, verbi Ministris. Debetq́ hæc circumstantiarum ordinatio ad hunc finem referri, vt omnia fiant honestè, & decenter in Ecclesia: id est, vt seruiant ministerio & cultibus à Domino institutis. Hîc discę, Magistratum habere plenariam potestatem ex verbo Dei constituendi, de disciplina & ordine politico, etiam non requisito inferiorum consensu. Episcopi verò nõ possunt, nec debent obtrudere suas ordinationes, inuitis Ecclesijs, propter libertatem è Christo ipsis donatã: Pretio empti estis, nolite fieri serui hominũ. Propter hanc libertatem probabilis omissio ceremoniarum facta, sine contemtu ordinis, & sine scandalo, nec crimen habet coram Deo, nec pœnam meretur coram Ecclesia: sed violatio decori in politicis, quæ habet causam probabilem, etsi nõ polluat conscientiam, tamen coram Magistratu sese non excusat, quin puniatur.*

De Legibus moralibus, seu Decalogo.



De Le-

De Legibus iudicialibus Mosis.



- *A.* Res, *quæ sunt vel*
  - Sacræ. *Huc pertinent leges de*
    - Ædificiis *sacris, Exodi* 30. 4. *Reg.* 12.
    - Templis, *aris, statuis & imaginibus Gentium subuertendis, Exodi* 34. *Leuit.* 19.
    - Non *plantandis lucis iuxta Aram Domini, Deut.* 16.
    - Stipendiis *Sacerdotum.*
    - Non *alienandis rebus Deo consecratis, Leuit.* 27.
  - Ciuiles. *Huc pertinēt leges de*
    - Nuptiis *& gradibus consanguinitatis, Leuit.* 18.
    - Adeundis *hæreditatibus & successione bonorum, Numer.* 27.
    - Suscitando *fratris semine, Numer.* 36. *Deut.* 25.
    - Diuortio, *Deut.* 24.
    - Rerum *diuisione, Num.* 32. 33. 34.
    - Emtione *& venditione, Leuit.* 25.
    - Depositо, *Exodi* 22.
    - Dando *mutuo, Deut.* 15. *Exodi* 22.
    - Vsuris, *Deut.* 23. Pignore, *Exodi* 22.
    - Ablatorum *restitutione, Exodi* 22.
    - Non *retinenda mercede laboris, Deut.* 24.
  - Militares. *Huc pertinent leges de bello suscipiendo, gerendo & deponendo, Deut.* 20. 23. *&c.*

De Legibus cæremonialibus Mosis.

- LEGES cæremoniales præcipiunt de
  - Quæ *fuerit origo Sacerdotij. Origo Sacerdotij in veteri populo ad ipsa se extendit rerum exordia. Tradunt enim primogenitos in qualibet familia fuisse Sacerdotes. Leuitæ autem postea pro Rubenis in locum primogenitorū vniuersi seminis Israel repositi sunt. Ruben enim primogenitus Iacob infando flagitio, de quo Genes. 35. d. 22. ius suum amisit, cui tandem Leui successit. de quo vide Numer. 3. a. 6. Id quod postea singulari signo confirmatum est. de quo Numer. 16. d. 36. 8. a. 3. Nam & Aaron Leuita erat, Exodi* 4. *c.* 14.
  - Quis *ordo, gradus, & quæ partes fuerint Sacerdotum. Vide Num.* 3. *Erant enim Præsides, seu summi Pontifices: erant & vulgares Sacerdotes.*
  - Quales *ex Leuitis eligēdi, qui repellendi. Non enim omnes Leuitæ in ministerium assumebantur: sed idonei, vocati & electi. de quo vide Leuit.* 21. 22. *Num.* 8.
  - Personis *sacris: i. Sacerdotibus. Hîc discе,*
    - Qua *ætate eligebantur ad ministerium. à* 25. *anno ad* 50. *annum, Numer.* 8. *d.* 25.
    - Quo *ritu consecrabantur, Leuit.* 8. *Num.* 8. *a.* 7. *Exodi* 29.
    - Quo *vestitu in ministerio, & seq. Vide literam A.*
    - Quæ *Sacerdotum officia.*
      - Docere, Benedicere, *Numer.* 6. *c.* 14.
      - Sacrificare,
      - Portare *Tabernaculum, & vasa Domini, Numer* 3. *c.* 8.
      - Tubis *clangere, Num.* 10. *c.* 8.
      - Interesse *bello, Deut.* 20. *a.* 2.
      - Iudicare, *Deut.* 17. *c.* 9. *Leuit.* 13. 14.
      - Non *bibere vinum, quando ingrediuntur Tabernaculum, Leuitici* 10. *c.* 9. *Ezech.* 44. *d.* 21.
    - Quæ *fuerint habitationes & vectigalia Sacerdotum, Numer.* 18. *d.* 26. *Leuit. Vt Deut.* 18. *a.* 1. *Ezech.* 44. *d.* 28.
  - Loco *sacro, sacris rebus destinato, vt Tabernaculo & Templo Solomonis. Huc pertinent leges de*
    - Sanctuario, Altaribus,
    - Lucernis, Igne,
    - Panibus *propositionis,*
    - Arca, Mensa, Candelabro,
    - Operimentis, Basibus,
    - Parietibus, Labio *æneo,*
    - Tubis *argenteis.*
  - Tempore *sacro, seu feriis. De his vide alibi.*
  - Rebus *sacris: id est,*
    - Sacramentis,
      - Circumcisione,
      - Agno *Paschali.*
    - Sacrificiis, *quorum alia erant*
      - Holocausta,
      - Cibaria,
      - Piacularia,
      - Gratulatoria,
      - Votiua.

      Huc *pertinent leges de*
      - Ritu *sacrificij.*
      - Simila, *sale, thure, oleo, vino, primitijs mūdis & immūdis.*
      - Expiatione *Sanctuarij.*
      - Sanctificatione *personarum, locorum, vasorum, primogenitorum, &c.*

A.
Quo vestitu in ministerio vtebantur. Extra ministerium, politico, Ezech. 44.c.17. In ministerio verò sacro & ceremoniali. De quo Exodi 28.39. Sunt autem vestes quædam

- Cõmunes Sacerdotũ, ac Pontificis, vt
  - Fœminalia linea, quæ vsque ad genua & poplites veniunt.
  - Tunica stricta, quæ feminalibus inducebatur duplici syndone.
  - Zona, cingulum, vel baltheus, qui adstringebat tunicam illam, contextus pur pura, bysso, hyacinthoq́, dependens ad crura.
  - Tiara, pileolum rotundum, quod caput obtexit ad aures vsque.
  - Ephod, pallium ex lino, quo & Dauid indutus erat, cũ saltaret ante Arcam, 2. Reg. 6.c.14.
- Speciales, Summi Pontificis tantum, vt
  - Mugil, tunica talaris sinuosa, hyacinthina, à collo demissa in solum, ad pedes, concluſa ex omni parte, infernè ex limbis eius dependebant septuaginta duo tintinnabula, & totidem mala punica, Exodi 26.a.4. Eccles. 45.b.10.
  - Ephod humerale, vel pectorale ex auro, purpura, & bysso, quod contegebat pectus, scapulas, & infra axillas, vtrunq; latus. In vtroq; humero singuli hærebant Onychini gemmæ preciosæ, quibus nomina filiorũ Israel erãt insculpta.
  - Rationale, Hosen, Pectorale iudicij ex auro, purpura, bysso, cui intexti erant lapides, seu gemmæ splendentes, per quatuor ordines collocati.
  - Lamina aurea, acuminata, constricta ad pileolum illum lineum in fronte, quo pileo & alij Sacerdotes vtebantur.

De Cęremoniis in genere.

Quid sint cæremoniæ. Omnes videlicet ritus in ipso Dei cultu obseruati, à Cærete oppido dictæ, vt placet Valerio Maximo, & Liuio lib. 5. Alij à carendo dictas putant, quòd homines in profano vsu illis careant, in sacris tantùm rebus illis vtentes.

Loci duo.

- Diuinæ, q̃ vel immediatè, vel mediatè ab ipso Domino institutæ sunt.
  - Legales, de quarũ discrimine vide in Tabula 2. de Legibus. Hic disce,
    - Cur Deus, cũ Spiritus sit, tot cæremonias externas olim tradiderit. Non propter se, sed propter rudẽ populum, vt hac ratione puerilem populum ad cultum spiritualem assuefaceret: videlicet, timorem Dei, fidem, obedientiam, &c. Elegit enim Deus aliquem certum populum, in quo se ac voluntatem suam mundo ostenderet, cui verbum suum traderet, vbi Christus nasceretur, & vbi extarent testimonia de nato Christo, Rom. 3. & 9. Ergo Deus quandam politiam & corporale regnum vsq; ad aduentum Christi constituit, & ab alijs Gentibus discerni posse voluit: ideò peculiares illi ritus tribuit, (neq; enim politia potest esse sine multis legibus) qui tamen Christi aduentu abrogati sunt.
    - Quæ in cæremonijs veteribus obseruanda. Primùm veritas, cui annexa est efficacia: deinde externus vsus, in quo illæ per Christum abrogatæ sunt.
    - Quis sit scopus cæremoniarum legalium. Christus videlicet, qui Legis finis est, & complementum.
    - Quis sit verus vsus legalium cæremoniarum. Institutæ sunt ad hunc vsum, vt essent fidelium tantùm adminicula, quibus pro sua infirmitate se exercerent, non vt Dei cultum in cæremonijs propriè constituerent.
  - Euangelicæ, quarũ aliæ institutæ sunt
    - A Christo, vt Baptismus & Cœna Domini.
    - Ab Apostolis, & hæ vel
      - Scriptæ, vt
        - Vna die Sabbati collectas fieri, 1. Cor. vlt. a. 2.
        - Virũ capite nudo, mulierẽ velato orare, 1. Cor. 11. a. 7.
        - In Cœna Dñi alios etiã expectandos esse, 1. Cor. 11. d. 33.
        - Mulierem tacere in Ecclesia, 1. Tim. 2. d. 22.
        - Non esse in Ecclesia lingua ignota loquendum, 1. Cor. 14. d. 34.
      - Non scriptæ. Non enim negandum est, quin aliquæ fuerint Apostolorum traditiones non scriptæ: sed eas non concedemus fuisse doctrinæ partes, nec de rebus ad salutẽ necessarijs, sed quæ pertinerẽt ad ordinem. Scimus enim vnicuiq; Ecclesiæ liberũ esse politiæ formam instituere, sibi aptam & vtilem. Non possumus autẽ certò statuere, quinam ritus Ecclesiæ Apostolica autoritate traditi sint, sine scripto. Quare sine illorum scriptis de illis iudicare non possumus.
    - A Presbyteris Ecclesiæ, vt sunt
      - Dies precationum, Iudicia Ecclesiastica,
      - Certi conuentus Ecclesiastici.
      - Ordo videlicet
        - Baptizãdi, Administrandi cœnã,
        - Nuptiis benedicendi,
        - Mortuos sepeliendi,
        - Psallendi, Catechizandi.
- Quotuplices sint cæremoniæ. Aliæ enim sunt
  - Humanæ, & seq. Vide literam A.

A.

Humanæ, *quæ non modò ab hominibus, sed etiam humano sunt consilio traditæ, vel ex instinctu Satanæ, quales sunt nuptiarum & ciborum interdictio, &c. & hæ sunt vel*

- Ethnicæ, *quas Ethnici sine Dei verbo vel vsurpârunt à Patribus, vel instituerunt ipsi. Cæremoniarum enim anima verbum Dei est, & promissio.*
- Papales, *vbi disce,*
  - Pontifices *& Episcopos simplicitate cæremoniarum, quæ Apostolis & pristinæ Ecclesiæ gratissima fuit, non esse contentos, sed cæremonias cæremonijs addidisse, dum mundano splendore eas ornârunt, & spectabiles reddiderunt: adeò, (vt sicut hodiernus dies declarat) & Gentes & Iudæos externi cultus superstitione Christiani vicerint. Quod malum tum potissimùm inualuit, quando relicto verbo Dei mundana sapientia administrari cæpit religio Christi. Nam quotus quisque hodie est, qui spirituali cultu contentus, non affectet externas aliquas cæremonias, quibus Deum colat? Cùm tamen Christiana religio pro multis signis, quibus verus cultus constabat, à Christo acceperit pauca, eademq; facta facillima, intellectu augustissima, obseruatione castissima. Quid hæc ad insulsas cæremoniarum nugas? Quid ad superstitionem plus quàm Iudaicam? Quid ad Phalaricam tyrannidem, quæ excruciat miseras conscientias? Quid ad tot idolatriæ portenta, quæ in Papatu visuntur?*
  - Non *esse cæremoniarum multitudine Ecclesiam onerandam, fugiendumque esse magnificum illum & Papalem cæremoniarum ac rituum apparatum, ad hoc tantùm compositum, vt stupefaciat imperitos.*

De discrimine Legis moralis, cæremonialis, & iudicialis.

Loci duo.

- Quid *lex moralis, seu decalogus à legibus iudicialibus differat.*
  - Decalogus *omnem æquitatem in omni officiorum genere paucis comprehendit. Iudicialis autem lex eam duntaxat iustitiæ & æquitatis partem sigillatim explicat, quæ in his rebus versatur, de quibus iudicia constituta sunt.*
  - Decalogus, *quia est legis naturalis absolutissima descriptio & disertè in Euangelio confirmatur, omnibus in perpetuum est conscriptus. Leges autem iudiciales ad vnius Reipublicæ rationem fuerunt accommodatæ.*
  - Moralis *lex, seu Decalogus conscientiæ leges imponit. Iudicialis autem (etsi Magistratui non propter iram tantùm, sed propter conscientiam parendum est) tamen conscientiam non simpliciter, sed secundum quid respicit.*
- Quod *sit discrimẽ iudicialis & cæremonialis legis.*
  - Cæremonialis *externum religionis cultum tradit: iudicialis verò partim in diuini cultus externa conseruatione, partim in ciuilibus huius vitæ negotijs versatur.*
  - Cæremoniæ *non propriè vnius gentis, sed vnius temporis fuerunt. Quisquis enim erat veram religionem amplexus, etiamsi Iudæus non esset, nec in Iudæa habitaret, ad Mosis tamen cæremonias obligabatur, veluti ad Circumcisionem, Genesis 17. c. 12. Ad Sabbata obseruanda, Exodi 20. c. 9. Ad ciborum delectum, Exodi 12. c. 15. & cætera huiusmodi, quamdiu quidem Ecclesia sub Legis pædagogia fuit. Hoc autem tempore elapso, Iudæi & cæteri populi, ex quibus constat Ecclesia, ab illarum cæremoniarum iugo absoluti sunt per Christum. Iudiciales autem, contrà, vnius gentis fuerunt, sed non vnius temporis, maxima quidem ex parte. Soli enim Israelitæ, id est, qui in Iudæa habitabant, his legibus vtebantur, & huic vni Reipublicæ erant accommodatæ. Quòd si adhuc consisteret illa Respublica (exceptis quibusdam, quæ ad cæremoniarum violatarum vindicationem pertinebant, quas abrogatas esse nouimus) ijsdem adhuc legibus vteretur, cùm alioquin Euangelium nihil in ipsis immutârit, aut de ipsis detraxerit.*
  - Omnes *partes legis cæremonialis, quod ad externam obseruationem attinet, abrogatæ sunt: iudiciales verò, quia generalem illam æquitatem, quæ vbique valere debet, complectuntur, non sunt abrogatæ, quòd ad substantiam & finem attinet. Vnde pleræque Romanorum leges cum Mosaicis, in pœnis etiam constituendis, similitudinem habent. Ipsum quidem pœnæ genus in arbitrio & libertate optimorum Principum, pro loci, temporis, & personarum exigentia, constitutum est. At in ipso pœnæ modo Lex Dei ad imitandum proponi debet, vt quæ peccata Deus semper puniri iussit, puniantur, nec pœnæ negligantur.*

De Cir-

De Circumcisione.

Quid *sit. Est enim auulsio præputij, vt esset signum in carne, commonefaciens Deo semper obediendum esse, promissionig; de Christo fidendum, certificans iustificationem hominis sola fide constare.*

Quando *data. Cum Abraham ferè centenarius esset, à condito mundo 2050.*

Cur *data. Vt*
- *Abrahamum & posteros eius suæ immundiciei admoneret, ac eos in fœdus esse assumtos, non quia mundi essent, aut cæteris mundiores: sed quòd Deus singulari eos gratia prosequeretur. Quæ munda sunt, Circumcisione, aut ablutione opus non habent.*
- *Declaret, quamuis Deus immundos homines in fœdus assumat, nolle tamen eum, vt immundi maneant, sed vt purgentur. Non enim delectatur immunditia nostra.*

Quorsum *attinebat circumcidere carnem, cùm nec sit in ea immunditia illa, quam detestatur Deus, nec circumcisione carnis quisquam coram Deo repurgetur, quòd illa non faciat ad repurgationem cordis immundi? Respondeo: Circumcisio carnis non est hoc nomine data, vt per illam repurganda esset naturæ nostræ malitia: sed vt internæ repurgationis signum esset, ad quam circumcisi adspirare debebant.*

Cur *Circumcisio in parte seminali fieri debeat.*
- *Vt significaretur puerum peccati & mortis esse reum, quia à mare sit progenitus.*
- *Quia data est in signum repurgandæ immunditiei, non solùm eius, quæ est ex immundo visu, auditu, sermone, tactu: sed cum primis eius, qua tota est humani generis natura ex ipso semine & conceptu contaminata.*
- *Vt omnis impuritatis fœtor abstergatur, & incentiuum libidinis auferatur, libidinis officina amputetur.*
- *Vt sanctè vtere mur generatione, nec has partes contaminemus.*

Cur *omnes masculos Deus circumcidi voluerit. Quia omnes sumus immundi, & purgatione indigemus.*

Cur *voluerit Deus infantes circumcidi, cùm tamen illi nec Deum cognoscere, nec fœderi illius accommodare se possint. Voluit Deus infantes populi sui non ideò circumcidi, vt eo signo in fœdus assumerentur, sed vt tanquam semel per gratiam in vniuersum assumti, fœderisq; consortes vnà cum fideli Abraham facti, signo fœderis perinde ac adulti fideles obsignarentur.*

LOCI duodecim.

Quare *infans octo dierum circumcidebatur.*
- *Vt teneræ ætatis rationem haberet Dominus.*
- *Ne anxij simus propter infantes, qui sine signo fœderis statim post partum ex hac vita auferuntur.*
- *Propter mysterium. Septem enim dies typum habent huius seculi, quod continua septem dierũ reuolutione absoluitur: donec in ista septem dierum reuolutione detinemur, non absoluitur opus regenerationis nostræ, ac plenæ perfectæq; repurgationis, qua ab omni prorsus immunditia liberamur. Vbi octauus dies aderit, seculum videlicet futurũ, tum demũ perfectè circũcidemur: id est, ab omni macula & contagione peccati liberabimur. Huc ptinet & dies octauus, quo Christus resurrexit.*

Quid *significet Circumcisio.*
- *Promissam reconciliationem, propter semen venturum: nam locus admonebat de causa reconciliationis.*
- *Circumcisionẽ cordis spiritualem, seu mortificationẽ, quæ fit cultro legis diuinæ.*
- *Hanc naturã lapsam esse, ac primitiuũ naturæ fructum immundũ esse, ac propterea amputandũ, ne turpiter aliquid perpetretur, ore, manibus, pedibus, labijs, &c.*
- *Religionem veram, ac legem contra carnem & sanguinem semper militare.*
- *Crucem semper portandam esse, qua caro nostra dometur.*
- *Primitias sanguinis nostri ei offerendas esse, qui totum sanguinem suum erat oblaturus in cruce, vbi circumcisio Christi impleta est, sanguine pro omnibus effuso.*

Cur *petrino cultro circumcidebantur infantes. Vt significaretur cultro Legis diuinæ carnem nostram mortificandam esse.*

Cur *non & fœmellæ circumcidi mandantur à Domino. Quia*
- *Placuit Deo hoc Circumcisionis signum, quò circumcideretur organum humani seminis ad innuendam illius impuritatem, & significandum mysterium regenerationis. At organum hoc in masculis est, non in fœmellis.*
- *Propagatio generis nostri est ex masculino semine: vnde & proles ex illo concepta & nata, non ad matrem, sed ad patrem iure originis pertinet. Circumcidebatur igitur præputium organi genitalis, non tàm propterea quòd immundus est masculus ex immundo semine conceptus, & natus, quàm quòd masculus generans, generat fœtum corruptum & immundum.*
- *Circumcisione communis naturæ humanæ contaminatio designatur, quæ non masculos solùm, sed & fœmellas complectitur.*

Quandiu *Circumcisio durare debuerit. Ad Christi vsque aduentum, qui non partem corporis, sed totum circumcidit hominem in veritate. Per Christi igitur Circumcisionem in cruce impletam, completa & abolita est Circumcisio externa, vt si quis iam circumcidatur, non sit Christi membrum censendus. Christus signum destruxit, veritatem induxit. Diutius igitur Circumcisio durare non debuit, quàm gens illa Iudaica sola Ecclesia & populus Dei esset. Vbi vocatio Gentium cœpit, auferendus erat paries ille, quo Israel & reliquæ totius orbis nationes à se inuicem diuidebantur.*

De Sabbato.

- SABBATVM aliud est
  - Legale, vmbratile, elsmẽtarium, pædagogicum. Hic disce,
    - Cur institutum sit:
      - Vt in cœtu sacro sanctificatio propagaretur in omnes.
      - Vt populus intelligeret se electum, vocatumq; à Deo esse, vt veluti vnicũ & sanctũ corpus sub vno principe Deo in pietatis negotio se exerceret.
      - Vt populus in Sabbato, &c. Vide literam A.
      - Vt populus in Sabbato in charitatis operibus sese exerceret. Vult enim Deus per totam septimanam delassata corpora hominum, religioso hoc & necessario otio recreari, ac familiæ, seruis & iumentis omnem præstari humanitatem. Lege Exodi 23.c.12. Deut.5.c.12.
      - Ad spiritualem quietem figurandam, de qua infrà.
    - Cur otium Sabbati præcipiatur. Certè non præcipitur, quia otium per se bonum sit, Deoq; placet, sed propter aliud, nimirum vt cessando à laboribus, totum illud tempus tribueretur contemplationi diuinæ, auditioni verbi, & sanctis exercitijs. Propter hunc finem non obseruatum conqueritur Dominus sæpe per Prophetas, violatum esse Sabbatum. Intelligit enim totam religionem esse prophanatam. Propter hunc finem non obseruatum minæ grauissimæ pronunciantur in verbo Dei, contra profanatores Sabbati. Iudæi enim cæci totam eius obseruantiam collocârunt in externo tantùm otio, nihil curantes religionem, veram fidem & charitatem.
    - Qui sint prophanatores Sabbati.
      - Epicurei & Deum & opera eius contemnentes.
      - Hypocritæ suis meritis sanctimoniam tribuentes.
      - Contemtores cœtus sacri, & eorum, quæ in cœtu fiunt.
      - Auari, qui familiam nuncupant laboribus, etiam die Sabbati, nec permissam à Deo illis quietem concedunt.
      - Qui suos à cœtu sacro abstrahant.
      - Qui à laboribus abstinent, sed non à facinoribus.
      - Qui sese luxu vestium ostentant in Templo. Per tales Satan institutorum Dei æmulus & hostis, eos dies maximè suos facere cupit, quos videt Deo peculiariter consecratos esse.
    - Quid in Sabbato abrogatum: nõ quod perpetuum, sed quod temporarium est, vt sunt
      - Hunc vel illum diem certum sanctificare.
      - Ritus sanctificationis, & sacrificia.
      - Locus, vt Templum Hierosolymitanum, &c.
    - Sabbatum dispensationem interdum admittere: id est, licere pro necessitate corpus curare, mederi, visitare infirmos, ruentem domum fulcris sustentare, fruges perituras curare, &c. Vide legem Constantini in Cod. lib. 3. tit. 12. Omnes Iudices, &c. Ruri autem positi agrorum culturæ liberè inseruiant.
  - Spirituale, allegoricum, vel internum. Hic disce.
    - Quid sit. Est enim quo vetus homo noster cum omnibus actis suis sepelitur, vt nouus homo resurgat, & sua: id est, noua faciat opera. Seu quo cessamus ab omni opere seruili: id est, à peccatis, curantes ne à nobis, & in nobis nostra inueniatur voluntas, neue nostra operemur opera: Sinimus autem Deum sua in nobis operari opera.
    - Sabbatum hoc non esse carnalium, sed spiritualium.
    - Hoc Sabbatum nulli tempori alligatum esse.
  - Cœleste, perfectum & perpetuum, sempiterna requies in Deo, quando carne ac molestijs eius liberati exultamus, & requiescimus in Deo.

A. Vt

A. Vt populus in Sabbato in fide se exerceret: seruiebat enim fidei exercitio Sabbatum multipliciter. Quia

- Admonebatur *populus operum Dei, seu opificij admirãdi, & inculcabatur Deum vniuersorum Dominum esse, conditorem & gubernatorẽ omnium. Hinc verò hæc consequuntur.*
  - Creatorem *cœli esse verum Deum, Deos Gentium falsos esse Deos.*
  - Illius *esse omnia, à quo sunt condita, vt Deo liberam gubernationem permittamus. Non enim poterit à quoquam in ius vocari, etiamsi de suo faciat quidlibet pro arbitrio omnium liberrimo.*
  - Habitare *nos in alieno, & non in proprio, ne quis titulo proprietatis sibi ipsi blandiatur. Omnia enim proprie sunt in potestate Dei, vt optimo iure possit ea nobis auferre, & vel prorsus perdere, vel ad alios transferre.*
  - Viuendum *nobis esse in fide & obseruantia Creatoris nostri, cuius sumus opus, & cuius sunt omnia, in quibus habitamus, & vnde viuimus. Nam qui habitat in alieno fundo, cogitur cognoscere fundi dominum.*
- Admonebatur *populus Sabbati religione beneficiorum, quæ hac nobis septimana præstitit Dominus. Nã Deus est, qui omnia nobis vitæ necessaria suppeditat, sicut & propter hominẽ creauit illa. Hic considera,*
  - Quid *creârit Deus. Omnia scilicet quæ bona sunt.*
    - Vnde *creârit.*
      - *Alia enim creauit ex*
        - Nihilo, *vt* — Cœlum, Terram, Mare.
        - Terra, *vt* — Hominem, Bestias, Plantas, Herbas, *&c.*
        - Aquis, *vt volucres, pisces.*
        - Carne, *vt Euam.*
    - Quomodo: *solo videlicet verbo, non laborando difficulter, nec operam alicuius adhibendo.*
    - Quo *ordine:*
      - Diei *lucem,*
      - Cœlum, Terram,
      - Solem, Lunam, Stellas,
      - Pisces *& volucres,*
      - Quoduis *animal, & homines.*
    - Ad *quid creârit: vt*
      - Essent, *qui diuina bonitate reipsa cognita fruerentur, & maiestatem Dei in sempiternum glorificarent, vt Angeli & homines.*
      - Reliqua *certa simul gloriam Dei illustrarent, & vsibus hominum seruirent.*
- Populus *suæ dignitatis admonebatur, in qua à Deo conditus est, vt eò fortius in Deo, cuius beneficium in creatione, præ cæteris creaturis adeptus sit, confidere disceret.*
- Admonebatur *promissionis Dei de venturo semine Christo, qui opera Satanæ destructurus erat.*
- Sabbatum *hoc vmbra quædam erat perpetui Sabbati, quod nos in Christo per fidẽ consecuturi sumus.*
- Sabbatum *erat symbolum & testimonium sanctificationis: quòd videlicet solus Deus Spiritu suo sanctificat sanctificatos, neque quicquam sit sanctificationis veræ, quod Deus non conferat, ne quis sanctificationem suis operibus, aut meritis tribuat. Atque hîc Deus à sanctificatis per ipsum, studium sanctimoniæ requirit. Vide Exodi 31. c. 13, Ezech. 20. c. 12.*
- In *Sabbato ea exercebantur opera, per quæ homines à Sanctificatore Deo sanctificabantur. Quatuor autem exercebantur in Sabbatis, ad alendam populi fidem, & sanctificationem.*
  - Lectio *& concio sacra.*
  - Oratio *publica, laudes, & gratiarum actiones.*
  - Sacrificia, *quæ erant sanctificationis sacramenta, & conciones de Christo.*
  - Collatio *benigna.*

De Tabernaculo Mosis, Ecclesiæ Christi imagine, de quo Exodi 26.

CVM Israelitis in deserto 40. annis errandũ, & locus subinde mutandus esset, non fuit eis integrum vt in deserto domum fixam & immobilem pro Templo, ac loco sacrorum ædificarent. Quare præcepit eis Dominus per Mosen, vt construerent Tabernaculum, quod de loco in locũ transferri posset: quo etiam pro Templo, non in deserto tantùm, verùm etiam in terra Chanaan tantisper vsi sunt, dum Solomon suum illud memorabile Templum ædificaret. Atq; id Tabernaculum non sine insigni mysterio fuit apud Israelitas. Vt enim vnum fuit Tabernaculum, sed per velum in tres partes diuisum: ita vna tantùm est Ecclesia veterum & nostra: interim tamen in tres partes: id est, in triplicem populum & ritum diuisa. Atrium prior Tabernaculi pars significabat veterũ ac Patriarcharum Ecclesiam, quæ etsi lege scripta caruerit, suos tamen ritus ac sacrificia, quæ de Christo concionabantur, habuit. Nam & atrium Altare holocausti & lauacrũ habebat, quod significauit fuisse apud vetustiores, etiá prædicationem Euangelij de Christo, qui seipsum tanquã holocaustum pro peccatis nostris obtulit in Altari crucis, fuisse etiam illis veram Christianæ purgationis rationem, id quod lauacrum significabat. Secunda Tabernaculi pars Sanctum dicebatur: hæc synagogam significat, in qua offerebatur quotidie. Habet

enim & hæc pars aram, videlicet incensi. Sancta autem dicitur synagoga, propter fœdus, seu testamentum, legem, cultus & promissiones. Nouæ Ecclesiæ faciem refert interior Tabernaculi pars, quæ Sancta Sanctorum, vel Aditum dicebatur. Hæc sine ara fuit: cessarunt enim in Christo omnia Legis sacrificia. Hanc à Sancto velum distinguebat, quod significat eo tempore, quo externũ fuit Tabernaculum, Christum nondum aduenisse, nec Sanctorum viam patefactam esse, vt testatur Epistola ad Hebræos. Postquam autẽ venit Christus, & expiauit morte suâ peccata nostra, tum velum Templi scissum est, & Euangelium sparsum est in totum orbem terrarum, quo via in cœlum ita patefacta est, vt omnibus iam perspicuum sit, IESVM Christum esse iustitiam, & redemtionem nostram: vnde & hæc noua Ecclesia Sancta Sanctorum appellatur. Iam verò quòd quælibet partium sua habuit ornamenta, non citra insigne factum est mysterium. Nos singula pro viribus nostris, iuxta eorum significationem, in Tabula proponemus.

- TRES Tabernaculi Mosaici partes.
  - Atrium, à Sancto diremtum p velũ, quod veterũ Ecclesiam significat. Hic considerandæ,
    - Materia, Forma. *De quibus Exodi 27. b. 9.*
    - Vsus: *in hunc enim vsũ ædificatũ erat, vt hîc reponeretur*
      - Altare æneum holocausti positum iuxta introitum Tabernaculi, quod Christũ & eius sacrificium significat. Hic notãda sũt Altaris
        - Materia: *fuit enim ædificatum ex tabulis ære obductis intus vacuum & inane, vt quoties vsus postularet, terra impleretur, vt est Exodi 20. d. 24. ac super illud holocausta incenderentur, quod significat Christum, quem Altare significabat, assumturum terrenum, seu humanum corpus, quo capax fieret afflictionum & passionum.*
        - Forma: *fuit enim*
          - Quadratum, *quod Christum in quatuor mundi partes diuulgandum esse significabat.*
          - Cornutũ *in quatuor angulis: habuit enim in vno quouis angulo columnulam, quam Scriptura cornu vocat. Hæc Altaris cornua, quæ sacrificij sanguine aspergebantur, significabant virtutem sanguinis Christi spargendam esse in totum terrarum orbem, per prædicationem Euangelij.*
          - Circundatum *cancellis in modum retis æneis, ab inferiori parte vsq; ad dimidiam Altaris altitudinem, vt continerent quatuor annulos æneos in quatuor extremitatibus eius, quibus immissis vectibus Altare de loco in locum transferretur. Cancelli significant studia, ac scholas, quæ circulos ac vectes, id est, Euangelij prædicationem in Ecclesia retinent ac conseruant.*
        - Vsus: *institutum enĩ fuit hoc Altare, vt*
          - Singulis *diebus duo agni in eo offerrentur: alter mane, alter vesperi. de quo Exodi 29. c. 8. & Numer. 23. a. 3. Addebatur autem vnicuique agno mensura similæ, olei ac vini. Hoc agnorum sacrificium de vero agno IESV Christo concionabatur. Panis & vinum Euangelium significant: oleum Spiritum Sanctum, cuius virtute Euangeliũ radices agit in corde, & tàm fidem, quàm fructus fidei profert.*
          - In *eo offerrentur sacrificia consecrationis Sacerdotalis, Sabbatorum, Neomeniarum, Paschæ, Pentecostes, & aliarum id genus solennium festiuitatum. Hæc sacrificia Christi sacrificium præfigurabant.*
        - Instrumenta *Altaris, vt sunt*
          - Ollæ *ad excipiendum cineres holocausti ab Altari.*
          - Palæ, *quibus cinis ab Altari purgabatur.*
          - Pelues, *aut phialæ, quibus excipiebatur cinis ab Altari, & quibus effundebatur in ollas.*

          Significant *hæc Ministros Ecclesiæ, qui diligenti sua opera doctrinæ puritatẽ conseruant.*
      - Lauacrum *inter Tentorium seu Tabernaculum & Altare positum, quod in hunc vsum institutum fuit, vt Sacerdotes sacra facturi lauarent manus, ac pedes suos, ne moriantur. Quod significat, Lauacrum quo solo fideles mundantur, & mortem euadunt, Christum esse, per quem ad fideles Dei gratia peruenit. Significat & hoc quàm puro corde, oculo, mente, & intentione sacra nobis tractanda sint. de hoc Exodi 30. c. 21. & 40. d. 31.*
  - Sanctum *ad Orientem, &c. Vide literam A.*
  - Sancta *Sanctorum, &c. Vide literam B.*

A. Sanctum ad Orientē, commune Sacerdotibus, quod ſynagogam ſignificat, vbi conſiderandū

- Materia, Forma. *De quibus Exodi 26. d. 33.*
- Vſus, vt videlicet in locū hunc reponerētur
  - Altare incēſi aureū. Hic conſiderentur
    - Materia: *conſtabat enim ex lignis Sethim, & auro obducebatur. Fertur autem materiam horum lignorum eiuſmodi fuiſſe, vt non potuerit putredine violari. Quod ſignificat Chriſtum in morte non manſurum eſſe, ſed ſua reſurrectione ſe Dei Filium, ac Eccleſiæ Regem, quod per aurum ſignificatur, demonſtraturum.*
    - Forma, *de quibus Exodi 30. a. 1.*
    - Vſus, vt
      - Sacerdotes *adolerent in ea incenſum ſingulis diebus manè & veſperi: incenſum, orationem ſignificat: carbones, ſunt fides, qua oratio ita inflammatur, vt fumus eius nubes penetret. Quòd ſingulis diebus incenſum oblatum eſt, ſignificat ſine intermiſſione orandum eſſe.*
      - Summus *Sacerdos ſemel tantùm in anno: videlicet in feſto Expiationis: de quo Leuit. 16. c. 18. Sanguinem vituli & hirci ponat ſuper cornua eius. Quod ſignificat ipſum orationis opus per ſe non expiare peccata noſtra, ſed valere tantùm propter Chriſtum, qui per proprium ſanguinem ingreſſus eſt ſemel in Sancta.*
      - In *hoc tantùm Altari incenſum inſtitueretur. Quod ſignificat orationem non niſi propter Chriſtum exaudiri & valere.*
      - Soli *Sacerdotes in hoc Altari adolerent. Quod ſignificat incredulorum orationem Deo non eſſe acceptam.*
  - Menſa Propoſitionum, vbi conſiderandum
    - Materia, Forma. *De quibus Exodi 25.*
    - Vſus: inſtituta enī fuit, vt
      - Super *eam ponerentur duodecim panes, qui panes Propoſitionum, ſeu Facierum vocantur. Iam vt menſa Chriſtum, ita & panes prædicationem Euangelij de Chriſto ſignificant. Vt ſemper panes in menſa propoſiti fuerunt, ſubinde tamen ſingulis Sabbatis commutati ſunt: ita ſemper quidem idem Euangelium vrgendum eſt, ſed cùm varietas delectet, idem Euangelium variis modis, figuris, & rationibus dicendi, explicandum, ac illuſtrandum eſt.*
      - Repoſitis *panibus duobus ordinibus, vt Leuit. 24. a. 6. ſcribitur: Thus lucidiſſimum ſuper panes poneretur. Quod ſignificat, Euangelium excitare in nobis Spiritum orationis, qua placatio Chriſti ſemper in memoria conſeruetur.*
      - Non *liceret niſi Sacerdotibus veſci panibus his in menſa propoſitis, Leuit. 24. c. 9. Quod ſignificat credentes tantùm participes fieri ſacrificij Chriſti.*
    - Inſtrumenta menſæ, q̄ ſunt
      - Scutellæ, *quibus panes Propoſitionis ſuper mēſam poſiti fuerunt.*
      - Cochlearia, *quibus thus poſitum fuit ſuper panes Propoſitionis.*
      - Canthari, *quibus hauriebatur aqua ad coquendos panes Propoſitionis.*
      - Vaſcula *certæ menſuræ, quibus continebatur farina, ex qua panes Propoſitionis cocti ſunt.*

      His *inſtrumentis admonentur Chriſtiani ſuæ quiſque vocationis, vt quiſque iuxta modum ſui doni cōferat operam ſuam, ad illuſtrandum Chriſtum, & prædicandum Euangelium.*
  - Candelabrum aureum, vbi conſideranda ſunt candelabri
    - Materia, Forma. *De quibus Exodi 25. d. 31.*
    - Vſus, ſeu finis, vt
      - Candelabrum, *baſim & haſtile haberet, & tres inde calamos, ſeu ramos dextrorſum, & tres calamos ſiniſtrorſum produceret. Haſtile Chriſtum ſignificat, qui eſt veri luminis ſuſtentaculum. Calami Eccleſiam ſignificant. Quòd calami ex ipſo candelabro ducuntur, ſignificat nos ſine Chriſto nihil poſſe.*
      - Vnuſquiſque *calamus candelabri ſuſtineret lampadem ſuam, quod ſignificat Chriſtianos bonis operibus lucere debere.*
    - Inſtrumenta, vt ſunt
      - Emunctoria,
      - Vaſcula, q̄bus emunctoria excipiebantur.

      Quibus *inſtrumentis admonet Dominus, vt vnuſquiſque operam ſuam conferat, quo pura, perſpicua, & traditionibus non obſcurata doctrina verbi Dei in Eccleſia conſeruetur. Conſolatur & obſcuros, & non præclaris donis præditos, quorum opera non eſt Tabernaculo Chriſti inutilis.*

B. Sanctum *sanctorum, quod fuit sine Ara. de quo Exodi 26.d.33. in hoc posita erant*


- Arca *fœderis, quæ sacramẽtum fuit præsentiæ diuinæ, typus Dei Ecclesiæ. Hic considerãda sunt*
  - Materia: *facta est enim ex lignis Sethim, obducto auro intus & foris. Quod significat Ecclesiam nunquam à peccatis, quoad viuit, liberam: ab ijsdem tamen purgatam esse, ac sanctè in hoc mundo viuere.*
  - Forma.
    - Ornatur *in superiori parte corona aurea per circuitum. Quod dignitatem Ecclesiæ per Christum acquisitam significat.*
    - Adiiciuntur *quatuor circuli in quatuor angulis, in quos circulos inseruntur vectes lignei: sed auro obducti, qui cùm perpetuò in circulis maneant, apti sunt quibus area gestetur. Circuli & vectes, prædicationem Euangelij de Christo significant. Hac enim Christi Ecclesia de loco in locum gestatur. Non licebat autem quibusuis arcam gestare, sed tantùm Leuitis, vt scribitur Numer.4.c.15. Quod significat verbi Ministros sanctos esse debere.*
  - Vsus, vt
    - Esset *sustentaculum Propiciatorij. Propiciatorium Christum significat, quem sustinere debent omnes, qui saluari cupiunt. Vt autem Deus colloquebatur cum Mose de Propiciatorio, ac medio duorum Cherubin, ita multò præsentius loquutus est nobiscum, per Christum Filium suum, propter quem nobis Deus propitius factus est, ac nos, vt Filios compellat. Arca tegitur hac Tabula aurea: Ecclesia enim tegitur aduersus iram Dei, Mediatore Christo. Duo aurei Cherubin expandebant alas suas, stantes supra Propiciatorium, qui præsentiam Dei significant. Plerumque enim eorum fit mentio in Sacris, cùm Deus præsens esse videtur. Hi Cherubin stabant supra Propiciatorium, obumbrantes illud. Diuina enim Maiestas assumtam Christi conseruat humanitatẽ. Porrò Propiciatorium, vt erat Cherubin subiectum, cõtegebat arcam. Nam Christus eatenus est caput & protector Ecclesiæ suæ, quatenus Deus & homo est.*
    - In *ea ponerentur*
      - Tabulæ *Decalogi: quo significatur Ecclesiam semper oportere esse custodem librorum Propheticorum & Apostolicorum.*
      - Manna *in vrna aurea: id significat cœlestem cibum in pio corde & bono custodiri debere.*
      - Virga *Aaron, de qua Num.17.a.8. Hæc docendi officium significat, quam sequitur mentis viriditas, tàm in docente, q̃ in auditore, iustitiæ flores & fructus amœnissimi.*
- Thuribulum, *quo orationes & desideria Sanctorum significantur.*

De Sacrificio in genere.

Loci tres.

- Quid *sit Sacrificium. Est enim oblatio nostri operis, quod nos reddimus Deo, vt ei obediamus.*
- Sacrificium *quotuplex. Est enim*
  - Propiciatorium, *quod est duplex:*
    - Mosaicum, *quod redimebat iustitiam Legis, ne is, qui peccauerat, excluderetur è Republica Mosaica: & est typus veri propiciatorij Sacrificij pro peccatis coram Deo. Huc spectant omnia, quæ fiebant pro peccatis & delictis, vt holocausta, &c. de quibus lege Leuit.4.& 5.*
    - Verum, *quod est opus sanctificatorium pro peccatis aliorum, reconcilians Deum, & placans iram Dei, vt mors Christi.*
  - Eucharisticum, *est oblatio nostræ gratitudinis, qua reconciliati Deo per Christi mortem, honoramus Deum, & gratias illi agimus, & est duplex:*
    - Mosaicum, *quo offerebant oblationes ad testandam suam obedientiam. Huc spectant*
      - Oblationes,
      - Primitiæ,
      - Decimæ, &c.
    - Noui Testamẽti, *quo Deum honoramus ex corde, in spiritu & veritate laudamus, & gratias agimus pro beneficijs Dei. Et est duplex:*
      - Internum, *quum facimus interna opera Legis.*
      - Externum, *quum facimus externa opera Legis.*
- Quæ *causæ sacrificij in genere:*
  - Efficiens, *oblator, Spiritus Sanctus in pijs.*
  - Materiales *causæ trahuntur à rebus, quæ offeruntur, quales sunt pecora, fruges, &c.*
  - Finalis, *vt Deus honore afficiatur.*

De Sacrificiis legalibus.



De Vestibus sacris legalibus.

VESTIVM sacrarum Leuiticarum aliæ

- Summi Pontificis, vt sunt
  - Ephod, id est, superhumerale, quod est duplex:
    - Generale lineum, quo in faciendis Sacris non solùm Sacerdotes & Leuitæ, sed etiam qui de alijs Tribubus erant, vtebantur.
    - Personale, vestis ex humeris pendens vltra cingulum, in quo considerari debent
      - Materia: fiebat enim
        - Ex aureis filis,
        - Subtegmine triũ colorũ
          - Hyacinthino,
          - Coccineo,
          - Purpureo.
        - Stamine byssino,
      - Vsus, qui est duplex,
        - Externus: vt in humeris duo lapides Onychini auro inclusi affigantur, in quibus sculpantur nomina duodecim filiorum Israel.
        - Spiritualis: vt significetur, quòd Christus sua potentia, quæ per humeros significatur vniuersam Ecclesiam, defendat, & conseruet.
  - Hosen, id est, pectorale, seu rationale, catenulis & fascijs superhumerali affixum, in quo cõsiderentur
    - Materia eadem, quæ & Ephod.
    - Forma,
      - Quadrangulum.
      - Duplex densitate ad Ephod relatum.
      - Longitudine & latitudine mensura palmi.
    - Vsus—
      - Externus: vt impletum quatuor ordinibus gemmarum: id est, duodecim preciosis lapidibus auro inclusis, nomina filiorum Israel insculpta gestaret.
      - Spiritualis: vt significetur gestari Ecclesiam in corde, animo, & pectore Christi.
  - Vestis talaris, tota hyacinthina, serica, quam Græci Poderim vocant: subhumeralis vocari potest, quòd sub Ephod induatur, assutas habens manicas. In hac considerentur
    - Forma
      - In superiori parte, quo collo inducitur aperta.
      - Oris firmis texta, ne facilè rumpatur.
    - Vsus—
      - Externus: vt in extrema parte, seu fimbria circa pedes septuagintaduo tintinnabula aurea, & totidem mala punica ex hyacinthino, serico purpureo, cocco bis tincto, appenderentur,
      - Spiritualis: vt significet Christum in hoc à Deo Patre missum esse, vt sonet, id est, prædicet Euangelium de remissione peccatorum, & vita æterna, & fructus proferat æternos.
  - Tunica stricta, quam alij ornatam, alij ocellatã vocant, in qua considerentur
    - Materia: ex bysso enim fit in modum loricæ.
    - Vsus—
      - Externus: seruit enim ad corporis munitionem.
      - Spiritualis: vt significetur Christum thorace, seu lorica suæ potentiæ munitum & constrictum esse.
  - Lamina aurea extensa & lata, ad formam dimidiatæ coronæ inflexa, cuius vsus est aut
    - Externus: affigebatur enim super frontem pileo lineo, vt portet Aaron iniquitatem consecratorum, ac in lamina sculpi iubetur, sanctum Domini.
    - Spiritualis: vt significetur, quòd Christus in hoc à Deo Patre consecratus sit, vt morte sua expiet peccata nostra.
  - Pileum, tiara, mitra, cidaris, vel galerum, quod byssinum erat, vitta sub maxillis constringenda ad caput, ne decidat. Hic vestitus significat Christum Dominum fore Regem, sed non externum.
  - Baltheus, cuius vsus
    - Externus, vt contineat vestes, ne diffluant.
    - Spiritualis, vt significet veritatem & constantiam Christi.
  - Fœminale lineũ vsq; ad genua, verenda tegens, nimis astrictum, cuius vsus
    - Externus: vt honestas publica obseruetur.
    - Spiritualis: vt significetur quanta cura Christus indecora & turpia membra, id est, nos turpes homines & fœdos complectatur.
- Minorũ & vulgarium Sacerdotum, vt sunt
  - Lineum fœminale, quod significat paratum animum, & sedulitatem perpetuam in opere diuino, simulq; cum castitate verecundiam.
  - Tunica linea, quæ iustitiam Sacerdotum significat: Sacerdotes tui induantur iustitia.
  - Baltheus, qui timorem Domini significat.
  - Tiara, quæ significat Christianos peccato, Satanæ, morti, & inferno dominari debere, ac posidere regiam maiestatem iustitiæ & perpetuæ felicitatis.
  - Tunica talaris interior, de duplici bysso consuta, secundùm Iosephum & Hieronymum ad Fabiolam, quæ & byssina dicitur. Hæc Christianorum virtutes significat.

Hæc vestimenta etiam in summo Pontifice inuenichantur, licet communia quoque essent inferioribus Sacerdotibus, de stirpe Aaron instituendis à Domino.

De Fe-

De Festis legalibus.

FESTORVM legalium aliud

- Anniuersarium, vt
  - Hebdomadarium *Sabbatum institutum*,
    - Vt *renouaretur memoria maximi illius miraculi, quod Deus in creatione cœli & terræ dedit.*
    - Ad *necessitatem & vtilitatem populi, maximè ad institutionem.*
    - Vt *esset vaticinium perpetui Sabbati.*
  - Pascha 14. *die mensis primi, qd ad festos dies attinet, qui respondet Martio, aut Aprili nostro. Institutum verò,*
    - Vt *hoc festo consecraretur memoria Ægyptiacæ liberationis.*
    - Propter *domesticam vtilitatem, vt occasione huius festi, domus & habitacula Israelitarum purgarentur semel in anno ab omnibus sordibus: propterea fermentum è domibus abijciebant.*
    - Vt *esset vaticinium liberationis à peccato & morte per Christum.*
  - Pentecoste, *à secunda die Azymorũ, vt*
    - Esset *monumentum libertatis, quam Israelitæ post egressum ex Ægypto consecuti sunt, dum lata lege instituta fuit inter eos politia.*
    - Eo *die offerretur oblatio noua: videlicet duo panes è nouis frugibus cocti pro primitijs.*
    - Gratias *agerent Deo pro benedictione messis, &c.*
    - Esset *vaticinium venturæ illius Pentecostes, qua Christus opulentè effusurus esset primitias Spiritus in Discipulis.*
  - Clangoris *monumẽtum 1. die mensis septimi: id est, Septembris.*
    - Propter *plures festos in hoc mense sequentes.*
    - Quia *ab hoc mense numeratur septimus annus: videlicet terræ Sabbati. de quo Leuit. 25. a. 4.*
    - Quia *ab hoc numeratur inchoatio Iubilæi. Quare eo die excitabantur clangore tubæ, ad obseruandum hunc mensem præ alijs propter festa, quæ in eo peragi solent.*
  - Expiationis 10. *die mensis Septembris.*
    - Ad *renouandam memoriam remissæ idolatriæ, quam designauerant in adoratione aurei vituli in deserto.*
    - Vt *admoneretur populus de vera expiatione per Christum.*
  - Tabernaculorum, *septem cõtinuis diebus, à 15. die mensis septimi, vt*
    - Ex *illis admoneantur de miserrima vita, quam maiores eorum in deserto duxerunt, in quo errarunt sine domo, sine agro, &c.*
    - Admoneantur *de miraculis, quibus Dominus seruauit eos.*
    - Conferant *præsentem felicitatem cum præterita miseria.*
    - Et *nos de beneficijs Dei admoneant.*
    - Sint *vaticinia futuri Tabernaculi.*
  - Neomenia *primus dies cuiusque mensis, Num. 28. c. 11.*
  - Sortium *ab ea sorte, qua Aman requisiuit felicem mensem, & diem ad trucidandos Iudæos, & celebrabatur 14 die Februarij mensis, Esther cap. 9. c. 17. Obseruabatur autem*
    - Quod *vlti essent de inimicis suis.*
    - Vt *esset epularum atque lætitiæ dies.*
    - Mitterent *sibi inuicem ciborum partes.*
    - Pauperibus *munuscula largirentur.*
    - Vt *esset vaticinium de æterno gaudio.*

    Hi *duo festi dies non per Mosen instituti sunt, sed per posteros.*
  - Encenia, *vel Renoualia 25. die Nouemb. 1. Machab. 4. f. 59. Ioan. 10. d. 22.*
    - Propter *memoriã instaurati, seu recuperati Templi. Nam eo die Templum ab Antiocho prophanatum, renouatum est.*
    - Vt *gratias agerent Deo pro Ecclesiæ conseruatione.*
    - Vt *essent vaticinia futuri Enceny: i. naturæ humanæ renouationis.*

De Legis abrogatione.

De abrogatione Legis

- Moralis. Hîc disce,
  - An lex moralis abrogata sit. Non est abrogata, quia est optima, perfectißima & immutabilis, & æterna Dei voluntas: nec dissolui potest vllis vnquam temporibus ab vllis vel Angelis, vel hominibus.
  - Quatenus non sit abrogata. Quatenus videlicet est regula rectè ac bene viuendi: quatenus est frenū, quo in timore Dei continemur: quatenus est stimulus datus ignauiæ carnis nostræ: quatenus docet quid iustum, & quid iniustum, quales esse debeamus, & quales simus: quatenus corrigit, redarguit, & emendat. Quare Decalogus non ab homine, neque per hominem, sed ab ipso Deo Opt. Max. ad montem Sina inter prodigia maxima, in concione publica & maxima hominum & Angelorum recitatus est. Idem non manū Mosis, sed digito Dei scriptus est in Tabulas, non cereas, sed lapideas, durabilesque. Quæ Tabulæ tanquam thesaurus præstantißimus, in arca seruatæ sunt, quæ reposita est in ipsum Sanctum Sanctorum.
  - Quatenus sit abrogata: quatenus maledicit, execratur, accusat: quatenus peccatum, quod per legem cognoscitur, tollitur, ne illud credentibus imputetur: quatenus pœna, quæ per legem irrogatur, sublata est: quatenus iram operatur: quatenus est virtus peccati: quatenus non iustificat.
- Cęremonialis. Hîc disce,
  - An cæremonialia abrogata sit. Abrogata esse testantur
    - Scripturæ testimonia, vt
      - Hierem. 3. c. 16. Non dicunt amplius Arca Domini, neque eius recordabuntur, neque inuisent, nec fiet vltrà. Per Arcam intellexit etiam alia legalia, quæ per aduentum Christi sunt abolita.
      - Hebr. 8. c. 13. Paulus ex promißione Domini apud Hieremiam, promittentis se nouum Testamentum conditurum, colligit per hoc, quod dixit nouum, antiquauit prius: porrò quod antiquatur, in propinquo est, vt euanescat.
      - Ephes. 2. c. 14. Ipse est pax nostra, qui fecit ex vtrisque vnum, & interstitium macęriæ diruit, Legem mandatorum in decretis sita abrogans. Per decreta externarum rerum constitutiones intelligit.
      - Colos. 2. c. 14. vbi cæremonias chirographo comparat, quo Deus nos obstrictos tenet, ne posimus reatum inficiari. Dicit autem per Christum à reatu sic liberatos, vt chirographum fuerit scissum, & nos debitores absoluat.
    - Signa, vel typi, quòd
      - Cæremonialia à Deo per Angelos Mosi, & per hunc populo Dei reuelata, & quòd à Mose, Deo iubente, conscripta sunt, Exodi 24. a. 4.
      - Velum Templi disruptum sit: nimirum vt populo toti pateret, paratam iam nobis esse remißionem peccatorum, sanguine Filij Dei, & liberatum esse Dei populum ab omni onere legalium.
      - Templum, qui locus cæremoniarum erat, destructum sit. Quo Dominus declarauit, se non amplius delectari legalibus.
      - Iudæorum conatus in extruendo Templo non semel frustratus sit: vt sub Iuliano Imperatore terroribus, flagris, iudicijsq; Domini coacti Iudæi, re infecta fugerunt domum.
  - An omnes partes legis cæremonialis abrogatæ sint. Maximè. Abrogata igitur sunt
    - Sacerdotium Aaronicum. Vt Dauid: Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos, &c.
    - Locus cultus, & religionis, quem liberum fecit Dominus, Ioan. 4. d. 21. 1. Tim. 2. b. 8.
    - Tempus quod item liberum fecit Dominus. Festi dies abrogati sunt, Coloß. 2. c. 14. Interim non destituitur Ecclesia vlla re sancta & necessaria.
    - Sacramenta, vt Circumcisio & Paschalis Agnus. Lege Gal. 5. a. 2. de Circumcisione, & Act. 15. d. 29. 1. Cor. 5. a. 7. de Paschate.
    - Sacrificia, Hebr. 8. c. 11. 9. c. 19. 10. c. 12.
    - Vota legalia, Leuit. 10. v. 9.
    - Delectus ciborum, Coloß. 2. d. 21.
  - Quomodo ritus sint perpetui. Perpetuum in hac causa significat diuturnum, & quantum attinet homines, immutabile. Item nihil perit rei, quæ per ritum est significata, vmbra tantùm, & quod temporarium est, cadit, & disparet.
  - Quatenus abrogata cæremonialia. Distingue inter scripta & res ipsas cæremoniarum. Res verò duplices in cæremonijs, internæ & externæ. Externæ tantùm sunt abrogatæ, non res internæ. Item non scripta de cæremonijs, ne legantur, aut vsurpentur in Ecclesia. Possunt enim nos erudire de Christo IESV, dum videmus quibus modis Christus præfiguratus sit.
- Iudicialis, &c. Vide literam A.

A. Indicialis. hîc disce,

An iudicialia Moſis abrogata ſint. Abrogata eſſe teſtantur
- Teſtimonia Scripturæ,
  - Rom. 13. a. 1. *Paulus præcipit parêre Magiſtratui. Approbat ergo ius gladij, electionem Magiſtratus, adminiſtrationem gladij, executionem iudicij & iuſtitiæ. Approbat & leges ciuiles æquas, quæ cum lege naturæ & Decalogo congruunt.*
  - 1. Pet. 2. c. 13. *Petrus præcipit omni ſtatuto & conſtitutioni Magiſtratus, id eſt, legibus æquis obediendum eſſe. Hoc enim humanam creaturam appellat: hominum ſcilicet ſublimium conſtitutionem.*
- Typi, vel ſigna,
  - Quia *iudicialia, ſicut & cæremonialia à Deo per Angelos Moſi & populo Dei nunc reuelata, & à Moſe, Deo iubente, conſcripta ſunt. Exodi 24. a. 4.*
  - Quòd *vrbem Hieruſalem, Iudææ Metropolim, ac totum regnum exciderit Dominus, ne quenquam legibus terræ Chanaan adſtringere videretur.*

Quatenus *ſint abrogata iudicialia. Quatenus* videlicet nulla *Reſpublica*, nulla *ciuitas*, nullum *regnum* cogitur alligatum eſſe, & recipere illas leges, quæ à Moſe pro illa Gente, pro loco & tempore, & rerum qualitate tum quidem promulgatæ ſunt: proinde conceditur libertas vtendi legibus pro cuiuslibet loci, temporis & perſonarum exigentia adaptatis. Ita tamen vt ſubſtantia Legum diuinarum non calcetur, abijciatur, aut negligatur. Quæ enim congruunt cum lege naturæ & Decalogi, & quæ Deus ſemper, & apud omnes Gentes punire iuſſit, ea minimè ſunt negligenda.

Quatenus *non ſint abrogata iudicialia. Quod ad ſubſtantiam & finem attinet. Modus autem & limitatio in libertate & arbitrio optimorum Principum eſt conſtituta, vt hi, quod æquum & iuſtum eſt, ordinent, pro loci, temporis & perſonarum exigentia. Omnia autem ad illum videntur deſtinanda eſſe finem, vt conſtet honeſtas, pax, & tranquillitas publica, vt valeat iudicium & iuſtitia, honoreturq; Deus Pater per Filium.*

De Legis impletione.

CVM de Legis impletione dicitur, ea diſtinguenda eſt. Eſt enim alia

Publica, *quæ fit, cũ Magiſtratus tuetur publicas & ordinarias leges, ac ſubditi his legibus, honeſtè & tranquillè obediunt. De hac impletione*
- Loquuntur *Iſraelitæ, Exodi 24. a. 4. Omnia, quæ loquutus eſt nobis, faciemus, & erimus obedientes.*
- Intelligendum *eſt fœdus illud, quod Rex Ioſias iuijt coram Domino, 4. Reg. 23. a. 3.*
- Ad *hanc impletionem pertinent promiſſiones, quæ Leuit. 26. a. 3. & Deut. 28. a. 1. commemorantur.*
- Dicitur *Hierem. 32. d. 23. 30. Omnia, quæ mandaſti, non fecerunt. Etſi enim promiſiſſent Iſraelitæ impletionem Legis, non tamen impleuerunt.*

Priuata, q̃ *duplex eſt,*
- Perfecta, *vt Chriſti, quæ nulla ex parte violatur. Hocmodo nullus vnquam hominum, præter Chriſtum, impleuit Legem.*
- Imperfecta, & hæc vel
  - Hypocritica, *qua obſeruatur Lex ſecundùm externam ſpeciem operis: cor autem obſeruantis eſt ſine fide, & ſine vera cognitione Dei.*
  - Vera, q̃ *fit vel*
    - Imputatione *iuſtitiæ per fidem in Chriſtum: nam Chriſtus impleuit Legem perfectè, & impetrauit à Deo Patre ſuo, vt quotquot in ipſum credant, donentur ſua impletione & iuſtitia, vt de ipſa in iudicio Dei non aliter gloriari poſſint, quàm ſi Legem ſuis operibus impleuiſſent.*
    - Inchoatione *iuſtitiæ, ſeu obedientiæ fidei. Nam qui credunt in Chriſtum, neceſſario proferent fructus fidei, qui etſi adhuc ſint imperfecti, tamẽ quia Chriſtus per fidem acceptus, perfectè iuſti ſunt. Dicuntur & hæc opera impletio Legis, non propter ipſa opera, ſed propter Chriſtum. Eſt autem hæc impletio vel*
      - Interna, *cùm Legis etiam interiora opera facimus.*
      - Externa, *cum externa Legis opera facimus: has partes nemo perfectè p̃ter Chriſtum coniunxit.*

De Viis Dei.

Loci tres.

- Quomodo cognoscantur, Quid in negotio, &c. *Vide literam A.*
- Viarū Dei aliæ sunt
  - Quas Deus ipse ambulat, vt sunt iudicia, consilia & facta Dei, quibus ipse in creatione, dispositione, & gubernatione omniū, quæ fiunt, vtitur. Et hæ dupliciis sunt generis: aliæ
    - Secretiores & abstrusiores, adorandæ magis quàm cognoscendæ. de quibus Apostolus Rom. 11. d. 33. *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini? Vbi admonet, profundissimam esse abyssum viarum Dei: quibus omnia moderatur, & gubernat: nec fieri posse, vt quisquam mortalium consilia, rationes, modos, vias, eorum, quæ à Deo fiunt, cognoscat.*
    - Manifestiores, & tales, quæ à nobis cognosci & possunt, & debent. Hæ sunt, quæ in sacris Scripturis de Deo proponuntur: vt qualis sit Deus: quòd fide acspe erga se delectetur: quòd genus humanum diligat: quòd salutem humani generis per Christum Filium suum dispensarit: quòd Mediatorem hunc constituerit: quòd cognitionem illius per Euangelij prædicationem, cooperante Spiritu Sancto, mentibus hominum infundat: quòd suos in hac vita cruce castiget, & affligat. De his Psalmo 25. a. 4. 103. a. 7.
  - Quas ambulare nos debemus. Psal. 32. & hæ viæ sunt. Est enim alia
    - Quid sit. Non bona opera, non tribulationes, sed fides in Christum IESVM per gratiam iustificantis Dei. Hæc à Domino, non ab hominibus electa esse dicitur, Psal. 25. a. 4. *Non enim nostrum est eligere viam, quæ Deo grata sit, qua in re Deo seruiamus, & Deo gratificemur: sed videndum, vt ambulemus in ea via, quam ipse elegit. Electio Domini est, non nostra. Est hoc contra Doctores traditionum humanarum.*
    - Via vitæ, vel salutis, vel fidei. de qua Matt. 7. Ioan. 14. Hic disce,
      - Quomodo vocetur in Scripturis: Sancta, Bona, Recta, Immaculata, Electa, Arcta: — Iustorum, Rectorum, Sanctorum.
      - Cur stricta vocetur hæc via. Metaphoricè, Via vitæ, stricta vocatur, Matth. 7. c. 13. vt ostendatur hanc viam esse ita obscuram, ita humilem, ita tectam, vt humanæ rationi nihil videatur minùs, quàm eam esse viam vitæ. Atque hoc est, quod Christus dicit: Et pauci sunt, qui inueniunt eam. Vt intelligas eum nihil aliud dicere, quàm hanc vitæ viam nemini patere, à nemine inueniri, nisi diuinitùs ostendatur. Hinc Ioannis 6. d. 44. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum. Propterea Dauid Psal. 119. d. 33. cupit in via Domini doceri. Stricta via non molestam, non laboriosam significat, qualem Monachi fingunt.*
    - Via mandatorum, seu obediētiæ. de qua Esaiæ 2. a. 3. Psal. 119. d. 32. 25. a. 4. 81. d. 14. Hic disce,
      - Quotuplex sit via mandatorū. Est enim multiplex. Alia est: Timoris, Dilectionis, Patientiæ, Pacis, Inuocationis, Humilitatis, Gratitudinis, &c.
      - Quomodo hæc via, Dei via dicatur, quòd: A Deo nobis proponatur. Diuina sit, & Deo placeat. Huius viæ ipse Deus director sit. Finis huius viæ ad Deum ducat, perinde ac si via salutis, quæ ad salutem: via sanitatis, quæ ad sanitatem: via mortis, quæ ad mortem tendit, dicitur.

Quomodo cognoscatur viæ Domini.

Intellectu, *quem consequimur ex vsu doctrinæ, sacrarum Scripturarum, legendo, audiendo, meditando, vt sciamus quis sit Deus, qualis, & quantus: quæ illius voluntas erga nos, quæ prouidentia, quæ bonitas, quæ sapientia, iustitia, misericordia: deinde quid ille à nobis requirat. de hoc 2. Timoth. 3. d. 16.*

Per *viuam Spiritus Sancti operationem, qua diuinitùs à Deo instituimur. de quo Ioan. 6. g. 63. Sine hac prior est mortua, & ad condemnationem magis facit, quàm ad iustificationem. Hæc duo genera cognitionis viarum vtrasque vias Dei concernunt: partim quas ipse ambulat, partim quas nobis ambulandas proponit.*

Per *experientiam, qua ipsis operibus prouidentiam, bonitatem, fidem, misericordiam, dilectionem, potentiam, iustitiam Dei, &c. in seipso quisque experitur.*

Actu *& virtute, & eas vias Dei concernit, quæ nobis sunt ambulandæ. de quo 1. Ioan. 2. d. 28. Tit. 1. Vera enim scientia non est nudæ speculationis.*

A.

Vt *magna diligentia hanc viam quæramus. Neque enim satis est esse viam, in qua ambules, sed requiritur, vt sit recta ac vera via. Nam via est etiam illa, quæ ducit ad perditionem, quam latam & spatiosam multi ambulant: verùm illis, qui ad vitam peruenire cupiunt, non est vera via. Hinc Prouerb. 14. b. 12. dicitur: Est via quæ homini recta videtur, cuius finis via est ad mortem. Et Hierem. 6. d. 16. sic dicit Dominus: Insistite vijs, & circumspicite vbinam illa bona via sit, in ea incedite, &c. Vt hanc viam cognoscamus, reuelatione Spiritus opus est.*

Vt *ad Patrem Deum venire cupiamus. Alioqui quid proderit, quòd hæc via data est, qua peruenire ad Deum liceat, si animus non ad Deum, sed ad mundum & Satanam magis propendeat?*

Vt *viam cognitam, ac inuentam, cum gratiarum actione ambulemus. Nemo enim sola viæ cognitione ad finem illius peruenit, nisi illam etiam ambulet. In via autem hac, quæ Christus est, ambulare, est fide cordis, studio pietatis, ac vera dilectione ad Deum quotidie magis ac magis tendere, & longius à Satana, mundo, & seipso discedere.*

Quid in negotio viarum Dei a nobis requiratur.

Cauendum *ne retrocedamus, vanitatem ac inconstantiam fugientes.*

Cauendum *ne hîc dissentientium multitudinem, sed Dei voluntatem, ac mandata eius diligenter obseruemus.*

Cauendum *ne declinemus vel ad dextram, vel ad sinistram. Ad dextram aberrat, qui propriam iustitiam statuere, illaq; fidere conatur. Ad sinistram, qui sic de gratia Christi confidit, vt interim iustitiæ non studeat.*


Vt *cordibus simus vnitis. Nequit enim fieri, vt qui corde sunt diuiso, partim mundo, partim Deo sese approbare cupientes, in via ac veritate Dei constanter ambulent.*

Vt *si quando à via Dei aberrauerimus, ad eam iterum reuertamur, si volumus ad locum destinatum pertingere.*

Vt *constanter, & ad finem vsque perseuerãter in hac vita ambulemus. Etenim qui viam suam non prosequuntur constanter, ad finem illius nunquam peruenire poterunt.*

Vt *sciamus nihil hîc nos posse, nisi à Deo dirigamur, Hieremiæ cap. 10. g. 23. Scio Domine, quòd hominis non est via sua, nec cuiusquam vt eat, & gressus suos disponat. Petendum igitur nobis est, vt Dominus in via sua dirigat. Propterea & Propheta Dauid Psalmo 119. g. 32. cùm dixisset: Doce me viam statutorum tuorum. subiungit, Deduc me in semita præceptorum tuorum. Ne nudam scientiam requirere, & reliquã directionis gratiam excludere videatur. Neque enim satis est ad iustum pietatis studium, vt intelligamus ex præceptis Dei, quæ sit illius voluntas, nisi in via à Domino ducamur, ac dirigamur. Quoties Dauid postulat, vt vias suas dirigat Dominus?*


De Præceptis Dei in genere.



De Ex-

De Expositione Præceptorum primæ Tabulæ.

TABVLA I.



A.
Memẽto vt diem Sabbati ſanctifices. Huius tria ſunt membra in cõtextu expreſſa.
- Quid præcipiat: diei videlicet ſanctificationẽ. quod fit dum
  - Sacros conuentus ad audiendum verbum Dei, ad preces publicas, ad myſteria celebranda ordinatos, frequentamus.
  - Miniſtri verbi rectè docent.
  - Nos rectè docentibus obtemperamus.
  - Pios Doctores pro vocatione noſtra defendimus.
  - Rectè vſurpantur Sacramenta iuxta Chriſti inſtitutionem.
- Quid prohibeat: videlicet
  - Functionis Eccleſiaſticæ neglectum.
  - Impias cæremonias.
  - Non obedire miniſterio.
  - Contemnere pios Miniſtros.
  - Opera impedientia publicum miniſterium, ſine vlla vel noſtra, vel proximorum neceſsitate.

Exemplum Dei. Vt enim ad id acrius nos ſtimulet, ſuum nobis exemplum proponit. Vt, ſicut Deus à ſuis operibus die ſeptimo ceſſauit, ita nos à noſtris operibus ſeruilibus miniſterium impedientibus ceſſemus aliquando, Leuit. 23. d. 36. Verùm ab illis operibus noſtris, quæ peccata ſunt, ſemper ceſſemus, vt Deus in nobis operetur.

De Expoſitione Præceptorum ſecundæ Tabulæ.

TABVLA II.

TABVLAE ſecundæ præcepta ſunt ſex: quorum

1. Honora patrẽ & matrem, &c. Huius duo ſunt membra,
   - Præceptũ ipſũ. Vbi diſce, quid
     - Præcipiat: videlicet
       - Honorem ſuperioribus debitum, ſub quo ſunt
         - Obedientia,
         - Cultus,
         - Subſidium in neceſsitate.
       - Opera ſuperiorũ erga inferiores, vt curam vocationis, &c.
     - Prohibeat: videlicet
       - Negligentiam in vocatione,
       - Contumaciam erga ſuperiores,
       - Seditiones,
       - Contemtum ſuperiorum.
   - Promiſsio: vt ſis longæuus ſuper terram. Quod Paulus ad Dei benedictionem refert, Epheſ. 6. a. 3.
2. Non occides. Vbi diſce quid
   - Præcipiat: videlicet
     - Beneuolentiam, Concordiam,
     - Defenſionem aliorum, Candorem,
     - Manſuetudinem, Patientiam.
   - Prohibeat: Homicidium
     - Cordis: vt iram, odium, inuidiam, &c.
     - Oris: vt maledicentiam, conuitia. Vide Matth. 5. d. 22.
     - Manus: vt verbera, cædes, &c.
3. Non mœchaberis. Vbi diſce quid
   - Præcipiat: Caſtitatem videlicet animi & corporis: item verborum, geſtuum, conuerſationis, actionum: item coniugium honeſtum.
   - Prohibeat: Impuritatem cordis, operis, verborum, &c.
4. Non furaberis. Vbi diſce quid
   - Præcipiat:—
     - Iuſtitiam in contractibus,
     - Sedulitatem, Laborem,
     - Parſimoniam, Liberalitatem, &c.
   - Prohibeat: videlicet
     - Iniuſtitiam in contractibus,
     - Ignauiam, Prodigalitatem,
     - Cupiditatem, Expilationem } Bonorum alterius.
     - Fraudem, Impoſturam in contrahendo.
5. Ne loquaris falſum teſtimonium. Vbi diſce quid
   - Præcipiat:—
     - Æquitatem,
     - Humanitatem,
     - Veritatem in doctrinis, iudicijs, pactis, conuerſatione, &c.
   - Prohibeat: videlicet
     - Calumnias forenſes,
     - Eluſiones fucoſas, Inſidias,
     - Malam opinionem de proximo,
     - Iniqua iudicia, teſtimonia,
     - Perſonarum reſpectum in iudicijs.
6. Non concupiſces, &c. Vbi diſce quid
   - Præcipiat: Tam exactam videlicet animorum integritatem, vt nullam peruerſam cupiditatem corda noſtra admittant, quibus ad peccata ſtimulantur.
   - Prohibeat: videlicet
     - Cogitationes, quæ nonnullam cupiditatem ſecum trahunt. Nam minimæ quæque cupiditates, quæ fidelibus etiam obrepunt, peccata ſunt, etiamſi reſiſtant potius, quàm aſſentiãtur. Nam omnes prauæ cupiditates & cogitationes, etiamſi nõ accedat conſenſus, ex naturæ noſtræ vitio prodeunt.
     - Fremitum aduerſus Deum, Flammas libidinum.

De Fœ-

De Fœdere ac Teſtamento Dei.

TABVLA I.

Loci ſeptem.

Quid *differant Fœdus ac Teſtamentum. Fœdus & pactum non requirit ad confirmationem ſui mortem teſtatoris, requirit verò teſtamẽtum. Imò fœdera & pacta inter homines morte diſſiliunt, & irrita reddũtur, cùm teſtamenta non niſi morte confirmentur. Præterea fœdera & pacta iureiurando confirmantur, quod nemo ſenſatus in teſtamento requirit.*

Cur *Deus fœdus inierit cum hominibus: poterat enim bonitatem ſuam libero arbitratu, abſque vlla fœderis obligatione, in quos vellet declarare, & à quibus vellet retrahere. Verùm voluit nobis eſſe cognitum, quid de illa nobis polliceri debeamus. Potuit hoc efficere ſimplici verbo, & promiſſis, abſque iuriſiurandi obligatione. Verum conſilium fuit animos noſtros in fide erga ſe, & omnimoda fiducia, obligatione fœderis & iureiurando confirmare. Hoc enim pacto immobilitatem conſilij ſui erga nos teſtatam facere voluit, vt per duas res immobiles, promiſſionem & iuſiurandum, ſolatium habeamus omnium fortiſſimum, ad quod in omnibus tentationibus confugiamus, ſpeique noſtræ ad finem vſque retinendæ corroborationem quæramus.*

Quotuplex *ſit fœdus.*

- Generale, *quod pepigit cum vniuerſa hac terræ machina, omnibusq; illam inhabitantibus, tàm beſtijs, quàm hominibus, cum die etiam ac nocte, hyeme & æſtate, frigore & æſtu, ſemente & meſſe, &c. De hoc Geneſ. 8. d. 21. & 9. c. 9. Hierem. 33. c. 20. Fœdus hoc generale eſt, quod totum orbem complectitur, terrenumq; vocari poteſt, ac temporarium, quòd terrenarum rerum ſtabilitatem concernit: nec durat vltra mundi huius ſtatum aliquando interiturum.*
- Speciale *eſt, ac ſempiternum, quod cum electis ac credentibus ſancire dignatus eſt. de hoc Geneſi 17. a. 2. Fœdus hoc eſt ſpeciale, quod non pertinet ad omnes, ſed ad electos & credentes duntaxat, qui ſunt verum ſemen Abrahæ.*

Quę *ſint capita fœderis. Ad*

- Deum *refertur: Vt ſim, inquit, Deus tuus, & ſeminis tui poſt te. Caput hoc eſt omnium eorum, quæ ad felicitatẽ referri poſſunt, tàm ſempiternam, quàm temporariam. Fœdus ipſum ſic ſancitum eſt, vt ſit æternum: ergo & capita illius æterna eſſe oportet, quòd ad ſubſtantiam illorum pertinet. Atque hoc fœdus non ad ſeriem tantùm generationum, ſed etiam ad vnumquodque confœderatorũ individuum eſt referendum, vt etiam poſt mortem meus ac tuus Deus eſſe dignetur.*
- Confœderatos: *Ambula coram me, inquit, & eſto integer. Ambulare coram Deo, eſt viuere in conſcientia Dei, veluti ſub oculis eius. Integrum eſſe, eſt corde eſſe ſimplici, fideli, candido & recto.*

Vnicum *eſſe fœdus Dei, quod ſalutem noſtram veram & perpetuam concernit, quo omnes electi & credentes ad finem vſque mundi comprehenduntur: quodque vt perpetuum eſt, ita immutabile. Deus enim vnus, æternus & immutabilis, propoſitum voluntatis eius ab æterno ad ſalutem humani generis deſtinatum, & ipſum vnum eſt, & immutabile, & æternum.*

Diſtinguendum *eſſe inter ſubſtantialia & acceſſoria fœderis. Subſtantialia ſunt: Ego ſum Deus tuus, & ſeminis tui, &c. Item, Ambula coram me, &c. Acceſſoria: ſignum adiectum fœderi, Circumciſio carnis, & promiſſio terræ Chanaan. Iſta nec ſunt æterna, nec catholica, ſed temporaria, & ad populum Iſraelis pertinentia. Voluit Deus gentem carnis Abrahæ, vnde proditurus erat Chriſtus, ſemen benedictionis, tantiſper à reliquis nationibus eſſe ſeparatam, donec tempeſtiuum eſſet, vt totus orbis ad vnitatem fidei in Chriſto vocaretur, & eſſet vnus paſtor, & vnum ouile. Quare fœderi huic Abrahæ adiecit iſta temporaria, Circumciſionem & promiſſionem terræ Chanaan: poſtea Legem & Sacerdotium cæremoniale. Quæ omnia ad hoc faciebant, vt eſſent ei Genti pædagogia quædam in Chriſtum. Propter Chriſtum inſtituta fuit omnis iſta politia Iſraelis, vt eſſet externa quædam eius populi Eccleſia, ſignis, promiſſionibus, Lege, Sacerdotio, ac terra quoque à reliquis Gentibus diuiſa, in qua paulatim nomen vnius ac veri Dei clarefceret, & ad exortum vſque Chriſti, tanquam catholicæ lucis, figuris, & vaticinijs futura generis humani redemtio adumbraretur.*

Tria *eſſe tempora principalia, quibus totus mundus comprehenditur, ante Legem, ſub Lege, & poſt Legem, & vnumquodque tempus habere ſuam ſingularem religionis diſpenſationẽ, quæ etiam in Scripturis pactum, vel fœdus vocatur. Inde tamen non ſequi, tria eſſe fœdera ſubſtantialia, ſalutem humani generis concernentia. Verùm diſpenſatio fœderis aliter ante Legem, aliter in Lege, aliter poſt Legem, pro conſilio diuinæ ſapientiæ eſt inſtituta: fœdus idem manſit.*

De Fœdere ac Teſtamento Dei.

TABVLA II.

TESTAMENTVM aliquando in Sacris accipitur pro ordinatione aliqua. Metaphora ſumtâ à morientibus, qui teſtamentum condunt: id eſt, animi ſui ſententiam, ordinatis ſuis rebus, vt volunt, teſtantur. Et per metalepſim accipitur, non pro ordinatione tantùm, ſed pro ipſa re teſtata. Atque ita peccatorum remiſsio Teſtamentum dicitur. Hoc modo accipitur Matth. 26. d. 28. Galat. 3. c. 15. Hebr. 9. c. 17. Aliquando accipitur pro promiſsione, non quauis, ſed iureiurando firmata, vt in Cantico Zachariæ apud Lucam, & in concione Petri, Act. 3. d. 25. Filij Teſtamẽti. Sacer quoque Codex Teſtamentum appellatur, atque adeò vetus & nouum Teſtamentum: ex eo videlicet, quòd deſcribat. Prioribus enim Bibliorum libris deſcribũtur præcepta, promiſsiones, facta, ritus, traditiones, modi varij, quibus Deus mortalium genus in Teſtamento fœdereque ſuo, & in religione vera inſtituit, ac deduxit: ideò Teſtamentum vetus appellari cœpêre. Et quia libri poſteriores deſcribunt, quomodo in Chriſto omnia impleta, adeoque inſtituta ſint: quomodo item nouus populus ex Iudæis & Gentibus collectus in vnum corpus coierit, fideq; & charitate Deum in Chriſto coluerit: ideò nouum Teſtamentum appellantur. Significat item pactum & fœdus, qua ſignificatione vſurpauit Moſes Geneſ. 15. c. 18. 17. a. 2. ſic & nos in hac Tabula vſurpamus. Cùm igitur Teſtamentum pro fœdere etiam vſurpetur, præſertim in Moſe, fœderis ac Teſtamẽti ratio nobis cognoſcenda erit. Nam Deus propter noſtri imbecillitatem humanum morem in feriendo fœdere, ac noui Teſtamẽti inſtitutione ſecutus eſt, ſicut humana appellatione hoc vnitatis ac ſocietatis diuinæ myſterium nuncupare dignatus eſt.

- Loci duo.
  - De *Fœdere, &c. Vide literam A.*
  - De *Teſtamento, vbi hæc conſideranda:*
    - Quid *ſit: Teſtamentum enim pro pacto & fœdere ſumtum, eſt fœdus, quod pepigit Deus cum omnibus credentibus in ſempiternum, expoſitis etiam conditionibus, quid expectemus ab eo, & quid faciamus.*
    - Quotuplex *Teſtamentũ: vt vna ante & poſt Chriſtum Sanctorum Eccleſia, vna ad cœlos via, vna conſtansq; omnium Sanctorum religio: ita vnum & perpetuũ eſt Dei Teſtamentum, quantũ ſcilicet ad ſubſtantiam ipſius attinet: nihil enim aliud tradiderunt nobis Apoſtoli Chriſti, quàm quæ & veteribus tradita ſunt: Verùm à tradendi modo, vel propter adminiſtrationẽ religionis variam: item propter diſcrimen populi, duo cœperunt dici Teſtamenta: ſcilicet Spiritus duo, & populi duo. Hoc igitur modo Teſtamentum aliud*
      - Vetus: *ea enim traditio, qua per types & figuras religio tradita eſt veteribus, Vetus Teſtamentum appellatur. Huc igitur pertinent Sacerdotium Aaronicum, & ſacrificiorum cruentæ formæ variæ, typi ſacerdotij & ſacrificij Chriſti.*
      - Nouũ *dicitur ea traditio, q̃ Chriſtũ citra figuras Legis perfectiorẽ nobis deſcribit, & exhibet, & dicitur nouum,*
        - Collatione *ad vetus: hoc enim figuris veteris Teſtamenti non opus habet.*
        - Quòd *nouum populum Gentium, in hoc fœdus, ſeu Teſtamentum per Chriſtum & prædicationem Euangelicam conſtat eſſe receptum.*
    - Quibus *rebus præcellamus Patres veteris Teſtamẽti, q.*
      - Omni *cæremoniarum onere leuati, antiquum & primarium inſtitutum priſcorum: videlicet Patrum, quod ſine cæremonijs fidei, ac innocentiæ: id eſt, fœderis capitibus nitebatur, attigimus.*
      - Vmbris *per fulgorem Euangelij depulſis, clara lætamur veritate.*
      - Nos *Chriſtum aduenisſe, Spiritum abundantiſsimè contuliſſe, gloriam ſuam per totum orbem propagaſſe, omniaque abſolutiſsimè conſummaſſe confitemur, quem illi ita venturum credebant, & maximo expectabant deſiderio.*
    - Quænam *in Teſtamẽto requirantur.*
      - Teſtator *eſt Deus Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.*
      - Qui *hæredes: hi ſunt, omnes credentes.*
      - Hæreditas: *Omnia bona per Chriſtum nobis promiſſa.*
      - Qui *hæreditate poſsint excidere: hi videlicet, qui Teſtamentum Dei aſſeruantur, ac fœderis conditiones negligunt.*
      - Tabulæ: *quibus obſignantur omnia, ne qua hîc fraus fiat: ſunt libri ſacræ Scripturæ, quæ de Dei Teſtamento, ſeu pacto nobis teſtificantur. Item Baptiſmus & Cœna Domini.*
      - Mors *teſtatoris: Deus autem hîc teſtator eſt: Deum ergo mori oportuit: ſed cùm is ſit immutabilis, & immortalis, ſemẽ Abrahæ aſſumſit Filius, & in aſſumta carne patitur, ſanguinemque fundit, ac eo modo Teſtamentum ratificat. Teſtamentum enim in mortuis ratum eſt, Hebr. 9. c. 17. Vnde Chriſtus de Sacramento noui fœderis loquẽs, ait: Hic eſt ſanguis meus, qui eſt noui Teſtamenti, &c.*

A. De Fœdere, vbi hæc considerãda sunt:

- Qui conuenerint.
  - DEVS, qui cum semine Abrahæ fœdus iniit.
  - Semen Abrahæ, qui sunt credentes ex Iudæis & Gentibus: qui enim Christi sunt, semen Abrahæ sunt, Galat.3.c.16. & Matth.8.c.11. Multi ab Oriente venient, & recumbent cum Abraham, &c. Et Paulus 1.Cor.10.c.13. nos patribus, seu filijs Abrahæ æquat. Huc pertinent parabolæ, Matth.20.a.1. 21.c.28. 22.a.2. &c. Rom.9.
- Quibus conditionibus, seu præscriptionibus. Harum aliæ pertinent ad
  - Deum, quarũ hæc sunt capita:
    - Ego Dominus Schaddai: id est, Omnium sufficientia. qua voce & vnitatem, & omnipotentiam, bonitatem, omnemque virtutem suam, ac ingenium exponit. Ad hoc fœderis caput pertinent quæcunque in Scripturis de vnitate, potentia, maiestate, bonitate, ac gloria Dei dicuntur.
    - Ponam fœdus meum inter me & te, interque semen tuum, vt sim Deus tuus, & seminis tui post te: daboque tibi & semini tuo post te omnem terram Chanaan, &c. Ad hoc fœderis caput pertinent quæcunque promissiones in Scripturis, de beneficijs corporeis, de gloria, regno, victorijs, opibus, & vitæ necessarijs scriptæ sunt: nam & hic bonitatem suam prodit Dominus.
    - Benedicentur in te omnes Gentes. Huc pertinent quæ de Christo Domino tàm in figuris, quàm in veritate copiosius in Scripturis sunt tradita: item quæ de iustitia eius, sanctificatione, redemtione fidelium, de hostia, satisfactione, sacerdotio & regno Christi, vita æterna, vocatione Gentium, de benedictione spirituali, de abrogatione Legis, de gloria Ecclesiæ dicuntur.
  - Homines fideles, quarum hæc sunt capita:
    - Tu verò pactum meum custodies, Genes.17.c.9. Huc pertinent quæ de fide in Deum, de vanitate idolorum, de adorando vno Deo, de vero cultu & iustitia passim in Scripturis dicuntur.
    - Esto integer, & ambulabis coram me: id est, ad nutum & placitum meum. Huc pertinent omnia vitæ instituta: item, quæ de æquitate & charitate colenda per leges varias describũtur.

Quandiu vinciat. Hoc enim fœdus, seu ordinatio Dei, vt incommutabilis, vnica, ita sempiterna est.

Quà cæremonia fœdus confirmatũ. Qui apud veteres feriebant fœdera, sumebant vel arietem, vel buculam, vel capram, secabantq; hæc in partes duas: deinde verò per partium transibant medium, obtestantes, ni pactis starent, sic se Deus diuidat, perimatque penitus. De quo ritu lege Genesis 15. c.10. Hieremiæ 34.d.18. Ad hunc modum alludens Deus sanguine fœdus suum dedicat: cæremoniam verò pro temporis ratione variauit. Alia enim

- Veterum, vt
  - Circumcisio,
  - Pesah.

  Hæc de Christo, per quem fœdus confirmatur, eiusq; morte futura concionabantur, propterea sanguinolenta erant: significabãt enim Christũ morte sanguineq; suo confirmaturum fœdus. Admonebant item, vt fide et innocentia Deo adhærerent omnes.
- Nostra, vt
  - Baptismus,
  - Cœna Domini.

  Hæc Christũ iam venisse, & sanguinẽ suum effudisse testantur, propterea sanguinolenta non sunt: sanguine.n. Christi abolita sunt omnia veterum sacrificia & sacramenta, quæ sanguinea erãt. Vnde Christus inquit: Hic est sanguis meus, q est noui Testamenti, &c. Admonẽt hæc & de nostro officio, vt credamus in Deum, ac fraternam charitatẽ colamus.

Quibus Tabulis inscriptum fœdus, vt ad posteros transmitti posset: nam & vetustas æreis inscribebat Tabulis, quæ diuturna perpetuaque esse volebat. Quem morem humanum imitatus Dominus, lapideis Tabulis fœdus insculptum dedit. Sunt ergo Tabulæ, Decalogus, atq; omnes libri veteris & noui Testamenti, qui omnes fœderis ipsius rationem nobis proponunt: Vnde Tabulæ illæ, seu libri, Testamentum appellantur, vt suprà annotauimus.

Quòd Fœdus Dei sit vnicum & æternum.

TABVLA II.

Loci duo.

Vnicum *esse fœdus Dei, quod ad substantiam attinet, & salutem nostram, veram ac perpetuã concernit, quo omnes electi ac credentes ad finem vsque mundi comprehenduntur. Quia*

Vnus est *Deus, & Pater omnium, qui super omnes est, & omnia, et in omnibus. Vnus est Dominus, Seruator, & Redemtor omniũ Christus* IESVS, *vnus est Spiritus Sanctus, vnum est regnum electis inde ab origine mundi paratum, vna est vocationis cœlestis gratia, vna est fides, vna spes vitæ æternæ, vna Ecclesia electorum. Catholica propterea dicta, q. ab initio mundi ad finẽ vsq; vniuersos comprehendat electos, vna est & perpetua pietas & iustificatio credentium. Inde colligitur fœdus etiam Dei vnicũ esse cum electis omnibus sanctum, & firmatum. Etsi verò dispensatio vnius fœderis, gratiæ, fidei, Ecclesiæ, religionis, ac pietatis non est vnica & perpetua, sed secundùm qualitatẽ temporum, pro consilio diuinæ sapientiæ, aliter atque aliter instituta: ipsa tamen rerum substantia non diuersa, sed eadem. Et hæc quidem fœderis & religionis dispensatio secundùm qualitatem temporum diuersa, vocatur quandoque in Scripturis Pactum, vel Fœdus: verùm non propriè sic vocatur, sed quòd fœderis ipsius sint signa, & adminicula quædam.*

Fœdus *Dei æternum est, & immutabile. Cæterum si quis dicat nouũ fœdus, nouum imitationis Sacramentum poscere: Christum verò aliud Sacramentum in nouo Testamento instituisse. Neque enim circumcidi, sed baptizari nos iussit: ergo fœdus aliud à priori instituisse: non esse ergo vnicum fœdus. Responderi potest: Christus Circumcisionem Baptismate mutauit, non quòd aliud fœdus institueret, sed noua illa diuini pacti dispensatio non iam vnam Israelis gentem, sed vniuersas totius orbis nationes concernebat. Diuersitas ac nouitas dispensationis non ipsius fœderis mutatio causam dedit mutandi signi, non modò in Sacramento initiationis, sed & in Sacramento redemtionis.*

Fœdus Dei *æternum & immutabile esse, quod probatur*

Expressè *Dominus fœdus suum æternum vocat. Sic enim fœdus Dei sanctum est, vt sit æternum. Etsi verò & de Circumcisione dicatur, vt: Sit fœdus meum in carne vestra in fœdus perpetuum. Hæc tamen perpetuitas datur, non Circumcisioni, sed fœderi ipsi: vnde non dicitur: Erit fœdus meum in carne vestra perpetuò: sed, In fœdus perpetuũ. Perpetui fœderis signum absque detrimento veritatis & gratiæ Dei mutari potuit: fœdus verò ipsum in sempiternum permanet. Neque mox æternitatis significatio est, vbi clàm ponitur in Scripturis, id quod multis locis euidenter ostendi potest.*

Capita *fœderis quæ, &c. Vide literam A.*

Genes. 17. *a.* 7. *vbi ferè singula verba fœdus Dei æternum esse testantur, quòd*

Semen *hoc, cum quo Deus fœdus iniit, æternum esse demonstratur. Æternitas enim ista non est absolutè inspicienda, sed ad fœdus & fœderis participes, Deum videlicet, & confœderatos illius referenda, inter quos fœdus hoc durat in sempiternum. Imò perpetuitas fœderis huius trinam æternitatem includit: Dei videlicet paciscentis, deinde confœderatorum, deinde gratiæ, quæ vigore pacti huius proponitur & confirmatur. De hoc semine Abrahæ vide Hierem. 31. d. 33. vbi talibus argumentis vtitur Dominus. Primum, Si possibile est Solem, Lunam, stellas, &c. Lege sua deserta, non facere ea, ad quæ sunt condita, certè possibile erit, vt cesset semen Israel, ne sit amplius populus Dei in terris. At hoc impossibile est, vt astra relicta Lege sua, non faciant ad quod sunt condita: ergo, &c. Simili argumento vtitur Hierem. 33. d. 20. Aliud argumentum: Si possibile est hominibus metiri altitudinem cœli, & perueſtigare fundamenta terræ, possibile erit, vt reprobem semen Israelis. Sed impossibile est metiendo consequi altitudinem cœli, & perueſtigare fundamenta terræ: ergo, &c. Sic Eccles. 44. c. 12. Fœdere comprehensa est progenies eorum, eidemq; succedens posteritas. Posteritas eorum manebit in perpetuum. Porrò de quali semine Abrahæ loquatur Dominus in Mose & Hieremia, explicat Paulus Rom. 9. a. 4. Galat. 3. d. 29. Semen enim Abrahæ sunt, non modò Israelitæ secundùm carnem, si sint fideles, sed & omnes illi, qui ex Gentibus sunt, credentes in Christum, & ad vitam æternã electi. Vnde Paulus Galat. 3. d. 29. Si vos estis Christi, ergo Abrahæ semen estis, & iuxta promissionem hæredes.*

Coniungãtur *hæc duo: Primùm in generationibus eorum: deinde fœdere sempiterno, vt perpetua per omnes generationes fidelium, fœderis huius continuatio exprimatur.*

In *hoc ipso fœdere mutatum sit Abrahæ nomen: Non vltrà, inquit, vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham: quia Patrem multitudinis Gentium constituì te. Non dicit, Quia Patrem multitudinis Gentis, ne ad multitudinem carnalis Israelis referas, sed in plurali, Gentium, constituì te: vt innuat constituere se illum in Patrem omnium eorum, qui tàm ex Gentibus, quàm ex Israele, promissis illius erunt adhæsuri, qui æternùm mansuri sunt. Necesse est ergo & fœdus, quod eos concernit, æternum esse.*

Deuter. 4. c. 13. *Vbi Moses fœdus Dei decem verba appellat, quæ quidem æterna & immutabilia sunt.*

Ecclesiastici 17. c. 10. *Pactum cum ipsis iniit æternum, & nos iura sua edocuit.*

Ibidem 44. c. 12. *Fœdere comprehensa est progenies eorum.*

A. Capita

A. Capita fœderis, quæ hic proponuntur, æterna esse oportuit. Quorum alia referantur ad

- Deum, vt ego sum
  - Schaddai, id est, Omnisufficiens Deus. Qua voce & vnitatem, & omnipotentiam, bonitatem, omnemq; virtutem suam & ingenium exponit Dominus. Est autem Deus omnisufficiens, non vno & altero seculo tantum, sed in sempiternum.
  - Deus tuus, & seminis tui post te. Huc pertinent quæcunque promissiones in Scripturis ad felicitatem nostram sempiternam, ac temporariam referri possunt. Deum enim alicuius esse, est illius esse, non modò creatorem, sed & seruatorem. Gratia fœderis huius non terminatur morte, sed durat in æternum, & manet in futura quoque vita, vt Deus non sit mortuorum, sed viuentium, Matth. 22. d. 32. Ergo ne mortui quidem corpore, ex sortes ab hoc fœdere sunt futuri, adeoq; necesse est vt viuant in sempiternum. Fœderi huic Abrahæ adiecta sunt temporaria & accessoria quædam. vt Circumcisio carnis, multiplicatio seminis, promissio terræ Chanaan: postea etiam Lex & Sacerdotium cæremoniale, quæ nec æterna, nec catholica erant, sed temporaria, & ad populum Israelis pertinentia. Quæ omnia ad hoc faciebant, vt essent ei Genti pædagogia quædam in Christum.
- Homines confœderatos, vt
  - Tu, inquit Dominus, pactum meum custodies. Huc pertinent omnia, quæ de fide in Deum, de vanitate idolorum, de adorando vno Deo, de vero cultu & iustitia passim in Scripturis dicuntur.
  - Ambula, inquit, coram me. Huc pertinet omnia, quæ ad veram fidem nostram, obedientiam, religionem, animi sinceritatem, cordis fiduciam, & dilectionem referri possunt. Quid enim aliud est ambulare coram Deo, quàm viuere in conscientia Dei, veluti sub oculis illius ad nutum seruorum à nutu Dominorum suorum perpetuo pendentium.
  - Esto integer. Huc pertinent omnia instituta vitæ: item quæ de æquitate & charitate colenda per leges varias in Scripturis describãtur. Integrum enim esse, nihil est aliud, quàm corde esse simplici, fideli, candido, & recto. Hinc iam certò constat, æternum esse fœdus. Vera enim pietas sibiipsi seculis omnibus conformis est: imò plane eadem.

De Discrimine veteris & noui Testamenti.

Loci duo.

- Vetus Testamentum non ad pactum Abrahæ, sed ad Mosaicam legislationem: nouum verò Testamentum ad Christi vocem respicere, & vetus vocari respectu noui: nouum respectu veteris, quod antiquato illi succesit.

Quod sit discrimen veteris & noui Testamẽti. Differunt enim ratione

- Personarum: si enim vtriusque Mediatores respicias, Mosen & Christum, multum inuenies discriminis. Moses quidem fidelis erat, in domo non sua, sed Christi, tanquam famulus in testimonium eorum, quæ dicenda erant. Christus verò tanquam filius in domo sua, id est, ampliori gloria dignus, quo ampliorem gloriam habet. Is qui & fabricauit domum, & dominus in illa, est magis, quàm qui in domo nõ sua dominatur, sed tanquam seruus famulatur, Hebr. 3. c. 16.
- Dispensationis: vt in seruili, vmbratili, & temporaria dispensatione Mosaici pacti, fuit liberatio populi Dei ex seruitute Ægypti, cum triumpho suppressi Pharaonis: ita in dispensatione noui Testamenti fuit quoque liberatio populi Dei: verùm non ex aliqua terrena, sed spirituali potius seruitute, peccati videlicet & regni Satanæ. Est hic triumphus de hoste suppresso, non Pharaone, sed Satana ipso. In illa est introductio & hæreditaria possessio terræ Chanaan. In hac est introductio ad possidendam cœlestis patriæ hæreditatem. In illa est legislatio in monte Sina per ministerium Angelicum, modum horribilem, literam, Tabulas lapideas. In hac est legislatio facta in Sion, non Angelico ministerio, sed præsentia & dispensatione Dominica, nõ horrendis modis, sed stupenda mansuetudine, Spiritu in corda electorum efficaciter insinuato. In illa est Spiritus timõris, in populo ministerium mortis. Hic libertas & alacritas, & ministerium vitæ. Sunt illic Sacramenta, Sacerdotium externum, cum determinatione Tribus Sacerdotalis, sacrificiorum, purgationum, & cæremoniarum reliquarum, figuræ & promissiones. Hic verò sunt sacrificia non cruenta, Baptismus & Cœna Domini. Est Sacerdotium non externum, sed spirituale, & fidelibus omnibus commune. Est hic sacrificium, & ipsum cruentum: verum non pecuarium, sed Dominicum: non repetitum, sed semel in cruce perfectum. Sunt purgationes, sed internæ: sunt cæremoniæ, sed paucæ & faciles, verbi, Sacramentorum & precum. Præterea vniuersa illa veteris Testamenti dispensatio temporaria fuit, & ad vnum Israelis populum pertinuit: noui verò dispensatio durabit ad finem vsque mundi, nulli sequenti, nisi cælesti fruitioni cessura: nec est vni alicui genti destinata, sed omnibus.
- Reuelationis: nam clariora sunt omnia noui Testamenti: reuelatio vetus habuit semper subobscuri aliquid, instar nubis, tectaque fuerunt pleraque, & inuoluta vmbris. Prædicatio noui Testamenti clara est, adeoque lux dicitur, quæ nihil obscuritatis habet.
- Beneficiorum Dei: quia
  - In nouo Testamento tolluntur per Christum onera Legis.
  - Noui Testamenti dona ampliſsima, & vberrima sunt: liberaliſsimè enim illa profunduntur iam in plures.
  - Deus in nouo Testamento compleuit figuras veteris Testamenti.
- Populi: diruta enim macerie, Ecclesiam regit liberalius Dominus: nec tenet amplius sub tam arcta custodia. Neque enim continetur Dei populus intra terminos terræ promissæ, sed expanditur ad fines vsque terræ.

De consensu & discrimine Patrum veteris Testamenti, & fidelium noui Testamenti.

Loci tres.

- In quibus cum Patribus conueniamus. In
  - Summa fœderis: vt enim nobis, ita Patribus veteris Testamenti fœdere quodam se obstrinxit Dominus: quòd videlicet noster Deus esse velit. Vt igitur vna ante & post Christum Sanctorum Ecclesia, vna ad cœlos via, vna constansq; Sanctorum religio: ita vnum, perpetuum & immutabile est Dei fœdus, quod videlicet ad ipsam fœderis substantiam attinet.
  - Præcipuis fœderis capitibus & conditionibus. Horũ alia pertinent ad
    - Deum: vt cùm omnia bona Spiritualia & corporalia Patribus & nobis promisit. Quo pertinent promissiones Dei omnes, quæ de beneficijs corporalibus & Spiritualibus, gloria, regno, victorijs, iustitia, sanctificatione, redemtione fidelium, hostia, satisfactione, sacerdotio, regno Christi, vita æterna, vocatione Gentium, benedictione Spirituali, abrogatione Legis, gloria Ecclesiæ, &c. in Scripturis dicuntur.
    - Homines. Huc pertinent capita fœderis: videlicet
      - Religio, seu doctrina, quòd
        - Vnus sit Deus.
        - Hic solus colendus Spiritu & fide sit.
        - Vnica sit orbis iustitia.
        - Vnicus sit Sacerdos & sacrificium verum, nempe Christus IESVS.
        - Speranda nobis sit animarum perpetuitas, resurrectio corporum & gloria.
        - Vna sit Ecclesia, quæ hæc omnia constanter confiteatur. Vide Hebr. 4. a. 2. Etenim sumus Euangelio destinati, sicut & illi.
      - Cultus Dei verus ac Spiritualis. Etsi enim externa quædam Patribus proposita sint, Spiritualiter tamẽ & illi Deum coluerunt. Nam cùm semper sui similis sit Deus, non alium ab initio mundi cultum probauit, quàm Spiritualem, qui eius naturæ congrueret. Cuius rei Moses locuples testis est, qui multis locis declarat, non aliò spectare finem Legis, quàm vt fide & pura conscientia populus Deo adhæreat, vt Deut. 10. c. 16. Circumcidite præputiũ cordis vestri. Verùm id clarius exprimunt Prophetæ, cùm seuerè inuehũtur in populi hypocrisin.
      - Cognitio Dei vera, &c. Vide literam A.
- Quibus rebus à Patribus differamus. Circumstãtijs videlicet, vt
  - Tempore. Patres enim fuerunt ante Christi incarnationem, ac propterea procul illum videbant, vt Epistola ad Hebræos testatur, cap. 11. a. 1. quamuis credidissent & salutassent: id est, amplexi essent promissionem de Christo: nos verò exhibitum & in carne manifestatum cernimus.
  - Modo tradendi. Etsi enim idem prorsus traditum sit vtrisque, modis tamen, quo illud nobis, idemq; istis traditum est, differt. Habebant illi typos varios, figuras, cæremonias, quæ vel signa, vel accidentia, vel accessoria fœderis dici possunt. Quæ vmbras futurorum bonorum, ac futuram generis humani redemtionem adumbrabant: quæ omnia nobis sublata sunt. Hæc enim nec æterna, nec catholica, sed temporaria erant, & ad populum Israelis pertinebant. Etsi enim & nos habemus corpus, id est, veritatem, non sine vmbris: hæ tamẽ & pauciores sunt, & manifestiores quàm Patrum. Omnia enim nobis apertiora sunt, quàm illis, qui obscuras adhuc vmbras habebant.
  - Modo reuelationis & exhibitionis bonorum. Nobis enim illustrior affulsit Dei gratia, vberior credendi materia, ac plenior exhibitio bonorum omnium Christi data est, quam illis. Vnde Paulus Tit. 1. a. 2. Bona in Christo nobis ab æterno promissa, eadem ab æterno data esse asserit, 2. Tim. 1. b. 9.
  - Materia Sacramentorum. Nam & nos Sacramenta habemus, quæ de exhibito Christo concionantur: alia tamen materia constant, quàm illorum. Cruenta erant & sanguinolenta illorum & Sacramenta & sacrificia, quæ de venturi Christi sacrificio concionarentur. Nostra familiaria sunt, & amica, vt consummationis essent Sacramenta & testimonia, quod omnis sanguis pro peccato cessauit. Atq; inde duo fœdera, duo populi, duo Spiritus dici cœperunt, non à substantia fœderis, sed ab accidentibus, accessionibus, circumstantijs, typis & figuris, &c.
- Quibus rebus præcellamus Patres veteris Testamenti. q
  - Omnium cæremoniarum onere leuati, antiquum & primarium institutum, priscorum videlicet Patrum, quod sine cæremonijs fidei ac innocentiæ, id est, fœderis capitibus nitebatur, attigimus.
  - Vmbris per fulgorem Euangelij depulsis, clara lætamur veritate.
  - Nos Christum aduenisse, Spiritum abundantissimè contulisse, gloriam suam per totũ orbem propagasse, omniaque absolutissimè consummasse confitemur, quem illi ita venturum credebant, & maximo desiderio expectabant. Patres ergo fuerunt nobis inferiores verbo ac facto: id est, reuelatione Christi, & manifestatione verbi.

A. Cognitio

Cognitio Dei vera. *Vt enim illi, ita nos per Filium Deum agnoscimus, Matth.11.d.27. Nemẽ nouit Patrem, nisi Filius, & cuicunque Filius reuelare voluerit, Ioan.1.c.9. Erat Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ne verò de illis tantùm intelligeretur, qui post incarnationem in mundo fuerunt, & sunt, subiunxit: Venientem in hunc mundum. vt cogamur de illis etiam intelligere, qui ante natiuitatem Christi in mundum hunc nati sunt. Antequam enim manifestatus esset Filius in carne, suam vbique virtutem proferebat. Huc pertinet & illud Ioan.1.c.18. Deum nemo vidit vnquam: Vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ille enarrauit. Omnem enim ætatem complectitur, & quoslibet homines, cum dicit: Deum nemo vidit vnquam, Nec est vlla vera Dei cognitio, nisi in Christo.*

Fides. *Vt enim vna est cœlestis hæreditas, ita vna fides nostra & illorum. Neque enim communis esset hæreditas, nisi vna esset fides, quæ est eius obtinendæ ratio. Etsi verò Sacramenta pro temporis ratione discrepent, fides tamen vna eademque concordat. Vnde & Patres veteris Testamenti eiusdem redemtoris incarnatione & passione salutem expectârunt, sicut & nos, Actor.15.c.17. & 4.c.12. Non est aliud nomen, &c. Vnde Paulus Abrahamum Patrem fidelium vocat, Rom.4.c.16. & Hebr.11.b.8. docet Patres placuisse Deo per fidem in Christum: nam de Mose loquens, Christi etiam mentionem facit.*

Iustitia, *quæ nobis per Christum gratis imputatur, Rom.4.c.9. Nam & Patres de gratuita peccatorum remissione edocti, conscientias habuerunt à peccati & mortis tyrannide solutas. Eadem semper fuit, & est iustificationis ratio.*

Inuocatio Dei. *Nam cùm omnibus seculis Deus à populo suo inuocatus sit Pater, per Filium certè Patrem appelârunt, & inuocârunt. Vide Daniel.9.a.4.*

Libertas. *Etsi enim Patres veteris Testamenti serui fuerint, quod ad externas & seruiles cæremonias attinet, liberæ tamẽ fuerunt eorum conscientiæ, eò quòd Spiritu per Christum liberi essent. Ergo per iugum Legis ita in humero portabant, vt libero in terra Spiritu Deum colerent.*

Veritas *promissionum & Sacramentorum. Nam nec Patres diuinæ bonitatis & Spiritualis beneficentiæ experes fuerunt: iuxta illud Psal.31.d.20. Quàm multa bonitas tua, quæ abscondita est timentibus te. Verùm eam multò liberalius Christo exhibito effudit Dominus. Etsi verò Patres vmbras & figuras habercnt, non tamen corporis, id est, solidæ veritatis expertes fuerunt, sicut neque nos corpus habemus absque vllis Sacramentorum vmbris. Vide de hoc 1. Cor.10.a.11.*


Conspectus *Christi. Etsi enim Patres obscurum conspectum Christi haberent sub vmbris, nunquam tamen extra Christum se illis patefecit Deus. Vide Ioan.8.c.40. de Abrahamo. Et quamuis venturum expectarent, in promissione tamen illum velut procul videbant. Deinde Filius Dei sub formis & signis aspectabilibus se illis conspiciendum exhibuit, vt familiaris ad fideles accederet, & quasi præludio quodam fungi cœpit Mediatoris officio.*

Fundamentum *Ecclesiæ & salutis. Omnes enim Patres, sicut & nos in Christo fundati erant: fundamentum*
A.2 *enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, 1.Cor.3.c.11. Hoc fundamentum, Ephes.2.d.20. Apostolorum & Prophetarum esse dicitur, eò quòd Prophetæ & Apostoli prædicauerint hunc, vnicum & Ecclesiæ & salutis illius esse fundamentum, cui omnibus innitendum sit, cui & ipsi innixi sint.*

Vitæ *innocentia & omnia instituta vitæ. Eandem enim viuendi rationem Patribus tradidit, quam nobis. Huc totus Decalogus pertinet. Item, Ambula coram me, & esto integer, Genes.17.a.1.*

Vitæ *immortalitas & gloria æterna, quam & illi & nos expectare debemus fide. Etsi enim terrena Patribus vt plurimùm proponantur, hoc tamen non idcò fit, vt præsentibus bonis contenti cœlum negligerent, vmbram tantùm manem sectantes, vt quidam nunc delirant: sed vt pro temporis ratione talibus adminiculis adiuti paulatim in cœlum assurgerent, & vt externa hæc scalarum loco essent, quibus cœlum attingerẽt. Sic terram Chanaan cœlestis hæreditatis speculum & pignus illis esse voluit. Vide Hebr.11.d.13. quid Patres expetiuerint, & quam Ciuitatem Deus illis pro ipsorum desiderio paraucrit: Ciuitatem videlicet cœlestem, seu vitam æternam, quã Paulus ibidem Patriam meliorem appellat. Et Iacob Genes.47.g.31. peregrinum se agnouit in terra, quæ illi in perpetuam hæreditatem promissa erat. Ex quo colligitur, illum patriam requisiuisse meliorem, ac mentem supra cœlos extulisse. Etsi enim Patres sub spe reuelationis & vitæ essent conclusi, eiusdem tamen vitæ & socij & consortes fuerunt, cuius & nos: nisi quòd illi obscurè sibi promissum in figuris cernebant: nos iam exhibitum quasi manibus tenemus. Illi à spe reuelationis, quæ suo tempore subsequebatur, pendebant: nos ab exhibito & reuelato pendemus. Lege de hoc 2.Tim.1. 1.Ioan.1. Hebr.11.g.32. 1.Pet.1.c.10. Quod enim in Petro dicitur, 1.Pet.1.vers.12. quòd Prophetæ non sibipsis, sed nobis ministrârint, non excluduntur hoc dicto Patres à spe æternæ salutis, sed tantùm docere vult Apostolus, vtilius nobis esse Prophetarum ministerium, quia in seculorum fines incidimus, 1.Cor.10.c.11. De rei enim exhibitione loquitur Apostolus, & altiori fidei gradu. Ac cum æternum sit & idem vitæ fœdus, quod Deus ab initio mundi ad finem vsque cum seruis suis pepigit: absurdum esset diuersam & aliam salutis obtinendæ rationem hodie tradi, quam quæ olim Patribus fuerit. Falluntur ergo, qui sanctos illos Patres fingunt, non nisi huius caducæ & fluidæ vitæ intuitu benedictos fuisse à Domino, ac illos de Christi vita ne cogitasse quidem vnquam arbitrantur. Certè Petrus Act.15.c.17. socios eiusdem fidei nobis Patres facit, & communem vtrisque salutem assignat. Sicut Paulus 1.Cor.10.c.11. Huc pertinet & illud Act.4.c.12. Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, &c. Item Hebr.13.b.8. Christus heri & hodie idem est, etiam in secula. Item, In semine tuo benedicetur omnes Gentes, Genes.12.a.3. & Paulus Act.26.a.6. eandem spem Patrum veterum & filiorum, suam & nostram esse asserit, idq; in præcipuo fidei nostræ capite. Et sunt tamen quibus fanaticus homo Seruetus cum suis fœdis sacrilegijs arrideat. Paulus Hebr.11.g.40. in fine consummationem Patribus etiam tribuit & perfectionem, at non sine nobis. Vide Hebr.4.a.3. Introimus enim in requiem nos, &c. (de qua Dauid Psal.95.b.11. loquitur) de qua requie intelligi debeat, de terra Chanaan, vel æterna illa requie, & quo modo illam nobis ac Patribus attribuat.*

De mediis Spiritus Sancti, quibus vtatur ad fidem in nobis creandam & conseruandam.



4. Quibus

A. Quibus *rebus differant Lex & Euangelium.*

- *Lex innata est homini, etsi nunc peccato obscurata. Euangelium doctrina est, quæ naturam ipsam transcendit.*
- *Lex nobis maiestatem & iustitiam Dei velut nudam proponit: ideoq; nos perterrefacit, atque adeò occidit. Euangelium eandem iustitiam nobis proponit, sed quæ sit nobis per misericordiam in Christo exhibitam pacata.*
- *Lex iubet, vt in nobis quæramus eam iustitiam, quam describit: ideoq; nobis exitum nostrum ob oculos ponit. Euangelium autem indicat vbi tandem nanciſci quod non habemus, & vbi inuenerimus, quomodo eo potiri possumus.*
- *Lex pronunciat nos felices, si plenè eam præstiterimus. Euangelium salutem & vitam æternam promittit, si crediderimus.*
- Differunt *in consequendæ iustitiæ ratione. Lex enim eam in nobis quærit, & meritò quidem, quoniam non respicit quid præstare possimus, sed quid præstare debeamus, eò quòd homo sua vnius culpa eò recidit, vt non sit soluendo, ac proinde ex eo quòd soluere non potest, minimè absoluitur: vnde consequitur nullam iniuriam nobis fieri à Lege, ne tum quidem, cùm à nobis, quod nostra culpa præstare non possumus. Euangelium autem ius illud acerbißimum, veluti melle quodam misericordiæ temperans: ita tamen, vt de summa Dei iustitia nihil detrahatur, fideiussorem nobis illum demonstrat, qui non modò expreßis verbis fideiußit, sed etiam nostro nomine quicquid debebamus ad extremum vsque quadrantem exsoluit, adeò vt illud ipsum ius Legis, quod nos planè deijciebat, nos in* IESV *Christo prorsus erigat, & confirmet.*
- *Lex hactenus in nobis est efficax per se, quod morbum nostrum nobis indicat, atque etiam exasperat: minimè quidem id sua culpa, sed ideo potius, quòd natura nostra, vt est corrupta, quò magis redarguitur, eò magis peccandi cupiditate exæstuat. Euangelium verò, præterquàm quod certum remedium proponit aduersus Legis execrationem, hoc habet peculiare, quòd adiunctam habet efficaciam Spiritus Sancti, à quo regeneramur, & immutamur, cùm fidem in nobis creat, quo beneficium oblatum apprehendatur.*

B. Sacramenta, *quæ Euangelij sunt signacula. Hic dissice,*

Quæ *sint communia verbo & Sacramentis.*

- Quod *vtraque sunt instrumenta, quibus vtitur Spiritus Sanctus in eundem finem, nempe vt nos magis ac magis cum Christo vnum efficiat, ex quo postea salutem nostram haurimus.*
- Quod *Spiritus Sanctus ita vtitur, & prædicato verbo, & Sacramentis, tanquam instrumentis gratiæ suæ, vt nihilominus tamen suam efficaciam in illa instrumenta non transferat, sed efficacia & virtus omnis ab eo vno promanet.*
- Vt *prædicatio verbi nihil nos iuuat, nisi in primis ita nobis annuncietur, vt à nobis possit intelligi: deinde nisi quod per illud nobis proponitur & offertur: id est,* IESVS *Christus, cum omnibus suis donis, per fidem auditorum cordibus applicetur: ita etiam de Sacramentis sentiendum. Non enim & hæc prosunt, nisi ad ea percipienda fidem afferamus.*
- Vt *Euangelium semper est suapte natura verbum vitæ, quamuis ab incredulis veratur in odorem mortiferum: ita Sacramenta non desinunt in se vera esse Sacramenta, quamuis ab indignis aut reprobis etiam hominibus vel administrentur, vel percipiantur. Neque enim potest hominum improbitas naturam diuinæ ordinationis peruertere.*
- Vt *semen quoduis fructum non edit eo ipso momento quo seritur, sed necesse est, vt aliquandiu in terra resideat: ita etiam verbi & Sacramentorum fructus in electorum animis eo demum tempore sese exerit, quod est à Deo constitutum.*

Quid *habeant peculiare verbum & Sacramenta.*

- Quia *Sacramenta sunt verbi signacula, manifestum est oportere, vt in adultis hominibus verbi prædicatio præcedat vnà cum clara fidei professione. Quare in nullam Ecclesiam rectè constitutam vllus Paganus vnquam fuit admissus, nisi qui catechumenus esset, & fidei confeßionem priùs edidisset, quàm ad Baptismum reciperetur. Quare & Paulus de Cœna agens, requirit, vt quisquis seipsum probet: quod sanè facere non poßit, qui probationis regulam, id est, doctrinam, non tenet.*
- Potest *verbum esse absque Sacramentis, Sacramenta absq; verbo non item. Nam instrumenta nonnunquam valida sunt, etiam non appoßito sigillo. Est autem sigillum inutile, nisi sit appositum instrumento eius confirmandi causa.*
- Prædicatio *verbi requiritur in omnibus adultis, ad hoc, vt seruari poßint. Sed alia Sacramentorum est ratio. Non enim eò vsque pertingit necessitas percipiendorum Sacramentorum, vt sine exceptione quisquis Sacramentis non fuerit potitus, salute excidat: sed hactenus duntaxat, vt qui ea spreuerit, cùm se infidelem declaret, reus sit mortis æternæ, nisi resipuerit.*
- Simplex *verbi Dei prædicatio vnam duntaxat ex quinque nostris sensibus ferit: Sacramenta verò reliquos etiam sensus excitant, adhibitis etiã maximi momenti ritibus. Vnde intelligi potest, quantum illorum vsus fidei nostræ conferat, vtpotè qui nos veluti in rem præsentem adducat, quasi Christum ipsum quodam modo manibus iam palpemus, & oculis cernamus, & toto corpore sentiamus.*

De Gratia Dei.

Loci tres.

- Quid *sit. Est enim gratia fauor, quo bene vult nobis Deus, & gratuitò absque vllius meriti ac debiti respectu dona sua nobis largitur.*
- Vnde *sit in Deo affectus gratiæ. Origo gratiæ non est alia, quàm bonitas, quæ inest illi stupenda & immensa. Natura gratiæ est esse gratuitam.*
- Quotuplex. *Est enim duplex, quòd ad operationes attinet,*
  - Generalis, *quæ est vel*
    - Operans. *Hic refer quòd*
      - Proponens, *vt quod ante mundi constitutionem ab æterno sic voluit, decreuit, ac proposuit, vt in plenitudine temporum misso Filio suo genus humanum liberaret, ac seruaret. Vide Ephes. 1. a. 4. Vbi videmus gratiam Dei ab æterno fuisse volentem, proponentem, eligentem, ac prædestinantem ea, quæ salutem humani generis concernunt.*
      - Hominem, *quem ab æterno per Christum saluare proposuit, mox condito mundo ad imaginem suam creauit, in Paradisum locauit, lata Lege de voluntate sua certum reddidit, prænaricatorem mortis damnauit, ex Paradiso eiecit, semen salutis promisit, nudum vestiuit. Cain præmonuit antea, post cædem corripuit, vagum reddidit, sacrificium Abelis approbauit, Patribus apparuit. Noe seruauit, fœdus cum Patribus iuit, semen benedictionis promisit, Legem tulit, &c.*
      - Sub *Lege Sacerdotium instituit, cæremonias, sacrificia, &c. Quæ omnia etsi Mosaicæ Legis dispensationem concernant: tendebant tamen ad propositum finem: Christum videlicet mundi Seruatorem, vt ad operationes æternæ gratiæ referri possint.*
      - Post *Legem Verbum incarnatum est. Huc pertinent Christi dispensatio, quæ constat prædicatione, miraculis, Discipulorum institutione, morte, resurrectione, ascensione, Spiritus missione, &c.*
  - Specialis, *qua per Spiritum Sanctum in cordibus electorum perficitur, cæcis mentis illuminatio, impij cordis iustificatio, regeneratio: donorum Dei, fidei, spei, charitatis, patientiæ, &c. insinuatio.*

De dispensatione Gratiæ Dei, ac salutis humanæ, per Christum acquisitæ.

In dispensatione hæc considerãda.

- Quis *illam perficiat. Hic disce,*
  - Si *quæratur autoritas dispensationis gratiæ Dei, non est illa tribuenda alteri cuipiam, quàm ipsi Domino, qui idem est & Redemtor, & redemtionis dispensator, tanquã Dominus omnium, cui Deus Pater omnem potestatem dedit, & ad quem etiam tanquam fontem & thronum gratiæ accedere iubemur. Venite, inquit, ad me omnes, &c.*
  - Si *quæratur dispensationis huius efficacia, etiam illius respectu, nemo est, præter Christum, qui gratiam redemtionis mortalibus efficaciter dispensare possit. Ipse siquidem vnus est, qui corda nostra Spiritu suo aperire, illuminare, remissis peccatis iustificare, regenerare, filiosq; & hæredes Dei reddere possit.*
  - Constituisse *quidem Apostolos gratiæ huius dispensatores: verùm non nisi ministerialiter: autoritatem verò & efficaciam maiestati & virtuti suæ retinuit. Vide 1. Cor. 4. d. 20. Ephes. 3. a. 5. Tit. 1. a. 3. 1. Pet. 4. d. 14.*
- Quomodo *dispensatio gratiæ perficiatur: videlicet si*
  - Gratia *hæc ritè offeratur: ritè autem offertur per Euangelij prædicationem, ministerio Apostolico, non Missæ sacrificio, 1. Cor. 9. a. 2. Ephes. 3. a. 5. Vide quantum distent à placato Deo, qui dispensationem salutis humanæ tribuunt Missis Papisticis, quam Deus per Euangelij prædicationem fieri voluit.*
  - Ritè *accipiatur. Accipitur autem ritè*
    - Audiendo. *Requiritur enim, vt primùm audiatur Euangelium salutis: quomodo enim credent, de quo non audierunt? Audiant autem homines Euangelium, non vt verbum hominum, sed vt verbum Dei.*
    - Credendo. *Opus enim est, vt audientibus aperiantur corda ad credendum. Et enim si nulla accesserit numinis operatio intus in animo audientis, fieri nõ potest, vt animalis homo percipiat ea, quæ sunt Dei. Requiritur singularis operatio Dei, quæ sensum humanæ operationis retundat.*
    - Obediendo. *Sine obedientia non solùm frustra auditur, sed & frustra quo auditum est, creditur. Obedientia hæc respiscentiam & vitæ innouationem includit.*
- Quibus *dispensetur. Dispensatur quidem illa omnibus communiter, secundùm institutionem Dominicam, qua iussit Euangelium prædicari in vniuerso orbe, ac doceri omnes Gentes. Non tamen ritè & vtiliter accipitur ab omnibus. Dispensationis enim efficacia non peruenit ad omnes: non enim omnium est fides, & inter eos quoque, qui fidem in Christum profitentur, pauci sunt, qui credant, ac fructus fidei adferant. Absit autem vt id aliò referamus, quàm ad corruptionem, & occæcationem carnis, per quam fit, vt diligant homines magis tenebras, quàm lucem.*

De Christi in mundum aduentu ex Ioan.1.a.11.

In sua venit,&c.

LOCI quatuor.

- Quid *Christus Filius Dei conferat suo in mundum aduentu: videlicet adoptionem. Huius verò symbolum Baptismus est, qui initiat, & inserit nos corpori Christi. Loquimur autem de Baptismo, non vt nudo symbolo, sed quo Christus per fidem induitur.*
- De iure filiorū Dei, q^d^ est, vt
  - Sint *Christi, id est, Christo per fidem incorporati, vt sint membra corporis eiusdem ex carne eius, & ex ossibus eius. Hinc Paulus Gal.3.d.28. cùm de adoptione dixisset, subiungit: Omnes vos vnus estis in Christo* IESV. *Quòd si vnus sumus, cur alienis viuendi modis ab Ecclesia separantur Monachi? Item si vnus sumus, nihil planè religioni veræ perinde aduersatur, quàm inimicitiæ, lites, iurgia, &c.*
  - Abrahæ *semen sint; Abrahæ enim semen sunt, qui credunt, & in vestigijs Abrahæ incedunt.*
  - Per *Christum benedicantur: Abrahæ enim & semini, siue hæredibus eius facta est promissio, fore, vt ipse cum vniuerso semine per Christum benedicatur.*
  - Sint *liberi: at hæc libertas non est diuinæ Legis proscriptio & contemtus, aut peccandi licentia, sed vitæ custodia sancta & voluntaria, Legisque absoluta perfectio. Ad omnia enim promtos nos & alacres efficit Dei Spiritus. Vnde Augustinus in Ioan. 8. Prima libertas est carere criminibus, sed ista inchoata est: non perfecta libertas, quia caro concupiscit aduersus Spiritum: libertas autem plena atque perfecta est, quando nullæ erunt inimicitiæ, quando nouissima inimica mors destruetur. Idem: Eris liber, si fueris seruus iustitiæ. Huc pertinet locus de libertate Christiana, & quædam de libero arbitrio annotata.*
  - Potestas, *seu dominium, quod filiorum est, non seruorum: proinde inquit: Dedit eis potestatem filios Dei fieri.*
  - In *domo Dei perpetuò permaneant, neque vnquam ejciantur. Domus Dei Ecclesia est, ac Regnum cœlorum, Ioan.8. d.35.*
  - Sint *hæredes vitæ æternæ, Gal.3.d.29. Rom.8.d.17.*
- Quæ *generationis huius ratio sit: alij enim propagine carnis gloriantur, existimantes se ideò acceptos esse Deo, quòd è semine descenderunt Sanctorum Patrum, Ioan. 8. d. 39. Alij id viribus suis attribuunt, de quibus Ioannes, Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, &c. Renascimur ergo, seu filij Dei efficimur, teste Petro, 1. Pet.1.c.23. cœlitùs Spiritus Sancti conuertente & instituente corda nostra virtute sua, atque opera verbi viuentis Dei. Atque ab hoc renascentiæ modo & indole filiorum Dei argumentum ducit Petrus, quo ad vitæ sanctimoniam hortatur, quasi dicat, Renatos noua vita decet: nempe vt moribus parentem referant, à quo nati sunt. Sic & 1. Ioan. cap.3.a.9. Qui natus est ex Deo, peccatum non committit, quoniam semen ipsius in eo manet, &c. Cùm enim Deus sit purus, & semen, id est, verbum purum, consequens est, vt filij sint puri.*
- Qui *sint participes adoptionis: illi videlicet, qui recipiunt Christum, id est, credunt in illum.*

Collatio aduentus Christi prioris cum secundo ad iudicium.

PRIMVS aduētus Christi fuit

- Humilis, *Matth.11.d.29. Philip.2.a.8.*
- In *infirmitate, Hebr.4.c.15.*
- Contemtus, *Esaiæ 53.a.3.*
- Seruilis, *Matth.20.d.28. Philip.2.d.7.*
- Pauper, *Luc.9.d.22.*
- Non *vt iudicaret, Ioan.8.c.15. Luc.12.d.51.*
- Afflictus *& passibilis, In multis locis.*
- Aduersariis *& concilijs impiorum obnoxius.*
- Non *vt pacē mitteret, sed gladium, Matt. 10.d.34.*
- Non *vt iustos, sed peccatores ad pœnitentiam vocaret, Luc.5.d.32.*
- In *quo omnes ad sese inuitabat, Matth. 11. d.28.*
- In *quo longas conciones habebat, vt peccatores ad pœnitentiam vocaret.*
- Vsitatus.
- Mansuetus, *Matthæi 11. d. 29. Zachariæ 9.c.9.*

SECVNDVS ad iudiciū erit

- Glorioſus, *Luc.21.d.27.*
- In *potentia, Ibid.*
- Honestissimus, *Matth. 24.g.42.*
- Vt *dominatoris.*
- Diues, *Matth.24.d.30.*
- Iudex *viuorū & mortuorū, 1. Thes.4.c.17.*
- Non *passibilis, Rom.6.a.5.*
- Vincens *aduersarios, 1. Cor. 15. d. 25. & ipse cogens concilia vniuersale, Matth.24.g.44.*
- Vt *pijs sempiternam pacem det, Matth. 25. d.34.*
- Non *amplius peccatores ad pœnitentiam vocans, Matth.25.*
- Pios *tantùm ad se compellans, Matth. 25. d.34.*
- Pauca *& eadem terribilia ad peccatores loquens.*
- Mirabilis. *Quædam enim signa præcedent, Luc.21. a.6.*
- Terribilis *impijs, Matth.25.g.41.*

De Reconciliatione mundi cum Deo per Christum.

Quid *sit. Est enim gratiæ pristinæ offensione aliqua diremtæ redintegratio, ac diuisorum in mutuam beneuolentiam ac concordiam reditio: Vbi nulla simultas est, nulla inimicitia: ubi reconciliatio locum non habet.*

An *facta sit reconciliatio cum Deo. Factam esse testatur Paulus ad Romanos, cap. 5. c. 10. Cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo. Quæ verba & de præteritis inimicitijs, & de facta reconciliatione testantur. Ergo si reconciliati sumus, necesse est sublatas esse inimicitias: quibus eramus à Deo abalienati, & naturâ filij iræ: sic Vt iam simus in gratia, beneuolentia, & amicitia cum Deo coniuncti.*

Quorum *sit facta reconciliatio. Explicat id Paulus 2. ad Corinthios, capite 5. d. 19. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Nam inter mundum & Deum facta est dissensio, vel diuisio, studio Serpentis antiqui, per transgressionem præcepti, ac peccatum primorum parentum. Ea diuisio non modò peperit, sed & auxit inimicitias: tam abest, Vt quisquam vel in cœlo fuerit, vel in terris, per quam reconciliatio fieri posset. Placuit igitur Deo, Vt fieret per ipsius Filium, Vt per quem cuncta creata fuerant, per eundem & cuncta reconciliarentur.*

Quid *est quod Paulus ad Colossenses, capite 1. d. 20. dicit, Deum per Filium reconciliare cuncta, quæ in terris sunt, & quæ in cœlo. Et ad Ephesios capite 1. c. 10. Instaurare omnia, quæ in cœlis sunt, & quæ in terris? Quid necesse fuerit reconciliari cum Deo præter homines, qui peccârunt, reliquas etiam creaturas, quæ nulla in re aduersus Deum peccârunt, non solùm eas, quæ in cœlo sunt, Vtpotè Angelos, Solem, Lunam, stellas, aërem, sed & terrestres bestias, arbores, herbas, terram ipsam, mare, fluuios, fontes, & quæ in aquis viuunt? Si reconciliatio præsupponit inimicitiam, quomodo locum in illis habere potest, in quibus nulla præcessit inimicitia?*

Respondeo: Hæc ratio efficit, Vt aliter atque aliter hos Pauli locos enarrarent quidam: sed respondendum est, homines non esse conditos propter Angelos, vel reliquas alias creaturas: sed Angelos propter homines, cum reliquis omnibus creaturis. Quemadmodum autem omnis hæc cœli terræque machina propter hominem condita est, ita vicissim ira Dei omnia creata propter peccatum hominis inuoluit, Vt & ipsa opus habuerint reconciliatione, qua vnà cum genere humano reconcilientur, & suo tempore restaurentur: id est, à seruitute vanitatis & corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei liberentur. Huc facit locus Geneseos cap. 3. c. 17. Vbi maledicitur terræ propter hominem: huc facit & Pauli sententia ad Rom. cap. 8. d. 22. de gemitu creaturæ & liberatione, Vbi quid velit manifestissimè explicat, cùm addit: Simulque nobiscum parturit ad hoc tempus, &c.

Loci octo.

Quomodo autem non homines tantùm, sed & vniuersa creatura, tàm cœlestis, quàm terrestris per Christum reconcilietur, tum demum perspicuè cognoscemus, quando restaurationem omnium reipsa videbimus. Quòd autem reconciliationis hanc creaturarum omnium per Christum futuram, non intelligimus, in causa est, quòd nec primæuam illarum, nec futuram conditionem cognoscimus. Quales effecerit post peccatum, etiamnum ad oculos videmus: quales verò conditæ sint initiò, & quales innouato mundo futuræ sint, nullo iam sensu comprehendere possumus.

A quo *sit facta reconciliatio. Ab eo vtique facta est reconciliatio omnium, cuius non modò voluntate, sed & opere est facta, Coloss. 1. d. 20. Ergo Deus Pater voluit, & sic illi placuit, Vt omnia erga se reconciliarentur. Paulus 2. Corinth. 5. c. 18. tribuit Deo etiam ipsum opus reconciliationis, dicens: Omnia autem ex Deo, qui reconciliauit nos sibi per* IESVM *Christum.*

Cum *quo sit facta reconciliatio. Facta est non modò à Deo, sed & cum Deo: sic enim 2. Corinth. 5. d. 19. dicitur, Deum fuisse in Christo mundum, sibi reconciliasse.*

Per *quem facta reconciliatio. Opus hîc erat Mediatore inter Deum & genus humanum, per quem omnium fieret reconciliatio: qua de causa Filium suum, per quem omnia reconciliaret, per quem etiam omnia creauerat, in hunc mundum misit.*

Quomodo *facta reconciliatio per Christum. Per mortem videlicet Christi, quam pertulit in cruce, facta est pax, & reconciliatio inter Deum & omnia creata. Proinde ad Colossenses 1. d. 20. dicitur: Et per eum reconciliare cuncta erga se, tàm quæ in terra sunt, quàm quæ in cœlis, facta per sanguinem crucis illius pace, per eundem, &c.*

De vtra-

De vtraque Natura in Christo, & duarum Naturarum vnione.

Loci tres.

- Quòd *Christus* verus sit Deus, &c. *Vide literam A.*
- Quòd *Christus* verus homo sit. Vbi hæc discenda, quòd
  - Christus *carnem non sideream, nõ aëream, neq; cælestem, neq; phantasticam assumserit, sed veram de substãtia Virginis Mariæ, qđ probatur*
    - Genes. 3. c. 15. *Semen mulieris conteret caput tuum. Verus igitur homo de vero homine, & tamen non ex viro viri semen, sed mulieris alicuius præclaræ.*
    - Esaiæ 7. c. 14. *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium. Virgo, inquit, non cœlum.*
    - Luc. 1. c. 31. *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.*
    - Paulus *Gal. 4. a. 4. asserit Christum ex muliere esse factum.*
    - 1. Timoth. 2. a. 5. *Vnus est Mediator Dei & hominum, homo Christus* IESVS.
    - Ad *Hebr.* 2. c. 16. *Nusquam enim Angelos assumit, sed semen Abrahæ. Item vers. 17. Debuit per omnia fratribus similis reddi.*
    - 1. Ioan. 4. a. 2. *Omnis Spiritus qui confitetur* IESVM *Christum in carne venisse, ex Deo est.*
  - Christi *caro benedicta ex Virgine nata, maledictioni non sit obnoxia, id probatur testimonijs*
    - Lucæ 1. c. 35. *Spiritus Sanctus superueniet: id est, cœlitùs descendet in te, & virtus Altissimi obumbrabit te: id est, vmbra alarum suarum te protegeт, atque incorruptam seruabit, & fœcundam reddet. Et subdit: Quapropter & quod nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei.*
    - Matth. 1. d. 20. *Quod in illa conceptum est, à Spiritu S. profectum est.*
    - In *Luc.* 2. a. 7. *non temporis modò, loci, ac generis Christi fit mentio, sed & earum circumstantiarum, quæ veræ carnis natiuitati adhærent, vt postquam completi sunt dies pariendi, peperit Filium suum, &c.*
  - Caro *Christi post resurrectionem glorificata, vera tamen caro sit, nec carnis exuerit naturam: licet verò spiritualis sit, in Spiritum tamen non conuertitur, multò minus in Deum.*
  - Christus *rationalem habeat animam, non verbũ loco animæ, id probatur*
    - Matth. 26. d. 38. *Tristis est anima mea vsque ad mortem.*
    - Luc. 22. d. 44. *Correptus angore.*
    - Ioan. 12. *Nunc anima mea turbata est. v. 27.*
    - Hebr. 4. c. 15. *Non habemus Pontificem, qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum.*
  - In *vna Christi persona duas esse naturas vnitas, diuinam & humanam. Id probatur*
    - Esa. 7. c. 14. *Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Immanuel. Fatetur ergo Messiam tàm hominem q̃ Deum esse appellandum.*
    - Apud *Mich.* in 5. a. 2. *Nascitur secundum carnem in Bethlehem: sed secundum diuinam naturam egressus eius ab initio à diebus æternis.*
    - Zach. 13. a. 7. *legimus Patrem prosopopœia quadam compellare gladium, siue afflictionem, ac dicere: O gladie excitare super Pastorem meum, & super coæqualem meum. Vnde dicimus Pastorem istum, qui Christus est, Patri esse coæqualem, Deum verum: & tamen eundem hunc minorem esse, secundum naturam humanam, iuxta quam patitur, & percutitur.*
    - Paulus ad *Rom.* 1. a. 1. 2. *vtramq; naturam in Christo agnoscit, cùm ait: Segregatus in Euangelium Dei, quod antè promiserat per Prophetas suos de Filio suo, qui genitus fuit ex semine Dauid, secundum carnem, qui declaratus fuit Filius Dei, &c.*
    - Ad *Philip.* 2. a. 6. *Qui cùm esset in forma Dei, &c. Ioan.* 1. c. 14. *Verbum caro factum est. 1. Tim.* 3. d. 16. *Deus manifestatus est in carne, &c.*
  - De vnione & proprietate duarum naturarum in Christo. Hic obseruabis,
    - Duas *in Christo naturas manere impermixtas, ita vt neutra de altera (nisi per communicationem idiomatum) participet: sed proprietatem suam vtraq; seorsim illæsa custodiat. Etsi enim à diuinitate non separetur humanitas, tamen vtraque suum seruat ingenium.*
    - Naturarum *distinctas proprietates & opera, vnitatẽ personæ non dissociare, non magis quàm in homine anima & caro duas personas constituunt. Vt enim ista diuersissima sunt, ita diuersis quoque proprietatibus & operationibus pollent. At tamen homo, qui ex his constituitur, non duæ personæ sunt, sed vna est: ita Deus & homo vnus est Christus, Dei ab æterno, & hominis à temporis dispensatione, in æternum Filius, vna persona, vnus Christus: cohæret enim in vnitate personæ, nexu indissolubili, sed & ineffabili diuinæ naturæ, humana.*
    - Vnitatem *personæ non extendere corpus Christi p omnia. Lege August. epist. 57. ad Dard. tract. in Ioan. 50. contra Arianum quendã Felicianũ, cap. 9. 10. 11. 12. De agone Christiano cap. 24. 25. 26.*

A. Christum verũ Deum esse, id qꝯ probatur

- Testimoniis
  - Prophetarum,
    - Esaiæ 9. a. 6. *Puer natus est nobis, & Filius datus est nobis, &c. Hic Filium Deum, Patrem æternum vocat.*
    - Hieremiæ 23. a. 6. *Qui Christum Deum & iustitiam nostram appellat.*
    - Dauidis *Psal.* 45. c. 12. *de Christo inquit: Quoniam ipse Dominus tuus, & adorabis eum.*
    - Micheæ 5. a. 2. *Egressus eius à diebus æternitatis.*
  - Patris cœlestis, *Matth.* 3. c. 17. & 17. a. 5. *Hic est Filius meus, &c.*
  - Christi,
    - Ioannis 5. c. 17. *Pater meus operatur vsque, & ego operor.*
    - Eiusdem 10. d. 28. *Ego vitam æternam do eis. Item, Ego & Pater vnũ sumus.*
    - Eiusdem 14. a. 1. *Creditis in Deum, & in me credite.*
    - Eiusdem 17. a. 5. *Pater glorifica Filium tuũ, vt & Filius tuus glorificet te, &c.*
  - Apostolorum,
    - Thomæ, *Ioan.* 20. d. 28. *Dominus meus, & Deus meus.*
    - Petri, *Ioan.* 6. g. 6. *Domine, ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes, & nos credimus, quod tu es Christus Filius Dei viui. Et Matth.* 16. c. 16. *Tu es Christus Filius Dei viui.*
    - Ioannis *Baptistæ, Ioan.* 1. d. 34. *Et ego vidi, & ego testatus sum, hunc esse Filium Dei.*
    - Pauli,
      - Rom. 9. a. 5. *Ex quibus est Christus, quantum ad carnem, qui est in omnibus Deus laudandus, &c.*
      - Ad *Tit.* 2. c. 13. *Expectantes beatam illam spem & apparitionem gloriæ regni Dei.*
      - Actor. 20. d. 28. *Ad regendam Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.*
    - Esaia,
      - Nullus *alius Deus, præter vnum: nulla alia iustitia, & salus præter vnam, Esaiæ* 43. c. 11. 45. d. 21.
      - De *Christo autem scribitur Esaiæ* 11. c. 10. *In ipsum Gentes sperabunt: necesse est igitur Christum Deum esse verum.*
    - Ezechiele, 34. c. 13. *Dicit Dominus: Solus ego pascam gregem meum. At paulò pòst addit: Pascet eum seruus meus Dauid. Iam si solus Deus pascit, & Christus pascit, oportet Filium Patri consubstantialem esse, alias non pasceret vnus Deus.*
- Argumentis ex Scriptura depromptis ex
  - Prophetis,
    - Hieremia,
      - Maledictus *qui spem suam collocat in homine: beatus verò, qui Deo fidit.*
      - Christus *ille Deus illa salus & iustitia est, Hierem.* 23. a. 6. *ergo Christus verus est Deus.*
    - Ex omnibus ferè Prophetis,
      - Regnum *Messiæ æternum omnium ætatum, temporum, & hominum est, vt Prophetæ testantur. Dominus* IESVS *ipse est verus Messias in Lege & Prophetis promissus, vt est Daniel.* 9. d. 24. *Ioan.* 4. 9. & 10. d. 35. *Act.* 13. d. 23. IESVS *ergo verus est Deus.*
      - Item *vniuersa Scriptura, Prophetica & Apostolica, magno consensu præcipit, Christum adorari & inuocari: & iubet in eum confidere: ergo tribuit ei potentiam infinitam, &c. Vide Psal.* 45. c. 12. & 72. c. 11.
  - Mar. 2. c. 10. *Nemo potest peccata remittere, nisi solus Deus. Christus remittit: ergo Deus est.*
  - Ioanne, vnde sex argumẽta sumũtur:
    - Deus *hoc habet proprium, & peculiare, vt sit ab initio: id est, ab æterno, infinitus, ineffabilis, immensus. Verbum autem in principio, æternum, immensum: ergo Verbum est Deus.*
    - Per *Deum condita sunt omnia, quæ in cœlo & in terra condita sunt. Constat autem & per Verbum omnia esse condita: ergo Verbum est Deus.*
    - In *Deo viuunt, mouentur, subsistunt omnia, ac viuificantur credentes. In Verbo autem vita & subsistentia est omnium, & viuificatio, vt dicitur: In ipso vita erat: Verbum ergo est Deus.*
    - Dei *solius est illuminare. Verbum autem quum lux sit vera, illuminat: ergo est Deus.*
    - Ioannes *Baptista testificatur Verbum esse lucem: id est, Deum: necesse est ergo Verbum esse Deum.*
    - Ioannes *vocat Christum esse vnigenitũ Filium, Ioan.* 1. c. 18. *quo discernit filios adoptionis à Filio Christo: ergo necesse est in eo diuinam naturam esse substantialiter.*
  - Paulo,
    - Similitudo & *imago, non diuersarum inter se rerum, sed similium & parium est. Christus imago Dei est, Hebr.* 1. a. 3. *necesse est ergo Filium per omnia Patri consubstantialem esse.*
    - Item *Christus Mediator est Dei & hominũ,* 1. *Tim.* 2. a. 5. *Oportet aũt Mediatorem vtriusq; naturæ participẽ esse: proinde oportuit Christũ non hominẽ purum, sed etiã esse Deũ verũ: aliàs non potuisset mediare inter Deũ & hominẽ.*

De Re-

De Redemtione generis humani.

In reparatione, vel redétione generis humani hæc considerandа.

- Quis *sit redemtus.* *Hæc redemtio vniuersalis est, nec vnius gentis, sed generis humani.*
- Vnde *sit redemtum genus humanum.* *Ex seruitute peccati, & potestate tenebrarum. Hæc redemtio parui fit à carnalibus. At qui sensu peccati & metu iudicij Dei perculsi sunt, vbi gratiam redemtionis huius gustare cœperint, omnibus illam totius orbis regnis haud quaquam commutarent.*
- Per *quẽ simus redemti: videlicet per Christũ* IESVM *Filium Dei, q Mediator Dei est, & hominũ. In redemtore verò hæc duo requiruntur:*
  - Ius *redẽtionis, quod est duplex:*
    - Vt *redimere possit, vt maior sit virtus & potentia eius, q̃ cui tyrannis peccati & Satanæ resistere possit. Potentia enim Satanæ & vis peccati tanta est, vt aduersus hanc nulla virtus humana, imò ne Angelica quidem aliquid præstare possit.*
      - Quia *nisi verus Deus esset, Seruator non esset, vt qui potius Seruatore indigeret.*
      - Necesse *est, vt coram iustitia Dei inueniatur proportio inter peccatum & peccati pœnam. Atqui si infinita est Dei maiestas, quæ peccato offenditur, peccatum quoque infinitum est, ac pœnam infinitam meretur. Vnde colligitur, vt is, qui pœnam, tanquam homo lueret, simul esset infinitus, id est, verus Deus.*
      - Quia *cùm ira Dei sit infinita, nulla vis tanta fuit, siue Angelica, siue humana, quæ tanto ponderi par esse potuerit. Oportuit ergo eum non hominem modo, sed & verum Deum existere, cui resurgendum fuit, Diabolo, peccato, mundo, morte denique ipsa, profligatis, ac superatis.*
      - Quia *vt incomprehensibilem bonitatem suam patefaceret, noluit duntaxat sua gratia peccatum nostrum æquare, sed longè etiam superare. Vt si Adami contumacia nos perterrefacit, iustitia* IESV *Christi nos multò magis confirmet, & vitam in* IESV *Christo speremus meliorẽ ea, quam in Adamo perdidimus, tantò, inquam, meliorem, quantò Christus Adamo præstat.*
    - Proprietatis. *Christus enim ius proprietatis in nobis habet, tanquam verus Deus. Hic disce, cur Redemtorem, ac Mediatorẽ oportuerit verè esse Deum.*
  - Propinquitatis. *Ius enim propinquitatis habet verus homo. Hic disce cur Redemtorem verum hominem esse oportuerit. Quia*
    - Cùm *Deus sit summè iustus, & homo propter corruptionem sit iræ ipsius obnoxius, necesse fuit aliquem verè hominem existere, in quo ruina ista instaurata genus humanum Deo reconciliaretur.*
    - Homo *tenetur implere omnem illam iustitiam, quam Deus requirit. Oportuit ergo hominem aliquem existere, qui impleta omnia iustitia Deo acceptus esset.*
    - Homines *sunt infinita peccatorum multitudine cooperti, ac proinde Dei maledictioni obnoxij. Oportuit hominem existere, qui prorsus Deo satisfaciat.*
    - Nullus *homo corruptus ista vel auspicari, nedum conficere potuisset. Oportuit ergo vt hominum redemtor verè homo esset, & tamen integer, & nulla peccati labe infectus.*
- Quomodo *redemti sumus per Christum.*
  - Precio *redemtionis, nõ Satanæ, sed Dei respectu precium pro nobis dedit sanguinem suum: id est, seipsum. Precium hoc dedit Patri: huic enim semetipsum obtulit, tanquam Mediator inter Deum & nos. Precium datum est, non iniquo tyranno, sed ei, qui ius condemnationis in nos habuit.*
  - Violenta *ablatione, seu manu potenti, respectu Satanæ, non Dei, cuius potentiam ac regnum destruxit, ac quos ille captiuos habebat, liberauit.*
- Quando *sit facta generis humani redemtio. De tempore consilij ac propositi Dei, quo de redimendis nobis constituit, non est quærendi ratio. Neque enim capax est temporis, quod ante tempora factum est ab æterno. Ipsum verò opus redemtionis, quoniam tempori subiectum est, temporis præfiniti certam requirebat constitutionem: de quo tempore historia Euangelica satis clarè docet.*
- Cui *nos redemerit, quia sibiipsi. Hinc disce non*
  - Esse *nobis liberum vt viuamus nobisipsis, gloriemurque de libero nostro arbitrio.*
  - Licere *nobis vt seruiamus alteri, ab eo qui nos redemit.*
  - Conuenire *nobis, vt iudicemus fratres: Domino enim suo stant, aut cadunt.*
- Ad *quid: vt videlicet simus serui ac filij Dei, & sanctitati ac iustitiæ studeamus, simusque populus immaculatus.*

De Sacerdotio noui Testamenti.

Nec vetus Iudaicum, nec Ethnicum aliquod Sacerdotium locum habere in nouo Testamento: falsò igitur Pontificij Sacerdotium externum illud & Missaticum introduxerunt, quo se inter Deum & Ecclesiam intermediatores agere, proq; viuis & mortuis sacrificare iactarat. De Ministris verò noui Testamenti, Ephes. 4. c. 11. 1. Cor. 12. d. 28. Vbi ne verbo quidem huius generis Papistici Sacerdotij meminit, cùm tamen illi Sacerdotem Missaticum summum in Ecclesiastica politia gradum tenere dicant.

LOCI quatuor.

- Quis summus sit Sacerdos Testamenti noui. Hic disce,
  - Præter Christum non esse alium summum Sacerdotem, Hebr. 2. c. 17. 3. a. 6. 4. c. 15. 5. a. 6. 7. d. 26.
- De summo noui Testamẽti Sacerdote, ea in Scripturis prædicari, quæ nulli, nisi Christo competant. Horum alia pertinent ad
  - Personam, quòd
    - Sit Filius Dei, & administrator domus Patris sui, Hebr. 3. a. 6.
    - Sit constitutus & cognominatus ab illo summus Sacerdos, secundum ordinem Melchisedech, Hebr. 5. a. 6.
    - Sit fidelis ei, qui constituit ipsum, Hebr. 3. a. 2.
    - Sit misericors & fidelis, Hebr. 2. c. 17.
    - Sit tentatus per omnia, Hebr. 4. c. 15.
    - Sit perfectus, Hebr. 5. d. 24.
    - Sit pius, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & sublimior cæteris factus, Hebr. 7. d. 26.
    - Sedeat ad dexteram Maiestatis in cœlis, Heb. 8. a. 1.
  - Officium, quòd sit
    - Mediatoris officium non competere Romano Pontifici, imò nulli prorsus mortalium, nisi vni Christo tantùm.
    - Non esse mediationem Christi à redemtione separandam, nec officium interpellandi aliud esse redemtionis, sicut Papistæ distinguunt, cùm Sanctos Mediatores intercessionis constituunt.
    - Mediator, inter Deũ & homines. Hic disce,
      - Ad mediationem Sacerdotalem pertinere sacrificium & preces. Quo sacrificij genere plurimùm differt à Sacerdotibus veteris Testamenti, qui in sancta manu facta, ingressi offerebant pecora. Christus verò in cœlum penetrans, obtulit sacrificium corporis sui. Adhuc sacrificium Christi duo accedunt: vnum, quod semel factum iterari nec potest, nec debet: alterum, quod efficax est in conspectu Dei. Semel oblatum mundum hunc Deo reconciliauit. Lege Hebr. 7. 9. 10.
    - Sacerdos perpetuus, non temporarius. Perpetuitas ista Sacerdotij Christi non admittit vllum alium summum Sacerdotem, & simul omnem amputat Ecclesiæ causam alium quempiam quærendi & erigendi. Sic enim est perpetuus Sacerdos, vt non recipiat successorem, vt efficacia vnici illius sacrificij duret in sempiternum.
- Quinam sub Christo sint inferioris ordinis Sacerdotes, idque cõmunicatione Sacerdotij Christi. Hic disce, quæ de
  - Sacerdotio in Scripturis memorantur omnibus fidelibus catholica & communia esse, nec posse vlla ratione Papistico Sacerdotio competere.
  - Regali Sacerdotio coniunctim memorantur, non ad Ecclesiasticorum ordinem, sed ad fidelium omnium pertinere dignitatem, quam communiter habemus, omnes à capite nostro Christo.
- Quæ sint sacrificia noui Testamenti.
  - Sacrificium expiationis, quod Mediatori nostro vnicè competit.
  - Sacrificium laudis ac precum, & hoc commune fidelibus omnibus cum Christo summo suo Sacerdote, qui & ipse Deo sacrificium laudis cum precibus obtulit.
  - Cùm ad exemplum Christi summi Sacerdotis nos ipsos Deo hostiam viuentem, sanctam & acceptam offerimus, Rom. 12. a. 1.
  - Necessitatibus Ministrorum Christi succurrere & membris illius alimoniam suppeditare, quod Sacrificium Deo & gratum est, & acceptum, Philip. 4.

De triplici Sacerdotio.

- Sacerdotiũ est triplex.
  - Leuiticum, vbi omnia, quæ ad Sacerdotiũ requiruntur tẽporia, externa sunt, perfectius quiddam significantia. Sunt autem
    - Persona, *Sacerdotio fungens, vt sunt Sacerdotes Leuitici, infirmitate circumdati, Hebr.5.a.4.& 7.c.11. Hæc Christum figurabat.*
    - Vocatio, *perfectiorem figurans, Hebr.5.*
    - Vestis *in sacrificando. de quo Exodi 28.*
    - Sacrificium *perfectius significans, Hebr.10. quod sæpius repetebatur, vt imperfectio illius significaretur.*
    - Populus, *pro quo significabatur imperfectus, propter cæremonias, & quod Messiam venturum expectarent, Luc.10.d.23. Beati oculi, qui vident, &c.*
    - Locus *Sacerdotij, in quo sacrificabatur, externus, atrium Templi in Altari. Locus, inquam, vbi Arca Propiciatorij posita erat, vt significaretur, quòd is Filius verum sacrificium sit, qui adumbratur per Propiciatorium, & qui holocaustum suum pro peccatis nostris in Hierusalem facturus erat.*
    - Peccatum *externum, pro quo sacrificabatur, Hebr.10.a.1. Recipiebatur enim in congregationem, pro quo sacrificabatur.*
    - Iustitia, *quam afferebat externa, Hebr. 9. c.13. Si sanguis taurorum sanctificat ad carnis purificationem, &c.*
    - Meritum *externum & temporarium, vt pax & permansio in terra Chanaan, & alia bona externa.*
    - Benedictio *Sacerdotij externa, Numer.6.*
    - Oratio *pro se & populo imperfecta, Hebr.5.a.3.*
    - Doctrina *imperfecta, temporaria scilicet, quod ad cæremonias attinet, Hebr. 7. d.18. Abrogatur quod præcessit præceptum, propter imbecillitatem.*
  - Christi, *in quo omnia, quæ ad Sacerdotium requiruntur, infinita, & perfecta, & æterna sunt. Vt sunt*
    - Persona, *videlicet Christi, infinita & æterna, Hebr.5.a.6.& 7.c.17.*
    - Vocatio *perfecta, Hebr.5.a.6.& Psal.110.a.4. Iurauit Dominus, &c.*
    - Vestis, *seu ornatus internus: nempe obedientia summa erga Deum, & charitas erga nos.*
    - Sacrificium *perfectum & infinitum, Hebr.10. c.14.*
    - Populus *credens, perfectus, quia spontaneus, & à cæremonijs servilibus liberatus, Psal.110.a.3.*
    - Locus *perfectus, ipsum cœlum, Hebr.9.d.24.*
    - Peccatum, *infinitum, pro quo sacrificauit Christus, quia totius mundi, 1. Ioannis 2.a.2.*
    - Iustitia *infinita & æterna, 1.Cor.1.d.30. Rom.3.d.26.*
    - Meritum *infinitum & perfectum.*
    - Benedictio *interna, infinita. In semine tuo benedicentur omnes Gentes.*
    - Oratio *perfecta & infinita.*
    - Doctrina *perfecta.*
  - Christianorum, *quod est*
    - Mortificatio,
    - Applicatio *Sacerdotij Christi per fidem,*
    - Prædicatio *nominis Dei,*
    - Gratiarum *actio,*
    - Inuocatio,
    - Obedientia *in fide* IESV *Christi.*

    — De quo *Exodi 19.1.Pet.2. Malach.1. Eccles.35. Rom.12.15.*

De Fidelium cum Christo coniunctione, & incorporatione.

Loci octo.

- Quid sit in Christo esse. Hic discе,
  - Quomodo *in Christo simus. Non enim vt creaturæ in Deo: sic enim insunt illi nõ homines modò. Act.17.d.25.28.sed & vniuersa, quæ viuunt. Nec vt homines in homine, naturæ videlicet communicatione: nam hoc pacto omnes illi mortales insunt, sed speciali quodam modo, qui non sit omnibus mortalibus communis, in Christo sumus. Is non potest esse alius, quàm vt in illo, tanquam Seruatore ac Mediatore simus: non vt in Deo solo, aut in homine solo, sed vt in vero Deo, & vero homine in vna persona coniuncto.*
  - Quotuplex *essendi modus in Christo, vt vero Deo & homine Seruatore ac Redemtore vnico: In Christo vt Seruatore dicimur esse*
    - Propter *externam corporis ipsius, quod est Ecclesia, coniunctionem, qua in nomẽ illius Baptismo initiati sumus. Hic discе, hanc communionem*
      - Esse *communẽ & veris & falsis Christianis, sicut in corpore nostro simul sunt & membra & tubera.*
      - Constare *solis externis symbolis, & professionis, ac nominis Christiani communicatione.*
    - Interna *illa ac vera, quæ Spiritus est, coadunatione, quæ non est omnium, sed tantùm electorum. Hic discе,*
      - Hunc *essendi modum vera fide & vera puritate erga Christum constare: nam fide & charitate in illum transferimur, vt iam non in nobis, sed in illo viuamus.*
      - Nos *esse in Christo vt palmites in vite, vt redemti in redemtore, iustificati in iustificatore, viuificati in viuificatore Filio Dei, dum illi tanquam membra incorporamur.*
      - Christum *vicissim nos in se credentes, seq; syncerè diligentes vera ac perpetua charitate complecti, & tanquam suos in se retinere, ac pro suis intimis, ac membris suis agnoscere.*
  - Quomodo *fieri possit, vt homo peccator, ac propter peccatum morti obnoxius in Christo esse possit, cum ille sit omnium iustissimus, purissimus, & ipsa vita: non excludimur ab eo propter eius iustitiam & vitam, etiamsi peccatores impuri, ac morti simus obnoxij: sed propterea magis recipimur, vt in illo simus: tanquam miseri, in omnium felicissimum: peccatores, in autore omnis iustitiæ: mortui, in eo, qui vera est vita: non vt miseri peccatores, ac mortui maneamus, sed vt per ipsius spiritum felices, iusti ac viui reddamur.*
- Quid *sit Christũ esse in nobis.*
  - Quomodo *Christus in nobis sit. Non enim est in nobis vt Deus, vel vt homo solùm: non enim est diuidenda Christi diuina & humanitas in hac consideratione. Sed est in nobis vt Deus & homo, Seruator & Redemtor, Iustificator & Viuificator.*
  - Quot *modis dicatur Christus vt Seruator in nobis esse.*
    - Communiter *in Christianis omnibus, quotquot nomine, Sacramentis, & externæ Reipubl. Christianæ, politia & promissione illi accensentur.*
    - In cordibus tantũ *fidelium, & hoc dupliciter,*
      - Per *fidem & dilectionem, sicut Seruator in corde eorum, qui seruati sunt.*
      - Spiritu *virtutis & gratiæ suæ, quo credentes viuificat, illuminat, pascit, regit & conseruat.*
- Vnde *sit hæc vnitas. A Deo, qui omnis veræ vnitatis fons & origo est, qui nos in Christo propter infinitam charitatem, alioqui à se diuisos & attrahit, & coadunat.*
- Quibus *medijs acquiratur hæc vnitas. Mediũ aliud,*
  - In *quo, quod est Christus, Mediator huius conciliationis.*
  - Per *quod, quod est duplex. Per quod*
    - Confertur, *est verbum gratiæ.*
    - Accipitur, *fides est.*

  → Lege *Ioan.17.*
- Quæ *sit vnitatis huius necessitas, &c. Vide literam A.*
- Quæ *sit vnitatis huius virtus & efficacia.*
  - Parit *abnegationem nostri.*
  - Efficit *vt vetus homo cum suis desiderijs mortificetur.*
  - Per *hanc Christus vitam nostram innouat, ipse viuens in nobis.*
  - Connectit *nos inuicem, tanquam membra membris in corpore Spiritus virtute in*
    - Vnitate *fidei & spei erga Christum.*
    - Charitate *mutua.*
- Quæ *sit huius vnitatis vtilitas.*
  - Liberatio *à peccato, condemnatione, & morte æterna, ac corporum corruptione, Rom.8.*
  - Hæreditas *omnium bonorum per Christum nobis partorum.*
- Quæ *sit dignitas & excellentia vnitatis huius, non solùm accedendi, sed & perpetuò conuiuendi, & conregnandi facta est nobis potestas, idq; non sicut seruis cum Domino, sed sicut filijs Dei cum primogenito fratre.*

A. Quæ sit vnitatis huius necessitas. Quia

- Per naturæ nostræ corruptionem à Deo abalienati sumus.
- Vniuersa salus nostra hinc pendet, si cum Deo omnis veræ felicitatis, ac vitæ fonte coniungamur.
- Pereunt qui elongantur à Domino.
- Deus æterno consilio Mediatorem misit Christum, in quo diuinæ naturæ quàm arctissimè coniungeretur humana, cuius coadunationis virtute, morte Mediatoris intercedente, à seruitute peccati & Satanæ redimeremur, ab impietate purgaremur, & Deo ipsi coniungeremur. Hoc Dei consilium nihili facit, qui Christo coniungi nolit.
- Salutis nostræ ratio exigit, vt Christo Mediatori nostro coniungamur.
- A Christo Mediatore discedere, nihil est aliud, quàm ipsam reconciliationem cum Deo cœlestem gratiam & vitam æternam respuere, & in æterna morte manere & perire.

Dialogus Christi & afflictæ Ecclesiæ: ex quo, quid Christus ab his, qui pro nomine suo persecutionem patiuntur, requirat, & quomodo se in afflictione gerere debeat, facilè cognosci potest.

VOX

CHRISTI

CONFIDITE ego vici mundum, Ioan. 16. d. 33.
Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, Matth. 11. d. 28.
Sequimini me, Matth. 4. c. 19.
Ego sum Pastor ille bonus, Ioan. 10. c. 11.

Ego sum Lux mundi, Ioan. 8. c. 12.
Ego sum via, Ioan. 14. a. 6.
Beati pauperes spiritu, Matth. 5. a. 3.
Beati qui nunc esuritis, Luc. 6. d. 21.
Beati qui nunc fletis, Ibid. 6.

Beati eritis cùm vos oderint homines, Luc. 6. d. 22.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, Matth. 6. a. 8.
Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, Matth. 5. c. 10.
Thesaurizate vobis thesaurum in cœlo, Matth. 6. d. 20.
Væ cùm benedixerint vobis homines, Luc. 6. d. 26.
Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis, Matth. 5. c. 12.
Oues meæ vocem meam audiunt, Ioan. 10. d. 27.

Nolite timere eos, qui occidunt corpus, Matth. 10. d. 28.

Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, Matth. 9. c. 13.

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me, Matth. 16. d. 24.
Qui credit in me, non morietur in æternum, Ioan. 11. d. 26.
Quicunque humiliauerit se sicut paruulus, hic maior est in Regno cœlorum, Matth. 18. a. 4.
Operemini, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitã æternam, Ioan. 6. d. 27.
Luceat lux vestra coram hominibus, Matth. 5. c. 16.
Quicunque confessus fuerit me coram hominibus, confitebor & ego, &c. Matth. 10. d. 32.
Pater meus dat vobis panem è cœlo verum, Ioan. 6. d. 32.
Qui biberit ex aqua, quam ego dabo, non sitiet in æternum, Ioan. 4. c. 14.
Noli timere pusille Grex, Luc. 13. d. 32.
Orate pro persequentibus vos, Matth. 5. g. 44.

ECCLESIAE afflictæ.

DOMINE, adauge nobis fidem, Luc. 17. a. 5.
Domine, ad quem ibimus alium? verba vitæ æternæ habes, Ioan. 6. g. 68.
Magister, sequar te quocunq; ieueris, Matth. 8. c. 19.
Eramus sicut oues errantes, sed conuersi sumus ad te, Pastorem & Episcopum animarũ nostrarum, 1. Pet. 2. d. 25.
Domine illumina oculos meos.
Viam veritatis elegi.
Vnicus & Pauper sum ego.
Satiabor cùm apparuerit gloria tua.
Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis nostris, Apocalypsis 7. 17. & 21. d. 4.
Si hominibus placerem, Christi seruus haudquaquam essem, Gal. 1. c. 10.
Cor mundum crea in me Deus, Psal. 51. 10.

Omnia sustineo propter electos, 2. Tim. 2. c. 10.

Nostra conuersatio in cœlis est, Phil. 3. d. 20.
Melius est obedire Deo, quàm hominibus, Act. 5. d. 29.
Reposita est mihi corona iustitiæ, quam redemit Dominus in illa die, 2. Tim. 4.
Si Angelus è cœlo aliud Euangelium prædicet nobis, anathema sit, Gal. 1. a. 8.
Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum, quia tu mecum es.
Certus sermo, quod IESVS venit in hunc mundum, vt peccatores saluos faceret, quorum primus ego sum, 1. Timoth. 1. c. 15.
Omnia possum in eo, qui me confortat, Philip. 4. c. 13.

Ego credidi quod tu es Christus Filius Dei viui, Ioan. 11.
Nos quidem serui inutiles sumus, & fecimus quod debuimus, Luc. 17. c. 10.
Non in solo pane viuit homo, Matth. 4. a. 4.

Sicut in die compositè ambulemus.
Credidi, propter quod & locutus sum.

Domine, semper da nobis panem hunc, Ioan. 6. d. 34.
Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, Ioan. 4. c. 15.

In te Domine speraui, ne confundar in æternum.
Domine, ne statuas illis hoc peccatum, Act. 7. g. 61.

Si quid petieritis Patrem nomine meo, dabit vobis, Ioan. 16.d.24.
Petite, & accipietis, Ibid.
Inuoca me in die tribulationis, & ego eruam te.
Vigilate & orate, ne intretis in tentationem, Matth.26. g.41.
Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus, Matth.10.d.37.
In mundo persecutionem habebitis: in me autem pacem, Ioan.16.d.33.
Non veni pacem mittere, sed gladium, Matth.10.d.34.

Plorabitis & flebitis, sed tristitia vestra vertetur in gaudium, Ioan.16.d.20.
Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.

Confide fili, remittuntur tibi peccata, Matth.9.a.2.

Ecce, ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.
Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos, Ioan.14.c.18.
Peccatorum tuorum non recordabor amplius.
Vbi ego sum, illic & Minister meus erit, Ioan.12.d.26.
Qui amat animam suam, perdit eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam, Ioan.12.d.25.
Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit, Ioan.15.c.18.
Non est seruus maior domino suo, Ioan.15.d.20.

In domo Patris mei mansiones multæ sunt, Ioannis 14. a.2.

Non misit Deus Filium suum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum, Ioan.3.c.11.

Qui credit in Filium, non iudicatur, Ioan.3.c.18.

Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt, Mat. 10.d.30.
Creditis in Deum, & in me credite, Ioan.14.a.1.

Audi Domine supplicationem serui tui, propter Dominum, Daniel.9.c.17.
Exaudi Domine, & miserere mei: Dñe, sis mihi adiutor.
Accelera, vt eruas me Domine, ad adiuuandum me festina.
Ne nos inducas in tentationem.

Pater meus & mater mea dereliquerũt me, & tu Domine suscepisti me.
Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda nostra, & intelligentias nostras in Christo IESV.
Quid nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? &c. Rom.8.d.35.
Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, Rom.8.c.18.
Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, Ioel.2.c.17.
Dixi, Confitebor iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Matth.26.a.
Mane nobiscum Domine: Domine ne discesseris à me.
Domine ne derelinquas me vsque in finem.
Asperges me Domine Isopo, & mundabor.
Cupio dissolui, & esse cum Christo, Philip.1.d.23.
Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis, sed in his omnibus superamus, propter eũ, qui dilexit nos, Rom.8.d.36.
Si Deus pro nobis, quis contra nos, Rom.8.d.31.

Christus passus est pro nobis, relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius, 1. Pet.2.d.21.
Scimus, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ædificationem ex Deo habemus, domum, non manu factam, æternam in cœlis, 2.Cor.5.a.1.
Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno, Hebr.4.d.16.
Nihil ergo nunc damnationis est his, qui sunt in Christo IESV, *Rom.8.a.1.*
Nouit Dominus qui sunt sui, 2.Tim.2.

Nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei viui, Ioan.6.d.69.

De Tractu Patris ad Filium Saluatorem.

LOCI tredecim.

- Quid *sit. Est enim opus Dei, quo in animis eorum, quos trahit per Spiritum Sanctum, illuminando, immutando, & accendendo operatur, vt tracti, animo non reluctante, sed cupido & ardenti trahantur.*
- Cur *Christus, Ioan. 6. d. 44. & 12.e.32. Omnes traham ad me ipsum, &c. Trahendi magis quàm reuelandi verbo vtitur, licet & reuelandi verbo aliquoties vtatur? vt significet quanta Dei virtute & operatione nobis opus sit, vt & mentium oculi ad cognoscendum Filium aperiantur, & affectuum vitiositas tollatur. Gemina enim corruptione à cognitione & assectatione Filij Dei impedimur: vna est intellectus, altera voluntatis, vel affectuum. Quod ad intellectum attinet, cæci in his, quæ Dei sunt: quod affectus nostros concernit, carnales & à cœlestibus supra modum abhorrentes, ad terrena instar ferri depressi sumus. Quare nisi vtroque, & intellectus & affectuum vitio liberemur, nullo modo fieri potest, vt ad cœlestem hunc Regem ac Seruatorem veniamus.*
- Quotuplex *sit tractus in genere, vt constet de quo tractus genere Scriptura Ioan.6.g.44. loquatur: Eorum quæ*
  - Sunt *sine sensu, sicut à magnete attrahitur ferrum, trahitur rete à piscatoribus. Tractus Patris non est talis, qualis est ferri ad magnetem, & retis ad piscatorem.*
  - Sensu *sunt prædita, &c. Vide literam A.*
- Quis *trahat nos ad Filium, &c. Vide literam B.*

A. Sensu

A.

Sensu sunt pdita: & hic tractus duplex est: vel fit

- Sensu animi, reluctante ac inuito ad ea, quæ formidantur: sic trahuntur ad Iudicem propter flagitia plectendi. De hoc tractus genere Actor. 14. c. 19. & 21. f. 30. Paulum, inquit, trahebant. Et Iacobus 2. b. 6. Diuites trahunt vos ad iudicia. Item Actor. 8. a. 3. Paulus deuastabat Ecclesiam, trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam. Diuinus tractus talis non est, quo trahimur à Patre ad Filium.
- Animo consentiente, quo trahuntur homines volentes, & cupidi ad ea, quæ concupiscunt. De hoc tractus genere Ioan. 6. c. 44. loquitur Christus. Hic disce,
  - Tractum diuinum veram libertatem non adimere: quæ tamen non nisi ex illo tractu acquiritur. Vera autem animi libertas est, qua cupidi & volentes ad ea, quæ bona sunt, ferimur, & diuinæ voluntati in Christo conformamur, quam vnus hic cœlestis Patris tractus in animis nostris operatur: cuius etiam Dominus meminit: Si vos Filius liberauerit, verè liberi eritis. Hic igitur nihil est reluctationis, sed omninò consentientis, imò obnixè appetentis etiam animi affectus ac desiderium.
  - Quotuplex sit hic tractus diuinus:
    - Reuelatiõis: id fit dum
      - Intelligentiam filiorum Dei reddit capacem cognoscendi mysterij salutis in Christo IESV.
      - Eorum iudicium instaurat, vt tanquam Dei sapientiam approbent idipsum, quod sensus carnis habet pro stultitia.
    - Affectionis: dum voluntatem eorum mutat, ac corrigit, vt ardenti studio amplectatur remedium illud vnicum in Christo oblatum, aduersus desperationem & tentationes Satanæ.

- Quis trahat nos ad Filium. Pater cœlestis: interea tamen certum est, hunc tractum totius Trinitatis esse. Pater trahit ad Filium per Spiritum, & rursus Filius quos vult ad Patrem trahit, sed & ipse per Spiritum Sanctum, qui ob eam causam Spiritus reuelationis, Ephes. 1. c. 17. dicitur. Christus Matth. 11. d. 23. Patri dat quòd mysteria Regni cœlestis reuelet, & sibi Patris reuelationem adscribit. Ita & 12. & 14. Quare cum inseparabilia sint opera Trinitatis, cauendum est ne soli Patri hanc reuelandi & attrahendi virtutẽ tribuamus. Verum propter captum auditorum, omnia hæc Patri adscribit Christus, tanquam dispensationis autori.
- Cur ad Filium nemo venire possit, nisi trahatur à Patre. Quia nemo nouit Filium nisi Pater. Hinc igitur primum impedimentum est, q Filius Dei mundo ignotus est. Ad ignotum Medicum quis venire poterit ægrotus? Deinde quòd nemo est alius quisquam, qui hunc manifestare queat, nisi is, qui Filium nouit. Nouit autem solus Pater.
- Quos trahat Pater. Peccatores. Vbi discas, omnes omnium seculorum mortales esse in manu Dei, siue ad perdendum, siue ad saluandum, vt liberum illi sit, quos voluerit æterna vita donare, aut in morte relinquere, haud secùs, quàm si aliquis Princeps flagitiosos aliquot, ac morte dignos carcere conclusos teneat, quos liberè vel omnes occidere, aut dimittere, aut alios ex eis in gratiam recipere, alios neci dare queat. Rom. 9 c. 15. Quorum vult miseretur. Discas & illud, Eos qui saluantur, saluari ex dono Dei & mera misericordia, idq; propter Christum.
- Vnde trahat nos Pater. Videlicet ex terræ huius & corruptissimæ carnis fæcibus.
- Quò trahat. Ad summum illud & sempiternum bonum, vt istud cupidè, ac magno animi desiderio amplectamur.

B.

- Ad quem. Videlicet ad Saluatorem nostrum, vnigenitum eius Filium.
- In quem finem trahat Pater nos. Videlicet vt saluemur, ac cœlestibus bonis fruamur, vt simus domestici, intimi, filij, hæredes, ac ciues regni Dei: nec vnquam è regno, ac domo Dei ejiciamur. Hinc Christus Ioan. 6. Eum qui venerit ad me, non ejiciam foras.
- Quomodo trahamur à Patre. Per
  - Obiectum externum, quod est auditus verbi fide perceptus. Id quod per Ministros verbi Dei iussu offertur.
  - Motum internum, qui est amor ad ea, quæ fide percepta sunt, auidissimè contendens. Id quod per gratiam Spiritus Sancti corda ad credendum & cognoscendum illuminantis, & ad appetendum accendentis perficitur.
- Quæ sit tractus huius efficacia. Tracti ad Christum, ita illi cohærent, vt auelli nequeant. Hinc est quod Apostolus Rom. 8. d. 35. nimirum tractus huius vi, ac suauitate impulsus, ad hunc modum scribit: Quis nos separabit à dilectione Dei? num afflictio, num angustia, num persecutio, num fames, num nuditas, num periculum, num gladius? &c. Ac certum quidem est, tractum hunc non esse in omnibus electis pari operationis & efficaciæ mensura. Interea tamen & hoc certum est, non esse illum ociosum, vel sine sensu, sed efficacem, ac viuidum, vt nequeant illius esse ignari, quos ad Filium Pater trahit.
- Quæ sit tessera, seu nota attractorum. Quos Pater ad Christum trahit, hi nõ quærunt aliud, quàm vnũ Christum, ad quem trahuntur. Terrenis bonis non delectantur, sed relictis illis, ad cœlestia feruntur, in quibus cum Christo conuersantur, quæ sursum sunt, sapiunt, & quærunt, non quæ super terram sunt. Quos vel venter, vel quæstus, vel vana gloria trahit, & terrena quærunt in Christo, hi non à Patre Deo, sed patre Diabolo trahuntur.

De vnico Mediatore Christo, vero Deo ac homine.

Christus est Mediator, secundùm vtrãque naturam, id quẽ probatur

Testimoniis Scripturæ, vt

Genes. 3. c. 15. *Semen mulieris conteret caput tuum. Hæc promissio est de Mediatore, cui tribuit potentiam super Diabolum. Id quod diuinæ naturæ conuenit. Christus igitur Mediator est, non vt homo tantùm, sed & vt Deus.*

Genes. 12. a. 3. *In semine tuo benedicẽtur omnes Gentes. Benedicere omnes Gentes nemo potest, nisi Deus, &c.*

Daniel. 9. c. 17. *Audi supplicationem serui tui, propter Dominum. Hic Mediatorem Christum Dominum appellat, propter diuinam naturam. Etsi enim nondum natus erat Christus, vt homo, ipse tamen Filius Mediator erat, respectu missionis & prædestinationis ad carnẽ in tempore sumendam, in qua sacrificaturus erat. Cui sacrificio duos Sancti Patres fideliter credebant, salutarium beneficiorum capaces reddebantur.*

2. Corinth. 5. d. 19. *Deus erat in Christo, mundum reconciliãs sibi. Sentit enim Paulus, Christum Mediatorem, mundum sibi reconciliantem, non modò hominem esse nudum, sed & Deum verum.*

Hebr. 4. c. 15. *Habentes igitur Pontificem magnum, qui penetrauit cœlos,* IESVM *Filium Dei, &c. Hic clarè ostendit, Pontificẽ, seu Mediatorẽ nostrum Dei esse Filium, Deum verũ, & per omnia homini assimilatũ, hominẽ verum.*

Hebr. 7. d. 28. *Lex homines constituit Sacerdotes, infirmitatẽ habentes: sermo autem iurisiurandi Filium constituit in æternum consummatum.*

Hebr. 9. c. 14. *Christus, qui per Spiritum æternum seipsum obtulit immaculatum Deo, purgabit conscientiam vestram, &c. Hic audis Christum per Spiritum, qui est natura diuina, obtulisse suum corpus. Inde tanta illius victimæ gratia & dignitas, vt conscientias credentium purget.*

Hebr. 10. c. 10. *Sanctificati sumus per oblationem corporis* IESV *Christi. Apparet & hic opus vtriusque naturæ, oblatio & sanctificatio.*

Testimoniis *Patrum. Vide literam B.*

Argumentis. *Vide literam A.*

Loci quatuor.

An *Filius Dei ante incarnationem Mediator fuerit. Responsio: Si personam Filij Dei nudam, ac per se, siue ante incarnationem, siue post illam spectemus, nequaquam Mediator esse potest. At si eum spectemus quatenus olim à Patre mittendus erat, vt homo fieret, laboraret, pateretur, & mortem oppeteret in carne pro salute hominum, etiam tum hoc respectu Mediator fuit, nec quod ad Deum Patrem attinet, cui omnia futura præsentia sunt, quicquam eius intererat, essentne facta hæc, an facienda: nam quæ præstanda erant, nõ minus habuit grata & accepta, quàm si iam præstita essent. Hinc Paulus ad Hebr. 13. c. 8. Christus heri & hodie idem est & in secula. Et in Apocal. habetur, Agnum vsque ab origine mundi fuisse occisum: nam ab æterno hostiæ erat destinatus, per quam omnes mundarentur ab origine mundi electi. Fructus igitur mortis eius ad veteres etiam Patres dimanauit. Sed & in Petro legimus, 1. Pet. 1. d. 20. Agnum immaculatum præordinatum fuisse, antequam conditus esset mundus: sed manifestatũ fuisse extremis temporibus propter nos. Proinde in Filio Dei, cùm illum ante hominem assumtum concedimus fuisse Mediatorem, duas naturas vnà coniunctas attendimus, non quòd reipsa tum simul essent, sed quòd in Dei notitia & acceptatione pro coniunctis & copulatis haberentur. Nec aliter in veteri Testamento fide Patrum apprehendebatur, nisi quâ Euæ semen, quo Serpens atterendus erat, & quâ semen Abrahæ, in qua essent benedicendæ nationes, & tandem quâ Filius Dauid, qui esset in perpetuum regnaturus: it: tamen, vt priùs victima fieret pro generis humani salute. Atque illum ista fide apprehendendo sub vtraque natura iustificationem, seu condonationem peccatorum assequebantur.*

An *Filius Dei ante incarnationem pro Ecclesia orauerit. Responsio: Filium posse dici orasse: quoniam preces, quas Christus post assumtam carnem erat fusurus, ante omnem æternitatem in conspectu Dei versabantur, isq; illas tum audiebat, tum vt gratissimas & acceptissimas amplectebatur, sicut & cædes Agni ab origine mundi facta scribitur, ita & preces iam effusas, quoad paternam acceptationẽ fuisse, dici possunt. Nec etiam dubitandum est, illud sacrificium Agni, locum & efficaciam precum vehementissimarum habuisse. Etsi verò Christus propriè ac completè orauerit, quòd ad humanitatem, sicut etiam quoad illam passus est, & mortuus: nec tamen ab illis precibus diuina persona est remouenda, cùm illæ quòd apud Deum essent gratiosæ, nec non dignissimæ, vt audirentur, Patremque nobis placarent, id hauserunt ex diuino suppposito: at non tanquam ab externo principio, sed velut à propria & intima origine, seu radice.*

Quomodo *Filius apud Patrem intercedat. Responsio: Christi personam hoc facere, sed quatenus homo: non tamen ita, vt natura diuina excludatur: quoniam dignitas & gratia illarum precum fluit ex naturæ diuinæ excellentia, quæ in Christo cum humana coniuncta est. Deinde non intelligimus Christum ita precari, vt prostratus iaceat supplex coram Patre: sed orare dicitur, quatenus Pater in eo sacrificium oblatum in cruce perpetuò recognoscit, & gratum habet ad nostram salutem. Hîc possumus iure dicere, sitam esse vim precum: intercedere etiam dicitur, cùm nostras preces ad Patrem adducit, & nobis fiduciam ac libertatem adeundi Deum largitur, & fidelium negotia fidelissimè apud Patrem expedit.*

A. Argumentis,

Christus est Sacerdos, seu Mediator, secundùm ordinem Melchisedech. Melchisedech est ignoti patris & ignotæ matris: ergo & Christus Mediator sine patre, id est, homo: & sine matre, id est, Deus est.

Christus *Mediator est: ergo Deus est. Theophylacti argumentum.*

Mediator, *duorum quorundam medium est, ac vtrorumque debet esse particeps. Quia igitur Filius, Dei & hominum Mediator est, amborum est particeps, quippe qui Deus sit & homo. Argumentum Chrysostomi & Theophylacti.*

Ad *reconciliationem generis humani cum Deo, non satis erat Christum laborare, fatigari, pati, & mori, sed oportuit hæc eius opera tam præclara, excellentia, eximia, & gratiosa esse apud Deum. At tanta dignitas à natura humana præberi non poterat, nisi diuina eam suppeditasset: ergo naturæ diuinæ ratio à reconciliatione non est remouenda.*

Si *humanitas per se ipsam, dummodò ei Deus, tanquã adiutor adfuisset, omnia redemtionis officia potuisset obire, vnio illa hypostatica duarum naturarum inanis & superuacanea fuisset. At illa non est superuacanea. Voluit enim Deus naturam humanam in diuina persona gestari, vt inde passiones Christi, succum dignitatis & excellentiæ hauirent: non vt ab externo fonte, verùm vt à basi aut hypostasi, in qua natura humana, quæ patiebatur, inserta esset: ergo humanitas per se ipsam, sine Dei Filio redemtionem perficere non potuit.*

Mediatoris est *sanctificare & offerre, Hebr.10.c.11. At sanctificatio tantùm à Deo, oblatio ab homine proficiscitur: ergo, &c.*

Mediatoris est *purgationem peccatorum facere, Hebr.1.a.3. At Dei solius est expiare peccata: ergo ad Mediatoris functionem obeundam diuinitatem concurrere oportet.*

Mediatoris est *homines olim hostes reconciliare. At hoc non fieri citra diuinitatis operam demonstrat Paulus 2.Corinth.5.d.19. dum dicit, Deum in Christo fuisse, reconciliantem mundum. Deus autem ipse λόγος erat: ergo Mediator Christus Deus est & homo.*

Natura *humana per se non potest iram Dei aduersus grauissima & innumera peccata sustinere, nisi à diuina robur, constantia, & fortitudo in eam derivaretur. Quare ad functionem Mediatoris diuinitatem concurrere oportuit.*

In *Mediatore non solùm persona patiens, sed & persona victrix spectanda est. At persona patiens homo, persona victrix Deus est: ergo in Mediatore vtramque naturam ponere oportet.*

Opus *Mediatoris est illustrare hominum mentes, immittere Spiritum Sanctum, immutare corda, viuificare, iustificare, beatos facere. At hæc facere Dei est: ergo à Mediatoris functione diuinitas excludi non debet.*

Mediatoris est *homines filios Dei facere. At hoc homo purus præstare non potuit: ergo, &c.*

Apud *Deum erat causa agenda. Homo simplex causam nostram apud Deum agere nõ potuit. Necesse fuit ergo eum, qui nostram causam ageret, & Deum esse.*

Dionysius *ille Areopagita in quadam Epistola ad Caium, Mediatoris opera* θεανδρικὰ *vocat, quòd ex vtraque natura aliquid habeant: ergo Christus Mediator Deus est, & homo.*

Ad *Mediatorem pertinet, vt & possit, & debeat. Satisfacere nemo potest, nisi Deus: nemo debet, nisi homo, cùm ille vnus peccarit: Filius igitur hominem assumsit, vt pro nobis mediare & satisfacere posset.*

Mediatoris est *omnia nosse, & posse. At per id quod homo est, neq; nouit, neq; potest omnia: ergo, &c.*

Nemo *potest mediare & satisfacere pro homine, nisi qui habet in se aliquid maius omni eo, quod est sub Deo. Christus vt homo non habuit in se maius omni eo, quod est sub Deo: ergo, &c.*

Non *minus obligamur pro beneficio redemtionis, seu recreationis, quàm pro beneficio creationis. Quare si pura creatura genus humanum redemisset, tantùm essemus ei obligati, quantũ nostro creatori: ergo tantùm teneremur diligere creaturam, quantum creatorem. Si ergo impossibile est nos ad hoc obligari, impossibile fuit puram creaturam satisfacere pro toto genere humano.*

Mediare, *ac satisfacere nemo potest pro omni homine, nisi qui potest influere iustitiam in omnem hominem, sicut primus parens transmisit culpam. Sed nulla pura creatura potest alijs influere iustitiam, vel dare gratiam: ergo nulla potest mediare, seu satisfacere pro genere humano.*

Mediatoris *officium est, posse Legem implere, pro peccatis omnium hominũ satisfacere, Dei Patris iram sua innocentia & dignitate placare. At hæc puræ creaturæ non conueniunt: ergo necesse fuit Mediatorem Deum simul & hominem esse.*

B. Testimoniis Patrum, vt

Chrysostomi, *qui Homil.7. super priorem ad Timotheum ita scribit: Homo purus Mediator, nunquam penitus fieret. Oportebat enim huiusmodi Mediatorem cum Deo colloqui. Deus item solus Mediator esse non posset: neque enim ipsum suscepissent hi, quorum Mediator accederet.*

Theophylacti, *in eundem locum: Quòd Christus Deus sit, vel inde liquet, quòd Mediator est: Mediator enim duorum quorundam medium est, ac vtrorumque debet esse particeps.*

Ambrosij, *in eundem locum, 1.Tim.2. Filius Dei assumta carne homo natus est, vt Mediator Dei & hominum, homo esset, Christus* IESVS, *id est, non sine diuinitate, quia in Deo homo erat, & Deus in homine, & vt ex vtroque esset Mediator, &c.*

Cyrilli, *libro 12. Thesauri, cap.10. Mediator, inquit, Dei & hominum homo Christus* IESVS *est, non solùm quia reconciliauit homines Deo, verùm etiam quia naturaliter & substantialiter & Deus & homo in vna hypostasi est. Hoc enim modo naturam nostram sibi Deus reconciliauit.*

Augustini, *in Enchiridio ad Laurentium, cap.18. Neque per ipsum liberaremur Mediatorem Dei & hominum, hominem Christum* IESVM, *nisi esset & Deus. In libello quoque de Ouibus, cap.12. Inde & Mediator Dei & hominum, quia Deus cum Patre, homo cum hominibus. Non Mediator homo præter deitatem: non Mediator Deus præter humanitatem, &c. Lege plura apud eundem ad Volusianum, Epist.3. contra Iudæos, Paganos, & Arianos, lib.4. cap.8. lib.10. Confessionum, cap.42. Item contra Felicianum Arianum, cap.10. &c.*

Regulæ quædam generales, quæ mediationis Christi mysterium aperiunt.

1. CHRISTVS IESVS *est vna persona, in qua duæ naturæ subsistunt, adeò inter sese coniunctæ, vt nullo modo à se inuicem sint diuellendæ.*

2. Omnes *itaque Christi actiones hypostasi, seu personæ debent attribui, quia duæ naturæ non seorsim, & per sese subsistunt, neque separatim agunt.*

3. Vt *itaque vnam habent hypostasin, vel existentiam: ita omne opus Christi, cuiuscunque generis fuerit, ipsi personæ adscribendum est.*

4. Interim *tamen duarum naturarum, quæ in Christo sunt, proprietates distinctas, integras & impermixtas conseruare oportet, ita vt nullo pacto confundantur.*

5. At *suppositum quidem vnum est, quod operatur, sed actiones ex eo dimanantes duûm generum esse dicimus. Nam quædam tantùm in natura humana locum habere possunt. Aliæ sunt è diuerso, quæ naturæ diuinæ propriæ sunt. Vnde quum Christus natus ex Maria Virgine, vulneratus, fatigatus, mortuus, sepultus, & in cœlum sublatus dicitur, omnia hæc ipsi personæ, in qua duæ naturæ sunt, assignantur: verùm non quâ Deus, sed quâ homo. Istas enim mutationes & passiones natura diuina minimè admittit. Neque tamen hic diuinæ naturæ ratio excluditur. Nam quòd hæc facta summoperè Deo placuerunt, & pro nostra redemtione Patri accepta fuerunt, id ab excellentia diuinitatis, quæ fuit in Christo, dimanauit. Rursus cùm dicitur, Christus est creator cœli & terræ, & antequam Abraham fieret, ipse erat, imò ab æterno est, & vbique est, intelligenda hæc sunt de persona, seu hypostasi: attamen quâ Deus est, non quâ homo. Quoniam creatæ naturæ, ac finitæ, illa non conueniunt. Neque tamen quoad beneficia, vel ante incarnationem, vel post ascensionem danda, non habita est ratio naturæ humanæ. Quia & modò Filius Dei in cœlis bona largitur nobis, quia passus est, & mortuus, & obediens Deo vsque ad mortem crucis. Cuius obedientiæ & sacrificij fide iustificamur, viuificamur, & glorificamur.*

6. Hinc *etiam fit, vt Communicationem idiomatum, siue proprietatum vtriusque naturæ in Christo, secundùm testimonia diuinarum literarum agnoscamus. Quia cùm in vna eademque hypostasi illæ duæ naturæ conueniant, facilè fit, vt quod de vna dicitur, de altera quoque prædicetur. Quocirca Deus & mortuus, & crucifixus fuisse dicitur, & Filius hominis fuisse in cœlis, cùm in terris degeret, & extitisse antequam Abraham esset. Constat autem veritas harum sententiarum: quia cùm hæ actiones personæ sint, in qua duæ naturæ coniunguntur, proprietates earum, quæ manent integræ, saluæ ac impermixtæ, quod ad rem attinet, in sermone facilè permutantur.*

7. Dum *verò quæritur, quomodo Christus inter nos & Deum sit Mediator, dicimus quatenus Deus, & quatenus homo: quia Mediatoris personam par est vtriusque naturæ participem esse, ita vt duo extrema in eodem individuo, vel persona conueniant.*

8. Quare *geminas has naturas ad Mediatoris officium exhibendum, non separatim, sed coniunctim accipientes esse dicimus. Nam si earum vtramque seorsim consideres, neutra Mediatorem præstat. Quid enim humana per se facit? Ad tantum opus minimè sufficit. Diuina item in se ipsam passiones, dolores, fusionem sanguinis, & mortem non admittit.*

9. Diuinitas *autem Filij ad rationem & officium Mediatoris concurrit, quatenus humanitati iungitur, vel reipsa, vel respectu missionis, & prædestinationis, ad illam tempore definito assumendam. Nam ita omnes Christi actiones, habentes ex diuinitate suam excellentiam & meritum ante omnem æternitatem Deo & præsentes, & acceptæ fuerunt.*

De Chri-

De Christo variæ assertiones.


ASSERTIO, seu confessio de Christo, alia

- **Catholica & orthodoxa, qua confitemur**
  - Christum *Dominum nostrum verum & viuum veri & viui Dei Filium, ab æterno de substantia Patris genitum, coæqualem & consubstantialem Patri.*
  - Per *Christum omnia facta esse.*
  - Christum *propter nostram salutem incarnatum, & verum hominem factum ex anima rationali, & carne nostra vera constantem, quam neque de cœlo secum tulerit, neque de aëre vel sideribus finxerit, sed cooperante Spiritu Sancto ex substantia intemeratæ Virginis assumserit.*
  - Christum *hominem verum & perfectum, sicut Deum vnum & perfectum manere in duabus illis substantijs, siue naturis: non ipsis quidem inter sese commixtis, vel conuersis, sed societate & modo quodam ineffabili in vnam personam inseparabilem vnitis.*
  - Hunc *traditum esse in mortem ob peccata nostra, resuscitatum esse propter iustificationem nostri: assumtum quoque in cœlos, sedere ad dextram Patris, inde venturum cum gloria ad sumendum Sanctos in vitæ æternæ & promissorum cœlestium fructum, & ad profanos iudicandos igni perpetuo, facta vtriusque partis resuscitatione cum carnis vera restitutione.*
- **Falsa & erronea, vt hæreticorum, quorum alij errarunt de**
  - **Diuinitate, vt**
    - Vnionitæ, *qui & Patrispassiani, & personarum confusores vocãtur, vt* Noetus, Praxeas, Hermogenes, Sabellius, *&c. q substãtiam Dei non in tres personas, sed in tres voces distinxerunt: vt Pater mundum condiderit: idem ipse Filij nomine carnem assumserit, ac passus sit, commutatoq; nomine iam & Spiritus Sanctus venerit in Discipulos.*
    - **Homũcionitæ, qui diuinã in Christo naturam negant, vt**
      - Ariani, *qui dissimilem Patri Filium dixerunt: adeoq; & creatum: imò nec verum illum, nec naturalem Dei Filium esse.*
      - Photiniani, *qui initium Filij duxerunt ex Virgine. Tales fuerunt* Artemon, Berillus, Marcellus.
      - Eunomiani, *qui Christum merum confessi sunt hominem, ex viro & fœmina, aliorũ hominum more natum: licet animam habuerit propheticam, & Filius Dei dictus sit: hoc enim factum esse secundùm adoptionem. Tales fuerunt* Aetius, Ebion, Basilides, Cherinthus, Carpocrates, Samosatenus, Theodocion.
  - **Humanitate, vt sunt**
    - **Phãtasmatici, vt**
      - Marcionitæ, Cerdoniani, Manichæi. } *Hi enim omnes Christum phantasma assumsisse perhibent.*
      - Valentiniani, *qui tametsi corpus Christi omnino nõ abnegent, inficiantur tamen, id de Virgine assumtum esse. Cœlitùs enim allatum fingunt.*
      - Apellitæ, *qui corpus Christo tribuũt aëreum, & carnem sideream, quam ab elementis sibi contraxerit in aëre, & per Virginem, velut aqua per canalem, transierit.*
    - Ariani, *qui dicũt Christum solam assumsisse carnem, sine anima: verbum enim illi loco animæ fuisse. Sic sensit &* Eunomius.
    - Apollinaristę, *qui animam Christo tribuunt, sed adimunt ei mentẽ: videlicet animæ præcipuam.*
    - Ebionitæ, *qui dicebant Christum ex viri coitu natum.*
  - **Vnione *et proprietate naturarum Christi, vt sunt***
    - Euthychiani, *qui in Christo vnicam modò naturam, eamq; ex diuina & humana compositam dicebant, sicut &* Timotheani, Acephalitæ, Theodosiani, Gaionitæ.
    - Monothelitæ, *qui vnicam tantùm in Christo voluntatem asserunt.*
    - Nestoriani, *qui duas in Christo personas fecerunt, negantes Verbum carni vnitum in personam eandem, sed inhabitasse modò Vnde & Mariam Virginem falsò Dei matrem appellari.*
    - Apollinaristæ, *qui Verbum in carnem transmutatum esse dicebant.*
  - Merito *Christi, vt qui Christum iustitiæ & gratiæ autorem: item vnicam salutem, gloriam & fundamentum fidelium esse negant, & illum sine præsidio Legis neminem iustificare, neminem saluare contendunt.*

PHILASTRIVS meminit ante Domini aduentum viginti & octo hæreses extitisse: post aduentum verò centum vigintiocto extitisse, quibus & nonnullas alias adiecit Augustinus.

EPIPHANIVS apud Augustinum in Hæreticorum catalogo recenset hæreses nonaginta, atque hę omnes statim ab Apostolorum temporibus ad Augustini vsq; tempora fermè intra trecentos emersere annos, tum videlicet, cùm omnium purissimè Ecclesiis traderetur veritas Euangelica.

De Christo Rege & Sacerdote, & Christianis.



De Re-

De Regno Christi.

REGNVM Christi triplex est.

- Potentiæ, *qua potenter dominatur omnibus creaturis cum Patre & Spiritu Sancto.*
- Gratiæ, *vbi discę,*
  - Quid *sit. Definitur à Paulo esse iustitia, pax, & gaudium in Spiritu Sancto, Rom. 14. d. 17.*
  - In *huius regni ratione, quæ potißimũ sunt obseruanda.*
    - Erectio *regni. Erigitur autem hoc regnum ab ipso Deo, sicut Psalmo 2. docet. Instrumentum quo erigitur, verbum est, eodem Psalmo docente.*
    - Propagatio. *Propagatur enim per verbum & Ministros Euangelij: iuxta dictum, Ite in mundum vniuersum, &c. Matth. 28. v. 19. Marc. 16. v. 15.*
    - Conseruatio. *Conseruatur ab eo qui erexit. Vnde fiducia concipienda est de eius firmitudine & stabilitate contra portas inferorum.*
    - Partes *regni: Sunt autem iustitia, pax & gaudium in Spiritu Sancto. Iustitia quidem nõ solum qua iusti sumus coram Deo, fide in Christum, verùm etiam inchoatio nouæ obedientiæ existit. Pax est tranquillitas conscientiæ coram Deo placato per Filium, candorque omnis coram hominibus. Gaudium est lætitia, qua mens freta bonitate Dei, in omnibus aduersis gloriatur in Domino.*
    - Dominium, *quod est vnius Christi. Ille enim solus in hoc regno dominatur, nec vicarium habet vllum, sed Ministrorum opera vtitur ad propagandum suum regnum.*
    - Seruitus *præstanda Monarchæ huius regni: id est, Christo. Hæc est in timore, iustitia & sanctitate. Nec cum hac seruitute pugnat libertas Christiana. Christiana enim seruitus non est seruorum iugum, sed filiorum spontaneum obsequium.*
- Gloriæ *quòd dupliciter consideratur. Quantum ad*
  - Christum *attinet, qua ratione Christus postquam surrexit à mortuis, gloriosè regnum suum occupauit, sedens ad dexteram Patris in cœlestibus.*
  - Illius *corpus: id est, Ecclesiam attinet, qua ratione tunc perficietur regnum Christi glorioſum, vbi resuscitatos mortuos adduxerit ad æternum Patrem. Tum enim in perpetua vita fruentur pij conspectu Dei, & æternæ hæreditatis thesauro.*

De Incarnatione Verbi.

LOCI decem.

- Cur *nec Pater, nec Spiritus sit incarnatus, sed Verbum.*
  - Quia *decuit redimi mundum, ac restaurari omnia per sapientiam, qua sunt omnia condita.*
  - Quòd *origo Filij est esse ab alio, quod Patri non conuenit.*
  - Quòd *inconueniens fuerit duos esse Filios, alium in diuinitate, alium in humanitate.*
  - Quòd *Verbum, consilium illud est Deo Patri coæternum, de saluando genere humano propositum, in quo nostra redemtio prædestinata fuit ab æterno, in quo etiam electi sumus in adoptionẽ filiorum Dei. Quare non potuit opus redemtionis nostræ perfici, nisi per hoc Verbum, quia nec debuit, nec potuit discrepare ab æterna voluntatis Dei prædestinatione.*
- Quæ *sint causæ incarnationis Verbi, & seq. Vide literam A.*

Quæ sint causæ incarnationis Verbi. Aliæ sunt
- Generales, vt
  - A peccato, regno Satanæ & æterna condemnatione redimeret genus humanum.
  - Qui dederat vt essemus, largiretur etiam, vt bene essemus. Imò vt nos qui propter malitiam bene esse desideramus, idipsum per incarnationem reduceret.
- Speciales, vt
  - Declararetur quàm sit Deus philantropos, amans humani generis. hoc consilio non simpliciter redimere hominem voluit, sed illi etiam personali & individua vnione coniungi, Ioan. 3.
  - Fratribus similis fieret.
  - Misericors & fidelis esset Pontifex in his, quæ apud Deum forent agenda, ad expianda peccata populi, Hebr. 2. c. 17.

Christum ex Verbo & carne constare, vt in natiuitate illius non humanam duntaxat, sed simul & diuinam humanæ naturæ personaliter coniunctam consideremus. Quare Euangelista non dicit, Christus natus est, sed Verbum caro factum est. Carnis autem vocula in Ioanne, ipsam humani generis naturam significat. Habet & infirmitatis humanæ significationem, vt sciamus Verbum Dei non sic esse hominem factum, vt ea duntaxat, quæ humani sunt Spiritus & Animæ, sed & ipsius carnis infirmitatem, demto peccato assumserit. Quare non dicit: Verbum homo factum est, sed Caro.

Duplicis generis prædicata, de Verbo Dei poni: diuinitatis & incarnationis. Ad diuinitatem pertinet quod dicitur Verbum fuisse in principio, fuisse apud Deum, per illud esse factam lucem, & vitam. Ad incarnationem pertinet, quod dicit Ioannes: Verbum caro factum est.

Conditionem personalis vnionis hanc esse, vt licet diuersas naturas comprehendat: de altera tamen quod altius est prædicari queat. Vt de Verbo prædicari caro potest, propter vnionem personalem, sic dicimus: Verbum natum ex Virgine edisse, bibisse, creuisse, fleuisse, passum esse, &c. Caro enim & opera carnis, non separatim, sed coniunctim cum diuinitate Verbi consideranda sunt. Quare & Ioannes non dicit simpliciter, Verbum carnem assumsit, sed Verbum caro factum, vt personalem hanc vtriusque Verbi & carnis vnionem exprimeret.

A.

Carnem in Christo non esse deificatam. Non enim dicit Ioannes, Caro Verbum facta est, sed Verbum Caro factum est.

Verbum non esse mutatum, sed naturam suam retinere: Nec assumtam carnem naturam suam amisisse: Nec dispensationem susceptam ferre posse, vt humana natura diuinæ coniuncta, quæ propria habet, amiserit. Alioqui sequeretur Christum non esse verum hominem. Quare rectè canit Ecclesia: Deus homo factus: Quod non erat, assumsit: id quod fuit, permansit. Vnitas enim personæ naturarum mutationem non requirit: sed integras conseruat.

Scitè distinguendum inter naturam & personam, ne per errorem sic vnam in Christo personam statuamus, vt duas naturas negemus, & sic duas in illo naturas agnoscamus, suis à se inuicem proprietatibus distinctas, vt statuamus duas in illo esse personas. Vnius enim Christi vna est persona, duæ autem sunt in illo naturæ: distinctæ quidem, sed non à se inuicem diuulsæ. Diuina quæ est Verbi assumentis, & humana, quæ carnis est assumtæ, quarum neutra mutatur in aliam, sed suas vnaquæque proprias & naturales conditiones retinet.

Vnde sit origo carnis à verbo assumtæ. Valentinus enim Platonicus carnem Christo tribuit, non ex generis nostri propagine desumtam, sed è cœlo delatam, de nostra & substantia Sancti Spiritus conceptam. Nos verò ex Scriptura dicimus, carnem Christi desumtam esse generaliter de carne nostra, quam communiter omnes ex ipso generis nostri parente Adamo, naturali propagatione accepimus. Specialiter verò de semine Dauidis & Abrahæ. Lege Matthæum & Lucam de generatione Christi, Actor. 13. d. 23. Rom. 1. a. 3. &c.

Quomodo Verbum sit incarnatum. Modum ostendit Angelus, quòd videlicet non ex virili semine, sed Spiritus Sancti virtute constet: Non sit Verbum in vtero Virginis incarnatum, vt nudam carnem sine anima, vel carnem & animam sine Spiritu susceperit, sed incarnatio sic est facta, vt illa comprehendatur & anima, & corpus, & Spiritus: id est, totus homo cum carne, Spiritu & anima sit à Verbo susceptus.

De Ter-

De Tentatione Christi.

In Christi tentatione spectanda sunt

- A quo *tentatus sit Christus. A Satana, sicut & Adam. Vtitur enim aliquando Dominus ministerio Satanæ, vt in historia Iob & Dauidis, 2. Reg. vltimo.*
- Cur *illum Satan tentauerit. Vt impugnet veritatẽ paterni testimonij de Filio suo, & solicitet ad eam impietatem, vt paternæ voci non credat, atque ita à fide eius & prouidentia deficiat. Sic egit & in Paradyso cùm Heuæ dixerat Deus: Morte moriemini, &c. Tentator contrà, Nequaquam, &c. Ita verbum Dei mendacij arguere conatur, ac efficere vt non Deo, sed sibi credatur, quò nos desertores Dei constituat.*
- An *Christum tentari oportuerit. Sicut mori illum oportuit, ita & tentari, vt quam tentatione primi hominis victoriam reportârat, hac tentatione Christi cum sua ignominia amitteret tentator.*
- An *in visione & mentaliter, an verò reipsa & corporaliter Christi tentationes gestæ sint. Verisimile est hæc in visione gesta esse, vt non sit corporaliter de loco in locum translatus, quemadmodum & Prophetis in visione multa sunt reuelata. At certum est, hæc in deserto gesta esse.*
- Cur *Christus tentari voluerit. Vt*
  - Velut *fortissimus athleta regnum Satanæ destructurus in pugnam illum prouocaret & vinceret illum humani generis hostem.*
  - Misericors *Pontifex esset, & tentatis succurrere disceret, Hebr. 2. c. 18.*
  - Doceret *renatorum ac filiorum Dei officium, vt scilicet certamen instituant contra Satanam, & omnia eius consilia, vt sobrie, purè, sanctè, &, vt filios Dei decet, omnem vitam transigant.*
  - Daretur *nobis exemplum prudentiæ, prohibens nobis ne graues & arduas res illotis aggrediamur manibus, sed religiosa religiosè tractemus, & exploremus vires nostras, quid possint, priusquam res geramus.*
  - Daretur *nobis in Christo, capite nostro, exemplum & modus pugnandi contra tentationes Satanæ, & quo modo illis occurrendum sit, discemus.*
- Vbi *tentatus sit Christus. In loco deserto. Rationes sunt:*
  - Vt *daretur Satanæ singularis congrediendi & tentandi occasio: id est, tale quid illi obijciendum erat, quod singularem quandam diuinamque virtutem præ tendere videretur, quo hostis irritatus, quicquid haberet virium ad tentandum impenderet, vt quod quadraginta dies & noctes cum bestijs agebat, nec manducans, nec bibens.*
  - Opportunitas *loci ad tentandum. Nam ea est astutia Diaboli, vt solitarios potissimùm adoriatur. Hi enim anxijs sunt animis, & cogitationum varietate ad desperationem solicitantur.*
- Quando.
  - Post *Baptismum, vt intelligas Satanam tentatorem esse filiorum Dei. Eos enim tentare solet, quos videt à regno suo defecisse, & ad regnum Dei aspirare. Reliquos vel non sentientes agitat quò lubet.*
  - Ante *prædicationem Euangelij, vt discas probatos eos esse oportere, qui ministerio verbi vtuntur.*
  - Obseruata *tentandi opportunitate, vbi esurire cœpit Christus, tum maximè tentat: tentandi enim occasiones ex nobis ipsis venatur.*
- Quibus *armis Satan Christum aggressus.*
  - Infidelitate *ac diffidentia, in quam ventris cura impellere conatur. Atq; hîc signum, diuinitatis argumentum, quærit.*
  - Confidentia *præpostera. Affectu inanis gloriæ, tentatione Dei. Atque hîc etiam signum quærit. Tentatur autẽ Deus variis modis: vel quærendo signum, vel aliquid periculosum tentando extra verbum Dei, vel patientiam Dei irritando, impœnitendo, vel decernendo aliquid contra verbum Dei.*
  - Idolatria, *ambitione, spe mundanæ potentiæ & gloriæ. Regem cœlestem regno terreno tentat*
- Quomodo *Christus ignita Diaboli tela extinxerit. Gladio videlicet Spiritus, meditatione verbi ex Scripturis, vbi datur nobis exemplum, quo modo graues Diaboli tentationes nobis vincendæ sint.*
- Quis *finis tentationis Christi. Victoria: cùm enim Satan Scripturis resistere non posset, discedere cogitur, ac eo discedente, adsunt Angeli. Inde discas Christum Dominum esse Angelorum, & diuinum auxilium non deesse, cùm Satanæ non acquiescimus.*

De Tentatione Christianorum.

In tentatione Christianorum spectandum:

- Quotuplex sit tentatio Christianorũ. Alia enim est
  - Diuina. Hic discе,
    - Quid sit Deum tentare nos. Est enim periculum facere, ac explorare rem, quò quid ea valeat, cognoscatur. Ita legitur, Deus tentasse Abrahamum: id est, experimento aliquo elicuisse, quali studio & amore in Deum fuerit, non quòd quicquam Deum lateat, sed quòd sic deceat iustum Deum facere, conducatq; id exemplum pluribus mortalibus.
    - Quot modis tentet nos Deus.
      - Per aduersa, vt eis exerceamur, vt Abrahamum, Iobum, Israëlitas, Paulum, &c. De hoc genere lege Sap. 3. Iac. 1. c. 12. & c.
      - Per Pseudoprophetas, Deut. 3. a. 3.
      - Cùm suos in tentationem inducit, dum hi succumbunt in pugna, vt infirmitatis suæ experimẽtum capiant, præsertim si qui sunt præcipui, vt Dauid, 2. Reg. vlt. Petrus, &c.
  - Diabolica. Hic discе,
    - Quid sit tentare Diabolum. Est enim impellere, sollicitare, pertrahere ad malum, corrumpere, præcipitare, occasione aliqua oblata, & conficere.
    - Quot modis tentat Satan, &c. Vide literam A.
    - Deum hac tentatione neminẽ tentare, Iac. 1. c. 13. Sicut enim Deus naturâ bonus est, & incorruptus: ita neminem corrumpit, depra uat, aut malo immergit. Alienum enim hoc est à natura Dei, Diabolo verò cognatum. Et tamẽ verum est quod dicit Iacobus, Vnusquisque à propria concupiscentia tentatur. Oportet enim tentatorem Satanam tentandi habere principia, quibus vtatur. Laqueum nectit, sed quibus irretire nequeat, nisi volentes, 1. Tim. 6. c. 10. Sic callidissimus hostis tentandi occasiones ex nobis ipsis venatur, Viam non solis ipsius tentationibus ad peccandum sollicitamur, sed propriis etiam affectibus tentatoris conatus promouemus. Non solum externè per hostem, sed & internè domestico malo oppugnati. Sic eos, quos intelligit, desideriis prauis & corruptis teneri, tentationibus suis ad hoc impellere conatur, vt libidini obsequantur. Sic mœstos & afflictos animos, quos ad desperationem aliquam animaduertit esse propensos, vt desperent, sibiq; ipsis manum inferant, sollicitare solet.
    - Qui experiantur Satanæ tentationes. Hi videlicet, qui ex animo pietati studeant. Qui enim secundum fontem suæ carni, Satanæ, mundo obtemperant, nihil causæ dant, ob quam tententur à Satana.
    - Cur permittat Deus tentare Satanam. Respõdet Augustinus Serm. Dei in monte, lib. 2. Fiunt tentationes per Satanam, non potestate eius, sed permissu Domini: ad homines aut pro peccatis suis puniendos, aut pro Domini misericordia probandos, & exercendos. Vide 2. Thess. 2. a. 4. 2. Cor. 12. b. 8.
    - Non licere Satanæ tentationibus suis nos obruere, nisi quantum diuinus Pater cœlestis permiserit, 1. Cor. 10. c. 13.
    - Quomodo tentationibus Satanæ liberemur. non obsequendo, sed resistendo.
- Prodesse tentationes Christianis, non obesse: Vtile enim est nos tentari & exerceri, ne nimium securi edes computrescamus.
- In Christo nobis exemplum pugnandi propositum esse, ad hunc in tentatione confugiendum, illi fidendum, illius auxilium implorandum esse.
- Quis finis tentationũ Christianorum.
  - Ne magnitudine donorum elati efferamur.
  - Vt assiduitate tentationum exercitati, eo valentiores impugnando efficiamur.
  - Quia inde cognoscimus nos Deo tantò esse gratiores, quò tentationes plures immittit, & quò quisque in fide perfectior est, cò plures insultus Diaboli ferre cogitur.
  - Vt militemus Deo. Militia enim est vita hominis super terram, Iob. 7. & planè nullus est Christianus quisquam, nisi tentetur.

A. Quot

A. Quot modis tentat Satan. Aliàs enim tentat à

- Dextris, *in rebus videlicet prosperis, vt Adamum in horto. Hic tentat*
  - Nimia *nostri fiducia.*
  - Iustitia *nostra.*
  - Cæcitate.
  - Falsis *opinionibus.*
  - Concupiscentia *oculorum & carnis.*
  - Mundi *delitijs.*
  - Vana *gloria.*
  - Confidentia *in meritis.*
  - Superbia, *&c.*
- Sinistris, *vt in aduersis, sicut Christum in deserto. Hic tentat*
  - Impatientia.
  - Ira *Dei.*
  - Diffidentia.
  - Desperatione.
  - Peccatorum *multitudine.*
  - Inuocatione *Sanctorum.*
  - Quòd *perfectam illam iustitiam, quam Deus requirit, non habeamus.*
  - Quòd *fidem non habeamus.*
  - Quòd *non sumus in electorum numero.*

De Tentationibus Diaboli, & remediis earundem.

SATANAE insultus sunt quinque.

- I. Deum *summè iustũ esse, nos infinitis sceleribus pollutos. Hic discе,*
  - Non *esse ita ad Dei misericordiam confugiendum, vt illius iustitiam prætereamus. Certissimum enim est, Deum ita esse misericordem, vt interea summam eius iustitiam oporteat nos profiteri.*
  - Non *esse hic ad Sanctorum merita confugiendum, cùm ipsimet Sancti non aliò confugerunt, quàm ad vnam misericordiam Dei in Christo reconciliati.*
  - Nihil *esse vel in nobis, vel in quoquam, quò aduersus hunc Satanæ insultum satis instructi esse possimus. Neque enim iræ Dei omnipotentis opponere possumus hominum opera, in quibus tantum inest labis, vt præstantissima etiam opera nostra, nisi intercedente gratia Dei, nihil nisi æternas pœnas mereantur. Nam sanctissimi quique, si summo iure cum eis agatur, deprehendentur dona Dei infinitis modis polluisse, & contaminasse.*
  - Deum *quidem summè iustum esse: at non ferre iustitiam ipsius, vt vnum idémque bis debitum sibi persolui velit, cũ Christus* IESVS *Deus & homo, infinitæ maiestati, infinita sua obedientia satisfecerit.*
  - Nos *quidem infinitis peccatis totos scatere, verùm omnes nostras iniquitates Deum seuerissimè, & summo iure vltum esse in* IESV *Christo, qui nostro nomine sese puniendũ Patri exhibuit, adeò vt iniquitates nostræ iam penitùs deletæ & expunctæ sint sanguine Christi, & in rationem coram Deo nunquã veniant.*
- II. Non *extare in nobis iustitiã illam, quã Deus meritò à nobis requirit. Hic discе,*
  - Requiri *à nobis perfectam obedientiam, quam quidem nullus vnquã homo, præter Christum præstitit.*
  - Christum *vnum esse, qui omnem iustitiam impleuit, quoniam & Patrem perfectè dilexit, & hostes suos adeò perfectè amauit, vt sustinuerit etiam maledictio pro eis fieri: id est, iram Dei sustinere, vt hac perfecta illius iustitia induti, quæ per fidem nobis imputatur, Deo accepti simus vt Christi fratres.*
  - Per *fidem hũc Christi thesaurum, id est, iustitiam ipsius, nobis applicandam esse.*
- III. Naturâ *nos corruptos esse, ac proinde Deo exosos. Hic discе,*
  - Nos *quidem inclusos adhuc teneri, corpore isto mortali, ac propterea nõ facere bonum quod volumus, & sentire adhuc peccatum in nobis habitans, & carnem aduersus Spiritum decertantem, vt corpore & animo, aliquatenus in illo vetere luto hæreamus. Verùm in Christo, cui per fidem sumus vniti, & in eodem radicati, naturam nostram plena sanctificatione instauratam esse, cùm carnem nostram assumsit, ex Spiritu Sancto conceptam, quæ sanctificatio naturæ humanæ in Christo nobis per fidem imputetur.*
  - Reliquias *corruptionis illius, quæ nobis etiam regeneratis insident, in rationem non venire coram Deo, quòd Christi sanctimonia absorbeantur, ac sepeliantur, cuius robur ad nos sanctificandos coram Deo, infinitis partibus superat corruptionis vires ad nos polluendos.*
- IV. An *fidem habeamus, & seq. Vide literam A.*

IV. An *fidem habeamus. Hîc disce,*

Ab *effectis ad efficientem causam veniendum esse: sunt autem Christi, à nobis per fidem apprehensi, affecta duplicia. Primum enim Spiritus Sanctus testimonium reddit Spiritui nostro nos esse filios Dei, vt intrepidè clamemus, Abba Pater. Alterum effectum est regeneratio, cuius tres sunt partes: Mortificatio peccati: Sepultura veteris hominis, cùm vetus ille homo accepto lethali vulnere paulatim euanescit: Item resurrectio noui hominis, cùm & intelligentia nostra illustratur, voluntas corrigitur, & confirmatur, vt peccatum fugere, iustitiam amplecti possit, & vniuersæ facultates hominis Spiritu Dei instaurantur.*

Ex *his fructibus de arbore iudicium fieri posse, vt ex his Christi effectis necessariò colligatur, nos fidem habere, ac proinde etiam* IESVM *Christum ad vitam æternam.*

A.

Quoties *Satan nobis litem mouet de nostra particulari electione, non esse eius controuersiæ explicationem statim in æterno Dei consilio scrutandam, sed è contrario initium faciendum esse ab infimo gradu, nempe à sanctificatione, quam in nobis inchoatam reipsa sentimus, vt altius inde conscendamus.*

Nostram *sanctificationem, certum esse fidei, aut potius Christi in nobis per fidem habitantis effectum, & Christo vnitum necessariò quoque efficaciter vocatum esse, ac saluti destinatum, nec Dei prouidentiam falli posse, nec vllum ex electis perire. Quare sanctificationem velut primum esse gradum, à quo progredi incipiamus ad declarationem primariæ nostræ salutis causæ, id est, æternæ illius ac gratuitæ electionis nostræ.*

Christum *electorum quorundam vocationem multùm interdum differre, ad extremum etiam vitæ momentum, tardam tamen vocationem nos non impedire, quominus electi sexuemur. Nam vel Spiritus testimonium perhibet Spiritui nostro nos esse Dei filios, vel in ipso mortis puncto certa fidei nostræ, ac proinde etiam electionis testimonia apparent.*

Fidem *quidem aliquando infirmam esse, ac penitùs interdum sepultam, tamen vel tantillam fidei scintillam, vel minimum fidei in nobis effectum, si modò verum sit, & ex vera fide promanet, verè nos de nostra salute securos reddit. Salus enim nostra non nititur propriè fide nostra, sed eo vno potius, quem apprehendimus per fidem, nempe* IESVM *Christo.*

V. Non *esse nos in electorum numero. Hîc disce,*

Exempla *Sanctorum nobis proponenda esse, qui nõ minus profundis gurgitibus fuerunt immersi: Neque tamen desiterunt Deum inuocare, à quo etiam sunt exauditi, quoniam erant ex numero filiorum Dei, etiamsi grauissimè peccassent.*

Etsi *certo tempore non appareant fidei effecta, non tamẽ sequitur illam falsam fuisse: hoc enim perinde esset, ac si quis colligeret nullum esse verum ignem vbi nulla flamma cohlucet: Vel hyeme non virere arbores, quoniam nec folia, nec fructus edunt.*

Confugiendum *nobis esse ad verum & certum remedium, nempe ad firmitatem æternæ nostræ electionis, quæ immutabili Dei proposito nititur.*

Testimonia *electionis colligenda esse, memorandos dies præteritos, in quibus multa erga nos diuinæ beneuolentiæ testimonia inuenimus. Comperimus etiam fidei, ac proinde etiam electionis nostræ illustria testimonia sese in nobis exeruisse.*

Deum *nunquam mutare sententiam, à cuius decreto salus nostra pendet.*

Donum *veræ fidei, qua iustificamur, nunquam à perseuerãtiæ dono diuelli posse, quamuis interdum labefactetur fides, & perseuerantia quibusdam velut internallis interrumpatur. Quare qui vel semel tota vita senserit certum fidei testimonium, securus esse debet de ea, non modò permanente, sed etiam permansura ad finem vsque, tum quoque cùm penitùs abesse videatur. Neque enim infans idcirco non est præditus anima, rationis participe, quòd nullum eius vsum experiatur: Nec ebrium ratione & intelligentia spoliamus, etiamsi nec pes, nec mens in eo officium facit.*

De Fletu

De Fletu Christi.

Quoties *fleuerit Christus. Ter illum fleuisse legimus: primùm viso Lazari monumento, Ioan.11.d.35. deinde visa vrbe, Luc.19.f.41. postea in illa triplicata vehementissima deprecatione, qua vsus est in horto, de quo Paulus ad Hebr.5.a.7.*

Cur *fleuerit Christus. Viso Lazari monumento fleuit, quòd videat homines immersos esse peccato, ex quo mors proueniat. Visa Vrbe fleuit, propter inauditam perfidiam ac contumaciam, & instantem Vrbis cladem miserrimam. In horto fleuit, quòd viderit homines nec curare peccatum, nec sacrificium suum pro peccato, quo pro nobis satisfecit.*

An *riserit vnquam Christus. Ingemuisse illum legimus, risisse non legimus: Venerat enim in hunc mundum, non vt delitijs mundi huius frueretur, sed vt peccata nostra expiaret, quæ illi non risum, sed fletum obijciebant.*

Loci sex.

An *Christus nobis hic imitãdus sit. Maximè. Rationes sumuntur*

A vocatione *Dei. Esaiæ 22.c.12. Vocauit Dominus exercituum ad fletum & planctum, & en lætitia & gaudium, cædendo boues, edendo carnes, bibendo vinum. Item Ioel.2.c.17.*

A prædictione *Christi. Prædixit enim Christus vos ploraturos. Ioan. 16. Plorabitis & flebitis. v.20.*

A præcepto
- Christi. *Luc.23.d.28. Super vobis ipsis flete, & super filijs vestris.*
- Apostoli. *Rom. 12.c.15. Flete cum flentibus. Vbi sympathiam vrget Paulus Christianam. Hic cogita, quàm multi sint plorantes, cum quibus nos etiam plorare conueniat. Iacobus etiam cap.5. præcipit diuitibus, vt plorent super miseros.*

Ab *exemplis. Nam omnes pij ingemiscunt in hoc seculo creberrimè: risu verò soluuntur, vel nunquam, vel rarissime. Vnde Dauid Psal 102.a.6. Præ voce gemitus mei adhærẽt ossa mea carni. Psal. 6. a. 7. Stratum meum lacrymis meis rigabo. & Psal. 56. c. 9. Posuisti lacrymas meas in vtrem tuum. Et Petrus fleuit amarè, Matth.26. Christus autẽ cùm impollutus esset ipse, propter nostra tamen peccata fleuit: quantò magis igitur nos nostra peccata quotidie flere debemus. Vide Daniel. 10. a. 2. Esa. 22. c. 12. Ierem 9.a.1.13.d.17.*

Ab *appellatione fidelium. Nam Ezech. 9. a. 4. fideles gementes & dolentes vocantur, idque propter abominationes factas in medio eorum. Marci 16.c.10. Renunciauit lugentibus.*

A præmiis *fidelium plorantium, quibus Dominus consolationem promittit. Vt Esaiæ 61.a.3. Dominus misit me, vt consolarer eos qui lugent. Item Esaiæ 25.b.8. Apoc. 7. d.17. 21. a. 4. Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Et Matth. 5. a. 4. Beati qui lugent. Et Psal.56.a.9. Vide & Marci 16.c.10.8.9.10.11.12.13.*

A pœnis *ridentium. Luc.6.d.25. Væ qui ridetis nunc, quia lugebitis.*

A causa *impulsiua. Nunquam enim deest in hoc mundo vnde ingemiscant pij, siue seipsos, siue proximos respiciant.*

Ab *ordine rerum se inuicem consequentium. Fletum enim risus, risum fletus excipit. Ioan.16.d.21.*

A loco, *in quo nunc constituti sumus: in valle videlicet lacrymarũ, cui risus non conuenit, sed gemitus. Valli lacrymarum conuenit fletus, lacrymæ, suspiria: Risus cœlestibus gaudijs conuenit.*

A tempore. *Est enim tempus ridendi, est tempus lugendi, Eccle.3.a.4.*

A conuersionis *modo. Conuersio enim fit ieiunio, precatione, fletu, &c.*

Nunquam *igitur nisi lugere debent fideles? Gaudent quidem & ipsi, sed in Domino, spiritu & sensu interno. Interim tamen respectu miseriæ, cùm propriæ, tum alienæ ad ingemiscendum permouentur. Ezech.9.a.4. de ingemiscentibus vide & Phil.4.a.4.1. Thess.5.c.16.*

Quot *sint genera fletus.*

1. Eorum, *qui propter sensum calamitatis, afflictionis & iacturæ rerum plorant. Hi Deo non placent, ac nihil à Deo impetrant, quia non afficiuntur vero respiscentiæ affectu: nec ideò lugent, quòd Dominum offenderunt, sed quòd sensu calamitatis premuntur. Hoc genere fletus & orationis vti possunt etiam impœnitentes.*
2. Eorum, *qui per impatientiam ita lugent, ac plorant, vt etiam contra Dominum murmurent, qui flendo iram Dei contra se magis exacerbant. Ita plorabant Israelitæ, Numer.14.a.1.*
3. Piorum *est, qui ob hoc potissimũ plorant & orant, quod sentiunt se Deum offendisse. Ita flebat Petrus, vbi ad se reuersus, sentiebat se Christum negasse. Hi non solùm propter sua peccata, sed aliorum etiam plorant & orant. Ita solebant Prophetæ flere propter peccata populi, 1. Reg.16. Esa.22.c.12. Ierem. 9.a.1.13.c.17. Qui ita plorant & orant, etiam hoc adiungunt, vt à peccatis abstineant, ideoque soli misericordiam impetrant. Ad hoc genus planctus vocat populum Ioel Propheta, cap.2.c.17. Et Dominus Esa.22.c.12.*

Naturalis, fictus, infernalis, pius.

De Sacrificio Christi.

Quis *passus sit. Filius Dei, per quem condidit seculum.*

Cur *nec Pater, nec Spiritus sit incarnatus & passus, sed Verbum. De hoc vide suprà de Incarnatione Verbi.*

An *in vtraque natura passus sit. Passus est in humana tantùm natura,* 1. Pet. 4. a. 1. *In ea videlicet natura, quæ erat passibilis. Diuina natura pati non potest, & tamen rectè in concreto dicimus, Deus natus est, passus est: quia hæc persona, in qua vnione personali vnita est humanæ naturæ diuina, patitur, crucifigitur. Hæc loquendi forma indicat Filium Dei Redemtorem esse, nõ autem humanam naturam tantùm redemtricẽ.*

An *corpore tantùm, an corpore & anima simul passus sit. Passus est animo & corpore, & multifariè quidem: nos enim corpore & animo simul peccauimus. Ac grauior in eo erat animi anxietas, ac sensus iræ Dei, quàm corporis laceratio.*

Quid *passus sit. &c. Vide literam A.*

Vbi *passus. Non in ipsa vrbe Hierusalem, in qua Templum erat, sed extra portas eius, in loco, vbi quondam Abraham filium suum immolare voluit: in eo enim montis iugo fuit mons Golgotha, siue Caluariæ. Primùm, vt Iudæorum prærogatiuam tolleret, & se non pro vnius tantũ vrbis, sed totius orbis peccato passum esse ostenderet. Secundò, vt non existimemus nos habere in hoc seculo manentẽ ciuitatẽ, Hebr.* 13. c. 14. *Tertiò, in loco Caluariæ, vt vbi prius erat area damnatorum, ibi vexillum salutis erigeretur.*

Cur. *Vt patiendo & moriendo à tormentis & pœnis inferorum nos redimeret, nosque purgatos constituret hæredes vitæ æternæ.*

Quomodo *passus. Verè, non putatiuè: sponte, non vi coactus, ex summa erga nos dilectione.*

Quando. *Sub monarchia Romanorum, sub Imperatore Tiberio, cùm iam secundùm vaticinium Iacobi populus Iudaicus pareret exteris Regibus. Tum enim venturum prædixerat Meßiam. Passus, inquam, in ipso Paschæ festo, vt omnibus paßio & mors eius innotesceret, & se verum illum Agnum, quem Agnus ille typicus præfigurabat, esse demonstraret.*

An *mortis tantùm articulo passus. Imò toto vitæ suæ tempore.*

Pro *quibus. Pro nobis omnibus, pro peccatis omnium,* Ioan. 1. d. 29. & 2. c. 16. Rom. 3. c. 19. *Multùm enim illi errant, qui aiunt Patres nostros non fide in Christum, sed per Legem & merita propria iustificatos. Christum enim passum esse, non pro illis, sed duntaxat pro sui seculi hominibus, & insequentibus. Errant & illi, qui dicunt Christum pro veteribus, pro originali tantùm peccato, non pro nobis, & pro nostris peccatis passum esse: ideò nos pro nostris oportere satisfacere.*

Sub *quo Præside. Pilato. Præsidis mentio fit, vt sciamus mortẽ eius coniunctam cum damnatione fuisse. Mortuus enim est, vt pœna nobis debita defungeretur, atque hoc modo ab ea nos eximeret. Cùm autem omnes nos, sicuti peccatores sumus, obnoxij essemus Dei iudicio, quo vitam nostram subiret, sisti in conspectum terreni Iudicis voluit, damnariq; eius ore, vt coram cœlesti Tribunali absolueremur. Etsi autẽ eius innocentiæ testimonium reddit Iudex, vt testatum sit non ob propria ipsum maleficia plecti, sed nostra, solenni tamen ritu interea damnatur, eiusdem sententiæ, vt palam sit iudicium, quod merebamur, tanquã vadem nostrum subire, quò nos à reatu liberet. Sed & coram Dei Tribunali se sistebat, vnde torqueri eius conscientiam hac anxietate oportebat, ac si derelictus à Deo esset, imò ac si Deum haberet infensum. In his angustijs erat, cùm clamaret ad Patrem: Deus, Deus, cur me dereliquisti! Hanc enim seueritatem Deus in eum exercuit, vt impleretur quod dictum est per Prophetam, Ipsum percussum esse manu Dei propter peccata nostra, &c.*

AN Christi sacrificio sũt

Paſsio. *Hic discę:*

Paſsio *Christi, quibus rebus nobis commendetur.*

- Decreto *& promißione Dei.*
- Exemplis, *Isaac, Ionæ, Danidis.*
- Figuris, *vt Serpentis æneꝛ, Templi Hierusalem.*
- Cæremoniis *ac sacrificijs legalibus.*
- Scriptis *Prophetarum.*
- Concionibus *Christi & Apostolorum.*
- Pedum *lotione.* Cœna *Dominica.*
- Afflictionibus *Sanctorum.*

Sanguinis *effusio. Rationes effusi sanguinis sunt:*

- Quia *absque sanguinis effusione non fit remißio, Hebr.* 9. d. 22.
- Vt *sanguis eius lauacrum quoddam esset, quo animæ nostræ maculis omnibus purgentur, Ioan.* 1. *Sanguis* IESV *Christi emundat nos ab omni peccato, Hebr.* 9. *Omnia secundùm Legem sanguine purificantur.*
- Vt *peccatorum nostrorum memoria deleretur, ne vnquã in Dei conspectum veniant, atque ita chyrographum aboleretur, quo rei tenebamur.*

Mors, *&c. Vide literam B.*

A.
Quid *passus sit. Ærumnas videlicet & miserias huius seculi: tormenta deniq; carnificũ, & ipsam mortem. Huc ergo pertinent,*

- Paupertas,
- Fuga,
- Persecutiones,
- Probra,
- Illusio,
- Ignominia,
- Traditio,
- Flagella,
- Corona *spinea*,
- Tormenta,
- Anxietas *animi*,
- Dolores *mortis: id est, horribiles angustiæ, quibus eius anima constricta fuit.*
- Condemnatio, *quam non ita subijt, vt sub illa maneret. Sic enim pauoribus & angustijs correptus fuit, vt non fuerit oppressus, sed potius luctatus cum potestate inferorum, eam subegit, ac fregit: neque enim eiusmodi angustijs oppressus sperare in Patrem desiit.*

B.
Mors. *Hic disce,*

An *mori Christum oportuerit. Oportuit Christũ pati. Luc.24. d.6.*

- Vt *iustitiæ Dei satisfieret.*
- Vt *Dei propositum de saluando genere humano impleretur.*
- Vt *Scripturæ implerentur.*
- Quia *homo mortem meritus, morte Filij Dei redimendus erat.*
- Quia *vbicunque testamentum est, ibi testatoris mortem intercedere oportet. Iustitia & peccatorum remissio testamentum est: ergo vt ratum sit hoc testamentum, testatoris mortem intercedere oportuit. Deus autem testator est, qui quia immortalis est, hominem fieri oportuit, vt in carne moreretur, vt à morte testatoris remissio peccatorum omnibus daretur credentibus.*

Quo *mortis genere Christus mortuus est? Genere mortis vt probrosissimo, ità & acerbissimo, crucis nempe supplicio. Hoc enim plus habet momenti, quàm si alio quouis mortis genere affectus foret. Typi autem ab initio præcesserant fore, vt suspenderetur in ligno: nam strui lignorum imponebatur Isaac immolandus. In palum quoque impositum Serpentem Moses in deserto erigebat. Sed & Christus inquit: Vbi exaltatus fuero, omnes traham ad me. Genus hoc mortis execrationi damnatum erat: vnde execrationi fuit subiectus, quam quidem recipiendo abolevit, nec desiit interea esse benedictus, quà nos benedictione sua perfunderet.*

Quæ *causæ mortis Christi.*

Efficiẽs, *quæ est, vel*

- Principalis,
  - Patris *amor.*
  - Filij *interuentus, deprecantis pro nobis.*
- Instrumentalis, *non congruens cum fine, quem Deus instituerat, sunt Diaboli, Iudæi, & eorum satellites, qui ardentes furore & odio Dei, & omnium Prophetarum, & Christum delere conati sunt.*

Materialis, *q̃ est, vel*

- Obiectiua, *quæ voluntatem Filij monit, ea est peccatum & tristissima damnatio generis humani, quod noluit prorsus perire Filius Dei.*
- Subiectiua, *seu materia, in qua est Filius Dei.*

Finalis, *vt—*

- Magnæ *parti generis humani iustitia & gloria æterna redderetur, & Deus haberet Ecclesiam æternam, in qua agnosceretur, & celebraretur.*
- Iustitiæ *Dei satisfieret.*
- Destrueret *opera Diaboli.*
- Nos *liberos à peccati seruitute redderet.*
- Eius *beneficio vetus homo noster crucifigatur, aboleatur corpus peccati, ne amplius regnet carnis prauæ concupiscentia in nobis, Rom.6.a.4. Gal.5.d.24.*
- Nos *à metu mortis liberaret, Hebr. 2.c.15. Vt mors nihil aliud esset fidelibus, quàm transitus ad vitam æternam, nec amplius res esset formidabilis, sed intrepido animo ducem nostrum Christum sequeremur, qui sicut non periit in morte, ita nos perire non patietur.*
- Maledictionem, *cui subiecti eramus, in se suscipiens tolleret, vt essemus benedicti in ipso.*
- Peccata *nostra expiaret.*
- Testatoris *morte intercedente obueniret nobis hæreditas testamento legata. Alioqui enim hæredes fieri non potuimus, nisi is, qui legauit, fuisset mortuus.*

De Sepultura Christi.

CIRCVNstantię sepulturæ Christi.

- Per quos sit sepultus. Per
  - Ioſephum, diuitem, virum bonum, iuſtum, Senatorem, Regnũ Dei expectantem, Chriſti Diſcipulum. Hic diſce,
    - Non eſſe deſperandum de illis, qui licet aperta nondum confeſſione veritati Euangelicæ ſeſe coniungant, in corde tantum amplectantur, & occulti ſint illius Diſcipuli: vbi tamen occaſio dabitur, poteſt illis per diuinam gratiam contingere, vt prodeant tandem.
    - Senatoribus hîc exemplum proponi, vt caueant ſibi, ne contra conſcientiam in facinus iniuſtum conſentiant.
    - Fieri poſſe, vt diuites Regni cœlorum participes fiant: verùm curent, vt tales ſint, quibus & bonitatis, & honeſtatis, & iuſtitiæ quoque teſtimonium dari poſſit.
  - Nicodemum, qui ad IESVM nocte venerat.
- Quomodo ſepultus ſit.
  - Ioſeph ad Pilatum acceſſit, & petijt ſibi dari corpus IESV. Hic diſce,
    - Cur corpus IESV petierit. Quia
      - Timebat, ne ludibrio aduerſariorum expoſueretur.
      - Non audet eum propria poteſtate deponere, q corpora eorum, qui à Magiſtratu plectuntur, etiam poſt mortem in poteſtate Magiſtratus ſunt, ne in corpora mortuorum ſæuiant, qui ab illis, dum viuerent, læſi ſunt.
    - Metu perculſis Diſcipulis Ioſephum nunc apertè teſtari, quàm non conſenſerit in effuſionem ſanguinis innoxij.
  - Inuoluit illud ſyndone munda. Hic diſce,
    - Cur id fecerit: quia Iudæi mortuos ſuos propter reſurrectionis fidem & dilectionem erga illos, honeſtè ſepeliebant, eos præſertim, quos Deo charos eſſe credebant.
    - Quid Syndo munda & aromata ſignificent: Chriſtum videlicet quieſcere velle in mente pura, virtutibus benè oleatibus condita.
  - Quod ingenti ſaxo ad oſtium monumenti aduolutо ſepultum Domini corpus clauſit. Cauſæ ſunt,
    - Quia ſoliti ſunt Iudæi communire ſepulcra, & ſepulterum nomina iſtis ſaxis memoriæ gratia inſcribere.
    - Ne corpus Domini cuiuis aduerſariorum pateret ludibrio.
    - Diuina prouidentia ad maiorem reſurrectionis certitudinem, & ad tollendam fraudis ac ſublati corporis ſuſpicionem.
- Vbi ſit ſepultus. In monumento Ioſephi, quod fuit in horto exciſum de Petra. Hîc diſce, cur
  - Non ſit ſepultus proprio ac peculiariter ſibi parato, ſed alieno monumento. Vt enim Chriſti reſurrectio noſtra eſt reſurrectio & vita, cuius virtute corpora noſtra excitabuntur ad vitam: ita decebat illum in noſtro quoque monumento ſepeliri, & exlo ad æternam vitam prodire. Nam hoc Ioſephi monumentum typum habet noſtrorum ſepulcrorum: venit in carnem noſtram, miſeriam noſtram, mortem noſtram, vt nos à morte & miſeria æterna ad vitam reuocaret ſempiternam. Ita venit etiam in noſtram ſepulturam, vt illam ad futuram reſurrectionem iam tum ſanctificaret.
  - Nouum fuerit:
    - Ne dici poſſet: Non IESVS, ſed alius quiſpiam reſurrexit.
    - Propter myſterium noui pectoris, in quo recondi gaudet Dominus, ita vt nihil terrenæ faecis illi inſit, nec quiſquam alius in eo quieſcat, ſed vni Domino recondendo ſeruiat.
  - In horto. Propter myſterium quod de cruce tranſitus eſt in Paradiſum. Item propter exemplum, quod Ioſeph eo loci habuit ſepulcrum, quem filij huius ſeculi delicijs aptare conſueuerunt, vt in ipſo delitiarum loco conſpectu monumenti mortuorum admoneretur.
  - De ſaxo. Ne quis quietem Domini ac fidelium eius interturbari poſſe putet.
- Quãdo ſepultus. Initio ſabbati. Cauſæ ſunt,
  - Quia ita exigebat typus in Iona præmiſſus.
  - Quia conueniebat, vt poſtquam opus à Patre iniunctum perfecerat, die ſeptimo exemplo Patris quieſceret.
  - Quia electorum ſepultura quies eſt, & vita labor. Ita vt ſex diebus deputata ſit illarũ vita, ſeptimo, qui quietis eſt ſepultura, & octauo reſurrectio ad futuram felicitatem. Rectè Chriſtus caput electorum in fine ſexti diei, peractis laboribus, mox initio Sabbati ſepelitur, vt Sabbatũ in ſepulcro agat, & octauo die ad futurã gloriam reſurgat.
  - Myſtica veteris hominis ſepultura, quæ eſt ceſſatio ab operibus mortuis, vt reſurgat nouus homo, qui viuat & agat omnia, vt quieſcat vetus, negotioſus ſit nouus homo.

De Re-

De Resurrectione Christi. fol. 222.

Loci quatuor.

- De duplici imagine Christi. Est enim alia
  - Atrox, *horribilis, ignominiosa, cruenta, dira, tristis, mortalis, fœda: hanc imaginem Christus gessit in passione. Causa huius imaginis horribilis, horribilia nostra peccata, pro quibus luctum, dolores, ignominiam, ac mortem probrosam sustinuit Christus. In hac igitur imagine, nostra peccata, maledictio, mors, &c. velut in Tabula conspiciuntur.*
  - Læta, *iucunda, formosa, pura, gloriosa, immortalis, quam in resurrectione habuit. Nam & iustitia, quã per Christi resurrectionem consecuti sumus, læta ac iucunda est. Hic peccata tua, quæ in prima imagine videbantur euanescere cernis, vnà cum peccati stipendijs. Huius verò imaginis fructus sunt,*
    - Lætitia *incredibilis: cùm integrum & formosum, sincerumque hominem in Christo contemplaris, qui antè tam miserabilis, fœdus, propter tua peccata fuerit. Vt enim in priore imagine nostra peccata, maledictio & mors conspicienda proponuntur: ita in hac, omnia læta, & iucunda, sine peccato, ira, &c.*
    - Viuificatio, *Ephes. 2. a. 5.*
    - Noua vita, *seu sanctificatio: sancti enim sumus secundùm fidem in Christum, etiamsi secundùm carnẽ peccatores sumus, ac fides de resurrectione monet nos, vt abnegata impietate, sobriè & iustè viuamus.*
    - Triumphus *Christi, de peccato, morte, Diabolo. in Christo enim Deus cum Diabolo, iustitia cum peccato, vita cum morte luctata est, & vicit. Iam vt Christus hos tres potentissimos hostes confecit, ita deinceps Christiani pro ridiculo hos habent, & per Christum vincent.*
    - Clarificatio *nostrorum corporum, ac vita æterna: neque enim aliter statuere debemus, quàm si Deus nos hodie cum Christo suscitasset.*
- Quid *sit resurrectio Christi: est enim Christi triumphus de portis inferorum, propter nostri iustificationem. Rom. 4. 25.*
- Quæ *causæ*,
  - Materialis, *est caro Christi, quæ resurrexit.*
  - Efficiens, *potentia & promissio Dei.*
  - Formalis, *ipsa potentia & gloria Christi.*
  - Finalis, *iustificatio nostra.*
- Effectus,
  - Iustificare.
  - Sanctificare.
  - Defendere *à potestate Diaboli.*
  - Liberare *à morte æterna.*
  - Inchoare *vitam æternam.*
  - Resuscitare.
  - Instaurare *totam vitam æternam.*

De Ascensione Christi.

In Ascensione Domini hæc considerentur.

- Vnde *ascenderit. Exprimitur enim & loci nomen in Luca, è quo cœlos ascendit, non solùm ob historiæ fidem, sed ob mysterij etiam sublimitatem: Vt enim humanæ imbecillitatis maximique erga nos amoris argumentum ederet, in Oliuarum monte cum morte colluctans, sanguinem desudat. Iterum ergo cœlos ex eodem migrat, vt certum diuinitatis exhiberet specimen. Etenim hoc ipsum iam olim prædixerat apud Ioannem in 6. g. 62. fore vt ex ascensione ad cœlos, intellecturi essent ipsum esse Filium Dei.*
- Quando *ascendit. Post quadraginta dies à Resurrectione, quibus Dominus veram corporis sui resurrectionem Apostolis comprobauit, ac de Regno Dei illis locutus est.*
- Qui *testes Ascensionis. Fit enim ascensio in conspectu Discipulorum, vt & ipsi nihil dubitarent, & alijs certiores forent testes. Deinde apparent Angeli duo, quos Lucas ob assumtam speciem viros vocat. Cùm enim Angeli adhibiti fuissent Dominicæ conceptioni, natiuitati, passioni, resurrectioni, non potuerunt non interesse ascensioni.*
- Quis *finis, seu vsus Ascensionis. Vt*
  - Quemadmodum *nobis arrabonem Spiritus reliquit, ita à nobis arrabonem carnis accipiens, veheret in cœlum pignus totius summæ, illuc quandoque redigendæ.*
  - Sciamus *peccata expiata esse, cœlum apertum esse, spem immortalitatis confirmatam.*
  - Animi *fidelium à terrenis ad cœlestia, vbi Christus est, erigerentur.*
  - *Ne post hac mortem, infernum, & peccatum metuamus, quia Christus triumphans victor ascendit in cœlum.*
  - Sciamus *videre illum omnia, ac nuda & aperta esse omnia oculis illius, vt nihil sit quod pusillo animo simus.*

De Missione Spiritus Sancti, ex cap. 2. Actor.

De missione Spiritus Sancti considerandæ hęc sunt.

- De causis donati Spiritus: sunt enim duæ.
  - Primus *homo conditus erat ad imaginem Dei, quæ imago non potuit esse in alia re, quàm Spiritu: Deus enim Spiritus est, caro non est. Cùm ergo peccasset Adam, imago hæc in misero obliterata est: potissimas verò caro obtinuit, adeoq; totus homo caro factus est. Proinde si homo vitæ restituendus, & Dei illa in homine per carnem obliterata reparanda erat imago, hoc non alio pacto fieri potuit, quàm restituto nobis Spiritu diuino, in quo imago Dei est. Vt igitur Christus moritur, vt peccata mundi expiaret: resurgit, vt certam nobis spem immortalitatis faceret: deinde ascendit ad cœlos, vt omnium se probaret Dominum: ita Spiritum Sanctum super omnem carnem mittit, vt iam per hunc restitueremur innocentiæ, ac felicitati pristinæ, & repararetur illa in nobis imago Dei, atque ita vitæ æternæ essemus participes.*
  - Impleta *erant tempora: proinde omnes gentes vocandæ in consortium salutis. Hic ergo oportebat ad hoc negotium instituì Apostolos variis donis, ne noua doctrina protinus reiiceretur.*
- Quid *nomine Spiritus hîc intelligendum. Neque enim hîc de essentia Spiritus loquimur, sed de donis, hisque non vulgaribus & communibus, sed mirandis ac spiritualibus. Deus enim incircumscriptibilis aliàs humanis pectoribus concipi quidem, sed concludi non potest. At dona eius secundùm mensuram & beneplacitum eius pectoribus nostris infunduntur.*
- Vbi *donatus. Hierosolymis, quia & Christus dixerat, Manete Hierosolymis, donec induamini virtute ex alto. At vt Lex in monte Sina lata, sic Spiritus in monte Sion est donatus: sic enim futurum prædixerant Prophetæ, vt Lex esset profectura de Sion, & Verbum Domini de Hierusalem.*
- Quo *tempore. In die Pentecostes, id quod multa in se habet mysteria. Quo enim die lata est Lex, eodem oportuit conferri Spiritum, diuinæ Legis & expositorem & effectorem, 2. Cor. 3. a. 3. Ac sicut veteris populi liberationem fœdus Domini Dei & populi secutum est, ita liberationem nostram, quæ per Christum constituta est rectè hoc pignus subsecutum est, per quod omninò de fœdere Dei inter nos certi esse mur. Item, vt hoc die primitias frugum offerebant Iudæi Domino, ita Spiritu instructi Apostoli, fructum colligerent ex omnibus gentibus, eumq; offerrent Domino.*
- Quibus *datus Spiritus. Vnanimiter congregatis. Vbi enim pectus rixis, ira & inuidia liuidũ est, ibi nullus Spiritui S. locus residuus est. Spiritus enim vnitatis & concordiæ autor vnitatẽ maximè requirit.*
- Quibus *signis virtus Spiritus significatur.*
  - Vento *non naturali, quo significatur doctrinam Spiritus Sancti mira felicitate & successu incredibili per vniuersum orbem fore propagandam, neq; quemquam tam sore potentem, qui ei resistere possit. Videmus enim ventum mira celeritate, & non non obsistente, totum perflare orbem. At sicut ventus totam terram perflat, abdita quæque penetrat, complexionemq; hominum mutat: ita Spiritus Domini omnia implet, profundissima scrutatur, & mentes hominum mutat.*
  - Linguis *igneis. Vt ignis purus est, limpidus, simplex, quædã corpora clarificat, quædam prorsus absumit, ita & Spiritus. Atq; ignis notatur simplicitas & puritas doctrinæ Apostolicæ, agendi quoq; ardor. Nec caret mysterio, quod in linguarũ comparet specie: nam promiserat Dominus Apostolos breui nouis locuturos linguis. Linguæ significant doctrinæ munus, ad quod linguarum cognitio necessaria est. Linguis igitur Discipulos instruit Spiritus, vt per eos Euangelium omnibus linguis audiretur. Et sanè sono & linguis ignitis duos voluit Dominus nobilissimos perstringere sensus, auditum & visum: sonus enim aures ferit, ignis visum afficit.*
- Qui *testes exhibiti Spiritus.*
  - Viri *religiosi, studiosi videlicet pietatis: fuit enim Hierosolymis celeberrima Schola, in qua Lex diuina cùm ciuibus Hierosolymitanis, tum exteris etiam Iudæis publicè lectione tradita. Variis enim calamitatibus factum, vt gens Iudaica in omnem penè terrarum orbem disiecta, Hierosolymam tamen regni & spei suæ metropolim rediret: sed & sanctæ Legis cognoscendæ discendæue gratia mitteret: propterea Lucas inquit: Ex omni natione earũ, quæ sub cœlo sunt, ad quas videlicet maiores eorũ nunc captiuitate Assyriaca, nunc Babylonica (è qua etsi multi, concedente Cyro domũ redirent: plures tamen in regionibus exilij sui manserunt) nunc tyrannide Antiochi Epiphanis hinc inde dispersi erant.*
  - Parti, Medi, Elamitæ.
  - Habitatores *Mesapotamiæ, Iudææ, Cappadociæ, Ponti, Asiæ, Phrygiæ, Pamphiliæ, Ægypti, partium Libyæ. Hîc quæritur an procul à Iudæis dissiti nouerint nationum, inter quas agebant, linguas, an suam tantùm linguam: nunc enim Iudæi incolentes Germaniam præter vulgi linguam & suam habent.*
  - Aduenæ *Romani, i. illic versantes, Iudæi quidẽ religione, verũ Romæ domicilium habebãt.*
  - Iudæi, Proselyti, Creti, Arabes.
- Quid *operatus sit Spiritus.*
  - Linguarum *notitiam. Hîc tractatur quæstio, an omnibus linguis locuti sint Apostoli, an lingua tantùm natiua, & tamen intellecti sint ab omnibus. Prior sensus probatur: hoc enim esset audientium potius Iudæorum, quàm dicentium Apostolorum miraculum. Et Christus ita erat pollicitus, vt linguis loquerentur nouis.*
  - Magnanimitatem, *agendi ardorem & felicitatem.*
  - Facultatem *designandi miracula.*

De Prosopographia Christi, ex cap. 53. Esaiæ.

In hoc capite describitur Christi

- Diuinitas, *vbi dicit: Generationem eius quis enarrabit? Etsi enim nunc ordo generationis ad Virginem referatur: Diuina tamen generatione sempiternus est eiusdem cum Patre substantiæ. Nec obstat, quòd nunc è viuis est extirpatus. Nam hoc propter plagam populi sui contigit.*
- Humanitas. *Vbi describitur Christi*
  - Natiuitas. *Nascetur, inquit, hic è stirpe Dauidica, & crescet coram Domino tanquam virgultum, & sicut radix in humo sticulosa, ac inuitis etiam omnibus suis hostibus emerget.*
  - Humilitas. *Nam speciem Messiæ non habebit, neque decus regium, non habebit opes regias, sed ne tantillum quidem vt caput suum inclinare possit. Apud impios despectus & contemtissimus. Apud pios tantùm in precio habitus. Hi enim norunt, quæ causa huius horribilis ac tristis imaginis sit, cur in hunc mundum missus sit, &c.*
  - Infirmitas. *Nam infirmitatem est expertus, portans infirmitates nostras, vt fratrum quoque, qui affliguntur, misereri possit, Hebr. 2. v. 17. 18.*
  - Sacerdotium. *Vbi describitur Christi*
    - Sacrificiũ, seu hostia. *Vbi docet,*
      - Quale *iudicium mundi de illo fuerit passionis tempore. Iudicabatur enim merito suo à Deo plagatus.*
      - Propter *quid passus sit, seu sacrificauerit: Videlicet non ob suum, sed nostrum peccatum.*
      - Quodnam *peccatum illud nostrum fuerit, propter quod tot & tanta passus sit Christus. Quia, inquit, nos omnes tanquam oues pecudum stultissima erauimus, quisque uiam suam sectatus, nos omnes corrupti ac debitores eramus. Cùm ergo non essemus soluendo, misericors Dominus imposuit ei vniuersas iniquitates nostras.*
      - Quomodo *sacrificauerit. Patienter, vt oui conferri possit. Accusatus enim, & mendacijs coram Iudice aspersus, ac condemnatus etiam, non aperuit os suum.*
      - In quem finem, *seu vsum sacrificauerit. Correctio, inquit, super eum, vt nos haberemus pacem, & viueremus æternũ. Castigatio enim, quæ nobis debebatur, merito in ipsum incidens, pacem nobis coram Deo conciliauit, ac eius liuore sanati sumus.*
      - Quomodo *hoc Christi beneficium nobis applicandum sit. Scientia, id est, sensu Euangelij, ac fide. Ipse enim, qui orbis est iustitia, iustificabit omnes, qui vni Deo fidere perrexerint.*
    - Doctrina: *cùm inquit, Notitia sui, &c.*
    - Oratio: *nam pro transgressoribus orauit.*
  - Mors. *Hic docet,*
    - Quo *mortis genere Christus mortuus sit. Genere videlicet mortis, vt probrosissimo, ita acerbissimo, crucis scilicet supplicio. Constituit enim Dominus, vt hic Filius suus inter latrones medius cruci affixus, veluti latronum antesignanus excelleret.*
    - Cur *tam misero mortis genere extinctus sit. Non in ipso, sed in nobis erat tanti mali causa. In ipso enim nullus dolus, nulla iniuria inuenta est: sed statuit Deus propter nos, & ex ineffabili misericordia sua ita conterere illum, nimirum vt nos morte eius viueremus. Item vt post salutiferam pro peccatis mundi semel oblatam hostiam, resuscitatus, numerosissimam consequatur posteritatem. Vide contextum: Videat, inquit, semen vel posteritatem.*
  - Sepultura. *Voluit enim Dominus, vt de cruce demissus in speciosо aliquo Mausoleo Diuitum instar sepeliretur.*
  - Resurrectio, *cùm dicit: Ex angustia & pœnis ereptus est. Atque hic ascensio quoque & sessio ad dexteram Patris includitur.*
  - Regnum. *Vbi describitur,*
    - Quomodo *regnabit. Per Euangelij videlicet prædicationem, quod Euangelium consilium, seu voluntatem Dei appellat. Consilium, inquit, Dei feliciter perficietur manu eius.*
    - Quàm *latè regnabit. Distribuam, inquit, ei magnam hæreditatem.*
    - Victoria *super hostes. Diuidet, inquit, spolia. & additur ratio, quia cum mor. ac alijs hostibus colluctatus, vicit eos.*
    - Pœna *impiorum, qui hunc victorem non amplectuntur, cùm dicit: Diuidet spolia cum fortibus, vel spoliabit fortes.*

De Electione, seu Prædestinatione.


TABVLA. I.

- An elegerit Deus aliquos. *Nemo sanæ mentis negat hoc iuris Deo, vt de suo faciat quod sibi placuerit: Dominus enim omnium est, & potestatem habet in omnia.*
- Quid *sit electio. Est enim opus Dei, quo ex peccatoribus, quos voluit iuxta beneplacitum voluntatis suæ elegit, ex iniustitia ad iustitiam, sanctitatem, fidem, obedientiam, ex malis operibus ad bona opera, ex morte æterna, quæ illis debebatur, ad vitam æternam.*
- Qui *sint habendi pro electis. Omnes videlicet fideles, in quibus nulla apparent argumenta, quòd alieni sint à vera fide, & spiritu filiorum Dei. Quomodo enim de electione eius dubitandum tibi est, quem nullis certis argumentis tanquam infidelem, & à Christo alienum, reprobis connumerari posse constat? Quomodo conuenit eum habere pro reprobo, de quo veraciter pronunciari non potest, quòd alienus sit à Christo, in quo electi sumus ab æterno?*
- Quales *Deus elegerit. Filios videlicet iræ, peccato ac morti obnoxios. Electi enim perinde ac reprobi nascuntur in peccatis, & priusquam vocentur & iustificentur, in peccatis viuunt, & desideriis carnis seruiunt. Quam ob causam digni sunt, qui condemnentur. Verùm beneficio Christi per gratiam saluantur. Hoc facit ad cognoscendam diuinæ ac liberæ electionis gratiam, nullis electorum meritis, sed solo Mediatoris Christi interuentu constantem, ne qua gloria maneret vlli carni, sed sola bonitas ac misericordia Dei in ipsa quoque electione agnoscatur, & deprædicetur.*
- In electione hæc considerentur.
  - Quando *elegerit Dominus electos. Videlicet ante conditum mundum. Hic disce,*
    - Nullam *manere electis gloriandi occasionem. Quid enim discriminis erat inter nos, priusquam origo generis humani cæpisset?*
    - Fieri *non posse, vt nos deseras Deus iam conditos & existentes: cum prius quam essemus ante cõditum mundum elegerit nos, ac saluti destinauerit.*
    - Hoc *Dei consilium manere ad finem vsque eadem efficacia integrum ac firmum, nec vllo seculorum decursu infirmari, sicut nostra consilia tempore langueſcunt.*
    - Hac *firmitudine perdurare Ecclesiam electorum in hoc mundo, nec vllis posse Satanæ ac mundi machinis subuerti & extingui: quia electio Dei subuerti nequit.*
  - Quæ *causæ.*
    - Efficiens
      - Primaria, *gratia ac beneplacitum Dei. Non enim ex operibus suis eligunter homines ad vitam, sed ex gratia Dei. Elegit nos, quia sic illiplacuit, sic voluit, sic proposuit in seipso. Hic quiescendum nobis est, nec quærendæ causarum istarum causæ: Cur sic illi placuerit, &c.*
      - Meritoria, *Christus cum suo sanguine. In hoc enim & propter hunc sancta est electio ad vitam. Etsi enim electio nostri, nullius nostræ qualitatis aut dignitatis, sed solius placiti Dei respectui tribuenda sit: haud conuenit tamen, vt nullo eam credamus constare medio, in quo diuina maiestas, homines tam à natura sua diuersos, ac tot modis miseros futuros, ante mundi constitutionem elegerit, ac electos sibi coniunxerit. Quæ diuersissimarum naturarum diuinæ & humanæ coniunctio, certè absque Mediatoris glutino fieri non potuit. Hic vide quantum errent illi, qui nec diuinæ maiestatis eminentiam, nec humanæ infirmitatis ac corruptionis vtilitatem considerantes, cum Deo se sine Mediatore, ritibus, & nescio quibus operibus coniungi posse putant.*
    - Formalis
      - Interior *Spiritus Sancti sanctificatio.*
      - Exterior, *est ordo ipse electionis. Quos enim Deus elegit, vocauit, instificauit, & glorificauit, ante tempora æterna: eos temporaliter etiam in hoc seculo vocat, iustificat, sanctificat, &c.*
    - Finalis:
      - Vt *simus sancti immaculati in conspectu Dei.*
      - Vt *adoptet nos in filios per* IESVM *Christum.*
      - Perpetua *hæreditas ac felicitas.*
      - Vt *laudetur gloria gratiæ Dei.*
  - Qui *effectus.*
    - Vocatio,
    - Conuersio,
    - Credere *verbo Dei,*
    - Audire *verbum Dei,*
    - Regeneratio,
    - Dilectio, *&c.*

    Hæc *sunt signa ac testimonia electionis, quæ necessariò illam comitantur.*
- An *electi perire possint, & seq. Vide literam A.*

- An electi possint perire? Minimè. Propter causas immutabiles:
  - Decretum Dei est immutabile, sicut & Deus immutabilis est.
  - Dei providentia fallinon potest.
  - Meritum Christi, qui precium redemtionis Deo persoluit, euacuari non potest.
  - Christus immutabili fœdere nos sibi copulauit, & Christo vniti necessariò quoque efficaciter vocati sunt, ac saluti destinati.
  - Deus promissiones iuramento confirmatas dedit electis.
  - Spiritus Sanctus testimonium reddit Spiritui nostro, nos esse filios Dei, adeò vt intrepidè clamemus: Abba, Pater.
  - Deus promissionibus suis apposuit sigilla gratiæ ac pacis, Baptismum ac Cœnam Domini.
  - Opera bona certò testificantur nostræ conscientiæ, IESVM Christum habitare in nobis, ac proinde perire nos non posse.
- An dubitãdum sit nobis de electione ac salute. Minimè: propterea quia
  - Scriptura iubet confidere, & nihil hæsitare.
  - Deus bonitatem suam ac gratiam in Verbo patefecit.
  - Christus nobis missus est, vt per illum saluemur.
  - Sacramenta gratiæ nobis tradita sunt.
  - Spiritus Sanctus, qui nos regenerat, testatur nos filios Dei esse, & hæredes per Christum.
  - Salus in Christo tantùm innititur, vt non possit non esse certissima, non nititur dignitate, aut indignitate nostra.
- Quæ sint electionis diuinæ testimonia. A.
  - Spiritus Sancti testimonium, testificans nos esse filios Dei.
  - Fides, aut sola etiam fidei scintilla: interdum enim fides infirma est, ac planè sepulta: si tamen vel modicum fidei sentiamus, potest nos verè de nostra salute securos reddere. Salus enim nostra non nititur propriè fide nostra, sed eo vno potius, quem apprehendimus per fidem, nempe IESV Christo. fides hæc certissimus index est electorum.
  - Fidei effectus, vt sunt,
    - Regeneratio, cuius tres sunt species,
      - Mortificatio peccati.
      - Sepultura veteris hominis: cùm vetus ille homo, accepto lethali vulnere paulatim euanescit.
      - Resurrectio noui hominis, cùm intelligentia nostra illustratur, voluntas corrigitur, & confirmatur, vt peccatũ fugere, & amplecti iustitiam possint, & vniuersæ facultates hominis Spiritu Dei restaurantur. Etsi verò hæc fidei effecta non semper in nobis appareant, tamen vel minimum fidei in nobis effectum, si ex vera fide promanet, securos nos de electione facere potest.
    - Communio cum Christo. Electi enim communionem habent cum Christo, & Christo dati sunt à Patre, Ioan. 17. a. 3. 1. Ioan. 1. c. 12. Qui Filium habet, habet vitam. Alienus à Christo de salute certus esse non poterit, vt cunq; videatur pollere virtutibus, 1. Ioan. 1. a. 6. Si dixerimus quòd societatem habemus cum Christo, & in tenebris ambulamus, mentimur, &c.
    - Spiritus dilectionis, Ioan. 13. d. 35. In hoc cognoscent omnes, quod Discipuli mei
    - Patientia in afflictionibus, Ioan. 15. c. 18. (sitis, &c.
    - Perseuerantia. Donum enim veræ fidei, qua iustificamur, nunquam à perseuerantiæ dono diuelli potest, quamuis interdum labefactetur fides, & perseuerantia quibusdam velut interuallis interrumpatur.
  - Crux & afflictiones: electos enim odit mundus, Ioan. 15. c. 15.
  - Innumera beneuolentiæ Dei testimonia, quæ vt colligi possint, memorandi sunt dies præteriti, in quibus multa diuinæ beneuolentiæ signa inuenire possumus.
- Quod sit discrimen electorum & reproborum. Quia electi
  - Tritico, reprobi paleæ comparantur, Matthæi 3.
    - Quòd triticum & paleæ ex eodem quidem nascuntur semine: seminis tñ naturam non referunt paleæ, sed triticum. Ita Christiani ex Christianis parentibus descendimus quidem omnes: fidem tñ illam, quã maiores nostri in Christũ habuerunt, non omnes, sed hi tantùm referunt, qui electi sunt, ac veri Christiani.
    - Quòd paleæ eodẽ humore aluntur, quo triticũ, medullæ tñ pinguedinẽ inde non concipiunt, sicut triticũ. Sic & Christianis idem quidẽ nomen est, eadem sacramenta, idem verbũ: verùm non idem pietatis profectus est reprobis, qui electis.
    - Quòd paleæ tritico cohærent, vsq; ad tempus separationis, id est, maturitatis, ante quam sine damno auelli & separari non possunt. Ita in Ecclesia coniuncti sunt electis reprobi, in quorum medio velut concoquuntur, & ad maturitatem obdurantur.
    - Vt ventilabro paleæ discernuntur à tritico: ita per Euangelij prædicationem discernuntur, seu produntur veri ac falsi Christiani.
    - Vt triticum in horreum congregatur, paleæ comburuntur: ita electi ad vitam vocantur æternam, reprobi peribunt æternùm.
  - Veritatem amant, reprobi oderunt, Ioan. 3. d. 21.
  - Sunt veri, ac sinceri amici Dei, non fucati: reprobi non item.
  - Admoniti, aut correcti, peccatum non negant: reprobi contrà, Ioan. 4. c. 19. de muliere Samaritana.
  - Non peccant ad mortem, vt reprobi, 1. Ioan. c. 16. & 3.

TABVLA II.



A. Qui

A.
- Qua dexteritate tractanda sit electionis materia. Speciari debent fines & vtilitates, de quibus diximus, proponendæ sunt causæ. Eò autem dirigatur omnis oratio, vt qui sunt Christi, ne suis viribus fidāt, sed Deo, eius agnoscant dona, in eo glorientur, & gratiam sibi exhibitam agnoscant, & se gratis per Christum iustificari. Intelligant etiam se esse prædestinatos, vt efficiantur conformes imaginis Filij Dei in adoptionem filiorum, vtque ambulent in bonis operibus. Postremò, vt testata sit illis certitudo diuinæ gratiæ, &c.
- Quæ cauenda in prædicanda prædestinatione. Ne argutè, subtiliter, & irreuerenter de hac re disputemus. Non ita debet prædestinatio proponi, vt dicamus: Siue hoc feceris, siue non feceris, mutare non potes definitionem Dei. & Si sis electus, quicquid feceris non potes à salute remoueri. Hæc enim homines infirmos & rudes facilè possunt lædere. Imperiti Medici est pharmacum alioqui bonum, ita ineptè & indecenter applicare, vt obsit valetudini.
- Quibus prædicanda sit prædestinatio. Promiscuè doctis & indoctis proponenda est, etsi non semper eodem modo. Quibusdam enim lac conuenit, quibusdam solidus cibus. Eadem autem res potest ita commodè tractari, vt & doctis & indoctis satisfiat. Id quod Augustinus ipse prudenter præstitit.

B.
- Quòd multi hac prædicatione offendantur.
- Quòd hæc prædicatio ignauiam pariat, cùm Dei prædestinatione constitutum iam de hominibus esset, vt reprobati non possint restitui, electi autem nullo modo possint excidere.
- Quia disputatio de electione non possit comprehendi.
- Quia prædicatio de electione auferat omnem vim & vsum, & prædicationum, & admonitionum, & correctionum.
- Quia si definitus sit numerus electorum, frustrà iam laborent concionatores, eò quòd hic numerus nec minui, nec augeri possit.
- Quia prædicatio de electione adigit ad desperationem.
- Quia prædicatio de electione fatalem quandam necessitatem constituat, & omnem culpæ rationem tollat.

Quibus rationibus id probetur.
- Quia prædicatio de electione auocat nos à studio precum.
- Quia hac ratione homines velint quærere causas suæ damnationis, non in seipsis, sed in Deo.
- Quòd doctrina de electione aduersetur bonitati Dei, eò q̄ paucos sibi deligat, & interim innumeros alios prætereat: quòd crudelitatem, non bonitatem in Deo indicat.
- Quia hac prædicatione Deus iniustitiæ arguatur.
- Quòd hac ratione constituimus Deum acceptorem personarum.
- Quia si Deus nos elegit ad damnationem, non potest nos iustè punire: ea enim facimus, quæ ipse vult, & facit.
- Quia hac doctrina incitantur homines, vt Deum odio prosequantur. Reiectus enim à Deo, necesse est vt Deum oderit, cùm illum Deus prior oderit.
- Quia ex hac prædicatione inferatur excusatio peccatorum.
- Quòd frustrà sint datæ leges, monitiones, promissiones & comminationes.

B. Falsa, quæ id non licere asserit. Vbi obserua:
- Quòd dicitur multos hac prædicatione offendi: dicimus non esse mirum, si reprobi offendantur hac prædicatione, cùm nulla re non offendantur. Quid profundius illa Ioannis sententia: In principio erat Verbum. Item, Verbum caro factum est? Quibus in sententijs multi hallucinari possent, & perniciosè errare, & tamen non desistimus illa populo proponere.

An veræ sint istæ rationes. Eas nō esse veras ex singularum confutatione patebit.
- Secunda ratio falsa est. Neque enim ignauiam parit electio. Pij enim quoniam confidūt se esse prædestinatos, studeant certam facere vocationem suam operibus sanctis. Atque illis ex hac doctrina aperitur fenestra ad modestiam, tolerantiam in afflictionibus, ad gratitudinem & amorem erga Deum singularem: sublata autem hac doctrina, patefit, non fenestra, sed lata porta ad superbiam, ad ignorationem donorum Dei, hæsitationem de salute in rebus aduersis.
- Ad tertiam rationem respondemus. Si tantùm de prædestinatione doceatur, quantum sacræ literæ tradunt, ea non sunt ita obscura, quin fidei nostræ satis perspicua esse possint. Neque consulimus, vt qui sit aliquid acturus, secum de prædestinatione deliberet, sed potius vt ad voluntatem Dei in Scripturis expressam respiciat: quemque item confidere oportet se à prædestinatione non esse excluſum.
- Ad quartam respondemus. Hanc doctrinam non aduersari prædicationibus: nam Christus & Apostoli hac de re sæpe concionati sunt. Etsi enim salus & bona opera nostra pendeant à voluntate & definitione Dei, studium tamen rectè viuendi abijciendum non est. Paulus enim cùm dixisset, Christum operari in nobis, & velle, & perficere, tamen non destitit rectè monere. Christus etiam iussit Apostolos credere, & tamen ex altera parte ait, neminem posse ad se venire, nisi quem Pater traxerit.
- Ad quintam rationem, & seq. Vide literam C.

Falsa est & quinta ratio. Non enim id agimus prædicando, vt transferamus homines ex albo reproborum in album electorum, sed quò qui ad electos pertinent, ministerio Verbi ad destinatum finem sibi adducantur. Quod idem ministerium vt iustis est vtile, ita cæteris exitiosum est, & illis omnem admit excusationem.

Ad sextam rationem respondetur. Tantùm abesse, vt spes nostra propter prædestinationem frangatur, aut imminuatur, vt etiam multò maximè confirmetur. Et certè multò tutius est salutem nostram Dei curæ committere, quàm iudicio nostro.

Ad septimam respondeo. Nos à fati nomine omnino abstinere, etiamsi res benè intellecta non sit mala. Si enim per fatum intelligant vim quandam manantem ex astris, & connexionem causarum inexpugnabilem, qua Deus etiam ipse cogatur in ordinem, nomen fati non iniuria repudiabimus. At si eo nomine intelligunt ordinem causarum, qui Dei voluntate gubernetur, ea res videri non potest à pietate aliena, quamuis eo nomine nobis non sit vtendum, ne rudiores putent nos probare dictiones Ethnicorum. Non tollitur autem ratio peccati, etiamsi statuatur necessitas. Quasi verò quisquam euitare possit peccatum originis, nec tamen ex eo sequitur, peccatum originis non esse peccatum. De hac replura infrà.

Neganda est & ratio octaua. Christus enim iubet suos orare, & interim Deum probè scire dicit, quibus rebus opus illis sit. Præscientia ergo Dei non auocat nos à studio precum: vtilia enim & necessaria, quæ Deus decreuit se daturum, per hæc media decreuit se daturum.

Nona ratio falsa est. Quia nos docemus quemlibet hominem peccato esse obnoxium, & propterea mereri damnationem. Neque cuiquam vnquam diximus, eum non habere in seipso causam iustissimam condemnationis. Monemus autem omnes, vt cùm aliquid velint suscipere, consilium non aliunde quàm ex voluntate Dei reuelata petant, non ex arcano diuinæ prædestinationis. Non sequitur tamen propterea nullum esse vsum doctrinæ de prædestinatione. Ad eam enim tum maximè respicere oportet, cùm iactamur rebus aduersis, & sentimus fiduciam nostram debilitari. Sic Paulus docuit cap. 8. d. 33. ad Romanos.

Ad decimam respondeo. Nullam esse creaturam, quæ bonitatis Dei videri possit expers. Deus enim multa perpetuò confert etiam impijs: Solem enim suum oriri facit super bonos & malos, &c. Quòd si non omnibus ex æquo diuidat, iure tamen non potest accusari. Christus enim respondet in Euangelio: Nónne possum facere de meo quod volo? Nec est indignum paucos eligi de multis. Nam Scriptura apertè docet, multos esse vocatos, paucos electos. Et ex multis nationibus vnum tantum Iudæorum populum in peculium Domini fuisse adscriptum, & in illo populo, quamuis numerosus esset, tamen reliquias tantum fore saluas.

Ad vndecimam rationem respondeo. Non posse nos conqueri de violata iustitia Dei: illud enim Paulus obiicit sibijpsi, Rom. 9. c. 14. Nec tamen mutat sententiam, nec mirum. Vt enim Paulus ipse testatur, hoc omne negotium ad misericordiam & iustitiam pertinet. Quicquid donat electus, non ex alieno, sed ex suo donat, & quicquid exigit à reprobis, id rectè & optimo iure exigit.

Ad duodecimam respondeo. Acceptionem personarum tum demum admitti, cùm monemur ad distribuendum, aut iudicandum ex circumstantijs & conditionibus, quæ ad causam non faciunt, id quod in Deum non potest cadere. Ille enim tales conditiones in hominibus non inuenit, sed imponit quales ipse vidit.

Ad decimamtertiam respondeo. Etsi Deus permittat, aut quoquomodo velit peccatum, id tamen fit absque vlla animi nostri coactione, idcircò nemo, cùm peccat, potest excusari. Volens enim & sua sponte committit ea peccata, propter quæ debeat damnari, eorumque in seipso veram causam habet, & idcirco non opus est, vt de ea in Deo quærat.

Ad decimamquartam respondeo. Vanum est quod aiunt, Multos posse in suspicionem venire de reprobatione sua, ac ideò Deum odio prosequi. Nam ex sacris literis nemo potest argumenta efficacia colligere reprobationis suæ. Quòd si Deus aliquando velit eam secreto quodam iudicio reuelare, id non potest trahi ad communem regulam.

Ad decimamquintam respondeo. Hanc omnino falsam esse, quod multis testimonijs probari potest. Prædixit Christus, Iudam se proditurum, & tamen illa prædictio Iudæ neque abstulit improbitatem neque iniecit. Secutus est ille auaritiæ stimulos, non prodidit Dominum, vt vaticinio obtemperaret. Num quis liberabit fratres Iosephi à scelere, licet Dominus voluerit hac ratione Iosephum in Ægyptum peruenire?

Ad decimamsextam respondeo. Leges, monitiones, præmia & pœnas non frustrà esse: valent enim, quantum Deus ea valere decreuit: vult enim Deus illis vti ad multorum hominum salutem, etsi quibusdam non prosunt, non tamen suo fine carent: conducunt enim ad impiorum condemnationem.

TABVLA

TABVLA III.

Quid *nominis. Græci prædestinationem dicunt* προορισμὸν, *quod est antè determinare & definire:* ὅρος enim *terminus est. Disterminantur igitur electi à non electis. Latini dixerunt Prædestinationem. Nam destinare nihil aliud est, quàm in animo quidpiam designare, firmiter & constanter statuere, aut aliquid firmo animi decreto aliquò dirigere.*

Quot *modis accipiatur prædestinatio. Potest accipi bifariam, vel quatenus ad executionem perducitur, vt, quòd Paulus proficiscens Damascum conuertitur ad Christum, atque ita separatur ab incredulis, vel quatenus ab æterno apud Deum est, antequam homines nascantur. De hac Paulus loquitur ad Galatas, se segregatum fuisse ab vtero matris, longè antequam conuerteretur. Et ad Romanos de geminis ait, Antequam alis quid boni fecissent, aut mali, Iacob dilexi, &c. Altera nihil est aliud, quàm huius declaratio.*

Quid *sit. Est enim sapientissimum propositum Dei, quo ante omnẽ æternitatem decreuit constanter, eos, quos dilexit, in Christo vocare ad adoptionem filiorum, ad iustificationem ex fide, & tandem ad gloriam, quo conformes fiant imaginis Filij Dei, vtq; in illis declaretur gloria & misericordia Creatoris.*

Quid *interfit inter notitiam, præscientiam & prædestinationẽ Dei. Notitia Dei latiùs patet, quàm eius præscientia. Nam notitia porrigitur non solùm ad præsentia, præterita & futura, sed etiam ad ea, quæ nunquam futura sunt, siue possibilia ea sint, siue, vt loquuntur, impossibilia. Præscientia autem est, non nisi de illis, quæ futura sunt. Et idcircò præscientia requirit voluntatem, quæ præcedat. Nihil enim futurũ est, nisi Deus id esse velit, nam alioqui impediret. Præscit ergo Deus ea quæ vult esse futura. Deinde non omnes quos Deus præscit, eos etiam prædestinat: præscit enim etiã reprobos, quos scit esse damnandos. Sed quemadmodum præscientiam Dei voluntatem coniunctam habet, & tamen ad notitiam Dei pertinet: ita è diuerso prædestinatio, etsi absque præscientia esse non potest, tamen ad voluntatem propriè pertinet. Id Paulus ad Ephes. 1. explicat, cùm docet nos prædestinatos esse iuxta decretum voluntatis suæ.*

Quid *differt prædestinatio à prouidentia, & quid commune cum ea habet. Hoc habet commune cum prouidentia, quòd vtraque requirit notitiam, & refertur ad voluntatem, quodq; vtraque spectat futura. In eo autem differunt, quòd prouidentia omnes creaturas complectitur, prædestinatio autem sicut nos de ea loquimur, electis tantùm & sanctis conuenit. Deinde prouidentia dirigit nos ad naturales fines, prædestinatio autem ducit ad ea, quæ naturam superant, quale est adoptari in filium Dei, regenerari, imbui gratia rectè viuendi, postremò peruenire ad gloriam. Ideò non dicimus bruta prædestinari: Finis enim istius supernaturalis, non sunt capacia.*

LOCI octo.

An *positi esse electio, vbi non est rerum eligendarum discrimen? Responsio: Discrimen rerum eligendarum non ab ipsa rerum natura sumitur, sed à proposito Dei. Nec Deus inuenit in hominibus, sed ipse in illis ponit electione seu proposito suo discrimen.* ¶ *Potest hic locus ad causam efficientem referri, de qua in sequenti Tabula.*

An *ex prædestinatione, seu reprobatione vlla inferatur necessitas. Hic disce,*

Quid *sit necessarium, videlicet quod non possit aliter sẽ habere.*

Quotuplex *sit necessitas. Alia enim est*

- Certitudinis: *vel infallibilitatis: vt enim Deus mutari, ita nec falli potest.*
- Coactionis, *qua quis violentia aliqua ad aliquid agendum impellitur.*

Quæ *necessitas hinc inferatur. Conceditur hîc necessitas certitudinis, non conceditur necessitas coactionis. Repugnat enim voluntati coactio & violentia. Nam si nolens ageret, iam non voluntas, sed noluntas, vt sic dicam, diceretur, quod esset eam inuertere.*

An *præscientia et prædestinatio Dei naturas immutet, vel impediat humani arbitrij libertatem. Vbi disce,*

Determinationem *sic esse apud Deum, vt ingenio seu naturæ voluntatis cõuenit: sed illi proprium est, vt ita vnam partem velit, vt etiam alteram natura sua velle possit: fatemur ergo, si Deum spectes, esse constitutum & decretum, quod à nobis fieri debet.*

Deum *ita agere in hominibus, quemadmodum illis est consentaneum. Ideoq; cum natura & ingenium humanæ voluntatis sit, vt vltrò agat & electione, præscientia & voluntas Dei hanc facultatem illi non eripit. Cauet equidem in electis, ne quid ab illis committatur, quod æternam eorum salutem impediat: reprobis verò nullam vim naturalem aufert, quæ ad illorum essentiam, seu naturam pertineat, nec inuitos cogat ad quipiam tentandum. At non impendit illis tantùm gratiæ, quantum electis, quantumque opus esset ad eos seruandos.*

Electiones *& humana consilia cum Dei præscientia & prouidentia non pugnare. Potest enim quisque in seipso animaduertere, vt agat consilijs & deliberatione, & quod visum fuerit, eligat: Alterum verò, id est, præscientiam tenemus fide.*

Subiicienda *esse omnia diuino proposito, nec minus inter cætera nostras voluntates, quas constituemus, eam habere potestatem, quam Deus voluit, qui rerum omnium vires temperat.*

Asseri *hîc voluntatis humanæ facultatem, non in vniuersum, sed tantùm quoad præscientiam & prædestinationem. Etsi enim Iudæ non impediatur liberum arbitrium, illi tamen impedimenta aliundè non desunt. Nascimur enim in peccatis, nec ex peccatis nos possumus explicare.*

TABVLA IIII.

- Loci tres.
  - Quæ causæ:
    - Efficiens. *Vbi disce,*
      - Ad quæ capita referat Paulus, q̃ de prædestinationis causis efficientibus tradit: videlicet ad
        - Potentiam: *ait enim, Nónne potestatem, id est, libertatem potentiam habet Figulus? &c.*
        - Propositum, *seu beneplacitum: nam ad Ephesios vtitur vnique voce.*
        - Voluntatem, *cùm ait: Cuius vult miseretur, quẽ vult indurat.*
        - Misericordiam, *seu dilectionem, cùm ait: Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei.*
      - An *Deus prædestinet homines propter opera. Respondeo: Ambiguitas est in voce Propter, quomodo ea sit intelligenda. Nam si bona opera accipiantur prout re ipsa sunt, & fiunt: quia Deus ad hunc finem nos prædestinat, vt rectè vsamus, vt Paulus Ephes. 1. a. 4. testatur. quod ad hanc sententiam attinet, propositio est affirmanda: sin illa vox Propter, referatur ad causam efficientem, quia bona opera, quæ Deus præuidit nos facturos, tanquam merita quædam sint, & causæ, quæ Deum mouere possint, vt nos prædestinet. Hunc sensum non admittimus.*
      - Quare *opera bona p̃uisa nõ sint causæ prædestinationis. Quia*
        - Scripturæ *hoc nunquam docent, imò contrarium tradunt.*
        - Opera *non possunt esse causæ vocationis: ergo multò minus prædestinationis: nam prædestinatio præcedit vocationem. Probat antecedens Paulus, 2. Tim. 1. c. 9. Vocauit vocatione sancta, non ex operibus nostris, sed iuxta propositum, &c.*
        - Si *ex operibus prædestinaremur, Pauli exclamatio locum non haberet, Rom. 11. d. 33. Vno enim verbo se expedire potuisse, alios prædestinatos esse, alios reiectos propter opera, quæ Deus in vtrisque fore præuidit.*
        - Iustificatio *erit ex operibus, si ab operibus præuisis prædestinatio pendeat. Paulus autem prædestinationem facit causam vocationis, vocationem iustificationis. Constans autem est Dialecticorum regula: Quicquid est causa causæ alicuius, est etiam causa effecti.*
        - Bona *opera proficiscuntur ex prædestinatione. Dicimur enim prædestinati, vt simus sancti.*
        - Bona *opera non sunt causæ salutis nostræ, multò minus prædestinationis, Tit. 3. a. 5.*
        - Paruuli *mortui, si qui credantur seruari, id ex præuisis operibus fieri dici non poterit, sed ex prædestinatione.*
        - Fides *præuisa non est causa electionis, multò minus alia opera. Antecedens probatur, quia fides etiam à prædestinatione proficiscitur.*
        - Causa *efficiens natura sua dignior est, & præstantior, quàm effectum. Quare si opera sunt causæ prædestinationis, sunt etiam digniora & præstantiora, quàm prædestinatio.*
        - Prædestinatio *est certa, constans & infallibilis. Non potest igitur ab operibus nostris, quæ incerta sunt, pendere.*
        - Deum *hac ratione sua libertate in eligendo spoliamus: quam tamen Apostolus prædicat, aitq; non minus Deo iuris esse in homines, quàm Figulo in vasa.*
        - Si *prædestinatio contingeret ex operibus nostris præuisis, certum salutis nostræ esset ex nobis ipsis, cui sententiæ Scripturæ vbique reclamant.*
        - Hac *ratione iustitia Dei opus haberet externa regula operum nostrorum. At Christus ait: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.*
        - Deus *nihil boni potest inuenire in nobis, quod ab ipso non sit profectum.*
        - Totum *Deo est adscribendum, non pars tantùm aliqua.*
        - Deus *operatur ex voluntate sua, non nostra.*
        - Magis *declaratur misericordia, si gratis prædestinemur, quàm si ex operibus.*
    - Materia
      - In *qua, Christus.*
      - Circa *quam, Homines, qui prædestinantur.*
    - Finis
      - Propinquus, *vt simus sancti.*
      - Vltimus, *vt laudetur gloria gratiæ Dei, &c.*
  - Quæ effecta, *& seq. Vide literam A.*

A. Quæ effecta. Mors *Christi. Etsi enim in Christo electi simus, atque eatenus causa quædam sit electionis, & mors Christi principium & causa sit omnium bonorum, quæ nobis ex Dei proposito eueniunt: quia tamen electionē sequitur Filij missio, ac mors, eam prædestinationis effectum præcipuum esse dicimus. Nam inter ea, quæ electis à Deo conceduntur, Christus ipse est, & fructus mortis eius. Quicquid enim nobis donatur, per hanc viam, & quasi canalem ad nos à Deo derivatur. Et quoniam constat effecta prædestinationis ita inter se posse conferri, vt vnum sit alterius causa, rectè mors Christi, causa & effectus dici potest, cum tamē propriè effectus sit electionis.*

Vocatio,
Iustificatio, } *Rom.8.d.30.*
Glorificatio,
Conformitas *imaginis Filij Dei.*
Bona *opera, cùm ea Dominus præparasse dicatur, vt in eis ambulemus.*
Declaratio *diuitiarum gloriæ Dei, Rom.9.d.23. Ephes.1.a.6.*

Vbi *& quando de prædestinatione cogitandum. Tum maximè, cùm iactamur rebus aduersis, & sentimus fidem nostram debilitari. Vide ad Rom.*

TABVLA V.

In quo consistit salutis nostræ certitudo? Consistit hæc in Christo IESV. *Etsi enim salus nostra apud Deum semper abscondita fuit, Christus tamen canalis ille est, per quem ad nos defluit: & fide à nobis recipitur, vt in cordibus nostris firma & certa sit. Ad hunc igitur fidei oculos conijcere oportet, vt certò teneamus nos esse ex eorum numero filiorum Dei. Nam in se abscondita est Dei prædestinatio, in solo autem Christo nobis patefit. Nec enim quemquam saluare vult, nisi in Christum credat. Hunc enim posuit Mediatorem, Intercessorem, & Iustificatorem. Vnde Ioan.17.a.6 dicit Christus: Tui erant: id est, à te electi, & mihi eos dedisti: id est, sic ordinasti, vt per me saluentur. Proinde nolite primùm in Deo quærere, sed in Christo, in quo si te per fidem inueneris, certus esto te esse electum.*

Quomodo peruenimus ad Christum Saluatorem, vt saluemur per eum? Id non fit nisi tractu Patris. Trahit autem Pater dum nos donat fide & Spiritu Sancto, quo corda nostra in Christum consignantur. Non est ergo trahendi modus violentus, qui hominem cogat externo impulsu, sed tamen efficax est motus Spiritus Sancti, qui homines nolentes & inuitos reddit voluntarios. Quare falsum est, non nisi volentes trahi, quasi homo se proprio motu obsequentem Deo præbeat. Quòd enim homines volentes Deum sequuntur, id iam ab ipso habent, qui ipsorum corda in suum obsequium formauit. Falsum & illud est, nos à Patre ad Filium trahi, sicut homo saxum aut lignum post se trahit. Docendo enim & persuadendo ab illo trahimur.

Loci octo. Quem *ordinem seruet Deus in seruandis hominibus, vel quemodo electionem æternā, qua suos in Christo elegit, manifestet.*

Mittit *Filium suum vnigenitum, qui voluntatem Patris de saluandis hominibus annunciet.*
Mittit *Apostolos, qui de Filio Dei vnico Saluatore nostro prædicent.*
Missi *prædicant & vocant homines.*
Prædicatores *audiuntur.*
Ex *auditu venit fides.*
Fides *iustificat credentes.*
Iustificati *inuocant Dominum.*
Inuocantes *saluantur, & glorificantur, Ioel.2.d.21.*

Quæ *officia prædestinatorum.*

Non *iactare Dei prouidentiam & electionem nudam.*
Non *indulgere genio, aut sine timore viuere.*
Pietati *operam dare.*
Deo *gratias & laudes iugiter offerre.*

An de aliorum electione iudicare possimus, cùm arcana sit Dei electio, nec aliter cognoscitur, nisi singulari Spiritus testimonio? Respondeo: Suæ quisque electionis certior fit Spiritus testimonio: de Fratrum verò electione, non est temerè inquirendum: sed ea ex vocatione æstimanda est. Ex signis enim iudicare vtcunque possumus, in quibus electionem suam Deus palàm facit: quantum tamen fert captus noster. Ergo in quibuscunque relucere cernimus adoptionis notas, nos interim habeamus pro filijs Dei, donec libri aperiantur, qui penitùs omnia patefacient, Apoc.20.c.12. Solius quidem Dei est nunc suos cognitos habere, 2.Tim.2. & tandem segregare agnos ab hædis. Sed nostrum est ex charitate agnos iudicare omnes, qui Pastori Christo obedienter se subijciunt, qui se aggregant in eius ouile, & ibi constanter manent. Nostrum est tanti æstimare Spiritus Sancti dona, quæ peculiariter electis suis confert, vt sint nobis electionis absconditæ sigilla. Sic Petrus, quibus scribit, electos appellat, 1.Pet.1.a.2. Et Paulus Philipp.4.a.3. de cooperarijs suis scribit, quorum nomina sunt in Libro vitæ.

An electi statim ad Christum veniant? Minimè: interim tamen oues sunt Christi, antequam ipsum sentiant sibi esse Pastorem. Quemadmodum alibi dicimur inimici fuisse, quo tempore nos amabat Dominus. Rom.5.c.10.

An perire possint electi & seq. Vide literam A.

A. An perire possint electi? Minimè: etsi enim fragilis sit eorum conditio, firma tamen fultura consistunt, vt possibile non sit eos à salute excidere, cuius fidelis est custos Filius Dei. Neque enim illis apud se tanta suppetit munitio, quæ Satanæ machinis resistat, sed quia Christi sunt oues, nemo poterit eas de manu Christi rapere. Tentantur quidem electi subinde, erroribus signisq; nonnihil mouentur, verùm vt prorsus à veritate abducantur, & à Christo, id demum est impossibile. Vide Matth. 24. d. 24. Ita vt in errorem inducantur, si fieri possit, etiam electi.

An electi peccatis grauioribus interdum obnoxij sint? Sæpè id accidit, vt oues antequam in ouile Christi aggregentur, errent, & vagentur, quisque in viam suam. Item non rarò id accidit, vt qui fidei domestici fuerint, ad tempus alienentur, & quodammodo oues esse desinant. Nam & hac ratione bono pastori iniungitur, vt dispersas oues congreget. Exempla sunt huius rei Dauid, Petrus, &c.


TABVLA VI.

ELECTVM esse, quot modis accipiatur in Scripturis.

- Pro eximio & præcellenti, quòd etiamsi non eligatur, electum tamen vocatur. Sic aurum optimum vocatur electum. & Optimates Ægyptiorum, qui cum Pharaone submersi sunt, vocantur electi, Exodus 15. a. 4. & Genes. 23. a. 6. sepulcra electa, id est, eximia, vocantur.
- Saluādorum ad vitam, qua efficimur filij Dei. Quæ quidem electio veri gaudij materia est. Est enim initium nostræ salutis, sanctitatis origo, & bonorum omnium fundamētum. Hic obserua:
  - Quid interfit inter electionem & prædestinationem. Si subtilius scrutemur, hoc intererit, quòd electio respiciat partim Dei propositum, partim oppositum reproborum membrum, cùm mutuò se respiciant electi, ac reprobi. Prædestinatio verò respicit partim ipsius PROPOSITI executionem, ac proinde totum causarum progressum, quo Deus suos deducit. Vt cùm Ephes. 1. a. 5. dicimur prædestinari ad adoptionem. alibi ad bona opera, Ephes. 2. c. 16. alibi ad ferendam crucem, Rom. 8. f. 33. & ad cognoscendam Dei voluntatem, &c. partim FINES, quos sibi Deus in eligendo proposuit: nempe vitam æternam, in honorem electorum, Act. 13. c. 17. & gloriam Dei, qui vltimus & præcipuus finis est electionis, de quo Ephes. 1. a. 5.
  - Qualis sit electio. Est enim
    - Æterna, Ephes. 1. a. 4.
    - Libera, à Dei beneplacito & promissione pendens: nam quos vult præterit, quos vult assumit, Roman. 9.
    - Imperscrutabilis per se: nam in se abscondita est Dei prædestinatio: in solo autē Christo nobis patefit. Pater enim Filio dat electos in custodiam, ne pereant.
    - Gratuita. Electio enim extra nos est, nec à iustitia operum nostrorum pendet.
    - Firma, infallibilis et certa. quia
      - Electio fundatur in Christo, quæ certa esse non posset, si esset super opera nostra, aut merita, fundata. Sic nec iustificatio, nec redemtio nostra certa esset, si in nobis essent istarum rerum causæ. Nam cùm opera perpetuò annexam habeant dubitationem, qui ab illis ordiretur salutis suæ principium, non posset in animo de salute sua certus esse.
      - Certus est numerus electorum. Qui enim numerat stellas, Psal. 146. a. 4. Capillos capitis. Matth. 10. d. 30. Lacrymarum guttas, Psal. 56. c. 9. Incessus, accubitus, vias omnes, singula verba, mutamenta, Psal. 138. a. 2. Certè & eos numerat, quos ad æternam felicitatem seruare decreuit.
  - Electi quotupliciter, &c. Vide literam A.
- Populi Israelis. Huc pertinent loci, Deut. 4. 14. 26. Hæc verò, sicut & posterior electio, salutem non necessariò includit. Manifestum est enim, non esse populum Israelis vniuersum saluatum: plures enim ex illis Deo displicuerunt, & prostrati sunt, 1. Corinth. 10.
- Ministrorum verbi, &c. Vide literam B.

Pro eo, qd̄ est ex alijs consimilibus in vsum aliquem electum. Talis electio in Scriptura triplex memoratur.

A. Electi


Electi quotupliciter considerandi.
Ante conuersionem. Vbi dicitur,
Quales sint.
Non statim vocem Christi audiunt.
Non statim ad fidem accedunt.
Ad tempus ad Christum venire recusant.
Interdum Christi doctrinam rident.
Grauibus peccatis interdum obnoxij sunt.
An aliter nascantur & concipiantur electi, & aliter reprobi. Hic sciendum est, electos etiam ex contagione vitiatæ naturæ nasci in peccatis, & ob eam causam dignos esse, qui condemnentur: verùm beneficio Christi per gratiam saluari. Neque nascuntur tantùm tales, sed & in peccatis viuunt, impij, peccatores, & inimici Dei: Christus enim pro impijs mortuus est, Rom. 5. a. 6.
Post conuersionē. Hic vide,
Quid sint
Filij Dei, Filij Abrahæ,
Regnum Dei, quod Deus in illis regnet,
Dei organa,
Bonum semen,
Triticum, Vasa misericordiæ,
Sacerdotium sanctum,
Messis, Gens sancta,
Populus acquisitus & spontaneus,
Viui lapides.
Quid illorum sit proprium.
Ad Christum veniunt.
Christum agnoscunt.
Vocem Christi audiunt, & paulatim in Christi doctrina proficiunt.
De salute sua certi sunt.
Solo Dei verbo contenti sunt.
Soli
Verè credunt.
Mysteriorum Dei participes sunt.
Se à Deo seruari sentiunt.
Iram Dei effugiunt.
Gratiæ diuinæ participes sunt.
In veritate perseuerant.
Verè conuertuntur.
A Christo cognoscuntur.
Quomodo Deus illos trahat.
Vocat efficaciter. Electio enim æterna vocationem secum trahit, & cum fide coniungitur: vnde fides electorum vocatur, 1. Tit. 1. a. 1.
Docet & illuminat efficaciter.
Trahit: Hic dicitur,
Quando trahat. Quando videlicet mentes nostras illuminat, & corda flectit, ac format in Christi obedientiam. Trahit, cum donat fide & Spiritu Sancto, quo corda nostra in Christum obsignantur, & confirmantur.
Quomodo trahat. Modus hic trahendi nō est violentus, qui hominem cogat externo impulsu: sed tamen efficax est motus Spiritus Sancti, qui homines ex nolentibus & inuitis reddit voluntarios.
Quo ordine trahat. Trahit electos Deus certis quibusdam gradibus: nam elegit aliquos ante mundi constitutionem. Quos elegit, hos & vocat per Euangelij prædicationem: vocatos iustificat, Rom. 8. d. 30. Hoc significat Christus, cùm dicit Ioan. 6. g. 45. Quisquis ergo audiuit, & didicit, venit ad me. Tria consignātur in ordine. Postremum oritur ex primis: veniunt enim ad Christum, qui credunt. Credunt in Christum, qui didicerunt. Didicerūt autem à Patre, qui Patrē audierunt. Audire à Patre dicuntur, qui Deo intus loquenti per Euangelij prædicationem se ex animo subijciunt, quia in illorum cordibus Spiritus regnat. Audire ergo, primum obtinet locum: verùm verè audire, nec solùm verbi ministerium, sed & Patrē, inspiratione sua rapientem & incendentem corda.
Signat Spiritu suo, & discernit à reprobis, vt perire non possint.
Regit Spiritu suo, & gubernat.
Seruat, nec vnquam eos deserit.
Seduci eos non sinit.
Castigat, ne pereant.
Vita æterna donat, &c.
A.
Quomodo nos ipsos cognoscamus, an simus electi. Certis quibusdam notis: videlicet fide in Christum, & dilectione in Sanctos illius. Huc pertinet locus 2. Cor. vlt. Vos ipsos tentate, num sitis in fide, &c. His notis additur & testimonium Spiritus Sancti, de quo Rom. 8. v. 14. Quicunque Spiritu Dei ducuntur, hi sunt filij Dei.

B. Ministrorum verbi, & hæc est vel
- Diuina, qua electi fuerunt à Deo Moses, Aaron, Prophetæ, Christus & Apostoli. Hoc genus electionis perficitur partim opera et afflatu Spiritus Sancti, partim cœlesti oraculo, partim à Domino ipso.
- Ecclesiastica, qua non Prophetæ, nec Apostoli, sed Seniores, Episcopi, Pastores, &c. ad opus ministerij eliguntur. Hîc disce,
  - Cui sit permissa eligendi ratio: Ecclesiæ videlicet. Est enim tyrannicum, si vnus quispiam Ministros suo arbitrio constituat. Ergo hæc legitima ratio est, communibus suffragijs eligi, qui publicum aliquod munus in Ecclesia obituri sunt.
  - Vbi eligendi. In conuentu fidelium Ecclesiastico, de quo Act. 1.6.14. 2.Cor. 8. Item dist. 23. ca. in nomine Domini. Ibi, Certus & legitimus ordo, &c. Item cap. Qui Episcopus. in fin. &c.
  - A quibus eligendi. Ab Episcopis, Senioribus, cum omni consensu Clericorum & laicorum, dist. 23. cap. Qui Episcopus.
  - Quales eligendi. Instructi Spiritus Sancti donis, sine quibus probè exerceri munus illud non potest. De hoc lege Actor. 6. 1.Tit. 1. 1.Tim. 3.
  - Quomodo. Exploratione doctrinæ, oratione & impositione manuum, quæ electio confirmatio quædam est.

TABVLA VII.

In electione duo consideranda.
- Doctrina ipsa de electione. Vbi hæc notanda sunt:
  - Deum ab æterno proposuisse, ac decreuisse in semetipso omnia suis temporibus ad gloriam suã creare, ac nominatim quidem homines. Vbi disce,
    - Æternum hoc consilium Dei in ipso fuisse absconditum, quod tamen demum ex effectis intelligitur. Viæ enim Dei omnipotẽtis imperscrutabiles sunt, sine cuius æterno & immutabili decreto, nihil fit vspiã à quoquam neque vniuersaliter, neque specialiter.
    - Hoc æternum & immutabile Dei decretum, consilium, ac propositum, vt electionis & salutis, ita omnium rerum ac operum Dei fontẽ esse, ac originem.
    - Quot modis decreuerit homines ad gloriam suam creare. Duobus modis, hisque penitùs diuersis: nempe, vt alios, quos sibi visum fuerit pro arcana sua voluntate faciat per misericordiam gloriæ suæ participes, quos vasa honoris, electos, filios promissionis & prædestinatos ad salutem ex Dei verbo appellamus. In alteris verò, quos item placuerit in eum vsum suscitare iram ac potentiam suam ostendat, vt in ipsi quoque glorificetur, quos vasa contumeliæ & iræ, & ad omne bonum opus reprobos vocamus.
    - Distingui inter eligendi propositum, quod Deus in semetipso decreuit, & ipsam electionem: nam illius mysterium nobis occultum esse voluit Deus: ista verò in Christo nobis constituta est, ita vt illud, & electionem, & cætera omnia, quæ in causarum serie consequuntur, antegrediatur.
  - Deum æternum illud consilium, &c. Vide literam A.
- Vsus huius doctrinæ de electione, et applicatio. Hic disce,
  - Qua ratione publicè hæc doctrina commodè apponi possit.
    - Habendus est delectus in re ipsa, ne pro simplici Dei veritate vana & curiosas speculationes adferant Pastores.
    - Habendus est & verborũ delectus, ne verba à Scripturis aliena vsurpemus.
    - Habenda est ratio personarum, coram quibus dicimus, & malitiosè ab infirmis & rudibus distinguamus.
    - Ab infimis gradibus ad summum veniendum est potius, quàm à summo ad imum.
    - Cauendum est, ne ab extremo ad alterum præteritis mediis & causis propinquioribus excurramus, velut à proposito ad salutẽ: & multò etiam minus à salute ad propositum. Item à proposito ad damnationem, aut contrà, præteritis iudicij Dei propinquioribus causis.
  - Quomodo hanc doctrinã singuli sibijpsis cũ aliquo fructu possint applicare.
    - Cauebit sibi quisque, ne à summo illo gradu incipiat. Alioqui enim futurum est, vt immensam illam Dei lucem non ferat. Ab imis ergo gradibus quisque hanc doctrinam auspicetur.
    - Vbi quis vocem Dei audierit in auribus & animo personantem, scrutetur diligenter, an verbo Dei probè afficiatur, & an in Christo sit per fidem iustificatus & sanctificatus. Hi enim sunt effectus, ex quibus fides intelligitur.
    - Vbi fidem ex his effectis collegerit aliquis, is sciat se efficaciter vocatũ, ac à Deo tractum esse, Christoq; datum, è cuius manu nemo illum rapere possit.
    - Ex vocatione ista efficaci facilè colligere is potest, se ad vitam prædestinatum esse.

A.

Deum æternum illud consilium, quod de homine decreuerat, conditis mox hominibus, executum fuisse: idque dupliciter:

- Cõuniter electos ac reprobos exæquando. Vbi disce,
  - Creatum fuisse hominem in recto statu, sed mutabili. Neque enim hominem creauit Deus in peccato, sic enim fuisset peccati autor, quod iure deinde punire non potuisset, quin potius ad imaginẽ suam illũ condidit: id est, in puritate & sanctitate.
  - Hominem corruptum fuisse sponte sua ipsius culpa. Vt enim Dominus æternum illud consilium ad gloriam suam exequeretur, viam quandam sibi munijt pro infinita sua sapientia, vtrisque, tum eligendis, tum reprobandis communem. Cùm enim in electorum salute constituisset insigne misericordiæ suæ specimen edere: itemq; in reprobis condemnandis, iustum suum iudicium ostendere, necesse fuit vtrosque sub contumacia & peccato includere, vt omnium credentium misereatur, & econtrario vt iustæ damnationis argumentum in his inueniat, quibus neque credere, neque mysteria Dei nosse datum est. Hoc verò ea sapientia fecit, vt tota damnationis reproborum culpa in ipsis hæreat: tota autem salutis electorum laus ad ipsius misericordiam in solidum sit referenda.
  - Lapsum hunc sine Dei ordinatione & voluntate non potuisse euenire. Neq; enim dici potest, quicquam nesciente Deo, aut prorsus conniuente euenire. Deinde ne cogitari quidem potest, quicquam inuito ac nolente Deo accidere. Tota tamen exitij culpa in homine hæret. Quia inter arcanam illam & incomprehensibilem Dei voluntatem, & eam corruptionem humani generis, quæ vera & prima est interitus reprorum origo, voluntas primi illius hominis intercedit, quæ cùm bona esset creata, sponte sese deprauauit. Ideoq; iusto Dei iudicio ad eos omnes perdendos, quos misericordia sua non dignatur, aditum patefecit.
- Specialiter, qua ratione electos à reprobis discernit. Vbi disce,
  - Quo causarum proximarũ ordine Dominus electionem suam æternam, qua suos in Christo elegit, exequi, & reipsa declarare incipiat. Vbi disce, oportuisse
    - Primùm Mediatorem aliquem constitui, per quem homo in integrum restitueretur, idq; ex gratuita misericordia, quæ in suorum salute appareret.
    - Filium Dei electis, ipsosque Filio Dei donari, vt cùm ipse in illis, & illi in ipso fuerint, in vnũ consummentur. Id quod his gradibus perficitur.
      - Vocãtur electi efficaciter prædicatione verbi.
      - Ne frustranea illis sit prædicatio verbi, donãtur Spiritu Sancto, qui lapidea corda in carnea mutat, trahit, docet, illuminat sensum, cor, aures, & intellectum aperit, fidẽ in ipsis creat, & hanc fidem verbo & Sacramentis confirmat, donabitque eos perseuerantia, spe certa, inuocandi fiducia, & dilectione Dei & proximi.
  - Quomodo electionem æternam plenè perficiat & exequatur Dominus.
    - Electi vita donantur æterna.
    - Contemplantur coràm Dei maiestatem.
    - Inenarrabili gaudio & pace perfruuntur.

TABVLA VIII.

Loci sex.

- Quomodo de prædestinatione loquendum. Id docent hæ propositiones:
  - Nec ex ratione, nec ex lege, iudicandum est de electione, seu prædestinatione, sed ex Euangelio.
  - Totus numerus saluandorũ propter Christum electus est: Quare nisi complectamur agnitionem Christi, non potest de electione dici.
  - Non aliam iustificationis, aliam electionis causam quæremus. Vt igitur cùm de iustificatione loquimur, ab Euangelio, seu agnitione vocis Euangelij ordimur, sic de electione dicturi, complectamur vocem Euangelij.
  - Vt prædicatio pœnitentiæ, ita & promissio gratiæ vniuersalis est.
  - In cœtu vocatorum esse electos certum est: Vocatio enim manifestatio electionis est, cùm videlicet Dominus verbi sui ministerio & Spiritus gratia se nobis declarat esse Patrem.
  - Vocatio non est remouenda à consilio electionis: elegit nos Deus, quia vocare ad Filij sui agnitionem decreuit, & vult generi humano suam voluntatem, & sua beneficia innotescere. Approbat igitur ac eligit obtemperantes vocationi & assentientes Euangelio.
- Quid sit prædestinatio. Est enim Domini propositum, ac decretum, quo credentes per Christum elegit. Vel, est diuinæ voluntatis per gratiam electio. Vel, credentes seruari ad vitam.
- Qui sint prædestinati: Qui videlicet Christo sunt dati, ac credunt, Ioan. 17.
- Quæ causæ, & seq. Vide literam A.

- A.
  - Quę causæ.
    - Efficiens, *Misericordia Dei, Rom.9.c.15. Hæc enim vera prædestinationis ratio est, quod nullis præcedentibus meritis nostris, imò priusquam hic mundus fieret, Deus certum apud se decretum condidit, quòd per Christum salvos facere decrevit credentes, atque adeò merito alienos in consortium recipere proprio delicto & originali vitio corruptos mortales.*
    - Causa *concurrens, apprehensio misericordiæ promissæ propter Christum. Hi enim haud dubiè electi sunt, qui misericordiam promissam fide apprehendunt, nec abjecunt eam fiduciam ad extremum.*
  - Qui effectus prædestinationis.
    - Statuere, *nos certò placere Deo: quia prædestinatio certa est & immutabilis.*
    - Scire, *nos*
      - Non *posse eripi Christo.*
      - Regi *ac defendi à Deo.*
      - Ecclesiam *scilicet, non posse à Diabolo deleri.*
      - Vitam *æternam habere.*
  - Quę prædestinatorũ officia.
    - Non *indulgere genio.*
    - Non *impiè ac securè, sine* Dei *timore vivere.*
    - Pietati *operam dare.*
    - Sanctè & *inculpatè vivere.*
    - Gratias & *laudes perpetuò Deo offerre. Hinc Paulus ad Ephes.1. vers.4. Elegit nos in ipso, antequam iacerentur fundamenta mundi, ut essemus sancti & irreprehensibiles coram illo.*

De Reprobatione.

TABVLA I.

- Loci sex.
  - Quid *sit Reprobatio. Sapientissimum videlicet Dei propositum, quo ante omnem æternitatem decrevit constanter, absque vlla iniustitia, eorum non misereri, quos non dilexit, sed præterijt, quo iusta eorum condemnatione iram suam erga peccata, & gloriam declararet, Exodi 33. Rom.9.*
  - Quę causæ.
    - Efficiens, *propositum Dei.*
    - Materia, *circa quam, Homines qui reprobantur.*
    - Finis
      - Extremus. *Declaratio potentiæ iniustitiæ Dei, ut Paulus docuit, vasa illa aptata esse ad iram, quia Deus voluit in illis ostendere potentiam. Vide Exodi 9.c.16. Rom.9.d.23.*
      - Propinquior. *Est damnatio, quæ quatenus est iusta, ita Deo probatur.*
  - An *peccata sint causa reprobationis. Peccata præuisa non sunt causæ, cur quis reprobetur: ea enim non efficiunt, ut Deus proposuerit nolle misereri. Causa tamen sunt damnationis, quæ sequitur vltimo tempore, non reprobationis, quæ fuit ab æterno. Si enim peccatum esset causa reprobationis, nullus eligeretur, cum præsciat Deus omnes eo contaminatos.*
  - Quæ effecta.
    - Desertio, *cùm relinquuntur reprobi in suo nativo peccato.*
    - Cogitationes & *occasiones, quæ in reprobis in malum prosiliunt.*
    - Excæcatio.
    - Damnatio.
    - Tradi *in reprobum sensum.*
    - Declaratio *potentiæ ac iniustitiæ divinæ.*
  - An *reprobi possint aliquousque bona opera facere. Possunt quidem interdum, sed non perseveranter, sunt prædestinati vicissim in grauissima labuntur peccata. Ideò statuere possumus bona opera prædestinationi quandoque, quandoque etiam reprobationi inservire, prædestinatio per illa gloriam Dei illustrat, & quoad reprobationem, sunt nonnunquam rationes, quare grauior reddatur lapsus. Qui enim à Deo deficiunt, cùm ab illo fuerint ornati bonis operibus, ut grauiùs peccant, ita etiam acerbiùs puniuntur.*
  - An *quis certum & infallibile argumentum suæ reprobationis habeat. Ex sacris literis nemo potest certum argumentum colligere reprobationis suæ. Quòd si Deus aliquando velit eam secreto quodam indicio revelare, id non potest trahi ad communem regulam.*

TABVLA

TABVLA II.

In reprobationis doctrina tria hæc consideranda:

Doctrina ipsa de reprobatione. Vbi hæc sunt considerando: Deum

Ab æterno proposuisse, ac decreuisse in semetipso, omnia suis temporibus ad gloriã suam creare, ac nominatim quosdem homines. Hic disce,

Æternum hoc consilium Dei in ipso fuisse absconditũ, quod tamen demum ex effectis intelligitur.

Hoc Dei æternum consilium, decretum, ac propositum, vt electionis, ita & reprobationis, imò omnium operum Dei fontem, ac originem esse.

Quot modis decreuerit Deus homines ad gloriam suam creare. Duobus nempe, bisq; penitùs diuersis modis: videlicet vt alios, quos sibi visum fuerit, pro arcana sua voluntate faciat per misericordiam, gloriæ suæ participes: In alteris verò, quos placuerit in eum vsum suscitare, iram & potentiam suam ostendat, vt in ipsis quoque glorificetur.

Distinguì inter reprobandi propositum & reprobationem ipsam. Nam illius mysterium nobis occultum esse voluit Dominus: istius autem & exitij quoque, quod ab ea dependet, causas habemus in verbo Dei expressas: Nimirum corruptionem, infidelitatem, ac iniquitatem vasorum ad interitum & contumeliam factorum.

Æternũ illud consilium, quod de homine decreuerat, conditis mox hominibus executum fuisse: idque duplicitèr:

Cõmuniter reprobos ac electos exæquãdo. Vbi disce,

Creatum fuisse hominem in recto statu, sed mutabili. Neque enim hominem creauit Deus in peccato: ita enim peccati autor fuisset, sed hominem corruptum fuisse sponte, sua ipsius culpa. Vt enim Dominus æternum illud consilium, ad gloriam suam exequeretur, viam quandam sibi munijt, pro infinita sua sapientia, vtrisque tum eligendis, tum reprobandis communem. Cùm enim in electorum salute constituisset insigne misericordiæ suæ specimẽ edere, itemque in reprobis condemnandis iustum suum iudicium ostendere, necesse fuit vtrosque sub contumacia & peccato includere, vt omniũ credentium misereatur, & econtrariò, vt iustæ damnationis argumentum in his inueniat, quibus nec credere, nec mysteria Dei nosse datum est. Hoc verò ea sapientia fecit, vt tota damnationis reproborum culpa in ipsis hæreat: tota autem salutis electorum laus ad Dei misericordiam in solidum sit referenda.

Lapsum hunc sine Dei ordinatione & voluntate non potuisse euenire. Neque enim dici potest quicquam nesciente Deo, aut prorsus conniuente, aut nolente, aut inuito accidere: tota tamen exitij culpa in homine hæret. Quia inter arcanam illam & incomprehensibilem Dei voluntatem, & eam corruptionem humani generis, quæ vera & prima propriè est interitus reproborum origo, voluntas primi illius hominis intercedit, quæ cùm bona esset creata, sponte sese depranauit, ideoq; iusto Dei iudicio, ad eos perdendos, quos misericordia sua non dignatur, aditum patefecit.

Specialiter, *qua ratione, &c. Vide literam A.*

Quomodo hæc doctrina publicè commodè proponi possit:

Reprobationis doctrina prudenter consideranda est, vt altitudo iudiciorum Dei, humanæ curiositati frenum inijciat.

Reprobatio nec potest, nec debet sigillatim applicari, aut homini cuipiam, aut certæ multitudini, non addita conditione. Nam in eo quoque ab electione differt, quòd hæc per Spiritum Dei nobis, non in alijs quidem, quorum animum non possumus peruidere, sed in nobis ipsis reuelatur: reprobatio verò ferè semper occulta est hominibus, nisi quòd extra ordinem à Deo retegatur. Satis est igitur, si intelligamus in genere quædam esse vasa in interitum apparata, quæ cùm nobis Dominus non retexerit, strenuè pro virili debemus singulos & vitæ exemplo, & oratione ad salutem inuitare.

Quẽ fructum ex reprobationis doctrina percipere possint fideles:

Inde discunt humiliari. Ex hac enim consideratione maiestati Dei libenter collum submittimus, vt quò magis illum timebamus, eò magis laboremus de testimonio nostræ in Christo electionis confirmando.

Discunt bonitatem Dei singularem, cùm discrimen illud inter homines, alioqui pari maledictioni obnoxios, ex misericordia Dei constitutum attentè considerabunt.

Percipiunt inde piam sollicitudinem, & de fidei augmento, & effectibus cogitabunt, vt sese à reprobis discernant.

Confirmantur inde electi contra omnia offendicula. Cùm enim doctrinam Euangelij vident ab vniuerso ferè mundo, non modò despici, sed etiam crudelissimè vexari, cùm tot hominum insignem perfidiam & defectionem cernunt, quid illos magis confirmabit, quàm si constituant nihil temerè euenire, Deum suos nosse, impios ad iudicium & interitum destinare?

A. Specialiter, qua ratione reprobos ab electis discernit. Vbi disce,

Quo ordine Dns consilium reprobationis exequi, & re ipsa declarare incipiat. Vbi disce,

- Primum *Adamum, quia lapsus est, primũ autorem esse odij & exitij, & reprobos manent.*
- Quosdã *reprobos ne hac quidem gratia à Deo dignari, vt vel de Christo, in quo vna salus est, quicquã prorsus audiãt, quos ille vijs suis ingredi sinit, & ad certũ exitiũ contendere.*
- Quosdam *externa quidem verbi prædicatione à Deo dignari, sed qui vocati, nec velint, nec etiam possint respondere, quoniam sibi in sua cæcitate placent, vt dicant se videre, quibus tamen non datum est veritatis Spiritum amplecti, nec credere. Itaque quamuis necessaria, spontanea tamen est eorum pertinacia: vnde fit, vt ad conuiuium inuitati venire recusent, adeò vt verbum vitæ sit illis stultitia & offendiculum.*
- Deum *quidem quorundam intelligentiam excitare ad ea percipienda, & credenda, quæ audiunt, sed hoc generali fide illa fieri, qua præditi Diaboli contremiscunt.*
- Aliquos *aliquatenus commoueri ad donum cœleste degustandum, adeò vt ad tempus videantur in Ecclesia Dei plantati, atq; etiam alijs iter ad salutem ostendant, sed Spiritum illum adoptionis nunquam cum illis communicari. Hos Deus relinquendo indurat, corum illorum impinguat, aures occludit, oculos denique excæcat, vtiturq; ad eam rem perficendam partim sceleratis illorum cupiditatibus, quibus ipsos regendos tradit, partim Spiritu illo mendaci, qui eos laqueis constrictos tenet: nonnunquam propter corruptionem, ex qua velut fonte quodam perpetuus infidelitatis, ignorantiæ & iniquitatis riuus manat.*

Quomodo *reprobationem æternam plenè perficiat et exequatur Dominus. Vbi disce,*

- Damnari *reprobos à Deo, quia in Adami pollutione & morte maneant.*
- Carere *reprobos conspectu & visione maiestatis diuinæ.*
- Ruere *reprobos in perpetuum ignem & supplicium.*

De Ecclesia.

TABVLA I.

Loci quinque.

Quid *sit Ecclesia. Est enim societas verorum fidelium, sanctorum & electorum, constans fide, Spe, dilectione, ac Spiritu Christi. Cùm dicimus verorum fidelium, sanctorum, excludimus à vera Ecclesia Papadochristianos, in quibus nihil est Christianæ religionis, præter inane nomen & Sacramentorum abusum, cætera omnia sunt mere Ethnica, in religionis causa superstitiosa & idolatrica, in reliqua vita, carnalia. Cùm dicimus constans fide, Spe, dilectione, &c. veram, perpetuam, & catholicam veræ Ecclesiæ communionem exprimimus, quæ non externa aliqua & corporali societate, siue locorum, siue cæremoniarum, sed Spirituali & interna constat, & non nisi verè fideles recipit.*

Quotuplex. *Ratione partium vnius Ecclesiæ alia est*

- Militans. *Est eorum, qui adhuc agunt in carne hac mortali, quibus pugnandum est cum Satana, carne, & mundo.*
- Triumphans. *Eorum, qui translati ad cœlestia, victores euaserunt omnium quorumcunque hostium.*

Cur *Ecclesia Catholica vocetur. Quòd*

- Per *totum terrarum orbem diffundatur. Ergo Catholica Ecclesia non est Romana, sed omnium electorum ac fidelium, qui inde ab initio ad finem vsque, veram Ecclesiam toto terrarum orbe corporaliter dispersam, spiritualiter verò vnitam constituunt.*
- Sit *Ecclesia primitiuorum conscripta in cœlis.*
- Sincera *sit, & immaculata communio, à perfidorum ac reproborum consortio diuisa.*

Quę *sint notæ veræ Ecclesiæ.*

- Pura *doctrina, ea quæ veniat à Christo transmissa per Apostolos. Vbi excludimus omnigenaris doctrinas, & mandata hominum.*
- Verus *Sacramentorum vsus: si videlicet vsurpentur Sacramenta, ab ipso Domino instituta, & secundum illius institutionem ritè ac purè vsurpentur.*
- Vnitas *Ecclesiæ, quæ vera pace & charitate constet, idq; per Spiritum Sanctum.*
- Catholicus *consensus, quod videlicet ad capita Christianæ religionis attinet, non ritus aut traditiones humanas: Hæc enim vt perpetua sunt & catholica, ita sunt etiam catholico consensus capacia.*

Quid *sit caput Ecclesiæ. Hic disce,*

- Ecclesiam, *quæ corpus Christi est, habere caput non alienum, sed suum. Vnicuique enim corpori suum est caput, cui est ab ipso creatore subiectum. Sic habet Ecclesia suum caput, quod non dedigit ipsa, sed à Deo sibi impositum accepit. Non habet etiam Ecclesia capita multa, sed vnum tantum enim est bestia biceps, triceps, &c. Neque capax est multorum capitum, mortis interuenta sibi inuicem succedentium. Toties enim illi moriendum esset, quoties per mortem capite suo priuaretur, & toties reuiuiscendum, quoties nouum aliquod caput sortiretur. Quæ mortis ac reuiuiscendi vicissitudo planè monstrosam redderet. Habet autẽ Ecclesia caput non modò suum & vnicum, sed & conuenienter & efficaciter sufficiens. Habet enim Spiritum & vitam: Spiritum non huius mundi, sed Dei: vitam non terrenam, sed cœlestem.*
- Capiti *conuenire supereminentiam, non modò dignitatis, sed & regiminis ac potestatis, conuenit illi, vt corpori subministret Spiritum & vitam, omniaq; illius membra eodem Spiritu & sanguine communicata, in summa concordia conseruet, & singulorũ motus & officia dirigat ac tutius saluti prospiciat. Sine eiusmodi capite quid aliud est corpus, quàm mera truncus? Ecclesia caput habet, in quo hæc omnia abundè continentur. Est enim ille Christus, Virgine natus Dei, datus à Deo Patre caput omnium sufficientissimum, cùm in omnibus primas teneat, & ante omnia existat, & per quod omnia existant, à quo quæ necessaria sunt, subministrantur, quod salutem dat corpori, & in quo totum corpus crescat.*

TABVLA

TABVLA II.

Veram & integram Ecclesiæ Christi vnitatem triplici diuisione absolui. Primùm vna est in se. Non est multiplex Catholica Ecclesia, sed vna: quia corpus Christi est. Deinde in vna hac Ecclesia vnitas est corporis cum capite Christo. Sine hac vnitate inanis est qualiscunque Christianorum societas. Tertiò vnitas Ecclesiæ est in ipsius membris, qua illa inter se vnitissima coniunctione cohærent.

De vnitate Ecclesiæ. Hic disce,

Media vnitatis Ecclesiasticæ esse vnitatem

Spiritus.

Vitæ. Fieri enim non potest, vt ab vnitate eiusdem Spiritus vita discrepet. Qui de eodem Spiritu participant, eiusdem quoq; vitæ sunt participes. Nam ex qualitate Spiritus qualitas est vitæ.

Fidei, Spei, charitatis & Baptismatis. Qui enim Christo sunt coadunati, non modò Spiritus illius, sed & fidei, Spei & Baptismatis consortio inter se connectuntur.

Vnitatem Ecclesiæ non esse sitam in cæremonijs, sed in fide & Spiritu. Ephes. 4. a. 3. diuersitas cæremoniarum vnitatem Ecclesiæ non rumpit, si sit cor vnum & anima vna.

De fide Catholicæ Ecclesiæ. Ea est expressa in Symbolo, ac ea etiam vna dicitur, sicut Ecclesia, non numero, sed genere. Nam propter similitudinem & nullam diuersitatem magis vnam esse dicimus, quàm multas, vt quemadmodum eadem volentium vna est voluntas, ita sit & eadem credentium vna fides: Hanc, quia omnium est fidelium, Catholicam vocant Patres, ac secundum illius professionem vel abnegationem, Ecclesias vel catholicas, vel hæreticas esse iudicârunt.

Loci quinque.

De potestate Ecclesiæ. Ea est triplex:

Iudicandi, quæ audiuntur in Ecclesia, fugiendi q; alienorum voces. Non autem damus hîc potestatem Ecclesiæ iudicandi de sacris & canonicis scriptis. De his enim iudicat Ecclesia, in quibus & corrigendi potestatem habet.

Excommunicandi reprobos, qua illa communi fidelium sententia, vnà cum Ministris & Pastoribus suis vti debet, si destituta sit Christiano Magistratu.

Pastores malos deserendi, & deligendi meliores. De hac Cyprianus lib. 1. Epistola 4. Quapropter plebs obsequens præceptis diuinis, & Deum metuens, à peccatore Præposito separare se debet, &c.

An Ecclesia possit errare. Hic disce,

Ecclesiam, quatenus tentationibus & infirmitatibus est obnoxia, errare posse. Quatenus verò Christo Seruatori ac Doctori suo syncera fide adhæret, hactenus non errare.

Duo esse errorum genera: Vnum, quando veritas Dei prorsus deseritur, sic vt illam ne audire quidem sustineant amplius. De hoc errorum genere loquitur Paulus 2. Tim. 4. a. 3. 2. Thess. 2. a. 3. 1. Tim. 4. a. 1. hoc errorum genere errant reprobi, non modò ex ignorantia, sed ex corde. In illis errat Ecclesia enormiter. Alterum genus est, quando erratur ex ignorantia in re aliqua, sic, vt interim non discedatur à vera fide in Christum, & fundamento Christi. Hoc genere errorum potest Ecclesia errare, in electis etiam, donec tempus perfectæ cognitionis adueniat. Huiusmodi errores haud ita sunt graues, vt à Christo excludant.

An Christianus ab Ecclesia Pontificiorum discedere possit sine culpa. Vetat Apostolus coniungi scortatoribus, idolatris, auaris, rapacibus, ita vt ne cibum quidem cũ illis capiamus. Quomodo ferret, si quis operum illorum vellet esse consors? At Pontificiorum Ecclesia, non modò est idolatrica, sed & requirit, vt in cultu simulacrorum, inuocatione mortuorum, participatione Missarum, &c. cum ipsis communicemus. Quare non temerè ab illis discedere cogimur, & facimus id sine culpa.

TABVLA III.

Quid *sit Ecclesia. Est enim cœtus fidelium, amplectentium purum verbum Dei, ac Sacramentis à Christo in*stitutis rectè vtentium: *in quo cœtu primas tenet doctrina veritatis, fundata in sacris literis. In hoc est ova*tio pura communio, *siue charitas. Concordia enim & pax, seu charitas, præcipuæ virtutes sunt in Ecclesia.*

Loci sex.

- Quod *sit fundamentum, seu caput Ecclesiæ: videlicet Christus, q caput dicitur, ppter certas causas: nam*
  - Vt vegetatur à capite corpus, inde enim defluit vitalis Spiritus in omne corpus, ita à Spiritu Christi viuit Ecclesia, quæ in varia membra & officia distributa est: caput autem commissuras habet, neruos, per quos dilabitur vis illa viuifica. Hic nervus, per quem gratia diffluit, charitas est, & vnitatis studium. Hic nervus compingit corpus Ecclesiam.
  - Corpus *non est absolutum sine capite, ita nec Ecclesia sine Christo.*
  - Capitis *gloria cæteris membris communis est, quibus sic præsidet caput, vt sua bona transfundat in singula: ita à Christo Pontifice nostro gloriam apud Patrem accipimus.*
  - Vt *sine administratione capitis membra nihil agere possunt, nec debent: ita Ecclesia nihil sine Christo decernere debet.*
  - Vt *connexa sunt caput ac reliqua membra: ita Ecclesia Christo dedita, ac conglutinata est.*
  - Quemadmodum *caput sic dominatur corpori, vt ab hoc pendeat corporis salus: ita Christus sic Ecclesiæ suæ dominatur, vt ab hoc Ecclesiæ salus dependeat. Vide Ephes. 5. a. 2.*
  - Capitis *est sapere, non membrorum: ita Ecclesia non nisi à capite suo Christo cœlestem sapientiam perdiscit.*
  - Vt *capiti subjciuntur membra: ita Ecclesia Christo subdita est.*
- Quę *causæ.*
  - Efficiens, *promissio Dei, ac Christus, de quo facta est promissio.*
  - Formalis *causa, vera doctrina, & verus Sacramentorum vsus.*
  - Finalis, *verus Dei cultus: ordinata enim est Ecclesia ad verum cultum Dei, ad glorificandum Deum.*
- Qui *effectus veræ Ecclesiæ.*
  - Audire *purum Dei verbum.*
  - Credere *verbo Dei.*
  - Vti *Sacramentis legitimè.*
  - Recipere *solum Christum pro Pastore, Capite, Iustificatore, Sanctificatore, &c.*
  - Exercere *claues à Christo acceptas.*
- Quę *sint notæ veræ Ecclesiæ.*
  - Sacrosanctum *verbum Dei.*
  - Sacramentum *Baptismi & Cœnæ Dominicæ.*
  - Administratio *clauium, quibus publicè vtitur Ecclesia, sicut Christus mandat Matthæi 18. Si peccat Christianus, arguatur, si non resipiscit, ligetur, & excommunicetur: sin resipiscit, vt rursus soluatur.*
  - Ordinatio, *seu vocatio Ministrorum Euangelij, seu certorum munerũ administratio.*
  - Precatio *publica, inuocatio, gratiarum actio, & celebratio Dei.*
  - Sacrum, *seu mysterium sanctæ crucis, id est, calamitatis Christianorum.*
  - Sanctificatio *Spiritus Sancti, iuxta secundam etiam Mosis Tabulam, vt cùm parentes nostros ex animo veneramur, non alimus iram, odium, non superbi, elati, ebriosi simus, sed casti, sobrij, mites, humani, cùm veritatis præconem amamus ex animo.*
  - Constantia *in fide & dilectione vera.*
- Quibus *nominibus vera Ecclesia appelletur.*
  - Ciuitas *Dei, Psal. 46. a. 5. 87. 3.*
  - Templum *Dei, 1. Corinth. 3. c. 16.*
  - Ciuitas *gentium robustarum, seu gens robusta, Mich. 4. c. 10.*
  - Horreum *Christi, Luc. 3. d. 17.*
  - Columba, *Cant. 2. c. 10. 6. b. 8. &c.*
  - Oues *Christi, Ioan. 10. c. 16.*
  - Vinea *Domini, Esa. 1. c. 5. a. 2.*
  - Fons *Saluatoris, Esa. 12. a. 3.*
  - Mons *sanctitatis, Psal. 2. a. 6. 3. a. 5. 14. a. 1. 23. a. 3. &c.*
  - Sponsa *Christi, Cant. 4. b. 8.*
  - Regina, *Psal. 44. c. 10.*
  - Regnum *Dei, Matth. 13. d. 41.*
  - Consilium *iustorum, Psal. 1. a. 1.*
  - Hierusalem *noua, Apocal. 3. c. 12.*
  - Genus *electum, regale sacerdotium, gens sancta, 1. Pet. 2. v. 9. Exo. 19. 6.*

De Congressu Ecclesiastico.

Necessitate conuentus. Et hæc est vel

Mandati, *seu institutionis diuinæ. Dominus enim hanc pietatis exercitationem & consuetudinem instituit: videlicet vt ad audiendum verbum Dei, publicas preces adhibendas, sacramentaq; administranda, & vsurpanda, fideles homines vnum in locum conueniant: propterea præcipit Psal. 27.b.8. Quærite faciem meã. Per hanc faciem Dei Sanctuarium ac Arcam fœderis intelligit, genere sermonis in Scriptura vsitato. In Sanctuario enim & Templo Dei prædicabatur verbum Dei, quod speculum quoddam est, in quo Deum omnes contemplari debemus: proponebatur promissio de Christo, q viua Dei imago est, in quo vno perfectè Deus cognosci vult: proponebantur signa ac notæ, quibus Deus velut de facie cognosceretur. Præcipit & Leuit.8.a.3. Dominus: Congrega vniuersum cœtum. Et in Iocle 1 c.14. & 2. c.15. Indicite cœtum, &c. Et Sophon.2.a 3. Conuenite & congregamini, & quærite Dominum, &c. Propterea Esaiæ 60.a.8. dicitur, Christianos futuros velut columbas, quæ in suum se columbarium gregatim recipiunt, vbi pascantur. Columbarium hoc & fidelium commune receptaculum & salutare, est locus, vbi verbũ Dei prædicatur, Sacramenta administrantur, nomenq; Dei inuocatur, & Christiani verbo Dei pascuntur. Quàm autem impium est, cibum pastumq; filijs Dei destinatum negligere? Nam si bestiæ omni ratione carentes, fame impellente, ad pastum vociferantur, quantò magis filij Dei eius rei rationem habere debent, in qua saluberrimus fidei pastus, eiusq; firmissimus status continetur! Necesse est igitur, vt qui se homines, non angelos esse cognoscunt, eam ingrediantur viam, vt huic disciplinæ Ecclesiasticæ, quam Deus omnibus suis proponit, libenter pareant.*

Cognitionis *Dei. Necesse enim est, vt Deũ, qui nos condidit, probè cognoscamus. Hoc est quod dicit Dauid Psal.27.a.4. Vt videam pulcritudinem Domini, & visitem Templum eius. Pulcritudinem Domini vocat bonitatem, iustitiam, misericordiam, beneficia, &c.*

Cultus *diuini. Necesse enim est, vt Deũ adoremus, inuocemus, vsumq; Sacramentorum habeamus. Nam his rationibus & exercitijs nos exercere oportet, vt in fide, timore Dei, sanctitate, contemtu mundi, & amore vitæ cœlestis confirmemur.*

Retinendæ *fidei. Quæ enim natura nostra est, facilè à Satana decipimur, nisi congressus, in quibus verbum Dei prædicatur, frequentauerimus.*

Obtinendæ *salutis. Quia hæc vna ratio est, quæ ad perfectã beatamq; vitã ducit.*

Vitandi *pœnas. Qui enim dedignantur in hanc disciplinam, quasi in quandam classem redigi, vt communi ordine Ecclesiæ instituti, proficiant in fide, atq; in omni genere virtutũ, & se à societate filiorum Dei resecant, ac sunt velut porci, ventri dediti, qui alueolum cibis confertũ malunt, q̃ sanctum Dei verbum: in hos Dñs grauiter animaduertit, vt Amos 8. c.11. dicit Dominus, Se famem, non panis, sed verbi Dei missurum. Vide Deut.28. Qui congressum sanctum amant, vitabunt pœnas.*

Quibus *rebus adduci Christiani possint, vt cõuentum Ecclesiasticũ ament, & frequentent.*

Præmiis, *seu vtilitatibus congressus qa*

- In *hoc sancto congressu proponitur verbum Dei, quod animæ medicina est.*
- Hic *verbum Dei proponitur, quod speculum est lucidum, in quo facies Dei appareat, de qua Psal.27. c.8. præcipit Dominus: Quærite faciem meam. Ibidem: Vt videam pulcritudinem Domini, & visitem Templum eius.*
- In *hoc congressu verbum Dei prædicatur, quod est velut epistola omnipotentis Dei ad creaturam suam, in qua suam voluntatem nobis expressit.*
- Hic *congressus est velut hortus amœnus, pulcerrimis flosculis & herbis (exornatus.*
- Hic *sanctus congressus Schola est Spiritus Sancti.*
- In *hoc sancto congressu salutis via cognoscitur.*
- Cùm *ex singulari Dei beneficio versamur & viuimus in Ecclesia, participes erimus earum rerum, quibus vult Deus omnes filios suos ad se allicere. Lege 3. Reg.8. & 9.*

Loci duo.

Iucundo. *Quàm verò sit iucundus hic congressus pijs, ex dictis Dauidis facilè colligi potest, Psal.26.c.8. Domine dilexi habitaculum domus tuæ, & locum, in quo gloria tua receptaculum habet. Psal.27.a.4. Vnum petiui à Domino, hoc requiram, vt habitem in domo Domini cunctis diebus vitæ meæ, & videam pulcritudinem Domini. Psalm 42. a.1. Quemadmodum cerua desiderat fontes aquarum, ita anima mea ad Deum viuum. Quando veniam vt apparcam in conspectu Dei? Psal.84.a.1. Quàm dilecta Tabernacula tua, Domine, &c. ardet & deperit anima mea ad atria Domini. Ibidem: Potior est vnus dies in atrijs tuis, quàm aliàs mille, & longè abesse. Vbi significat Dauid, vitam fidelium omnem breuem esse non posse, modò Deus eam ipsis gratiam tribuat, vt viuentes in hoc mundo se in eius cultu ac honore exercere possint, & promissionibus eiusdem confirmare, nomen eius omni pia confessione ac laude celebrantes. Ibidem: Beati qui in domo tua habitant, perpetuò laudabunt te. Ibidem: Malo ad limen desidere domus Dei, quàm habitare in palatijs impiorum.*

De contemtu & abusibus congressus Ecclesiastici, &c. Vide literam A.

A. De contemtu & abusibus cõgressus Ecclesiastici. Sunt enim qui congressum hunc vel

- Contẽnunt, vt sunt, qui
  - Omnia, quæ cognoscenda sunt, sibi scire videntur, & sibi plurimùm sapiunt.
  - Dicunt non esse Templum ingrediendum omnibus, cùm vnusquisq; Scripturam domi suæ habeat, & legere possit. Cùm Paulus Ephe. 4. c. 11. dicat: Dedit Apostolos, Pastores, &c. non dicit: Reliquit Scripturam, vt vnusquisque separatim eam legat: sed politiam, in qua certi quidam homines alios de religione vera doceant. Itaque etsi Scripturam legant alij priuatim, id tamen non debet impedire, quominus publicè etiam audiant.
  - Verbum, Cœnam Domini, & ordinem Ecclesiæ externum ad pueros & fœminas reijciunt, & ad se nihil pertinere putant.
  - Dicunt eos, qui verbum Dei audiunt, nihilo meliores, imò deteriores esse. Hi non Dei veritatem, sed personas respiciunt. Verbum enim Dei proponit remedia, quibus graues morbos depellere, purgare, profligare q; possimus.
  - Dicunt se aliquid negotij habere domi, quod omitti non possit.
  - Personam Concionatoris humilem respiciunt, propterea illum audire nolunt.
  - Verbo aliquo Concionatoris impediti, conciones illius negligunt, asserentes, conciones alterius, qui priori succederet, libenter audituros.
  - Crucem timent, ne propter verbum Dei aliquid patiantur.
  - Ad potentes, diuites, parentes, amicos respiciunt, quibus vt gratificentur, sanctum congressum fidelium aspernantur.
- Deformant, vt sunt, qui
  - Conueniunt quidem in Templum, at stulta quadam deuotione, existimantes se suo officio satisfecisse, si in eum locum prodierint, & quasi se in Templo ostentârint.
  - Ex consuetudine tantùm veniunt.
  - Veniunt in congressum, ad fallendum tantùm temporis tædium.
  - Die tantùm Dominico veniunt, reliquos dies nihil curantes, etiamsi nihil sit illis negotij.
  - Semel in mense, vel in anno Templum ingrediuntur.
  - Non expectant concionem ad finem, sed verbum vnum, idq; nondum explicatum audientes, egrediuntur.
  - Conciones quidem audiunt, sed malè viuunt. Auaritiæ, ambitioni, ebrietati, cõmessationi, vsuris ac cupiditatibus suis tantùm dediti. Indigni certè qui Templum Dei sanctum ingrediantur. De his rectè dicitur illud prouerbium: Eos qui Templo vicini sunt, longè à Deo abesse. Quare olim tempore Legis Sacerdotes Templum ingredientes, vt officio suo fungerentur, manus & pedes lauabant, Exodi 30. d. 21. ne moriantur. Christiani Sacerdotes sunt, quos puros esse decet, si Templum Dei ingredi: & suo munere fungi velint.

De huiusmodi congressibus dicitur: Conuētus vestros odi, Esa. 1. c. 14.

De Potestate Ecclesiastica.

Loci tres.

- Quid sit. Facultas videlicet Ecclesiæ data, qua ipsa recipit, quos iubet Dominus, remissis peccatis, in consortium Regni ipsius, reijcit quos ipse reijci præcipit, pascit receptos, & regit verbo, Sacramentis & disciplina, vt veterem hominem in dies magis magisq; aboleant, & nouum instaurent. Ejcit rursus ex consortio Regni Christi, qui suis prauis moribus Ecclesiam defœdârunt, & iterum ejectos, si egerint pœnitentiam, recipit. Postremum, vocat Ministros ad ministerium verbi, quibus hanc administrationem commendat.
- Quæ requirantur in potestate Ecclesiastica: vt
  - A Deo sit data.
  - In salutem & ædificationem Ecclesiarum exerceatur.
  - Verbo Dei innitatur.
- Quotuplex. Aliis est
  - Ordinis, &c. Vide literam A.
  - Iurisdictionis. Hic dissecc,
    - Quid sit. Est enim ius spiritâlem politiam conseruandi, & maxima ex parte pendet à potestate clauium.
    - In quibus rebus consistunt. In
      - Cognitione veræ doctrinæ. Deus enim requirit notitiam sui verbi, sine qua salus nemini contingere solet.
      - Improbatione falsæ doctrinæ. Ecclesia enim ius habet improbandi falsam doctrinam, iuxta illud Christi: Cauete à Pseudoprophetis, &c.
      - Disciplina. De qua in sequenti Tabula.

A. Ordinis

A. Ordinis. Vbi disce:
- Quid sit. Est enim ministerium verbi, quo recipiunt Ministri in Ecclesiam eos, qui vel dant ipsi Christo nomina, vt illa tria millia hominum, qui ad concionem Petri, compuncti corde crediderunt, quos Petrus recipit in Ecclesiam, communicato Baptismo: vel qui offeruntur Ecclesiæ per credentes, vt infantes, quos Dominus vult recipi in Ecclesiam. Deinde eadem potestate in Ecclesiam receptos, regunt Doctrina, Sacramentis & cæremonijs.
- Ad hanc ordinis potestatem quæ pertineant. Hæc videlicet,
  - Potestas officij, quæ est vel
    - Determinata,
    - Indeterminata.
    - De his vide in Tabula de Ministris.
  - Iusti & æqui, Liciti, Facti. — De his vide in Tabula de Ministris Verbi.
- Cur hæc potestas ordinis vocetur. Eò quod certam & ordinatam regulam habet, quam semper sequi debet.

De Disciplina.

Quid sit. Est enim pædagogia quædam, qua homines in familiam Christi recepti, coercentur, & ad pietatem, iustitiam, modestiamq; assuefiunt, ne quid vera professione indignum committant, sed vt iuxta doctrinæ Euangelicæ præscriptum singuli suum officium faciant.

Loci duo.

Quotuplex: Est enim alia

Communis, & hæc duplex:

Ordinaria. Vbi disce.

In quibus rebus consistat. In

Quid sit. Est enim quæ verbum Dei, ac traditionem Apostolicam pro regula habeat, à qua nunquam licet discedere. Est enim iuris diuini, & dependet propriè à potestate clauium.

Lapsibus corrigendis. Est autem lapsus duplex:
- Occultus. vbi disce:
  - Quid sit. Cuius vnus aut pauci admodum sunt conscij.
  - Quotuplex. Aut enim ex ignorantia aut infirmitate, aut ex malitia contingit.
  - Qualis disciplina hîc obseruari debeat. Sequenda est regula corrigendi à Domino præscripta, Mat. 18. Prudenter tamen hîc castigatio adhibenda est. Si enim quis lapsus est ignorantia, aut infirmitate, sufficit paterna & blanda admonitio, cum exhortatione in posterum vitandi tale delictum. At si ex malitia peccatum est, lapsus occultus seuerius corrigendus est.
- Manifestus. hîc disce:
  - Quotuplex sit. Est enim vel delictum, vel flagitium. Delictum, quod errore vel infirmitate perpetratur, aut etiam casu inopinato. Flagitium est enorme scelus: videlicet homicidium, adulterium, vsura, furtum, &c. Flagitiorum autem alia multitudinem inuaserunt, alia paucos tantùm de multitudine.
  - Qua disciplina hîc vtendum. Sequendum est præceptum Pauli, 1. Tim. 5. Sed & hîc prudenter castigatio adhibenda est. Ita enim omnia moderanda sunt, ne castigationis seueritas errantem in desperationem adigat. Est enim æquitate & clementia temperanda disciplina Ecclesiæ, ne rigor modum excedat. In flagitijs autem, vel erroribus, quæ multitudinem inuaserunt, cauendum est, ne in maiorem destructionem adhibeatur excommunicatio, & ex medicina fiat venenum. At seueritas exercenda est in peccata paucorum. Obseruetur & hæc regula Augustini: In corripiendis fratribus miseriscorditer corripiat homo quod potest: quod autem nō potest, patienter ferat, & cum dilectione gemat, ac lugeat.
  - Penes quos sit corrigendi facultas. Occulti lapsus à quouis priuato, qui lapsus alicuius conscius est, corrigi possunt. Publici non nisi à Ministris verbi palam coram omnibus arguendi sunt, si videbitur ad ædificationem facere.

Ordinatione Ministrorum, temporis, loci, quando & vbi populus conuenire debeat ad audiendum Verbum, & Cœnam Domini.

Iudiciis Ecclesiasticis exercendis.

Extraordinaria, quæ nec tempus, nec modum, nec formam præscriptam verbo Dei habet, sed in Ecclesiæ arbitrio posita est, & temporum rationem cum euentu habet. Vnde in hac extraordinaria disciplina respicere oportet ad tria tempora, præteritum, præsens, & futurum. Ad præteritum, vt si aliquid præter opinionem euenit, veluti magnorum virorum liberatio à periculis, felix Ecclesiæ & ministerij verbi successus, propagatio doctrinæ in alijs nationibus. Hic officium Ministrorum Verbi fuerit, consenticntibus præcipuis Ecclesiæ membris, populum certo tempore conuocare, & ad gratiarum actionem inuitare. Ad præsens tempus, vt si grassari incipiat pestilentia, vel fames, vel bellum. Hic populus conuocandus est, & exhortatio ad pœnitentiam, ieiunium, & preces, instituenda est.

Peculiaris, Priuata, &c. Vide literam A.

A. Peculiaris Cleri. Hæc constat
- Canone, qui versatur circa quatuor. Circa
  - Certarum *rerum prohibitionem, vt ne quis Clericus venationi, aleæ, commessationibus, vel fœnori vacet.*
  - Certa *exercitia, vt sint cantationes, sacræ lectiones, vigiliæ.*
  - Officiorum *in Ecclesia distinctionem, vt in Ecclesia alius doceat, alius recitet aliquid ex sacris literis, alius Cœnam Domini administret.*
  - Pœnas, *quarum gradus fuerunt. Priuata obiurgatio ab Episcopo, publica à consessu presbyterorum, translatio, depositio, excommunicatio.*
- Executione, *quæ commissa erat Episcopis potissimùm, qui ideò aliquando bis, aliquando sæpius in anno synhodos prouinciales conuocabant, vbi non vnius Episcopi censura, sed totius Cleri collecti sententia res agebatur.*


Priuata. *Priuati hominis disciplina, quæ in his consistit, vt*
- Suos *affectus petulantes, & cogitationes prauas meditatione verbi & oratione domet.*
- Verba *pietate regat.*
- Facta *ad normam Legis exigat.*
- Gestus *pietati congruos amet.*

De Ordine Ecclesiastico.

TABVLA I.

ORDO Ecclesiasticus consistit in
- Agnoscendo *& recipiendo Christo Rege & Sacerdote nostro, qui à Deo Patre acceptum Regnum suo Spiritu verboque gubernat.*
- Ordinandis *pijs ritibus, quibus Ecclesia exercetur piè & vtiliter.*
- Personis *discernendis, seu gradibus personarum. Sunt enim alij*
  - Magistratus. *Agnoscit enim Ecclesia Magistratum ciuilem, ius gladij, quod ad externam disciplinam attinet, habere, quod exercere debet secundùm suas leges in reos.*
  - Subditi. *Horum est Magistratibus suis obedire.*
  - Ministri *Verbi, vel Doctores: & inter hos gradus sunt. Etsi enim omnium Ministrorum eadem sit potestas, quantum ad spiritualem iurisdictionem attinet, tamen dispares dignitatis ordines & gradus sunt. Idq; partim iure diuino, partim Ecclesiæ approbatione. Christus ipse ascendens in altum dat dona hominibus, Apostolos, Prophetas, Euangelistas, Doctores, Pastores, Ephes. 4. v. 11. Hi omnes eiusdem sunt potestatis, sed dignitatis & functionis minimè. Apostoli enim, Prophetæ, Doctores, &c. eorundem mysteriorum Dei œconomi erant, eandem doctrinam proponebant, eadem potestate spirituali vsi sunt: attamen Paulus gradu dignitatis & ordine, Timotheo & Tito erat superior. Item Timotheus gradu & ordine excelluit reliquos Ephesianæ Ecclesiæ Episcopos, seu Presbyteros, & Titus Cretensibus præerat. Hæc prælatura in tribus videtur posita, in donorum excellentia, laborum magnitudine, & vocationis diuersitate. Sic Paulus Timotheo præferebatur donis, laboribus, vocatione. Hæc prælatura erat non dominij, sed ministerij. Qui maior est vestrûm, inquit Christus, sit omnium minister, Matth. 20. v. 26. Marci 10. v. 43.*
  - Auditores. *Horum est verbum Dei audire, eiq; obedire.*
- Disciplina *Ecclesiastica, vt Episcopi, Pastores & Doctores in Scholis ea vtantur, ad coercendos contumaces, verbo sine vi corporali.*
- Facienda *vocatione, vt singuli sua officia faciant.*
- Corrigendis *vitijs plebis & Ministrorum.*
- Obedientia *inferiorum, vt inferiores pijs præceptionibus, monitis & obiurgationibus superiorum cedant.*
- Ordinandis *Ministris Verbi.*
- Discernendis *temporibus, vt pro ratione temporis, alijs temporibus aliæ lectiones proponantur, vt alijs diebus frequentiores ac celebriores conciones habeantur, vt quibusdam diebus doctiores doceant, vt antemeridianæ horæ concionibus tribuantur, magis quàm vespertinæ.*
- Actionibus *Ecclesiasticis, vt sunt Cantilenæ piæ, Confessio fidei, Communio, &c.*

TABVLA II.


HOMINVM Ecclesiasticorum noui Testamenti in primitiua adhuc Euangelij promulgatione censebantur alij
Maiores, ac singulares, & cum miraculo: nempe
Minores, & vulgares: nempe
Apostoli immediatè à Christo ipso vocati.
Euangelistæ, Apostolorũ scribæ & comites.
Locis non alligati.
Prophetæ, rari & singulares visionibus, magis locis, quã personis alligati.
Prima & necessaria Ecclesiarũ seminaria, quæ iam cessârunt. His subalternabantur
Pastores & Episcopi ad publicam correctionem vel consolationem verba applicantes.
Doctores ac Prædicatores, docentes catechumenos, & puri textus explanationem.
Hi omnes locis & personis alligati, etiam nũc supersunt, tanquam custodes Ecclesiarum. Atq; hi sceolim subalternabantur
Diaconi, id est, famulãtes, ac ministri, quales septem viri selecti traduntur, Act. 6. a. 5. quorũ erat Agapis, & reliquis Ecclesiæ vsibus præesse: viduis item & hospitibus prouidere, 1. Tim. 5. c. 3.
Subdiaconi, Ministri subsidiarij, pro summa Diaconorum occupatione discretè ordinati.
Archidiaconi, hoc est, præfatorũ antesignani, certis quibusq; locis, qualium Gregorius & Hieronymus faciunt mentionem. Hic in Epist. ad Nepotianum: ille lib. Epistolarum, epist. 10.
Presbyteri, vocati à Christo etiã gubernatores Ecclesiarum, tanq; matrices & maiores, penes quos nimirũ politicæ Ecclesiasticæ censura sit. Quales quidem nec ditione, nec ætate, sed certo constare debent suffragio, probatæ videlicet pietatis ac doctrinæ viri.
Clerici, ij omnes in genere, q alebantur, vel parentum, vel publico sumtu ad ministerium assumendi: summa sanè prouisione, ne temerè sumtus erogarentur, tàm proprij, quàm communes.
Quibus cãrere, præsertim in amplioribꝰ Ecclesiis non debemus.
¶ Collectarum porrò cedebat prima pars Clericis, secunda pauperibus, tertia ædificijs, quarta captiuis egenis & aduenis, per manus Diaconorum, qui receptorum & expensorum rationem coram Presbyteris ipsi Episcopo reddebant, qui nimirum Collegio Presbyterorum, adeoq; toti Ecclesiæ præerat, nunc Antistes, nunc Rector, nunc Director, Superintendensq; dictus: cuius videlicet sermo & iussio nomine ac autoritate totius Ecclesiæ censebatur, tã in vrbibus quàm diœcesibus.
Vnde liquet, vnum eundemq; posse duas subire functiones, modò sint illæ sibi subalternantes, diuersoque temporis et personarũ respectu.
Ostiarij, propter excõmunicatos, & sceleratos, custodiæ ianuarum præfecti, vt pœnitẽtes admittãt, malæ frugis arceant ab Ecclesia.
Acoluthi, Episcoporũ comites, & pedissequi, testes videlicet & imitatores omnium eorundem factorum, simulq; ministri promptissimi.
Lectores præambuli, ac ministri Prædicatorum ex editiore loco Scripturam legentes: ita vt intra annum omnes codices Bibliorum propter familiariorem Scripturæ cognitionem perlegerent. Hi pij & solertes eligebantur, vt tradit Cyprianus lib. 2. epist. 5. de Aurelio ordinato Lectore. & libro 22. epist. 3. de Saturo.
Quibus in doctis & paruis Ecclesiis prorsus carere possumus hoc tempore.

De Templo Dei duplici.

TEMPLVM Dei duplex.

- Verũ, *seu spirituale: corda videlicet fidelium, propter Spiritum habitantem in cordibus eorum. Huius profanatores Pseudoapostolos perditurus est Deus,* 1. *Corinth.*3.c.19. *In hoc Templo sunt*
  - Sacerdotes, *quotquot Christo fidunt. Omnes enim Christiani sunt Sacerdotes: aliud tamen est, esse Sacerdotem Dei: aliud, esse Ministrum Ecclesiæ Dei.*
  - Sacrificiũ, *quod est duplex:*
    - Expiationis, *seu Propiciatorium, mors videlicet Christi: nullum enim prorsus inter fideles restat expiationis, & pro peccato sacrificium, quod amplius offeratur: vnica enim Christi hostia, vt est perfectißima, ita semper satis est.*
    - Eucharisticum, *seu gratiarũ actionis, & est duplex:*
      - Ministrorum *Verbi, qui tum maximè sacrificant, cùm Euangelij prædicant mysteria. Quemadmodum enim Sacerdotes Aaronici pecudes mactabant in oblationem Domino, sic Apostoli ac Præcones Verbi gladio Euangelij iugulant belluinos hominum affectus in suauitatem odoris Domino.*
      - Auditorũ *verbi, quorũ sunt spirituales hostiæ, vt*
        - Mortificatio *ipsa carnis, vt pro variis animantium generibus mactent affectus mundanos, brutosq́, libidinem, superbiam, iram, inuidiam, luxum, auaritiam, Rom.*12.a.2. *&c.*
        - Fides, *qua credimus Christi hostiâ nostra peccata ablata esse.*
        - Fructus, *fidei, vt*
          - Gratiarum actio, *seu hostia laudis, Hoseæ* 14.a.3.
          - Beneficentia, *Hoseæ* 6.a.2.
          - Timor *Dei,*
          - Innocentia, Castitas,
          - Sobrietas, *&c.*
  - Ara *sacrificij, quæ iuxta genus sacrificij duplex est:*
    - Crucis, *super quo sacrificauit Christus, cuius nos semper mores esse debemus.*
    - Pectoris *sinceri, seu fidelis, super quo Christiani spiritualiter sacrificant.*
- Corporale, *vbi cœtꝰ Christianorũ conuenit. In hoc Templo debent esse:*
  - Populus *Christianus, seu Ecclesia, vt pueri, adolescentes, iuuenes, senes, &c.*
  - Lauacrũ *populi Christiani, seu Baptismus, quo Deus testatur, se remisisse peccata, ac purgasse illos, qui credunt. Hic tria spectanda:*
    - Visibile, *terrenum, seu signum, aqua videlicet.*
    - Inuisibile, *res cœlestis & signatum, ablutio, regeneratio, & adoptio in cœtum filiorum Dei. Signum Baptismi breui perficitur: verùm significatio eius, demersio videlicet peccatorum, & noua vita per totam vitam durare debet, vt nihil aliud haec tota vita sit, quàm perpetuus Baptismus spiritualis, donec inriamur.*
    - Fides, *qua credimus nobis remissa esse peccata, nos mundatos esse ex Dei gratia per Christum.*
  - Mensa *Domini, quæ est duplex:*
    - Materialis, *quæ duplex est:*
      - Pauperum. *Is enim mos apud veteres obseruabatur, vt post recitatum symbolum, Pastor Ecclesiam inuitaret ad misericordiam, vt quilibet pro suis facultatibus aliquid in ærarium conferret pauperum. Eam sacri portionem nuncupabant Offertorium. Ac quò commodius id fieret, mensa in Templo ponebatur, vt si quid quisquam conferre vellet, hic reponeret. Et Pontius Paulinus docet mensam in Templo poni solitam pro pauperibus cibo reficiendis, quam & Domini mensam appellat, & à Domino postũ. Meminit huius beneficentiæ & Tertullianus in Apologia, cap.*39. *Atque hæc veteribus ἀγάπαι, sine dilectio dicta est.*
      - Cœnæ *Domini, super qua Sacramentum Cœnæ distribuitur.*
    - Formalis, *ipsa Cœnæ Domini administratio, iuxta Christi institutionem, adeoque totum Cœnæ Domini negotium. In illa enim proponuntur cœlestes epulæ ad reficiendam animam. Vide* 1. *ad Corinth.*10.d.21. *Hac appellatione vsa est & Nicæna synhodus.*
  - Cœna *Domini, & seq. Vide literam A.*
  - Liber *Templi, seu sacra Scriptura, Prophetarum ac Apostolorum scripta, quæ quotidie per Verbi Ministros explicari diligentißimè debent.*
  - Turris *Domini: id est, inuocatio nominis Dei. Huc quotidie confluit populus Dei, vt diuino auxilio fretus hostes suos arcere possit.*
  - Imago *Christi, Verbi prædicatione depicta,* Gal.3.a.1. *Cuius sanguine Christi populus aspergitur, vt purificetur.*
  - Crux *Christi, Verbi prædicatione in altum leuata, vt omnes, qui sacris intersunt, eam intueantur, ac saluentur.*

Verbi, quo alitur & confirmatur cor hominis fidelis, Luc. 14. g. 34.

A. Cœna Domini, quæ est duplex.

Sacramenti: hoc verò Cœna appellatur, vel à communione vescendi: omnes enim ad has epulas inuitamur, vel quòd in illa spiritualiter pascamur, ac famẽ, ac sitim spirituale propulsemus. Hic cõsidera:

Quid detur. Datur enim

Res terrena, seu signum visibile, panis & vinum: quæ quidem etsi in suâ maneant substantia, interim tamen propter vnionem Sacramentorum, & vt euidentiora sint omninò signa rerum signatarum, sortiuntur nomina, vt iam panis Cœnæ non sit communis, seu profanus, sed sacrosanctus, sacramentalis, mysticus & spiritualis.

Cœlestis res, seu inuisibilis, & signatum: corpus scilicet & sanguis Domini traditum, & effusus pro nobis, verbum, operatio Dei simul cum elemento, & per Christum parta salus & peccatorum condonatio.

Quomodo detur. Sacramentaliter: tota enim actio sacramentalis est, non communis, aut profana.

Quomodo accipiatur, seu quo medio? Vt materia Sacramenti duplex est, ita duobus medijs hoc Sacramentum percipitur, ore & fide. ore, externa elementa sumimus: fide, res signatas. Prior manducatio corporalis est, quæ pijs & impijs communis est, licet ratione diuersa. Alij enim indignè panem Cœnæ edunt: & licet Sacramenta corporis & sanguinis ore edant, ac bibant, corpus tamen Christi nequaquam edunt, nec sanguinem eius bibunt. Altera spiritualis est, quæ piorum tantùm est, qui non solùm symbola dentibus premunt, sed etiam intus in mentibus suis corpore & sanguine Christi per fidei manducationem pascuntur. Cæterùm non hîc physicam corporis præsentiam aperimus, sed mysticam, seu sacramentalem.

Quibus detur. Toti Ecclesiæ: verùm cùm in Ecclesia sint pij alij, alij impij, impij Sacramentum tantùm, sine rebus signatis percipiunt, pij Sacramentum, vnà cum rebus signatis. Corpus enim quod corporis est, accipit: anima verò, seu spiritus, quod spiritus est, comedit. Ore corporis rem corporalem accipimus: nempe verum panem & verum vinum. Ore verò animæ, id est, fide, verum Christi corpus, & verum sanguinem edimus & bibimus, idq; spiritualiter. Impij cùm fidem non habeant, ac propterea spirituales non sint, sed animales tantùm, rem corporalem tantùm accipiunt, ac signis tantùm visibilibus pascuntur: propterea hi Cœnam Domini indigne manducare, & ob id iudicium sibi manducare & bibere ab ipso Paulo dicuntur.

De Domo Dei.

Quid sit Domus Dei. Ecclesia videlicet Dei viuentis, columna & stabilimentum veritatis, 1. Tim. 3. d. 15.

Qualis sit hæc Domus Dei. Cœlestis scilicet, spiritualis & perpetua: nam inquit Christus, Filius manet in domo in æternũ. Terrena domus non poterit esse sempiterna. Quòd si sempiterna est hæc domus, nec cesse est, vt domestici quoq; illius sempiterni sint, nec morte corporis ab hac domus felicitate repellãtur.

Quis huius Domus Paterfamiliâs sit. Non homo quispiã, sed Deus omnium Maximus, omnium Prouidentissimus, & Optimus. Magna certe gratia Dei est, quòd Deus omnium Sanctissimus & Purissimus, omnium Maximus, ac Potentissimus, Incomprehensibilis & infinita illa Maiestas, domum sibi in terris, in carne nostra mortali tot peccatis & miserijs obnoxia, non est dedignatus eligere, quam ipse inhabitet.

Qui sint domestici illius. Homines quidem miseri & peccatores, quod ad naturæ corruptionem attinet: fide tamen Deo ipsi coniunctissimi, Matth. 10. d. 7. Ephes. 2. d. 1.

Loci decem.

Quę sint actiones, seu opera Patrisfamiliâs erga domesticos suos.

Cœlesti & infinita pinguedine satiare, & bonitatis suæ fluentis potare eos, Psal. 36. g. 9. Nulla hîc desideratur ad alendum & pascendum opulentia.

Vocare paruulos suos ad institutionem veræ ac cœlestis sapientiæ, Prouerb. 9. d. 5.

Sub vmbra alarum suarum domesticos suos custodire. Nulla hîc deest ad protegendum potentia.

Sapienter, & ad domesticorum suorum commodum omnia sua negotia domestica administrare, etiamsi diuersum appareat.

Quæ domesticos Dei deceant, vt dignè ac piè in hac Domo versentur.

Submissio animi.

Fides in Deum.

Agnitio gratiæ Dei.

Gratiarum actio.

Inuocatio.

Vsus verus & legitimus cœlestium donorum.

Obedientia.

Dilectio erga Paterfamiliâs.

Charitas erga consortes domesticæ familiaritatis.

Animus dispensationem Domus Dei non fastidiens, sed boni consulens. Dispensationem enim Domus, ac gratiæ, velut almoniæ mensuram, pro voluntate sua distribuit cuilibet, liberrimè agens Paterfamiliâs.

An Domus hæc Dei, & seq. Vide literam A.

An Domus hæc Dei noui tantùm Testamenti sit, an veteris etiam. Eadem est Domus Dei cùm ante, tùm post Christum natum, idem Paterfamilias, idem Dominus, eadem gratia, eadem fides, eadem felicitas, eadem prouidentia. In hac Domo fuerunt domestici omnes veteris Testamenti pij, ab Adam vsq; ad Christum. In hac domo Minister fidelis fuit Moses, Hebr.3.c.16. Ministri fuerunt Prophetæ, & post eos Apostoli, quibus nos etiam, qui in Christum credimus, & ei fideliter ministramus, coniungimur, Ephes.2.d.30.

An soli filij sunt in hac Domo, & non etiam serui? Sunt in hac domo non filij tantùm, sed & serui, 2. Tim.2. d.20. In magna domo, &c. Serui, inquam, peccati, de quibus loquitur Christus, Ioan.8.d.35. Sed serui tandem è domo eijcientur. Eijcit eos Paterfamilias partienlariter quos vult, & quando vult, generaliter eijciet omnes in die Iudicij.

A. An omnes serui tandem è domo hac Dei per Patrem familiâs eijcientur, cùm Christiani serui sint Dei? Distinguendum est inter seruos peccati, & seruos Dei. Serui peccati non manent in Domo, manent verò serui Dei: verum non tanquam serui, & ob eam causam, quòd serui, sed quòd liberi sint, ac filij. Dignitas enim & felicitas hæc, quòd in Domo Dei perpetuò manent fideles, non seruitutis nostræ officiositati, sed adoptionis ac libertatis gratiæ debetur. Nam etiamsi cuncta feceritis, inquit Christus, dicite: Inutiles serui sumus, & fecimus quod debuimus, Luc.17.v.10.

Quorum sit eijcere seruos è Domo Dei? Non est liberorum hæc potestas, vt eijciant seruos è Domo Dei: cuius verò est, cuius est & recipere in domum suam seruos, & ex seruis reddere liberos, ac filios. Is est primogenitus Dei, & Dominus paternæ Domus, Ioan.8.d.39. cui data est omnis potestas.

¶ De Excommunicatione alia est consideratio, & talis, quæ magis ædificationem & salutem excommunicandi, quàm electionem ac prohibitionem respiciat. Pontifex Romanus sumsit sibi hanc potestatem eijciendi quos vult è Domo Dei, eos potissimùm, qui tyrannidi ac nequitiæ eius subesse nolunt. Eijcit verò non seruos, sed filios: non filius, sed seruus & filius peccati, 2. Thess.2.c.11.

De Ciuitate Dei.

LOCI septem.

Quid sit. Ecclesia videlicet, quæ tota Conditori est addicta, adeò vt nihil, nisi ex eius voce & imperio sibi faciendum putet, suaq; tum publica, tum priuata studia ad illius gloriam & laudem amplificandam accommodet.

De structura Ciuitatis Dei. Hic disce,

A quo constructa sit hæc Ciuitas. A Deo, Psal.102.c.17. Vbi Sionis, seu Ecclesiæ ædificatio Deo tribuitur. Quapropter agnoscendum est, nec hodie ædificationem spiritualis Sionis alterius esse posse, quam Domini, vt frustrà humanis viribus ædificetur, nisi ædificetur à Domino. Vtitur ille quidem Ministris suis ad perficiendam hanc structuram, opus tamen non Ministrorum, sed illius est, 1.Cor.1.a.5. Psal.127.

Per quem ædificetur. Per Filium Dei IESVM Christum.

Quomodo. Id per collationem terrenæ illius Hierusalem cognosci facilè potest. Vt

Illa sic erat ædificata, vt esset ad illam ascendendum propter loci situm, Psal.122.a.4.87.48.a.4. Sic Ciuitas Dei, quæ Ecclesia est, sic est ædificata, vt non nisi ascendendo ex huius vitæ fæcibus per sanctitatem spiritus accedi possit. Terreni homines illò non pertingunt. Iam vt Ciuitas in monte sita non ad hoc est in edito loco structa, vt mortalium conspectum fugiat, imò etiamsi cupiat occultari, pro natura tamen loci abscondi nequit: ita Ciuitas hæc, ac doctrina etiam illius ad hoc instituta est, vt nec debeat, nec possit etiam occultari, Matth.v.c.19.

Muri terrenæ Hierusalem fuerunt magni & alti, ita & Ciuitatis Dei: est enim hîc protectio Dei firmissima.

Quando ædificari cœpta. Ab initio. Vide Genes.1.& 2.

Ad quid extructa. Id etiam per collationem terrenæ Hierusalem intelligitur, vt terrena Hierusalem.

Ad hoc constructa erat, vt esset Ciuitas populi Dei, conuentibus illius deputata, Psal.122.a.4. Sic Ecclesia ad hoc est ædificata, vt illic populus electorum in hac vita votis fidei conuenirent.

Cultum diuinæ laudis habebat: ita Ecclesia constituta est, vt Dominum Deum glorificet, Psal.122.a.4.

Quod sit fundamentum Ciuitatis. Christus, Matth.16.c.18.1.Cor.3.c.19.

Quæ sit porta Ciuitatis. Idem Christus IESVS: nemo enim ad Patris cognitionem venire potest, nisi per illum.

Quousque protendatur hæc Ciuitas. Vsq; ad terminos terræ, Psal.2.c.8.Esa.49.a.6.

De iure Ciuitatis Dei, &c. Vide literam A.

A. Do

- De iure Ciuitatis Dei. Hoc duplex est:
  - Quid sit hic ius ciuile. *Verbum Dei scriptum, cui ex æquo omnes Respublicæ Christianæ, siue Ecclesiæ societates parent.*
  - Vnum hic esse Legislatorem, Deum Optimum Maximum.
  - Hoc illud ius esse, ex cuius præscripto hic Legislator noster mundum vniuersum iudicabit.
  - Ius ciuile. Hic disce:
    - Nullas prorsus alias leges hominum animis imponendas esse, neque quicquam vel quicquam illis adjcere, vel detrahere sine sacrilegio & profana audacia posse.
    - Dominum Deum, qui hanc Ciuitatem condidit, iuris istius ciuilis ad conscientias pertinentis, & à se constituti, certos interpretes voluisse rite constitui, quorum munus esset, in singulis cœtibus conscientias ciuium partim voce, exemplo & oratione ad eas leges cognoscendas & probandas adducere, partim etiam doctrina & coertionibus quibusdam, quarum ipse formulam constituit, ex Senatus Ecclesiastici sententia, in officio continere.
  - Municipale, quod est duplex:
    - Cæremoniale, quod pro locorum & personarū ratione, variari necesse est.
    - Iudiciale, quod peculiares singularū ciuitatum leges ad ciuilem vitam, & mutua hominū inter se cōmercia spectantes habet. Hic disce:
      - Voluisse Deum aliquos esse vindices ac custodes in singulis ciuitatibus, quorum sit politicas leges condere: ea tamen adhibita moderatione, vt nihil constituant, quod iuri illi diuino aduersetur. Item, vt tàm ipsius Verbi Ministros, quàm cæteros pios homines idoneis præsidijs tueantur, vt doctrinam Verbi fideliter exponendam, expositam à suis omnibus obseruandam curent, cæremonias pias conseruent, &c.
      - In his, quæ ad Dei cultum spectant, atque mutuam hominum inter se charitatem, nec Magistratus, nec alios potestatem legum condendarum habere. Neque enim ferre potest Deus, quemquam hominum arrogantiæ, præter se vnum dominari.

A. De Magistratu Ciuitatis Dei. Is est vel

- Superior, vt Deus Legislator in his maximè, quæ ad eius cultum, & mutuam hominum charitatem pertinent.
- Inferior, vt homo à Deo ordinatus, vt cæteris præsit, ac cæteris fidei suæ commissis præeat, ad Dei gloriam & laudem prædicandam. Id autem vt præstet, curare præcipuè debet, vt quæcunque ad Dei cultum pertinent, ex ipso ipsius verbo sanctè & religiosè non modò constituantur, sed etiam custodiantur. Deinde, vt ciuiles leges quàm æquissimas & iustissimas: id est, à Dei verbo non dissidentes, vel ipse condere, vel ab alijs positas tueri, curet.

Quę sint insignia Ciuitatis Dei.

- Conuentus populi fidelium. *Conuenitur enim hic à fidelibus, velut vnius corporis membris. Conuenitur eadem fide, spe & charitate: conuenitur cum gaudio, & spiritu voluntario, idq; in Domino, Psal. 122. a. 4.*
- Concelebratio nominis Dei. *In hoc enim viget laus Dei, celebratur & prædicatur nomen Dei, Psal. 122. a. 4.*
- Iusta iudicia. *Studetur enim hic veræ iustitiæ, & ad illius conseruationem exercentur recta & incorrupta iudicia, Psal. 122. a. 5.*

Quæ sit gloria huius Ciuitatis. *Gloria ex eo est, quòd nomini & gloriæ illius supremi Magistratus Dei Optimi Maximi consecrata est: etiamsi iuxta seculum quàm minimus sit ipsius splendor, & mundanæ fortitudinis robur.*

Quæ sint metæ Ciuitatis Dei.

- Bonitas,
- Fides,
- Iustitia,
- Pax.

} De quibus Psal. 85.

De Iustificatione.

TABVLA I.

Loci duo.

- Quid *sit iustificare. Hic disce:*
  - Latinis *iustificare idem esse, quod iustum facere, quemadmodum magnificare, facere magnum, sanctificare, facere sanctum. Et hic locis huius sensus placuit Scholasticis Theologis, quem etiam nunc sectatores illorum concordes retinent. Augustinus quoque locis aliquot constanter verbum iustificandi exponit, hoc sensu, cùm dicit: Credens in eum, qui iustificat impium: id est, ex impio pium facit. Verùm Apostolus Paulus, ex cuius potissimum scriptis doctrina hæc Iustificationis desumta est, vsus est verbo iustificandi, non eo sensu, qui Latinis auribus probetur, sed quo vtitur illo sacra Scriptura, secundùm morem Linguæ sanctæ, in qua fuit & natus, & educatus, & institutus. Hinc verbum Iustificare idem est, quod à culpa absoluere, & iustum pronunciare.*
  - Iustificare *in Scripturis diuersimodè accipi, personarum, quæ iustificant, & quæ iustificantur, respectu.*
    - Deus *dicitur hominem iustificare, quod nihil est aliud quàm à peccatis per gratiam remissionis absoluere, & ab illorum reatu liberare, iustum pronunciare, ac pro iusto habere. Sic Exodi 23.a.7. Quia non iustificabo impium. Et in Psal.142.a.2. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: id est, nemo habebitur coram te iustus & innocens. Lucæ 18. c.14. Et descendit hic iustificatus: id est, à peccatis absolutus. Lege Actor.13.f.31.39. In Romanis & Galatis. Tit.3.b.7. Dicitur autem non solùm Christus iustificare, hoc modo, sed & tota Trinitas, 1. Cor.6. b.11. Iustificati estis per nomen Domini* IESV, *& per Spiritum, &c. Sic iustificat nos Deus Pater in Filio suo per Spiritum sanctum. Hac significatione dicitur & Iudex absoluere, seu iustificare impium, Proverb. 17.c.15. Dicitur etiam Deus hominem iustificare, pro, iustum declarare, & comprobare, vt in Iacobo.*
    - Spiritus *Christum iustificare dicitur, quod testimonio Spiritus iustus declaratus, & comprobatus sit, 1. Tim.3.d.16.*
    - Populus *Deum iustificare dicitur, Luc.7.c.29. Quod non est aliud, quàm agnoscere & approbare iustitiam Dei, vel pro iusto declarare: vt Psal.51.a.6. Vt iustificeris in sermonibus tuis, &c.*
    - Doctores, *multos iustificare dicuntur, Daniel.12.a.3. id est, ad iustitiam instituere, quod faciunt in Ecclesia Verbi Ministri.*
    - Hypocritæ *seipsos iustificare dicuntur, Luc.10. c.29. 16. d.15. pro iustitiam simulare.*
    - Verba *hominem iustificare dicuntur: id est, declarare iustum, bonum, &c. Matth.12.c.31. Diligenter considerandum, qua significatione & sensu verbum iustificandi accipiatur, id quod ex aduncto facilius cognoscitur.*
- Quomodo *iustificat nos Deus. Hic disce:*
  - Deum *sic nos iustificare, vt remittat nobis peccata, tegat illa, nec imputet amplius: sed imputet magis iustitiam, non nostram, quæ nulla est, sed quæ est Filij ipsius, & hac nos imputatione iustitiæ saluos reddat, & beatos.*
  - Remissionem *peccatorum à iustificatione non esse separandam: iustificamur enim: id est, à peccatis absoluimur, & pro iusto habemur, non propter nostram iustitiam, sed per gratuitam remissionem.*
  - Iustificationem, *quæ gratuita remissione peccatorum constat, per omnem vitam nostram esse necessariam, ne quis iustificationem, vbi denuò peccatur, non iam fide: id est gratis, sed operibus: id est, satisfactione, constare putet.*
  - Duplicem *Deo esse Thronum: iudicij vnum, gratiæ alterum. Ad Thronum iudicij pertinet, quòd condemnat impium. Ad Thronum gratiæ, quòd impium non condemnat, quod iustè facere poterat: sed misericorditer à reatu peccatorum absoluit, & iustificat.*

TABVLA II.

QVAE causae Iustificationis:

- Efficiens: *bonitas, dilectio, gratia, misericordia, Rom. 3. d. 24. Tit. 3. Eph. 2. Quemadmodum enim electionis, redemtionis, & vniuersæ salutis nostræ, ita & iustificationis nulla potest alia dari causa, q. diuinæ bonitatis, dilectionis, misericordiæ, & gratiæ voluntas, qua quos voluit, ante mundi constitutionẽ elegit: quos elegit, prædestinauit: quos prædestinauit, vocat, iustificat, & glorificat. Non igitur iustificamur ꝓpriæ iustitiæ, vel præcedentiũ meritorum, vel futuræ satisfactionis respectu, sed gratis dono Dei.*
- Materialis, seu medium, *in quo: Christus cum suo sanguine, quem Pater misit Redemtorem, Mediatorem, Reconciliatorem, & Seruatorem, Rom. 3. 5. c. 10. Iustificamur autem per Christum totaliter, non quòd partim ille, partim nos pro peccatis nostris satisfaciamus. Quod, quid est aliud, quàm opus salutis nostræ non integrum Christo, sed dimidiatum relinquere, ac gloriam quoque illius infringere, quo caro habeat vnde glorietur.*
- Formalis, seu instrumẽtalis causa: *fides est è verbo concepta, non opera. Hic disce:*
  - Fidem *iustificantem, esse fiduciam in sanguinem Christi, vel fiduciam promissionibus Euangelij de Christo inmitentem.*
  - Per *historicam fidem non contingere iustificationem, alioqui iustificaretur & Diabolus, qui & ipse credit, nec quicquam de historia Christi dubitat.*
  - Aliud *esse, esse solam, & aliud iustificare solam fidem. Solam, id est, inefficacem, sine fructu bonorum operum esse non dicimus. At quantumuis non sit sola, sola tamen iustificat. Iustificat enim, non quatenus efficax est per dilectionem, sed quatenus misericordiam Dei & absolutionem à peccatis & condemnatione, apprehendit. Alioqui perinde est, ac si dicas: Bonitas arboris non sola, sed vnà cum fructibus fertilem facit arborem.*
- Finalis:
  - Vt *gloria iustitiæ, id est, bonitatis Dei ostendatur, & illustretur, Rom. 3. & 4. a. 2.*
  - Pax *conscientiarum nostrarum, Rom. 5. Vbi obtinet pax ista, ibi non est locus dubitationi, quam docent Scholastici. Dubitatio enim & pax ex diametro pugnant.*
  - Gloriatio *in afflictione, Rom. 5. a. 3.*
  - Sanctimonia *vitæ, & studium iustitiæ, Rom. 6. d. 21. 1. Cor. 6. c. 11.*
  - Gloria *iustificatorum: quos enim iustificauit, hos & glorificauit.*
  - Salus *& vita æterna, Tit. 3. c. 7. Vt iustificati illius gratia, hæredes simus iuxta spem vitæ æternæ.*

TABVLA III.

LOCI tres.

Quid nomine. Vbi obserua quatuor loquendi formas: vt, Quid sit iustificari

- Coram *Deo. Is enim iustificari coram Deo dicitur simpliciter, qui iudicio Dei & censetur iustus, & acceptus est ob suam iustitiam. Talis vnicus Christus inuentus est. Vnde Dauid: In conspectu tuo non iustificabitur omnis viuens, Psal. 142. v. 2.*
- Coram *hominibus quid sit. Is enim iustificatur coram hominibus, cuius vitam & actiones approbant homines: quæ sanè iustificatio, iustificationis vitæ, quæ est ex fide, fructus esse debet.*
- Operibus. *Is enim iustificatur operibus, qui suorum operũ perfectione & integritate satisfacit Legi Dei, adeoq. respondere potest Dei iudicio. Talem neminem mortalem esse docet Paulus, cum inquit: Ex operibus Legis non iustificatur omnis caro, Gal. 2 v. 16.*
- Fide. *Is enim iustificatur fide, qui operum iustitia excluſus, Christi iustitiam per fidem apprehendit: qua vestitus in Dei conspectu, non vt peccator, sed vt iustus apparet, Rom. 3. d. 20. Gal. 2. c. 16. 3. 4. a. 6. &c.*

Quid *sit iustificatio Christiana. Est enim credentis personæ in Christũ absolutio à peccato, vel reatu, imputatio iustitiæ Christi, & acceptatio ad vitam æternã, gratis propter Christũ. In hac definitione quinque sunt. 1. loco fidei fit mentio, quo recipiũtur oblata beneficia. 2. Absolutio à peccato. Nam cùm Deus iustificat impium, non facit vt impij Iudices, qui impium hominem iustificant: cuius tamen impietas manet: sed Deus impietatem tollit, remittendo peccatum, atq. ita ex iniusto fit iustus, remisso peccato, iuxta illud, Psal. 32. v. 1. Beati quorũ remissæ sunt iniquitates, &c. 3. Sequitur imputatio iustitiæ Christi. Huius enim sanguis, mors, passio, resurrectio, adeoq. tota obedientia, materia & fundamentum est nostræ iustificationis. Hinc Paulus Rom. 5. c. 19. Sicut per inobedientiam vnius, peccatores constituti sunt multi, sic per obedientiam vnius iusti constituentur multi: vnde sequitur, iustitiæ qualitatem esse in Christo, sed nobis imputari, quod illi proprium est. Nam ad eundem modum iusti sumus coram Deo, qualiter Christus fuit peccator. Personã enim nostrã quodam modo suscepit, vt reus nostro nomine fieret, & tanq. peccator iudicaretur: non proprijs, sed alienis delictis, cum purus foret ipse, & immunis ab omni culpa, pœnamq. subiret nobis, non sibi, debitam. Ita nunc iusti sumus in ipso, non quia operibus nostris satisfaciamus Legi Dei, ac iudicio, sed quia censemur iusti, Christi iustitiã, quã fide induimus, vt nostra fiat. Hinc 2. Cor. 5. v. vlt. Eum qui non nouit peccatum, fecit peccatum pro nobis, vt nos fieremus iustitia Dei in ipso. 4. Fit mẽtio acceptationis personæ ad vitã. 5. Additur, Gratis, vt omnia humana merita cõticescãt.*

Quomodo *dicitur, quòd sola fides iustificet, cùm tamen solus Deus iustificet? Particula* SOLA, *propriè ac rectè sui ordinis causæ, si vna tantùm adest, accommodari potest, quæ non excludit causas concurrentes, sed tantùm distinguit & discernit ordines causarum iustificationis. Rectè ergo dicitur, Sola fides iustificat, quia ipsa vnicum instrumentum est, qua recipitur iustitia Christi. Ad eundem modum de cæteris dici potest: nam cum attenditur causa efficiens imperans, rectè dicitur, Solus Deus iustificat. Si materia consideratur, rectè dici potest, Sola obedientia Filij, vel Christus solus iustificat. Quare in his formulis loquendi diligentia adhibenda est, vt distincte intelligatur, qua ratione prædicatum subiecto tribuatur, ne causas confundamus.*

TABVLA IIII.

REGVLAE, ex quibꝰ peti possunt solutiones argumentorū, quæ aduersarij obijciunt contra veram iustificationis doctrinam. Quarum

Testimonia *de Iustificatione & Bonis operibus alia sunt Legalia, alia Euangelica. Legalia aut concionantur de iustificatione legali coram Deo, aut de promissionibus legalibus, aut de minis, quæ intentantur Legis transgressoribus. Legalis iustificatio impossibilis est, teste Dauide & Paulo. Quoties igitur citantur loci legales, Scripturam primum oppone: deinde mentem Scripturæ declarabis. Nam illa testimonia iustitiæ legalis primùm docent, qualisnam iustitia consistat coram Dei Tribunali: nempe plena & perfecta Legis obedientia: deinde nostram maculam ponunt nobis ante oculos, qui peccatis adeò inuoluti sumus, vt non possimus præstare obedientiam Deo iuxta ipsius Legem. Tertiò illa testimonia nos commonefaciunt, vt quæramus aliunde iustitiam, nisi malimus perire: atq; ita quodammodo nos ad Christum mittunt, qui est Legis perfectio ad iustitiam omni credenti. Quartò, ista testimonia admonent, vt nacti iustitiam Christi, incipiamus nouam obedientiam secundùm Legem præstare, quam plenè præstabimus in æterna vita. Testimonia Euangelica de iustificatione, alia pertinent ad causas iustificationis: alia ad effectus: id est, vel ad nouam animi qualitatem iustificatorum, vt 1. Ioan. 3. a. 7. Qui facit iustitiam, iustus est: vel ad externa signa & indicia iustificatorum, vt Zacharias & Elizabeth ambularunt in omnibus iustificationibus coram Deo, &c. Vel ad remunerationem obedientiæ, quæ nemini conferri potest, nisi prius fide iustificato. Vel ad compensationem ærumnarum & afflictionum, quas ferunt pij in hoc mundo, Rom. 8. Vel ad eorum probationem operis ex fide facti. Si quis huius ordinis testimonia confundit, & non discernit inter eum gradum, qui agit de causis iustificationis, & sequentes, qui ad iustificationis effectus referri debent, tota errat via, & confundit Legem cum Euangelio. Imò & Euangelium tollit, & Christi gratiam negat. Quare hi ordines testimoniorum cum suis gradibus diligenter obseruandi, & discernendi sunt, ne in causarum & effectuum confusionem incidamus.*

In *rebus aliud est substantia, aliud qualitas. Cum itaq; disputamus de iustitia fidei, non disputamus contra substantiam bonorum operum, sed contra qualitatem, quam illis falsò tribuunt Sophistæ, qui bonis operibus contendunt iustificari homines ex iustificatione vitæ. Non igitur spoliamus homines operibus bonis, sed peruersam fiduciam operum damnamus.*

Aliud *est disputare, quid per se valeant bona opera: aliud, quo loco post stabilitam fidei iustitiam habenda sint. Si de operibus statuendum est pro sua dignitate, indigna sunt, quæ in conspectum Dei prodeant. Sed quatenus considerantur, vt sequuntur iustitiam fidei, non à suo merito æstimationem habent, sed à gratuita bonitate Dei, recipientis opera propter personam placentem Deo per Christū. Hac ratione quæ fiunt à fidelibus bona opera, iusta censentur.*

Sententiæ *de præmijs bonorum operum duplicem habent respectum. Aut enim ad renatos, aut ad non renatos referuntur. Si non renatis accommodantur, iudicium Legis proponunt de præmijs bonorum operum, sed conditio annexa impossibilis: nempe, qui fecerit ea, viuet. At si renatis huiusmodi sententiæ accommodantur, tria sunt perpendenda sunt. Primùm quòd rigor Legis sit ipsis sublatus, qui in tribus consistit: quòd obedientia non placet, nisi perfecta: quod vita non promittitur, nisi Legem facientibus: quòd damnatio denunciatur transgressoribus, vel in minimo. Deinde perpendendum, quòd persona credens placet Deo, & est hæres vitæ æternæ. Tertiò, ab hac credenti persona requirit Deus obedientiam, & promittit mercedem, non ex merito operis, sed ex gratia, propter paternam promissionem.*

Cùm *iudicandum est de aliquo opere particulari, vel ex qualitate operis in se, vel ex qualitate personæ iudicandum est. Si ex qualitate operis iudicandum est, nullum hominū opus satisfecit Legi Dei: quare inde iustitia esse non potest. Vel ex qualitate personæ de operibus iudicandum est, atq; ita persona operās, aut fidem habet, aut nō habet. Si fidem habet, placet opus secundùm Legem Dei factum, & censetur iustum: si autē persona faciens opus caret fide, nequaquā potest opus eius placere Deo.*

Iustitia *Euangelij non est proponenda impœnitentibus, sed tantùm requirenda est ab illis Legis obedientia, additis promissionibus & minis. Pœnitentibus solis & agnoscentibus suam commeritam damnationem iustitia Christi, quæ fide accipitur, est proponenda. Sic Christus Matth. 19. Mar. 10. Luc. 18. Impœnitenti proponit Legem: sed Luc. 7. v. 37. 38. &c. paueuti ob peccatum, & confugienti ad se mulieri, proponit iustitiam fidei, quæ est remissio peccatorum gratuita.*

TABVLA V.

LOCI quatuor.

- Quid *sit Iustificatio. Est enim acceptio gratuita, qua acceptamur à Deo gratis, credentes propter Filium Dei.*
- Quæ *causæ:*
  - Efficiens
    - Principalis *est voluntas Dei, respiciens non gratis propter Filium.*
    - Instrumentalis: *id est, qua re accipitur iustificatio, fides est: quia fide applicatur nobis illa iustificatio.*
  - Materia, *in qua est mens, cor, voluntas hominis credentis.*
  - Formalis *est ipsa imputatio.*
  - Finalis, *est remissio peccatorum, donatio Spiritus Sancti, nona vita.*
- Quæ *cognata:*
  - Vita *æterna.*
  - Donatio *Spiritus Sancti.*
- Quæ *pugnantia:*
  - Hypocrisis.
  - Tota opinio, vel omnes opiniones aduersariorum de doctrina Iustificationis.

De Re-

De Remissione peccatorum.

TABVLA I.

Quid *sit remitti peccatum. Est enim quando peccatori clementer ignoscitur: retineri verò quando nõ ignoscitur, sed pœna exposcitur. In peccato sunt tria: factum, iniquitas vel culpa, & reatus. Factum ipso actu transit, iniquitas manet, illi reatus vel debitum cohæret, quo rei sumus condemnationis & meriti supplicij. Cùm ergo peccatum remittitur, non remittitur factum, quod aliàs per se euanuit, sed iniquitas facti, vna cum reatu ac debito: propter iniquitatem, vel transgressionem, vel inobedientiam. Vocatur factum, quod iniquè admissum est, peccatum, & propter reatum appellatur debitum. Quare cùm oramus: Dimitte nobis debita nostra, &c. Matth. 6. v. 12. nihil aliud petimus, quàm vt nobis peccata & iniquitates nostras Deus, per paternam clementiam, remittat, ac meritam condemnationem condonet.*

Quàm *necessaria sit peccatorũ remissio, cognoscitur,*

- Quia *nullus est, qui sit ab omni peccato purus, ne infans quidem vnius diei: concipimur & nascimur in peccatis omnes: deinde omni vita nostra iniquitatem bibimus vt aquam, Iobi 15. v. 16.*
- Quia *per peccatum morti & condemnationi reddimur obnoxij, separamur à Deo, & inimici illius efficimur, sine cuius gratia nulli hominum spes poterit esse salutis.*
- Quòd *soluendo & satisfaciendo non sumus, debitis grauissimis à prima conceptione constringimur, pro quorum ne vno quidem satisfacere poterimus. Quid ergo consequitur aliud, quàm vt remittantur nobis peccata, aut prorsus pereamus? Hinc est quòd Dauid Psal. 32. v. 1. beatos eos vocat, quibus iniquitates remittuntur. Et Christus iubet, vt pro remissione peccatorum nostrorum ad Deum Patrem clamemus, Matth. 6. 12.*

Loci quatuor.

Cuius *sit remittere peccatũ: Dei videlicet solius, quod probatur*

- Collatione *debiti & peccati: sicut enim debita remittere non potest, nisi creditor, cui debetur: Ita & peccata remittere nequit, in quem non est peccatum, sed is tantùm qui peccato est læsus. Sed quis aliena debita remittat, fallitur debitor, si credat se liberatum esse vinculo debiti, & iniuria afficitur creditor, sine cuius conscientia & voluntate debita ad ipsum pertinetia remittuntur, ac debitor ipsius absoluitur, quam remissionem mox iure suo reddit irritam, & debitum nihilosecius à debitore requirit. Sic si quis peccata in se non admissa remiserit, fallit eum cui remittit, & peccat in eum, qui læsus est, & solus potestatem habet in se admissa peccata remittendi, vel retinendi. Atque ita & reum non liberat, & offendit eum, cuius ius temerè inuadit.*
- Obiecto *peccati: in quem enim peccatur ab omnibus, illius est remittere, vel retinere peccata. In Deum autem peccatur ab omnibus: Ergo, &c.*
- Scripturis *sacris.*

Triplicẽ *esse peccata remittendi potestatem.*

- Autoritatis, *quæ solius Dei est. Ab hac omnis nostra salus dependet. Nisi enim Dominus peccata nobis remittat, frustrà remittit Minister, & frustrà nos fratribus remittimus. Si enim Minister, quem Dominus ligat, ipse absoluerit, & quem ille absoluit, ipse ligauerit, non poterit ratum esse in cœlis quod facit, quia non ad præscriptum ministerij facit, firmitudo namque remissionis ab autoritate & sententia ipsius pendet.*
- Ministerij, *quæ est per Euangelij prædicationem annunciare gratiam omnibus, qua credentibus in Christum peccata remittuntur, & iram Dei qua incredulorum peccata retinentur. Sic remittit Minister fidelibus & resipiscentibus, incredulis & impœnitentibus non remittit. Et tamen totum hoc quod facit, ad autoritatem Domini, cuius est Minister, pertinet.*
- Priuati vniuscuiusque iuris, *quæ hactenus libera est, quatenus liberum est vnicuique de iure suo cedere in gratiam proximi: quatenus verò non sumus nostri iuris, sed Domini, liberum nobis non est remittere, vel retinere fratrum peccata in nos admissa, sed mandato Domini remittere iubemur. Est autem & hoc tertium remissionis genus in cœlo ratum, si peccata fratribus non simpliciter, sed resipiscentibus, confitentibus, & veniam rogantibus remiserimus. Culpabile quidem nõ est, si etiam non resipiscentibus remiserimus, quod nos attinet: imò non remiserimus tantùm, sed & cum Domino dixerimus, Pater ignosce illis, &c. Verùm eiusmodi remissio nihil illis prodest coram Domino, qui non remittit, nisi resipiscentibus, ac veniam orantibus. Sic omnis illa remissio peccatorum, quæ ad salutem nostram est necessaria, à solius Dei gratia pendet.*

TABVLA II.

LOCI quatuor.

- Quibus *peccata remittantur*. *Omnibus quidem annunciatur & proponitur remissionis gratia, sed non omnibus contingit, verùm resipiscentibus tantùm, & verè credentibus, quorum certè modicus est numerus, respectu reproborum.*
- Quibus *conditionibus peccata remittantur*. *Etsi enim in Christo nobis remissio per verbum annunciatur, & vt donum gratiæ fide accipitur: certæ tamen conditiones sunt, sive quibus nec acquiri, nec retineri potest. Sunt autem hæ,*
  - Vera *ac constans resipiscentia, non hypocritica ac temporaria, qua fit, vt in posterũ abstineamus à peccatis. Neq; enim curatur morbus, qui semel curatus data opera renocatur.*
  - Reconciliatio, *vt reconciliemur fratribus, in quos peccauimus, & vel satisfaciamus illis, si ita fieri queat, vel vt nobis ignoscant, petamus.*
  - Ignoscentia, *cùm ipsi quoque clementiam cælestis Patris imitantes debitoribus nostris ignoscimus, omniaq; illis debita remittimus. Hanc Christus disertè expressit, cùm nos orare docuit: Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus, &c. Matth. 6. 12.*
- Quib⁹ *medijs acquiratur remissionis gratia, libera aliàs & gratuita. Medium aliud est*
  - In *quo, quod est Christus vnicus omnium Mediator, Reconciliator, & Redemtor, cui omnes Prophetæ testimonium perhibent, quòd remissionem peccatorum accipiant per nomen eius omnes, qui credunt, Actor. 10. v. 43. Petrus ad Cornelium.*
  - Per *quod, quod est duplex: Per quod*
    - Confertur, *quod est verbum gratiæ, per quod remissio annunciatur, sive publicè, sive priuatim, neque initiò tantùm conuersionis nostræ, sed per omnem vitam.*
    - Accipitur, *non modò quo capaces reddimur huius gratiæ, sed & quo, vbi offertur, eam accipimus. Capax illius est cor contritum & humiliatum. Verùm aliud est esse capacem, aliud reipsa accipere. Stomachus esuriens capax est cibi, nisi tamen capiat edatque cibum, qui esurit, non reficitur. Sic cor contritum capax quidem est remissionis peccatorum: verùm nisi illam reipsa capiat, conscientia peccati non pacatur. Capit autem illam, dum verbum gratiæ fide accipit.*
- An *omnia peccata remittantur. Hic disce,*
  - Rationem *incarnationis constare nõ posse, nisi omnia nostra peccata remittantur. Nec staret illud Ioan. 5. d. 24. Amen dico vobis, qui sermonem meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non veniet, &c. Quid enim est non remittere omnia, sed quædam retinere, quàm non in vniuersum à peccatis absoluere reum, sed illum adhuc obnoxium retinere iudicio? Qui non totum debitum, sed partem tantùm debiti remittit, vtique propter reliquam partem, quam non remittit debitorem iuri suo ac iudicio retinet obstrictum. Huc pertinet parabola Matth. 18. d. 32. Totum, inquit, debitum remisi tibi, &c.*
  - Non *posse Deo plenam ac perfectam clementiam tribui, qua omnium peccata remittat, si leuia tantùm & non etiam quæ grauiora sunt, remittat. Misericordiæ Dei nec numerus est, nec mensura, nec finis. Quare fieri non potest, vt peccatorum nostrorum vel grauitate, vel multitudine superetur.*
  - Si *Deus quædam remitteret, cætera retineret, perinde nobis pereundum esset, ac si nulla prorsus peccata remitteret. Vnicum peccatum totum genus humanum perditioni reddidit obnoxium. Quomodo non etiamnum vnico peccato, si de illo remoto sit misericordia iudicantis, condemnationis rei redderemur?*
  - Hanc *doctrinam de plenaria peccatorũ remissione, facere ad erigendam in cordibus nostris fiduciam, non pro vnius aut alterius, neq; pro leuiorum tantùm, sed pro omnium peccatorum nostrorum, etiam grauissimorum, remissione, ad Deum Patrem nostrum orandi. Item vt paratiores simus & nos ad remittendum fratribus, qui in nos peccârunt, non modò minuta quædam peccata & errata, sed omnẽ etiam, quantumuis enormẽ, iniquitatem, quandoquidem omnia nobis peccata, quibus Dei maiestatem offendimus, tam clementer remittuntur, præsertim cùm sciamus ad hanc nos gratiam ea conditione admitti, vt simili misericordia erga fratres vtamur.*

TABVLA III.

Loci tres.

An semel impetrata peccatorum remissio possit fieri irrita. Hic discе,

Nisi firma sit in sempiternum remissionis gratia, non posse salutem nostram constantem & & firmam esse. Neque enim alia nobis reliqua est ratio, per quam saluemur, si ista concidat, & irrita reddatur. Necesse est igitur vt peccata semel remissa, remissa sint in sempiternum, nisi vana sit omnis illa doctrina & promissio de vita & salute æterna per Christum humano generi parta, quod sine impietate cogitari non potest.

Quòd clementiam & bonitatem Dei concernit, sicut sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei, ita & peccatorum remissionem sine pœnitentia esse, & hactenus illa irrita fieri non potest. Fixum enim est illud: Peccatorum eius non recordabor amplius. Quod verò nos attinet, quibus peccata remittuntur, refert plurimùm, quàm constanter in gratia semel accepta permaneamus, & conditiones illi annexas seruemus.

Discernendum esse inter eam gratiam Dei, quæ nullas habet adiectas conditiones. Qualis est, quòd Solem suum producit super bonos & malos, &c. Et eam, quæ conditionaliter profertur, ad quē modum peccatorum nobis remissio contingit. Posterior hæc licet in Deo sit firma, & constans, (non ille mutatur vt homo) nostro tamē vitio irrita redditur, dum conditionibus illius non stamus.

Distinguēdum esse inter peccata, quæ per carnis infirmitatem subinde à Baptizatis admittuntur, & relapsum, quo prorsus à religione, professione, & gratia Christi in pristinā impietatem relabimur. Non quoduis peccatum præcedentem gratiam extinguit: extinguit verò reditus ad pristinam impietatem, tanquam ad vomitum. Aliud est pedes post lauacrum sordidare, & aliud est toto corpore in volutabro luti, instar suum, denuò volutari.

An non culpa tantū, sed & pœna remittatur. Hic discе,

Remitti vtrūque culpam et pœnam. Quod probatur, quia

Vera & plena remissio est, qua non modò culpa peccati, sed & pœna remittitur.

Peccatum vocatur debitum, propter reatum & obligationem ad satisfaciendum iustitiæ Dei, pro admisso peccato, & meritas pœnas. Sic autem instituimur à Domino, vt debitorum remissionem petamus, vbi debitum dimittitur à Deo, ipsa vtique obligatio, ac merita pœna, ac debita satisfactio remittitur.

Si culpam tantùm, & non etiam debitam satisfactionem, ac meritas pœnas remittit Deus, ergo nec à nobis requirit, vt debita remittamus fratribus aliter, quàm vt nihilo secius retineamus eos ad satisfaciendum nobis obstrictos. Quis autem sanæ mentis dicet, remissum esse debitum, vbi adhuc satisfactio requiritur, & debitor nondū est liberè dimissus?

Satisfactionis ratio pendet à debito. Qui nihil debet, nullo iure cogi potest, vt satisfaciat ei, cui nihil debet. Non debet autem cui debitum est remissum. Ergo remissio debiti liberum reddit debitorem, ne sit amplius ad satisfaciendum obstrictus. Causa namq; cessante, cessat & effectus.

Frustrà secundùm institutionem Domini oramus: Dimitte nobis debita nostra: si nō liberamur à debito satisfactionis, & fides, qua remissionem debitorum coram Deo credimus, non est vera fides, sed inanis opinio.

Si per Christum non est nobis plena remissio debitorum, nec est plena satisfactio. Verùm est plena remissio peccatorum: ergo & plena satisfactio.

Aliud esse pœnas, quibus diuinæ satisfaciendum est iustitiæ, & aliud castigationem, qua Dominus filios suos virga paterna castigat. Pœnæ vnà cum peccati culpa remittuntur resipiscentibus & credentibus. Castigatio verò non ita. Castigatio non infertur filijs Dei, vt per hanc satisfaciant iustitiæ Dei, sed vt erudiantur, & in posterum cautiores reddantur, ne cum hoc mundo damnentur. Fieri nō potest, vt diuinæ iustitiæ satisfiat à quoquam, ne pro vno quidem peccato. Castigari verò possumus pro omnibus, vel clementer in hac vita, si sumus ex fidelibus, vel iusto iudicio in gehenna, si sumus ex reprobis.

An post mortem quoque remittantur peccata. Id nullis Scripturæ locis probari potest. Hic enim tempus gratiæ est, hîc pœnitentiæ locus est, hîc vita vel amittitur, vel tenetur. Chrysostomus nō agnoscit supplicia post mortem nisi damnatorum, quibus nunquam peccata remittuntur.

STEPHANI SZEGEDINI
De Libertate Christiana.
TABVLA I.

Loci tredecim.

- Quid *sit. Est enim libera assertio, qua per Christum liberamur à maledicto Legis, à peccatis, & à sempiterna morte, & qua libero donamur Spiritu. Vt Sponte feramur ad optima quæque.*
- Quis *sit liber, vel liberatus. Qui liberatus à seruitute, iam libertate gaudet, cui non dominantur adhuc affectus, qui non secundum carnem viuit, & qui à Satana liberatus, iam seruit Deo omnibus diebus vitæ, in sanctitate & iustitia.*
- Qui *sint gradus, vel partes libertatis Christianæ. Quòd*
  - Liberati *sumus à Satana, peccato, ira Dei & morte æterna & iustificati per Christum.*
  - Liberati *sumus à maledicto, iure, & dominio Legis, & benedictionem in Christo habemus.*
  - Spiritu *timoris sublato, libero donati sumus Spiritu, vt Legem Dei, non coacti metu, aut pœnis, sed Sponte faciamus.*
  - Liberi *sumus ab oneribus Legis, typis & figuris, multò magis ab humanis constitutionibus.*
- Quæ *causæ libertatis.*
  - Efficiens.
    - Bonitas *Dei Patris.*
    - Gratia *Dei, non opera, aut merita.*
  - Materialis, *Christus, cũ suo sanguine: in hoc enim, & propter hunc liberãtur electi.*
  - Formalis, *Spiritus Sancti sanctificatio, seu testificatio.*
  - Finalis, *vt*
    - Simus *sancti & immaculati coram Deo.*
    - Seruiamus *Deo cunctis dieb. vitæ nostræ in sanctitate & iustitia.*
    - E regno *Satanæ liberati, hæredes simus regni Dei.*
- Qui *effectus.*
  - Libera *conscientia & pacata.*
  - Implere *Legem Dei libero Spiritu.*
  - Dominari *peccato, &c.*
- De *abusu libertatis. Abutuntur libertate Christiana, qui*
  - Carnalia *sub prætextu libertatis quærentes, iactitant se Euangelica prædicatione liberatos ab omnibus corporalibus debitis & officijs, ideoq; Dominis suis, creditoribus & magistratibus debita negant officia.*
  - Cùm *nondum acceperint Spiritum libertatis, nec à Satana liberati sint, omnibus tamen libertatem promittũt, quidquis sibi propter libertatis opinionem licere putant, ac bonis legibus & disciplinæ contradicunt.*
  - Indifferentibus *abutuntur, nec vllam infirmorum rationem habent, ac temerè offendunt eos.*
- Qualis *sit hæc libertas. Spiritualis non corporalis, sicut seruitus, cui hæc libertas opponitur, Spiritualis est. Non est ergo transferenda in libertatem carnis.*
- An *libertas hæc cum externa libertate stare possit. Maximè, 1. Cor. 7. d. 21. Id docent exempla quoque Sanctorum, qui externa etiam libertate donati, liberi fuerunt in Domino.*
- An *libertas hæc, cum seruitute externa stare possit. Vide 1. Cor. 7. d. 22. qui in Domino vocatus est seruus, libertus Domini est: Liberrimi ergo sunt sancti, quanquam in arctissima constricti teneantur custodia, victores & superiores sunt, licet vinciantur & opprimantur: Denique fruuntur voluptatibus selectissimis, etiam cùm torquentur infinitis malis acerbissimè.*
- Quis *sit liberator. Christus Filius Dei: Qui enim alios liberat, eum oportet liberum esse, nec his obnoxium, quibus constricti tenentur, qui expetunt & expectant liberationem. Nullus autem talis inuenitur in toto terrarum orbe, & in omnibus ætatibus, nisi vnus Dei Filius. Vide Ioan. 8. g. 36. Hic & liberare potest, & ius redemtionis habet, ratione proprietatis, quòd verus Deus sit: & propinquitatis, quòd verus homo.*
- Quos *liberet: Seruos videlicet. Hic disce,*
  - Qui *sint hi serui: Omnes videlicet homines seruituti peccati, & dominio Satanæ addicti, Ioan. 8. d. 34. Tales serui sunt omnes filij hominum, id supplicij irrogatum habentes, quòd in domo paterna, in cœlesti vtique patria, nulla participant hæreditate, nisi quos Filius Dei liberauerit.*
  - Vnde *liberet seruos: Ex graui illa & fœda seruitute peccati, & crudelissimo tyranno Satana.*
  - Qualis *est hæc seruitus. Spiritualis, non quòd in animo hominis duntaxat locum habeat, sed propter oppositionem: quatenus videlicet opponitur ciuili, vel corporali seruituti: alioqui enim peccatum subdidit & corpus nostrum maledictioni. Nequa animo duntaxat, sed & corpore peccamus: nam peccato omnes partes: & omnia membra corporis seruiunt. Denique & peccato afficiuntur.*
  - An *nascamur serui, an fiamus. Spiritualiter enim seruitus similitudinem habet cum corporali seruitute. Adam natus liber, factus est seruus, & sua quidem culpa: nos nascimur ex seruo serui, nascimur ex corrupto patre corrupti & peccatores, ac propter peccatum subijcimur & nos dominio Diaboli, &c.*
- Quomodo *liberauerit, & seq. Vide literam A.*

A. Quomodo

- A.
  - Quomodo liberauerit.
    - Precio *redemtionis. Precium enim pro nobis dedit sanguinem suum, & hoc precium Deo, non Satanæ dedit.*
    - Violenta *ablatione, seu manu potẽti, respectu Satanæ, cuius potentiam ac regnũ destruxit.*
  - Cui nos liberauerit: Sibijpsi. Hic disce, non
    - Esse *nobis liberum, vt viuamus nobis ipsis.*
    - Licere *nobis, vt seruiamus alteri ab eo, qui nos liberauit.*
    - Conuenire *nobis, vt iudicemus fratres. Domino enim suo stant, aut cadunt, Rom. 14. v. 4.*

De Seruitutis generibus: & à quibus seruitutis generibus liberati simus per Christum.

TABVLA II.

- Loci duo.
  - Quot *sint genera seruitutis. Seruitus alia*
    - A Deo *tradita, ac dispositа, vt*
      - Inferiorum *erga superiores, & imperitorum erga peritiores. De qua Rom. 1. a. 1. & 1. Pet. 2. b. 13. Hac ratione serui sunt vel nati, vel ære emti, vel bello capti, vel aliàs tyrannidi subiecti.*
      - Seruitus *Legis, cuius meminit Paulus Gal. 4. a. 3. vbi Legem Mosaicam in seruitutem genera sse dicit.*
    - A Satana *introducta, quæ est multiplex. Alia enim est*
      - Erroris *& cæcitatis, quæ seruitus per seductionem Serpentis est introducta. Quia enim mendacia veritatis loco recepit Eua, inducta est humano generi procliuitas: imò seruitus ista erroris, vt non solùm cæcitate & errore vetus noster Adam teneatur, sed procliuis sit ad errandum, ac difficillimus ad veritatem amplexandam: Perinde atque Noctua non solùm in tenebris agit, sed & tenebris delectatur, & lucem fugit. Lege Ephes. 4. d. 25. Tit. 3. a. 2. Huc etiam referendum est, quòd homines in causa religionis tam procliues sint ad falsos cultus, quibus se Deo rectè seruire putant.*
      - Peccati, *qua sub peccato totum genus humanũ detinetur. De qua Christus Ioan. 8. d. 41. Rom. 6. c. 12. Et hæc seruitus peccati non modò talis est, qua vi peccati dominantis in corpore nostro, ad peccandum cogamur, sed etiam qua delectemur, & ad quã cupidè propendeamus: perinde ac si quis vi inordinati amoris occupatus, scorto seruiat.*
      - Corruptionis *corporum nostrorum: De hac seruitute loquitur Paulus Rom. 8. d. 23. Et creatura, inquit, ipsa liberabitur à seruitute corruptionis, &c. Membra corporis nostri siue laborando, siue edendo & bibendo, siue vigilando, siue dormiendo, corruptioni seruiunt, cui sunt subiecta. Et hæc corruptio per peccatum, sicut & mors, est introducta.*
    - Per *Christi gratiã acquisita, quæ duplex est:*
      - Spiritus *regenerati, quo Deo seruimus in Christo, dum voluntati illius non coactè, sicut reprobi, sed voluntariè & alacriter seruimus.*
      - Corporis, *qua membra corporis nostri Spiritui obtemperare coguntur. De qua 1. Cor. 9. d. 27. Sed castigo corpus meum, &c.*
  - A quibus *seruitutis generibus liberati simus per Christum. Hic disce,*
    - Non *esse nos liberatos ab ea seruitute, quæ inferiorum est erga superiores: nam ea & vtilis est, & necessaria rebus humanis, & ipsis seruientibus magni beneficij loco ducenda. Quandoquidem tales sunt, qui seipsos moderari tuerique nequeant: vt sunt pueri, senes, serui, mulier cuiæ, subditi. Tollentur huiusmodi subiectiones in futura vita: at vita hæc his carere non potest.*
    - Nos nõ *esse ab ea etiam seruitute liberatos, quæ est Spiritus erga Deum, & corporis erga Spiritum. Imò ad hanc etiam gratia sua nos restituit, tam abest, vt inde nos liberet Christus.*
    - Ab *his seruitutis generibus, & seq. Vide literam A.*

A. Ab his seruitutis generibus non esse liberatos, quæ per Satanam sunt introducta, vt
- Ab errore, ne iam amplius erremus, cæciq; simus: Deinde ne cæcitatem amemus, ac veritatis lucem auersemur, sed veritatis lucem diligamus, eiq; totis viribus adhæreamus.
- A peccato, ne posthac illi obediamus, sed dei Patris voluntati seruiamus. De quo Rom. 6.c.12. Deinde ne condemnatione peccati subiaceamus amplius, etiamsi illius in nobis adhuc hæreant reliquiæ.
- A corruptione corporum. Liberabit enim corpora nostra suo tempore: nempe in Die resurrectionis.

Liberatos nos esse etiam à seruitute Legis. Habuit enim illa tempus suum, & cursum à Deo destinatũ, tanquam pædagogia quædam, sub qua populus Dei instar puerorũ institueretur, vt testatur Paulus, Gal.4.a.3. Sublata est hæc seruitus per Spiritum filiorum Dei, quem credentes in Christo accipiunt. Non quòd mala fuerit & pernitiosa, sicut seruitus erroris & peccati, sed quòd illius sublatio ad commendationem cœlestis gratiæ, ac pleniorem institiam, ac veram, necessaria fuerit.

De Sacris Scripturis.

TABVLA I.

Scripturas, quibus Ecclesia fidelium ad institutionem pietatis religiosè vti consuevit, Sacras propterea vocari, quod de sacris rebus loquentes, separatæ sunt ab omnibus aliis scripturis, quæ de rebus profanis sunt scriptæ. Excluduntur verò hoc sacrarum literarum elogio omnia illa scripta, quæ per errorem de Deo, deq; cultibus ac religione Dei prodierunt in orbem. Neque enim merentur sacra vocari, quæ non nisi in speciem sacra sunt, verè non sunt, quantumuis à superstitiosis hominibus pro sacris habeantur.

Loci tres.

De origine sacrarũ Scripturarum. Hic disce,
- Non legi vspiam ante Mosen fuisse scripturam diuinitùs inspiratam.
- Voluisse Deum ante diluuium, & post etiam, ad Mosen vsq; sanctis Patribus, vel per visiones nocturnas, vel per apparitiones diurnas ea manifestare, quæ ad fidem, religionem, & pietatem conducerent, per quos postea, qui sub illis erant, instituerentur. Quasi fundamentum quoddam diuinæ cognitionis, per omne illud tempus, quod ante Mosen Legislatorem fuit, præiaciendum erat, cui sequens scriptura niteretur. Dedit igitur Dominus singulis generationibus piorum tales viros, qui cæteris essent in religione ac vera pietate duces vsque ad Mosen.
- Vbi tempus erat, non iam per familias priuatas, sed per numerosum populum propagare & illustrare veram cognitionem, ac religionẽ Dei in mundo, parasse Dominũ hominẽ singularem, & ad hoc destinatum, vt per ipsum sacræ Scripturæ sumerẽt initium, huic magnũ & tremendis portentis tantùm parauit autoritatis, vt quæ scripturus erat, non humanitùs excogitata, sed diuinitùs inspirata, ab eo saltem populo crederentur, cui fides erat eius rei per miracula & portenta facta. Huc etiam faciebat, quòd initium sacræ Scripturæ, non illius, sed Dei digitis exaratum est.
- Post acceptas sacras ac diuinas Scripturas, non esse quærendas, neque expectandas earum rerum reuelationes, quæ ad veram fidem, pietatem, cognitionẽ Dei, ac vitam requirũtur. Primùm enim repugnaret hoc ordini diuinæ dispensationis, quam non est prouidentia Dei mutatura. Deinde aperiret viam Angelo Satanæ, qui se transfigurat in Angelum lucis, ac mentibus hominum falsis reuelationibus illudere solet.

De autoritate & excellentia canonicæ scripturæ. Hic disce,
- Canonicæ scripturæ autoritatem cuiusque Ecclesiæ placitis, consuetudini, consensui, actibus, præferendam esse. Non enim humana vel voluntate, vel sapientia prolata, sed ad salutem nostram à Deo data, adeoq; verbum habet, non hominum, sed Dei, prodijtq; ex instinctu Spiritus Sancti, omnem mundi huius sapientiam excellens, omnẽ rationis humanæ captum transcendens, doctrinam habens perfectam.
- Scripturis sacris, quoniam ex Deo sunt, conuenientem in Ecclesia Dei autoritatem conciliatam esse, quam nobis viri sancti summa semper diligentia commendârunt.
- Autoritatem Ecclesiæ non præiudicare Scripturis sacris. Nam & quæ vera Ecclesia sit, ex Scriptura cognoscitur, ne quis autoritatẽ sacræ Scripturæ ex Ecclesia esse putet. Maior enim sacræ Scripturæ, quàm Ecclesiæ autoritas est.
- Sacram Scripturam fidem & autoritatem fecisse, & facere hodie quoq; doctrinæ, religioni, & Ecclesiæ Christianorum. Potius autẽ est, quòd facit autoritatem alicui eo, cui facit.
- Ecclesiam, si sit vera, Christi Catholica & Apostolica, subseruire autoritati sacræ Scripturæ, non modò verbis & scriptis illam asserendo, sed & luce veræ pietatis & iustitiæ eos, qui sacræ Scripturæ nondum credunt, ad exemplum prioris Ecclesiæ noctes ac dies ad credendum inuitando, ac prouocando.
- Scripturas sacras à scriptis Patrum, Episcoporum, & Conciliorum distinguendas esse.

TABVLA

TABVLA II.

- Loci duo.
  - De linguis sacræ Scripturæ. Hic discę,
    - Quare vetus Testamentum Hebraicè sit scriptum. Erat enim ea lingua populi Dei, ad quem cum primis scripta sacra pertinebant, Israëli destinabantur, Hebraicè loquenti.
    - Quare Hebræa lingua vocetur Sancta. Propter
      - Materiam earum rerum, quæ per illam exponuntur.
      - Primæuam originis antiquitatem, quam inde ab Adamo, per generationes Patrum deductam habebat.
      - Ecclesiam Dei, cui peculiaris fuit, vsque ad tempora Christi.
      - Oracula Dei, quæ idiomate ipsius ad Patres prolata fuerunt.
      - Sanctos Patriarchas & Prophetas, & Christum ipsum, qui hac sunt lingua vsi.
      - Sacrosanctas literas, quæ consilio & instinctu Spiritus Sancti, per eandem sunt prolatæ.
    - Quare nouum Testamentum Græcè sit scriptum. Attemperauit enim se Spiritus Sanctus cursui ac dilatationi regni Christi, quod propagandum erat, non in Israële tantùm, (alioqui non fuisset nisi Hebraicè scribendum) sed ad omnes totius orbis nationes. Quare noui Testamenti scripturas in ea voluit extare lingua, quæ illis seculis celebrior esset, & ad plurium gentium cognitionem & vsum præparata. Ea erat Græca, quæ tum propter imperium Græcorum, quod Romanum antecesserat, ad omnes ferè gentes pernenerat.
    - Veterum librorum fidem de Hebræis voluminibus examinandam, nouorum veritatem Græci sermonis norma constare.
    - Non posse fieri, vt in exponendis sacris Scripturis, non careat magna luce, quisquis in illis sine cognitione sacrarum linguarum versetur.
  - De lectione sacrarum Scripturarũ. Hæc est duplex:
    - Publica, vel Ecclesiastica, qua in cœtu fidelium sacræ Scripturæ palàm leguntur. Hic discę,
      - Quis sit vsus huius lectionis: vt
        - Vsum Ecclesiasticæ lectionis viguisse olim in omnibus Ecclesiis, nõ modò noui, sed & veteris Testamenti. Lege Iosephum lib. 2. contra Appionem, de consuetudine Israëlis. Lucæ 4. c. 17. legimus Christum surrexisse ad legendum. Lege Act. 13. 15. De hac lectione loquitur Paulus, 1. Tim. 4. c. 16. Attende lectioni, doctrinæ, &c. Quibus verbis exprimit ordinem Ecclesiasticum, quo primùm ex sacris Scripturis aliquid legebatur, deinde exhortatio & doctrina subjiciebatur. Fiebat autem publica lectio olim per Anagnostas, id est, publicos Lectores, qui coram plebe ordinabantur, sicut testatur Concilium Carthaginense quartũ, cap. 8.
        - Publicę doctrinæ puritas illibata conseruetur. Retinentur enim hoc modo in ordine Doctores, & cohibentur ne quid adferant quod sacræ Scripturæ sit aduersum.
        - Qui legere nesciunt, publica hac lectione adiuuentur.
        - Conciones sacræ plus lucis habeant in mentibus auditorum, propter assuetudinem verborum & sententiarum Scripturæ.
    - Priuata, qua legitur extra cœtum Ecclesiasticum: & est triplex:
      - Contubernalis, quæ fit in contubernijs eorum, qui ad ministeria Ecclesiastica olim ali cœperunt. Horum erat primarium exercitium in lectione Scripturarum. Vmbra quædam illius hæsit in Monasterijs, in quibus mensæ solet adhiberi lectio, nisi quòd apocrypha & superstitiosa admiscentur, nec accedit iusta lectæ Scripturæ interpretatio.
      - Domestica, vel mensaria, cùm vel ante vel post mensam paterfamiliâs, aut puer aliquis aliquid legit ex Scripturis, cæteris auscultantibus, iuxta seriem librorum & capitum. Hac legendi ratione domestica pietas plurimùm iuuari poterit, si timor Domini accesserit. Chrysostomus sentit lectionem sacrarum literarum, vsque adeò esse necessariam laicis fidelibus, vt suos propter illius neglectum publicis etiam concionibus corripuerit. Quis vestrùm, inquit Homil. 2. in Matth. respondete, quæso, qui assistitis, vnum, si exigatur, Psalmum potest memoriter edicere, aut quamlibet diuinarum Scripturarum portionem. Et Homil. 28. in Genes. Propterea, obsecro, vt subinde huc veniatis, & diuinæ Scripturæ lectionem diligenter auscultetis, non solùm cùm huc venitis, sed & domi diuina Biblia in manus sumite, &c. Et in Epistola ad Coloss. Hom. 9. super illud: Sermo Christi habitet in vobis. Audite mundani, quomodo & vobis præcipiat Scripturas legere, &c. Non sunt igitur audiendi, qui clamant sacras Scripturas non esse legendas laicis.
      - Arbitraria, vel secreta, quæ sensim fit à pijs, vel certis horis, vel vbi legendi sese commoditas offert. Vsus huius est, vt lecta communicentur alijs, sicut faciunt verbi Ministri.

TABVLA III.

Loci duo.

- De vtilitate sacræ Scripturæ, q̃ est multiplex. Quòd
  - Oracula *Dei ad nos vsque per scripturas venerunt.*
  - Opera *diuinæ prouidentiæ, creationis videlicet & gubernationis, & quibus populũ suum asserendo & conseruando, fidem, veritatem & potentiam suam declarauit, ad generationes posterorum ad finem vsque mundi indesinenti cursu, per Scripturas transmissa sunt.*
  - Per *Scripturas fit, quòd adhuc habemus Prophetas, Christum, & Apostolos nobiscum loquentes. Habent, inquit, Abraham, Mosen & Prophetas, audiant illos. Luc. 16. v. 29.*
  - Vtilis *est Scriptura ad redargutionem. Hic disce,*
    - Scriptura vtilis est ad doctrinam, quæ est quadrimembris.
      - Cognitionis *Dei: Docemur enim ex Scripturis de Deo, & in cognitione illius instituimur.*
      - Fidei. *Ducimur enim per Scripturam ad credendum. Primùm quòd sit Deus, & quòd remunerator sit illis, qui se quærunt, Hebr. 11. 6. Deinde vt credamus Christum, Filium eius vnigenitum, salutis nostræ gratia in mundum hunc missum.*
      - Pietatis. *Docemur ex Scripturis de vera pietate erga Deum, quomodo hic sit timendus, diligendus, &c.*
      - Iustitiæ. *Docemur enim de iustitia in omni vita nostra, erga eos seruanda, cum quibus in hoc seculo, siue pares, siue superiores, siue inferiores viuimus.*
    - Quæ *sint species redargutionis. Qua*
      - Quid *sit redargutio. Est enim, qua, si quid in causa erroneum ac falsum est, & vel verbo profertur, vel opere admittitur, velut adhibita luce deprehenditur, manifestatur, ac irrefragabiliter conuincitur. Hæc redargutio valde necessaria est Ecclesiæ Dei, propter studia Satanæ, quibus per ministros suos, peregrinas & impias opiniones indesinenter seminare, ac spargere solet, quæ non possunt euidentius redargui, quàm luce Scripturarum.*
      - Falsæ & erroneæ opiniones, hæreses, falsi cultus, falsi Pastores, falsi Episcopi, falsi fratres, & ipse denique christus manifestantur & redarguuntur. Hinc est quòd tenebriones isti luccm sacrarũ Scr pturarum, per quam redarguuntur, non modò fugiunt, sed & extinguere conantur.
      - Facta *nostra redarguuntur, per hanc vitam suam quisque, imò occulta cordis sui, deinde & studia eorum cognoscere potest, qui sese vestimentis ouium tecti, gregi Dominico insinuant.*
  - Vtilis *est ad correctionẽ doctrinæ, videlicet prolapsæ, quæ opus habet correctione: Deinde vitæ nostræ per deuia à tramite veræ iustitiæ aberrãtis. Nam sacra Scriptura regula est, ad quam sunt quæuis errata cùm doctrinæ, tum vitæ corrigenda.*
  - Vtilis *est ad institutionem & disciplinam rudium & adultorum.*
  - In *tribulationibus patientiæ exempla & consolationem ex Scriptura habeamus.*
  - Sacra *Scriptura armaturam præbet aduersus tentationes Satanæ. Quare Christus Satanæ sæpiùs obijcit, Scriptum est, &c.*
  - Iucunda *ex sacris Scripturis, veluti Paradyso quodam, recreatio Spiritus peti possit. Hic est arbor scientiæ, non vetitæ, sed electis diuinitùs destinatæ. In medio lignum vitæ, ubi Christus, cuius aditus non occluditur, per Cherubim, sed per Spiritum ac luccm Euangelij cunctis esurientibus aperitur, hîc fluenta sunt aquarum viuentium, vnde irrigatur Ecclesia credentium: hîc aura est molliter spirans, afflatus Spiritus Sancti, pectora incolarum Paradysi huius demulcent, vbi deambulantis, ac salutem seducti hominis quærentis Dei vox est, non Adam solùm, sed cunctos ad se vocans, instruens, docens, corripiens, &c. Seductis veræ scientiæ arborem monstrans, morti ac perditioni obnoxios ad lignum vitæ ducens, &c.*
- De veritate & impletione sacrarum Scripturarũ. Hîc disce,
  - Veritatem *sacrarum Scripturarum pendere à veritate Dei, qui illarum est autor.*
  - Vt *Scripturæ sacræ veræ sunt, ita fidem veritatis requirere, siue narrationes, siue prædictiones, siue doctrinas, siue prophetias, siue promissiones, siue minas proponant.*
  - Ex *hac veritate sacrarum Scripturarum dependere illarum impletionem, quæ tàm est necessaria, quàm est necesse Deum esse veracem. Hinc est illud Christi: Quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt, &c.*
  - Impletionem *Scripturarum diuersimodè se habere. Primùm enim quædam à Deo ipso, Christoq; Filio eius & Spiritu Sancto ad impletionem sui sortiuntur, quædam ab angelis, quædam ab hominibus, siue pijs, siue impijs, quædam ab ipso Satana, & malis spiritus adimplentur. Rursus aliæ impletæ sunt semel, & sic perfectionem sui sortitæ. Aliæ & impletæ sunt sæpius, & adhuc ad finem vsque mundi cum in electis, tum in reprobis adimplentur. Aliæ in futuro adimplebuntur.*

TABVLA IIII.

- Loci tres.
  - Quid *sit. Est enim diuina doctrina, seu diuinæ voluntatis liber.*
  - Quotuplex. *Est enim duplex doctrina sacra:*
    - Catechesis, *methodica enarratio Scripturæ, seu epitome Scripturæ, qua percepta, facilius enarratio Scripturæ prolixior percipi potest.*
    - Prophetia, *seu interpretatio Scripturæ fidei consona, & est donũ Spiritus Sancti, quod contingit illis, qui Christum quærunt, & quibus se Christus reuelat, studiosis & pijs, in quibus etiam auget & locupletat donum hoc Spiritus Sancti: & hæc est duplex: Vel*
      - Veteris *Testamẽti, quod ita appellatur propter veteris hominis interitum, qui per legem non sanatur.*
      - Noui *Testamenti, quod ita appellatur propter nouitatem Spiritus, qui hominem internum sanat.*
  - Quę *causæ.*
    - Efficiens *principalis, Spiritus Sanctus.*
    - Instrumentalis, *sancti Dei homines.*
    - Finalis, *vt*
      - Diuinam *sapientiam, potentiam, & bonitatem discamus, ac Dei voluntatem contemplemur.*
      - Cognitis *inde operibus Christi, quemadmodum ipse fecit, ita & nos faciamus.*
      - Inde *in ærumnis nostris consolationem accipiamus.*
      - Discamus *inde, Dominum semper sui similem esse.*
      - Discamus *subuenire inopi & egeno.*
      - Sciremus *hunc populum esse Ecclesiam, qui Scripturæ librum amplectatur, discat, audiat, & retineat propriam eius sententiam in inuocatione, & in regendis moribus.*


TABVLA V.

In qua scopus totius Scripturæ vtriusque Testamenti comprehenditur.

- Docent nos libri
  - Veteris *Testamenti.*
    - DEVM *illum, quem coluerunt Adam, Noë, Abraham, & reliqui Patres nostri, solum verum esse Deum, eumq; omnipotentem & æternum, qui propter bonitatem suam, verbo suo cœlum & terram, visibilia & inuisibilia creauit: Spiritu autem suo omnia viuificat, & conseruat.*
    - Hunc *Deum creasse Adam ad similitudinem suam, dominumq; eum constituisse omnium creatorum in terra, qui quidem inuidia & fraude Diaboli, creatoris sui præcepto nõ obediens, suo peccato, peccatum in hunc mundum inuexit, tale tantumque, vt nos secundùm carnem ab illo progeniti, naturâ filij iræ simus, & ob id morti, damnationi, & tyrannidi Diaboli obnoxij reddamur.*
    - Promissum *fuisse à Deo semen illud benedictum Saluatorem nostrum, qui à peccatis & tyrannide Diaboli liberaret eos, qui vera fide huic promissioni crederent.*
    - Interim *dum à Patribus expectabatur promissa salus, Legem scriptam in Tabulis lapideis datam fuisse à Deo per Mosen, vt per eam, agnito peccato & cordis humani malitia, ardentiùs sitirent homines Christi aduentum, qui ipsos à peccato redimeret, quod Lex ipsa, & Legis sacrificia præstare non poterant.*
  - Noui *Testamenti.*
    - CHRISTVM *illum promissum, missum tandem à Patre eo tempore, quod apud se constituerat, quo videlicet abundabat omnis iniquitas: Missum autem & incarnatũ, mortuum, & ex mortuis resuscitatum, &c.*
    - Christum *verum Agnum venisse, vt nobis pacem cum Patre conciliaret, nos à peccatis sanguine suo lauaret, à seruitute Diaboli liberaret, ac filios Dei efficeret.*
    - Christum *Dominum nostrum, vt hoc maximum Dei beneficium agnoscamus, dare nobis Spiritum Sanctum, sine quo nec credere possumus, Deum Patrem misisse nobis Messiam, neque* IESVM *esse Christum.*
    - Nos *per fiduciam in Christum iustificari, & sanctificari.*
    - Christum *venisse, vt per ipsum iustificati & sanctificati, quæ carnis sunt abnegantes, liberè seruiamus illi in sanctitate & iustitia omnibus diebus vitæ nostræ, Luc. 1. v. 75.*
    - Christum *esse Caput, Magistrum, Episcopum, summum Ecclesiæ Pontificem, Mediatorem vnum Dei & hominum.*
    - Christum *hunc Iudicem à Patre constitutum esse.*
    - Hæc *vt cognoscamus, institutum esse diuinitùs ministerium verbi Dei, instituta Sacramenta, vt cognoscamus & credamus vnum solum esse verum Deum, & quem misit,* IESVM *Christum, vtque credentes vitam habeamus in nomine eius.*

De libris veteris Testamenti, quæ & summam quoque librorum, & tempora, & quorundam autores attingit.


TABVLA VI.



A. Historici.

- A. Historici, vt sunt,
  - Iosue, *à primaria persona & autore. Hic considerentur,*
    - Summa: *tradit enim*
      - Ingressum *populi in terram promissam, duce Iosue post mortem Mosis.*
      - Deletionem *Chananeorum Principum & populorum.*
      - Geographiam *quandam terræ sanctæ.*
      - Diuisionem *terræ per Tribus.*
    - Tempus: *Texit enim historiam annorum 26. aut 27.*
  - Iudicum *liber à Iudicibus populi Israëlitici sic dictus. Hic considerentur,*
    - Summa *libri: tradit enim*
      - Liberi *populi statum, vices, victorias, clades, oppressiones, liberationes, iudicia, & varios motus.*
      - Vulgi *ingenium mutabile.*
      - Religionis *cum superstitione mirabile certamen.*
    - Tempus: *texitur historia annorum 336. si videlicet huc referas annos Iosue, & è Heli administratione priores annos 20.*
    - Autor *est Samuel.*
  - Ruth, *à potissima persona nomẽ obtinet, cuius*
    - Summa *continet*
      - Partem *genealogiæ Dauidis.*
      - Graues *tentationes, casus difficiles.*
    - Tempus: *pertinet enim historia ad tempora Iudicum.*
    - Autor *Samuel.*
  - Regum *libri.*—
    - 1. Qui *præcipuè Samuelis & Saulis regnum describit, & habet autorem Samuelem.*
    - 2. Dauidis *regnum describit, autor est Samuel. Historia Samuelis completitur annos 100.*
    - 3. Solomonis *gloriam pingit.*
    - 4. Iudæorum *facta, et excidium.*

      Hi *duo libri ad captiuitatem vsque habent annos 423. menses 6. Autor est Hieremias.*
  - Hester, *à præcipua persona nomen habet. Hic considerentur,*
    - Summa *libri: continet enim*
      - Vitam *aulicam stultam, insanam, & perniciosam.*
      - Casus *tristes, anxietates, pericula, proditiones.*
      - Exitium *Aman tyranni ambitiosi.*
      - Mardochæi *virtutes, quibus & se, & populum suum seruat.*
    - Tempus: *in numerum enim 70. annorũ captiuitatis venit Historia Hester.*
    - Autor: *aiunt viros Synagogæ maioris hunc librum conscripsisse.*
  - Esdras *à potissima persona & autore: tradit autem*
    - Reditum *Israelitarum in Iudæam fauore Cyri Regis.*
    - Præparationem *ad Templi exstructionem, & conatus impedimentum 42. annis.*
    - Templi *exstructionem sub Dario iuniore.*
    - Restaurationem *legum & iudiciorum per Esdram.*
    - Correctionem *magnorum quorundam Ecclesiæ vitiorum.*
  - Nehemias, *à postissima persona et autore, cuius*
    - Summa: *continet enim*
      - Vrbis *restaurationem & munitionem.*
      - Libertatis *populi restitutionem.*
      - Correctionem *quarundam rerum in Ecclesia.*
    - Tempus: *continet annos 70.*
- Prophetici, *& seq. Vide literam B.*


B.
Prophetici, quorum alij sunt
Maiores, propter prolixitatē & copiam sic dicti:
Minores, à breuitate sic dicti, quos Viros Synagogæ maiores cōscripsisse ferunt: sunt autem,
Esaias ab autore, qui prophetauit annos 60. sub Ozia, Iothan, Ezechia: et describit
Corruptissimum sui seculi statum, quem vehemēter accusat.
Visionem quandam.
Fata quarundam gentium.
Bellum Assyriorum memorabile & grauissimum.
Prophetiam de liberatione per Cyrum è Babylonica captiuitate.
Christi Ecclesiæq; eius mysteria.
Hieremias ab autore: cuius
Sūma: tradit enim
Accusationem
Idolatriæ,
Perfidiæ,
Auaritiæ,
Fraudum,
Crudelitatum, &c.
Doctrinam de fide.
Vitæ officia.
Captiuitatē Iudæorū, & eorū consolationem.
Prædictionem excidij vicinarum gentium.
Prophetiam de Christo, & regno eius.
Tempus: docere orsus est 13. Iosiæ anno.
Ezechiel, cuius
Sūma: tradit enim
Prophetiam contra Tyrum & alias gentes.
Descriptionem
Templi restituendi, & Vrbis nouæ.
Regni Christi.
Tempus: his videre potuit Esaiam senem: vixit sub Iechonia, cum quo in Babylonicam captiuitatem raptus est.
Daniel, cuius
Sūma: habet enim
Descriptionem rerum, Babyloniorum, Persarum, Macedonum, & Romanorum.
Regnum Christi.
Antichristi ortum & interitum.
Vrbis & orbis excidium.
Corporum resurrectionem.
Vitam sempiternam.
Tempus: prophetauit sub Iechonia, cum quo abductus est in Babylonem.
Autor: aiunt viros Synagogæ maioris hunc librum conscripsisse, sicut & Ezechielem.
Oseas, tempore Osiæ, qui & Azarias: & continet
Prophetiam contra decem Tribus.
Accusationem scelerum Sacerdotum, Principum & populi.
Concionem de
Pœnitentia,
Vocatione omnium gentium.
Ioel, tempore Ezechiæ: & continet
Adhortationem ad pœnitentiam.
Concionem de
Horrenda ira Domini.
Charismatibus Ecclesiæ.
Amos, tempore Osiæ Regis Iuda: & continet
Adhortationem ad pœnitentiam.
Comminationem vicinarum gentium.
Concionem de vocatione gentium.
Abdias, tempore Achab Regis Israel: continet
Capita veræ religionis: videlicet
Deum colendum esse.
Fratri nullam irrogandam esse iniuriam.
Dominum iniurias vindicare.
Idumæorum interitum.
Causas excidij.
Ionas, sub Rege Ioram: depingit
Naturam Dei, potentiam, bonitatem & iustitiam.
Vocationem gentium
Quàm vana sint hominum consilia contra Dominum.
Veram pœnitentiam.
Hominum imbecillitatem.
Micheas, & seq. Vide literam C.
Hagiographi veteris Testamenti, Vide literam D.

C. Micheas,

- Micheas, *tempore Ezechiæ Regis, ac proinde Esaiæ imitator: tradit autem*
  - Prophetiam *contra duas Tribus: item contra decem Tribus.*
  - Commin[illegible]tionem *propter peccata.*
  - Adhortationem *ad pœnitentiam.*
  - Inuectiuam *in Pseudoprophetas.*
  - Prophetiam *de restitutione per Christum.*
  - Descriptionem *Regni Christi.*
  - Vocationem *gentium.*
- Nahum *sub Ezechia post Ionam, & continet Prophetiam contra regnum Assyriorum, & causas excidij.*
- Habacuc *sub Manasse: & habet*
  - Consolationem *afflictorum.*
  - Comminationem *in tyrannos.*

C.

- Sophonias, *tempore Iosiæ Regis: & continet*
  - Accusationem *impietatis.*
  - Adhortationem *ad pœnitentiam.*
  - Pœnas *impietatis.*
  - Restitutionem *Sion.*
  - Vaticinium *de temporibus Christi.*
- Haggæus, *sub Dario Histaspe: & habet Accusationem ingratitudinis populi restituti, & vaticinia de Christo & Ecclesia.*
- Zacharias, *eodem tempore quo Haggæus: & habet*
  - Adhortationem *ad Templi ædificium.*
  - Fata *populi Israelitici.*
  - Institutionem *morum.*
  - Vaticinia *de*
    - Christo *& Ecclesia.*
    - Postremis *temporibus.*
- Malachias *sub Dario: & habet Accusationem Sacerdotum populi, & vaticinium de temporibus Christi.*

D. Hagiographi, *quos dicunt non parem cum superioribus obtinere autoritatē, vt sunt*

- Iob *à Mose scriptus: fuit enim ante Mosem: & habet.*
  - Afflictiones *viri iustissimi.*
  - Dispensationem *contra iudicium Dei.*
  - Victoris *coronam & triumphum.*
- Liber *Hymnorum à Davide conscriptus: & continet*
  - Laudes *diuinas.*
  - Exempla
    - Inuocationis,
    - Gratiarum *actionis,*
    - Pœnitentiæ.
  - Egregia *dicta & facta.*
- Salomonis *lib. tres, quos Esaias scripsisse dicitur:*
  - Prouerbiorum, *docens quid verum, quid falsum.*
  - Ecclesiastes, *qui continet quæstionem de summo bono, refutationem opinionum de summo bono.*
  - Cantica *Canticorum, & continet gratiarum actionem, quòd Deus politiam Israeliticam multis beneficijs ornauerit, diuini amoris ingenium & vim, præclara præconia Christi, & Regni eius.*
- Paralypomenon, *id est, Præteritorum, ab Esdra conscriptus, qui liber est velut Commentarius rerum gestarum Regum Iuda & Israelis. In his enim quædam, quæ omissa sunt in Regum historia, plenius referuntur.*

¶ Hvnc sacrorum librorum ordinem significat & Christus in Luca, cùm inquit, Oportere impleri omnia, quæ scripta sunt in Lege Mosis, & Prophetis, & Psalmis. Hunc ordinem secutus est Cyprianus in expositione Symboli, & Melito antiquissimæ Sardensis Ecclesię Episcopus, & Origenes. Item Iosephus contra Græcos, & Manethonem Ægyptium. His autem omnibus collatis, existimat Hieronymus, veteris Testamenti libros colligi 22. Libro enim Esdræ connectitur Nehemias, & libro Iudicum libellus Ruth. Cæterùm à 32. Darij anno nihil habemus veteris & canonicæ Scripturæ, vsq; ad tempora Christi, nisi ea, quæ Daniel cum Zacharia euidenter adumbrauit: nempe Imperium à Persis transferendum ad Macedones: ab his rursus ad Romanos, ac sub his orturũ Christum Dominum. A Darij 32. anno 483. totidem enim annos efficiunt 69. hebdomadæ, per septenarium numerum multiplicatæ.


De libris Eccleſiaſticis veteris Teſtamenti, quos quidem in Eccleſiis legi voluerunt, non tamen proferri ad autoritatem ex his fidei confirmandam.

TABVLA VII.

- Ecclesiasticorũ librorum veteris Testamenti. Alij
  - Historici, vt sunt,
    - Tobias, q habet res gestas in Assyrijs post abductas decẽ tribus in seruitute, de quo 4. Reg. 18. Continet
      - Tobiæ senioris patientiam, religionem, innocentiam & iustitiam, ac beneficentiam in mortuos.
      - Item testamentum, institutionem filij.
      - Tobiæ iunioris pietatem in parentes, religionem, sedulitatem, humanitatem, castitatem, obedientiam.
      - Nuptiarum honestatem.
      - Nullum præsentius remedium esse, quo noxia è domibus pellantur, quàm studium pietatis.
      - Sanctorum crucem felicissimum sortiri euentum.
      - Impiorum interitum.
    - Iudith à potissima persona nomen habet, sicut & Tobias, sub tempus Nabuchodonosor patris magni illius Nabuchodonosor, qui Zedecchiam cepit. Describit autem
      - Impiorum tyrannidem & interitum.
      - Piæ orationis efficaciam.
      - Promissiõis Dei veritatẽ.
      - Gratitudinem.
    - Susannæ historia, qua traditur Deum iustos asserere, innocentiam tueri, iniustos autem adulteros punire & pudefacere.
    - Hymnus trium puerorum.
    - Beli & Draconis historia sub Cyro.
    - Esdræ tertius, repetit quædam ex lib. 4. Regum, & retexit pleraque, quæ per librum Esdræ ac Nehemiæ exponuntur, nonnulla copiosius explicans.
    - Machabæorum libri, quorum
      - 1. Continet pugnam piorum pro patria & sanctis legibus, casu varios.
      - 2. Continet
        - Septem fratrum martyrium.
        - Eleazari senis constantiam & fidem.
    - Confessio Manassis.
  - Prophetici, vt sunt
    - Baruch scriptus in captiuitate Babylonica, & continet
      - Confessionem peccati & meriti supplicij.
      - Accusationem gentis suæ.
      - Precationem ad Deum, vt Deus populi sui misertus, tandem reducat in patriam.
      - Promissionem restitutionis Israelis.
    - Epistola Ieremiæ adiecta libello Baruch, & habet
      - Adhortationem, vt vnum Deum colant.
      - Inuectiuam contra idolatriam.
    - Esdræ quartus, & habet
      - Visiones, seu reuelationes.
      - Varias prophetias, & populi Dei fata.
  - Sapiẽtiales, seu sapientiam tradẽtes, vt
    - Liber sapientiæ, q Philoni Iudæorum eloquentissimo tribuitur, tradit,
      - Encomium sapientiæ, vt
        - Quid sit.
        - Quanta sit.
        - Quis eius effectus.
        - Quãtopere pro ipsa consequenda elaborandũ.
      - Encomium Dei.
      - Vituperiũ
        - Sapientiæ falsæ.
        - Cultus simulacrorum.
    - Ecclesiasticus, quo nomine Scripturæ qualitas significatur, & tribuitur Iesu filio Syrach, qui floruit ducẽtis annis plus minus ante Christum natum, circiter tempus Machabæorum, tradit
      - Encomium sapientiæ.
      - Præcepta moralia.
      - Præclaras sanctorum Patrum laudes.

De Libris noui Testamenti.

TABVLA VIII.



¶ Continet autem vniuersa Euangelica & Apostolica historia annos circiter 60. Nam Christus videtur natus annos 33. cùm numeraretur 18. annus Tyberij Cæsaris, eodẽ anno sublatus est in crucem. Inde verò ad 4. Neronis annum, supputantur anni 28. & Paulus 2. Neronis anno Romam vinctus venit, & biennium in libera custodia exegit. Hactenus verò Historiam suam texuit Lucas, qui vixit annos 84. & bona pace excedens sepultus est in Bithynia.

TABVLA IX.

- Loci quatuor.
  - Quid *sit. Est enim diuina doctrina, seu diuini voluminis liber.*
  - Quæ *sint argumenta certitudinis sacræ Scripturæ, seu doctrinæ:*
    - Quotuplex. *Est enim duplex doctrina sacra:*
      - Catechesis. *Methodica enarratio Scripturæ, seu epitome Scripturæ, qua percepta, facilius enarratio Scripturæ prolixior percipi potest.*
      - Prophetia, *seu interpretatio Scripturæ, fidei consona, & est donum Spiritus Sancti, quod contingit illis, qui Christum quærunt, & quibus se Christus revelat, studiosis & pijs, in quibus etiam auget & locupletat donum hoc Spiritus Sancti. Et hæc est duplex: videlicet*
        - Veteris *Testamenti, quod ita appellatur, propter veteris hominis interitum, qui per Legem non sanatur.*
        - Noui *Testamenti, quod ita appellatur, propter novitatem Spiritus, qui hominem internum sanat.*
    - Quæ *causæ:*
      - Efficiens *principalis, Spiritus Sanctus.*
      - Instrumentalis, *sancti Dei homines.*
      - Finalis: *Vt*
        - Diuinam *sapientiam, potentiam & bonitatem discamus, ac Dei voluntatem contemplemur.*
        - Cognitis *inde operibus Christi, quemadmodum ipse fecit, ita & nos faciamus.*
        - Inde *in ærumnis nostris consolationem accipiamus.*
        - Discamus *inde, Deum semper sui similem esse.*
        - Discamus *subuenire inopi & egeno.*
        - Sciremus *hunc populum esse Ecclesiam, qui Scripturæ librum amplectatur, discat, audiat, & retineat propriam, eius sententiam in invocatione, & in regendis moribus.*
    - Admiranda *diuturnitas, qua ea omnino tradit, quorum nullæ aliæ scientiæ meminêre, vt est tempus creationis & modus: progressus item seculi cum nominibus familijsque Patriarcharum, causæ corruptionis in hoc seculo, conditio post hanc vitam, &c.*
    - Stupenda *miracula, quibus subinde obsignata est, tàm in veteri, quàm in nouo Testamento.*
    - Certus *vaticiniorum, ac prophetiarum omnium euentus,*
    - Immutabilis *præceptionum veritas, præsertim in cultu Dei: Quis enim nescit, errorem Persarum, Ægyptiorum, ac Romanorum religionem, imò conficta superstitionem interijsse, ac varie mutatam esse, Ecclesia interim verum Deum in spiritu & veritate adorante, quæ & deinceps contra inferorum portas duratura est.*
    - Continuus *successus & copia Professorum huius doctrinæ. Nunquam enim defuerunt, qui amarent, colerent & profiterentur, licet modò plures, modò pauciores.*
    - Duratio *huius sapientiæ. Nam nemo vnquã fuit, qui abolere ac opprimere potuisset, vel exquisitissimis supplicijs, vel hæresi, &c. Deo semper suos mirificè protegente.*
    - Certi *docentium ac Professorum ordines, qui sicuti ipsi ad finem vsq; amplexi sunt, ita etiam alijs salutarem hanc doctrinam propagârunt, vt Adam, Seth, Enos, &c.*
    - Constantissima *Martyrum veritatis, perpessio: & fœminarum etiam plusquam virilis constantia.*
    - Odium *Diaboli aduersus hæc sacra, tàm exemplis, quàm fideli traditione notum.*
    - Pœna *& perditio aduersantium veritati huius sapientiæ, vt Herodis, Cherinthi, &c.*

De Exemplis in Scriptura nobis propositis.

EXEMPLA sunt vel rerũ
- Speculandarũ, quæ sunt vel
  - Gratiæ, quæ in vasis gratiæ spectanda sunt. De hac 1. Tim. 1. c. 16. Ad exprimendum exemplar his, qui crediturí essent in ipsum.
  - Iræ. de quibus 2. Pet. 2. a. 6. Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæ in cinerem redactas subuersione condemnauit, cosq; fecit exemplum his, qui impiè forent acturi.
  - Donorum, vt fidei, spei, charitatis, constantiæ, &c. Quæ ad imitandum trahunt
    - Doctorẽ, quòd
      - Doctrinam illius quodammodo confirmant, & authenticam reddunt.
      - Dilucidant doctrinam, ac claram reddunt: nam sine exemplis manet obscurior.
      - Ipso virtutis conspectu ad imitandum alliciunt, quæ visa ad amorem sui excitat magis, quàm audita.
    - Auditorẽ, quòd
      - Spem faciunt, fieri posse per gratiam Dei, vt rectè viuatur, & in zelo Dei constanter pergatur.
      - Pudorem incutiunt negligentibus.
      - Reddunt auditores anxios & sollicitos, ne, si diuersum ipsi agant, omni demta excusatione, condemnentur.
- Agendarum, & horum alia sũt vel
  - Imitabilia, vt quæ legem habent imitandi. de quibus Ioan. 13. c. 15. Exemplum dedi vobis, &c. 1. Pet. 2. d. 21. Nobis relinquens exemplum, &c. 1. Pet. 4. b. 12. &c. Illi autem Patres nobis respiciendi & imitandi sunt, de quibus nulla est controuersia, quin rectè crediderint, & Deum verum ritè & legitimè coluerint. Non illi, de quibus oborta est disceptatio, quod in pura fide non Christi perstiterint. Et sunt Patres nostri Prophetæ, Patriarchæ, Apostoli, & Apostolorum successores ex gentibus, vnde nos ad fidem Christi peruenimus.
  - Possibilia, quorũ alia
    - Legitima, quæ iuxta Legem & ordinationẽ Dei fiunt, & hæc sũt vel
      - Inimitabilia, vt sunt
        - Exempla selectorum, ac magnorũ spirituum, haud quaquã cuiuis sine vocatione imitabilia. Vt quod
          - Moses occîdit Ægyptium, percutientem Hebræum, Exodi 2. c. 12.
          - Pinhas, filius Eleazaris Sacerdotis occîdit scortatorem cum scorto, Num. 25. b. 8.
          - Abraham filium suum mactare voluerit, Genes. 22. c. 10.
          - Israelitę Ægyptijs vasa aurea, argentea, & vestes abstulerunt, Exodi 12. b. 36.
          - Helias Prophetas Baal occiderit, 3. Reg. 18. g. 40.
          - Adolescenti præcipitur, vt vendat omnia quæ habet, Matth. 19. c. 21. &c.
          - Quia Christus nec vxorem, nec aliquid proprij habuit in hoc mundo.
        - Opiniones non modò sunt omnibus imitandæ.
      - Curationes Christi, quod sputo & luto linijt oculos cæci, &c. Ioan. 9. v. 6.
    - Impossibilia, vt ieiunium 40. dierum: ambulare super mare: suscitare mortuos, & alia miraculosa.
  - Illegitima, quæ vitio non carent, vt Dauidis adulterium: contentio Pauli & Barnabæ, Actor. 15. d. 39. &c. Hæc non sunt imitanda. Vnde & Scriptura sæpe nos à vestigijs Patrum auocat, vt Psal. 78. a. 8. Ne sint sicut Patres eorum. Ezech. 20. c. 18. In statutis Patrum vestrorum nolite ambulare. Vnde & August. lib. 3. contra Cresconium, capite 35. Noli errantium maiorum tuorum sequi vestigia. Et lib. 2. cap. 23. contra Gaudentij Epistolam. Et distinct. 8. & 9. &c.

De Verbo Dei.

TABVLA I.

Quid *sit. Est enim eloquium Dei, reuelatio, voluntatis diuinæ, per os Christi, Prophetarum & Apostolorum: primùm quidem viua voce prolata: deinde etiam relata in literas, quas rectè appellant Sacras.*

Quæ *partes:* { Lex, Euangelium. } De *quibus suo loco.*

Quæ *causa, seu origo verbi Dei. Cùm Dei verbum veritas sit, ac veritatis unicus fons sit Deus, origo etiam verbi Dei, Deus est.*

Loci quatuor.

- Quomodo *reuelatum sit Verbum ab exordio mundi. Per*
  - Spiritum *Dei,*
  - Ministeria *Angelorum,*
  - Visiones *nocturnas,*
  - Apparitiones *diurnas,*
  - Typos, *cæremonias, & figuras legales, &c.*
  - Oracula *Prophetarum,*
  - Ministerium *Christi & Apostolorum.*
- Qua *voce. Humana videlicet: id est, voce hominibus perceptibili, atq; effigiata ad sermonem usitatum inter homines.*
- Qua *lingua. Hebræa locutum esse Dominum omnes constanter affirmant.*
- *De reuelatione Verbi. Hic disce:*
  - Per *quos ab exordio mũdi reuelatum sit verbũ Dei: videlicet per sanctos Patres. Hic disce:*
    - Quomodo *Patres filijs ac posteris suis Verbũ tradiderint.*
      - Viua *traditione tantùm*
        - Patrum,
          - Ante *diluuium, vt*
            - Adam,
            - Seth,
            - Enos,
            - Kenan,
            - Malalehel,
            - Iared,
            - Enoch,
            - Mathusalem,
            - Lamech.

            Hos *enim clarissimos, sanctissimos, & sapientissimos viros nouem habuit seculum illud ante diluuium, ad annum vsq; mundi 1656.*
          - Post *diluuium, vt*
            - Noe, Sem,
            - Arphaxat,
            - Sale, Heber,
            - Palec, Reu,
            - Saruch,
            - Nachor,
            - Thare,
            - Abraham,
            - Isaac,
            - Iacob, *&c. vsq; ad Mosen ad annum mundi 2368.*

            Deus *enim mundo iterum viros clarissimos, & lumina maxima tredecim à diluuio dedit.*
        - Christi, *Patribus promissi, & nouissimis temporibus exhibiti. In fine enim temporum Deus simplicissimè, abundantissimèque toti terrarum orbi verbum Dei per Filium suum exposuit, qui triennio docuit.*
        - Ioannis *Baptistæ Præconis Christi, qui biennio docuit.*
      - Viua *traditione & scriptis, &c. Vide literam A.*
    - Quæ *fuerint veræ religionis capita à sanctis Patribus, vel viua voce, vel scriptis posteritati tradita:*
      - Deus, Creatio,
      - Peccatum, Mors,
      - Gratia *per Christum,* Fides,
      - Cultus *Dei,* Iudicium,
      - Resurrectio, Vita *æterna.*
  - Quibus *reuelatum. Primùm quidem Israelitico populo: postea & Gentibus.*
  - In *quem finem reuelatum sit verbum Dei. Vt discamus Dei voluntatem, quæ salutis ratio, & quid fideles Dei cultores deceat.*

A. Viua traditione & scriptis

Mosis. Hic discε:
- Non legi vspiam ante Mosen fuisse Scripturam diuinitùs inspiratam.
- Voluisse Deum ante diluuium, & pòst etiam, ad Mosen vsq; sanctis Patribus vel per visiones nocturnas, vel apparitiones diurnas manifestare, quæ ad religionem pertinerent, vt quasi fundamentum quoddam diuinæ cognitionis poneret, cui sequens Scriptura niteretur.
- Vbi tempus erat, non iam per familias priuatas, sed per numerosum etiam populum propagare veram cognitionem Dei, parasse Deum hominem singularem, per quem sacræ Scripturæ sumerent initium.
- Complecti Mosen historiam ab exordio mundi ad mortem vsque suam, per annos 2488.
- Mosen lingua Hebræa populo Israelitico viua voce & scriptis tradidisse Verbum.

Prophetarũ, Hic discε:
- Qui Prophetæ fuerint
  - Ante captiuitatem Babylonicam, Samuel, Nathan, Dauid, Elias, Eliseus, Esaias, Hieremias, Sophonias, Ioel, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, &c.
  - In captiuitate clari fuerunt, Daniel, Ezechiel.
  - Post captiuitatem, Zacharias, filius Barachiæ, Haggæus, Malachias, &c. Ad annũ mundi ferè 3500.
- Quibus verbum Dei tradiderint. Iudæis.
- Qua lingua docuerint, scripserint. Hebræa.
- An Prophetæ ipsi suos libros scripserint. Samuel suum librum, Esaias suum, & libros Salomonis, Hieremias librum suum: Ezechielem, & libros 12. Prophetarum, Danielem, Hester, & librum Psalmorum, Viri Synagogæ maioris scripserunt.
- Quanto temporis curriculo veri Prophetæ manserint, & docuerint. Ad annos ferè 900.
- Quò in docendo respexerint Prophetæ. Ad libros Mosis.

Apostolorũ. Hic discε:
- Qua lingua scripserint. Græca, quæ illis seculis celebrior erat, & ad plurium Gentium cognitionem & vsum parata.
- Quibus scripserint. Omnibus Christianis: nam Epistolæ etiam ad certas Ecclesias missæ, ad omnes ex æquo pertinent.

TABVLA II.

Loci sex.

De autoritate & dignitate verbi Dei. Demonstratur hæc
- A vetustate. Omnes enim ab initio habuerunt verbum Dei, cui credentes saluati sunt.
- Quia est prædicatio de Christo Filio Dei, vero Deo & homine.
- Quia è cœlo missum, fulgore suo omnes vmbras typicas discutit, & in spiritualem cultum Dei disponit.
- Quia ad nos per Filium Dei prolatum.
- Fidem & autoritatem fecit, & facit hodie quoque doctrinæ, religioni & Ecclesiæ Christianorum.
- Quia vera Christi Ecclesia autoritati verbi Dei subseruit.

De certitudine verbi Dei. Quia
- Doctrina verbi Dei cœlitùs ac diuinitùs inspirata est à Spiritu Dei sancto, 2. Pet. 1. d. 21. Deus enim est, qui Spiritu suo inhabitans animis per ora nobis resonat Mosis, Prophetarum & Apostolorum.
- Ab initio hæc doctrina seruata, illustrata, & propagata est in Ecclesia.
- Deus stupendis miraculis, prodigiis q; maximis fidem verbo suo parauit.
- Ecclesiæ omnes veræ secundum verbum Dei à Prophetis & Apostolis congregantur & gubernantur.
- Christus & Apostoli approbant doctrinam Mosis, Dauidis & Prophetarum.
- Quæcunque in doctrina verbi Dei prædicta sunt, ea omnia impleta sunt, vt sunt prædictiones Prophetarum de Christo, de Ecclesia, de Regno Christi, &c.
- Diabolus & membra illius hanc verbi doctrinam impugnârunt semper.
- Durat & manet in Ecclesia, non mutatur secundùm Esaiæ dictum.
- Traditiones ac figmenta hominum, quæ nos à vero Dei cultu abducunt, reprobat.

Quomodo audiendum, & seq. Vide literam A.

- Quomodo audiendum verbũ Dei.
  - Reuerenter: *nam reuerentia Deo rebusq; diuinis debetur.*
  - Sedulò, *intermixtis iugibus precibus, ardentibusq; votis.*
  - Vtiliter & *sobriè. In hoc, vt reddamur meliores, vt per nos glorificetur Deus, non vt curiosè perquiramus consilia Dei abdita, aut habeamur docti, & multarum rerum periti.*
  - Animo *purgato.*
  - Fide *sincera in Deum.*
  - Voluntate *propensa, quæ cupiat viuere secundùm verbum Dei.*
  - Diligenter. Cum *timore Dei.* Humiliter.
- Quomodo custodiendum.
  - Meditatione *frequenti.*
  - Oratione, *ne Deus illud nobis eripi sinat.*
  - Fide. Obedientia.
  - Vigilantia *contra hostes Verbi.*
  - Confessione.

A.

- Qui *sint morbi, seu pestes auditorum verbi Dei.*
  - Fluxæ & *vanæ cogitationes, semper patentes inspirationibus Satanicis, & pessimorum hominum sermonibus.*
  - Mollicies & *amor huius seculi, cùm propter Christũ, & eius verbũ nihil perpeti volumus.*
  - Cura *huius seculi, deceptioq; diuitiarum.*
  - Superbia, *&c.*
- Qui *effectus verbi Dei.*
  - Depellit *oculorum caliginem, oculos aperit, illuminat mentes, Psal.19.b.9.*
  - Conuertit, *ibidem.*
  - In *absoluta veritate & pietate erudit, Psal.19.c.10.* (c.13.
  - Cibat, *roborat, confirmat, & consolatur animas, Deut.8.a.3. Non in solo pane, &c. Rom.15.*
  - Regenerat, *1.Pet.1.d.23. Renati, non ex semine, &c.*
  - Mundat, *Ioan.15. .3. Vos mundi estis propter sermonem.*
  - Gaudio *perfundit, Hier.15.c.16. Verbum tuũ factum est mihi in gaudiũ, & Psal.19.b.9.*
  - Cum *Deo coniungit, Ioan.15.a.4. 14.d.23. &c.*
  - Impetrat *à Deo omnia, Ioan.15.a.7. Si verba mea in vobis manserint, &c.*

De Euangelio.

- Quid *sit Euangelium. Est enim prædicatio pœnitentiæ, & remissionis peccatorum, in nomine Christi. Vel, vt Paulus definit, est potentia Dei ad salutem omni credenti: id est, est illa cœlestis denunciatio, qua nobis potentiam Dei,* IESVM *Christum prædicat, in quo Deus orbi omnem plenitudinem exhibuit, vt quisquis illi fidit, non pereat, sed habeat vitam æternam.*
- Quibus *nominibus Euangelium appelletur.*
  - Lux *magna, Esa.9.a.2.*
  - Aqua *purissima, Ezech.34.c.18.36.c.25.*
  - Scissura *petrarum, Hier.23.d.29.*
  - Sceptrum *Regni, Psal.44.a.7.*
  - Cornu *salutis, Luc.1.g.69.*
  - Clypeus, *Prouerb.30.a.5.*
  - Malleus, *Hier.23.d.29.*
  - Margarita, *Matth.13.f.45.*
  - Iugum *Christi, Matth.11.d.29.*
  - Via *salutis, Psal.118.d.27.*
  - Sermo *crucis, 1.Cor.1.c.18.*
  - Hortus *amœnus.*

LOCI duodecim.

- Quæ *partes.*
  - Pœnitentia.
  - Fides *in Deum.*
- Quæ *causæ.*
  - Efficiens *misericordia Dei, seu promissio.*
  - Materia, *circa quam, Christi meritum, ac iustitia.*
  - Formalis, *ipsa prædicatio.*
  - Finalis, *vt salui simus, ne pereamus.*
- Qui *Effectus.*
  - Gignere *fidem.*
  - Ministrare *Spiritum.*
  - Docere, *quæ credenda sunt de Christo.*
  - Illicere *ad misericordiam & remissionem peccatorum.*
- Quando *cœptum sit prædicari Euangelium. Statim post lapsum primorum parentum.*
- Vbi *primùm prædicatum Euangelium. In Paradyso.*
- Quomodo *prædicatum. Edita promissione de Semine illo benedicto.*
- Cur *prædicatum primis illis Patribus. Ne desperarent, sed consolationem haberent.*
- Quo *instrumento veteres Euangelium prædicatum exceperint. Quo scilicet & nos: nimirum fide, seu credendo veritati, ac omnipotentiæ Dei. Quemadmodum dicit Scriptura: Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam, Rom.4.v.3. Hinc idem Pater quoque fidei dicitur.*
- Vnde *commendetur, & seq. Vide literam A.*

Vnde cõmendetur maximè Euangelium.
- A vetuſtate. *Omnes enim ab initio habuerunt Euangelium, & per fidem ſaluati ſunt. Primum Euangelium Adæ & Euæ: Semen mulieris conteret caput, &c. Per hoc Euangelium ſe conſolati ſunt Patres, quotquot placuerunt Deo vſque ad Abraham. Euangelium Abrahæ: In ſemine tuo benedicentur omnes Gentes. Dauidis: De fructu ventris tui ponam, &c.*
- A dignitate, ſeu autoritate, quæ demõſtratur.
  - Quia eſt prædicatio de Chriſto IESV vero Deo & homine.
  - Quia *Euangelium fulgore ſuo omnes vmbras typicas diſcutit, & in ſpiritualem cultum Dei diſponit.*
  - Quia *Euangelium* è cœlo miſſum & ad nos allatũ per Filium. vnde & Paulus Hebr. 1. v. 1. *Hanc Euangelij lucem ac ſalutem ab ipſo rerum Domino prædicatum fuiſſe docet.*
- Ab vtilitate. Quia
  - Qui credit *Euangelio, ſaluatur.*
  - Euangelium *conſolatur, pacificat conſcientiam, triſtitiam abigit, erudit, de quo Rom. 15. d. 27. 2. Tim. 3 c. 16.*
  - Euangelium *index eſt, in Scripturam introducens.*
- A neceſsitate. *Euangelium enim eſt de neceſsitate ſalutis. Quàm neceſſarium ſit Euangelium, vide Amos 8. 11* —

A. An *comprobetur Euangelium humana autoritate. Liquidò conſtat, non ab Eccleſia eſſe verbum Dei: ſed econtrà verbo Dei conſiſtere Eccleſiam, priusq; eſſe verbum Dei, q̃ Eccleſiam. Si enim verbo Dei creati ſunt cœli, & antequam orbis fieret, Sapientia ab æterno fuit, longè prius fuit verbũ Dei, q̃ Eccleſia. Etſi autẽ Eccleſia iudicauit quorundam Euangelium nõ conuenire cum vero Euangelio, damnauitq; ſuperſtitioſa Euangelia: non tñ ideò protinus autoritatem ſumit ab Eccleſia Euangelium, neque Eccleſia iudicat, ſed verbum. Quemadmodum q à Magiſtratibus damnantur, nõ à Magiſtratibus damnari dicuntur, ſed à lege. Quare & Chriſtus teſtatur, dicens: Ego teſtimonium ab homine non accipio. Videant ergo quid agant, qui dicunt, Nullam Euangelio fuiſſe fidem habendam, niſi Eccleſiæ acceßiſſet approbatio. Relatiua quadã ratione mutuò ſeſe reſpectat Euangeliũ & Eccleſia: inde tñ non ſequitur, q̃ Eccleſiæ autoritas maior ſit Euangelio: aut quod hoc nihil ſit futurũ, niſi accedat Eccleſiæ aſſenſus. Tametſi ergo orbis non recepiſſet Euangelium, nihilominus futurũ erat Euangelium, & verum & ſanctum. Imò vbi nõ eſt Euangelium, ibi non eſt Eccleſia. Eccleſia enim fidelium cœtus eſt verbo Dei attendentium.*

De Contentione Legis & Euangelij.

Lex dicitur
- MINISTRATIO *mortis & damnationis, 2. Cor. 2. c. 16.*
- *Elementum mundi, Gal. 4. a. 3. Col. 2. d. 20.*
- *Cognitio peccati, Rom. 3. c. 20.*
- *Sceptrum exactoris, Eſa. 9. a. 4.*
- *Vinculum colli tui, Eſa. 52. a. 2.*
- *Ignis maximus, Deut. 18. c. 16.*
- *Ignis & malleus conterens petram, Hier. 23. d. 29.*
- *Gladius durus, Eſa. 27. a. 1.*
- *Gladius flammens, Gen. 3. d. 25.*
- *Onus importabile, Num. 4. d. 47. Actor. 15. d. 28.*
- *Aquæ fortes fluminis, Eſa. 8. a. 7.*
- *Iugum ferreum, Deuter. 28. e. 48. Hier. 28. d. 14.*
- *Vectis ferreus, Pſal. 106. c. 16. Eſa. 45. a. 2.*
- *Lapideæ tabulæ, Num. 4.*
- *Iugum, oneris, Virga humeri, Cauſa peccati.* — *Eſaiæ 9. a. 4.*

Euangelium dicitur
- CORNV *ſalutis, Luc. 1. g. 69.*
- *Miniſtratio vitæ, 2. Cor. 3. c. 6.*
- *Potentia Dei, Rom. 1. c. 16. 1. Cor. 1. c. 18.*
- *Vterus Dei & vulua, Eſa. 46. a. 3.*
- *Sceptrum Regni eius, Pſal. 46. a. 7.*
- *Bona fragrantia, 2. Cor. 2. c. 15.*
- *Sanctificatio, Eſa. 8. c. 14.*
- *Honor, 1. Pet. 2. b. 7.*
- *Spiritus labiorum ſuorum, 2. Theſſ. 2. c. 8.*
- *Virga, cuius faſtigiũ adorauit Iacob in manu Ioſeph, Gen. 47.*
- *Dies, Rom. 13. c. 12.*
- *Cauerna ſaxorum, Euangelium Regni,*
- *Cornu ferreum, Eſa. 2. c. 19.*
- *Sciſſura petrarum, Eſa. 2. d. 21.*
- *Lumen, Luc. 2. d. 32.*
- *Ignitus clypeus, Prouerb. 30. a. 5.*
- *Regnum cœlorum, Matth. 10. a. 7.*
- *Fons ſapientiæ, Vngula ærea, Mich. 4 v. 13.*
- *Sermo crucis, Salus noſtra, 1. Cor. 1. c. 18. a. 6.*
- *Odor ſuauitatis, Ezech. 20. d. 28.*
- *Odor notitiæ ſuæ, 2. Cor. 2. c. 14.*
- *Regnum Dei, Luc. 10. c. 9.*
- *Lux, Matt. 4. c. 16. Pax, Act. 4. Luc. 2. d. 29.*
- *Calceus, Ioan. 1. d. 27. Ezech. 16. a. 10. Ephe. 6. c. 16.*
- *Sermo reconciliationis, 2. Cor. 5. c. 19.*
- *Nubes, Pſa. 104. a. 3. Sal terræ, Mat. 5. c. 13.*
- *Ignis, Pſal. 104. a. 4.*
- *Gaudiũ magnum, Luc. 2. c. 10. Cœna magna.*
- *Virga Regni eius, rectitudinis, Pſal. 44. a. 7. Ferrea, Pſal. 2. c. 9. Humeri eius, Eſa. 9. a. 4. Oris ſui, Eſa. 14. g. 29.*

Habet & Euangelium alias ſignificationes metaphoticas.

Lex	*Peccatum ostendit.*	Euangeliū	*Gratiam ostendit.*
	Morbum indicat.		*Remedium indicat.*
	Mortis ministra est.		*Condonat peccatum.*
	Virtus peccati est.		*Resuscitat.*
	Cognitio peccati est.		*Ministratio spiritus.*
	Virtus iræ est.		*Ostendit Christum.*
	Vox iræ & mortis est.		*Ministratio vitæ & pacis est.*
	Præcipit facienda.		*Virtus salutis omni credenti est.*
	Mortificat.		*Remissio peccatorum est.*
	Deducit ad inferos.		*Donatio Spiritus sancti.*
	Confundit, conterit, pauefacit, sauciat conscientiam.		*Promissio gratiæ & iustitiæ.*
			Vox sponsi & sponsæ secundū Prophetam.
			Verbum reconciliationis.
			Consolatur, erigit, animat, viuificat pauefactas conscientias.

Appellationes

Verbi Dei.

Ex veteri Testamento.	*Manna, Deut. 8. a. 3.*	*Lux Dei, Psal. 42. a. 3.*
	Carbunculus, Exodi 28. c. 18.	
	Triticum, Hier. 23. d. 28.	*Farina, Exodi 5.*
	Panis, Amos 8.	
	Aqua salutaris, Psal. 22. a. 2.	
	Scissura petrarum, Hier. 23. d. 29.	
	Lux, Esa. 9. a. 2.	
	Lucerna pedibus, Psal. 118. g. 104.	
	Virga virtutis, Psal. 109. a. 2.	
	Virga directionis, Psal. 44. b. 7.	
	Cornu ferreum, Mich. 4. d. 13.	*Carbo viuus, Tob. 8. v. 2.*
	Panis vitæ, Sap 16. c. 10.	
	Dies virtutis Dei, Psal. 109. a. 3. Mensa. Pr. 9. a. 2.	
	Sceptrum Regni Dei, Psal. 44. a. 7.	
	Vinum, Psal. 103. c. 15.	
	Spiritus oris, Psal. 32. a. 6.	
	Malleus petram dissipans, Hier. 23. d. 29.	
	Ignis, Hier. 23. f. 29.	
	Vita salutis, seu vitæ, Psal. 15. c. 12.	
	Verbum veritatis, Psal. 118. d. 25.	
	Os Altissimi.	
	Argentum, Esa. 1. d. 22.	

Traditionū humanarū impiarum.

Tenebræ, Esa. 49. c. 9. Ephes. 5. c. 8.	
Stercora humana, Thren. 4. a. 5. Ezech. 4. d. 15.	
Palea, Hierem. 23. d. 28.	
Siliquæ, Luc. 15. d. 16.	
Cisterna sine aqua, Hier. 2. c. 13.	
Tenebræ, Esa. 9. a. 2.	
Vmbra mortis, Esa. 9. a. 2.	
Vinacia vuarum, Hoseæ 3. a. 1.	
Via peccatorum, Psal. 1. a. 1.	
Somnium, Hier. 23. d. 27.	
Scoria, Esa. 1. d. 22.	*Sordes, Esa. 4. a. 4. 28. b. 8.*

Ex nouo Testamento.	*Margarita, Matth. 13. d. 42.*	
	Iugum Christi. Mat. 11. d. 29. Pascua, Ioan. 10. c. 9.	
	Verbum vitæ æternæ, Ioan. 6 g. 68.	*Oua aspidum, Esa. 59. a. 5.*
	Regnum Dei, multis locis.	
	Pannus nouus, Matth. 9. c. 16. Luc. 5. g. 36.	*Vetus vestis, Luc. 5. d. 36. Telæ aranearum, Esa. 59. a. 5.*
	Potentia Dei, Rom. 1. c. 16.	
	Benedictio, Ephe. 1. a. 23.	*Execratio, Zach. 5. a. 3. Gal. 1. b. 9.*
	Administratio Spiritus, 2. Cor. 3. a. 9.	*Cancer serpens, 2. Tim. 2. c. 17.*
	Galea salutis, gladius spiritus, Ephe. 6. c. 17.	
	Eloquia Dei, 1. Pet. 4. c. 11.	
	Verbum crucis, 1. Cor. 1. c. 18.	
	Virtus Dei, 2. Cor. 1. a. 8.	
	Aratrum, quo Ecclesia colitur, Luc. 9. g. 62.	
	Vnum necessarium ad salutem, Luc. 10. g. 42.	
	Nidus Christianorum, Luc. 13. g. 34.	
	Thesaurus, Matth. 13. g. 44.	

Ex Doctoribus.	*Hortus amœnus.*
	Epistola Omn potentis Dei ad suam Creaturam. Gregorius, Augustinus.
	Speculum mentis. Gregorius.
	Fluuius, in quo Agnus peditet, & elephas natet. Gregorius.
	Lapis Lydius, Index, Clypeus.

De Cla

De Clauibus.

Loci duo.

- Quotuplex. *Alia enim*
  - Quid *sit. Est enim potestas intromittendi & excludendi: hæc Potestas clauium nomine significatur. Qui enim clauem alicuius domus habet, quem vult intromittit, quem vult ab ingressu domus repellit.*
  - Interior, *seu potestatis plenariæ. Hæc Clauis domus Dauid dicitur, Esa. 22.d. 22. Apoc.3.b.7. Hic discе,*
    - Quid *sit. Est enim potestas totius Trinitatis, per internum Spiritus ministerium, peccata credentibus per Christum condonandi.*
    - Quotuplex. *est duplex:*
      - Regni *cœlorum, cuius vsus est*
        - Referare *cœlum fidelibus, Apoc. 3.c.12.*
        - Claudere *cœlum impœnitentibus & infidelibus, Esaiæ 22.b.22. Apocal. 3. c. 12.14.*
      - Mortis *& inferorũ, cuius vsus est*
        - Liberare *à damnatione æternæ mortis electos, Apocal.1.c.18.*
        - Damnare *æternùm reprobos, Apocalypsis 1.*
    - Has *claues non dedisse Dominus Episcopo Romano, sed habere nunc, & retinere in æternum. Apostolis ac Ministris claues dedit referandi, & claudendi cœlum, vt Ministris, idq; per prædicationem Euangelij, qua, cuicunque credenti promiserint vitam, ipse Christus vitam præstet, propter veritatem promissionis.*
  - Exterior, *seu potestas Ministerij, 2. Cor. 10.c.8. & 13.c. 10. 1. Cor. 4. a. 2. & est duplex:*
    - Quid *sit. Est enim ministerium prædicationis Euangelij, commissum à Deo Ministris suis, quo aperiant & claudant mundo cœlum: id est, quo ostendant, quâ eatur ad cœlos: id est, per quid perueniatur ad vitam beatam, & miseriam perpetuam. Quid sit Clauis, per absolutionem & ligationem specificatur, Matth.16.c.18. item dist.20.cap.1. in glossa & in textu.*
    - Quotuplex. *Est enim alia*
      - Scientiæ, *quæ est enarratio Scripturarum, institutio in religione: ita enim aperiuntur mysteria Regni Dei, illuminatur intellectus, Lucæ 11.*
      - Regni *Dei, quæ est potestas intromittendi, vel excludendi ministerialis.*
    - A quo *datur Clauis. Ab eo videlicet, qui omnem potestatem habet in cœlo & in terra, Matth.28.d.18.*
    - Quibus:
      - Veris *Christi Ministris, Spiritum Christi habentibus. Nã nec Christus ligãdi & soluẽdi potestatem Apostolis antè dedit, q̃ eos Spiritu donaret, Ioan.20.d.22. & can.1.q.1. vt euidenter. Quare illud Christi,* TIBI DABO, *non solùm ad Petrum, sed & alios pertinet, vt ex Mat.18. & Ioan.20. constat. Illic enim omnibus Discipulis, imò omnibus Christianis ista potestas datur: hîc omnibus Apostolis.*
      - Singulis *fidelibus, ac toti Ecclesiæ: nam & Mat.18.c.18. adiectum est: Quæcunque alligaueritis, & solueritis, &c.*
    - Euangelica: *potestas enim à Christo Ecclesiæ collata, verbo est alligata. Hîc discе,*
      - Vnde *datur. Ex ineffabili Dei gratia.*
      - Quanta *sit hæc Clauium potestas. Magna sanè potestas, Claues habere Regni cœlorum, in qua si quid peccatur, periculosissimè peccatur.*
      - Quatenus *data Ministris hæc Clauium potestas. Hieronymus Matt.16. Id iuris habent Euangelici Sacerdotes, quod olim in Lege habebant Legales, in curandis leprosis, &c. Et Ambrosius: Verbum Dei dimittit peccata, Sacerdos officium suum exhibet, sed nullius potestatis iura exercet.*
      - Quis *sit vsus Clauium. Aperire & claudere, soluere, ligare, remittere, & retinere peccata: scilicet per ministerium.*
      - Quomodo *administretur Clauis. Christi merito, cruce, satisfactione & resurrectione.*
      - Quæ *sit Clauium efficacia. Verè enim coram Deo remittuntur peccata, quibus verus Christi Minister remissa esse dixerit: retinentur, quibus retineri minatus fuerit. Ministerij autem Clauium tota vis in eo posita est, vt Euangelij gratia per eos, quos Deus ordinauit, fidelium animis obsignetur, quod fieri, nisi sola prædicatione, nequit. Potestas enim Clauium non est ab Euangelij prædicatione separata.*
    - Papalis, *adulterina, &c. Vide literam A.*

A. Papalis, adulterina. & est duplex.

Pōtificia. Hic disce:

Quid sit. Est enim dispensatio meritorum Christi, & Martyrum, quam Papa suis bullis & indulgentiis partiatur: vel est plenaria potestas in omnia. Hæc Clauis putei Abyssi dicitur, Apoc. 9. a. 1. qua Inferi aperiuntur.

Quotuplex. Alia enim est Clauis Regni,

- Cœlestis. Huc pertinet potestas in Ecclesiam, articulos Fidei, Leges, Concilia, Cœlos, Purgatorium, in rerum naturam. Item potestas, qua potest de iniustitia facere iustitiam, & cui nemo hominum repugnare audeat, quæ tanta sit, vt nemo Pontifici dicere debeat: Domine, cur ita facis? qua possit interpretari Scripturas prout vult, & absoluere quos velit, largiri indulgentias, &c.
- Terreni. Huc pertinet dominatio, & inrisdictio in Reges, Cæsares, Principes, Episcopos, &c. Huc pertinet & excommunicationis fulmen, quo territat Reges & Principes.
- Inferni. Atq; huc pertinet liberrima potestas, quam sibi Papa vsurpat, qua possit, quos vult, ad Inferos detrudere. Vt autem triplicis Regni, cœlestis, terreni, & Inferni potestatem innuat Papa, triplici diademate,

  (Iuppiter vt sceptrum fertur quassare trisulcum.)

  insignitum caput omnibus adorandum ostentat.

Quid sit. Libera potestas remittendi & retinendi peccata.

Quotuplex. Hic inter se belligerantur Papistæ. Alij dicunt, vnicā esse Clauem in essentia: scilicet potestatem ligandi & soluendi: scientiam verò ad bonū quidem vsum requiri, sed tantùm instar accessorij esse. Alij duas Claues recensent, Discretionem & Potestatem, &c. Alij autoritatem discernendi & potestatē exequendi.

A quo datur. A Papa.

Quibus. Satellitibus suis, hominibus impuris.

Vnde datur. Ex arrogantia Papali.

Quanta sit. Quantam Papa concesserit.

Quæ sit efficacia. Ea tanta est, vt Dominus etiam eorū sententiæ accedere cogatur.

Sacerdotalis. Hic disce:

Quis vsus Clauium Papalium. Vt quibus velint, remittant peccata, quibus velint, retineant.

Sacerdotes hosce habere Claues, quibus claudant Regnum cœlorum. de quo Hoseæ 6. c. 9. Absconderunt Sacerdotes viam. & Matth. 23. Inferos verò aperiant, Apocal. 9. a. 1.

Claues Pontificis & Sacerdotum adulterinas esse. Nisi verò propriam Clauem seræ admoueas, & nisi sera recipiat clauem, non aperies ostium.

Pōtifices Romanos, vtut Claues iactēt, eas diu amisisse, id quod ex eorū factis probari potest.

- Quòd Leo III. claues Petri ad Carolum, vnà cum Vrbis vexillo, & alijs muneribus miserit.
- Quòd Gregorius IX. Claues Friderico Imperatori centum millibus auri vncijs vendidit: ergo iam non habet.
- Quòd Iulius II. cum exercitu egrediens Vrbem contra Gallum, rubiginoso Pauli gladio accinctus, Petri Clauem in Tyberim proiecit, his verbis: Quia Clauis S. Petri non amplius valet, vas leat Gladius S. Pauli. Quo facto omne ius Tyberino flumini resignauit. Qui enim Claues, symbolum potestatis abiecit, & respuit, se & successores hæreditate Petrina exuit & spoliauit.
- Quia Bonifacius VIII. Gladiū sibi vsurpauit: non habet igitur Claues, sed Gladiū: diuersæ enim species sunt clauis & gladius.

De Sacra-

De Sacramentis.

TABVLA I.

Loci decem.

- Quid *sit. Est enim certum quoddam signum, ac visibile testimonium à Deo constitutum, in perpetuum vsum Ecclesiæ, in hoc mundo peregrinantis, & eius autoritate adiunctum promissionibus Euangelij, de gratuita* IESV *Christi salute, vt eo efficacius, velut nostris externis sensibus demonstraret, quod nobis per verbum declarat, & per Spiritum in cordibus nostris efficit: præterea vt sacra & solennis cæremonia nobis quotidie memoriam renouaret omnium officiorum, quibus præstandis & Deo ipsi, & proximis obstricti sumus ex fœderis formula.*
- Quibus partibus constet: videlicet
  - Verbo, *quod vocamus ordinationem, seu institutionem Dominicam, cum promissione vitæ æternæ coniunctam, quæ semel facta, ad finem vsque mundi Sacramenta consecrat Ecclesiæ. Atque hanc ob id recitamus in Ecclesia, non vt proferatur consecrationis gratia, vt Papistæ somniant, sed vt fideles audiant, & credant, non vt elemento virtus aliqua accedat. Sacramentum enim efficere in Ecclesia, ipsius est Domini, non Ministri.*
  - Signo, cui Dominicæ institutionis verbum accedit. *Hoc aliàs Elementum vocatur, aliàs visibilis forma. Hic disce,*
    - Quid vocemus Signa: *nam signorum nomine non tantùm comprehendimus corporea illa & externa, vt aquam in Baptismo, panem & vinum in cœna: sed & cæremonias, seu ritus ipsos mysteriorum, quibus neque adijciendum, neque detrahendum esse putamus.*
      - An *mutentur signa in Sacramentis. Hic nota,*
        - Signa *in Sacramentis, neq; quoad substantiam, neq; quoad qualitates naturales, aut quantitates mutari. sed duntaxat quoad finem, officium, conditionẽ & vsum, cuius gratia in Ecclesia proponuntur: quoniam videlicet incipiunt nobis verè significare res planè cœlestes & diuinas, idq; non ex sui natura, sed ex Filij Dei ordinatione. Mutantur quidem signorum etiam nomina, sed non res, vt videlicet maiorem signatorũ rationem habeamus, q̃ signorum, & ab elementis mens ad Christum auolet.*
        - Mutationem *hanc signorum non pendere à recitatione vllorum verborum, sed à Dei ordinatione in ipsius verbo comprehensa. Verbum enim, id est, ipsa institutio Christi, velut ipsa signorum anima est.*
        - Mutationem *hanc non esse perpetuam. Mutatio enim hæc vsum duntaxat, eumq; publicum in Ecclesia respicit. Quare extra actionem ipsam mysteriorum nullus ei locus relinquitur.*
      - Signa *quò respiciant, aut quid nobis offerant: nempe* IESVM *Christum vnà cum suis operibus.*
      - Quomodo *res: id est,* IESVS *Christus, cũ signis coniungi dicatur: Dei videlicet promittentis respectu, quòd Christum cum suis opibus verè nobis offerant. Id enim fit, non certa quapiam virtute vocabulorũ, aut syllabarum, vt Fascinatores existimant, neque vllo coniunctionis modo naturali, vel locali, neque propter aliquam sanctimoniam Ministri: (pendent enim hæc sacra à solius Dei autoritate:) sed sola Spiritus Sancti potentia & virtute, qui efficit, vt* IESVS *Christus, qui nunc, quatenus homo est, in cœlis residet: nobis tamẽ, qui in terris sumus, nõ minùs verè donetur, quàm signa ipsa: quatenus videlicet fides nostra eum contemplans in Sacramentis, in cœlum vsque conscendit, vbi verè eum complectimur magis ac magis: nouit enim Spiritus Sanctus arctissimè coniungere fidei vinculo, quæ alioquì, si locorum distantiam spectes, longissimè sunt dissita, id quod cœlesti & spirituali modo, non naturaliter fit.*
      - Signa *cum rebus nõ esse confundenda, sed distinguenda, vtpotè quæ coniunctim quidem, sed distinctè tamen à Deo nobis donentur. Sæpè enim fit, vt qui signa sumit, nihil minùs quàm rem ipsam percipiat.*
      - Quis *sit modus percipiendorum signorum & rerum. Signorum enim naturalis est modus, & tum à fidelibus, tum ab infidelibus naturali modo percipiuntur signa, sed contrario euentu. Res autem ipsæ nobis communicantur, Dei quidem donantis respectu, per vnum Spiritum Sanctum, qui gratis operatur in electis: Nostri autem respectu, per fidem, p quam Christus à nobis apprehenditur.*
  - Signato: *si enim Sacramentum sacrum signum est, aliud quid esse oportet, cuius sit signum, & hoc Signatum appellant: nonnulli Rem Sacramenti: aliqui etiam Inuisibilem gratiam.*
- Quot *sint Sacramenta, & seq. Vide literam A.*

Quot *sint Sacramenta noui Testamenti: Videlicet duo,*
- Baptismus, *qui Circumcisioni & reliquis Legis purificationibus successit.*
- Cœna *Domini, quæ Agno Paschali successit.*

Quare *externa Sacramenta instituerit Dominus, & prædicationi verbi adiecerit: Videlicet vt sint diuinæ erga nos gratiæ symbola, quibus fidem nostram in Christum exerceamus, & confirmemus. Deus enim pro mirabili sua prouidentia aliter agit cum cœlestibus Spiritibus, aliter cum hominibus, aliter cum bestijs, aliter cum inanimatis, & tamen hæc sua creata, virtute Spiritus sui, conseruat omnia. Cum solis autem hominibus agit, & verbo suo & Spiritu & signis, captui nostro sese accommodans, vt homines etiam crassi & rudes excitarentur ad misericordiam Dei amplectendam per Christum* IESVM.

Qualia *Sacramenta instituerit Dominus.*
- Numero *pauca: Duo videlicet, cùm in veteri Testamento numerosa fuerit signorum multitudo. Erat enim populus Israëlis adhuc sub iugo legalis seruitutis, ideoq́, vt pueri solent, pluribus figuris, ritibus, vmbris & sacrificijs detinebatur. Populus verò noui Testamenti tanquam iam adultus, & Spiritu libertatis donatus, paucissimis signis in fide Christi exercetur: quare qui Ecclesiam multitudine rituum onerant, ad Iudaici populi pædagogiam magis, quàm ad Christianæ Ecclesiæ libertatem accedunt.*
- Factu *facillima. Nihil est vel in Baptismate, vel Cœna Domini, quod sit vel difficile, vel durum, vel molestum, aut iniucundum, aut à moribus humanis alienum. Circumcisio molesta fuit, cruenta, & doloribus obnoxia: Sacrificia Iudæorum habebant plurimùm laboris, præterquam quòd erant cruenta. Hic omnia vsitata, sine sumtu, labore, & sine dolore.*
- Intellectu *augustissima. Externo aspectu & vsu videntur oculis carnis humilia, nec alicuius præcipui momenti, verùm intellectu augustissima. Est autem intellectus Sacramentorum, rerum maximarum, cœlestium, ac diuinarum, quarũ visibiles formæ foris apparent. Preciosa sunt Sacramenta, non auro, aut argento, externaq́ aliqua pompa, ac mundana splendore, sed intellectu. Quare in vsu Sacramentorum à Christianis requiritur, vt intellectu valeant, nec signa pro rebus ipsis accipiant.*

A. Quare *Christus res penitùs vulgares in constituendis Sacramentis delegerit. Ne videlicet miseri mortales in istarum mysteriorum vsu, idcircò institutorum, vt sese in cœlum vsq́ subleuent, e contrario in rebus terrestribus hæreant, & obstupescant. Hoc Dei consilium non intellexerunt quicunq́ cœlesti simplicitate non contenti, putârunt se suis ornamentis Sacramentorum dignitatem ornare. Qua re factum est, vt Sacramenta in fœdam idolatriam degenerârint.*

Quod *sit discrimen inter veteris & noui fœderis Sacramenta. Differunt enim*
- Numero: *pauciora enim nos habemus Sacramenta, quàm veteres.*
- Significandi *mensura. Nam, teste Augustino, nostra Sacramenta vberioris significationis sunt.*
- Signis *& ritibus multùm inter se diuersis.*
- Signorum *qualitate: Sacramenta veteris Testamenti cruenta fuerunt, nostra incruenta sunt.*
- Tempore.
- Conditione. *Vetera enim Sacramenta instituta sunt, ea conditione, vt Christum venturum demonstrarent: at proinde in eius aduentu desinerent. Noui autem fœderis Sacramenta ad consummationem vsque seculi stabilita sunt.*

Quę *affinia Sacramentorum veteris & noui Testamẽti. Nihil enim differunt, si*
- Autorem *consideres. Idem enim est autor Sacramentorum veteris & noui Testamẽti: Idem mediator gratiæ Dei, vtraque nituntur autoritate Mediatoris vnius.*
- Rationem *consideres, qua Deus Ecclesiæ suæ Sacramenta instituit in veteri & nouo Testamento. Hac enim ratione instituta sunt, vt essent gratiæ Dei erga Ecclesiam suam symbola.*
- Sacramenti *partes spectes: nam vt noui, ita veteris Testamenti Sacramenta signo & signato constant: ac aliud vtrobique est signum, aliud signatum.*
- Res *ipsas consideres, quarum sunt signa nostra, ac veterum Sacramẽta: Nam quod Circumcisio significabat, idem & Baptismus noster significat: quod Agnus, idem & Cœna.*
- Fidem *consideres: vna enim vtrobique fides est.*
- Efficaciam *spectes: nam Sacramenta gratiam significant, non conferunt.*

Angvatia *sit alligata Sacramentis. Non est alligata naturali, corporali, aut locali modo, sed Sacramentali, perinde atque pars alligatur suo toto: interim tamen sic illis alligata non est, vt particeps illius fiat, qui Sacramentum accipit absque fide.*

An *fides est de substantia & integritate Sacramenti. Substantia Sacramentorum ab institutione & autoritate Domini dependet: quare non refert ad hoc, vt integrum Sacramentum accipiamus, quid credamus. Interest quidem ad salutis viam, quid credat videlicet, qui Sacramentum accipit, sed ad Sacramenti quæstionem nihil interest: fides quidem ad rem sumendam necessaria est: tamen siue credat quis, siue non credat, si legitimè Sacramentum administretur, verum Sacramentum sumit, respectu scilicet Dei, communicantis verò respectu, si quis nõ credat, nudum signum, &c. Sine fide enim nec verbum, nec Sacramentum nobis prodesse potest.*

TABVLA

TABVLA II.

- Loci quatuor.
  - Quomodo consecrentur Sacramẽta nostra: verbo scilicet. Hic disce,
    - Quid hic p verbũ intelligatur. Hic discas,
      - Verbum non esse intelligendum, quod sine sensu & fide insusurratum, solo strepitu, velut magica incantatione, consecrandi Elementi vim habeat, sed quod prædicatum intelligere nos faciat, quid visibile signum sibi velit. Vnde Augustinus: Non quia dicitur, sed quia creditur. Loquimur ergo de verbo prædicato & credito, non de pronunciato, ac recitato, quasi hîc vim habeat ex Domino sanctificandi, quod à Ministris pronunciatur.
      - Verba concepta, formula recitata, non habere vim euocandi, deducendi, sanandi, attrahendi, depellendi, transmutandi, seu transformandi. Sicut enim nihil potest figura literarum, ita nulla virtus est in pronunciatione verborum, vel in sono. Eadem enim est ratio figurarum & pronunciationis literarum, aut vocum Euangelij.
      - Verba per se in hoc esse instituta à Deo, vt significẽt & significanter testentur, atque admoneant: nec habent præterea vllam vim latentem conuertendi rerum naturas, aut res ipsas, vt corporaliter adsint, adducendi.
    - Verbũ in Sacramẽtis hæc complectit:
      - Voluntatem Dei iustam, bonã, & sanctam. Deus enim ex bona sua voluntate, ad hominum vtilitatem, Sacramenta ordinauit.
      - Delectum. Nam ex bona sua voluntate deligit sibi ex bonis suis creaturis, aquam, panem, & vinum.
      - Institutionem seu ordinationem Domini, qua res delectas in certum aliquem finem instituit, ac autorem & modum ostendit.
      - Factum: quod enim voluit, facit.
      - Præceptũ: quod enim voluit, fecit, & facere iussit.
      - Verbi consignationem. Quæ enim voluit, fecit, & facere iussit, ea verbo suo signat, & quid, & in quẽ finem, & quomodo instituerit, verbo testificatur, & exponit.
      - Vsum sanctum: id est, beneficiorum & promissionum Dei commemorationem, celebrationem beneficiorum, redemtionis & gratiarum actionis.
    - Ex natura Dei, qui Sanctus & Verus est voluntate, delectu, institutione, facto, præcepto & verbi consignatione, non ex pronunciatione vllorum verborum sanctificationem, seu consecrationẽ Sacramentorum esse. Hæc enim verbum complectitur.
    - Consecrare in præsenti esse Deo dedicare, segregare, aut è re profana facere sacram. Quis autem hoc facit in Sacramentis? Deus: ipse enim Sacramentorum autor est. ipse deligit res profanas ad sacra. Delectu ergo & iussu diuino res consecratæ sunt, quas mox verbo suo signat, & quòd eas pro Sacramentis haberi, & quomodo celebrari velit, exponit.
  - Quomodo signũ & signatum in Sacramentis coniungantur:
    - Institutione divina. Quia qui Sacramentum instituit, non in hoc instituit, vt aquâ in Baptismo corporis sordes ablueremus, neque vt pane & vino nos in Cœna satiaret, sed vt redemtionis & gratiæ suæ, denique salutis nostræ mysteria commendaret nobis signis visibilibus.
    - Contemplatione fideli, quia religiosè participantes Sacramentis, oculos suos, non in sensibilia tantùm, sed magis in res insensibiles defigunt.
    - Significatione, rerumque similitudine. Quia signum signati signum est: ac nisi signa similitudinem haberent cum his rebus, quarum signa sunt, signa vtique non essent.
  - Sacramenta non cõferre, sed significare gratiã: Quia
    - Scriptura docet, mentem hominis, non Elementum vllum, domicilium esse gratiæ Dei, & hoc non peti, aut coli, quasi inclusa sit, in vlla re sensibili.
    - Elementis gratiam iudere, idolatriam gignit. Ab his enim requirent homines, quæ eleuatis in cœlum mentibus à Deo petenda erant.
    - Sancti priùs iustificati recepti, in gratiam, quàm initiati sint Sacramentis.
  - Quę sit virtus, finis & vsus Sacramentorum.
    - Sacramenta sunt testimonium veritatis Dei: per hæc enim testificatur Dominus, res Euangelio annunciatas omnino veras esse.
    - Beneuolentiam Dei erga nos obsignant visibiliter.
    - Sacramenta significant & repræsentant res, & propterea adiuuãt fidem nostram, dum foris obijcitur nobis, quod animum impellit, excitat, &c.
    - His colligimur in vnitatẽ corporis Christi segregati ab omnibus alijs religionibus,
    - Sacramenta fideles sui admonent officij.

De Baptismo.

TABVLA I.

- Quid *sit Baptismus. Est enim Sacramentum regenerationis, purgationis, initiationis, sanctificationis, & incorporationis, quo resipiscentes, Christo & Ecclesiæ eius incorporamur, & obsignamur.*
- Loci septē.
  - Quotuplex.
    - Externus, *Ablutio aquæ, interioris Baptismi signum.*
    - Internus, *sanguine Christi lauacrum, per Spiritus Sancti renouationem, abluens peccata nostra ex gratia Dei.*
  - Quot partibus constet.
    - Verbo, *quod est ordinatio* IESV *Christi, cum promissione vitæ æternæ coniuncta. Vt cùm dicit: Baptizate in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti: quicunque crediderit, & baptizatus fuerit, seruabitur, Matth. 28. 19. Marc. 16. 16.*
    - Signo, q̄ est vel
      - Elementum *aquæ. Neque enim vllum est Elementum aptius abluendis corporis sordibus, quàm aqua, ideoq; aptissimum est fidei nostræ, repræsentandæ sanguine Filij Dei, per quem vnum Ecclesia purificatur.*
      - Cæremoniæ, *seu ritus actionis essentiales, quibus nefas est aliquid adijcere, aut detrahere, vt sunt,*
        - Reclinatio *baptizandi,*
        - Aspersio *aquæ,*
        - Mora *sub aqua,*
        - Emersio *ex aqua,*
        - Vestitus *& tectio baptizandi post lotionem.*

        Quæ quidem cum *Iam & modum reconciliationis significant.*
    - Signato, q̄ est IESVS *Christus, cū suis operibus. Hic disce,*
      - Quid *elementum aquæ significet: sanguinem enim Filij Dei repræsentat.*
      - Quid *cæremoniæ & gestus significēt. Nam*
        - Reclinatio *baptizandi significat, Christum pro nobis incarnatum, passum, mortuum.*
        - Aspersio *aquæ, aspersionem sanguinis Christi significat in remissionem peccatorum, & imputationem iustitiæ ipsius.*
        - Mora *sub aqua, significat mortem & sepulturam* IESV *Christi, cuius virtute mortificatur & sepelitur vetus noster homo: id est, natiua nostra corruptio in nobis perimitur.*
        - Emersio *ex aqua significat Christum resurrexisse propter nostri iustificationem, cuius resurrectionis virtute regeneramur, & in vitam æternam resurgemus.*
        - Vestitus *& tectio baptizandi post lotionem, significat nos indutos Christi iustitia, Deo ipsi reconciliatos esse.*
  - Quæ *sit institutio Baptismi. Hic disce,*
    - Quis *instituit. Idem enim est autor Sacramenti, qui & gratiæ, cuius visibilis forma est in Sacramento. Nemini tribuenda est autoritas condendi Sacramenta, cui autoritas inuisibilis gratiæ tribui non potest. Nequit autem vlli tribui mortalium, nisi ei, qui eam à Deo Patre accepit. Is est solus Christus Filius Dei.*
    - Quando *institutus Baptismus. Si eam institutionem Baptismi consideremus, quæ non Iudæos tantùm, sed & nos concernit, qui ex Gentibus in Christum credimus, post resurrectionem institutum esse, rectè dicimus: tum enim expressum & vniuersale baptizandi mandatum datum est Discipulis, sicut & expressum & vniuersale prædicandi Euangelium mandatum.*
    - Quibus *institutus. Non vni tantùm populo, sed omnibus, qui ad Regnum Christi pertinent, & gratiæ illius sunt participes.*
    - Quis *modo administrādi Baptismi institutus. Hic disce,*
      - Institutionis *hanc esse formulam: Baptizate in nomine Patris, & Filij, & S.S.*
      - Quid *sit baptizari in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Est enim Baptismate obsignari in nomen: id est, in peculium, ius, potestatem, religionem, vel in fœdus & gratiam Patris, Filij, & Spiritus Sancti.*
      - Cur *non dixerit Christus: Baptizantes eos in nomine Abrahæ, Isaac & Iacob: vel, in nomine Dei Israëlis. Sunt huius rei causæ quædam. Primum enim periculum fuisset vt videremur baptizari in omnē illam pædagogiam Mosaicam, in quam Ecclesia Israëlis circumcisione obsignabatur. Deinde prædicatum illud de Deo, quòd sit Deus Abrahæ, Isaac, Iacob, & seminis illorum, magis veteri Testamento & Circumcisioni, per quam vna Israëlis gens Deo obsignabatur, quàm nouo Testamento & Baptismati conuenit, per quod non vna tantùm, sed omnes in vniuersum totius orbis gentes in eius nomen, peculium, gratiam & fidem obsignantur, qui non Iudæorum tantùm, sed & Gentium Deus est. Atque hæc vna eademq; Baptismi forma, in vnum eundemq; finem omnibus communis optimè testificatur summam illam coniunctionem, omnium eiusdem corporis membrorum, siue ex Iudæis, siue ex Gentibus. Baptizari autem in nomine* IESV *Christi, vt ex Actis colligitur, est, credentes in Christum nomini illius obsignari, vel in nomen Trinitatis reconciliantis nos sibi in Christo.*
      - Quare *non dicit: Baptizantes in nomina, sed in nomen, ne scilicet occasio ex hoc loco detur tres Deos statuendi. Baptizamur, non in nomina multorum Deorum, sed natura & essentia vnius: Hypostasium verò proprietatibus trini.*
  - Quomodo *ritè dispensetur Baptismus, &* seq. *Vide literam A.*

A. Quomo-

A. Quomodo rite dispensetur Baptismus. Hic considera,
- Quibus possit dari Baptismus. Omnibus scilicet, sicut & Christus omnes ad se vocat. Vt enim prædicatio gratiæ communis est, ita & gratiæ Sacramentum.
- Quibus dari nō debeat. His videlicet, qui gratiam Christi prædicatam sibi, per incredulitatem auersantur, tantisper dum in ea incredulitate perseuerant.
- A quibus debeat administrari. Ab his videlicet, quibus hoc muneris concreditum est. Nullius enim reputamus momenti, mulierum aut Obstetricum Baptisma, propterea quòd ex superstitione administretur, & non iusto ordine. Quare Baptismus mulierum nō magis est tolerabilis, quàm si illis loqui permitteretur in Ecclesia. Id verò vitium in Concilio Carthaginensi iampridem meritò damnatum est.
- Vbi. In cœtu publico, in Templo. Sic enim & Paulus præcipit, vt omnia decenter & secundùm ordinem fiant, fides autem docet quatenus addicti simus circumstantijs.
- Quomodo sit administrandus Baptismus.
  - Plenè & integrè, vt baptizetur secundùm institutionē pariter & rationem huius Sacramenti. Sic autē institutum est hoc Sacramentum, vt in aqua perficiatur, accedente verbo. Cætera ergo omnia, quæ à Papistis adhibentur, haudquaquam ad integritatem Sacramenti pertinent.
  - Competenter. Loquimur autem de ea conuenientia, quæ respondeat baptizandorū qualitati, vt si baptizādus adultus est, instituatur primùm in fide Christi, deinde cū baptizandus est, fidem suā coram Ecclesia Christi confiteatur. Si baptizandus est infans, nec fides, nec fidei confessio ab illo poscatur: absurdum enim est, id requirere ab infante, quod nec Deus ipse ab illo requirit, nec ille per ætatem vel habere, vel exprimere potest.
  - Intelligenter, propter adstantes & Ecclesiam, in cuius præsentia dispensari debet. Intelligenter fit, si lingua vulgari & natiua administretur.

Quis sit verus & legitimus Baptismi vsus. Est duplex:
- Vnus, qui à solo Christo impletur in fidelibus, vt
  - Ablutio peccatorum,
  - Regeneratio,
  - Sanctificatio,
  - Incorporatio in gratiam, regnum & peculium Dei.
- Alius, qui à baptizatis fidelibus impletur, vt
  - Veteris hominis mortificatio.
  - Vitæ nouitas.
  - Perpetua luctta cum carne, mundo, peccato, Diabolo.
  - Obedientia.
  - Seruitus Dei.
  - Studere vnitati corporis Christi, &c.

  Huic vsui is, qui semel baptizatus est, per omnem vitam sic se accommodat, vt illi respondeat, & efficaciam eius, ac fructum consequatur, ne Baptismus inane tantum signum apud illum sit.

Quid significet Baptismus. Nos
- Propter peccata immundos, purificatione egere.
- Sanguine Christi purificari.
- Ex potestate Diaboli liberatos, in regnum Christi & æternum Dei fœdus receptos esse.

De Baptismi abusu vide PETRVM MARTYREM in 1. lib. Reg. cap. 8. fol. 70. &c.

TABVLA II.

Loci quatuor.
- Quid sit. Est enim Baptismus initiale Sacramentum populi Dei, quo intra populum Dei adscribimur, & sub veram vnius Dei religionem vitæque innocentiam adstringimur.
- Quotuplex. Baptismus aquæ vnus est: verùm cum in Baptismo non materia solùm consideranda sit, & actio externa, sed & interior Dei operatio. Hoc respectu Baptismus duplex est: Alius
  - Aquæ vel fluminis, quo Ioannes, Discipuli Christi, ac verbi Ministri baptizant. Qui hoc signo tantùm aquæ perfunditur, baptizatus verè non est, etiamsi toto Oceano tingatur.
  - Ignis vel flaminis, seu Spiritus. Hic Baptismus propriè Christi est, non Ministrorum. Hic verus Baptismus est, quo in Spiritu baptizamur à Deo, & contingit statim post fidem habitam. Dicitur autem ignis Baptismus ad imitationem aquæ Baptismi. Et hæc duo elementa instituto Domini pulcrè congruūt. Nam vt aqua vel hodie purgamur, ita olim igne lustrabantur sontes. Ignis purgationis & amoris symbolum est.
- Quę causæ.
  - Materialis est aqua, ad Baptismum vsurpata.
  - Efficiens
    - Principalis, Deus, qui Baptismum instituit.
    - Instrumentalis,
      - Verbum,
      - Minister.
  - Formalis, est ipsa actio, seu cæremoniæ administratio, iuxta præscriptum Domini.
- Qui effectus, & seq. Vide literam A.

Qui A. effectus.

Significat *ablutionem interiorem, seu remissionem peccatorum, ad quam designandam aquæ elementum Dominus elegit, vt res inuisibiles per signa visibilia significentur.*

Significat *nos translatos esse è regno Satanæ in regnum Dei, ac Deo reconciliatos.*

Testatur *nos esse Christianos, ac Christo dedicatos & receptos in Ecclesiam.*

Discernit *nos ab Ethnicis & infidelibus, qui Dei promissionem ac Christum, propter quem facta nobis promissio est, respuunt.*

Monet *carnem nostram mortificandam esse.*

Monet *vt Deũ fide, innocẽtia & charitate veneremur, & colamus, ac in nouitate vitæ ambulemus.*

Testatur *nos propter Dei iustitiam multis aquæ procellis concutiendos, ex quibus tamen Deus nos liberabit, vt vita tandem æterna potiamur. Id enim retractio ex aqua significat.*

Baptismus *non pro Sacramento tantùm initiali, sed pro cruce & doctrina in sacris literis accipitur, Matth.20.d.22. Luc.12.d.50. Ioan.4.a.2. Act.18.d.25. 19.a.3. Nam Baptismus signaculum est Euangelij & crucis. Quare ineptè Catabaptistæ ex Act.19.a.3. suum dogma de catabaptismo aduersus infantium Baptismum fulciunt.*

Cùm *constet eos baptizandos esse, qui Dei sunt, pueri autem Dei sint, eos baptizandos esse nemo, qui sanæ mentis sit, negare potest.*

Quoties *in Actis leguntur fideles baptizari in nomine Domini, per synecdochen id dictum esse intelligas, sciens Domini nomine totum Trinitatis mysterium comprehendi.*

Quod *Baptismo & in Scripturis & Patribus vetustis tribuitur peccatorum remissio per Alloeosin sacramentariarum id fit, qua signo tribuimus quod reuera signati est, Mar.1. Actor.2.d.38. & in symbolo Nicæno.*

In *Baptismo tria sunt spectanda, signum, significatio signi, & fides. Signa sunt, mergi in aquam in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & iterum retrahi. Mersio significat mortificationem per Christi mortem, afflictionem in hac vita, & mortem nostram. Retractio regenerationem, donum gratiæ, iustitiam, per Christi resurrectionem: item liberationem ex malis, & resurrectionem nostram ad vitam æternam.*

Sacramentum, *vel signum Baptismi breui perficitur, verùm significatio eius, demersio videlicet peccatorum, & noua vita, per totam vitam durare debet.*

APPENDIX Tabulę, continens canones de Baptismo.

Non *aliud igitur hæc vita est, quàm perpetuus Baptismus spiritualis, donec moriamur.*

Firmiter *autem credendum est, quòd non solùm significet hoc Sacramentum mortem & resurrectionem in nouissimo die, per quam homo renascitur in æternam vitam, sed quòd Baptismus illa omnia, dum etiam hîc viuimus, verè in nobis virtute & operatione Dei operetur. Hæc enim Baptismus affert: Deum nobis, & nos vicissim Deo adstringit: quòd videlicet velimus, quoad viuemus, peccata mortificare, & contra ea pugnare. Quòd vicissim ipse Deus velit indulgere nobis, neque ideò damnare nos. Quòd dum hîc viuimus, sine peccatis viuere non possimus. Hæc autem non nisi significanter, ac virtute Dei operatur.*

In *Baptismo non materia tantùm consideranda est, sed & res spiritualis, quæ signo externo significatur: ablutio scilicet peccatorũ, & gratia Christi. Baptismus ergo mentalibus oculis considerandus est.*

Baptismo *interiore solus Christus baptizat per Dei gratiam & indulgentiam.*

Baptismus *aquæ non admittit benedictiones, maledictiones, oleum, sal, salinam, interulam, crucis signacula, & nescio quæ nugamenta Papistica, quæ in Scripturis nullam firmitatem habent. Verbum enim Christi, quo is Baptismum instituit, quæuis obuia aqua ad Baptismum vsurpata sanctificatur.*

Nihil *tam diligenter commisit Dominus atque Euangelij prædicationem. Quanquam verò baptizare iusserit, rarior tamen est docendi functio. Quare Christus baptizasse nõ legitur vsquam, vt est Ioan. 4.a.2. Et Paulus paucos admodum baptizauit: Non, inquit, me misit Dominus vt baptizarem, 1.Cor. 1.c.17. Stultè igitur agunt illi, qui propter Baptismi administrationem cœlum terræ miscent, & qui Sacramentis augustis, aliàs & sacrosanctis, plus nimium tribuunt.*

Habent *interea suum locũ in Ecclesia Dei & Sacramenta, eumq; honorabilem, nõ vilem aut abiectum.*

Vt *omnia decenter & cum ordine fiant in Ecclesia, Baptismus ac Cœna Domini in Templo ac cœtu sacro administrari debent.*

De pro-

De profanationibus Baptiſmi.

PROPHANATVR Baptiſmus,


- Additamentis *Papiſticis, vt ſunt*
  - Oleum,
  - Sal,
  - Mel,
  - Lac,
  - Sputum,
  - Interula,
  - Epitogium *ſacerdotale*,
  - Baptiſterium, *in quo reſeruatur aqua*,
  - Signacula *crucis*,
  - Interrogationes,
  - Exorciſmus, *&c.*

  Quæ *partim ex Moſe, partim ex locis Scripturæ malè detortis deſumta ſunt: Partim verò ex cerebro Pontificis prodierũt: nonnulla etiam ab Ethnicis ſumta.*

- Opinione *vel*
  - Papiſtica: *Putant enim Papiſtæ*
    - Baptiſmum *ex opere, vt vocant, operato, ac ſine fide vtentis, prodeſſe.*
    - Homines *ſaluare, quòd aqua tincti ſint, etſi ſint infideles.*
    - Homines *damnari, quòd aqua tincti non ſint.*
    - Aqua *tinctos damnari non poſſe.*
    - Infantes *non baptizatos igni ſempiterno cruciandos.*
    - In *Baptiſmo aquam tantùm, ſeu ſignũ ſpectandum eſſe, ac præterea nihil.*
    - Infantes *non baptizatos in Cœmiterio non ſepeliendos.*
    - Suſceptores *ad Baptiſmum neceſſarios eſſe.*
    - Inter *baptizatum, parentes, liberos, cognatos baptizati & ſuſceptores, parentes, liberos & cognatos illorum, Spiritualem cognationem eſſe.*
    - Infantes *octauo die baptizandos.*
    - Non *alio quàm Hebraico, Græco, vel Latino nomine puerum appellandum, quod quidem nec Sacerdos, nec Laicus, quid ſignificet, intelligat.*
  - Anabaptiſtica: *qui putant*
    - Infantes *omnino non eſſe baptizandos.*
    - Tum *maximè Baptiſmum recipiendum, cùm ratione vti poſſumus.*
    - Baptiſmum *ſignum tantùm profeſſionis eſſe.*

- Actionibus *quibuſdam, &*
  - Incantationibus *& exſufflationibus quibuſdam Dæmonium priùs fugare conentur, quàm puerum baptizent.*
  - Anus *etiam, quæ vt plurimùm ignaræ & idolatræ ſunt, & à miniſterio prohibitæ, ex permiſſione Pontificum baptizant. Et ſi poſtea puer viuat, iterum ad Miniſtros adferunt vt baptizetur.*
  - Nondum *etiam in lucem editos baptizant.*
  - Iuxta *numerum perſonarum diuinarum, infantem ter aqua perfundunt.*
  - Lingua *non intellecta baptizant.*
  - Noua *quadam verborum forma quidam vtantur.*

De ratione imponendorum Nominum propriorum in Baptismo.



Significationes, seu interpretationes Nominum propriorum virorum & mulierum.

Virorum, Hebraicè.

ABRAHAM, *id est, Pater multarum gentium, Genesis 17.*
Isaac, *id est, Risus, eò quòd in Christo, cuius typum gessit Isaac, risum ac consolationem habeamus, Genes. 18.*
Iacob, *Supplantator, Genes. 27.*
Matthæus, *à Deo donatus.*
Matthias, *idem.*
Lazarus, *aduitus à Deo.*
Zacharias, *id est, Memoria, vel auxilium Domini.*
Ioannes, *Gratiosus.*
Simon, *Obediens.*
Barrabas, *Filius magistri.*
Bartholomeus, *Filius suspendentis aquas, id est, Deus, qui mentes Doctorum suorum eleuat, & inferiùs aquas destillat.*
Thomas, *Abyssus, vel Geminus.*
Michael, *Quis sicut Dominus.*
Marcus, *id est, Excelsus.*
Lucas, *id est, Consurgens, vel eleuans.*
Ioseph, *id est, Augmentum.*
Esaias, *Merces Domini.*
Hieremias, *Excelsus Domini.*
Ezechias, *Fortitudo Domini.*

Daniel,

Daniel, *Iudicium Domini.*
Dauid, *Manu fortis.*
Paulus, *Mirabilis, vel Requies.*

Mulierum, Hebraicè.

Sara, *id est, Princeps, vel Domina.*
Hanna, *id est, Gratiosa.*
Elisabeth, *id est, Quies, vel Saturitas Domini.*
Magdalena, *id est, Turris.*
Susanna, *id est, Flos, Lilium, Rosa.*
Iudith, *Laudans, Confitens, vel Iudæa.*
Martha, *Prouocans, vel Solicita.*

Virorum, Græcè.

Stephanus, *Corona.*
Petrus, *Lapidens, vel Petrosus.*
Philippus, *Amator equorum, per quos videlicet ad Deum currere quis possit.*
Allasius, *id est, Suppullulans, Emergens.*
Basilius, *id est, Regius.*
Gregorius, *Vigilans.*
Georgius, *Agricola.*
Andreas, *Virilis, Magnanimus.*
Ambrosius, *Diuinus, Immortalis.*
Sebastianus, *Honorabilis.*
Nicolaus, *vel* Nicodemus, *Victor populi.*
Anthonius, *Floridus.*

Demetrius, *id est, Cerealis: hoc est, ad Cererem & fruamenta pertinens.*

Mulierum, Græcè.

Dorothea, *id est, Donum Dei, vel Donata à Deo.*
Sophia, *Sapientia.*
Catharina, *Pura.*
Margaritha, *Preciosa: à margaritha gemma dicta.*
Agnes, *Casta.*
Christiana, *quod quidam Christinam dicunt.*
Eulalia, *id est, Beneloquens, Facunda.*
Agatha, *id est, Bona.*
Scholastica, *id est, Exercitata.*
Helena, *id est, Proba, Cordata.*
Apollonia, *id est, Absoluta.*

Virorum, Latinè.

Vincentius,	Innocentius,	Vitus,
Valentinus,	Felix,	Laurentius,
Benedictus,	Pius,	Bonauentura,
Vrbanus,	Vitalis,	Clemens.

Mulierum, Latinè.

Prisca, *id est, Vetus.*	Lucia, *seu Lucida.*
Clara,	Vrsula.

Et cætera, de quibus in Onomasticis Indicibusque Theologicis fusius.

De Cœna Domini.

TABVLA I.


Quid *sit. Est enim Cœna Domini synaxis Christi fidelium, in qua secundùm institutionem Christi Sacramentum corporis & sanguinis eius per mysticam panis fractionem, & poculi benedictionem, Ecclesiastica communicatione de sacra illius mensa dispensatur, & accipitur, ac simul memoria vnici sacrificij, quod in ara crucis pro salute nostra perfectum est semel cum gratiarum actione, & Christianæ dilectionis exercitio celebratur.*

Loci tres.


Quot *partibus constet.*

- Verbo, *quod ordinationem, seu institutionem Domini vocamus.*
- Signo, *quæ est vel*
  - Elementum, *panis & vinum.*
  - Cæremoniæ, *seu ritus actionis essentiales, in verbo Dei præscriptæ, quibus nefas est adijcere, vel detrahere quicquam, vt*
    - Accipere *panem & vinum.*
    - Gratias *agere.*
    - Frangere.
    - Distribuere.
    - Edere *ex vno pane.*
    - Ex *eodem poculo bibere.*
- Signato. *Hic disce, quid*
  - Panis & *vinum significent. Panis enim Christum* IESVM, *panem illum vitæ, seu corpus illius, vt & Christus exponit, significat, vinum sanguinem.*
  - Cæremoniæ *significent: vt*
    - Fractio *panis nostris sensibus repræsentet Domini nostri passionem, qui fractus est doloribus & angustijs mortis, & iudicij Dei, quod pro nobis omnibus subijt, & in corpore, & in anima. Vt enim panis, dum frangitur, pro illis frangitur, quibus edendi gratia distribuitur, quod nisi frangatur, nec distribui possit, nec manducari: sic corpus Domini panis vitus, de cælo missus, vt cibus noster fieret, in cruce pro nobis fractum: id est, occisum.*
    - Eiusdem *panis & poculi distributio nostris sensibus testificatur,* IESVM *Christum cum omnibus suis opibus nobis singulis donari in vitam æternam.*
    - Quòd *panem accipimus, & ex poculo bibimus, testatur* IESVM *Christum verè nobis communicari.*
    - Quòd *omnes vno pane vescimur, & ex vno poculo bibimus, testatur nos in sola Dñi morte acquiescere debere: testatur & summam illam corporis Christi mystici coniunctionem.*

Quæ *sit institutio, & seq. Vide literam A.*


A.
Quę sit institutio Cœnæ Dominj. Hîc obserua:
Quis instituerit. Non Iacobus, nō Petrus, aut aliquis Apostolus, sed Dominus ipse. Hîc disce:
Fidelis Ministri esse, vt sit dispensator eorum, quæ à Domino accepit.
Perfidorum esse, quæ tradita sunt à Domino interuertere, & non fideliter tradere domesticis.
Christiani populi esse, intellecta Dominica institutione, sic Dominicam reuereri autoritatem, vt ad illius normam se componat ex animo.
Quid instituerit. Id, vt rectiùs intelligatur, institutionis partes considerandæ erūt. Quæ sūt,
Factum Christi, quod refertur ad
Panem, vt dum
Accepit panem in manus. Hîc disce:
Quare panem, non panes acceperit. Videlicet ad significandum vnius & eiusdem corporis mysterium, vnde ex æquo vescemur omnes.
Quare in pane Sacramentum corporis instituere voluerit. Videlicet propter similitudinem signi & signati: & propter efficaciam passionis Christi declarādam.
Quali pane vsus est Christus. Azymo videlicet: non quòd alio non licuisset, sed quòd nulla esset necessitas, vsurpare ad hoc panem fermentatū, & facere quod & Legi repugnasset, & graue offendiculum Discipulis obiecisset, dabat hoc tempori & infirmitati Discipulorum: præsertim cùm nondum consummata esset Legis dispensatio.
Gratias egit vtique Patri, ad quem cunctam redemptionis nostræ gratiam, tanquam primum illius fontem retulit, & nos exemplo suo referre docuit.
Acceptum panem fregit. Hîc disce,
Cur fregerit panē. Fregit gratia diuidenda: debent & nunc Ministri frangere panem Domini, vt sua cuique cedat portio.
Quare non dederit Discipulis frangendū, sed fregit ipse sua manu. Vt dū instituit, ac suis ipsius manibus dispensat gratiæ suæ Sacramentū, simul etiam sanctificet futuram, ac ministerialem illius dispensationem, & significet fieri non posse, vt de gratijs illius participet quisquam, nisi ipse illam virtute Spiritus sui dispenset.
Dedit Discipulis, & cur dederit, explicat: non ad recondendum, asseruandum, circumgestandum, adorandum, &c. sed ad edendum & bibendum.
Poculum, vt dum
Accepit poculū in manus. Hîc disce:
Quid fuerit in poculo. Vinum autē fuisse testatur Christus. Obserua hîc,
Damnare aquarios et improbari, qui aqua sola in Cœna vtebātur. Item eos, qui lac vel sunt pro vino. Itē vsum illum, quo aqua vino in calice admiscetur à Papistis, ineptum necessariò.
Cur in vino Sacramentū sanguinis instituere voluerit.
Cur de poculo dixerit: Bibite ex hoc omnes. Ad significandum vnius eiusdemq; sanguinis mysterium: vnde ex æquo potant fideles omnes.
Agit gratias.
Dedit Discipulis, vt ex eo bibant omnes.
Verba Christi, quæ, &c. Vide literam B.
Quid nos facere insserit Dominus in causa Cœnæ. Hoc, inquit, facite. Hoc, particula, ad id quod factum fuerat à Domino referendum est. Ipse panem accepit, & poculum, gratias egit Deo Patri, dedit Discipulis, iussit vt ederent, biberent, & simul exposuit, quid hoc ritu instituceret, ipsisq; commendaret. Ergo iubet, vt Ministri panem accipiant, & vinum, gratias agant, frangant, distribuāt: communicantes verò edant, & bibant. Nota, quòd non dicit, Hoc offerte Deo. Item, Hoc dicite, & hisce verbis meis panem & vinum in corpus & sanguinem meum transsubstantiate. Exponit & hoc, ad quid hoc facere debeamus. Non dicit, Hoc facite in mei præsentiam, vel in remissionem peccatorum, quæ sanguini tantùm Christi tribuitur: sed, In mei commemorationem.

B. Verba


8.
Verba Christi, quæ declarationis gratia facto suo adiecit. Horum alia ad
Panem. Hic verò oratio bimembris est.
Hoc est corpus meum. cuius orationis
Subiectum est, Hoc, quæ particula ad panem, non ad corpus refertur.
Prædicatū, est Corpus meū. Hic disce,
Quale sit prædicatum. Sacramẽtale scilicet, sacramentali vsurpatum sensu: non enim docet, quid panis sit naturâ: sed pro quo illum sacramentaliter habere, & edere debebant.
Quomodo sit panis corpus Christi. Non naturaliter, non personaliter, non realiter, non corporaliter: sed sacramentaliter, id est, secundùm Sacramenti rationem, ac modum.
Quibus modis corpus Christi edatur. Sacramentaliter & spiritualiter. Sacramentalis modus edendi, temporarius, momentaneus, ac iterabilis est. Spiritualis assiduus, iugis, & indesinens. Acquiritur hic sola fide, per quam Christo incorporamur.
An impij edant corpus Domini. Minimè: quia carent fide. Iudicium, non corpus Domini, manducant.
Quod pro vobis datur, vel frangitur: cuius orationis
Subiectum est Corpus, Pronomine, Quod, expressum.
Prædicatum, Pro vobis datur. Hic disce,
Aliud esse, quod nobis, & quod pro nobis datur. Panis tanquam Sacramentum corporis dabatur Discipulis: ipsum verò Domini corpus dandum erat in cruce, non Discipulis, sed Deo Patri in mortem pro Discipulis.
Quod non dicit, Hoc est corpus meum, quod resurget, in cœlos ascendet: sed quod pro vobis datur, vt nihil sit, quod aduersarij corpus Domini nobis proponant, Clarificatum, Deificatum, sedens ad dexteram Patris.
Poculum. Est & hic oratio bimembris.
Hoc poculum nouum Testamentū in sanguine meo: huius orationis
Subiectum est: Hoc poculum.
Prædicatum, Nouum Testamentum, vel sanguis. Hic disce,
Quale sit prædicatum Non naturale videlicet, sed sacramentale.
Quid sit nouum Testamentum. Est enim promissio remissionis peccatorum per Christi sanguinem.
Quomodo nouum Testamentum sit in sanguine Christi. Quia sanguis Christi noui Testamenti confirmatio est.
Qui pro vobis, & pro multis effunditur in remissionẽ peccatorum: huius orationis
Subiectum est, Qvi, & refertur ad sanguinẽ, non ad vinū.
Prædicatum, Effunditur p vobis, & pro multis. Hic disce,
Quod non dicit, Hic sanguis est, qui clarificabitur, sed effunditur, vt argumenta clarificationis hîc locum non habeant.
Cur non dicit, Pro vobis tantùm? Ne quis putet pro Discipulis tantùm effusum esse sanguinem.
Cur non dicit, Pro multis, sed & pro vobis? Ne quis Apostolos sine peccato esse diceret.
Quæ sit vtilitas effusi sanguinis, quam Christus hîc non reticet.

TABVLA II.

- Quæ *sit* recta *dispensatio, & administratio Cœnæ Domini. Hîc disce:*
  - A quibus *debeat hoc Sacramentum administrari. Non est enim cuiuslibet administrare in Ecclesia Dei: præsertim dispensare mysteria Christi: sed eorum, quibus hoc muneris concreditum est. Etsi autem Sacramentorum autoritas non pendet à qualitate Ministri, sed ab institutione, veritate, & potestate Christi. Plurimùm tamen refert ad hoc, vt sit administratio Sacramentorum efficax, per quales Ministros, bonósne, vel malos, dispensentur. Plebs enim non perinde afficitur ministerio hominis vani, atque eius, quem zelum Domini corde, ore, & omni vita spirare sentit.*
  - Quibus *debeat administrari. Vt enim administratio Cœnæ non est priuati ritus, qui ad selectos aliquot tantùm pertineat, sed publici, & toti Ecclesiæ communis: ita vsus illius omnibus fidelibus communis est.*
  - Quibus *nõ debeat administrari. His videlicet,*
    - Qui *seipsos explorare non possunt,*
      - Infantibus, *qui nullum rationis vsum habent.*
      - Mente *captis.*
    - Qui *in fidei mysterio parum sunt eruditi.*
    - Qui *an Christiani sint, non satis constat: vtpotè, qui fidei confessionem expressam non ediderunt.*
    - Qui *legitimo Ecclesiæ iudicio extra Ecclesiæ communionem sunt electi, neque ei adhuc satisfecerunt.*
    - Mortuis. *Vt enim prædicatio Euangelij non est administranda mortuis, ita nec Cœnæ Dominicæ administratio competit mortuis, sed viuentibus. Concidit ergo Papistarum Missa pro mortuis.*
    - Ægrotis, vicinis morti: *& sunt huius rei causæ quædam,*
      - Quia *communicatio debet esse Ecclesiastica & publica.*
      - Ne *spe consequendæ priuatæ & extremæ communionis deseratur publica & Ecclesiastica, fiatque vt illa habeatur infrequentior, quàm deceat Ecclesiam rectè institutam.*
      - Ne *aperiatur aditus hac priuata communione opinionis Operis operati, & præpostera fiduciæ, qualis est in communione Papistica.*
  - Vbi. *In cœtu videlicet publico, non in priuata domo. Necessitati interim nemo præiudicat.*
  - Quando *sit administranda. De tempore certo nihil expressum est: interim nemo negat, commodius esse manè, quàm vesperi.*
  - Quoties. *Certus numerus præscriptus non est: frequenter tamen ea vtendum esse, nostra necessitas, ac fidei imbecillitas requirit: si tamen benè, condignè, & vtiliter celebretur.*
  - Loci duo.
    - Integrè. *Integram autem administrationẽ vocamus eam, quæ non tàm circumstantias illius, quàm substantiam concernit. Substantia illius, vt panis fracto, & poculo distributo, corporis & sanguinis Christi communicatio ad commemorationem illius celebretur. Circumstantiæ erant, quòd Sacramentum hîc à Christo nocturno tempore sub Cœnam, accumbentibus ad mensam Discipulis, institutum est, & traditum. Integram Cœnæ administrationem ademerunt Christi fidelibus Pontificij, contra Dominicam institutionem, contra Sacramenti integritatem, contra noui Testamenti confirmationem, contra Apostolicam traditionem, contra purioris Ecclesiæ consuetudinem.*
    - Quomodo *debeat administrari.*
      - Competenter, *id est, modis condignis & conuenientibus, & sit hoc triplici respectu:*
        - Personæ, *quã gerit, qui ministrat: ab hoc requiritur, vt*
          - Dispensator *sit mysteriorũ Dei fidelis.*
          - Christianos *ad mensam mystica inuitet.*
          - Fidei *et feruoris sui exemplo Christianos ad imitationem excitet, & cœlestis pabuli pro viribus appetentes reddat.*
          - Honestè *& decenter ministerium suum obeat, nec vllam offendiculi causam cuiquam scienter obijciat.*
          - Sermo, *vita, & gestus illius concordent.*
        - Rei *ipsius, & consequentia. Vide literam A.*
  - Quis *sit vsus, &c. Vide literam B.*

A.

Rei ipsius, vt rationẽ habeat Minister rerũ, quas dispẽsat, & se illis condignè ac cõmodet. Id faciet, si

- Ita administrat, vt Cœna sit communicatio, non sit priuatum sacrum.
- Annunciationem mortis Domini, mysticæ communicationi secundùm verbum Apostoli adiunxerit. Non enim conuenit, vt sit communicatio muta, vel legatur aliquid, vel psallatur, aut concio habeatur de morte Domini.
- Publica gratiarum actione sacram communionem claudat.
- Ad Christianæ dilectionis exercitium Christianos vocet: hinc enim & Agape: id est, conuiuium Christianæ dilectionis, Cœna appellatur.

Communicãtis populi, vt rationem habeat populi communicantis. Id faciet, si

- Captiui illius se se accommodet.
- Populum admoneat, ne in pane tantùm & vino hæreat, sed vt sursùm corda erigat.
- Proferat omnia lingua vulgari & vsitata, quo & intelligere omnia & assequi corde possit.
- Digerat omnia in ordinem, quò honestè, decenter, ac reuerenter communicent singuli.
- Moneat vt extendant manus cum reuerentia, & accipiant quod datur.
- Suæ Ecclesiæ qualitatem & conditionem obseruet.
- Sæpe illud Apostoli, Probet seipsum homo, populo inculcet.
- Cauebit ne dispensẽt Sacramentum indignè accepturis, si id cognoscere possit.

2.

Quis sit vsus verus ac legitimus Cœnæ Domini. Huius Sacramenti geminus vsus est:

Vnus, qui à solo Christo impletur. Quemadmodum enim ad corporalem pastum requiritur, primùm vt detur verus cibus, qui edentem alere possit, & recreare, ita ad spiritualem pastum requiritur primùm, vt verus cibus detur, à Conuiuatore Christo, quo pascamur ad vitam æternam. Hunc solus Christus præstat, tanquam vnicus Seruator, iuxta illud: Operemini cibum, qui non perit, quem Filius hominis dabit. Item: Ego sum panis ille vitæ, &c.

Alius, cuius impletio à nobis requiritur: vel

Pascendis: sicut enim ad corporalem pastum requiritur, vt cibus sumatur, & in stomachũ sanum & esurientem præcoquendus trajciatur: ita ad spiritualem pastũ requiritur, vt verus cibus sumatur corde sano & esurienti, quod fit, si

- Cœnam Domini, spiritualis alimoniæ Sacramentum auidè & esurienter sumant. Pascit enim Christus auidos & esurientes, fastidientes relinquit inanes.
- Sint in corpore Christi membra. Neq; enim poterit pasci hoc cibo, quo corpus Christi, id est, Ecclesia pascitur, qui non sit insitus Christo, sed adhuc est membrum Satanæ.
- Non ore tantùm sacramentotenus comedant & bibant, sed & reuera corde. Externus homo non pascitur, nisi cibum stomacho concoquendum sumat: ita nec internus pascitur, nisi cibi spiritualis particeps reddatur.
- Vera fide communicent cum maximo cœlestis alimoniæ appetitu. Refert enim multùm, quo stomacho corporalem cibum sumamus, sano videlicet & esurienti: ita plurimùm refert, quali corde ad Sacramentum hoc accedamus, sano videlicet & esurienti. Sanitas cordis vera fides est, esuries est appetitus cœlestis alimoniæ. Fides autem non quælibet, sed ea requiritur, quæ verbis Christi nititur, quibus dicit: Hoc est corpus meum, &c. Credendum est itaq; corpus & sanguinem Christi pro remissione peccatorum traditum & oblatum esse in cruce, illiusq; nobis Sacramentum in hac Cœna proponi.

Pastis, q verè sunt Christi membra. Hi in hac causa ita se gerunt:

- Piis cogitationibus ad Cœnam se se præparant.
- Decenter se gerunt erga externa illa signa.
- Diligenter audiunt doctrinam veritatis, ac verbum Dominicæ institutionis.
- Orant cum Ecclesia fideliter.
- Gratias agunt Redemtori pro beneficijs illius maximis.
- Christum oculis fidei contemplantur, non hærent in signis.
- Parati sunt quæuis tristia pro Christo perferre.
- Sunt erga fratres humani, misericordes, modesti, humiles, &c.

TABVLA III.

- Loci duo.
  - Quid Christus in vltima hac Cœna egerit: duo videlicet,
    - Docuit de ratione & vtilitate mortis suæ, idq; dupliciter.
      - Per expositionem figuralis Paschatis. hîc disce, quid
        - Populus captiuus in Ægypto. Videlicet totũ genus humanũ.
        - Pharao, populum premens operibus seruilibus & Deo repugnans. Satan.
        - Opera seruilia ad corroborandum regnum Pharaonis. Opera carnis.
        - Captiuitas populi. Cæcitas & corruptio mentis, & seruitas peccati.
        - Agnus occisus, comestus. Christus.
        - Sanguis Agni postibus illitus. Sanguis Christi per fidem aspersus, quo liberamur.
        - Angelus transiens, & Ægyptios percutiẽs. Iudicium est mundi, credulos liberans, & incredulos condemnans.
        - Ritus comedẽdi Agnum, vt
          - Stare: significat cordis erectionem.
          - Lumbos circumcingere: carnem mortificare.
          - Calceare pedes: est parare cordis affectus, adeo gradiendum ex hoc mundo ad cœlestem patriã.
          - Baculum habere in manibus: est verbum fidei apprehendere.
          - Festinanter comedere: est abijcere omnem dissidentiæ moram.
          - Reiicere fermẽtum: est abijcere veterẽ malitiã.
        - Agnus cuius rei typus fuerit, futuræ videlicet ac plenioris liberationis. Et in nostra Cœna typus est futuræ cœnæ ac mensæ Domini, Luc. 22. d. 29. Et ego dispono vobis, &c.
      - Expressis verbis, & seq. Vide literam A.
    - Dedit. Hîc disce:
      - Quid dederit principaliter. Corpus & sanguinem suum, vt donum.
      - Quomodo dederit. Sacramentaliter: scilicet cum externis signis pane & vino. Receptissimum enim est apud omnes mortales, vt in rebus seriis, quas inter se transigunt, non verbis tantùm agant, sed verbis externa quoq; earum rerum, de quibus agunt, symbola adhibeant, quibus quod animo offerunt, etiam manu tradant. Et ista consuetudo non in terrenis modò, sed & spiritualibus exhibitionibus seruatur. Exempla multa sunt in terrenis. Qui fidem dant, non verbis tantũ, sed & manu illam porrigunt. Quibus instrumentum iniungitur, ab his non verba tantũ, sed & digitorum in cœlos extensio exigitur. Qui nubunt, non sunt contenti verbis, sed & manuali stipulatione, & dato annulo fidem tradunt. Qui testamẽta condunt, literis & sigillis exhibent quæ volunt. Hæc consuetudo seruatur & in spiritualibus, quibus cũ Deo agimus: Vt orantes ad cœlos manus extollũt. Sic igitur Deus pro nostro captu, vt loquitur, ita externis rebus agit, inuisibilia nobis & spiritualia visibilibus signis & corporalibus, visibiliter & corporaliter, quod ad signa attinet, exhibet. Vt fœdus signo Arcus firmat, Circumcisione, aspersione sanguinis vitulini: præsentiam suam per Arcæ Propiciatorium exhibuit: Sacerdotalem & regiam inaugurationem, per oleum capitibus infusum. Adhunc modum & in Cœna Domini nobiscum agit Dominus.
      - Cui parti hominis dederit corpus & sanguinem suum, Spiritui videlicet, idq; per fidem, per Spiritus sui operationem.
      - Quare cum pane & vino corpus & sanguinem suum nobis commendauerit. Propter similitudinem. In hoc verò est maximè similitudo, quòd vitam hominis nutriunt: sunt enim cibus & potus. Ita animas nostras alit & sustentat corporis & sanguinis Christi participatio, vt iam non moriamur. Est autem hic & dissimilitudo, quòd in pane & vino satietas est temporaria: in corpore & sanguine Christi, sempiterna. Deinde panis quidem pascit, sed non solus: corpus Christi solum. Nam qui de illo non edit, vitam non habebit. Ad hæc panis terrenus comestus consumitur, & multos minus cibat, quàm paucos: iste verò panis nec consumitur, nec plures minus satiat, quàm paucos.
      - Ad quid Christus hoc pacto cum pane & vino corpus & sanguinem vice Testamenti nobis commendare voluerit. Id exprimit Christus, cùm dicit: Hic calix nouum Testamentum est. Testamentum extrema voluntas est morituri. Itaq; & Christus Testamenti ratione de bonis legatis, imò de voluntate sua extrema animas nostras confirmare voluit, vt voluntatis suæ certissimum haberemus testimonium, corpus scilicet, ac sanguinem.
  - Quid Christus suos facere iusserit, & seq. Vide literam B.

A. Expressis

A. Expressis verbis, vt cùm dicat,

- Pro vobis datur, & pro multis. Hic discе:
  - Non fuisse Christum morti obnoxium, eò quòd absque peccato esset, non habens necessitatem prius pro suis delictis, more veterum Pontificum offerre, sanctus & impollutus, Hebr. 5. a. 3.
  - Quanta sit Christi erga nos charitas, quod cùm morti nihil debuerit, pro nobis illam subire voluerit. Hanc nobis commendat, Ioan. 13. c. 11.
  - Ipsam redemptionem non ad solos Apostolos pertinere: nam non solùm dicit, Pro vobis, sed & Pro multis.
  - Apostolos etiam non fuisse sine peccato: dicit enim, Pro vobis.
- Effunditur in remissionem peccatorum. Hic discе:
  - Nos omnes peccatores, & propter peccatum mortuos & perditioni obnoxios esse. In gratuita remissione sitam esse peccatorum solutionem, quæ morte Christi constat. Satisfactio pro peccatis nostris non in nostris operibus, vel passionibus est, sed in sanguine Christi.
  - Christum non pro peccato tantùm originis mortuum esse, aut pro aliquibus tantùm peccatis, sed pro omnibus: dicit enim, In remissionem peccatorum.
  - Non omnes apprehendere vniuersalis redemtionis gratiam: vnde non dicitur, Pro omnibus effunditur, sed Pro multis.

B. Quid Christus suos facere instituerit, explicat, cùm dicit, Hoc facite. Hic discе:

- Quid iusserit. Hic discе:
  - Cœtus colligendus est, vt Christus discumbit cum Discipulis.
  - Concionandum de his maximè, quæ attinent ad mysterium passionis, sicut & Christus de his maximè concionatus est: deinde de fide, dilectione, & persecutionibus.
  - Accipiendus panis.
  - Agendæ gratiæ.
  - Frangendus panis, & distribuendus.
  - Accipiendum poculum, distribuendum.
  - Edendum de pane, & de poculo bibendum.

  Hæc nobis mandato Domini facienda præscribuntur: reliqua additamenta hominum ad Cœnam non pertinent.
- Ad qd hoc facere iusserit.
  - Ad memoriam mortis suæ. Hic discе: quæ
    - Sint causæ, qd Christus non satis habet p nobis mori, sed etiam sui inter nos memoriam celebrãdam instituit.
      - Charitas est inexplicabilis, qua vt moreretur adductus est. Huius ingenium est, vt non solùm benefaciant dilectis, sed & in illorum animis viuere cupiant hi, qui syncerè & ex animo diligunt. Inde colligimus, Christum ipsum nulla nostri oblitione teneri. Nemo enim amicus in eo, quem diligit, ita petit viuere memoria, vt ipse illius obliuiscatur, sed potius hoc ipso se obstringit, quod & ipse idem sit præstiturus.
      - Prouidentia Christi fidelis: cùm non solùm morte sua redemit, & beneficium impendit, sed & proinde cogitat, qua via consulat dilectis suis, quatenus impensum beneficium verè prosit, & suo fine potiatur. Certum siquidem est, vt benefactorum oblitione beneficium acceptum amittitur: ita illud memoria potissimùm conseruatur.
    - Sit memoriæ huius virtus. Id ex effectis bus colligitur.
      - Ex hac rapitur animus totus in hanc Christi dilectionem expendendam, laudemq; debitam reddendam, & gratiarum actionem.
      - Rapitur hinc animus ad agendas Redẽtori gratias.
      - Ex hac conualescit fides, spes, charitas, patientia.
      - Hinc est gaudium mentis, & pax conscientiæ.
      - Hinc est vitæ custodia, qua cohibeamur, ne demùm peccemus.
  - Vt dona sua visibiliter Ecclesiæ repræsentet Dominus, oculisq; omnium subijciat. Ex eo enim pro nobis in mortem tradito, habemus omnia vitæ necessaria, remissionem peccatorum, & vitam æternam. Hæc quidem hauriuntur fide: tamen & visibiliter sensibus repræsentantur propè omnibus, visui, auditui, gustui & tactui, vt totus homo corpore & anima commotus, magno cordis iubilo sacrum hoc iucundissimum celebret.
  - Vt visibiliter in vnum corpus colligat omnia in terris, alioqui dispersa membra. Ipsa enim Cœnæ actione demonstramus omnibus, & nos esse de eorum numero, qui credũt se per Christum redemtos, Christi membra & populum esse: pariter autem obligamus nos Christo, & Ecclesia, & fidem synceram nos seruaturos, & beneficium ac charitatem erga omnes exercitaturos, stipulantes.
  - Vt nostri nos admoneat officij, quod est
    - Laus & gratiarum actio pro redemtione per mortem Christi parta.
    - Synceros esse in fide Christi.
    - Omnes complecti fratres charitate.
    - Cauere ne corpora nostra coinquinemus mundi sordibus, quando sanguine Christi abluti sumus.

TABVLA IIII.

Loci tres.

Qua cautione ad Cœnam Domini accedendū sit. Hîc disce:

Quare *cautè ad Cœnam Domini accedendum sit: Quia Cœna Domini instar medicinæ bonæ est. Ab illa non dehortatur nos Medicus Christus, qui eam instituit: vult tantùm ne temerè, ac indignè accipiatur, eò quòd indignè accepta, magno damno afficiat. Vt enim medicina ad hoc parata, vt prosit, non solùm nihil proderit, si malè vsurpetur, sed plurimum etiam nocebit, vtpotè si non suo loco, tempore, modo, mensura, numero suo, ac peculiari morbo, cui deputata est, accommodetur. Ita & Cœna Domini, etsi bona, non solùm non proderit, sed & noxia erit, non ritè vsurpata.*

Qui dignè accedant. Qui

- Fidem *habent.*
- Habent *pectora gratiam Dei sitientia, quorum ora laudare queant Deum ex animo. Cibo enim & potu quis dignus, nisi esuriens, & sitiens?*

Seipsos *probant. Hic disce:*

Quomodo *sit faciendā probatio.*

- Consideretur *quid sit ipsa Cœna Domini. Est enim communicatio corporis & sanguinis Domini: memoratio mortis Domini: est Eucharistia solennis: est Agape fidelium.*
- Consideretur *qualis esse debeat, qui hac mensa dignè vti queat: nimirum talis, in quo mysteria illius locum habeant, ad quem ipsa Christi gratia & institutio pertinere possit, vtpotè qui fide in corpore Christi sit, & charitate erga alios præditus.*

Vidēdum *cuiq; qualis ipse sit: videlicet an*

- Peccata *omnia agnoscat.*
- Propter *peccata commissa doleat.*
- Syncera *cordis fiducia credat Christum abluisse & condonâsse peccata omnia.*
- Ingenuè *confiteatur ore, sicut corde credit, non in alio, quàm in solo Christo esse salutem.*
- Apud *semetipsum constituerit huic confessioni immori.*
- Ad *innocentiam & sanctitatem sedulò aspiret.*
- Omnia *membra corporis Christi diligere, iuuare, & pro eis ad exemplum Christi se impendere paratus sit.*
- Iras *& inimicitias omnes remiserit.*
- Passionem *Christi, redemtionisque mysterium vniuersum recolere, & pro redemtione, omnibusq; Dei beneficijs acceptis & accipiendis gratias Deo agere anhelet.*

Cur *non dicit Paulus, Probet alius alium, aut probetur homo: sed, Probet seipsum homo. Neminem relegat ad alium, sed quemlibet ad semetipsum. Non enim aliorum, sed nostra nos condemnat indignitas, nec nouit quisquam, quid sit in corde hominis, aut quales sint erga Deum affectus nostri, magis, quàm nos ipsi. Papistæ iubent Confessorem auricularium accedere, confiteri, absolutionem suscipere, & ad indictam formam pro peccatis satisfacere.*

Qui *indignè accedunt. Qui*

- Non *credunt.*
- Sunt *hypocritæ.*
- Dissidiis *laborant.*
- Non *tanquam ad mysticam, sed tanquam ad carnalem mensam accedunt.*
- Pauperes *contemnunt.*

Quæ *sit pœna indignè manducantium. Vt diuersi sunt indignitatis gradus, ita dispar est pœna. Præcipuus indignitatis gradus, sine fide accedere ad mysteria fidei. Qui sic accedunt, rei sunt corporis & sanguinis Domini. Imputatur illis culpa mortis: id est, mors Christi admortem, non ad vitam cedit, sicut & illis, qui ipsum corporaliter ex incredulitate crucifixerunt. His enim sanguis Christi profanus, tanquam pecoris, aut latronis alicuius, sceleratiq; hominis visus est, quasi meritò propter delicta sua effusus sit. Alius indignitatis gradus est eorum, qui corpus Domini non dijudicant: hoc est, qui, etsi fide non prorsus destituantur, non discernunt tamen panem Domini mysticum à cibo profano, sed ad mensam Domini, velut ad lo bariam accedunt, nec agnoscunt hunc cibum diuinum multum ab illo profano differre, nec eo modo, quo Dominus instituit, accedunt: sed suas rationes sequuntur. His interminatur iudicium Paulus, dicens: Qui edit & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, &c. Est autem iudicium hoc loco, pœna, seu supplicium, quod Dominus suis irrogat fidelibus peccantibus, non in alio quidem mundo, sicut incredulis, sed in hoc seculo. Sequitur enim in verbis Apostoli, quod eum nobis suppeditat sensum, Propter hoc inter vos multi imbecilles & infirmi, &c.*

Quantum *peccent contemtores, & seq. Vide literam A.*

A. Quan-

- Quàtum peccent contemtores huius mensæ, & profanatores.
  - Contemnunt *non humanam, sed diuinam institutionem & iussionem, qua dictum est, Hoc facite. Quid pro Christo patientur? aut quomodo graviora præcepta seruabunt, qui rem istam, in qua nihil est acerbi, contemnunt?*
  - Contemnunt *mortis Christi, qua redemti sumus, memoriam. Ergo nec mortis Christi rationem habent isti contemtores.*
  - Contemnunt *tempus, quo Cœnam Christus instituit. Quamquam enim omnia Christi decebant chara esse Christiano: ea tamen longè debebant esse charissima, quæ tam moriturus suis commendauit, & ad sui memoriam facere mandauit.*
  - Contemnunt *communicationem corporis & sanguinis Christi.*
  - Hi *non verè credunt, se ex illis esse, pro quibus Christus est mortuus, & sanguinem suum fudit. His enim hanc sui memoriam commendauit Christus.*

A.

- De quibusdã quæstionibus de Cœnæ circumstantijs proponi solitis.
  - An *panis azymus, an fermentatus vsurpandus in Cœna. De hoc non admodum contendimus: communem tamen esse debere dicimus, sicut & vinum.*
  - Quali *vino, mero an dilato vtendum. Christus mero vsus est vino, & Scriptura non meminit vllius aquæ.*
  - Quibus instrumẽtis.
    - Mensa, *non ara, quæ sternatur mundo aliquo panno lineo, vel mappa, vt olim.*
    - Vasis *non preciosis, sed ligneis, aut æreis. In Cœna Domini peragenda, non aureis vasis, sed animis opus est. Aurum Sacramenta non quærunt, neq; auro placent, quæ auro non emuntur.*
    - Veste *non Leuitica, sed vulgari & honesta.*
  - Qua *lingua. Patria videlicet & intelligibili.*
  - Quo *gestu corporis. Sedere, & Sacramenta in manus accipere proprias, simplicitati & institutioni magis congruit.*
  - An *reliquæ Cœnæ recondendæ & adorandæ. Minimè. Sacramenta enim extra vsum sacrum legitimum, non sunt Sacramenta.*

TABVLA V. ex 1. Corinth. cap. 11.

- Cœnam *honorandam esse.*
- Communem *esse debere: quod enim dominicum est, priuatum esse non potest.*
- Ecclesiam *hanc Christi institutionem mutare non posse: serui enim Domini institutionem subuertere non possunt.*
- Christum *adesse suæ ordinationi.*

- A quo *instituta. A Domino: vnde colligitur,*
  - Neminem *habere potestatem instituendi Sacramenta, nisi Dominum, cuius rei colligi possunt causæ.*
    - Humana *ratio cæca in diuinis, non nouit Dei consilium & voluntatem, 1. Cor. 2. v. 14. non est igitur in homine sancire dona gratiæ.*
    - Sacramenta *sunt pars diuini cultus: pertinent enim ad confessionem, gratiarum actionem: vt igitur Dei est instituere cultum, ita & Sacramenta.*
    - Deus *quæ dicit & promittit, ea perficit, & præstat: homines non item: Ergo, &c.*
    - Virtus *Sacramentorum à Deo, non ab hominibus pendet.*
    - Sacramenta *media sunt, quibus Deus offert, & exhibet beneficia redemtionis: Ergo solus Deus habet potestatem hæc media constituendi.*
- Quibus? *Toti Ecclesiæ: vniuersa enim Ecclesia ad has epulas inuitatur. Deus enim non est personarum respector. Et Paulus communem esse Cœnam ostendit: Cùm conuenitis, inquit, &c.*
- Quo *tempore instituta, &c. Vide literam A.*

Loci quinque.

- Quomodo *instituta Cœna. Vbi ad verbum repetit Paulus, quæ Dominus fecit, ac dixit, cùm Cœnam institueret. Hic duo considerãda:*
  - Cur *in cœtu sacro verba institutionis recitantur.*
    - Vt *admoneatur Ecclesia, quomodo Discipuli hanc Cœnam acceptam à Domino, tradiderunt fidelibus.*
    - Quia *Christus dixit, Hoc facite. In genere enim de tota actione hoc dixit: quod si facere debemus ea, quæ iussit, ordinauit & fecit, oportet nos accipere panem, & poculum, & dicere, Accipite, &c. Illius nomine & iussu proferimus eadem verba, totamque commemoramus Cœnæ actionem.*
    - Quia *piorum est scire, quæ Christus fecit, & ritè perficere iussit.*
    - Ne *finamus nobis eripi verum Cœnæ Domini vsum.*
    - Ne *ignoremus, nos habere Cœnam consecratam verbo Dei, nec alterum patiamur ab altero separari: vtrumq; fecit Christus: panem & poculum dedit, & consecrauit verbo.*
  - Quas *species ad vsum mysticæ Cœnæ delegerit Christus. Videlicet panem & vinum: huius rei quæ causæ sint, vide Tabulam 6.*
- In *quem finem instituta sit Cœna. Ne videlicet passio Christi nobis ex animo excidat: sed hanc annunciemus: id est, laudemus & gratias agamus Domino pro beneficio redemtionis, & morte Christi in nostris tentationibus, nosipsos sustentemus.*

A. Quo tempore instituta. Vespere videlicet, quas habet rationes.

- Per occasionem id factum est, seu per accidens, propter
  - Figuram, quæ præcessit, cuius loco Cœnam substituit Christus.
  - Imminentem passionem, cuius memoriam hæc Cœna proponit.
- Vt in hoc Sacramento consummationem omnium Sacramentorum veteris Testamenti, & Agni Paschalis, quem antè manducauerat, &c. demonstraret. Dist. 2. can. liquidò in glossa.
- Vt significet venisse se, & sanguinem suum effudisse in ipsa plenitudine temporis, cuius aduentus, & sanguinis effusio repræsentatur hac Cœna.
- Tempus admonet de eximia charitate Christi, de fructu & memoria passionis eius, & de gratitudine pro illius meritis.
- Admonet tempus magni esse momenti, quæ Dominus tum gessit, & instituit, & quæ institutione eius geruntur in Cœna.

TABVLA VI.

QVARE Christus hoc Sacramentũ in pane & vino instituit.

- Propter similitudinem signi & signati. Hic vide naturam, proprietates, & effectus, panis & vini, quæ ipsis signatis accommodanda erunt.
  - Proprietates panis, Christi corpori accommodatæ.
    - Panis è terra fit: & corpus Christi è terra, non è cælo.
    - Vt ex grano tritici panis fit corporalis: ita ex grano corporis Christi panis fit vitæ ac spiritus.
    - Vt granum frumenti, ex quo panis fit, in terram deiectum, si mortuum fuerit, fructum adferet multum, sin minus, nullum omninò fructum adfert: ita granum corporis Christi fructum multum attulit nobis, cum mortuum, ac in terram deiectum est. Quid enim eius natiuitas nobis profuisset, nisi & mortuus fuisset?
    - Vt mirabile est triticum è terra nasci: ita Christi corpus mortuum, ac in terram deiectum resurgere, mirabile certè, ac diuinitatis Christi opus est. Moritur ergo vt homo, resurgit verò diuina potentia. Vt enim triticum è terra non nasceretur, nisi Deus pluuia & Sole educeret: ita Christi corpus deiectum in terra non resurrexisset, nisi diuina potentia illi adfuisset.
    - Panis in fornace ardenti ignis feruore pinsitur: & corpus Christi tribulationum ac passionis igne exustum est.
    - Frangitur panis, vt corpus pascat: occiditur & corpus Christi, vt animam pascat.
    - Vt mirabile est carnem à pane nutriri, si rationes velis excutere: ita mirabile est, imò incredibile, ac stultum videtur impijs, animam cibo corporis Christi nutriri.
    - In pane vita corporalis sustentatur: in promissionibus per Christum IESVM vita æterna animæ datur.
    - Vt panis corpus hominis nutrit, non contemplatus, sed comestus: ita & corpus Christi, nisi fide sumatur, non nutrit.
    - Vt panis virtus hominem confirmat: ita virtus ac meritum corporis Christi animam confirmat.
    - Vt panis esuriem corporis pellit: ita corporis Christi meritum animæ esuriem fugat.
    - Vt panis esurientibus prodest, non saturis ac repletis: ita & corporis Christi virtus non nisi his, qui esuriunt, iustitiam: inflatis verò, ac sua iustitia turgidis, nihil planè.
    - Vt panis inter multos distributus concordiæ signum est: ita & corpus pro multis immolatum, benevolentiæ Christi, ac mutuæ inter nos charitatis signum est.
  - Vini proprietates, & seq. Vide literam A.
- Propter efficaciã passionis declarandã. Addita. n. sunt signa non sanguinolenta, vt in Lege, sed amica & familiaria, vt consummationis essent Sacramenta, & testimonia, q. omnis sanguis pro peccato cessauit.
- Vt facilius Christi beneficiũ ex his elementis, animo imbæreat: quis enim nesciat panis & vini effectus?
- Propter percellendos sensus exteriores sensu cælestium donorum: cernit enim visus in symbolis diuinum, fidei repræsentatione: cernit fractionem & mortem eius: cernit effusum sanguinem in vino: auditus lætatur promissionibus, &c.
- Ad significandam vnionem Ecclesiæ.
- Vt qui panem edat, & vinum bibat, deinceps fellea peccatorum borreat fercula & pocula, & omnis sapor delectamentorum carnalium ab illius corde recedat.
- Quia panis carnẽ confirmat, vinũ sanguinẽ operatur: hic ad corpus Christi, illud refertur ad sanguinem.
- Vt Sacramento corporis, i. pane carnis resurrectio probaretur: memores enim nos facit tritici, quod in terram cecidit, & fructum multũ fecit. Est & hoc resurrectionis efficax argumentũ in hoc Sacramento, quòd caro nostra sanguine & corpore Christi nutritur spiritualiter, quæ quia vera caro est, & caro Filij Dei efficax est, vt & credentes nutriat, vinificet & exuscitet, vide ne crassius ista intelligas.
- Vt panis & vinum communis cibus & potus: ita corporis Christi & sanguinis cibus & potus communis est, & ad omnes pertinet.

A. Vini

A. Vini proprietates Christi sanguini accommodatæ.

- Vt vinum è vite generatur: ita sanguis è Christi latere pro nobis effluxit.
- Vt suauissimus liquor è vite profluit: ita Christi sanguis suauissimus animæ potus è Christi corpore pro nobis effusus.
- Vt vinum torcular excipitur: ita sanguis Christi verbi prædicatione in corda suscipitur.
- Vt vinum mustum in vtres nouos mitti debet: ita & sanguis Christi in corpora fide mittendum est. Vinum mustum in vtres veteres missum disrumpit vtres, vinũ effunditur, & vtres pereunt. Ita sanguis Christi impuro corde receptus, cor ipsum perdit, & eo corde impuro retineri non potest.
- Vinum sitim corporis sedat: & Christi sanguinis meritum sitim animæ.
- Vinum sitientibus prodest, non vino repletis: ita sanguis Christi ijs, qui iustitiam sitiunt, ac desiderant.
- Vinum lætificat cor hominis: ita & promissiones de Christo animam lætificant.
- Vinum calefacit corpus: Christi sanguis per fidem receptus animam ad omnes bonos motus per Spiritum accendit.
- Vinum frigus arcet: sanguis Christi mutuæ charitatis frigus depellit, arcet, & frigus iræ diuinæ in ipso peccatorum nostrorum sensu.
- Vinum torporem pellit, & ad res quaslibet expeditiores efficit: & sanguis Christi torporem animæ in bene operando tollit, & nos agiliores ad omnia bona opera Spiritus virtute efficit.
- Vinum securiores reddit, & audaciores: ita sanguis Christi per fidē receptus securos ac tranquillos coram Deo efficit, & in confessione constantiores, vt nihil omnino sit, quod timere debeamus.
- Vinum disertos efficit: ita sanguis Christi per fidem receptus, disertos nos in confessione & beneficiorum Christi commemoratione per Spiritum efficit.
- Vt vinum pallorem faciei pellit, & nitorem quendam illi addit, ita sanguis Christi pallidum animæ colorem in rubicundum vertit: hoc est, conscientias pacat, vennstos nos coram Deo facit, vt pulcra facie: hoc est, iusti ac accepti coram illo apparere possimus.

TABVLA VII.

Loci tres.

Quare Christus Cœnæ Agni panē substituit: vt

- Differentiam Legis & Euangelij significaret. Lex aggrauat conscientias vt caro corpus. Euangelium leuat, vt panis.
- Significet Legem sine Euangelio rectè doceri non posse: Sicut nec caro sine pane commodè editur.
- Sacrificia sanguinolenta abrogata esse demonstraret.
- Doceat venisse Messiam panem illum vitæ. Si enim pristinum morem retinuisset, nondum venisse Saluatorem argumentaremur. Vt enim Iudæi, viuente adhuc Mose, 40. integris annis manna illud sensibile edebant, postquam verò Moses diem suum obijt, & ductor populi Iosue factus est, pane nutriti sunt, non amplius manna pluente Deo, Iosue 5. Ita postquam Saluator noster IESVS apparuit, & Moses defunctus est: id est, legales cultus ad exitum venerunt, pane illo vitæ nutrimur, quem panis in Cœnæ Sacramento demonstrat.
- Maiori beneficio mains substitueret Sacramentum, mains non materia ipsa, sed beneficij maioris admonitione. Agnus enim admonebat eos liberati corporis: panis verò & vinum libertatem Spiritus clarè per Christi mortem annunciant.

Cur Christus vtramque cæremoniam Discipulis administrauit: vt

- Ostendat veterum & nostra signa ferè paria esse.
- Vtriusque populi Saluatorem se esse probaret, Iudæorum videlicet & Gentium.
- Vtrique populo se fauere declararet.
- Vtramque cæremoniam Dei ordinationem esse demonstraret.
- Veteri finem imponeret, nouam cæremoniam inciperet, ac confirmaret.

Quod sit discrimē Baptismi & Cœnæ Domini.

- Baptismus signum purgationis: Cœna Domini signum seu confirmatio redemtionis & satisfactionis. Venit enim Christus, Ioanne teste, per aquam & sanguinem: id est, vt purgaret & redimeret. 1. Ioan. 6.
- Baptismus signum adoptionis: Cœna signum reconciliationis.
- In Baptismo Deus adoptat nos in filios: in Cœna vt bonus paterfam. cibū subministrat.
- In Baptismo Deus suam promissionem in exteriora membra, velut in librum inscribit: in Cœna eandem promissionem in interiores partes corporis inscribit, vt foris & intus promissionem gratiæ Dei, in membris nostris circumferamus.
- Baptismus puerorum est, licet vsus eius ad adultos etiam pertineat: Cœna Domini propriè adultorum est.
- Baptismo semel vtimur: Cœnâ sæpius.

De Verborum Christi sensu, *Hoc est corpus meum*.

TABVLA VIII.

A figura, *quæ præcessit, quam ideò Cœnæ Domini coniungit, vt ostendat veterum & nostra signa fa-*
paria esse.

SENSVS verborũ Cœnæ Domini petẽdus est

Ex *ipsis Cœnæ Domini vocabulis, quorũ singula, singula gignunt argumẽta.*

1. Accepit IESVS panem.

De *quo dixit, accepit, de eodem dedit Discipulis. Ergo non corpus dedit.*

2. Fregit deditque.

De *pane dicitur, fregit eumq; fractum dedit. Ergo panem, non corpus dedit.*

3. Accipite.

De *quo dixit, accepit, fregit, dedit, de eo Christus dicit: Accipite.*

4. Comedite.

Comedere *est morsibus consumere, quod de corpore dici non potest. Item comedere ho-*
minis non est carnem humanã vorare: hoc enim bestijs, non hominibus conuenit. Item
corpus Christi non comeditur corporaliter: neque igitur accipitur corporaliter. Quod si
non accipitur, neque adest corporaliter.

5. Hoc.

De *pane intelligitur, non corpore: corpus enim prædicatum est,* Hoc *subiectum.*

6. Est.

Verbum *substantiuum in expositionibus parabolicis & Sacramentis, pro Significat, pu-*
nitur: si verò in suo signficato relinquas, res ipsa pro rei figura vsurpatur in Sacramẽto.

7. Corpus.

Corpus *est quod videri & tangi potest: corpus Christi non videtur in Cœna: Ergo, &c.*

8. Hoc est corpus meum.

Hoc *non ad panem, sed ad Apostolos loquitur. Non est vera prædicatio signati de signo, si*
propriè accipiatur: Neq; enim signũ vt signũ signatum est. Nec est vera prædicatio nu-
diuidui de individuo, nisi impropriè: vt, Ioannes est Helias: &, Hoc est corpus meum.

9. Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur.

Christus *non dicit, Hoc est corpus meum, quod vobis datur: sed, Pro vobis datur, vel*
frangitur. Fractum verò est corpus, non dentibus Apostolorum, sed manibus hostium
Christi in cruce.

10. Frangitur.

Paulus *de corpore loquens, proprium panis illi tribuit, vt significet panem impropriè cor-*
pus dici.

11. Hoc facite.

Quid *sit, Hoc facere, exponit Paulus. Non enim est corpus manducare in memoriam cor-*
poris, sed vesci symbolo, vt memoria passionis nobis refricetur.

12. In mei memoriam.

Hæc *adiectio satis monstrat panem illum non à substantia, vel continentia nomen corpo-*
ris Domini sortitum, sed significantia.

13. Hoc poculum nouum Testamentum.

Si *cognoscas quomodo poculum nouum Testamentum appelletur, non ignoras, quomodo*
etiam panis sit corpus. Poculum enim propriè non est nouum Testamentum: id est, re-
missio peccatorum, imò ne sanguis quidem, quem poculum repræsentat, Testamentum
dicitur propriè, sed Testamenti confirmatio, sicut & Circumcisio Fœdus dicitur per cõ-
gnominationem.

14. Non bibam ex hoc fructu vitis.

Periphrasis *est vini, & significat, nõ solùm vinum esse, quod Christus in poculo præbet,*
sed simul ostendit non esse sanguinem, sed id, quod ex vite generatur, non ex corpore
profluit.

15. Mortem Domini annunciabitis.

Quid *sit corpus & sanguinem Christi sumere, explicat: nihil enim est aliud, quàm vesci*
symbolis, ne memoria mortis Christi ex nostro excidat animo.

16. Donec veniat.

Hæc *particula indicat, hoc sacrum esse spirituale, non carnale: neq; Christum carnaliter*
adesse: Spiritu enim verè adest, & modo quodam sacris accommodo, qui interim corpore
in cœlis residet.

17. Quotiescunque comederitis panem hunc, &c.

Paulus *post declarationẽ nunquam amplius vel corporis, vel sanguinis vocabulum man-*
ducandi & bibendi verbis coniungit, sed quotiescunq; de manducando & bibendo dis-
serit, non aliud addit, quàm panem & vinum, itaque non sine clarissima articulorum &
demonstratiui signi appositione, Panem hunc, Poculum hoc: vt discernat hunc cibum ac
poculum ab alijs.

A discretione, *&* seq. *Vide literam* A.

A discretione *signi à signato. De pane enim dicitur, Dedit: de corpore, Datur: de pane, Fregit: de corpore, Frangi*tur. *de pane, Illis: de corpore, Pro vobis. de vino, Dedit: de sanguine, Effunditur. de vino dicitur, Illis. de sanguine, Pro vobis, vel pro multis. de poculo, In mei memoriam: de sanguine, In remißionem peccatorum.*

A discretione *signati à signato: quia enim corpus & sanguinem commendauit Christus, & à se inuicem discre*uit, *quæ natura non separantur: neque enim viuit corpus absque sanguine, neque sanguis sine corpore: manifestè ergo protestatus est, in geminis signis exemplaria rerum esse, non res ipsas.*

A verborum *Sacramenti vtriusque Testamenti conuenientia: nam veterũ Sacramenta eadem ferè habent verba, quæ & nostra, vt studio quodam ex veteri Testamento in nouum desumta esse videantur, vt constet nostra & veterum signa ferè paria esse. Vt enim de Circumcisione dicitur, Hoc est fœdus meum: ita de pane, Hoc est corpus meum. Et vt de Agno dicitur, Hoc erit vobis in memoriam: ita de Cœna, Hoc facite in mei memoriam. Et vt Circumcisio Testamentum dicitur: ita in Cœna poculum Testamentum vocatur. Vt de sanguine Hircorum dicitur, Hic est sanguis Testamenti: ita hîc de poculo, Hic est sanguis noui Testamenti.*

Ex *collatione Euangelistarum: nam quid benedicere in Marco sit, alij gratiarum actionis verbo explicant, ne quis verbum benedicendi superstitiosè exponat: non enim est vi verborum panem in carnem conuertere, aut carnem de cœlo deportare, aut pingere gestu manus signum crucis, sed gratias agere: id quod non ad panem, sed ad Deum Patrem refertur. Quod Matthæus & Marcus simpliciter dicunt, Hoc est corpus meum: hoc Lucas & Paulus per expositionem efferunt, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. His enim verbis discernunt signum à signato: aliud enim est, Quod vobis, & Quod pro vobis datur. Quod Lucas simpliciter dicit, Hoc est corpus meum, non præmisso præcepto Christi: hoc alij per præceptum Christi exponunt, Accipite, comedite: quæ* A. *de pane, non de corpore intelligenda sunt. Quod Marcus cum Matthæo dicit, Hic est sanguis meus noui Testamenti: Matthæus per Christi præceptum exponit, Bibite ex hoc omnes: id quod ad poculum vini refertur, non sanguinem. Et Marcus seipsum exponit per præcedentia: Et biberunt ex eo omnes. Lucas & Paulus per hæc verba, Hoc poculum nouum Testamentum est: nam nomen Testamenti impropriè dicitur, sicut & sanguis impropriè, seu figuratè. Item Matthæus & Marcus & Lucas per verbum Effunditur: id est, Effundendus est, scilicet in cruce, non in Cœna in ora fidelium. Quod Matthæus & Marcus obscurius efferunt, id Lucas & Paulus per hæc verba explicant: Hoc facite in mei memoriam. Item Paulus, Mortem Domini annunciabitis. Quod Paulus dicit, Reus erit corporis & sanguinis Domini: idem seipsum exponens effert clariùs, Iudicium sibi edit ac bibit. Et quod dicit, Non dijudicans corpus Domini, id suprà clarius extulit: Quisquis ederit panem hunc indignè, &c. Indignè enim edere panem, non dijudicare corpus Domini, non probare seipsum, ea quipollent.*

A *figuris, quibus verba Cœnæ plena sunt, vnde manifestum est, & hæc verba, Hoc est corpus meum, figurata esse. Pascha enim pro Agno figura est: nam propriè transitus est, figuratè memoria transitus est: neque enim Agnus transiit, sed Angelus Domini transiit domos, Agni sanguine signatas. Frangi apud Paulum figuratè de Christi corpore dicitur: poculum pro vino, figura est. In Luca & Paulo cognominatio est, cùm inquiunt: Hoc poculum nouum Testamentum est. Item, De fructu vitis, periphrasis est vini. Item, Datur, effunditur, enallage: nam præsentia pro mox futuris ponuntur. Item in Paulo, Panem hunc, poculum hoc, emphasis est. In Marco hysterologia est: nam post Cœnam Dominicam dicitur, Non bibam de fructu vitis. Quis in hisce verbis neget esse tropum? Tropus ergo & in verbis, Hoc est corpus meum.*

TABVLA IX.

ARGVMENTA præcipua de sensu verborũ Cœnæ ex Euigelistis. Ex

- MATHAEO:
  - Hic est *sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effunditur. Eatenus igitur noui Testamenti sanguis est, quatenus effunditur. Non autem effunditur sanguis de poculo in poculum, vt remittantur peccata, sed in cruce.*
  - Non *bibam amodo de hoc germine vitis, &c. quibus verbis vltrà se non affuturum nobiscum corporaliter ostendit, sed ex hoc mundo abiturum ad Patrem, &c.*
- MARCO:
  - Marcus *toties Paschæ nomen præmittit, quod quidem tropicum nomen, præter id quod oculis subijcit, aliud in mentem venire facit.*
  - De *poculo sic inquit: Et accepto calice gratias egit, dedit eis, & biberunt ex eo omnes: Et dixit, Hic est sanguis meus, &c. Vbi legitur, Discipulos prius bibisse, quã Christus finijsset verba: vnde colligitur, præter sacram passionis memoriam nihil extraneum accessisse.*
- LVCA:
  - Quod *pro vobis datur: datur autem corpus Christi in crucem, non in Cœna: Et datur pro nobis, non nobis in ora nostra: nos quidem dari in mortem debueramus, sed vt liberi essemus, Christus pro nobis datus est. Quod igitur traditur pro nobis, non est panis, neq; in pane pro nobis traditur.*
  - Hoc *facite in mei memoriam: quòd videlicet corpus pro nobis traditum sit: memoria est rei absentis, Ergo, &c.*
  - Hoc *poculum nouum Testamentum in meo sanguine: Nemo ignorat poculum non esse Testamentum, sed esse signum Testamenti. Quare & panis signum corporis est, licet corpus esse dicatur.*
- IOANNE, *&c. Vide literam A.*

IOANNE 6. quod de spirituali manducatione nos docet, ac septem capita de mãducatione proponit.

Quis sit animarum cibus, vel panis: Non vulgaris, sed Filius Dei, Christus, qui pascere & vnificare valet: dicit enim, Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuriet.

Vnde habet Christus, quòd sit panis vitæ. Quòd Pater eum consignauerit, quòd de cælo descenderit, & missus sit à Patre.

Qua ratione sit nobis manducabilis. Hoc verba ista declarant: Omnis qui videt Filium, & credit in eum, &c. Non alia igitur manducatione manducabilis est, quàm fide, quæ non ficta, vel simulata erit, sed qua cor renascitur, Deumq; piè timet, ac amare incipit, & quæ in opera prorumpit, & gratiarum actionem.

Quæ vtilitas cibi istius spiritualis. Cibus ille permanet, ac permanere facit in vitam æternam. Qui venit, inquit, ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet vnquam. Item, Eum qui venit ad me, non ejciam foras. Item, Qui ederit ex hoc pane, viuet in æternum.

Quis dat hunc panem, & à quo sit petendus: dicit enim, Pater meus dat vobis panem de cælo. Item, Nemo potest venire ad me, &c.

A. Quomodo & quando accipimus panem hunc. Dum non operamur cibum, qui perit, nec manducum, & ea quæ in mundo, ventrem, honorem, diuitias, addo & cæremonias sectarum, sed magnis desiderijs quæramus Filium Dei.

Qui manducent, & qui non. Petrus manducârat carnem, & biberat sanguinem, quod dicebat: Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes: & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei viui. Iudas verò, hypocritarum typus, inter Discipulos non manducârat, sed Diabolus erat.

PAVLO:

Quod pro vobis frangitur: Fractio mortis symbolum est in pane, quæ mors postea secuta est: panis quidem nobis frangitur, corpus Christi pro nobis, & nobis frangitur. Iam si corpus Christi in pane, non pro nobis, sed tantùm nobis fractus fuisset.

Mortem Domini annunciabitis: Hoc facite donec veniat, &c. Item, Panem hunc, De poculo hoc: Quæ quidem vniuersa & transsubstantiationem elementorum, & carnalem Christi præsentiam excludunt.

EXEMPLVM.

¶ Annulus Philippi Regis imagine Patris Caroli insignitus, Carolus esse dicitur, eò quòd imaginem tanti benefactoris gerat: nemo tamen illorum, qui annulum viderint, è mortuis reuocatum Carolum in annulum dicent, sed omnes cognoscent id quod est, monumentum & pignus amoris, ac memoriale beneficiorum. Speculum ostendit pomum, quod illi oppositum est, & dico: Ecce pomum, quod in hac, vel illa arbore natum: nemo tamen imaginabitur, tale pomum figuratum in arbore natum esse.

De Præsentia corporis & sanguinis Christi in Cœna.

TABVLA X.

ASSERTIO

PAPISTICA.	LVTHERANA.	SACRAMENTARIA.
1. Quid datur in Cœna præter panem & vinum?		
Corpus & sanguis Christi.	Corpus & sanguis Christi.	Corpus & sanguis Christi.
2. Quomodo datur?		
Corporaliter, *contra naturam Sacramentorum, transsubstantiuè, cõtra verbi substantiui significationem. Putant enim illi in locum panis, quẽ euanescere somniant, Christi corpus subire, quod ipsum transsubstantiationem appellant. Hoc verò inauditum omnibus linguis est, vt substantiale verbum in hunc sensum accipiatur.*	Corporaliter, *vel ὑπερφυῶς, contra naturam Sacramentorum: Vel ὑπερλογικῶς, contra verbi substantiui significationem: nusquam enim, Est, pro Continet accipitur: Vel admirando modo, cũ nullum hic edatur miraculum: Vel ineffabiliter, cũ ratio Sacramenti parvulis etiam, ac filijs explicanda sit: non enim ita Cœnam Christus instituit, vt nesciamus de ea loqui, sed vt alijs etiam tã explicemus.*	Spiritualiter, *iuxta rationem Sacramentorum.*

3. In quo datur?

In *accidentibus panis: panem enim euanescere somniant, atq; ita accidentia erunt sine subiecto, accidentia sustinebunt subiecta. Idem de se ipso prædicabitur, Color erit sine colorato, sensus sine sensato, albedo sine albo, magnitudo sine quantitate, corpus datur in memoriam corporis.*	In *pane, copula quadam corporali, cùm Christus non dicat in pane esse corpus: sed, Hoc, inquit, est corpus meũ. Hoc modo corpus erit sine quanto, & vnum corpus in diuersis locis, & multa corpora in vno loco, & corpus in corpore, in atomo & punctο, contra veri corporis naturam. Item panis cum Christi corpore crucifixus est, mortuus, resurrexit, &c. & quæcunque corpori conueniunt, pani quoque conuenirent.*	In *promissione, quæ totum Christum nobis per fidem exhibet, modo quodam spirituali.*

4. Quo medio accipitur?

Ore, *contra Sacramentorum rationem.*	Ore *& fide: cùm ore panis tantùm & vinum sumatur. Quid verò fidei cum ore? Fides non appetit præsentiam Christi corporalem. Absentia enim loco, præsentia videt intellectu. Et Christus non ideò carnem assumsit, vt carnaliter edatur, sed vt in mortem pro nobis tradatur.*	Fide *tantùm. Omnis enim promissio fide accipitur.*

5. Cui parti hominis datur?

Corpori, *cùm panis tantùm & vinum dentur corpori. Corpus enim quòd corporis est, accipit: spiritus, quod spiritus est.*	Corpori *& animæ contra rationem Sacramentorum.*	Spiritui, *sicut & promissio spiritualis est, non quòd substantia corporis Christi spiritui nostro vniatur, sed quòd quæ in Christi corpore spiritualia sunt, spiritui nostro per fidem vniantur, vt beneficia Christi parta corpore & sanguine Christi. His enim viuit anima nostra.*

6. Quibus datur?

Piis *& impijs.*	Piis *& impijs, cùm impy fide carentes promissionis participes esse non possint.*	Piis *tantùm & fidelibus. Hi enim fide amplectuntur promissionem.*

7. Quid edunt impij in Cœna?

Panem *& corpus Christi, contra rationem Sacramentorum.*	Panem *& corpus Christi.*	Panem *tantùm & iudicium, teste Paulo.*

8. Quid est edere corpus Christi in Cœna?

Carnaliter *manducare corpus Christi, quod est cõtra naturam & Scripturas.*	Carnaliter *& spiritualiter manducare corpus Christi per fidem, cum Christus in cœlis corpore resideat, vt dentibus atteri à nobis non possit. Et fides, (quæ eius natura est) corpus Christi carnaliter edi non patitur.*	Est *credere quòd Christi corpus pro nobis sit traditum ad crucem, vt nobis vitam pararet æternam.*

9. Quid est bibere Christi sanguinem?

Carnaliter *bibere sanguinem, quod est contra Scripturas, & articulos fidei.*	Carnaliter *& spiritualiter bibere, quod est contra naturam & articulos fidei.*	Est *credere Christi sanguinem pro nobis effusum esse in remissionem peccatorum nostrorum.*

10. Quomodo panis Christi corpus est?

Transsubstantiatiuè, *contra verbi substantiui significationem, & rationem Sacramentorum.*	Παραλληλῶς: i. *contentiuè, seu copulatiuè, cõtra verbi substantiui significationem. Copula enim, seu vnio signi cũ signato sacramentalis est, non naturalis. Cui enim parti datur panis, eidem corpus non datur, & contrà.*	Appellatione *significationis impropriè, suo modo figuratè, symbolicè, sacramentaliter, repræsentatione fidei, vnione sacramentali.*


11. Vbi est corpus Christi corporaliter?

Vbique: *contra naturam veri corporis. Tolle spacia à corporibo, & nusquã erit, & si nusquã erunt, nec erunt.*	Vbique.	In *cœlo, iuxta Scripturas, & articulos fidei.*

12. Quomodo Christus vbique est?

Iuxta *vtramque naturam.*	Secundùm *vtramque naturam, cùm vtraque natura suum seruet ingenium, & caro Christi in Deum conuersa non sit, vt Eutyches somniabat.*	Personaliter: *non tamen secundùm humanam naturam.*

De Profanationibus Cœnæ Domini.



De Collatione Agni Paschalis cum Cœna Domini.

Vt *Agnus Paschalis repræsentator erat Agni eius, qui olim in Ægypto mactatus fuit, cuius sanguis conspectus transire domos filiorum Israel fecit Angelum: tametsi Agnus interim sanctius quoddam fieret Sacramentum, quod certè Ioannes cognouerat, dicens: Ecce Agnus Dei, &c. Ita & Cœna Domini repræsentat Christi carnem & sanguinem, & horum beneficia.*

Vt *nemo Agnum Paschalem dicit Agnum illum Ægyptiacum, mactatum videlicet in Ægypto, tametsi Agnus præsens, absentis, & eius, qui olim occisus erat, effigiem gerat: ita nemo sanæ mentis panem Cœnæ Domini proprie corpus Christi dicet, licet eius imaginem gerat.*

Vt *Agnus Paschalis monumentum erat liberationis ex seruitute Ægypti: ita Cœna Domini memoraculum est liberationis è seruitute peccati, Diaboli, &c. per Christum.*

Vt *Agnus Paschalis innocens, ac simplex erat, ita & Christus in Cœna nobis propositus summa innocentia præditus est, cuius innocentia & nos innocentes reputamur.*

Vt *Agni Paschalis sanguis exterminatorem percutientem primogenita auertit, ac primogenitis Israelitarum salutifer fuit medicus: ita & sanguis Christi liminibus cordis aspersus, Diabolum auertit, ac nobis fidelibus salutem impertit.*

Vt *Agnus Paschalis cum gratiarum actione edebatur: ita hic Christus agit gratias, & frangit panem, vt ostendat se cum gratiarum actione fractionem: id est, mortem corporis sui suscipere, atq; nos etiam cum gratiarum actione Cœnam sumere debemus.*

Vt *desiderabile erat Agnum manducare: ita iucundum credentibus est de pane Dominico edere.*

Vt *Agnus occidebatur, quo posset comedi: ita & panis frangitur, vt sit manducabilis.*

Vt *Agnus primus, qui in Ægypto occisus erat, suâ naturâ non erat tantus, vt exterminatorem illum terribilem auerteret, sed per benignam Dei voluntatem, qui promiserat Israelitas protexit, figurans eum, qui protegebat: ita panis Cœnæ Domini non prodesset, nisi corporis Christi figura esset.*

Vt *ea nocte, qua Agnus edebatur, Angelus Domini percutiebat primogenita: ita Angelus magni consilij ea nocte, qua Cœna edebatur, percussit, & vicit mundum.*

Vt

Vt sanguis Agni non edebatur, sed inficiebat postes, ac sic facta est liberatio: Sanguinem enim non solùm hominis, sed & animantis ab ipsis Noah temporibus vsque ad Apostolos edi vel bibi non fas erat: Et Apostoli ipsi infirmitati Iudæorum aliquid tribuentes, ita dicente charitate, à sanguine abstinendum sanxerunt: ita nec in Cœna Christi sanguis bibitur, sed postes cordis, seu fidei hoc aspergunturr, vt fiat liberatio.

Vt sanguis Agni veteris Testamenti est: ita Christi sanguis noui Testamenti, id est, fœderis ac pacti de remissione peccatorum.

De Cibo, seu Pane animorum.

- Christi. *Facere videlicet voluntatem Patris, seu prædicare Euangelium, pati pro nobis. Quibus rebus impensè delectabatur, velut rebus ad se pertinentibus, ac à Patre sibi iunctis. Id enim cibum vocare solemus, quo animus impensè afficitur, delectatur, ac recreatur. Ita solemus de illis loqui, q re quapiam ita delectantur, vt ab edendi interim desiderio excludantur, siue id fiat legendo, siue operando, siue docendo, vt dicamus, Hic illius cibus: id est, hac re vehementer delectatur. Vide Ioan. 4. d. 32.*
- CIBVS animorum duplex. Alius Christianorũ. *Hic disce:*
  - Quis *sit Christianorum cibus. Christus videlicet, Filius Dei, caro factus, ac mortuus, vt nos viuificet, Ioan. 6. d. 33. Ego sum panis, qui de cœlo descendi, panis verus, panis vitæ, panis viuus, panis Dei. Item, Caro mea verè est cibus. Sed & verbum Dei animæ cibus dicitur, quod verum vitæ panem nobis deprædicat.*
  - Quomodo *hic cibus panis Dei dicatur.*
    - Distributione, *qua panis eius dicitur, à quo datur. Secundùm hunc modum nõ solum cibus cœlestis, sed & qualiscunque terrenus, panis Dei dicendus est.*
    - Singulari *conditione, qua panis à solo aliquo & selectis tantùm datur. Et secundùm hunc modum Christus Panis Dei dicitur: siquidem à solo Deo, & solis electis filijs Dei, tanquam cibus vitæ datur.*
  - Quomodo *hic cibus nobis parandus sit. Videlicet fide, Ioan. 6. d. 35.*
  - Quomodo *edatur. Fide.*
  - Qui *effectus. Satietas videlicet veramentium, & vita æterna, Ioan. 6.*

De Potu, seu Aqua viua Christianorum.

- Quid *sit Aqua animarum. Spiritus Sancti gratia, non quæuis, sed quæ ex veteri nouum hominem reddit.*
- Quid *sit Sitis animarum, contra quam hæc cœlestis aqua nobis monstrata est. Intensum videlicet cœlestis gratiæ desiderium, quo conscientiæ peccatis pressæ afflictantur, & torquentur. Anxietas enim conscientiarum, sensus peccatorum, & iræ Dei, siti comparatur. Sitis est etiam terrenarum rerum, peccatorum & carnalium cupiditatum, seu voluptatum desiderium. Nequit autem fieri, vt cor hominum terrena non sitiat, nisi aquam illam Spiritus bibat, & fontem hunc perenniter salientem habeat.*
- A quo *detur. A Christo: vnde Christi aqua dicitur. Vide Ioan. 4. c. 14. Quam ego dabo. Vnde & Ioan. 7. d. 37. dicit. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Non dicit, Eat ad Deũ, sed veniat ad me: nemo enim venit ad Deum, nisi per Christum vnicum Mediatorem Dei & hominum. Nec dicit, Veniat ad Apostolos, sed ad me: non enim erant ipsi Fons vitæ, sed Fontis Ministri, quorum erat quosuis sitientes ad Christum verum vitæ fontem, vocare. Nec dicit, Si quis sitit, eat ad Ecclesiam meam, sed ad me. Ecclesia enim non est fons vitæ, sed cœtus bibentium ex Fonte vitæ. Hodie vocamur ad Ecclesiam Romanæ tyrannidi subiectam, non ad Christum.*
- Loci octo. Quibus *detur hæc aqua. Sitientibus videlicet. Esaiæ 55. a. 1. Omnes sitientes venite ad aquas: hi aliâs vocantur laborantes, & onerati: aliâs contriti corde, captiui, & confracti. Fons est: exigit igitur sitientes, reliquos non capit.*
- Quomodo *detur. Gratis propter Christum, ex bonitate tantùm Dei.*
- Quid *requiratur ab his, qui sitiunt. Vt ad fontem hunc veniant, Ioan. 7. d. 37. Veniat ad me: non dicit, Si quis sitit, cogatur vt ad me veniat: sed, Veniat ad me, & bibat. Fons hic vitæ exigit cupidos & gratos: coactos non admittit: Vim quidem infert, & impellit, sed ea vis quantò est acrior, tanto magis voluntarios & cupidos ad fontem vitæ generat accessus. Vis extrà ab hominibus illata, ad Christum non ducit, sed ad Antichristum.*
- Quid *operetur hæc aqua.*
  - Sitim *aufert: Cordis videlicet anxietatem & ariditatem, Ioan. 4. c. 14. Non sitiet, inquit, id est, certificat, & pacat conscientiam, & consolatur.*
  - Viuificat *in sempiternum, Ioan. 4. c. 11.*
- Quomodo *bibendum ex hac aqua. Fide in Christum bibitur, gratia Spiritus Sancti, Ioan. 7. g. 39. Hoc dicitur de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.*

De Angelis bonis.


Loci decem.

- Quid *sint Angeli. Spiritus boni, cœlestes & incorruptibiles, in ministerium Dei & hominum conditi.*
- Quando *creati. De hoc nihil est in Scriptura proditum.*
- Quales *sint substantiæ. Bonæ, incorruptibiles & expeditissimæ. Incorruptibiles autem dicimus ex gratia virtuteq; diuina, non à natura. Expeditissimos autem & sine onere vel impedimento esse Angelos testantur plerique Scripturarum loci, Actor. 5. c. 19. 12. a. 7. &c.*
- Qualia *corpora assumta ab Angelis. Non fuerunt illis propria & naturalia: sed aliunde velut mutuo accepta ad tempus, & ad captum imbecillitatis nostræ. Qualia autem illa assumta corpora fuerint, aut vnde assumta, aut quò post dispensationem deposita sint, difficilimum est explicatu. Lege Augustinum in Enchiridio suo ad Laurent. cap. 59.*
- Quanta *sit Angelorum multitudo. Innumerabiles esse Angelos tradit Scriptura, Daniel. 7. c. 10. Matth. 26. g. 54. Hebr. 12. d. 22.*
- Quis *sit ordo Angelorum. Plerique innumeram illam multitudinem distinguunt in nouem choros, & hos rursus redigunt in tres hierarchias, quarũ singulas tres ordines habere affirmãt. Nempe primã Seraphim, Cherubim, Thronos. Secundam Dominatores, Virtutes, & Potestates. Tertiam, Principatus, Archangelos, Angelos. Addunt quid inter se distent, & quodnam cuique proprium sit. Augustinus in Enchiridio, cap. 58. docet, esse quidem Thronos, Dominationes, Potestates, & differre quidem inter se: verùm quænam ista sint, & quid inter se differant, se ignorare profitetur. Quare ibidem indicat, in hac curiosius minimè esse inquirendum. Apparet hos Angelorum ordines ex eorum nominibus desumtos esse.*
  - Quæ *nomina Angelis tribuãtur. Dicuntur*
    - Archangeli, *quando in rebus Dei maximis ablegantur, nunciaturi aut facturi rts omnino arduas & diuinas, 1. Thess. 4. d. 16.*
    - Throni, *vel quòd Throno Dei semper assistunt, vel quòd Deus in Angelis suam velutisedem collocasse legitur in Prophetis, & ab his ceu in lectica regia vehi. Psal. 18. c. 11. Vehebatur super Cherubim.*
    - Dominationes, Principatus, Potestates, *quòd Deus imperium suum per Angelorum ministerium in mundo administrat, suamq; potentiam exercet.*
    - Virtutes, *Exercitus, siue cœlestis Militia, quòd Dominum ceu stipatores cingant, & hic ille vtitur, ceu militibus suis, dictus Deus Sabaoth.*
    - Cherubin *à celeritate, quòd celeres Dei imperium exequantur.*
    - Seraphin *ab ardore, quòd amore Dei flagrant.*
- Quare *Deus ministerio Angelorum vtatur. Non necessitate, sed bona sua voluntate. Illis enim carere posset, si vellet, cùm nutu suo perficiat quod vult. Verùm Deus suam erga nos bonitatem declarare voluit, quod Angelos nobis famulos dedit.*
  - Quæ *Angelorũ ministeria.*
    - Seruire *Deo.*
    - Deum *adorare, glorificare.*
    - Dei *veritatem propugnare.*
    - Gloriam *Dei defendere.*
    - Excubare *pro salute nostra, Matth. 2. c. 13.*
    - Consolari *afflictos & mœstos.*
    - Sumere *supplicium de sceleratis, Exodi 12. d. 29. Actor. 12. d. 23.*
    - Defendere *& custodire nos, ne quid nobis aduersi accidat.*
    - Vias *nostras dirigere. Angelis suis, inquit, mandauit de te, &c. Psal. 91. 11.*
- Angelis *non nimium esse tribuendum, eos non esse colendos, inuocandos, nõ templa, altaria, & sacrificia illis instituenda. Hoc enim indebitum & illegitimum est.*

De Miraculis.

Loci tres.

- Quid *sint. Sunt enim opera inusitata, ad quæ obstupescunt hominum mentes, in doctrinæ confirmationem facta.*
- Quotuplicia *sunt, &c. Vide literam A.*
- Quomodo *discernantur vera à falsis.*
  - Spiritu. *Vera enim, Christi: falsa, Spiritu Satanæ fiunt.*
  - Impossibilitate. *Habet enim Ecclesia quædam propria miracula, quæ Diabolus imitari non potest: vt, Resuscitationem mortuorum, sistere cursum Solis, effœtam efficere fecundam.*
  - Finibus.
    - Miraculorum *Diaboli finis est, erroris aut sceleris alicuius confirmatio. Miraculorum Ecclesiæ finis est confirmatio veri cultus, & veræ doctrinæ.*
    - Finis *miraculorum Ecclesiæ est, Euangelium non esse commentitium, sed diuinitùs traditum. Econtrà finis miraculorum falsorum, traditiones esse oracula Dei, Euangelium non esse verum.*
    - Finis *vererum, vt seruetur Ecclesia: falsorum, vt eradicetur penitùs.*


A. Quotuplicia sunt.
Vera. Hic disce:
Quotuplicia sunt. Alia enim sunt
Quid sint. Quæ sunt Ecclesiæ propria, & res ipsas exhibent sine vlla phantasia: sed ab ipso Deo per Ministros suos ad confirmationem veri fiunt, vt mortuorum vera resuscitatio, dæmonum eiectio vera, &c.
Quid sint. Sunt enim opera quædam Dei inusitata, incurrentia in oculos, potentia Dei facta, quibus mentes hominum impulsæ veritati credere incipiunt.
Quę causæ.
Diuina potentia,
Nomen Christi,
Fides miraculorum.
Quis finis miraculorum. Vt
Humana ratio in stuporem adducta diuinæ veritatis cognitioni, ac fidei locum faciat.
Sint signa de veritate cœlesti testantia.
Credamus in Christum, cuius nomine miracula facta sunt.
Concilient autoritatem docentibus. Nam citra autoritatem Doctoris elumbis videtur omnis doctrina.
Propter quos data sint. Propter incredulos, 1. Cor. 14. c. 8.
Quibus prosint. Inuidis & impijs nihil prosunt, sed docentibus vera, ac eorum auditoribus veris.
An veris tantùm Christi Ministris data sit virtus miraculorum. Multi fuerunt, qui etiamsi sub nomine, id est, Christi virtute fecerint miracula, ad Christum tamen non pertinuerint, ad quos dicturus est: Nunquam noui vos, Matth. 7. d. 23. Nam malis etiam Ministris subinde virtutē suam contulit Deus, quemadmodum videmus factum in Balam, Numer. 24. a. 2. In Saule, 1. Reg. 10. Iuda, qui & ipse potestatem accepit à Christo eijciendi Dæmones, sanandi morbos, vt reliqui, Matth. 10. b. 8. Idem & de 70. Discipulis legimus, Luc. 10. c. 17. quorum tamē multi à Christo defecerunt, Ioan. 6. g. 64. Voluit enim Deus initio noui Testamenti, vt Ioel. 2. c. 11. prædictum est, passim innumera esse miraculorum dona, quibus omnium oculos expleret, mentesq; obstupescere faceret, Marci vltimo.
An miraculorum fides saluet, aut sanctum & beatum reddat quenquam. Fides miraculorum, qua creditur firi mater Deo nihil esse impossibile, quæ quorundam tantùm, neq; omnis temporis est, sed habet suum tempus & rationem, neminem saluat. Nam & miraculorum patratores possunt esse operatores mali & iniqui: imò & ministri Satanæ, Matth. 7. d. 22. 24. 1 Cor. 12. 13. 2. Thess. 2. b. 9.
Qui poscant signa. Electi signa non petunt, sed impij. Signa enim miraculosa petere in re aperta, infidelitatis est.
Cui rei seruiant miracula vera. Non hominum ostentationi, sed gloriæ Dei.
Vnde dependeant signa. Dependent à voluntate Dei, vnde & sanationum dona nō fuerunt in potestate Apostolorum, vt his, quoties liberet, quoslibet sanare liceret: sed quoties & quos Dominus sanare vellet.
Quid insignis obseruandum. Non insolentia tantùm, ac rerum nouitas, sed & qualitas signorum cum sana doctrina coniuncta, adhibito iudicio, vt quod genus signorum imposturis, & quod Christo, ac eius Ministris conueniat.
Temporaria. His disce:
Externa, & hæc sunt vel
Quotidiana, quæ quotidie ob oculos versantur, & nihil stuporis nobis adferunt, q̄ vsitata sint, vt Solis & Lunæ vices, partus, &c.
Interna, quæ Euangelij prædicatione fiunt, vt tranquillitas conscientiarum, expulsio Dæmonum, qui corda hominū per peccata obsederunt, &c.
Falsa, quæ ex iudicio & permissione Dei per Ministros, aut opera Satanæ, sub nomine quidem, sed non Spiritu Christi fiunt in derogationem veri, & falsi confirmationem. Vide Tabulam sequentem.

De Miraculis falsis.

- Magica, *quæ falsa ſpecie imponunt hominibus, & vel artibus, vel præſtigijs Satanicis, dolóue & impoſtura hominum ſceleratorum fiunt, qualia Magorum & Incantatorum, quales fuiſſe conſtat Sapientes Pharaonis, & Simonem illum Magum: qualia fuerunt Miracula Monachorum Prædicatorij ordinis Bernæ combuſtorum, & aliorum. Huc pertinent præſtigia & magiæ ſpecies omnes, quas efficaces eſſe teſtantur Magorum Ægyptiacorum, & Simonis opera, & locus Moſis, Deut. 13. a. 1.*
- FALSA ſunt duplicia.
  - Realia. *Hic diſce:*
    - Quid *ſint. Quæres ipſas exhibent verè, vt ſunt: ſed in hoc, vt à vero ad falſum abducant. Nam hæc etiam Paulus, 2. Theſſ. 2. b. 9. prodigia mendacia appellauit, quòd ſpectatoribus imponant, & ad mendacium contrahant: licet falſam apparentiam non obijciant.*
      - Quotuplicia. *Duplicia. Alia enim ſunt*
        - Ethnica, *q̃ apud Gentes fiebant, vt ſunt*
          - Reſponſa *& oracula falſorum Deorum. Nam apud Ethnicos ſæpe ſpectra aliquid denunciarunt, ac ſtatuæ locuta ſunt, in quibus ſpiritus malignus deliteſcebat.*
          - Vatum *prædictiones. Nam Satan afflatu ſuo Vatum pectora inſpirauit, oracula compoſuit: vt ſunt Vaticinia Tireſiæ, aut Calcanthis, qui prædixit fore, vt primum decimo anno Troia caperetur.*
          - Sortium *gubernatio.*
          - Gubernatio *volatus auium.*
          - Miraculoſa *curatio & liberatio ad Deorum gentilium implorationem. Poteſt enim Satã curare, ſi permittat Deus, apud eos, quos tyrannidi ſuæ ſubiectos habet, quorum oculos ita faſcinauit, vt putent ſe eſſe veros veri Dei cultores, ac ab ipſo vero Deo iuuari.*
        - Eccleſiaſtica, *facta in populo Dei. de quibus Deuter. 13. 2. Theſſ. 2. Hic diſce:*
          - Quę cauſæ.
            - Diabolus,
            - Iudicium *& permiſsio Dei.*
            - Errores.
          - An *credendum quibuſuis miraculoſis viſionibus, aut aliquid acceptandum à quoquam propter miracula. Nihil omnino, niſi Scripturis probatum. Signa enim abſque verbo ſuperſtitioni inſeruiunt. Vide Apocal. 13. a. 2. Miraculis obtruſit orbi Satan fidem tranſſubſtantiationis, cultus diuorum, & venerationis imaginum. Adorârunt alicubi porci panem Euchariſtiæ, alibi exuta panis ſpecie, vel puſio apparuit, aut fruſtum carnis. Sed & rimi mexi hauſti ſanguinis ex illo emanaſſe dicuntur. Signis falſis & Papatus euectus eſt. Scimus enim plurimos Pontifices feciſſe ſigna, quibus à fide vera Chriſti homines abducti ſunt: fuerunt enim multi ex illis Magici.*
          - An *Satan ita potens ſit, vt quæ facere velit, mox etiã poſſit. Definita ac contracta eſt eius potentia, vt nõ tantum poßit, quantum velit. Alioqui dudum ſubuerſa eſſent omnia. Permittit autem Deus hæc Diabolo, vel vt ſuorum exerceat patientiam, ac fidem, vel vt impios excæcet, eò quòd veritatem non receperunt, 2. Theſſ. 2. c. 9. Iuſto ergo Dei iudicio fit, vt fallat Satan, quos ſibi ſubiectos habet.*
          - An *hypocritæ & impij, qui ſub nomine Chriſti patrant miracula, nomine Dei verè vtantur. Imò abutũtur, ſicut videmus Veneficos & incantatores nomine & verbo Dei abutti.*
          - An *Satan Satanam eijciat. Certum eſt Satanam non eici virtute Satanæ, vt Chriſtus in Luca docet: cedit tamen alter alteri ad tempus, in hoc, vt facilius hominibus imperet, regnumq́ obtineat. Chriſtus enim cum Paulo prædixerunt poſtrema ſecula fallacibus ſignis & virtutibus mirum in modum fore dementanda, Matth. 24. d. 24. 2. Theſſ. 2. c. 9.*

De Magistratibus.

TABVLA I.

Vnde deducta sit vox Magistratus. A Magistris: Magister autem ab Aduerbio Magis, quòd Magistri magis cæteris possint, tanquam dignitate & potestate præcellentes: vel à Græca voce μέγιστος, quæ sonat maximum & amplissimum. Manifestum enim est, Græcis esse μαγιστᾶνες, qui Latinis sunt Magistratus. Quamuis autem Magistratus fiat à Magistro, sintq; plura magistrorum genera: ita tamen receptus est vocis huius vsus, vt ea tantùm potestas, quæ gladium gerit, Magistratus vocetur.

Quid sit. Est enim potestas & officium eorum, qui subditis, vel populis, aut ciuibus, vel iure hæreditario dominantur, vel per liberam electionem præficiuntur. Vocantur hi Magistri non modò in liberis & imperialibus ciuitatibus, sed & olim in Vrbe Roma, is qui Dictator erat, suprem amq; potestatem gerebat, Magister populi appellabatur. Vnde & Cæsarem Cicero Magistrum vocauit. Et Titus Liuius Dictatorem sic Consulibus additum fuisse dicit, vt esset illorum moderator & magister.

Loci quinque.

Vnde sit Magistratus. Hic disce:

- Quæcunque sunt in mundo potestates, & gubernationes, quibus humanum genus regitur, non aliunde esse, quàm ab eo, cui in gubernatione mundi seruiunt: Deo videlicet omnium rerum, quæ sunt, conditore, conseruatore, & gubernatore.
- Vocari Satanam Principem mundi, verùm non iure, sed perfidia & malitia, idq; non nisi permissione diuina, dicit omnia regna huius mundi suæ potestati esse subiecta, seq; ea dare, quibus voluerit: sed mentitur, tanquam mendax Spiritus. Non sunt igitur potestates ex Satana, sed ex eo, qui omnium est Dominus, cuius iuri ac potestati subiecta sunt omnia.
- Potestatem omnem à Deo esse: abusum verò potestatis à Deo non esse, sicut & coniugium à Deo est: abusus verò coniugij non est à Deo, sed à Satana. De hoc Hoseæ 8. a. 4. Ipsi regnauerunt, & non ex me.
- Tyrannos quidem à Deo esse: neque enim sine iudicio Dei iusto dominantur in subditos. Ipsam tyrannidem autem non esse ordinatam à Deo, sicut ordinata ab illo est legitima potestas.
- Ordinari à Deo Magistratus vel ex naturali constitutione, vel verbo, vel occulto Spiritus instinctu. Ex naturali constitutione hi, qui cæteris sunt sapientiores ac robustiores, regendæ multitudini præficiuntur, imperiumq; in illam obtinent, id quod & in animalibus est cernere, quorum quæ sunt robustiora, cæteris præire videmus. Ex hac naturali constitutione ortæ sunt, præsertim initio rerum humanarum & temporibus difficilioribus inter homines potestates, quibus multitudo regeretur. Agnoscimus enim natos eos esse ad potestatem regiminis, idq; ex ordinatione Dei, quos cæteris præstantiores esse videmus. Quod sicubi diuersum in rebus humanis accidit, sic vt stulti & imbecilles, sapientibus & validis præficiantur, peruersitas est, diuinitùs propter peccata populi immissa, qua fit vt vel mulieres, vel effœminati dominium obtineant, Hoseæ 13. Ex constitutione verbi Dei ordinata est gubernationis potestas, quando lata Lex est, & præscripta diuinitùs iudicia, quibus animaduertatur in sontes. Huc pertinet illud, Genes. 9. a. 6. Quicunque fuderit humanum sanguinem, &c. Ordinat etiam Deus potestates, quando quos eligit, Spiritu suo sic reddit instructos, & præter expectationem excitat, vt populo periclitanti succurrant. De his in libris Iudicũ & Regũ.

Quales esse debeant, qui Magistratu fungantur. Qui non dignitate tantùm & virtutum præstantia, sed & vera pietate & zelo religionis, quos sub se habent fideles, excellant.

Quod sit officium Magistratus, & est duplex:

- Generale est ministrare Deo, Rom. 13. a. 1. Vnde admonemur, quàm sit officium ipsius, non humanæ constitutionis, sed diuinum, & quòd potestas, qua fungitur, non sit hominum, sed Dei.
- Speciale.
  - Vt vltionem sumat de reprobis.
  - Moderatio populi, quæ fit per leges.
  - Iurisdictio, qua iudicia exercentur.
  - Conseruatio publicæ pacis.
  - Defensio populi.
  - Publicam honestatem tueri, vt quodcunque malum, quod honestatem lædit, non ferat.
  - Vt sub illius regimine piè ac religiosè viuatur.
  - Vt falsos cultus prohibeat.

TABVLA II.

Sapientes *etiam Ethnici primum locum in Reipubl. institutione religioni dederunt. Naturæ enim instinctu cognouerunt, quòd sine pietatis ac religionis obseruantia, nulla cuiuscunque Reipubl. politia feliciter institui, regiq́ue posſit.*

Iurisperiti *quidam retulerunt religionem ad ea, quæ sunt de iure gentium, propterea quòd naturæ quoq; ductu Deum quendam esse cognoscimus, illumq́; timore & cultu obseruandum & reuerendum esse sentimus. Quis autem ignorat Magistratui competere, non modò legum positarum, sed & eorum, quæ ad ius gentium pertinent moderationem, cui subiecta est omnis anima?*

Loci duo.

An *Magistratus curandæ religionis potestatem habeat. Ita sanè: quod probatur, quia*

Si *ad patremfamiliâs pertinet, vt summa cum diligentia & cura suos instituat in vera pietate ac religione Dei, in qua omnis illorum sita est salus & felicitas, quantò magis id ad Magistratus pertinet religionem curare, qui est supremus omnium subditorum pater? Cura enim instituendæ ac moderandæ religionis ad Magistratus pertinet: administrandæ verò ad verbi Ministros. Neque enim docet Magistratus, nec Sacramenta administrat, sed Minister verbi id exequitur.*

Id *& Scriptura exigit à Magistratu: Osculamini Filium, & seruite Domino in timore, &c. Psal. 2. v. 11. 12. Quare & Deuter. 17. c. 18. præcipitur, vt volumen Legis secũ habeat, legatque semper: Et Regi Ioas cùm inauguraretur, datur codex Legis Dei in manus, 2. Paralip. 23. d. 18.*

Et *exempla sanctorum Principum, Magistratibus religionem curandam esse docent. Hi sunt Moses, Iosue, Dauid, Salomon, Asa, Iosaphat, Iosias, Ezechias, &c.*

Magistratus *ob id præcipuè Minister Dei à Paulo vocatur, vt religionem veram curet.*

Quousque potestas Magistratus in religione instituẽda, moderanda, ac vindicanda valeat. Hic disce,

Quemadmodum *penes pium Magistratum superior est religionis potestas & cura: ita penes illum etiam esse legum Ecclesiasticarum constitutionem, & eorum quæ prolapsa sunt in religione reformationem, vt exempla sanctorum Regum ostendunt. Pontificiorum ea sunt sententia, vt Magistratui in religione non permittant amplius quicquam, quàm vt sit illius pariter & legum Ecclesiasticarum custos, & vindex, quo Ecclesiastica potestia immota seruetur. Negant autem ad illum pertinere, quatenus Magistratus est, Ecclesiasticarum legum constitutionem, aut promulgationem, quòd illa pertineat ad illos, qui referunt Ecclesiam. Quo quid aliud faciunt, quam quod præcipuum potestatis officium inferioribus ac subditis assignant: superioribus autem, quibus omnis anima obedire tenetur, auferunt. Verùm cuius potestatis est de transgressoribus præceptorum pœnas sumere, eius etiam est inter homines præcipere, ac leges præscribere.*

Potestatẽ *Magistratus in hisce religionis rebus se extendere,*

- Constituet *Ecclesiarum Ministros vbi illi desiderantur, siue eligat eos ipse, siue ab alijs, iussu ipsius electos, confirmet. Neque enim conuenit, vt præter autoritatem potestatis publicæ publica quisque munera in Ecclesia obeat.*
- Disponet *Ministrorum ordines pro necessitatibus Ecclesiarum, inutiles fucos arcebit, peccantes Ministros corripiet, seductores ab officio deponet, dissidentes componet, contentiosos compescet, concordiam Ministrorum retinebit, &c.*
- Curabit *vt verbum vitæ ritè, competenter, & fideliter proponatur.*
- Curabit *vt Sacramenta ritè, decenter, & religiosè administrentur.*
- Rationem *habebit Ecclesiasticorum rituum, inutiles ne dum noxios tollet, corruptos emendabit, prolapsos restituet, &c.*
- Seueritate *legum & Ministros & populum in ordine retinebit.*
- Scholarum *curam habebit non postremam.*
- Animaduertet *in mores subditorum suorum.*
- Ecclesiasticorum *bonorum curam geret, nihil de illis deleri patietur, vt ad suum vsum ritè ac fideliter dispensentur.*

Constituendos *esse sapientes, ac timentes Dei, in quorum humeros partiatur Magistratus onus suum, sic vt quicquid maius fuerit, sibi reseruet, minora disponant illi.*

Non *adimi Ministris verbi sua officia, cùm dicimus curam instituendæ ac moderandæ religionis Magistratui competere. Relinquuntur enim Ministris verbi sua ministeria, ad quæ obeunda eliguntur, & constituuntur.*

TABVLA

TABVLA III.

An *Christianus gerere possit Magistratum. Si à Magistratibus requiritur, vt Domino seruiant in timore, & Filium Dei osculentur, quis ex omnibus hoc præstabit melius, quàm verus Christianus, cognitione Dei, fide, ac timore Dei præ omnibus alijs præditus?*

Quid *Magistratui debeatur à subditis.*

- Honor, *quo de illo sentiamus honorificè, ac reuerenter, tanquam de Ministro Dei, ad hoc diuinitùs ordinato, vt potestate fungens vices Dei obeat in terris, geratq; imaginem Dei gubernantis, seruantis & protegentis nos, &c.*
- Timor, *quo videlicet Magistratus timetur à subditis.*
- Reuerentia.
- Tributum, *vectigal, exactiones, &c.*
- Subiectio, *vel obedientia.*

An *Ecclesiastici quoque habendi sint pro subditis. Hic disce:*

- Omnes *qui non sunt in functione Magistratus, pro subditis habendos esse: iuxta illud Apostoli: Omnis anima potestatibus supereminentibus subdita sit. Omnibus enim, teste Chrysostomo, ista præcipiuntur & Sacerdotibus & Monachis, non secularibus tantùm, etiamsi sit Apostolus, etiamsi Euangelista, etiamsi Propheta, siue quisquis tandem fuerit. Neque enim pietatem subuertit ista subiectio.*
- Improbandum *istorum hominum fastum, quo non tàm Magistratum suum, quàm Deum ipsum contemnunt, ne super ipsos ordine, quem constituit, regnet.*
- Scripturas *ipsas, historias Ecclesiasticas, Patres vetustiores, vt Chrysostomum, Hieronymum, Gregorium, &c. Romanos Episcopos, vt Gregorium, Leonem, Agathonem, &c. & leges testari, Magistratibus subiectos esse omnes homines.*
- Ab *hac subiectione impiè exemptos esse Spirituales, quos vocant, ac Romano Pontifici subiectos.*

Quousque *sit obediendum Magistratui. Hactenus videlicet, quatenus ea præcipit, quæ præcipi possint à Ministro Dei, & ei conueniunt, qui gladium gestat, malorum vindicem, & bonorum defensorem. Si verò præceperit impia, voluntati ac verbo Dei contraria, adeoque officio Magistratus repugnantia, haudquaquam conuenire, vt in eiusmodi præceptis obediamus: sed dicendum magis esse, Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus.*

Loci septem.

Quid *faciẽdum, si Magistratus vim inferat illis, q nõ obediunt sibi in omnibus. Hic disce:*

- Christiani *hominis esse patienter ferre potiùs, quicquid iniuriarum ac molestiarum infertur, quàm vt adigi se sinat ad peccandum contra Deum. Interea tamen non esse illicitum, si quis vim iniustam vel auertere, vel fugere, vel aliquousque mitigare possit, modò id fiat rationibus haud illicitis. Quòd si id fieri non potest, cauebit Christianus, ne illatam vim contraria violentia retundere conetur, sed tolerabit potius omnia, nec de vindicando se cogitabit, sed vindictam iusto Iudici permittet.*
- Distinguenda *esse, quæ à Magistratu iniquo Christianis per vim inferuntur. Sunt enim ea duplicis generis. Nam alia concernunt temporaria, vtpote, corpora, fortunas, honores, &c. Alia verò sempiternis bonis inferuntur, qualia sunt veritas verbi Dei, fides in Christum, cognitio Dei, verus Cultus Dei, inuocatio & adoratio, &c. In temporarijs, bona cum conscientia ferre potest Christianus quæcunque illi nocumẽta inferuntur, ipsam etiam mortem, nedum direptionem bonorum, exilia, carceres, &c. In sempiternis verò non feret, vt illa sibi per vim auferantur.*
- Multum *esse discriminis inter eos, qui vim iniustam patienter tolerant, & eos, qui quod iniustum est, faciunt. Quæ per iniustitiam inferuntur, bona conscientia ferre potest Christianus. Quæ verò iniusta præcipiuntur, salua conscientia facere non potest. In his quæ facienda sunt, rationem habebit diuinæ voluntatis, voletque facere, quod facere debet, omittere quod non debet. Quòd si facere non poterit, quæ secundùm voluntatem Dei facere tenetur, & ex animo facere cupit, modò possit, in eiusmodi casu, voluntas pro facto reputatur. Si verò præcipitur, vt quæ vitanda sunt, faciat, excusari coram Deo non poterit, si fecerit, quantumuis dicat, cogi se, vt vim iniustam ferat, nec prohibere posse, quominus illa sibi inferatur: inferri autem præter animi sui sententiam. Nemo hîc excusatur si dicat, Facio hoc non volens.*

An *leges Magistratuum conscientias obligent. Respondet Paulus, non solùm propter iram, sed propter conscientiam. Vnde manifestum est adstringi conscientias nostras, ad obediendum legibus Magistratuum, etiamsi illis, quod nos attinet, carere possemus, debito obedientiæ, cui ordinatione diuina subiecti sumus. Sic legibus potestatum constringimur, vt per conscientiam ad illarum obseruantiam obligemur.*

An *ad Mosaicæ legis præscriptum puniendi sint flagitiosi. Nullus Magistratus ad illud adstringitur, nisi quatenus præscribit, quæ scelera morte sint puniendа, & quæ salua vita castiganda.*


TABVLA IIII.

Quid *sit. Est enim ordinatio diuina, vt præscribat recta, & vtilia, puniat sontes, seruet insontes.*

Loci sex.

- Quotuplex. *Duplex : est enim alius*
  - Superior, *& est triplex:*
    - Monarchia, *quam nos Regnum appellare possumus : videlicet cùm vnus rerum summè præfectus ad iustitiæ & æquitatis normam omnia moderatur. Quòd si pro animi libidine omnia gesserit, iam Regnũ euasit in Tyrannidem: Tyrannus enim vitium est Monarchiæ.*
    - Aristocratia: *id est, optimatum potentatus, vbi delecti, & omnium prudentißimi & sanctißimi viri certo numero constituti populo præsunt: qui si degenerent, & Republ. postl habita, priuata quærant compendia, imperium quoque sibi malis artibus parent, Oligarchæ dicuntur. Oligarchia enim Aristocratiæ opponitur, & paucorum potentatus est.*
    - Democratia, *quam populi regimen aut Rempublicam possumus appellare : vbi scilicet imperium apud vniuersum populum est. Hic enim omnes honores & functiones per suffragia conferebat, quibus videbatur. Hoc plerunque abijt in Systrema Est enim Systrema tumultus, seditio & conspiratio, dum nemo patitur se cogi in ordinem, sed quisque publicam potestatem sibi de integro vendicat, eò quòd populi pars sit.*
  - Inferior, *vt sunt Officiales, Iudices, &c.*
- Quę causæ.
  - Efficiens est *Deus.*
  - Formalis *causa petitur ex priuilegijs Cæsarum, Regum & Principum, iuxta quæ Magistratus eligitur.*
  - Finalis, *vt suppliciorum metu coerceantur scelerati : præmijs verò ad virtutes incitentur probi.*
- Qui *effectus.*
  - Instituere *certam politiam & firmam, legibus certis & firmis.*
  - Tueri *insontes.*
  - Punire *sontes.*
  - Arcere *iniurias & vlcisci.*
  - Curare *Sacra.*
  - Nutrire *Doctores pios.*
- Quænam *in Magistratu requirantur.*
  - Cognitio *Dei, ac Legis eius. Est enim custos vtriusque Tabulæ Legis.*
  - Prudentia. *Vt enim qui primò Musicen discunt, Citharas aliquot perdunt, & obterunt: ita magno Reipublicæ malo administrat Magistratum, qui rudis accedit & imperitus.*
  - Iustitia. *Vt enim lapsus non potest erigere lapsum: ita malus & iniustus Princeps non potest emendare populum. Ac vt Sol non alius est pauperi, alius diuiti, sed omnibus communis: ita Princeps iustus esse debet, vt non secus pauperis, quàm diuitis causam perspicat: ac non personam, sed rem ipsam spectet.*
  - Clementia. *Vt enim Rex apum solus aculeum non habet, aut certè non vtitur: ita Principem oportet esse clementißimum erga miseros.*
  - Timor *Dei. Qui est initium sapientiæ.*
  - Animus *submissus, seu humilitas. Vt in celsitudinis statu cogitabit semper se ministrum esse, & eius ministrum, cui ratio reddenda est exactißima.*
  - Fortitudo, *seu constantia in defendendis bonis, puniendis improbis.*
  - Veracitas *in dictis.*
  - Liberalitas, *vt odio habeat auaritiam.*
  - Castitas, *vt adulteros punire possit. Hæc omnia petuntur ex Exod. 18. & Deuteron. 17.*
- Quatenus *Magistratui obediendum. Quoties enim ea præcipit, quæ cum religione nostra non pugnant, obediendum est: Si verò impia iubeat, nemo parére debet.*

De Ministris verbi.



A. Pastoribus aliquam esse in Ecclesia potestatem, quæ est vel

- Officij, & est duplex:
  - Determinata, quatenus præscriptum habet Minister, cuius limites transgredi non licet.
    - A Paulo,
      - Vt vna die Sabbati collectæ fierent in Ecclesia, 1.Cor.vlt.
      - Vt frater inter fratres dissidentes iudicaret, 1.Cor.5.a.6.
      - Ne fidelis coniunx ab infideli discederet.
      - Vt vir capite nudo, mulier velato orarent, 1.Cor.11.a.7.
      - Vt in Cœna Domini alius alium expectaret.
      - Ne quis in Ecclesia lingua ignota loqueretur.
      - Ne mulier doceret in Ecclesia.
      - Ne fideles cum eo communicarẽt, qui ambulat inquietè, 2.Thess.3.c.11.
      - Quales debeant eligi Presbyteri.
      - Quę viduæ assumi, & quæ vitari debeãt.
      - Quòd aduersus Presbyterum nõ debeat accusatio admitti, nisi sub duobus, aut tribus testibus.
    - Ab Ecclesiæ Presbyteris, vt
      - Dies precationum.
      - Collectæ, id est, voluntariæ contributiones, quibus egeni sustentantur.
      - Disciplina Ecclesiastica, seu correctio.
      - Iudicia Ecclesiastica.
      - Certi conuentus Ecclesiastici.
      - Ordo
        - Baptizandi.
        - Administrandi Cœnam Domini.
        - Nuptiis benedicendi.
        - Mortuos sepeliendi.
        - Prædicandi.
        - Legendi in Ecclesia.
        - Psallendi.
        - Catechizandi, &c.
  - Indeterminata, quam in his rebus esse dicimus, de quibus nihil est expresso verbo Dei determinatum à Domino, & tamen aliqua ratione ad hoc conducũt, vt ministeriũ vel commodius, vel vtilius impleatur, aut aliâs ad ædificationem Ecclesiarum, vel sunt vtilia, vel necessaria. Hac potestate instituta sunt

- Iusti & æqui, quæ est in his, quæ Ministris ex æquo & iusto debentur, vt sunt
  - Victus necessarius & honestus, vnde non modò viuat ipse cum domesticis suis, sed & suppetat ipsi ad accipiendos peregrinos & fratres, 1.Cor.9.b.7.
  - Honor: Potest enim Minister vti honore sibi debito. Cauere enim debet Minister, non solum ne honores ambiat, sed & ne populus erga Ministros obtumescat.

- Liciti, qua licitè potest potestate æqui & iusti non vti: cuius rei exemplum habemus in Paulo. Licitum est cuiuis de iure suo cedere, & potestate iusti & æqui non vti in his, quæ sibi debentur, modò vt id faciat citra detrimentum, vel suorum, vel aliorum.

- Facti, quæ est potestas faciendi ea, quæ ad officium pertinent. Hæc à solo Deo datur, vt
  - Scientia verbi Dei, & prudentia rectè secandi verbum.
  - Facultas, ac donum sermonis.

De bo-

De bonis Pastoribus.

- Pastor *bonus quotuplex. Alius enim est*
  - Vniuersalis, *Pastorum omnium Archetypus & Princeps Christus, Esaiæ 40. c. 11. Ezech. 34. d. 23. Ioan. 10. b. 11. 1. Pet. 2. a. 5. 5. a. 4. & c. Huius propria officia sunt,*
    - Esse victimam *pro peccato.*
    - Esse *Mediatorem.*
    - Esse *donatorem Spiritus & vitæ.*
    - Adesse *Ecclesiæ.*
    - Defendere *eam mirabiliter.*
    - Viuificare, *resuscitare mortuos.*
  - Particularis. *Vide literam A.*

An vnus Pastor, & quomodo cæteris præesse debeat. *Vsus quidem inualuit, vt quem suo Collegio præficiebant singulis Ecclesiis Presbyteri, Episcopus vocaretur vnus. Id tamen ex hominum consuetudine natum est: Scripturæ autoritate minimè nititur. Ac ex corrupta verbi significatione hoc mali secutum est, quòd perinde ac si non essent omnes Presbyteri collegæ, ad eandem vocati functionem, vnus sibi prætextu nouæ appellationis dominium in alios arripuit. Certum tamen est, (vt sunt hominum ingenia & mores) non posse ordinem stare inter verbi Ministros, nisi reliquis præsit vnus, tanquam moderator & corrector. Et apparet ex Epistolis Pauli, non eam fuisse inter verbi Ministros æqualitatem, quin vnus aliquis autoritate & consilio præesset: nihil tamen hoc ad tyrannicum & profanum Papistarum morem facit. Longè enim alia fuit Apostolorum ratio.*

An *Pastor solus sine Ecclesiæ consensu aliquem excommunicare debeat? Minimè. Nam ne Apostolus quidem Paulus tantùm sibi vsurpauit, vt vnus ac solus pro sua libidine excommunicaret: sed consilium cum Ecclesia participat, vt communi autoritate res agatur. Vide 1. Cor. 5. a. 4. Congregatis, inquit, vobis, & meo Spiritu: id est, vobis inuicem consentientibus, & congregatis vobis mecum. In iudicando quidem præit alijs Apostolus, quod & Pastores in Ecclesia facere decet, quo plebs imperitior eorum præcedenti suffragatione dirigatur in iudicando. Habuit autem vetus Ecclesia ordinem Presbyterij, cuius Apostolus meminit, 1. Cor. 5. a. 4. Atque hi Presbyteri duorum generum extiterunt. Nam quidam eorum & docebant, & administrabant Sacramenta: Imò vnà cum Episcopo Ecclesiam regebant, quia Episcopus eiusdem ordinis cum illis fuit, neq; aliter se habebat erga eos, atque Romæ Consul ad Senatores. Aliud genus Presbyterorum graues & honestos viros ex laicis habuit, qui vnà cum alijs iam prædictis de Ecclesiasticis negotijs consultabant, & in admonendis, corrigendis, & curandis omnibus Christi suam operã impendebant. In horum Seniorum consessu prima erat cognitio, inde res ad populum, sed præiudicata, deferebatur. Periculosissimum enim est tantum negotium excommunicationis, consilio & voluntati vnius permittere, vt quos velit, suo arbitrio excommunicet. Atque hac ratione occurretur tyrannidi, atque maiori cum grauitate & fructu res peragetur.*

Loci septem.

An *Pastor in persecutione fugere debeat. Tenenda est hîc moderatio, quam Augustinus ad Honoratum præscribit: ne quis timidè stationem suam deserens vel gregem perfide perdat, vel exemplum præbeat ignauiæ: Et tamen nemo se inconsideratè præcipitet. Si vel tota Ecclesia impetitur, vel ad mortẽ pars queritur, præposterè se abducet Pastor, cuius partes erant vitam suam pro singulis opponere. Sed fieri interdum poterit, vt sua absentia furore hostiũ sedando, Ecclesiæ melius consulat. Hic ergo vigeat columbina illa simplicitas, ne prætextum suæ timiditati delicati homines captent, vt semper ad fugiendas molestias ingeniosa est caro.*

An *Pastores manu laborare, & ita victum quærere sibi debeant. Paulus quidem Ecclesiam stipendio grauare noluit, verùm suo exemplo non imponit alijs verbi Ministris legem, quam semper omnes verbi Dei Ministri seruare debeant. Neq; enim ita se imperiosè gessit Paulus, vt quod Dominus seruis suis concessit, ipse auferret. Dignus enim est operarius mercede sua, Matth. 10. c. 10. Quin potius multis in locis ius illis suum asserit, vt de publico alantur, vt 1. Cor. 9. a. 7. Galat. 6. c. 9. 1. Tim. 5. c. 18. Huc accedit, quòd victum & vestitum sibi ministrari à pluribus Ecclesiis passus est. Imò cùm ageret Corinthi, alias Ecclesias se prædatũ esse dicit, vt suæ inopiæ succurreret, 2. Cor. 11. b. 8. Interim verò si quis & labori Ecclesiastico & manuario sufficiat, vtrumque pace Scripturæ licebit. Hic tamen videat, ne se à stiua, malleo, dolabra, aut lima commendari malit, quàm ab assiduo sacrarum & honestarum literarum studio. Sed & illud expendat, se reliqua etiam Pauli dona nondum assecutum esse. Paulus enim, vt vas electissimum, nulla sacrarum literarum nesciebat mysteria: nos verò bonas literas nondum fortassis à limine etiam salutauimus, vt in vtroque labore Paulo pares esse non possimus.*

Pastores *quomodo peccata remittant. Non suapte scilicet potestate, sed tanquam Christi Ministri & gratiæ prædicatores credentibus ac resipiscentibus remissa esse prædicant.*

Quatenus *Pastores profanorum autorum testimonijs vti possint. Id quidem licet Christianis Doctoribus et scriptoribus, at ita vt moderatè, & suo loco illis vtantur, præsertim cùm apud homines incredulos, & veræ pietatis ignaros sermo nobis est. Id enim & Paulum fecisse, eius scripta testantur in Corinthijs, Tito, & Actis Apostolicis, Actor. 17. d. 23. Vide de hoc dist. 37.*

A. Particularis. *Principis Pastorum ac Ecclesiæ particularis Minister. Hic disce:*

- Quid *sit.* *Qui videlicet non ingerit hominum figmenta, nec discedit à genuino verbo Dei, sed quidquid ore eius didicit, quasi per manus dispensat, & sincero ædificandi studio accommodat in usum & salutem populi: nullo autem fuco eam adulterat.*
- Quotuplex *sit vox Pastorum. Duplex, qua*
  - Oues *colliguntur.*
  - Arcentur *lupi, fures & latrones.*
- Quæ *sint Pastorum officia.*
  - Omnes *ad Christum ablegare.*
  - Christum *solum prædicare ad salutem.*
  - Orare *pro profectu doctrinæ.*
  - Monere *& exhortari alios.*
  - Peccata *populi deflere.*
- Quæ *sint Pastorum exercitia.*
  - Lectio *sacra.*
  - Exhortatio, *vt hortentur auditores, vt pergant Christiani hominis suum officia.*
  - Institutio, *vt doceant rudes. de his 1. Tim. 4. vbi nulla agriculturæ aut alterius artis manuariæ mentio fit.*
- A quibus *rebus boni Pastores immunes esse debeant: videlicet à*
  - Manifesta *læsione vel iniuria.*
  - Corruptela, *quæ fit per falsam doctrinam.*
  - Defraudatione *& circumuentione in bono, de his 2. Cor. 7. a. 1.*
- Quæ *in Pastore requirantur: videlicet*
  - Vocatio.
  - Doctrinæ *puritas.*
  - Fidelitas *cum summa prudentia.*
  - Vitæ *sanctimonia.*
  - Vocationis *finis bonus: gloria scilicet Dei, & Ecclesiæ ædificatio.*
- Quibus *nominibus appellentur Pastores: vnde et officij dignitatem & munus seu functionē suam intelligere possint.*
  - Dei *coadiutores, 1. Cor. 3. Etsi enim Deus per se posset agere, hominibus tamen velut adiutores adsciscit, & tanquam organis suis vtitur.*
  - Albi *equi: id est, his similes, Apoc. 6. a. 2. His enim Christus velut equis vtitur in spirituali illo certamine, quod aduersus mundum, Satanam, & peccatum suscipit. Albi vocantur propter doctrinæ, quam annunciant puritatē, & vitæ integritatem.*
  - Oliuæ: *id est, oliuæ similes, Apoc. 11. a. 4. propter puram Spiritus Christi doctrinam, vel propter bonos fructus, quos ad Ecclesiæ vtilitatem proferunt.*
  - Candelabra, *Apocal. 11. a. 4. quia illorum ministerio veritas in multorum cordibus lucet.*
  - Os *Christi, Apoc. 1. c. 16. In pastoribus enim veris loquitur Christus per Spiritū.*
  - Stellæ, *Apoc. 1. c. 16. Propter cœlestis eius doctrinæ, tum conuersationis splendorem.*
  - Angeli, *Apoc. 1. a. 20. Quod Dei Patris voluntatem nobis annuncient.*
  - Discipuli *Christi, ei quid ipse eorum magister sit in salutis negotio, Matth. 23. a. 1.*
  - Ministri *Spiritus, 2. Cor. 3. b. 6. Quia Spiritus vtitur ministerio verbi.*
  - Exemplaria *Gregis, 1. Pet. 5. a. 3.*
  - Milites Iesv *Christi, 2. Tim. 2. a. 3.*
  - Ministri *Ecclesiæ, non Domini, 1. Cor. 3. c. 9. & 4. a. 1.*
  - Oeconomi *Dei, 1. Corinth. 4. a. 1. Tit. 1. a. 2. Cum enim Ecclesia domus Dei sit, 1. Tim. 3. a. 4. quisquis eius gubernationi præficitur, velut œconomus Dei constituitur.*
  - Patresfamiliâs: *Vt enim patresfamiliâs in gubernanda familia non tantum viuunt in diem, sed annonam habent repositam, vt possint vetera & nouas promere de penuariis suis, id est, affatim quælibet: ita Pastorem instructum per Spiritum Domini oportet opulenter & copiosè docere quæcunque ad rem faciunt.*
  - Patres *eorum, quos docent. Quia Deus horum ministerio regenerat quos vult.*
  - Christi *testes, Ioan. 15. d. 27.*
  - Vox *clamans, Matth. 3. a. 3. Ioan. 1. c. 23.*
  - Vox *Dei. 2. Cor. 5. d. 20. Tanquam Deo vos obsecrante per nos, &c. Deus enim ipsorum ministerio erga nos vtitur.*

De Pro-

De Prophetis.

Quid *sit Propheta. Vates scilicet, qui non ex humana intelligentia & autoritate, ac voluntate, sed ex Spiritu Dei loquitur, & interpretem illius agit.*

Quot *sint Prophetarum genera. Duo videlicet, quæ plerumq; in scripturis Prophetarũ coniunguntur.*
- Vnum *eorum, qui futura prædicunt, & hoc sensu vocamus eos Vates.*
- Alterum *eorum, qui de præsentibus rebus vel instruunt, vel commonefaciunt, vel consolantur, vel corripiũt peccantes, vel magnalia Dei prædicãt. Vide Exodi 7.a.1. Aaron frater tuus erit Propheta tuus. Et Deut.34.c.10.de Mose: Similis illi nõ surrexit Propheta in Israel. Et 1.Cor.14.d.36. Hoc sensu Prophetæ sunt, quotquot sacras literas interpretantur.*

An *donum prophetãdi conferatur etiam reprobis. Conferri illud etiam reprobis testatur Dominus, Deut. 13.a.3. & Matth.7.c.22. idq; ad tentandam fidem populi Dei, Deut.13. Ac propter eos, qui veritati non obedientes, digni sunt, qui mendacijs credentes, seducantur, 2.Thess.2.d.3.*

Quæ *sint notæ.*
- Verorum *Prophetarum.*
  - Veritas *vaticiniorum, dum quæ futura prædixerunt, certò eueniunt.*
  - Pietas, *dum vaticinijs suis, exhortationibus etiam & correptionibus ad obseruantiam vnius Dei, & veræ pietatis studium quosuis inducunt.*
  - Intelligentia *vaticiniorum, dum diuersi ab insanis falsorum Deorum Prophetis, quæ vaticinãtur sobria mente intelligunt.*
- Falsorum *Prophetarum.*
  - Mendacium, *vt si in mendacio deprehenduntur. Tales erant, in quibus erat spiritus mendax à Domino ad decipiendum Achab missus, 3.Reg.22.d.22.*
  - Si *vera quidem, idq; in nomine Dei, verum ad hoc prædicant, vt populum Dei seducant: vel si palàm in nomine falsorum Deorum vaticinentur.*
  - Si *per insaniam & furorem insanos & raptu res futuras pronuncient, ita vt nihil ipsi eorum, quæ dicunt, intelligant.*

Loci nouem.

Quomodo *veri Prophetæ ad prophetandũ imbuantur. Fit hoc vel*
- Per *visiones & figuras in somnijs visas, Numer.12.b.16.*
- Verbo *expresso, Ibid. At non talis seruus meus Moses, ore ad os loquar ei. Accipiebat enim oraculum Dei absq; figuris, non dormiendo, sed vigilando per apparitionem Angeli. Deum repræsentantis, & ore ad os loquentis. Quòd verò Mosi Deus non est locutus per visiones figuras, somnia, interdum reuelationes: sed manifestis & expressis oraculis, magnis & tremendis portentis, maiestatem diuinam oculis populi palàm ingerentibus: hinc factum est, quòd voluerit Deus per illum promulgare verbum populo suo, de cuius autoritate diuina dubitare non possent, & secundum cuius normam de visionibus Prophetarum indicarent, interq; veros & falsos discernerent, & vt Moses Prophetarum omnium Doctor esset.*
- Interno *afflatu Spiritus Dei. de quo vide Numer.12.c.8.*

Quare *Deus Prophetas non ante, sed post Legem latam miserit? Quia voluit extare in Ecclesia certum verbum, ad quos omnes omnium visiones & Prophetiæ, velut ad Lydium lapidem probari possent.*

Quis *sit vsus scripturæ Propheticæ, &c. Vide literam A.*

Quæ *sit autoritas Prophetarum. Eadem sanè in veteri Testamento, quæ est Apostolorum in nouo. Quòd verò autoritas Prophetarum ex Deo sit, probatur veritate vaticiniorum, & vltione diuina in illorum contemtores & derisores, occisores q; declarata.*

An *scripta Prophetarum omnium in manus nostras venerint. Vt numerum ac nomina Prophetarum omnium non nouimus, ita scriptis quorundam caremus. Mentio fit quorundam Prophetarum, 1. Sam. 10. & 19. At nec nomina, nec numerum Prophetarum recenset Scriptura, 1. Reg.18. Centum Prophetarum fit mentio, quos abscondit Abdias: sed de nominibus illorum nulla mentio. De scriptis quorundam Prophetarum fit mentio 1.Paral.cap.vlt. 2.Paral. cap.9.26. & 36. quibus nos omnino caremus.*

A. Quis sit vsus scripturæ Prophetic æ.

- Ante aduentum Christi: videlicet vt fides Sanctorum in id, quod promittebatur, dirigeretur, & cohiberentur omnes, ne qua fiducia, vel à iustitiæ propriæ meritis, vel externis cultibus, sed ab eo penderent, quem diuina oracula pollicebantur, vt in illo cunctæ Gentes totius orbis benedicerentur.
- Post aduentum Christi, vt ea, quæ de Christo nobis per Euangelicas literas annunciantur, collationi vaticiniorum Propheticorum comprobentur, & hactenus fidei nostræ seruiant, vt ex ipsis intelligamus cunctam Christi dispensationem, & doctrinam haudquaquam esse humanitùs confictam, sed diuinitùs à Deo destinatam, prædictam q; per Prophetas, & perfectam per Christum. In hunc finem Christus ipse & Euangelistæ testimonia Prophetarum passim citârunt.

De Prophetia.

Quid sit Prophetia. Facultas à Spiritu Dei collata, certis quibusdam hominibus, citra institutionem, quæ diuina, sublimia & arcana possint certò cognoscere, & alijs exponere, ad ædificationem Ecclesiæ.

Qui sint gradus vel species Prophetarũ.

- Oraculum, dum voce ipsa Dei exponitur quid sit faciendum: vt, Abraham admonitus est cœlesti voce, ne macta ret filium suum.
- Somnium.
- Visio, quæ est duplex. Dum
  - Infuso lumine & simplici intelligentia vera cernuntur.
  - Præter illud lumen imagines etiã describuntur: idq; vel in mente, quale est quod Zacharias vidit, cornua & candelabra. Hieremias ollam. Vel in oculis, quale est, quod in Daniele articulus consecti us est in pariete, quodq; Angeli conspecti sunt cum hominibus colloquentes in corpore humano.

Quę causæ.

- Efficiens Spiritus bonus, qui inseritur à Deo.
- Materialis, circa quam versatur. Versatur enim Prophetia circa res diuinas & arcanas. Videt Propheta interdum præsentia, vt Petrus de Anania & Saphira. Elyseus de Giezi: Nonne Spiritus meus præsens tecum fuit? Interdum præterita, vt Moses de creatione orbis: nam de futuris non potest cuiquam esse dubium.
- Formalis est reuelatio Dei. Atque ita Propheta distinguitur à Doctore: nam Doctores etsi instructi sint donis Dei ad docendum, hortandum & consolandum: tamen ea exercitio, institutione, studio & labore comparant. Prophetæ verò non alia ratione instituuntur, quàm sola reuelatione Dei.
- Finalis est ædificatio Ecclesiæ.

LOCI septem.

Quę sint Prophetarum officia.

- Prædicere futura, vt resipiscant homines.
- Orare, vt Dominus de Abrahamo inquit: Is Propheta est, & pro te orabit. Sed & Paulus orationem & Prophetiam coniungit, 1. Corinth. 11. a. 4. Omnis vir orans & prophetans.
- Hymnos & gratiarum actiones componere & hortari populum.

Quid differãt Prophetæ à Sacerdotibus.

- Sacerdos non tantùm hortari debet, & docere, & consolari, sed & administrare sacra, quod Propheta non facit.
- Sacerdotes semper erant ex Tribu Leuitica: Prophetæ etiam ex alijs.
- Sacerdotes errare potuerunt: Prophetæ autem veri, quatenus Prophetæ erant, non errabãt. Addebant quidẽ aliqui interdũ nonnihil de suo, sed in eo non erant Prophetæ.
- Sacerdotes successione tantùm eligebantur, & obtinebãt ordinarium ministerium: Prophetæ verò pro arbitratu Dei extraordinaria ratione mittebantur.

Quando cœperit Prophetia. Certum est eam fuisse primùm in Adamo: eius est enim illud: Hoc nunc os ex ossibus meis. Deinde prophetauit Enoch, Iudæ 1. c. 14. Istis successit Moses & Samuel, Actor. 3. d. 24. & c. Fuerunt ergo Prophetiæ ante Legem, vt Adam, Enoch, Noe, Abrahami. In Lege: vt Mosis & aliorum. Et in Euangelio, vt multorum sanctorum virorum in primitiua Ecclesia.

Cur nunc non tot sint Prophetæ vt olim. Initio nascentis Ecclesiæ Deus multos Prophetas excitauit: nam cùm homines conuerterentur ad Christum, ab ethnicismo, & essent prorsus rudes, & imperiti sacrarum Literarũ: necesse erat vt Dns illis succurreret huiusmodi reuelationibus. Nunc postquã omnia abundant libris & Doctoribus, nihil opus est subsidio Prophetarum. Sublata etiam est nostris temporibus crassa illa Gentium idolatria, vt ad tollendum hoc peccatum Prophetis non opus habeamus.

De Apo-

De Apostolis.

Loci octo.

Vnde dicti Apostoli: *Vox Græca, à qua nomen Apostoli deductum est, significat, cum mandatis emittere. Inde verò Apostoli dicti etiam sunt, emissi, aut cum mandatis ablegati. De quo vide Matt. 10. a. 7. Et Dominus hoc vocabulum exponens, ita loquitur, Ioan. 13. c. 16. Non est, inquit, maior Apostolus eo, qui misit ipsum. Apostoli ergo emissi & legati sunt, Domini ipsius mandata referentes his, ad quos missi sunt. Admonet autem hæc appellatio, neminem feliciter docere in Ecclesia, nisi qui vocatus & missus sit, atque ad docendum ablegatus, vel immediatè à Deo Patre & Christo* IESV, *vel mediatè per Ecclesiam, Episcopos veros, Principes & Magistratus ciuiles, siue quoscunque alios, qui pietate præditi sunt, & autoritate pollent in Ecclesia.*

Qui *sint propriè Apostoli. Selectiores scilicet illi, qui à Christo ipso sunt missi, in hoc, vt per vniuersum orbem prædicarent Euangelium, & confirmarent illud externis miraculis, & testificarētur de resurrectione Christi, quales fuerunt duodecim illi, in quorum ordinem postea ascitus fuit Paulus. Hi nullis certis affixi sedibus regiones peragrando Christum prædicabant, & quocunque venebant, Christi vexillum erigebant. Hos Christus Apostolos nominauit, Luc. 6. c. 13. Hi Prophetarum successores fuerunt.*

Quotuplex *sit ordo Apostolorū.*

- Primarius *ille, quem Christus initio instituit in duodecim Discipulis, quos Prophetarum successores fecit.*
- Secundarius *ordo, in quo latius extenditur Apostoli nomen ad omnes eos, qui non vnam tantùm Ecclesiam instituunt, sed promulgando vbique Euangelio impendunt operam. Qui ergo salutis doctrinam huc & illuc circumferendo plantabant Ecclesias, generaliter Apostoli vocantur, quales erant, de quibus Paulus ad Roman. 16. a. 7. loquitur: Qui sunt, inquit, insignes inter Apostolos. Sic Paulus & Barnabas Apostoli vocantur, Actor. 14. c. 14. Et Paulus sepissim in Epistolis Apostolum vocat. Vide 1. Corinth. 15. Sed & Epaphroditum Apostolum vocat Paulus, Philip. 2. d. 20. cùm Euangelista propriè fuerit, sicut & Barnabas. Euangelistæ enim dicebantur Apostolorum comites, quorum opera vtebantur in his rebus, quibus ipsi sufficere non poterant. Lege Eusebium lib. 1. cap. 14.*

Cur *Christus duodecim tantùm Apostolos ad Ecclesiæ ædificationem elegerit. Quia numerus duodenarius in Scripturis & in operibus Dei sacer est & illustris. Sic autem futuram Ecclesiæ instaurationem notabat, vt sicut carnali generatione ex duodecim Israelis filijs multitudo Iudæorum prouenit: ita ex duodecim Apostolis spirituali natiuitate multitudo credentium promanaret, iuxta multitudinem quæ est in littore maris.*

Quando *à Christo verè ordinati sint Apostoli Euangelij Ministri. Post Christi resurrectionem. Etsi enim & prius Apostolatu quodammodo functi erant, sed non nisi ad exiguum tempus. Imò prius illud mandatum docendi, quod illis Christus in terris viuens iniunxerat, quasi præludium quoddam erat futuri Apostolatus, cui nondum maturi erant. Non ergo ante Christi resurrectionem ordinarium munus illis impositum fuit, sed præconum instar gentem suam excitârunt, vt Christo audientia fieret. A resurrectione demum creati, seu ordinati sunt Apostoli, qui commissam sibi doctrinam per totum Mundum publicarent. Vide Marci vltimo, Ioan. 20. c. 19.*

Quatenus *Apostoli pares fuerint. Quod videlicet ad Clauium potestatem æqualem attinet, non quod ad dona Spiritus. Nam idem quidem talentum omnibus datum fuit, sed alijs quidem id duplicatum: alijs verò triplicatum, & excelluerunt alij alios in munere & præstantia gratiæ.*

Quod *sit discrimen Apostolorum & Prophetarum. Prophetæ seminatores fuerunt, Apostoli Messores, Ioan. 4. d. 35. Prophetæ de venturo Christo prædicârunt, Apostoli de exhibito & misso Christo.*

Cur *Christus Apostolis, præsertim tribus, noua nomina tradidit. Ioan. 1. g. 43. Marci 3. c. 17. Petro & filijs Zebedæi nomina dedit, quòd ipsorum opera ad Regnum suum instituendum vsurus esset. Quare & præ alijs peculiariter eos familiares habuit, & sanè ad plura, quàm alios adhibuit, vt historiæ Euangelicæ testantur.*

De Episcopis.

Quid *sit Episcopus. Speculator videlicet, & gregis sibi commissi custos.*

Vnde *dictus est Episcopus. Rectè à superintendendo nomen habet. Nam ἐπισκοπεῖν est dispicere, ne quid suae diœceseos militibus desit.*

Quotuplices *Episcopi. Alij enim*
- Veri, *Apostolorum scilicet successores. Hi quales esse debeant, & quæ eorum officia, vide in Timotheo & Tito.*
- Falsi, *vel Papales, successores non Apostolorum verorum, sed Balaam, crudeles, hæretici, Christi hostes, sacrilegi, serui nequam, auari, ventres pigri, infesti Euangelio Christi, qui magnarum opum accessione Episcopatum æstimant. Cùm autem Paulus Episcopi nomine comprehendat omnes Pastores, ipsi Episcopum accipiunt pro eo tantum, qui ex vnoquoque Collegio eligebatur, vt fratribus præesset.*

An *Episcopi nomen omnibus verbi Ministris commune sit. Maximè: nam Paulus Philip. 1. a. 1. plures vni Ecclesiæ Episcopos attribuit. Sunt ergo Synonyma Episcopus, Pastor & Presbyter. Episcopus officij & curæ, non externæ dignitatis nomen est. Alioqui in vna ciuitate plures alere Episcopos luxuriosum esset. Vide de hoc & Act. 20. d. 28. 1. Tim. 5. c. 14. Dist. 93. can. Legimus. & dist. 95. can. olim, item dist. 21. can. Cleros.*

An *Episcopatũ vllo modo appetere liceat. Licere probatur, quia*
- Paulus *temerarium desiderium reprehendit, & permittere videtur, vt circumspectè & moderatè quis Episcopatum appetat.*
- Licita *& moderata petitio non pugnat cum vocatione. Nam vocatio tum demũ prope ac verè dicitur, cùm de autoritate, aut iudicio Ecclesiæ, aut eorum ad quos iudicium pertinet, commendatur alicui ministerium. Petitio autem est, offerre operam Ecclesiæ, ita vt non vi occupes vocationem, nec impedias iudicium, sed relinquas liberum iudicium his, ad quos pertinet.*
- Si *docendi munus appetere nefas est, frustrà se quis in lectione sacræ Scripturæ totas ferè ætate conficeret.*
- Paulus *1. Cor. 14. Appetite, inquit, spiritualia exercitia: magis tamen vt prophetetis: id est, vt pro tempore doceatis Ecclesiam.*
- Spiritus *dona ad ædificationem Ecclesiæ data sunt. Cui ergo contingit donum, potest operam suam deferre Ecclesiæ, & tamen electuris relinquere iudicium.*

LOCI vndecim.

Quis *sit episcopalis ornatus. Episcopi Papales ornantur argento, auro, lapidibus preciosis, serico & purpura, sic vt in Templis instar idolorum suspiciantur. At Euangelicus Episcopus ornatum habet nõ templarium & sumtuosum, sed ex agnatis virtutibus & moribus placidis & humanis comparatum, qui & domi & foris, & in Ecclesiis, in omnibus actionibus spectabilis redditur.*

Qualis *sit Episcoporum potestas. Potestas Episcopi vnius Ecclesiæ olim non extendebatur extra Ecclesiam, cui erat præfectus, in circumiacentes alias, sed vnusquisq; suæ tantùm Ecclesiæ curam gerebat, in qua ille munus Episcopi obibat.*

Quod *sit munus Episcopi. Non modò docere in Ecclesia id, quod & ab alijs fieri solebat, sed & Ecclesiam Episcopali potestate regere. qua de re vide Act. 20. d. 28. Ad Episcopos Ephesinæ Ecclesiæ, &c. Ac propter præeminẽtiam curæ & inspectionis Episcopus vocatur. Hoc enim curare debet, ne quid diuersum à sana doctrina, recta disciplina, & morib. Ecclesiæ inferatur, ne simultates & odia nascantur inter fideles, etc.*


Quomodo *Episcopus in medio fidelium conuersari debeat. Vt videlicet veræ pietatis, religionis, mundiciæ, & iustitiæ exemplis præluceat omnibus, nec admittat quicquam vnde possit cuipiam vel tantillum esse causæ de ipso querendi.*

Qua *fide & cautione agendum sit Episcopo mox initio, cum his, quibus Euangelium Regni Dei prædicatur. Fidelis Ministri, seu Episcopi officium erit, vt mox initio Euangelicæ prædicationis omnes ac singulos de futuris calamitatibus & tribulationibus præmoneat, ne quisquam illorum postea causetur, non fuisse se hac de re præmonitum. Sequitur Christi, qui & ipse Discipulis suis, quæ futura illis erant tristia, Ioan. 15. a. 18. & 16. a. 2. diligenter prædixit, & Pauli 1. Thess. 3. a. 4. exempla.*

Quale *& quantum Episcopo stipendium debeatur. Tantum scilicet, quantum ad vitam illius honestè sustentandam sufficiat. Æquum enim est, vt rebus, quæ vitæ huic necessariæ sunt, abundent Episcopi vt hospitales esse possint. Nam & Paulus duplicem, id est, copiosum honorem, seu subsidium illis præstandum esse docet, 1. Tim. 5. c. 17. Sed quid nunc fit in Reformatis, vt vocant, Ecclesiis? In illis vix tantum datur verbi Ministris, vt semetipsos cum famulis suis sic alant, vt ære alieno nõ fiant obnoxij, quomodo ergo poterunt esse hospitales? De communi Ministrorum sorte loquimur. Alios scimus quosdam Superintendentes ac Præpositos sic vti splendida fortuna sub Euangelio Christi, vt abundè habeant, vnde peregrinis & pauperibus Christi succurrant.*

De Vo-

De Vocatione.




De Ministrorum officio & ornatu.

- De Ministrorū officio, quod est
  - Loci duo.
    - Docere, q̄ fit duplici ratione.
      - Tractatione *simplicium & compositorū thematum: nihil enim consultius, nihil aptius ad rudes hominum mentes instituendas, thematum recta ratione obseruata.*
      - Scripturarum expositione, in qua hæc erunt obseruanda:
        - Puro & syncero corde ad sacra accedito, non illaturus sensum in sacra, sed relaturus.
        - Orato *Dominum, vt is te Spiritu suo illustret, quò res Spiritu inspiratas Spiritu autore intelligas.*
        - Locum, *quem tibi exponendum sumsisti, diligenter legi, ac relege, ad certas vsq; metas, vt ea non discerpas, quæ naturâ cohærent.*
        - Constitutis *terminis mox ex toto contextu statum rei inquire, quódnam illud præcipuum sit, quod spectârit autor, vnde omnia argumenta pendeant.*
        - Vbi *hæc deprehenderis, protinus indagabis, quomodo ad scopum singula referantur argumenta.*
        - Excutiendæ *locutiones, obseruandi tropi, & circumstantiæ tractandæ, adhibendi loci similes, vel dissimiles, alibi vel clarius, vel obscurius scripti, tractandi & loci communes.*
        - Obserues *præcedentia & consequentia: ex his enim saepe venamur sententiam.*
        - Bibliorum *Interpretes conferendi sunt.*
        - Vide *ne malè sententias distinguas.*
        - Interpretatio *loco, quem exponis, conueniat.*
        - Expositio *fidei & charitati conformis sit. Hæc enim duo iudicium informant, ac probant, an sacra sanctè, an secus exposueris.*
    - Pietatem *ac veritatem propugnare, Tit. 1. a. 9.*
    - Errores *impugnare. Hic disce:*
      - Quibus *erroribus reclamandum sit: His nimirum, qui gloriam Dei obscurant, Christum* IESVM *profanant, Ecclesiam scindunt, & simplicitatem Christianam tricis inuoluunt sophisticis, imò & libertatem filiorum Dei produnt & opprimunt.*
      - Vt *rationem habeamus eorum, coram quibus dicimus.*
      - Ne *conuitijs tantū rem peragas, vt nonnulli, qui pro publicis concionibus nihil aliud, quàm stultè furere sciunt, & adeò debacchari dicteriis, vt iurares histrionem te aliquē conuitijs ludentem audire, non seruum Dei prophetam.*
      - Ne *Ecclesiam nostram qualibet ex leui causa deseramus, sicut hodie nonnulli solent, quos leuiculi quidam errores loco mouent. Qui interim longè constantius facerent, si veritatis doctrina se erroribus opponerent, nec à loco officio cederēt, nisi publica exigeretur, vel blasphemia, vel veritatis palinodia. Dissimulanda sunt quædam, ferenda nonnulla, cedendum pro tempore, vt infirmos Christo lucrifaciamus.*
    - Flagitia *accusare. Hic vide:*
      - Quæ *vitia maximè accusanda sint: videlicet publica & scandalosa, vt sunt perfidia, luxus, ebrietas, lites, vsuræ, cædes.*
      - Ne *verborum seueritate perdamus istos, pro quibus Christus mortem subiit.*
      - Talis *sit oratio nostra publica, in qua scelera accusamus, vt peccans in primis intelligat agi de salute & integritate, non de priuata, ex animi rancore, vindicta.*
      - Si *impius in cepta perrexerit malitia, adeò vt nihil liceat sperare de homine, deseratur persona totus q̄ orationis status ad rem ipsam transferatur, ne videlicet pij impiorum subuertantur peccatis.*
    - Inculcare *iustitiam, fidem, mutuū amorē, & alia bona opera.*
    - Pro *ratione personarum orationem accommodare: vt,* ——→ Confirmare *natantes.* / Solari *mœstos.* / Excitare *cessantes, &c.*
    - Sacramenta *administrare iuxta Christi institutum.*
  - De Ministrorum ornatu. Est enim illorum ornatus,
    - Simplicitas *orationis: simplex enim, pura, perspicua, non affectata, sed germana oratio esse debet, vt hi, quibus loqueris, quæ loquaris intelligant.*
    - Puritas *sermonis & vitæ, ac sanctimonia. Quidam enim impia vita destruunt, quod sanctâ doctrina sanctè docuerunt.*
    - Eruditio.
    - Constantia. *Nam eruditio tua, vitæ quoque integritas, res per se præclaræ, sonitum suum fiunt, nisi accedat constantia.*
    - Fides *ac diligentia.*
    - Modestia, *vt de se modestè sentiant, nec commoda priuata, aut dominium, nec laudes hominum, vel vituperationes, &c. curent.*

De Cor-

De Correctione Ecclesiastica, quam hodie Excommunicationem appellant.

TABVLA I.



Canones de Excommunicatione.

Sicut *duplex est communio, interna, seu spiritualis, & externa: Interna est integrum fidei & veritatis vinculum: Externa, communis vsus Sacramentorum in Ecclesia, item in colloquijs, habitatione, commercijs vitæ: ita & excommunicatio duplex est.*

Multi *sunt in communione externa Ecclesiæ, qui ab interna sunt excluſi, & econtrà.*

Sicut *primam communionem solus Deus dat, quando per fidem insereris Christo: ita nulla creatura tam tibi auferre potest, nisi tu in impietatem relabaris.*

Iniusta *excommunicatio benedictio est, Genes. 12. a. 3. Matth. 5.*

Potestas *excommunicandi penes Ecclesiam est, quæ deligit sibi velut Senatum Ecclesiasticum, cui potestatem hanc excommunicandi committit exercendam, vt omnia fiant cum decoro & ordine.*

Ne *quis affectu prauo aut præscriptione humana quempiam excommunicet.*

Stringatur *hoc telum in hostes gloriæ Dei, in oppugnatores veritatis & honestatis, in hæreticos, seductores, apertè flagitiosos, & conscelcratos homines, vt scortatores, auaros, simulacrorum cultores, conuiciatores, ebriosos, rapaces, 1. Corinth. 5. c. 11.*

Impiè *faciunt, qui excommunicatione non vindicant Dei gloriam & honestatem vitæ, sed abusus suos, errores, impietates, tyrannidem, rapinas, luxum, cædes, &c.*

Christus *non vult nos festinare excommunicationem, sed triplici admonitione illam auertere.*

Hic *Ecclesiæ gladius non nisi summa grauitate & necessitate in crimine publico, seu manifesto non ambiguo, eoq; incorrigibili & scandaloso, Pauli exemplo distringi debet.*

Si *peccatum manifestum est, seu publicum, quod multos offendit, ac reus admonitus, ac correctus resipiscit, ne excommunicetur: cogatur tamen, vt à Deo primùm, deinde ab Ecclesia veniam petat, ac promittat emendationem. Interim verò Pastoris erit in huiusmodi peccata, quibus reus Ecclesiam offendit, summa cum grauitate inuehi, vt hac ratione & reus pudore suffundatur, ac arguatur, iuxta Pauli doctrinam: Eos, inquiens, qui peccant, coram omnibus argue.*

Quòd *si impius admonitus & correctus non resipiscit, excommunicetur, ac iam persona ipsa deseratur: sed totus orationis status ad rem ipsam transferatur, ne pij, impiorum subuertantur peccatis.*

Potestas *Ecclesiæ data est, non ad destructionem, sed ad ædificationem.*

Perpetuò *ob oculos illud Pauli habendum est, 2. Thess. 3. c. 14. Si quis non obedit sermoni nostro, ne commercium habeat cum illo, vt pudore suffundatur, neque velut inimicum habeatis, sed admonete vt fratrem. Fraterna ergo charitas ab eo separanda non est, qui à nobis externa communione separatus est. Nam & Paulus in interitum tantum carnis criminosum tradi iußit, vt Spiritus seruetur, qui carnis interitus in pœnitudine fit, ad profectum Spiritus & interioris hominis innouationem.*

Si *excommunicatio iusta est, non tradit animam Satanæ, sed significat animam potius iam antè traditam esse Diabolo, & Ecclesiæ communione Spirituali priuatã, quia fertur super morbidum membrũ, quod seipsum priuauit communione fidei & charitatis, per peccatum, & Diabolo tradidit. Ecclesia igitur non infert excommunicationem spiritualem, sed spiritualiter excommunicatum ab externa communione abijcit.*

Tradi *dicitur aliquis Satanæ per excommunicationem, quia extra Ecclesiam Diabolus est, sicut in Ecclesia Christus est, ac per hoc quasi Diabolo traditur, qui ab Ecclesiastica communione remouetur.*

Non *est iusta excommunicatio, quæ factum, non compatientiam, auaritiam & tyrannidem, non spiritum Pauli & charitatem respit.*

Qui *alios excommunicant, ne nimium seueri sint, néue imprudenti zelo suo Euangelij cursum impediant magis, quàm promoueant.*


Ne *nimium sint faciles ac leues, vt qui nullam prorsus vel admonitionem, vel correctionem in Ecclesiis suis habeant.*

Non *sunt contemnenda hæc Ecclesiæ vincula: non enim homo est, qui ligat, sed Christus, qui hanc potestatem dedit hominibus.*

De Cor.

De Correctione Ecclesiastica.

TABVLA II.



A. Ministrorum peccantium. Hic quadrimembris disciplina requiritur.

- Correptio, 1. Tim. 5. d. 20.
- Translatio Ministrorum: cuius vsus est, si
  - Occasionibus quibusdam, quas locus, in quo ministrat, obijcit, ad peccandum sollicitatur, vt si vino plus æquo adductus sit, & plebs ipsa ad bibendum procliuior sit.
  - Qua simultas inter plebem & Ministrum sit, & sibi inuicem reconciliari non possunt.
  - Minister contemtibilis sit in oculis plebis: vilescit enim coram plebe ministerium, vbi docentis labefactatur autoritas.
- Depositio ab officio, quæ duplex est:
  - Temporaria ratione personæ & delicti, ac si spes sit emendationis, qua quis ad tempus deponitur, donec corrigatur & emendetur. Vocant hoc genus depositionis, Suspensionem.
  - Perpetua, qua deponitur, qui delicto laborat incorrigibili.
- Excommunicatio, qua depositi propter impœnitentiam etiam à communione excludantur fidelium.

TABVLA III.

EXCOMMVNICATIONIS circumstantiæ.

- Quæ debeant antecedere excommunicationem.
  - Fraterna admonitio.
  - Seuerior obiurgatio per graues aliquot viros.
  - Reprehensio coram Ecclesia: id est, optimorum virorum collegio.
- Qui sint excõmunicandi.
  - Heretici pertinaces, Tit. 3. c. 11. Ioan. epist. 2. b. 7.
  - Peccantes publicè pœnitere nescij, & qui obfirmato animo in suis peccatis pergunt, 1. Tim. 5. d. 20. Matth. 18. c. 17. 1. Cor. 5. a. 5.
  - Illi qui peccârunt, non alius pro peccatore. Neq; enim propter peccatum patrisfamiliâs tota domus illius anathemate complectenda est. Id quod Auxilius tempore Augustini fecisse legitur, contra quem scripsit Augustinus.
  - Præsentes. Neque enim ita fieri debet excommunicatio, vt qui sunt in Germania ab eo, qui est Romæ, damnentur.
- A quibus rebus excludatur excommunicatus. A consortio fidelium, inter quos est communis: id est, à communione Sacramentorum, & conuersatione cum membris Ecclesiæ.
- Quò depellantur excommunicati. Ad resipiscendum: dum enim sumus in hac vita, nunquam salutis spes est deponenda.
- A quibus excommunicatio fieri debeat. Ab Episcopis, Pastoribus: at non sine Ecclesiæ consensu. de quo vide in Tabula de Pastoribus bonis, & Pet. Martyrem 1. Cor. 5 de Excommunic.
- Quando exercenda excommunicatio. Quando videlicet non est timendum schismatis periculum. Et extremum hoc remedium vtile, ac commodum esse videbitur. Si enim non recte, neque in tempore remedium adhibeatur, periculosum erit.
- In quem finem excommunicatio adhibenda.
  - Ne Ecclesia malè audiat.
  - Vt explosus emendetur.
  - Vt alij non corrumpantur, ac timorem habeant, 1. Tim. 5. & seueritatis iudicij huius à peccato deterreantur.
  - Vt supplicia, quæ à Deo propter peccata impendent, euitentur.
- Quo affectu esse debeant excommunicantes. Summa charitate, ac clementia: ita enim eos animo comparatos esse oportet, ac si oculum sibi essent effossuri, aut manum, vel pedem præcisuri.
- Quomodo nos gerere debeamus erga excommunicatũ. Subtrahenda est illi familiaris conuersatio, quæ animi causa fiat. Ita tamen vt liberi, vxor & subditi (quoad Magistratum) non eximantur à debitis obsequijs, ne omnia confundantur. Sed interea caueatur, ne ista conuersatione assensum eidem crimini præbeant. Quod ad alios extenditur excommunicati. Cibus cum illis non capiatur. Non dicatur eis, Aue: verùm vt Ethnici habeantur. Non tamen cessandum est à monendo, docendo, corripiendo, neq; à cibando, potando, si necessitas vrserit. Quia excommunicatio non poterit vlterius extendi, quàm charitas & alia diuina præcepta patiantur.
- An odium excommunicati metuendum sit. Minimè: nam si iustè velit expendere, quod erga se agitur, videbit nequaquam inimicitia, sed charitate fideles erga se commotos.
- An iniustæ excommunicationes noceant innocentibus. Minimè his nocent: sed administris & executoribus illarum maximè nocent, qui peruersè agendo Deum lædunt, Christum & Ecclesiam, & seipsos, & quantum in ipsis est, oculum Christi occidunt, Genes. 12. a. 3. Maledicentibus tibi maledicam & ego.

De Mi-

De Manuum impositione.

TABVLA I.

MANVVM impositio.

- Quid *sit. Est enim symbolum consecrationis, benedictionis, reconciliationis, commendationis, precationis, approbationis, siue confirmationis, & futuri auxilij diuini.*
- Quotuplex: *Alia enim est*
  - Patris cælestis
    - Super *nos: & hoc vel propter*
      - Super *Christum, dum illum Regem, ac Sacerdotem nostrum elegit, pro nobis victimam fecit, ac ingenti onere pressit, benedixit illi, &c. Huc pertinet ritus Leuiticus, quo capiti animalis ad sacrificium destinati manus Sacerdotis imponebatur, Leuit. 1. a. 4. 8. c. 14. 16. d. 21. & c.*
      - Peccatum, *propter quod nos onere ingenti premit, ac multis calamitatibus subijcit. De hac Dei manu loquitur Iob cap. 19. d. 21. Manus Domini tetigit me. & cap. 13. d. 21. Manum tuam longè fac à me. Psal. 31. a. 4. Grauata est super me manus tua. & 1. Pet. 5. b. 6. Humiliemini sub potenti manu Dei.*
      - Christum, *nostram iustitiam: ac tum manus ponitur pro præsenti ac singulari fauore Dei, vt Luc. 1. f. 66. Manus Dei erat cum illo. Psal. 80. d. 18. Sit manus tua cum viro, quē tu corroborasti. Psal. 143. b. 7. Mitte manum tuam de alto, & eripe me. Psal. 138. a. 5. Posuisti super me manum tuam. Psal. 36. c. 24. Cùm ceciderit iustus, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.*
  - Patrum *priscorum super primogenitos. de quo Genes. 27. d. 10. 20. c. 14. Hoc enim ritu primogeniti benedicebantur, vbi tectè significabatur primogenitus omnis creaturæ, Christus ille benedictus, in quo benedicendæ erant omnes Gentes.*
  - Sacerdotum *veteris Testamenti. qui sacrificio manus admouebant. Quo significabatur Christi sacrificio manum Dei impositam esse: id est, Christum cum suo sacrificio benedictum.*
  - Christi, *qui hac cæremonia vsus sæpè legitur in*
    - Benedicendo, *Mar. 10. c. 16.*
    - Faustis *precationibus, Matth. 19. c. 13.*
    - Curandis *morbis, Luc. 4. g. 40. Mar. 6. a. 5.*
  - Apostolorum, *qui hac cæremonia vtebantur in*
    - Conferendis *Spiritus Sancti donis, Act. 8. c. 17. 9. c. 17. 19. a. 6. quòd videlicet ad Spiritum signorum attinet. Preces autem sequitur manuū impositio, vt sit testis minimè inclusam esse in externa cæremonia Spiritus gratiam. Neque tamen cæremoniam negligunt Apostoli, quæ diuinitùs in hunc vsum illis tradita erat. At quia non temerè vsurpabant, sequebatur effectus. Hæc signorum est vtilitas, quòd per illa Deus operatur, & tamē vnus manet gratiæ autor. Sed meminerimus organum Dei fuisse manuum impositionē, quo tempore visibiles Spiritus gratias suis contulit. Ex quo vero talibus diuitijs priuata fuit Ecclesia, inane duntaxat spectrum esse.*
    - Faustis *precationibus, Act. 6. b. 6. Hebr. 6. a. 2.*
    - Curatione *morborum, Mar. 16. d. 18.*
    - Ministris *constituendis, 1. Tim. 5. d. 21.*
  - Episcoporū, *seu Pastorum Ecclesiæ, qua nunc in designādis Ministris vtimur. Hic disce:*
    - Vnde *fluxerit hic ritus. Ab Apostolis videlicet, qui & ipsi ab Hebræis priscis acceperunt. Qui quidem hac cæremonia vti solebant, partim in publicis ac solennibus victimarum consecrationibus, partim in precibus ac benedictionibus priuatis.*
    - Qui *solebant olim manus capiti ordinandi imponere: Cùm impositio manuum benedictionis symbolum sit, bi potissimùm benedicebant, ac manus imponebant, qui insigni aliqua virtute præditi erant, & in officio constituti, sicut Apostolus argumentum sumit à benedictione Melchisedech, qui benedixit Abrahæ, Hebr. 7. a. 6. Id, inquit, quod minus est ab eo, quod maius est, benedictionem accipit: minor ergo est Abraham, maior Melchisedech, à quo Abraham benedictionem accepit, & per consequens, minores etiam sunt filij Leuitæ.*
    - An *cùm aliquis consecrandus erit Minister, omnes qui adsunt Ecclesiæ Pastores, manus illius capiti imponere debeant, an vnus duntaxat, loco & nomine omnium? Sunt plerique loci, qui testantur vnius tantùm manum capiti ordinandi impositam esse, vt 2. Tim. 1. b. 9. Per impositionem manuum mearum. Sic & Act. 9. b. 12. & 19. a. 6. Sunt item loci, qui docent multorum manus ordinando impositas esse, vt Act. 6. b. 6. 8. c. 17. 1. Tim. 4. c. 14. & c. Vnde colligimus, vnius etiam manum capiti ordinandi; nempe Apostolorum impositam fuisse: vbi videlicet is, qui manus imponebat, insigni aliquo & publico honore præditus, priuatos, ac suæ administrationis homines Deo commendabat: quod tamen Ecclesiæ nomine faciebat, ac alij vota sua addebant.*
    - An *manuum impositionis cæremonia gratiam aliquam producere per se poterat, & posit ordinando. Hæc cæremonia per se nihil habet per se efficaciæ, ac virtutis: sed vis & effectus à solo Dei Spiritu pendet. Quare addebatur illi oratio, vt significaretur, huius, quod conferebatur, beneficij non hominem, sed Deum autorem esse. Cùm ergo Deo commendabantur precibus Ecclesiæ, qui ordinabantur Ministri, signum non frustra adhibebatur, sed tessera erat. & est, minimè fallax eius gratiæ, quam ex ipsa Dei manu percipiebant.*
    - Quis *finis, &c. Vide literam A.*

A. Quis finis impositionis manuum. Vt
- Ministros de sua vocatione certos efficiat: plurimùm enim ad officium, piè ac fideliter administrandum, facit vocationis certitudo.
- Minister hac cæremonia edoctus sciat se Deo approbatum esse.
- Sciat Minister se iam non iuris esse, sed ad gloriam Dei & Ecclesiæ ædificationem destinatum.
- Sciat Minister onus sibi magnũ impositũ esse, cui ferendo ipse par esse non posſit, nisi diuinitus adiuuetur. Petat igitur sedulò, vt Deus ipse manum suã sibi imponat: id est, adiuuet, & defendat, &c.
- Se Deo offerri agnoscat. Huc pertinent omnia, quæ in animalibus ad sacrificium destinatis in Lege requirebantur.

TABVLA II.

Loci duo.

Quid sit. Est enim impositio manuum, signum rei ad Dei cultum destinatæ: item benedictionis & futuri auxilij diuini.

Quotuplex.

Legalis, qua veteres tempore Legis vtebãtur in
- Benedictione, vt Iacob in Geneſi. Huic verò cæremoniæ oratio etiam iungebatur, vt significaretur benedictionem à Deo esse, non ab homine, Num. 6. d. 24. Benedicebantur autem primogeniti, vt tectè significaretur primogenitum illum omnis creaturæ benedictum esse, in quo omnes, qui credunt, benedictionem à Deo consequantur.
- Sacrificiis, vt paſſim in Leuitico: vbi impositio signum erat rei ad Dei cultum destinatæ. Significabat etiam Christi sacrificio, de quo Legis sacrificium cõcionabatur, manum Dei impositam esse: id est, Christum cum suo sacrificio benedictum, imò Sacerdotem benedicentem esse, ac eos etiam, qui huic fidant, benedictos esse: iuxta illud, In semine tuo, &c. Geneſ. 12. 3. & 18. 22. & 22. 18.
- Ordinatione: hac enim cæremonia, & Magistratus, & Leuitæ, & Sacerdotes ad officium eligebantur, vt ex Numeris & Leuitico constat. Num. 8. 11. 27.

Euangelica, qua Christo & Apostoli vtebantur. Et est duplex:

Miraculoſa, quæ iam mãcum aliis miraculis desiit: hæc verò est vel
- Curatoria, de qua Christus: Super ægros manus imponent, &c.
- Donatoria, Spiritus sanctorum. de qua in Actis.

Inuenias tamen vbi in curatione & donatione Spiritus nullæ manus impositæ sint. Aliquoties cum cæremonia adhibebatur, vt significaretur huius, quod conferebatur beneficij, non hominem, sed Deum autorem esse.

Vsitata, qua Apostoli & nos in ordinatione vtimur. De quo in Actis & Timotheo: significat autem
- Hunc, qui eligitur & ordinatur, non iam sui iuris esse, sed gloriæ Dei, & Ecclesiæ vtilitati inseruire debere.
- Electo & ordinato, vt manus Presbyterorum, ita magnum onus, & laborem impositum esse, ad quod ipse per sese idoneus esse non posſit. Quare sedulò Deus illi inuocandus, vt suo officio pareſſe posſit.
- Electo & ordinato manum Dei imponi: id est, Electum à Deo ipſi benedici, iuuari & defendi, donari Spiritu, constantia, perseuerantia, patientia, consilio, solatio, sensu vberiori sacrorum, &c.
- Vt in Lege animal, quod sacrificabatur, cuiq; manus imponebatur, mundum erat iuxta Legem, in quo nullus planè esset defectus. Ita electum & ordinatum, purum, castum, & mundum sacrificium esse debere, in cuius doctrina & vita nullus planè sit defectus.
- Vt animal immundum & vitioſum in Lege non sacrificabatur, neque manus illi imponebatur: ita immundum ordinari non debet.
- Vt Legis sacrificium, cui manus imponebatur, de Christo concionabatur: ita Ministrum verbi electum de Christo concionari debet, non demeritis, dignitate, & sanctitate hominum.
- Vt pecus in sacrificijs mactabatur: ita electo Ecclesiæ Ministro, belluinos illos motus tum in seſe, tum in aliis verbi Dei cultro mactandos & mortificandos esse.
- Vt animal, cui in sacrificio manus imponebatur, ante Aram cadebat, & mactabatur: ita electum ante Aram stare: id est, Christo seruire, & si ita res desideret, cadere etiam: id est, vitam amittere debere.
- Vt placebat Deo sacrificium Legis, si ritè peragebatur: ita manus Apostolicum, conatus, laborem placere Deo: sed & necem, supplicia, persecutionem propter iuſtitiam, & mortem Ministrorum, res apud Deum pretioſas esse.
- Vt sacrificiũ Legis, cui manus imponebatur, placebat propter Christum: ita electos Ecclesiæ Ministros, mundo propter nomen Domini inuiſos, placere Deo, propter Christum.

De Re-

De Resurrectione. fol. 107.

TABVLA I.

Quid sit. Est enim resurrectio mortuorum, qua in nouissimo die resurgent omnes homines à mortuis: pij ad vitam æternam, impij ad æterna supplicia.

Loci tres. Quæ causæ.

- Efficiens, quæ est vel
  - Principalis, vt promissio Dei.
  - Instrumentalis, vel adiuuans: fidem videlicet, de resurrectione, vt
    - Loci Scripturæ, q de resurrectione concionantur, vt
      - Esaiæ 26.c.14. 66.c.16. Ezec.37.1—
      - Daniel.12.a.2.
      - Hoseæ 13.d.3.
      - Iob.19.& c.d.25.
    - Resurrectio Christi: si enim Christus resurrexit, resurgent & mortui. Vbi enim caput ibi & cætera membra futura sunt.
    - Exempla Henoch, Heliæ, quorum priuilegijs futuram carnis resurrectionem Dominus demonstrare voluit.
    - Imagines quædam ex rerum natura sumtæ. Vt
      - Herbarum,
      - Arborum,
      - Somni,
      - Seminis, &c.
- Materia est caro nostra.
- Forma, seu modus resurrectionis: de hac nobis dicendum est in
  - Genere: resurgit enim corpus
    - Incorruptibile: id est, non obnoxium posthac corruptioni, sed perpetuum: idem ergo corpus est, sed mutatū in melius.
    - Glorioſum, quod inglorium quidem in terram defossum vermibus in cibum proponitur.
    - Potens, validum, & ab omni infirmitate alienū, quod nec esurie, nec satietate, nec vlla re alia pari impetitur, ac debilitatur.
    - Spirituale, id est, cœleste, menti simillimum, liberum omnino, & Angelicæ naturæ propinquum, quod affectibus noxijs stultis & anxijs non est obnoxium: collatione enim ad res terrenas, corruptibiles, carnales & crassas, corpus clarificatum corpus spirituale dicitur.
  - Specie. Hic multa quæri solent,
    - An fœtus abortiui resurgent, & quomodo. Si formati sunt, eos resurrecturos esse affirmamus, cùm August. lib. 22. cap. 13. de Ciuitate. Qui tamen cùm vixissent in vtero, ibi sunt mortui. Mortuus enim vbicunque illi mors potuit euenire, quomodo non ad resurrectionem pertineat mortuorum, &c. Resurrectio autem id efficit, quod quicquid formæ defuit, impleatur, atque ita non desit perfectio, quæ accessura erat tempore, quemadmodum nō erunt vitia, quæ accesserunt tempore, sed integratur quod nondum erat integrū, & instauratur quod fuerat vitiatum.
    - Quomodo infantes resurrecturi, nō in ea exiguitate corporis qua mortui, sed quod eis tardius accessurum erat tempore, hoc sunt illo Dei opere miro atq; celerrimo recepturi.
    - An deformia in corpore hoc mortali in resurrectione appareant? Minimè: nam deforme nihil erit in corpore clarificato.
    - An monstra, quæ nascuntur ex hominibus, ac citò moriuntur, resurrectura sint, & quomodo. Resurgent quidem, at non ita vitiata, sed correcta emendataq; natura.
- Finis, vt gaudio ac vita æterna fruamur.

Quæ contraria. Omnium Hæreticorum ac Philosophorum de resurrectione dogmata: horum enim alij

- Negant resurrectionem, vt sunt
  - Sadducæi,
  - Simoniani,
  - Archontici,
  - Hierarchitæ,
  - Manichæi,
  - Marchionitæ,
  - Valentiniani,
  - Apellitæ, &c.

  Quorum alij animam simul cum corpore interire dixerunt: alij bonos in essas electorum resolui, malorum animas in pecora redire, alij eas in Dæmones conuerti opinati sunt.
- Affirmant, at ridiculè. Vide literam A.

A. Affirmant, at ridiculè ac superstitiosè.
- Quidam resurrectionem iam factam esse opinantur, cùm baptizati sunt, de quibus Paulus loquitur.
- Alij resurrectionem quotidie fieri in regeneratione filiorum Dei opinantur, quare futuram carnis resurrectionem negant, vt Seleuciani.
- Alij somniant post resurrectionem futurum ciuile regnum in terris ad mille annos, in quo regnent pij cum Christo in omni genere delitiarum, vt Chiliastæ.
- Quidam mortuos statim post suam mortem resurrecturos credunt, exemplo Christi.
- Alij non totum hominem resurrecturum, sed vel carnem, vel animam.
- Alij damnatos secundò resurrecturos ad vitam æternã putant, vbi satis supplicij dederũt pro peccatis.
- Alij carnem in Spiritum conuersam resurrecturam credunt.
- Alij putant resurrecturos homines ad carnalia gaudia.

TABVLA II.

PROBATVR resurrectio carnis nostræ
- Ab omnipotentia Dei, qui ex nihilo omnia condidit.
- A certitudine resurrectionis Christi. Si enim Christus resurrexit, vt in Symbolo confitemur, ita surgent & mortui: vbi enim caput, illic & membra futura sunt.
- A testimoniis Scripturæ, quæ de resurrectione concionantur, vt
  - Esa. 25. c. 14. 66. c. 16.
  - Daniel. 12. a. 2.
  - Hoseæ 13 a. 3.
  - Iob. 19. d. 25. 17. c. 12.
- Ab exemplis Henoch, Heliæ, quorum priuilegijs futuram carnis resurrectionem Dominus demonstrare voluit.
- Ab imaginibus quibusdam, ex rerum natura sumptis. Harum aliæ sumuntur
  - A volatilibus, vt sunt
    - Pelicanus, seu Platæa, auis Ægyptiaca, quæ in solitudinibus nascitur. De hac Hieronymus memorat, quòd fœtum suum à serpente occisum, per triduum lugeat: Deinde eum sua ipsius pectore percusso, & aperto, proprio sanguine vitæ restituat.
    - Bombix, seu Necidalus, quo mortuo aues albæ ac splendidæ de cadauere eius prodeunt.
    - Phœnix, auis Arabiæ, quæ senescens surculis thuris casiæ, &c. dum replere odoribus, ac super emori, ex eiusque cinere alium nasci memoratur. Lege de hoc Ambrosium, Hieronymum, Isidorum, Volaterranum, &c.
    - Hirundo, quæ comperta est latére hyeme in nido suo, tanquam mortua, reuiuiscere sub æstatem.
    - Musca, quæ & ipsa hyeme mortua, æstate reuiuiscit. Et Plinius tradit, muscam extinctam sub tepido cinere reuiuiscere. Vide Plin. lib. 11. cap. 36.
    - Apes. Sunt enim, qui dicant, eas mortuas, si intra tectum hyeme seruentur, deinde Sole verno torreantur, ac siculneo cinere toto die foueantur, reuiuiscere. Lege Plin. lib. 11. cap. 20.
  - A terrestribus, vt cuniculus tota hyeme velut mortuus iacet.
  - Ab aquatilibus. Echinus, inquit Æliannus, in mari etiam inuenitur, spinis aculeatis. Hunc vnda maris exagitata ad littus impellit, captum si conspersum in frusta, in mare q̃ proieceris, partes paulò post conuenire, ac reuiuiscere videas.
  - A plantis, vt sunt
    - Arbores, q̃ sunt vel
      - Naturales, quæ hyeme abiecto omni ornatu velut mortuæ, æstate reuiuiscunt.
      - Prodigiosæ. Est enim in exemplis & sine tempestate cecidisse multas ac sua sponte resurrexisse. De quo lege Plin. lib. 16. cap. 32. Idem lib. 17. cap. 25. tradit oliuam in totũ ambustam reuixisse. Et in Bœotia deroſas à locustis ficus reuixisse, ac germinasse.
    - Semina, herbæ, flores, &c.
  - A vicissitudine.
    - Occasus & ortus Solis eiusdem.
    - Noctis ac diei. Huc respicit Iob cap. 17. c. 12. post tenebras spero lucem.
    - Hyemis & æstatis.
    - Somni & exsurrectionis.
    - Laboris ac quietis.
    - Mœroris ac lætitiæ.

De Resurrectione lege PETRVM MARTYREM in 2. Reg. 4. fol. 214.

TABVLA

TABVLA III.

Loci noué.

- Quid sit resurgere. Est stare rursus quod ceciderat. Quod de corpore humano propriè dicitur.
- Quid sit resurrectio. Noua copulatio animæ ad corpus à Deo seu potentia Dei, vt integri homines in extremo iudicio sistantur, & pœnis vel præmijs afficiantur, pro ratione vitæ anteactæ. Vel est noua quædam natiuitas. Nam sicut natiuitate priori homo constans animo & corpore productus est: ita in resurrectione, quæ altera natiuitas est, denuò reparabitur. In Matthæo scribitur: In regeneratione cùm sederit Filius hominis in maiestate sua, &c. Incipit quidem nunc regeneratio quoad animum, sed tunc perficietur quoad corpus.
  - Quę causæ.
    - Quotupiex. Alia enim est
      - Corporum, dum corpora in nouissimo die reparantur.
      - Animorum, quæ duplici ratione fit, dum
        - Animo surgitur à peccatis. Si enim eius est resurgere, quod cecidit, animæ quoque cum aliquomodo cadunt, intelliguntur surgere. Quare Paulus ad Colossenses dicebat: Si consurrexistis cum Christo, superna sapite. Loquitur enim de resurrectione animorum. Vide & Rom. 6. b. 10.
        - Ad corpus formandum & regendum redit animus. Per mortem enim corporis, corpus formare & regere desierat, & quoad hoc cecidisse videbatur. Vbi verò rursus ad officium suum redit, resurgere dicitur.
    - Efficiens.—
      - Dei potentia, Matth. 22. d. 29. Erratis nescientes Scripturas, neq; potentiam Dei. Neque Pater solùm, sed & Filius, Ioan. 5. d. 21. & Spiritus Sanctus, Rom. 8. c. 11. causa est efficiens resurrectionis.
      - Christi resurrectio, 1. Cor. 15. c. 13. Non quoad actionem, qua Christus excitatus est, & quæ iam præterijt, sed quoad vim & virtutem diuinam, quæ in Christo, cùm sit Deus, retinetur. Quæ quidem vt illum excitauit à mortuis, ita nos quoque viuificabit suo tempore.
    - Materialis, in qua videlicet excipitur resurrectio. Non enim aliud est, quod excitatur, nisi homo. Sed homo duabus partibus constat: animo videlicet & corpore. Resurrectio autem non ad animum proprie, sed ad corpus pertinet. Id enim resurgere dicitur, quod cecidit, cum stetisset. Animæ verò non intereunt vnà cum corpore, sed manent. Cùm itaque non ciderint, non resurgent. Etsi verò corpus, non anima, dicatur resurgere, tamen absque anima non fiet resurrectio. Nam illam oportebit præsentem adesse. Tota ergo resurrectionis difficultas penes corpus esse videtur. Nam cùm extinctum sit, ita vt ne vestigia supersint, non videtur posse reparari. Attamen quia non abijt in nihilum, sed in elementa dissolutum est, vel in primam, vt Philosophi loquuntur, materiam. Ideò negari non debet, quin ex eadem materia rursus non possit exstrui.
    - Formalis. Est copulatio animi & corporis noua, videlicet post mortem.
    - Finalis, vt totus & integer homo ad tribunal Dei iudicetur, & præmia vel pœnas referat, prout se gesserit.
  - Quibus rationibus & principijs naturalibus phari possit mortuorum resurrectio.
    - Res imperfecta non est capax absolutæ felicitatis. Anima verò à corpore separata, manca & mutila est. Ergo ad felicitatem consequendam oportet illam corpori denuò coniungi.
    - Non est perpetuum quicquid est contra naturam. Sed animæ hominis aduersatur, vt à corpore abiuncta permaneat: permanet autem cùm sit immortalis, neque cum corpore vnà cadit. Vt & illi naturale est formam esse corporis, ita contra eius naturam est ab illo seiungi. Hoc si perpetuum esse non potest, nihil aliud restat, quàm vt rursus corpori vniatur.
    - Iustitiæ Dei est, vel reddere pœnas, vel præmia pro his, quæ gesta sunt in hac vita per corpus. Quod non videretur æquum, vt cùm hæc duo, animus & corpus vel rectè, vel perperam egerunt simul coniuncta, duntaxat alterum eorum vel pœnis, vel præmijs afficiatur. Oportet ergo hæc duo in resurrectione coniungi.
    - Ex putri & corrupta materia variæ producuntur animantes, vt mures, talpæ, ranæ, vermes, &c. Ex specubus quoque terræ non rarò fulgentissimæ gemmæ colliguntur. Semen quoq; animantium gutta est infirmis humoris, vbi apparere nequeunt manus, pedes, oculi, caput, &c. Non igitur mirum, si ex corruptis cineribus hominum corpora denuò reparentur.
- Quæ sint proprietates. Vide literam A.
- Quæ proprietates resurgentium corporum impiorum. Habebunt sanè immortalitatem, cæteras verò piorum dotes non obtinebunt: imò contrarijs & prorsus oppositis deformabuntur. Carebunt luce, quia in tenebras exteriores inbebuntur conijci. Non erunt impassibiles, quia cruciatibus & doloribus immensis afficientur. Alacres & agiles non erunt, quod ligatis manibus & pedibus mittendi sint in gehennam. Neq; subtilitas eis continget, quod in lacrymis & fletu versatui sint, & in affectibus crassissimis, desiderijsq; vehementibus.
- Qua ætate resurgemus. Iusta videlicet matura & robusta. Deus enim cùm primos homines crearet, illos non fecit vel infantes, vel decrepitos, vel imperfectos, vel deformes. Cùm ergo resurrectio sit noua quædã creatio, seu reformatio, decet vt priori sit conformis. Quare vt ea valdè bona fuerant, quæ Deus creauit: id est, perfecta in suo genere: ita perfecta erunt, quoad naturam, corpora, quæ in resurrectione illius vi reparabuntur.
- Cur Deus patiatur Sanctorum corpora, quæ sunt templa Spiritus Sancti, putrescere. Vt mortuo ac putrefacto corpore peccatum expurgetur, & nouum quodam modo corpus resurget, in quo nec peccatum, nec mors, sed iustitia & vita æternum regnent.

A. Quæ sint proprietates & qualitates corporum resurgentium piorum.

- Immortalitas, vt & vita est æterna: Paulus 1. Cor. 15. g. 53. Oportet mortale hoc induere immortalitatem. Et cùm pœnæ ac præmia reddenda pro ratione operum sint sempiterna, oportet subiectum, seu naturam, quæ illis afficienda est, immortalem esse. Ex hac proprietate alia consequitur, non opus fore post resurrectionem cibo, potu, & venere, cùm homines, vt Christus docet, futuri sint instar Angelorum.
- Lux, fulgor, & gloria, de qua ad Philip. 3. d. 21. Huius conditionis Specimen dedit Christus in sua transformatione, vbi facies eius instar Solis resplenduit. Vide de hac qualitate 1. Cor. 15.
- Agilitas. Etenim corpus & membra subycientur penitùs animæ, ita vt ei nec repugnet, nec aduersetur. Vnde Paulus: Seminatur in infirmitate, resurget in potentia. Paulus item 1. Thess. 4. d. 17. Nos, qui deprehendimur vivi, simul cum illis rapiemur in occursum Domini in aëra. Hæc certè magna erit alacritas, & agilis motus corporum nostrorum, vt per aërem ad Christum ascendamus. Hac excellente facultate pollebat Christi corpus, cùm ambularet super aquas, & cùm ipse è terris in cœlum tolleretur. In eo verò sita est, vt animus perfectè dominetur corpori, ita vt ei gravitas & pondus carnis minimè obstet. Pertinet hæc proprietas ad motum localem.
- Impassibilitas. Non enim corrumpentur, nec imminuentur vllis passionibus, doloribus, aut morbis. Vnde Paulus: Seminatur in corruptione, resurget autem in incorruptione.
- Subtilitas, quæ non sic accipienda est, quasi resurgentium corpora conuertãtur in Spiritum, & aëria seu ætherea futura sint, aut instar venti, vt per omnia penetrent. Sed subtilitas hîc ad exquisitam, subtilem & acutam perceptionẽ sensuum refertur, & ad affectus, qui consequuntur corpus, qui non erunt crassi & fœculenti, neque turbabunt animum. Huc deflecti potest, quod Paulus ait: Seminatur animale, resurget Spirituale: videlicet quoad notitiam & affectus, non quoad essentiam.

Appendix Tabulæ tertiæ, de Resurrectione mortuorum continens Canones.

Resurrectio *mortuorum omnium Martyrum, & nostra Spes est.*
Resurrectio *mortuorum summa Christianorum cura est, quæ & in persecutione tristitiam pellit, & corda perterrefacta consolatur.*
Resurrectio *per solum Christum nobis Speranda est.*
Resurget *idem corpus, quod sepultum est, sed non eiusdem modi: idem scilicet corpus, sed purificatum & defæcatum.*
Vt *animæ beatitudo, ita corpori resurrectio promittitur.*
Resurrectio *corporum fit per dispensationem humanitatis Filij temporalem, non Patri coæternam.*
Resurrectio *mortuorum à Gentilibus nos discernit.*
Post *resurrectionem perfecta erit inuicem agnitio.*
In *resurrectione sexus non immutabitur, sed vir mortuus resurget in forma viri, & fœmina in forma fœminæ: carens tamen in hac vita sexuum conditione, non Specie naturali.*
Caro *hominis in quemlibet puluerem cinerem q; soluatur, in quamcunque aliorum corporum substantiam, vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcunque animalium etiam hominum cibum cedat, carnem q; mutetur, illi animæ humanæ puncto temporis redit, quæ illam primitùs vt homo fieret, creseceret, viueret, animauit.*
Carnis *resurrectioni pertinacissimè à Philosophis contradicitur. Nam de animæ immortalitate multi etiam Philosophi Gentium multa disputauerunt, & immortalem esse animam hominis pluribus libris tractauerunt. Resurrectioni verò carnis apertissimè contradicunt: impossibile esse asserentes, vt caro ista terrena in cœlum possit ascendere.*
Omnes *luxui deuoti, ac qui persecutionem ferre nolunt, resurrectionem negant.*
Non *est ridiculè ac superstitiosè extra verbum Dei de modo & forma resurrectionis disputandum.*

De Gloria, seu Beatitudine æterna.

Loci quatuor.

- Gloria *æterna, seu beatitudo, est status bonorum omnium aggregatione perfectus, qui quidem fide non capitur, Spe non attingitur, charitate non apprehenditur, desideria & vota transgreditur, qui acquiri quidem potest, æstimari non potest: facilius enim possumus dicere in illa vita æterna quid ibi non sit, quam quid ibi sit.*
- In *quibus rebus sita sit æterna gloria. Vide literam A.*
- Quibus *detur. Fidelibus, immaculatis, laborantibus, afflictis, vincentibus, Apocal. 21. b. 7.*
- Qui *excludantur vera beatitudine.* — Timidi, Increduli, Execrati, Homicidæ, Scortatores, Venefici, Idolatræ, Mendaces, — De *quibus Apocal. 21. b. 8.*

A. In

- *A.* In quibus rebus sita sit æterna gloria. In gloria
  - Dei æterna, Psal. 84. c. 12.
  - Nostra æterna, perfecta, & integra, q̃ in his duobus consistit: In
    - Exhibitione bonorum, quæ Deus promisit, vt sunt
      - Perfecta rerum omnium cognitio: dum enim ad illam lucem Patris luminum veniemus, nihil in creaturis erit, quod nescia mus. Erit & perfecta inuicem agnitio.
      - Clarificatio corporum nostrorum.
      - Iustitia æterna. Lætitia æterna.
      - Intuitus Dei assiduus.
      - Amor perpetuus Dei & proximi.
      - Perfectio rerum omnium. quicquid enim amabile aderit, nec desiderabitur quod non aderit.
      - Vera & æterna pax & quies: nihil enim erit aduersi.
      - Festiuitas æterna. Honor æternus.
      - Salus & vita æterna.
      - Veræ diuitiæ, quæ perire non possunt.
      - Viuere Deo, & de Deo.
      - Choris Angelorum interesse.
      - Societas ciuium supernorum.
      - Conuersari cum beatißmis hominibus.
      - Concordia omniũ: nulla enim ibi discordia, sed cuncta cõsona.
      - Potentia, Celebritas,
      - Immortalitas. Hæc per antithesin amplificanda erunt.
    - Remotione malorum, quæ in hac vita fuerunt, vt
      - Mors, Luctus,
      - Lassitudo, Infirmitas,
      - Fames, Sitis,
      - Æstus, Corruptio,
      - Indigentia, Mœstitia,
      - Seruitus, Vectigal, &c.

PRIMVS ORDO

De Homine in genere.

TABVLA I.

- Quid sit. Homo est animal prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilij, præclara quadam conditione generatum. Cicero lib. 1. de Legibus.
- Quotuplex. Alius enim
  - Vetus, seu externus homo: prior videlicet illa conuersatio, quam in religionem Christianã contulimus. Veterem hominem gerimus, dum ad exemplum Adæ viuimus.
  - Nouus, vel internus, regeneratus opera Spiritus Sancti, audiens verbum Dei, & omnia sua dirigens ad dicta præscribentis Spiritus. Hunc hominem induimus, dum ad similitudinẽ Christi reformamur. Hic restituit in nobis imaginem & similitudinem Dei, ad quam eramus conditi.

  In eodem verò homine hi duo homines inueniuntur. Externus, quatenus ducitur affectibus, et mortalis est. Internus, quatenus spiritualis est, & nouus factus. Si quid igitur agit homo, quod odit, & non probat, veteri vel externo homini tribuendum est. Quòd verò odit malum, nouo vel interno homini adscribendum.
- Loci septem.
  - An homo factura sit. Facturam esse Scriptura testatur: factus enim est in tempore, non fuit ante tempus. Hic discas, hominẽ ex
    - Seipso non constare: quicquid enim factum est, ex seipso non constat, & quicquid habet, ex seipso non habet. sed ex eo, à quo est factum: nec cùm fieret, efficere potuit, vt aliud fieret, vel deterius, vel melius, quàm quod est secundum factoris sui voluntatem factum. Imò ne ad hoc quidem aliquid contulit, vt hoc ipsum, quod est factum, fieret.
    - Deo constare, & Dei facturam esse. Vnde discas,
      - Hominẽ à Creatore suo toto pectore pendere debere in omnibus.
      - Quemque sua conditione contentum esse debere, ad quam est à Creatore suo conditus.
      - Proximi nostri conditionem, quamuis vilem & humilem, non esse damnandam, ne Creator in opere suo ignominia afficiatur.
  - Vnde sit homo factus. Est enim factus ex puluere. Hic ortus generis nostri monet nos, vt modestiam seruemus, ne dicatur nobis, Quid superbis terra & cinis, Eccles. 10. b. 13.
  - Quomodo factus. Formauit Deus hominem de puluere, & insprauit in nares eius spiraculum vitæ, infudit illi spiritum, vt viueret, homo iam animatus, qui antea puluis erat inanimis.
  - Qualis sit factus homo. Rectus, purus, bonus: id est, in originali iustitia, quæ complectitur cognitionem Dei, obedientiam, fidem, dilectionem & libertatem rectæ voluntatis. Oportuit autem purum creari hominem, eò quòd Deus non nisi bonum potest efficere, etsi homo prauus conditus esset, videretur Deus nullam habere potuisse satis iustam causam eius improbitatis puniendæ, cuius ipse creator & effector fuisset. Creatus quoque homo est ad imaginem Dei, vt instar Dei in terris esset, & omnia pedibus suis subiecta haberet.
  - Ad quid homo conditus sit. Vide literam *A*.


A. Ad quid homo cõditus sit. Vt

- Deum Patrem ac Filium eius agnoscat, Ioan.17.a.3. quod argumentis hisce probatur,
  - Quòd homo conditus est ad imaginem Dei. Hæc verò vera sapientia, sanctitas, integritas & iustitia est.
  - Quòd homo inermis & nudus conditus est. Omnem enim creaturam sensibilem Deus armatam & munitam creauit: alias veloci pedum cursu, alias uiguibus, alias pennis, alias cornibus: piscem squama: lana ouem indut[illegible] men[illegible]. Hominem autẽ ita dispoſuit, vt quæ cæteris data sunt, propria ſui ratione inueniat, & vt virtus illius sit ipse Deus, vt necessitate infirmitatis cuectus, semper necesse habeat Dominum suum requirere, ac cognoscere.
  - Quia erecto vultu conditus est, vt in supernis Deum quærat, & ad alta ſuſpenſum pectus attollat, vt eòdem ſpectaret, vnde illi & origo est. Rectè igitur Aristoteles in Epistola ad Alexandrum: Quàm contemta res homo, niſi ſupra humum ſe erexerit.
  - Quia compoſitus est ex ſupernis & infimis. E terra corpus, ex Deo anima, vt quæ ſurſum ſemper ſaperet.
  - Quia oculi tanquam ſpeculatores in altis corporum partibus collocati ſunt, vt cognitionem Dei ac rerum optimarum nobis adferrent.
  - Quia homo ritu naturæ capite gignitur, quod ſignificat hominẽ ad agnitionem Dei conditum eſſe, quæ in capite locum habet.
- Ad declarandam Dei iuſtitiam & miſericordiam, cùm alios gratis ſeruet per miſericordiam ſuam, alios iuſto iudicio ſuo condemnet.
- Deo obediat, quod probatur, quia
  - Mens agnoſcit nos ortos eſſe à Deo, & quidem cernit requiri obedientiam, & puniri inobedientiam.
  - Figura capitis ad rotunditatem efficta est. Rotunditas enim ſignificat hominem ad immortalitatem conditum eſſe, & vt illi ſine fine obediat.
  - Aures in altis corporum partibus collocatæ ſunt, vt verbum Dei audiamus, eiq; per omnia obediamus. Cætera membra inferna ſunt: his enim nobiſipſis & proximis ſeruimus.
- Gloriã Dei patefaciat, ac illuſtret, ſeu innoteſcat Deus p̃ homines, quod p̃batur
  - Per imaginem debet cerni & innoteſcere archetypus. Homo est imago Dei, ergo per illum innoteſcat Deus.
  - Notitia naturæ non est fruſtra inſita mentibus: ſed homini notitia Dei est inſita. Ergo homo propriè est conditus ad illam notitiam illuſtrandam, ac propagandam.
- Deo humiliter ſeruiat in ſanctitate & iuſtitia: peccatum verò vitet. Hæc autem ſunt, quæ à peccato nos auocant,
  - Materia hominis vilis: ex luto enim formatus homo.
  - Operatio turpis.
  - Exitus flebilis. Qui conſiderat qualis erit in morte, ſemper pauidus erit in mala operatione, atq; inde in oculis Conditoris ſui viuet. Vt enim introitus in vitam vnus est omniũ, ita idem exitus, nudus ſcilicet, miſerabilis, &c. Sapien.7.a.6.
  - Hominis ſtatus poſt mortem. Poſt hominem enim vermis: poſt vermem ſtupor, & horror: poſtea puluis, Eccleſ.10.c.13.
  - Status inſtabilis.
  - Vitæ conditio ac breuitas.
  - Mortis effectus: quò videlicet nos ducat. Eò enim ducit hominem vbi ſit aternus futurus.
  - Perpetua damnatio impiorum.
  - Gloria ineffabilis iuſtorum.
- Dum in hac vita vivit, proximo ſeruiat, ac quilibet pro ſua vocatione ſocietatem humanam tueatur, propter Deum, vt ſocietati humanæ præponamus notitiam Dei & iuſtitiam, vt in vtroque Deus agnoſcatur.
- Sit Templum Dei, 1.Cor.3.c.16. de quo lege de duplici Templo Dei.

De Ho-


De Hominis diuisione.

TABVLA II.



De Partitione Hominis.

TABVLA III.




*** Cæterùm *Transitiua iustitia dicitur hîc, secundùm id, quod diuersa dispensatione, ac distributione vnū idemq; huic tàm dignè adimitur, quàm illi indignè negatur: cui contrario se, omninoque opposito habet modo notitia veritatis per sapientiam: quæ nimirum si sit vera, essentialis semper immobilisq;, ac immutabilis erit fruitio. Caro etiam & corpus sic dicuntur, cùm, vel sine respectu, quemadmodum anima & Spiritus, dum proprissima examinatur locutio. Sicuti namque corpus absolutè, & caro cum respectu ad Spiritum dicitur: sic anima non nisi ad carnem, Spiritus autem absolutè dicitur. Inde & lapides, & ligna, & ossa æquè possunt dici corpora, imò & aër, & aqua, sed non caro: prout & absolutas substantias non animas, sed Spiritus propriè appellamus. Vel, corpus ipsum esse elementale, tàm simplex, quàm compositum æquè dicitur, siue & ipsum vegetatiuum, sensitiuumq; intelligas: caro autem duntaxat illud elementale, quod est compositum, & actu sensitiuum.*

SECVNDVS ORDO
De Homine.

De his videlicet, quæ hominis sunt: ac primùm quidem de Imagine Dei.

TABVLA I.



A. Destru-

Vt Deus vera obedientia coleretur, Lege aliqua opus erat, in qua se Sancti homines exercerent, libera voluntate, ac inditam imaginem, sapientiam & iustitiam conseruarent, quod sine Lege aliqua fieri non potuit. Non enim opus habebant hoc mandato: Diliges Dominum Deum tuum ex corde toto. Quod enim hæc Lex præcipit, hoc ipsi naturâ faciebant, in sanctitate conditi: verùm illa naturæ integritas & iustitia, nondum erat Legis obedientia ex libera voluntate profecta, quæ sola in hominibus Deo grata est. Neq; enim est obedientia abstinere à facto, cuius committendi nulla est potestas, neque voluptas. Sed hic gratus Deo cultus est, & accepta obedientia, obtemperare Legi Dei, ad quam violandam & natura & occasio inuitant, trahuntq;. Vt igitur ex voluntate promanaret deliberata & spontanea obedientia, tulit Deus Legem Sanctis hominibus, de interdictis fructibus, quæ seruatu facilis erat, & violatu haud difficilis: relinquens hominem in manu consilij, & libertate arbitrij sui, in qua obedire Deo, & transgredi Legem Dei potuit, si rectè vti, aut abuti libertate sua vellet.

Destructione imaginis, & corruptione naturæ. His vide,

Hominem deceptum à Serpente, libera sua voluntate abusum esse, & cùm obedire Deo posset, seruando Legem, volens se auertit à Deo, & audiens Diabolo comedit, fructus vetitos, quos natura appetebat, occasio inuitabat, Lex autem vetabat attingere.

Quòd homo peccans in Legem Dei, in horrendam iram inciderit, in miseras mentis tenebras, in iniustitiam & mortem æternam, quam Lex comminata erat. Peccati enim veneno infectus, non potuit retinere imaginem Dei impressam sapientiæ, iustitiæ & vitæ. Ex sapientibus igitur cæci, stulti & mendaces facti sunt, qui neq; Deum, neq; voluntatem eius nosse potuerunt ex iustis impij, maledicti & homicidæ, qui neq; Deum, neq; proximum diligunt: sed oderunt, & persequuntur. Denique ex immortalibus filijs Dei, facti mortales filij Diaboli, & inferni, indigni amplius, qui Paradisum voluptatis inhabitarent. Quare exacerbatus iusta ira Deus, expulit eos ex Paradiso, & vniuersæ terræ maledixit, doloribus acerbis & laboribus duris eos subiecit, Diabolo perpetuas inimicitias indixit, ac peccatum in ligno commissum, in ligno crucis rursus expiare, ac delere promisit, in semine mulieris, & transgressione tanta dignam mortem, indignissima & immerita morte Filij sui destruere iuarauit, ne penitùs interiret totum genus humanum.

A.

Reparatam esse hominibus promissam salutem semine mulieris, redempta vita æternâ per victorem nostrum IESVM Christum.

Renouatione corruptæ imaginis.

Nemini hanc renouationem contingere, nisi regeneratis in hac vita per Euangelium, qui illustrati vera Dei agnitione, amplectuntur gratiam & iustitiam in Christo oblatam, & in nouitate vitæ ambulant.

Ad regenerationem necessariam esse veram agnitionem Dei: at non satis esse scire & credere vnum esse Deum, & tres personas in vna & indiuidua essentia, ac Filium assumsisse carnem ex matre Virgine, mortuum, resuscitatum, nisi etiam voluntatem eius præcipuâ scias, qualis velit agnosci, & qualiter coli, credasq; firmiter tibi natum esse Christum, tibi mortuum, tibi esse victorem mortis & Serpentis, &c.

Signis verè renouatorum, & operibus filiorũ Dei.

Non blasphemare Verbum.
Non habere Deos alienos.
Non confidere sua iustitia.
Non abuti nomine Dei.
Non spernere Verbum & Sacramenta.
Non odisse, non lædere proximum.
Non contaminare famam proximi honestam.
Non persequi proximum.
Sponte affici calamitate ac dolore proximi.
Diligere.
Obedire parentibus.
Non rapere aliena.
Non defraudare malo consilio.
Non excruciare afflictum & pauperem, &c.

TABVLA II.

IMAGO Dei, vel in,

- Sese, *qua Deus agnoscitur ex*
  - Creaturis.
  - Rerum *creatarum* administratione.
  - Verbo.

  } Ex his enim immensa Dei sapientia, iustitia, bonitas, immortalitas, misericordia, &c. cognosci possunt.
- Christo: *Christus enim est coëterna imago substantiæ Patris, eiusdem essentiæ cum Patre, Coloss. 1. c. 15. Hebr. 1. a. 3. Vt qui videat, & agnoscat Filium, agnoscat & Patrem, Ioan. 14.*
- Homine, *vbi obseruabis,*
  - Hominem *creatum esse ad imaginem Dei. Vbi discas:*
    - Quid *sit imago Dei in homine. Est enim impressa illa Dei notitia, sapientia rerum diuinarum & humanarum, iustitia, bonitas, potentia, immortalitas, &c.*
    - Quomodo *impressa.*
      - Digito, *id est, potentia Dei.*
      - Mutabiliter: *Vt si homo Satanam oppugnando vinceret, maiori laude dignus haberetur.*
    - In *qua parte hominis. In spiritu, Ephes. 4. d. 23. Sicut & Deus Spiritus est.*
    - Cur. *Vt per imaginẽ, quæ erat in homine, innotesceret archetypus.*
  - Hanc *Dei imaginem abstructam & amissam esse. Hic disce:*
    - Per *quem destructa. Per Diabolum, qui homini tantam dignitatem inuidebat.*
    - Quo *medio. Figura, seu imagine serpentis, 2. Cor. 11. a. 3. Gen. 3. c. 13.*
    - Quomodo *destructa. Oratione Diaboli subdola & astuta, qua dignitatem homini pollicebatur. Homo igitur diabolica oratione seductus, mandatum Dei negligens, & consilijs Satanæ acquiescens, spiritum, in quo imago Dei lucebat, in sese destruxit, atque ita imaginẽ illam amisit: qua amissa, totus caro factus est, vt non nisi quæ carnis sunt, saperet, non quæ Spiritus Dei.*
    - Cur *destructa per Satanam. Vt homo iam non Dei, sed Diaboli ferat imaginem.*
    - Vbi *destructa. In Paradyso: Vnde discas, felicitatis diabolicam inuidiam comitem esse.*
    - Quando. *Non multò post creationem.*
  - Hanc *Dei imaginem restitutam esse. Hic discas:*
    - Per *quem. Per Christum verum Deum & hominem.*
    - Quo *medio. Forma seu imagine serui ignominiosa.*
    - Quomodo. *Dum caro factus est, vt nos spiritus fieremus in Domino: dum passus, ac cruci subiectus est, vt nos Spiritu vincerem: dum misit Spiritum, vt Spiritus in nobis repararetur, atque ita imago etiam Dei restitueretur.*
    - Vbi *restituta. In Paradyso, quod ad promissionem de Christo, & effectum eius passionis attinet.*
    - Quando. *In ipsa plenitudine temporis. Galat. 4. v. 4. quod ad Prophetarum vaticinia, ac ipsam Christi passionem attinet.*
    - Cur *restituta. Vt homo Deum agnosceret, Coloss. 3. c. 10. in sanctitate & iustitia coram Deo viueret, Ephes. 4. d. 24.*
  - Signa *renouationis, seu restitutionis imaginis esse, vitam sanctam, piam, ac Christiano homine dignam, spontaneam obedientiam, &c.*

De origine Gentium, ex Carione & Melanchthone.

NOE erepti ex diluuio, anno mũdi 1656. & restauratoris vniuersę gẽtis, hi fuerũt filij,

- Sem, *qui occupauit loca vicina Euphrati versus Orientem. Huius filij fuerunt,*
  - Elam, *(id est, Adolescens: vnde etiam Alma, id est, Virgo,) Esaiæ 7. c. 14. ab hoc sunt Persæ, quorum Rex fuit Cyrus.*
  - Assur, *(Beatus) inde Assyrij: & expresse dicitur in textu Biblico, ab Assur conditam Nineuen, id est, Nini domum: significat autem Ninus fluuium.*
  - Arphaxad, *(Sanans vastitatem) à quo Chaldæi, & ab eius filij Selah filio, videlicet Eber, dicti sunt Ebrei, id est, Peregrinatores: ex qua stirpe Abraham ortus est: vnde constat, Christum à Sem ducere stirpem. Porrò filij Eber sunt Peleg & Loctan, & inter filios Loctan fuit etiam Heuila, à quo India, alias Heuila dicitur.*
  - Lud, *(id est, Natus.)*
  - Aram, *(id est, Sublimis) hinc Syrij Aramæi, quorum metropolis Damascus, vt dicitur Esaiæ 7. a. 8. Caput Aram Damascus. (in Hebræo Dammesech) Porrò inter filios Sem, in 1. lib. cap. 1. c. 17. Paralip. nominatur & Gether, à quo Getas esse consentaneum est, qui postea Gotti sunt dicti, & longè progressi, tenuerũt eam regionem, quæ Valachia dicitur, & Suecia, cum vicinis regionibus: vnde hæsit nomen Gottia.*
- Cham, *& seq. Vide literam A. & B.*

Cham, *qui occupauit loca vicina Iordanis, et Nilo Meridiē versus. Huius filij*

- Chus, *à quo est stirps Æthiopū, in vltima ora Africæ, vbi Nili fontes sunt. Huius filij,*
  - Saba, *à quo Sabæi, quorum metropolis olim Saba, nunc Meroè dicitur, teste Calepino.*
  - Hauila.
  - Nimrod, *(id est, Auarus dominator) qui in Babylone primus ita dominatus est, vt vicinos vi coegerit in vnā imperij formam, puriens transgressores: vnde Robustus venator dicitur, & quidem coram Domino: videlicet Deo, dante ei robur.*
- Mizraim *(Rebellis) qui occupans eam regionē, quæ nunc Ægyptus dicitur, genuit filios,*
  - Ludim, *à quo Lydij, in littore minoris Asiæ, quo breuis nauigatio ex Ægypto est. Hi postea in Italia sedem quæsiuerunt.*
  - Lehabim, *vnde Lybies, ab æstu. Lab enim flammam significat.*
  - Anamim *(Fons aquarum) vnde nomen est Cyrene, quod significat Vrbem fontis, à quo non procul fuit etiam templum Ammonis, forsan à nomine Cham, cuius nepos fuerat Anamim, sic dictus. Ibi fuit & fons Solis mirus.*
- Put, *vnde sunt populi in Occidua parte Africæ circa Mauritaniam. Inde manet ibidem vetus appellatio fluminis Phut. Significat autem Phut cardinem: nam Mauritania est finis terræ, Oceano proxima in Occidente.*
- Chenaan, *id est, Mercator. Huius filij,*
  - Sidon, *(Venator) à quo Sidon vrbs notißima, ex qua postea deducti coloni ob dissensionem, condiderunt in vicinia Tyrum in Phenicia, quæ nomen à Phenice filio, sicut Cilicia ab Agenoris filijs adepta est. Vide lib. 3. Metamorph. lege & Homil. 116. Lauatheri super Ezechielem.*
  - Heth, *qui condidit Hebron, vbi Abraham aliquandiu habitauit, & locum sepulturæ coēmit, vbi & ipsemet tandem sepultus est.*
  - Iebuseus, *qui possedit Gabaa & Hierusalem, quæ gens postea cum multis alijs propter idola & alia peccata Israëlitis, à Sem ortis, cessit.*
  - Emori, Girgasi, Hiui, Arci, *&c. de quibus cap. 10. Genesis.*

Iaphet, *(Dilatatio) qui occupauit minorē Asiam, versus Occidentē, vnde multæ gentes in Europa etiam propagatæ sunt. Huius filij,*

- Gomer, *&c. Vide literam B.*
- Magog, *(id est, de Gog, quod significat Tectum) vnde Scythicam, id est, Turcicam esse gentem consentaneum est, quam late postremis temporibus Ecclesiam Dei vastaturam ait Ezechiel, idipsum & Apocalypsi Ioannis testante.*
- Madai, *(Modus, seu Mensura) ab hoc Medi orti sunt, qui versus Orientem progressi, in gentem claram, vt Daniel & Herodotus testantur, euaserunt.*
- Iauan, vel Iaon, *(Defraudator) à quo certissimum est, Gentem Ionicam Græcorum ortam esse. Nec dubium, quin hic vocatus sit à Latinis Ianus, Pater Latinæ & Græcæ gentis: quamlibet non sit obscurum, multos Ianum capere pro ipso Noah Patriarcha, &c. sunt autem filij Iauan,*
  - Elisa, *à quo Æoles in minori Asia.*
  - Tharsis, *à quo condita est Tharsis metropolis Cilicum.*
  - Cethim, *(id est, Percussores.) Ab hoc Macedones ortos esse ex libris Machabeorum notum est. Et vetustas non dixit Macedo, sed Maxites, quasi dicas à Cethim.*
  - Dodanim, *(Cognati miseri) ab hoc sunt Dodonei in Epyro. Fuerunt autem Dodonei etiam in Rhodo coloni Dorienſium.*
- Thubal, *(Germen) à quo Hispanos & Iberos esse Iosephus testatur. Fuerunt autē Iberi & Chalybes inter Pontum Euxinum, & Caspium mare, metallicis venis clarißimi, qui tandem in Hispaniam metallorum forsan quærendorum causa nauigārunt. Porrò nomen Chalybes factum est ex alio vetustiore Alybes, quod congruit cum Iobel, significante res natas in terra.*
- Mosoch, *(Extendens) forsan ab arcu extendendo, vel inhabitando, congruit cum appellatione adhuc manente Moscouiæ, quæ quidem gens à littore Euxini ad fluuium Thermodoontem, inde versus Septentrionem, versa progressaque est. Cùm autem Psalmus inquit: Hei mihi, quod exulo in Mesech. significat gentis eius feritatem insignem.*
- Thiras, *(Destructor) à cuius nomine, cùm sit fluuius in Russia Tiras, quē hodie nominant Mistrum, consentaneum est & fluuium & gentem ab hoc filio Iaphet nominari.*

Aſcanes, à quo Tuiſcones, exigua literarum mutatione, poſtea Teutones dicti. Vnde autem Teutonicæ genti tandem nomen ſit inditum Germani, (qui idem etiam Alemanni, ab eo quòd prope Lemannum lacum habitarent: ſicut & herba Amella, eò quòd ad Mellam fluuium Galliæ reperiatur, 4. Georg. dicti ſunt) mirũ eſt. Nam ineptè fictum arbitror à Romanis dictos Germanos, quòd ſint fratres Gallorum. Galli autem dicuntur, teſte Mantuano, à candore corporis, lac referente, quod γάλα dicitur: ait enim,

Ignea mens Gallis, & lactea corpora, nomen
A candore datum, &c.

Aut à Vuallen, quod Teutonicè ſignificat peregrinari: quoniã plurimos ex Teutonica gente trans Rhenum in locis fertilioribus conſedisſe oſtendunt nomina Tungri, Senones, & alia. Verùm cum apud Herodotum Gentes quædam vicinæ Perſis dicantur Γερμάνοι, Δάοι, Σάκαι: inde forſan à Caſpio mari paulatim gens ea progreſſa, fugiens nimirum, vel idola gentium. Nam multos in Oriente doctrinam de Deo, & alias honeſtas leges à decẽ Tribubus didiciſſe conſentaneum eſt. Quæ dei fuerant diſperſæ, vt etiam alias gentes docerent paſſim. Sicut Herodotus ſcribit in Colchica fuiſſe ritum Circumciſionis. Sed nomen Germaniæ congruit etiam cum Catamania, aut etymologia patet eſſe Gerimani, id eſt, aduenæ miſeri. Porrò nomen Dai ſignificat Scientem. Sacæ à Sagan Sacerdotem, ſeu Vatem, vnde Latinis eſt Saga & præſagium, & Germanis Segen, id eſt, Benedictio: etymologia autem vocis Aſcanes, videtur eſſe ab Eſch, id eſt, ignis, & Coben, id eſt, Sacerdos, quod vetuſtiſſima fuerit ſuperſtitio apud ignem ex ſacrificijs ſeruatum dicere precationes. Fuit autem Aſcania ſupra Phrygiam in Bithynia, verſus Cimmerium Boſphorum, vnde populi in diuerſas ſedes, vt & Cimbri, Caucones, Caici & Heneti tandem migrârunt.

B.

Gomer, (Finiẽs) ab hoc orti ſunt Cimmerij, poſtea Cimbri dicti, qui à Boſphoro Cimmerio circa Meotidem paludem progreßi, tandem apud Cimbricam Cherſoneſum latè regnârunt: inde & Sicambri dicti ſunt. Huius filij,

Riphat, inde Riphæi, id eſt, Gigantes, à quorum nomine & montes ſic dicuntur. Teſtatur autem Ioſephus à Riphat etiam Paphlagones ortos eſſe, quorum appellatio ab Henetorum nomine poſterior eſt: nam in eo loco, quem Paphlagones tenuerunt, fuiſſe Henetos ex Homero & carmine Argonautico apparet. Ait enim Apollonius,

Παφλαγόνων τοῖσιν δ' Ενετῶνες ἐμαχέσθην.

Tenent autem adhuc Heneti eas regiones, quæ nominantur Ruſſia, Lituania, Polonia, qui ferè omnes lingua Polonica vtuntur, etiamſi dialectis differant. Sed & Veneti ad ſinum Adriaticum ex eorum ſunt reliquiæ, quoquomodo tandem eò, ſiue per Antenorem, ſiue ſua ſponte ſenſim in terram mitiorem fuerint progreſſæ. Cùm igitur hæc gens latè ſit effuſa, & inter Viſtulam & Albim, item Boëmia (in qua antea fuerunt Hermunduri & Boij) & in littore Baltico loca compleuerint: non mirũ ſi adhuc manet in Prußia nomen ſinus Venedici. Conſtat igitur à Riphat eſſe Riphæos, qui ſunt Sarmatæ & Heneti. Significat autem Heneti Vagabundum. Porrò Sarmata rectius Surromata dicitur, id eſt, Dux altitudinis. Inde exiſtimo eſſe nomen Soræ, quæ appellatio adhuc eſt magnæ regionis in Illyrico Seruia.

De Lapſu.

In hominis lapſu hæc conſiderâda.

Quis fuerit primi hominis lapſus. Eſt enim tranſgreſſio mandati diuini, quæ hoc minus habet excuſationis, quo mandatum Dei plus habet facilitatis & indulgentiæ. Quis enim non videt, omnium fuiſſe facillimum, in tanta Paradyſi fructuum copia, ab vnius arboris abſtinere contactu?

Quis modus trãſgreßionis fuerit, qui peccatum inobedientiæ aggrauat.

- Fatetur mulier licere ipſis, vt de quauis arbore veſcantur, vna demta.
- Præceptum Dei nouit, & recitat.
- Comminationem Dei non ignorat, nec diſſimulat. At vocula Fortè animum praedit, de diuinæ comminationis certitudine nonnihil dubitantem.
- Quòd nulla hîc fames, nulla neceſſitas veſcendi erat, ſed guſtus, delectatio, & oculorum illecebræ, animum inconſtantem in obedientia Dei, ad præcepti tranſgreſſionem impulerunt.
- Quòd poſt commiſſum peccatum nec delictum agnouit mulier, nec doluit, imò Adæ viro ſuo vetitum fructum exhibuit, & peccatum auxit.
- Et ipſe Adam, cui maior competebat cautio, verbis vxoris inductus, & mandati diuini oblitus, accepit, & comedit.

Quid damni intulerit hoc peccatũ Adæ, ſeu quæ vis ſit, et operatio peccati primorũ noſtrorum parentum.

- Innocentiæ bonum amiſſum & violatum, & pudor illatus propter peccatũ, quod fecit, vt turpe videretur, quod antea nihil turpitudinis habuerat.
- Synceræ conſcientiæ bonum amiſſum, & timor à facie Dei inflictus.
- Integritas animæ corrupta, & hypocriſis inducta, quam confeſtim Adam ipſe declarauit, cùm diceret: Audiui vocem tuam, & timui. Non dicit, Mandatũ tuum tranſgreſſus ſum. Deinde culpam à ſe in vxorem transfert. Sic & Eua culpam in Serpentem transfert.
- Libertas recti & ordinati arbitrij amiſſa. Erat enim, antequã peccaſſet, homo libero arbitrio, nulli violentiæ aut peccati, aut Satanæ obnoxius. Poterat alienus manere à contagione peccati, & animi ſui rectitudinẽ conſeruare, & inſtitiam. Nunc verò factus eſt ſeruus peccati, ſubiectus omnis generis prauis cupiditatibus.
- Tranquillitas vitæ amiſſa, & moleſtia omnis generis introducta.

Quæ ſit pœna peccati Adæ, & ſeq. Vide literam A.

Quæ sit pœna peccati Adæ.
- Maledictio *telluris in opere hominis.*
- Dignitas *hominis, qua supra cuncta, quæ in terra & mari sunt, exaltatus fuerat, amissa est.*
- Corruptio *& mors inflicta: antea enim patebat aditus ad lignum vitæ, & erat corpus Adæ, nec morbis, nec corruptioni, nec morti subiectum: sed postea aditus ligni vitæ sic est occlusus, vt nec esse fuerit transgressorem morti succumbere.*
- Natura *primorum Parentum sic infecta est, vt velut ex infecta radice in omnes illorum posteros mala ista transmissa, ac propagata sint.*
- Adam *vnà cum progenie sua non priori tantùm morti, sed & posteriori obnoxius factus est. Hus morum enim corruptio & alia infinita incommoda ex Adami & Euæ peccato, quasi gentilitio & hæreditario quodam iure promanantia, vniuersum genus hominum priori morti obnoxium reddidit. Interior verò corruptio totius hominis, quam peccatum originis vocant, hominem ab ipso conceptionis momento, reum fecit iræ Dei: ac proinde posterioris mortis, quæ est æterna.*

Cui *imputari debeat lapsus. Etsi enim in culpa illius communicent, & Satan, & Eua, & Adam: rectè tamen quod propagationem peccati & mortis attinet, nec Serpenti, nec mulieri, sed Adæ imputatur. Ad virum enim, non ad mulierem pertinet posteritatis successio & propagatio.*

A. Præsciuisse *Deum lapsurum hominem, ac præscientiam Dei non fuisse sine certo eius consilio. Potuisset enim lapsum hominis impedire: potuit Satanæ conatus reprimere, ne hominem tentaret: at impedire noluit, nec sine causa noluit. Causam verò bonam fuisse, quis est qui neget? Illud verò bonum, non fortuitum, aut casu quodam ex rerum circumstantijs euenturum erat, sed certo Dei consilio prædestinatum, ac constitutum antea, ac quæsitum.*

Quo cõsilio Deus homines labi permiserit.
- Quia *noluit Deus hominis felicitatem in primam illam conditionem, sed in illius reparationem in Christo prædestinatam collocare.*
- Ne *quis putaret scientia (vnde & prohibebat, ne de arbore scientiæ boni & mali vesceretur) vel propriæ iustitiæ dignitate & meritis, sed sola liberæ electionis Dei gratia interuentu Filij, alios qui periturus, se redimi, ac seruari: huic electionis gratiæ Dei illustrandæ, seruiuit vniuersalis iste humani generis lapsus.*
- Quia *miseria illa, corruptio & perditio, quæ lapsum hunc consecuta, totum genus humanum occupat, diuinæ prouidentiæ potentiam & virtutem multò reddit illustriorem, dum per Christum felicius reparamur post lapsum, quàm conditi eramus, antequàm prolapsi sumus, sicut in die resurrectionis multò præclariùs virtus potentiæ Dei declarabitur, quàm si in hac vita corruptionis & mortis expertes, perpetuò viueremus.*
- Vt *Dei gloria demonstraretur, partim infinitæ bonitatis in eos, quorum salute ab æterno decreuit gloriam suam illustrare, partim summæ suæ potentiæ, iustitiæ, & iræ in iusta condemnatione vasorum, quæ sunt ad interitum comparata. Si enim (inquit Augustinus) omnes liberarentur, fore, vt absconditum esset, quod peccato debetur, propter iustitiam: sin autem nemo liberaretur, fore, vt non appareret, quod per gratiam donatur.*

De Concupiscentia.

Quid *sit. Tàm malarum, quàm bonarum rerum appetitus, à Concupisco veniens, quod est opto & desidero.*

Loci duo.

Naturalis, *quæ est in homine animali. Hic disce:*
- An *sit peccatum. Hæc peccatum non est: nam necessariorum est, vt si esuriens cibum, sitiens potum, ægrotus sanitatem, fatigatus quietem, captiuus libertatem, moriens vitam, &c. concupiscat. Talis est naturalis illa viri ad mulierem concupiscentia, quæ in se peccatum non est, dummodo sint in matrimonio & ordine Dei & pij. Qui suam concupiscit, vt illam tangendo, non fit adulter: ita neque concupiscendo adulterium committit. Non enim prohibetur simpliciter concupiscentia mulieris, quæ ad coniugij conditionem & humani generis conseruationem necessaria est: sed inordinata illa, qua quod vetitum est, magis quàm quod licitum est, appetitur.*
- Vnde *sit indita. A Deo scilicet, ac propterea necessaria, & inculpabilis in se, nisi aliunde aliquid vitij accesserit. Iam verò cum ob naturæ prauitatẽ omnes facultates vitiatæ sint, & corruptæ, vt in omnibus actionibus emineat perpetua quædam ἀκρασία & intemperies, quia ab huiusmodi incontinentia seiungi non possunt appetitiones: ideò vitiosas esse contendimus, non quatenus sunt naturales, sed quia inordinatæ: inordinatas autem esse, quia ex natura corrupta & polluta nihil puri & synceri prodire potest.*

Quotuplex: videlicet
- Carnalis, *& voluptuaria, &c. Vide literam A.*
- Spiritualis, *quæ in nouo homine est bona ac sancta. Nam & nouus homo concupiscit, sed bona ac sancta, cuius concupiscentiam Paulus Galat. 5. c. 17. spiritui tribuit, dicens: Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem.*

Quid *interfit inter concupiscentiam, &* seq. *Vide literam B.*

A. Carnalis, & voluptuaria, quæ est in carne corrupta. Vbi discе:

- An sit peccatum. Peccatum est, quia est rerum non necessariarum, aliquando & illicitarum. Ambrosius concupiscentiam hanc Iniquitatem vocat: quia iniquum est, vt caro concupiscat aduersus spiritum. Augustinus etiam lib. 5. contra Iulianū, Peccatum vocat, dicens: Sicut cæcitas cordis & peccatum est, quo in Deum non creditur, & pœna peccati, qua cor superbum digna animaduersione punitur, & causa peccati, dum aliquid cæci cordis errore committitur: ita concupiscentia carnis, aduersus quam bonus concupiscit spiritus, & peccatum est, quia illi inest inobedientia contra dominatum mentis. Et pœna peccati, quia reddita est meritis inobedientis. Et causa peccati, defectione consentientis, vel contagione nascentis. Vocat hic Augustinus sine ambiguitate, Peccatum.
- Quid sit. Qua videlicet secundùm carnis nostræ corruptionem, quicquid ad delitias, voluptates, luxum, superbiam, & inanem gloriam spectat, rebus necessarijs & sufficientibus non contenti concupiscimus, siue illud in se sit licitum siue illicitum. Licitum, vt aurum & argentum: illicitum, vt aurum & argentum proximi, & vxor, & reliqua bona proximi.
- Quæ sint species concupiscentiæ voluptuariæ:
  - Zelus amoris. Tristitia de bono spirituali.
  - Abominatio odij. Præsumtio spei.
  - Audacia confidentiæ.
  - Cupiditas nimia bonorum proximi.
- Vnde sit. Ex instinctu videlicet Serpentis antiqui, quasi venenum quoddam, non modò nexium, sed & mortiferum, carni nostræ insertum.

- Quid interfit inter concupiscentiā carnis, & opus ipsū peccati, seu adulteriū. Opus peccati grauius est, q̄ sola tantū concupiscētia. Quod probatur, quia
  - Non concupiscentia solùm cordis, sed & opus peccati, seu adulterium speciali mandato est prohibitum, vt necesse sit grauius peccare illum, qui opere quoque vxorem proximi stuprat, quàm qui illam duntaxat concupiscit.
  - Corpora nostra templa sunt Spiritus Sancti, & membra Christi, 1. Cor. 6. c. 15. 19. quæ quidem polluere non debemus. At nullo alio peccato ita polluuntur corpora nostra, ac peccato scortationis. Omne peccatum, inquit Paulus 1. Cor. 6. d. 18. extra corpus est: sed qui scortatur, in proprium corpus peccat.
  - Peccatum adulterij operè non potest aliter adimpleri, quàm cum eius perditione, cum qua committitur: id non fit sola concupiscentia.
  - Adulterium à Christianis commissum, causam dat blasphemandi nominis Dei.
- Quæ sint externa obiecta, quibus mala concupiscentia excitatur.
  - Auditus, Tactus.
  - Visus, q̄ omnium sensuū velocissimus ac pestilētissimus est, vt Eccle. 31. c. 15. dicitur: Quis nequius oculo? Per hūc obiecta species cordi penitus insculpitur, & concupiscētiæ libidini amplectenda traditur: id quod multa exempla docent, vt filiorū potentū, Gen. 6. a. 2. Dinæ filiæ Iacob, quæ egrediens videtur, concupiscitur, rapitur, & opprimitur, Gen. 34. a. 2. Vxoris Putipharis, quæ iectis in Ioseph oculis, concupiscentia erga illum accenditur, Gen. 39. a. 7. Dauidis, qui visa Bersabe, eam concupiscit, 2. Reg. 11. a. 2. & cæterorum.
  - Nutus lasciui, Impudici gestus, Affatus lasciui.
- Quæ vitia ex mala cōcupiscētia oriātur.
  - Mendacia, Fraudes, Doli, Periuria, Furta,
  - Latrocinia, Vsura, Scortationes, Adulteria, Luxus,
  - Fastus, Commessationes, Ebrietates, Murmur in Deum.
  - Querelæ, Impatientia, Blasphemia, Tentatio Dei, &c.

B. Apud quos potissimùm concupiscentia carnis locum habeat. Apudeos præcipuè, qui fastigia rerum obtinent. Nec Dauid nec Salomon euaserunt illibati. Et ante diluuium filij Potentum hoc vitio laborasse leguntur, Gen. 6. a. 2.

Vbi cœperit concupiscentia. Naturalis & spiritualis concupiscentia cœpit ante peccatum: carnalis verò post lapsum, statim vel in ipso lapsu.

Quando desinet concupiscendi ratio. Naturalis & carnalis post mortem. Concupiscentia enim carnis nunquam planè in hominibus interit, & extinguitur, sed nouos assiduè fructus parit: opera scilicet carnis, non secus atque incensa fornax flammam & scintillas perpetuò efflat, aut scaturigo aquam sine fine egerit, donec per mortem è corpore mortis liberati semetipsos prorsus exuerint. Baptismus quidem promittit nobis submersum esse nostrum Pharaonem, & peccati mortificationem: non tamen ita vt amplius non sit, aut nobis negotium non facessat, sed tantùm, ne superet. Nam quandiu in hoc carcere corporis nostri clausi tenemur, habitabunt in nobis reliquiæ peccati: sed si promissionem in Baptismo à Deo nobis datam fide tenemus, non dominabuntur, nec regnabunt. Vnde Augustinus lib. 2. contra Iulianum: Lex ista peccati & remissa est, regeneratione spirituali, & manet in carne mortali: remissa scilicet, quia reatus solutus est in Sacramento, quo regenerantur fideles. Manet autem, quia operatur desideria, contra quæ dimicant fideles. Item, Lex peccati remittitur in Baptismate, non finitur. Et in Ioan. Homil. 41. Si carne seruis lege peccati, fac quod ait ipse Apostolus: Non regnet peccatum in mortali corpore vestro, vt obediatis illi per cupiditatem eius. Rom. 6. c. 12. Non ait, Non sit: sed, Non regnet. Quandiu viuis, peccatum necesse est esse in membris tuis: saltem illi regnum auferatur, vt non fiat quod iubet. Spiritus verò concupiscentia tum demum desinet, quando perfectæ felicitatis plenitudinem in futura vita apprehenderimus. Ibi enim non erit ratio concupiscendi, vbi ad manum erunt omnia, quæ ad vitam & perfectam felicitatem requiri possunt. Id quod in præsenti vita nulli mortalium contingit.

- Concupiscentia carnis quantum malum.
  - Intimè in ipsis cordium affectibus locum habet.
  - Peccati ministra est. Cor excæcat.
  - Verbum Dei suffocat. Totum hominem ad peccatum sollicitat.
  - Cor affligit. Ne senio quidem extinguitur.

De Li-

De Libero arbitrio.

TABVLA I.

Ante *lapsum*, vt primorum Parentũ, qui duo libertatis genera habuerunt.

1. Quo voluntas sic est libera, vt queat liberè velle quodcunque velit, sic vt possit homo & bonum & malum libera voluntate appetere. Libera dico voluntate, vt excludam vtrasque coactionis & impeditionis remoras. Coactionis, qua vis infertur, vt coactus velis, quod bonum est. Impeditionis, qua violenter retraheris, ne quod malum est, appetas. Hæc gemina libertas non potest vlli mortalium dari, nisi primis nostris parentibus antequam peccassent. Illi sic erant conditi, vt possent velle bonum & reprobare malum, ac rursus reprobare bonum & eligere bonum.

2. Quo liberæ voluntati additur etiam facultas libera ad faciendum ea, quæ Deus præcepit, vt possit ea homo liberè & expeditè, vel perficere, vel omittere. Atque ita potentia & facultas ad faciendum liberæ voluntati correspondeat. Liberam facultatem voco, quæ nec ad id cogitur, quod alienum est à libera voluntate, nec ab eo violenter impeditur, quod libera voluntas appetit, vt qui hac præditus est, id quod vult, vel bonum, vel malum, liberè facere possit. Nec ista libertas facultati cuipiam competit, nisi primis nostris parentibus ante lapsum. Quod & de spiritibus sentiri potest, antequam prolaberentur.

LIBERVM arbitriũ consideratur dupliciter: Aliter enim

Libertatem post lapsum primi hominis amissam esse: per lapsum enim factus est peccati seruus, neque voluntatis tantùm, sed & facultatis est amissa libertas.

Esse libertatem in homine, verùm ad malum, quo Satanæ seruitur: non ad bonum, quo Deo seruitur. Quod enim à Deo bonum præcipitur, nec velle liberè nec præstare possumus.

Seruitutem Satanæ non extinguere libertatem voluntatis in malo, sed prouehere potius & confirmare. Mali enim seruiunt Satanæ in illis, quæ corruptæ carni admodum placent. Nemo autem inuitus id facit, cuius opere faciendo delectatur. Sic homo corrupto ingenio est, vt malum, quod seruiliter facit, haudquaquam coacta & repugnante, sed liberrima voluntate & cupidissimè faciat. Qui scortatur, sponte sua scortatur. Iudas Christum prodidit, non coacta, sed libera voluntate, licet ad id facinus à Diabolo instigaretur.

Post *lapsum*. Hic dissce:

In illis, qui nondum regenerati sunt, arbitrium esse & seruum & liberum, sed in malo, seruum peccati, & liberum, voluntate videlicet ad peccandum propensum.

Distinguendum inter hominem bonum & malum, corruptum & regeneratum, fidelem & infidelem. Absit enim vt fideles dicamus non esse ad bonum liberos, cùm Christus dicat: Si Filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Et Apostolus: Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere, & omnia possum in eo, qui me confortat, Philip. 4. c. 13.

Vt malum dicimus & seruum & liberum in malo, ita bonum, fidelem, renatum & seruum & liberum, sed alio respectu: seruum non iam peccati, sed iustitiæ, & voluntate ad rectè agendum liberum ac spontaneum. Bonis enim & regeneratis liberum arbitrium ad rectè faciendum per Spiritum suum restituit Dominus. Non sic regit eos Spiritu suo, vt inuiti & coacti, quod bonum est faciant, (esset enim hoc malorum nondum renatorũ) sed mentes illorum illuminat, vt veritatem cognoscant: cor immutat ac repurgat, vt cognitam veritatem ament: vires suppeditat, vt quod amant, etiam opere secundùm mensuram quisque acceptæ gratiæ adimpleant.

TABVLA II.

CVM de Libero arbitrio quæritur, distinguendum est: Arbitrium aliud enim est hominis

Ante *lapsum*: fuit enim in hoc optimus consensus voluntatis obtemperantis iudicio rationis, in quo obedire Deo poterat, si rectè vti sua libertate vellet: vnde Eccles. 15. c. 14. Ipse hominem creauit ab initio, & permisit eum arbitrio consilij sui. Et Augustinus de Spiritu & litera, capite 30. Magnas homo liberi arbitrij vires, cùm conderetur, accepit, sed peccando amisit.

Post *lapsum*, &c. Vide literam *A*.

A. Post lapsum. Vel

Animalis nõdum regenerati: huius autem vel ad

Bonũ & hoc vel in rebus

Externis. *Cùm autem in natura hominis reliquum sit iudicium, & delectus quidam rerum, quæ sunt subiectæ rationi, reliquus est etiam delectus externorum operum ciuilium. Quare voluntas humana potest suis viribus sine renouatione aliquo modo externa legis opera facere: cæterum in hac infirmitate naturæ multa sunt huius libertatis impedimenta: Corruptio naturæ, Diabolus, moles ipsa negotiorum & periculorum in hac vitæ confusione.*

Spiritualibus. *Hîc non est liberum arbitrium: Lex enim non de externis tantùm moribus, sed de integra impletione concionatur. Mens autem in non renouatis plena est dubitationum de Deo. Corda sunt sine vero timore Dei, sine fide, & habent impetus ingentes contra Legem Dei. Huc pertinet illa Pauli sententia: Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Item Ambrosij in cap.7. ad Rom. Homo paterno subiugatus est delicto, vt potestate sua vti non possit circa obedientiam Legis. Item Augustinus de Natura & gratia, cap. 40. Si possibilitas naturalis per liberum arbitrium ad agnoscendum quomodo viuere debeat, & ad bene viuendum sufficit sibi: ergo Christus frustrà mortuus est. Hieronymus super cap.10. Hieremiæ: Erubescant noui Prædicatores, qui aiunt, vnumquemque suo arbitrio regi. Item lib. 2. contra Pelagium: Frustrà semper oramus, si in nostro arbitrio est, facere quod volumus. Augustinus contra Pelagium: Liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati grauitate perdidimus. Ad Rom.6.d.20. Cùm essetis serui peccati, liberi eratis iustitiæ.*

Malum. *Hîc planè arbitrium liberum est: voluntas enim perfectè vult, & facit quod malum est. Quod enim ex carne est natum, caro est, Genes.8.d.21. Cogitatio hominis prauа est. Hinc Augustinus: Meminerimus aliud esse, voluntatem in homine, aliud liberam boni & mali electionem. Sublata enim post lapsum primi hominis eligendi libertate, sola voluntas relicta est, quæ sub peccati tyrannide captiua vsq; adeò tenetur, vt non nisi ad malum feratur. Idem de Natura & gratia, cap.23. Vt quis in peccatum eat, sufficit ei liberum arbitrium, quo se vitiauit: vt autem redeat ad iustitiam, opus est ei Medico, quoniam sanus non est. Item de Spiritu & litera, cap.3. Liberum arbitrium nihil nisi ad peccandum valet, si autem veritatis via. Et in Psal.142. Noli putare, te aliquid operari, nisi in quantum malus es. Gregorius in Expositione morali Iob. lib.13. cap.9. Ad perpetuum malum ex libero arbitrio ducimur. Thomas de Aquino: Liberum arbitrium nisi moueatur, iuuetur à Deo, ad bonum nihil valet. Item Augustinus de Gratia, capite 13. ipsum nomen ridet: Liberum, inquit, arbitrium, liberum, sed non liberatum, liberum iustitiæ, seruum peccati. Male agere, non est posse, imò deficere. Arbitrium igitur, quo vtimur ad malè agendum, non arbitror dignum esse, vt liberum appellemus. Sequitur ergo hoc verbum liberum, neque hîc vllum habere locum: relinquitur autem solum verbum arbitrium, idque locum obtinet tantùm in malo patrando, non in bono.*

Spiritualis, seu regenerati. Vel in reb9

Externis. *Hîc fatendum est, etsi sit ingens imbecillitas, tamen aliqua est libertas voluntatis: cùm quidem iam à Spiritu sancto adiuuatur, & agere aliquid in externis lapsibus cauendis faciendis Legis operibus, potest.*

Spiritualibus. *Est & hîc aliqua libertas: Spiritus enim sanctus accendit motus spirituales, agnitionem Dei, timorem, fidem, dilectionem, &c. Ad omnia enim promtos alacresq; efficit Spiritus. Qui enim verè credit, vltrò vitat turpitudinem, & innocentiam amplectitur. Vnde Paulus: Vbi Spiritus Domini, ibi libertas. Et Christus: Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Et Augustinus ad Colos.2. Liberum arbitrium non nisi gratia Dei efficitur liberum. Item de Gratia, cap.8. Voluntas humana non libertate gratiam consequitur, sed gratia libertatem. Hîc tamen disce, multa accidere homini inextricabilia humano consilio, incidere & irrata quædam, seu lapsus: caro enim concupiscit aduersus Spiritum, & econtrà: & fit vt quandoque à carne quis separetur.*

TABVLA

TABVLA III.

An *vox Liberi arbitrij legatur vsquam in Scripturis. Non legitur quidem in sacris Literis: res tamen ipsa nec ficta videri debet, nec commentitia. Verùm tutius erat cauere eas voces, quæ absurdum aliquid sonant: præsertim vbi perniciosè erratur. Quotus enim quisq; est, qui dum assignari liberum arbitrium audit, non statim concipit, illum esse & mentis suæ & voluntatis dominum, qui flectere se in vtramuis partem ex seipso possit? Est autem & Græcorum vocabulum nimium arrogans, quo non tantùm voluntatis spontaneus motus ad aliquid, sed etiam virium libera facultas significatur. Vocabulum Græcum est αὐτεξούσιον, in hac quæstione vsitatum, quasi homo ex se haberet, non solùm eligendi facultatem, sed etiam præstandi vires, quemadmodum Pelagius somniauit.*

Quid *sit Liberum. Quod videlicet non alienam voluntatem sequatur, sed suam.*

Quid *sit arbitrium. In eo videtur esse situm, vt, prout placuerit, ea quæ à ratione decreta sunt, sequamur. Tum ergo voluntas est libera, cùm, prout libuerit, amplectitur ea, quæ à parte animi cognoscente approbantur.*

Quid *interest inter Liberum & Spontaneum. Liberum propriè opponitur seruo, spontaneum coactioni, seu violento. Ac sunt quidem plerique Theologi, qui liberum coactioni opponant: verùm illi liberum pro spontaneo accipiunt, vt Bernardus, Musculus, &c. qui dicunt arbitrium in non renatis esse, & seruum & liberum: sed in malo, licet diuerso respectu. Seruum peccati & liberum voluntate, videlicet ad peccandum propensa. Libera itaque voluntas est, quæ bonum & malum eligere habet in sua potestate, qua spoliatum hominem sacræ Literæ testantur. Serua, quæ propter corruptionem sub malarum cupiditatum imperio captiua tenetur, vt nihil aliud quàm malum eligere possit, etiamsi id sponte & libenter, non externo motu impulsa faciat. Coacta voluntas est, quæ non sponte sua, non interiore electionis motu inclinatur huc, vel illuc, sed externo motu violenter fertur. Talis voluntas nulla esse potest, cùm alterum alteri repugnet. Spontanea coactæ opponitur: vltrò enim se flectit, quocunque ducitur, non autem trahitur, aut rapitur inuita. Hanc concedimus homini, vt si quid mali faciat, sibi & voluntariæ suæ electioni imputare debeat. Hæc spontanea voluntas omnino à libera voluntate, seu à libero arbitrio diuersa est: non enim seruo opponitur, sed coacto. Cæterùm, quia non eodem significatu accipitur libertatis vocabulum ab omnibus: alij enim libertatem seruituti opponunt, vt Lutherus: alij coactioni, vt Bernardus, & multi alij, poteris breuiter ad quæstionem, Num homo habeat liberum arbitrium, hoc pacto respondere: Si liberum opponis coacto, verè hominis voluntatem liberam pronuncio: nam voluntas coacta, voluntas non est. At si liberum seruo opponis, quod faciunt plerique Theologi, Græci & Latini, distinguo inter externam disciplinam, & iustitiam spiritualem. In externa disciplina verbum Dei & experientia testantur, homini aliquam libertatem esse relictam. In iustitia spirituali nisi liberetur & reformetur per Christum, nihil planè efficit voluntas.*

Quid *nominis. Hic disce:*

Loci duo.

Quid *sit. Facultas videlicet, qua vel suscipimus, vel repudiamus, prout libuerit, ea, quæ à ratione decreta fuerint. Vel est facultas rationis quidem ad bonum malúmue discernendum: voluntatis verò ad vtrumuis eligendum: deniq; & virium ad vtrumlibet præstandum. Nam vt aliquid rectè fiat, vel geratur, requiritur primùm iudicium sanum: deinde voluntas media ad imperandum: postremò conatus, seu vires, quæ obsequium præstant. Hinc sequitur illic demũ esse liberum arbitrium, vbi iudicium sanum est, voluntas promta, viresq; ad agendum idoneæ. Quare cùm hæc omnia in primo statu hominis absoluta & perfecta fuerint, ibi quoq; liberum arbitrium fuisse minimè impeditum, manifestum est. Vt autem arbitrium iudicium rationis, ita libertas voluntatis inclinationem liberam in hoc vt illud monstratam à ratione respicit.*

TABVLA IIII.

An *Adamus fuerit liber. Liberũ fuisse à prima sua creatione credendum est.*

Cur *Deus Adamo liberum arbitrium in creatione contulerit. Augustinus adfert hanc rationem in 2. lib. de Lib. arb. Quòd Deus statuisset erga eum & bonitatem & iustitiam suam declarare. Ostensurus autem fuit erga eum bonitatẽ suam, si rectè fecisset: quod certè nisi fuisset liber, præstare nõ potuisset. Sin autẽ ille turpiter & malè gessisset, Deus vsurus erat erga eum seueritate iustitiæ. Verùm ille cùm esset liber, miserè lapsus est.*

Ante *lapsũ. Hic quæritur,*

Quis *fuerit status Adami. De illo statu cùm Scripturanos deficiat, nihil certi definiri potest. Augustinus lib. de Correp. & grat. Auxilium, inquit, gratiæ Dei collatum fuit Adamo. Tale autem fuit adiutorium, quod & deserere posset, cùm vellet, & in quo permanere posset, si vellet, non quia fieret, vt vellet.*

An *sit liberum arbitriũ. Hic status hominis distinguẽdus est. Alius enim est*

Post *lapsum, &c. Vide literam A.*

In *patria. Hic omnia post lapsum absolutissima erunt.*

Loci duo.

Vbi *sit. Quamuis in voluntate maximè reluceat, tamen in ratione radices habet. Eos verò, qui hac facultate vti volunt, in primis videre oportet, ne quis in ratione contingat error.*

Liberum *arbitrium complecti iudicium, voluntatem, & vires humanas in his præstandis, quæ ad salutem hominum pertinent.*

Liberum *arbitrium earum esse rerum, quarum iudicium integrum existit, voluntas non impedita, & vires sufficientes.*

Discernendos *esse actionum gradus.*

1. Actionum *gradus est earum, quæ hominibus cum brutis magna ex parte communes sunt, vt quæ pertinent ad conseruationem naturæ. Huius generis sunt educare, tueri natos, edere, bibere, vestire, ædificare, vigilare, dormire, ire, stare, sedere, &c. hîc homo [illegible]rum arbitrium habet. Potest enim naturæ sensu actiones huius gradus discernere. Potest etiam naturali impetu ad eas ferri, nec vires in hac parte adeò fractæ sunt, quin obsequium appetitui præstare possint.*

2. Actiones *rationes complectitur, quarum aliæ sunt communes, aliæ priuatæ, aliæ politicæ, aliæ œconomicæ. Huius generis sunt, gerere Magistratus, seruire, contractus exercere, colere agros, exercere artificium, nauigare, &c. Debui quid sentiendum in tertio gradu dicendum.*

3. Gradus *Ecclesiasticorum operum est, quæ pertinent ad ministerium conseruandum: vt, docere verbum, hac vel illa hora conuenire, audire verbum, administrare Sacramenta, his vel illis cæremonijs vti, &c. In hoc tertio & secundo gradibus, etsi sit aliqua libertas, tamen impediuntur homines duabus rebus, tyrannide Diaboli, & virium imbecillitate. Nec iudicium hîc est tam integrum, nec voluntas adeò alacris, vt in primo genere.*

4. Gradus *diuina opera cõplectitur, vt implere Legẽ Dei, præstare fidem, credere, rectè orare, diligere inimicos. Hîc homo sibi relictus, nihil planè potest. Quod probatur*

Argumentis *è Scriptura, &c. Vide literam B.*

Testimoniis *Patrum, vt*

Augustini, *qui libro 1. contra Iulianum, Homil. 53. in Ioan. Ad Anastasium, epist. 44. non dubitauit arbitrium seruum appellare. Lib. 3. ad Bonifacium, cap. 3. fatetur sine spiritu non esse liberam hominis voluntatem, cum cupiditatibus vincientibus & vinctis subdita sit. Et rursus cap. 7. Victa, inquit, vitio, in quod cecidit, voluntate cepit carere libertate natura. Item in Enchir. ad Laurentium, cap. 30. dicit, Hominem libero arbitrio male vsum, & se, & liberum arbitrium perdidisse. Item, Liberum arbitrium captiuatum, ne quid possit ad iustitiam. Item, Liberum non fore, quod non Dei gratia liberauerit. Item de Perfect. iustit. Per libertatem, inquit, factum est, vt esset homo cum peccato, sed iam pœnalis vitiositas subsecuta ex libertate, fecit necessitatem. Item de Corrept. & grat. Vsum etiam vocis eludit, cùm dicit: Liberũ quidem esse arbitrium, sed non liberatum, liberum iustitiæ, seruum peccati. Item de Spir. & lit. cap. 3. Magnas homo liberi arbitrij vires, cùm conderetur, accepit: sed eas peccando amisit.*

Ambrosij *cap. 7. ad Rom. & de Vocat. Gent.*

Hieronymi *cap. 17. super Hierem. & cap. 10. Item lib. contra Pelagium: Frustra semper oramus, sed in nostro arbitrio est facere quod volumus.*

Gregorij *in Exposit. Iob. lib. 13. cap. 9. Ad perpetrandum malum ex libero arbitrio ducimur.*

Thomæ *Aquinatis: Liberum arbitrium, nisi moueatur, iuuetur à Deo ad bonum, nihil valet. Id Thomas ex Ambrosio desumsit, qui de Vocat. Gent. dicit: Liberum arbitrium non habet bene velle, nisi donatum.*

Non *regenerati. hîc vt aptè respondeatur, hæc erunt obseruanda:*

A.

Post *lapsum. Hic quæritur, an in hoc statu habeamus liberum arbitrium, vt aptè respondeatur, hominũ discrimen ponendũ erit. Sunt enim alij*

Dum *negamus iudicium & voluntatem, & vires ad bene agendum, non negamus has facultates simpliciter, & quantum ad substantiam pertinet, sed quantum ad habitus. Iudicare enim, velle, & agere naturæ sunt: verùm quemadmodum iniquè iudicare, malè velle, & praue agere corruptioni imputanda sunt: sic rectè iudicare, bene velle, & rectè agere, gratiæ sunt beneficia.*

Regenerati. *Hi libertatem consequuntur per gratiam, sed eam imperfectam habent in hac vita. Non sunt autem liberi à necessitatibus naturæ. Affliguntur enim & ipsi calamitatibus & morbis, & postea morte conficiuntur. Non sunt liberi à miserijs, & à peccatis, licet peccatum illis non imputetur.*

Sanctæ actiones pendent à duplici capite cognitionis & appetitus. At hîc notitia & appetitus corruptus est. De notitia dicit Apostolus 1. Cor. 2. v. 14 Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei. De appetitu, Rom. 8. v. 7. ait: Affectus carnis inimicitia est aduersus Deum, &c. Genes. 6. 8. d. 21. &c.

Ad Christum nemo potest accedere, nisi trahatur. Trahitur autem, qui antea nolebat ire: Quare si ad Christum trahendi sumus, antea nolumus, quod grauissimum est peccatum.

Absque gratia Dei serui sumus peccati, Ioan. 8. d. 34.

Dei opus est, non nostrum, vt ad ipsum conuertamur. Hinc Dauid Psal. 51. 10. Cor mundum crea in me Deus. Et Hieremias: Conuerte me Domine, & conuertar. & Deut. 29. a. 4. Non dedit vobis Dominus cor ad intelligendum.

Dei opus est salus, non nostrarum virium: ipse enim est qui operatur in nobis, & velle, & perficere, Philip. 2. v. 13.

B. Argumentis è Scriptura desumtis, qa

Si possemus absque gratia rectè viuere, possemus etiam ex operibus nostris iustificari: quæ sententia à Scriptura damnatur.

Corda nostra saxea sunt, nisi Deus transmutet in carnea: quod se facturum pollicetur Dominus apud Ezechielem.

Ante regenerationem sumus filij iræ, & inimici Dei. Quid autem à talibus offerri potest, quod Deo gratum sit?

Mortui nihil operari possunt boni: Paulus testatur non renatos mortuos esse delictis, Ephes. 2. a. 5.

Paulus omnia quæ fecerat, antequam conuerteretur, pro damnis reputauit, Philip. 3. a. 7.

Esaias omnes nostras iustitias confert cum panno menstruato, Esa. 64. a 6.

Christus dicit: Sine me nihil potestis facere. Item, Arborem malam non posse bonos fructus facere, Luc. 6. 43. Malæ arbores sunt, non renati Spiritu.

Quicquid fit sine fide, peccatum est, Rom. 14. v. vlt.

Paulus non renatos oleastros appellat, qui non proferant bonos fructus.

Ad bona opera, vt Deo grata sint, requiruntur spiritus, fides, & finis proprius operum, videlicet gloriæ Dei, quibus carent non renati.

De Peccato.

Quid sit peccatum. Est enim quicquid contra dilectionem Dei aut proximi, aut concupiscitur, aut sentitur, vel dicitur, vel committitur, tanquam defectio, aut deuiatio à veri ac summi Dei voluntate, natura & communicatione, siue sit in sacris literis expressè positum siue non sit.

Loci tres. Quis sit peccati exortus, & quis progressus. Hic disce:

Aliter de peccato originis, & aliter de peccato actuali loquendum esse. Peccati enim originis vis & malitia per carnis traducem inde à primis nostris parentibus in vniuersum genus mortalium propagatur, & duplici ratione rectè peccatum vocatur. Primùm quando fructus est primi & originalis peccati: deinde quòd fons est & radix omnium eorum peccatorum, quæ à nobis, vel volendo, vel loquendo, vel operando perpetrantur. Imò non solùm fons est & radix, sed & lex quædam dominans, habitãs, & regnans in carne. Peccata verò actionis quomodo in nobis exoriantur, progrediantur & perficiantur, perspicuè traditur à Iacobo, cap. 1. c. 14. Vnusquisque tentatur à concupiscentia, &c. Nascitur igitur ad hunc modum. Primùm irrepit in corda nostra tentatio: huius innumeræ sunt species: tentatur alius ad superbiam, alius ad iram, &c. Irrepit autem tentatio per Suggestionem, siue Satanæ, sicut accidit Iudæ & Ananiæ, siue memoriæ nostræ, siue sensuum corporis, id quod vel videndo, vel audiendo, vel olfaciendo, vel gustando, vel tangendo accidit. Deinde tentatio illa inficitur delectatione, quasi quodam condimento ad inescandum & attrahendum hominis animum. Sic Eua pomi vetiti pulcritudine, ac delectatione: filij potentum pulcritudine filiarum hominum: Iudas dulcedine quæstus, &c. allicie bantur. Delectationem hanc sequitur ad peccandum consensus. Hic est peccati conceptus, velut in vtero, concupiscendo factus, hunc prima quauis occasione in lucem parit infelix illa peccati mater concupiscentia, dum quod tentationi consentiendo internè conceptum est, opere externè perficitur. Peccatum igitur tribus gradibus exsurgit, & absoluitur: Suggestione, delectatione & consensione plena.

Primas suggestiones & motus ad peccandum à nemine posse in vniuersum caueri & excludi.

Nec ipsam delectationem tentationis sensui annexam prohiberi posse, nisi vnico non consentiendi, sed contradicendi remedio. Qui non consentit, sed delectationi repugnat, & tentationi. Imò delectationem respuit, peccati impuritate non inficitur, sed conscientiam puram & illibatam per gratiam Dei retinet.

Curandum esse pio homini, vt diligenter cordis sui cogitationes & quasuis peccati suggestiones siue internè natas, siue extrinsecus irrepentes obseruet, deprehensas iugulet, & abijciat. Ibi enim maximè obsignandum & extinguendum est peccatum, vbi nascitur & concipitur.

Quid sit facere peccatum, &c. Vide literam A.

A. Quid sit facere peccatū. Hic disce:

Peccare omnes homines, sed variè: peccant alij ex infirmitate carnis contra animi sententiam, ac propositum. Illi de peccato suo admodum dolent, & ingemiscunt: his peccatum non studio quæritur, sed per occasionem obijcitur. Peccant alij ex malitia, & impietate, animo non reluctante, sed inhiante. Istis peccatum non per occasionem offertur, sed studio quæritur. Prior peccandi modus electorum est & fidelium, posterior reproborum & infidelium.

Facere peccatū, non simplicem & qualitercunq; editum actum, sed etiamsi opus peccati non perficiatur, vel certè in actu nondum existat, ipsum impij animi studium, consiliū, meditationem, ac propositum significare, & depravatæ naturæ malitiam notare, vt perinde reprobi peccatum faciant, sicut malæ arbores malos dicuntur facere fructus. Iudas proditor audit: Quod facis, fac citius. Vbi faciendi verbum, pro studio faciendi positū est, vt magis animi q̄ corporis notet factum. Faciunt igitur peccatum, qui studio peccandi tenentur, ac de peccato faciendo studiosè noctes & dies meditantur. Hoc modo fideles peccatum non faciunt, sicut Ioannes dicit: Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: faciunt igitur peccatum infideles.

Facere bonum, quod est fidelium, non esse simpliciter aliquid facere, quod in se bonum sit, sed beneficentiæ studio indesinenter incumbere. Sic facere Legem, & præcepta subinde in Scripturis, pro studio faciendi Legem & præcepta sumitur, non pro externis factis, aut etiam internis, quæ aliquando in pijs etiam imbecillitate carnis impediuntur.

An Deus sit autor peccati.

TABVLA II.

Quid sit peccatum. Est enim defectus à rectitudine, ac eius iustitiæ priuatio, quam in nobis esse oportuit.

Hāc priuationē in aliquo bono semper intellig'. Quia prauitates non ita fingi possunt, vt p se existere possint. Vt oculorū cæcitas, cùm sit priuatio, citra oculum esse non potest. Quare & peccatū, cùm sit priuatio & defectus, vel in actionibus humanis, vel in affectibus, vel in vniuersa nostra natura collocetur oportet. Et sanè in vniuersa natura hominum situ est illud peccatū, qd' Originis vulgò appellatur. In affectib. aūt sunt primi motus, & inclinationes ad malū impellētes. In actionibus verò ea peccata, q̄ actualia nuncupantur.

Quæ sit causa propria priuationis huius, seu peccati. Causas peccati in nobis ipsis habemus, nec alienas in Deo quærere debemus. Etenim si quisque velit in seipsum descendere, videbit se volentē & cupientē peccare, atq; ita cupientē, vt impatientissimè ferat, si à peccādo fortasse retrahatur, vel quoquo modo impediatur. Actionū ergo malarū deficientes causæ, nō efficientes, in nobis quærēdæ sunt. Ac inter cætera praui affectus & inclinationes reperientur, quæ cùm deficiant à verbo Dei, & recta ratione, non mirū si inde, quæ defectuosa sunt, proficiscūtur. Diabolus item causa est peccati. Si verò sigillatim agendum sit, peccati causam ponimus voluntatē humanā, intellectum, sensum depravatū, appetitum sentientem, bonū apparens, quod sese offert, quod expetitur à nobis sub ratione boni. Accedit fomes peccati originis, vnde exhalant mali, & praui affectus. Causa item est infirmitas, ignoratio, suggestio Diaboli, & malorum hominum malæ exempla. Peccatū item alterius peccati causa est, vt prodigalitas furti, ebrietas libidinis causa quodammodo esse dicitur. Quare cum tot sint veræ ac propriæ peccatorū causæ, non oportet Deum autorē facere, quo nos excusemus. Istæ sunt causæ peccati deficientes. Mala enim res causam efficientem non habet, sed deficientem.

An Deus etiam, causa priuationis huius dici possit. Hic disce, si

Propriè & simpliciter loquendum est. Deus per se causa peccati dici non potest, cò quòd bonus sit, peccatum odiat, prohibeat, & grauissimè puniat.

Impropriè, ac iuxta Scripturæ morem loquendum est, poterit dici aliquo modo aut initium aut causa esse peccati, non propria quidem, sed ea causa, quæ remouens prohibens à Philosophis appellatur: vt, Sol quidem totus lucidus est, & effectū eius proprium est illustrare, aliquomodo tū dicitur facere tenebras, non quâ splendet, sed quâ mouetur, & discedit ab vno loco ad alterum. Corpora enim sunt rotunda: cùm ergo discedit, propter motum, non semper lucere potest in eo loco vnde recedit, sed vmbræ intercedunt: tenebras ergo facere vtcunque suo discessu dicitur, quòd corpora ita sint disposita, & ipse moueatur. Sic etiam accidit de domo ruinosa. Sustentatur columna, accedens aliquis remouet columnam, cadunt lapides & ædificia de summo loco, suo pondere cadunt, quæ in seipsis descensus habent causam propria nimirum pondera. Est enim grauium rerum natura, vt ad inferiora descendant. Qui tamen aufert columnā, dicitur vtcunq; facere casum: remouet enim fulcrum, quod ruinam prohibebat. Sic Deus natura sua bonus est, quatenus tamen iustus, vult punire peccantes, tollit gratiam, & quoquomodo causa eorum, quæ postea malè fiunt, potest dici non propriè & simpliciter, sed impropriè. Nec tamen id negari potest, Deum, cùm sit, vt Philosophi loquuntur, actus purus, vel ignis, vt sacræ literæ testantur, non posse, nec velle pati, vt creaturæ otiosè iaceant. Itaq; perpetuò incitat, mouet, & impellit. Sed quamuis motus omnium rerum sit à Deo, attamen singula etiam ex naturæ suæ principijs mouentur. Et cuius rei principia sana fuerint, ea res vtiq; bono & sano motu agitatur. Cuius verò fuerint depravata, ea corrupto motu & vitiato permouetur. Neq; ad altissimam & primā causam omnis malitia eius motus est referenda: verùm ad singularia principia corruptioni obnoxia, vnde profectus est, accommodabitur. Ad hæc Deus ita bonus est, vt actiones corruptas & vitiatas postquam eliciuntur, non relinquat aut sibijpsis deserat, verùm illas gubernat, regit, flectit, neq; grassari sinit, aut furere pro libidine.

Vt hæc quæstio magis perspici possit, hæc erunt obseruanda.

Quæ sit ratio & natura peccati. Hic disce:

Quot modis Deus iuxta Scripturam, &c. Vide literam A.

Quæ sit circa nostra peccata, &c. Vide literam B.

Gratiam *suam iustissimo suo iudicio peccantibus aufert. Id verò satis liquet, cùm solus arbiter sit & moderator donorum suorum, & nemo est, qui eum sibi debitorem aut obnoxium habeat. Vnde dicit: Nónne licet mihi facere quod volo de rebus meis? Quibus datur Dei gratia, gratis datur, non ex debito: Quibus non datur, vel subtrahitur, iustè non datur, vel subtrahitur.*

Quot modis Deus iuxta Scripturã, impropriè tamẽ, vel initium, vel causa peccati esse dicatur. Dũ

Quomodo Deus gubernet nostras actiões malas, quoad

Tempus. *Deus enim non patitur, vt quouis tempore grassentur peccata, nec quamdiu praui vellent, nec vlterius, quàm ipse patitur. Non enim patitur ea erumpere, nisi cùm ipse velit, & quantum velit, & quamdiu velit.*

Modum. *Neq; enim alio modo peccata grassari sinit, quàm prouidentiæ ipsius expediat: frenat interdum, cõtrahit, interrumpit aliquando, laxat, ac producit in lucem, idq; iustis de causis, & cùm illi visum fuerit. Sicut Medicus accedens ad ægrotum, ex eius corpore humores corruptos pharmacis elicit, eosque vel secessu, vel sudore, vel vomitu, vel sanguinis imminutione, prout iudicauerit, educit: non tamẽ ipse vitiosos humores in ægroto inserit. Ita Deus nostram malitiam, quam non produxit, interius latitantem curat in lucem produci, quo sua iustitia manifestetur, & nostra peccata patefiant.*

Materiam. *Efficit enim vt prauitas nostra magis in hanc, quàm in aliam vergat partem, vt Semei furor in Dauidem magis, quàm in alium, prouidentia Dei fertur. Et vires Nabuchodonosor magis contra Hebræos, quam vicinos dirigebat Deus.*

Successus & effecta peccatorum. *Hæc enim imperio Dei cedunt, vt non plus queant efficere, quàm ille patiatur, nec impij efficere possunt, quæ conantur in quosuis homines, nec etiam quouis tempore, sed iuxta decreta Dei. Vide Genes. 50.*

Occasionem. *Deus enim ipse aliqua suggerit, quæ natura sua bona sunt, tamen quia in prauos incidunt, arripiuntur in malam partẽ, & occasiones sunt peccãdi, ita vt peccata, quæ prius latitabant, erumpant. Sic Pharaonem obdurauit Dominus. Quod autem ea suggerat Deus, quibus homines sciat abusuros, causa est, vt appareat magis iustitia eius, ad quam intuendam nos prorsus cæci sumus. Ex collatione autem cognoscitur, nempe ex iniustitia nostra, quã in Deo nullam videre possumus: Videmus autem eam in Diabolo, & corruptis hominibus. Altera causa est, vt hominũ audacia cohibeatur: multi enim dicerent: Deus bonas cogitationes nobis suggereret, haberemus voluntatem & vires ad faciendum bona: ecce suggeruntur bonæ cogitationes, & tñ quia incidunt in corruptã naturam, eis abutimur.*

Pœnam. *Peccatũ enim sequens dicitur interdum pœna esse præcedentis peccati. Deus enim iusto suo iudicio peccata priora posterioribus punit, Rom. 1. Si ergo sequentia peccata cogitentur, vt pœnæ sunt, vtcunq; tribuentur Deo, non quòd instillent nouam malitiam, aut directè ad peccandum impellat, sed cùm dona sua subtraxit, iam peccatũ sequitur, quo vastatur animus. Illæ autem vastationes, vt pœnæ sunt, meritò nobis accidunt.*

Malas actiones nostras regit & gubernat, non spectat otiosus, agit partes Iudicis & gubernatoris, nec relinquit omnia sine habenis, Hîc disce:

Cur *Deus peccata regat. Id fit partim vt maleficos puniat, partim vt lapsos reuocet, partim vt pios exerceat, partim vt ipsius dona & beneficia magis magisq; fiant euidentia.*

Quomodo *idem opus, Dei erit, Diaboli, & hominũ malorũ. Longè aliter à superiori causa bona hoc opus proficiscitur, & alia ratione à proxima causa corrupta. Opus hoc, vt est Diaboli & malorum hominum, malum est: Malitiam trahit à prauitate Diaboli & malorum hominum, qui cùm sint arbores malæ, non possunt bonos ferre fructus. Deus autem suprema causa optima, vt concurrit ad istas actiones, eas rectè atq; ordine facit: vt vrbem Ierosolymam & Deus & Diabolus excindi volebãt: sed alia ratione Deus, vt obstinatos puniret, Diabolus vt exsaturaret odium suum erga genus humanum.*

Quare *Deus peccata nõ impediat, cùm posset. Ille quidem peccatis assiduè resistit, at non semper eodẽ modo. In nõnullis quandoq; illis occurrit, anteq; cõmittantur, & erumpãt. In alijs aũt postq; fuerit patratum, coercet & punit.*

An *peccata Deo inseruiant, & quomodo. Etsi à propriis causis, à nostra voluntate praua affectionibusq; corruptis sit peccatũ: inseruit tñ & ipsum Deo. Vt venena multa sunt in mundo, & malas ac noxias qualitates habent, & tamen accedit Medicus & Magistratus istis rectè vtitur. Medicus temperando venena, sanat ægrotos. Magistratus Athenis dabat venenum sontibus tollendis. Sic Socrates est coactus cicutam bibere. Quamuis ergo venena mala sunt, tamen Magistratus & Medicus bene vti possunt ad salutem Reipublicæ & ægrotantium. Ita Deus peccata, quæ proprias causas habent depranatas, regit ad sua consilia perficienda, & ad actum deducenda.*

B. Quæ sit circa nostra peccata Dei voluntas. Hîc discе:

Duplicem esse Dei voluntatem. Aliam signi, aliam efficacem, vel, vt alij tradunt, beneplaciti. Signi voluntas est, quæ indicat quid facere, quidq; fugere nos oporteat. Ea verò sita est in Lege, promissionibus, minis & consilijs. Ad hoc genus voluntatis pertinet, quod Dauid dicit: Non Deus volens iniquitatem tu es. Item, Odisti mendacium & iniquitatem. & omnia testimonia, ex quibus demonstrari potest, Deũ nolle peccata. Quomodo enim potest ea velle, cùm aduersus ea Legẽ tulerit, & seuerissimè puniat? Cæterùm sciendum est, contra hanc Dei voluntatem, quæ signi appellatur, multa committi & fieri. Magnus quippe numerus est sceleratorum, qui Legem Dei auersantur, ac fastidiunt. De hac voluntate loquitur Christus: Qui fecerit voluntatem Patris mei, hic frater meus est, mater & soror mea. Altera Dei voluntas est, quæ potens, efficax & beneplaciti dicitur, quæ nulla vi superari & vinci potest: cùm de illa scribatur, Omnia quæcunq; voluit, fecit. & Paulus de illa inquit: Voluntati eius quis resistit? Et profectò si quid inuito & nolente Deo posset fieri, debilis & infirmus esset.

Duas has voluntates distinctas esse, nõ quasi duas res & facultates, quæ sint in Deo sitæ, cùm ipse actus sit simplicissimus, sed cùm Deus hominibus non semper vniuersum totumq; consilium suum patefaciat (non enim est necesse, cùm satis fuerit illud indicasse, quod ad salutem obtinendam sufficiat) ex eo duæ istæ voluntates differunt. Nam quod aliquomodo indicauit, referendum est ad voluntatem signi: quod autem sibi soli, vt secretum & arcanum retinuit, id ad voluntatẽ beneplaciti pertinet. Exempla: Deus Isaacum iussit sacrificari per Abrahamum. Hoc præcepto voluntas signi continebatur: quemadmodum Deus Abrahamo non indicauit, se tantummodò voluisse illius obedientiam explorare, neque demonstrauit se postea velle inhibere immolationem Isaaci: Quæ sanè prohibitio postea subsecuta, nec antea patefacta, fuit voluntas beneplaciti. Quamobrem statuere possumus, vnum eandemq; voluntatem esse beneplaciti & signi, sed variè appellatam, prout cognita nobis, vel ignota fuerit. Huc pertinet quod ad Ezechiam dicitur: Domum tuã dispono, cùm iam sis moriturus. Voluntate enim beneplaciti decreuerat Deus vitam illius in multos annos prorogare. Voluntate signi denunciantur Niniuitis adhuc 40. dies & Niniue subuertetur, cùm tamen voluntate beneplaciti, Deus constituerit ipsis pœnitentibus ignoscere.

Voluntatem signi, efficaci coniunctam esse. Nam qui ab altera excidunt, in hanc incidunt, & qui aspernantur eam Dei voluntatem, quæ Legem, promissa, minas & consilia proponit, in eam incurrunt, qua peccantes pro sceleribus pœnam luent.

TABVLA III. de eadem quæstione.

An Deus p̃mittẽdo tantum non agendo etiã, mala quodammodo operet̃. Respondendũ est p̃ distinctionẽ: mala enim sũt vel

Culpæ, id est peccata, & hæc vel

Pura, quæ simpliciter sunt peccata ex corruptione naturæ profecta. Hic quæritur,

An, & quomodo Deus hæc mala agat. Permissiuè scilicet, nõ iubẽdo, nõ directè, nõ effectiuè, sed sustentãdo massam ruentẽ, motũ, esse, &c. Rationes huius sunt, qa

Deus non vult iniquitatẽ, & peccata odit, Eccl. 15.c.11.
Peccata Legibus suis seuerissimè Dñs p̃hibuit.
Damnat illa Deus, & grauissimis pœnis punit.
Deus peccante viro non opus habet.
Nemini præcepit vt impiè agat, nec cuiquam peccandi dedit licentiam, Eccl.15.d.21.
Deus non est autor, sed punitor mali. (tur.
Iustitiã operantẽ amat, fouet, atq; in illis operatur.

Quare cum ex eadem massa producti simus omnes, eaq; similiter, quoad omnes sui partes, vitiata sit: aliqui tamen magis quàm alij ad scelera propensi deant? Respondeo: Naturæ malitiæ, mores, consuetudines, praui habitus, consortia, temperamenta corporum, varij parentes, diuersæ patriæ, & multiplices occasiones adduntur, vnde maiores minorésue propensiones ad peccata redduntur, quibus Deus pro sua iustitia, bonitate & sapientia vtitur.

Mixta, q̃ partim peccata, partim pœnæ sunt: peccata, respectu hominũ & Diaboli: pœnæ, respectu Dei punientis. Sunt autem, cũ peccata prima posterioribus puniuntur. Hic quæritur,

An hæc Deo agere dicatur. Dicitur agere pœnaliter, secundũ iustitiã suã, & beneplacitum. Rationes huius sunt, quia

Pœna quæuis malis hominibus à Deo irrogatur. Consentit aũt Deus, q̃ illius iustitia est, duplici forma, seu genere iniuricorũ genere peccatores punire, dãdo cupiditatibus & malis affectibus, hoc est qd̃ August. sæpè dicit: Peccata peccatis punire. Ita Pharaonis p̃fidia & crudelitas, obdurescunt cordis plectebatur. Idolatræ traduntur in reprobũ sensum, Rom.1.d. 21. Verũ qa hoc genus pœnæ cæcũ est, neq; ab insanis hominibus sentitur, vt par erat, idcircò Deus tradit impios in manus hostiũ puniendos, ac denique funditùs p̃dendos.
Supplicium sumere de peccatis, actio Dei est ad iustitiam illius pertinens.
Nos omnes in eo esse & moueri dicimur. (29.
Nulla res etiã minima absq; Dei consilio regitur, Matt.10.d.
Deus non ociosè spectat, quæ ab hominibus aguntur, sed cum eis simul agit.
Deus habet in manu sua cordis nostri affectus, quos, vt sue prouidentiæ visum fuerit, laxat, contrahit, & quocunque libuerit, conuertit, Prouerb.21.d.30.31.

An Deus causa sit peccati, & seq. Vide literam A.

Pœnæ. Hæc agit Deus simpliciter, mediatè vel immediatè, generaliter vel specialiter, secundum suam iustitiam, sapientiam, bonitatem, potentiam & beneplacitum suum.

A. An

An *Deus causa sit peccati. Respondeo: Actio Dei quæuis sancta & iusta est, ac sæpè fit, vt actio eadem peccati rationem habeat, vt à nobis derivatur: quatenus verò à Deo prodit, bona, iusta & sancta est. Iustum certè est quicquid facit Dominus, etsi à nobis sit prohibitum & iniustum, si à nobis fiat. Contingit nonnunquã, vt idem vinum, quod in vas corruptum infunditur, perdatur, & vappa fiat: quod tamẽ vt à colono aduehitur, & in dolium immittitur, suaue est & generosum. Sicarius & Carnifex hominẽ interimunt: quoad materiam & subiectum, actio proculdubiò eadem est, nimirum hominis cædes: Sicarius tamen iniustissimè agit, Carnifex verò ex lege & iustitia. Sic & Scriba perfectus, seu exercitatus, & puer inexercitatus idem aliquando scribunt. Scriba cùm per se scribit, sine vitio scribit: cùm verò dirigit manus pueri in scribendo inexercitati, vitium fit in scribendo, non Scribæ, sed pueri vitio. Nec est difficile animaduertere quónam pacto eadem actio, quoad vnum vitiosa sit, quoad alterũ, iusta. Quicquid vult Deus, præcipit, & facit in re propria, pleno iure facit, & citra cuiusquam iniuria. Quicquid facit, de suo facit. Si perdit, de suo perdit, idq; potestate omnium iustissima. Deus igitur peccati causa propriè dici nec potest, nec debet: præsertim cùm neminem cogat, vt malè cogat, sed quisq; volens peccat.*

Relinquendo *hominem in puris naturalibus. Non enim Deus voluntati humanæ vim infert, cùm ei maximè repugnet, vt non volens, aut inuita quippiam faciat. Neque disponit Deus reprobos ad malum, sed ipsi ex sese habent dispositionem ad malum ex naturæ corruptione. Neq; impellit Dominus homines nolentes, sed qui ipsis peccatis sese mirificè oblectent. Vnde Moses Exodi 8. c. 15. Pharaonem ex se etiam induratum esse dicit, quòd indurationis vitio delectaretur.*

Non *apponendo gratiam, non illuminando, priuando bonis. Dominus enim nemini obstrictus est, vt gratiam suam alicui largiatur. Nam si ex debito daretur, iam non esset gratia: eam tamen nunquam vel non dat, vel datam subtrahit, nisi iusta ratione. Quibus non datur, iustè non datur: & quibus datur, gratis conceditur.*

Occasionaliter, *id est, suppeditando nonnullas occasiones, quæ ad bonum permouerent, si in animos rectos & iustos inciderent, quos tamen Dominus nouit ab impijs in malam partem rapiendos.*

Pœnaliter. *Deus enim iusto suo iudicio peccata priora posterioribus punit, Rom. 1.*

Producendo *nostras actiones, & prauitatem in lucem, idq; iustis de causis. Neque enim sinit ea erumpere, nisi cùm illi visum fuerit, gubernat & dirigit quocunq; voluerit. Vt Medicus accedens ad ægrotum, ex eius corpore humores corruptos pharmacis elicit, eosq; vel secessu, vel sudore, vel vomitu, vel sanguinis imminutione, prout iudicauerit, educit: non tamen ipse vitiosos humores in ægroto inserit. Ita Deus nostram malitiam, quam non produxit, interius latitantem curat in lucem produci, quò sua iustitia manifestetur, & nostra peccata patefiant. Nec tamen sinit ea erumpere fortuitò, vel temerè, sed pro suo iudicio, iustis de causis: vt videlicet suam iustitiam, gloriamq; magis ac magis illustret, piorum salutem promoueat, prauis medijs iustè ac prudenter vtendo, & fines prouidentiæ suæ per illa complendo.*

A. Quot modis Deus hæc mala agere dicatur.

Gubernando *nostras malas actiones pro sua iustitia, bonitate & sapientia. Malitia namq; peccati tota est nostra: sed eius gubernatio, successus & effecta imperio Dei cedunt, vt non plus queant efficere, quam ille patiatur. Nec impij efficere possunt, quæ conantur in quosuis homines, nec etiam quouis tempore: sed iuxta decreta Dei, quæ sapientissima sunt, ac iustissima requntur. Quare in Deum causa peccati reijcienda non est: imò bonitas Dei potiùs agnoscenda, qui adsit, & prauis affectibus ita moderetur, vt non erumpant, nemini noceant, aut molesti sint, nisi cùm aliquos ipse castigandos reuocandosque ad pœnitentiam, vel supplicio afficiendos constituerit.*

Effectiuè, *non permissiuè tantùm. Non enim patitur tantùm homines peccare, vt nihil sua prouidentia, seu gubernatione circa peccata operetur. Non impedit sanè, cùm possit: sed illis vtitur, & suam impendit potentiam, non tantùm patientiam. Id quod Augustinus pulcrè intellexit, & disputando contra Iulianum, sententiam illam confutat, qua Deus traditur tantùm iuxta patientiam ferre peccatum, & contendit, addendum esse potentiam ex Pauli verbis, Rom. 9. d. 22. Quòd si Deus multa patientia pertulit vasa iræ aptata in interitum, vt ostenderet iram, & notam faceret potentiam suam. Et sanè in sacris Literis multa scribuntur, quæ non semper vocabulo permissionis, aut patientiæ possunt emolliri.*

An *excusari possint impij, qui se excusantes à Deo ad peccandum commotos esse dicunt. Minimè. Non enim sic traduntur à Deo peccatis homines, vt qui sint per se ipsos puri, & innocentes: sed qui sic ad mala incitantur, id probè sunt commeriti. Iidemq; non impelluntur nolentes, sed qui se transgressionibus & peccatis mirificè oblectent. Ideoq; Iacobus inquit, Deum tentare neminem ad malum, sed quemque nostrùm à propria concupiscentia allici. Omnes enim natiuum suum morbum habent, corruptionem, & vitiosas cupiditates, quæ vnà cum ipsis & nascuntur, & crescunt. Deus malitiam de suo non instillat. Nobis enim satis mali est domi, latens in nobis, quod Deus pro sua iustitia & bonitate gubernat, & moderatur.*

TABVLA. IIII.

Loci septē.

- Quid sit. Aberrare, præuaricari, & transgredi Dei præcepta, vel discedere à præcepto Dei.
- Quotuplex peccandi genus. Duplex:
  1. Quo impiè, sine timore Dei temerario ausu & per malitiam peccatur, quod malum facere dicitur, & est impiorum.
  2. Quo vel per ignorantiam, vel infirmitatem carnis peccatur, hoc peccare simpliciter dicitur.
- Quid sit peccare Deo. Singulari scilicet illum iniuria & ignominia, quæ immediatè ad ipsum pertineat, afficere. Vt, Israelitæ peccabant Deo in deserto, Psal. 78. b. 8.
- An idem sit, Peccare contra Deū, & Rebellare Deo. Sunt hæc diuersa: Peccare contra Deum fit aliquando per ignorantiam, & carnis infirmitatem: & fit etiam à pijs. Rebellare & resistere, vel insurgere contra Deum, est temerè, obstinatè contra Dei potentiam insurgere. Sic aliud est, Iniquè agere, & Diligere iniquitatem.
- Quid operetur peccati cognitio. Perpetuam videlicet & acerbam peccatorum memoriam. Etsi verò peccatum piorum apud Deum remissum est, apud animum tamen pium, & Dei amantem, adhuc vivit, & est in recenti memoria. Nequit enim eos non pessimè habere, quòd contra Deum deliquerunt.
- Quod sit ingenium peccati. Vt ad vnū peccatū perpetratum concurrant multa, & peccatū peccato trahatur.
- Quæ sint peccatorum fomenta. Ocium, Mollities deliciarum. Ezech. 16. c. 15.

TABVLA V.

Loci tres.

- An peccatū peccato grauius existat. Hîc disce:
  - Non esse veram Stoicorum opinionem, qui peccata omnia paria esse dicebant, eò quòd peccatum sit, quicquid non licet. Quod quidem (non licet) in quouis peccati genere par sit.
  - Peccatorū inæqualitatem tripliciter esse considerandam. Ex
    - Collatione vnius ad alterum, vt si diuersa inter se delicta conferantur, aliud alio est vel maius, vel minus, vt grauius est peccatum, quo immediatè contra Deum, q̄ quo contra hominem: Deinde grauius quo contra parentes, q̄ quo aduersus alios delinquitur. Leuius peccat, qui famis necessitate coactus peccat furando, quàm q̄i saturandæ libidinis gratia vxori proximi stuprum infert, Prouerb. 6. d. 30.
    - Gradibus peccatorum, quibus exsurgit. Sic inordinatus iræ affectus per se quidem peccatum habet, verùm id grandescit, & quò enormius in apertum prorumpit, hoc grauius redditur. Vide Matth. 5. Vxorem proximi concupiscere, peccatum est, & adulterium in conspectu Dei censetur: peccatum tamen hoc gradus suos habet, quibus grandescit, & maior redditur, vt potè si non solùm concupiscas eam de, sed & concupiscentiam hanc mulieri vel nutibus, vel verbis significes, nec eo contentus, ad libidinem quoque sollicites, muneribus ac verbis, ac tandem opus ipsum nefariè perficias.
    - Circūstātiis, vt si cōsideres,
      - Quis peccet.
      - In quem.
      - Vbi, Quando.
      - Quomodo. Vt grauius peccat qui scienter, quàm qui ignoranter peccat: plus delicti habet, qui cum aliorum offendiculo peccat, quàm ii, cuius delicto nullum cuiquam offendiculum obijcitur, & qui cum maiori, quàm qui cum minori offendiculo delinquit. Enormius peccat, qui perseueranter, quàm qui semel tantùm, vel secundò peccat.
      - Qua in re.
      - Quo animi proposito.
      - Quibus de causis. Vt grauius peccat, qui per ingenij malitiam, q̄ qui per carnis infirmitatem peccat. Item qui consilio, studio, & destinato, quàm per occasionem peccat. Item qui leui occasione peccat, grauius peccatum habet, q̄ qui non nisi magna tentatione ad peccandum impellitur. Grauius & illorum peccatum est, qui plus nacti sunt occasionis ac. resipiscendum, & tamen non resipiscunt, quàm quibus tantum occasionis non contigit. Vide Matth. 11. de Capernaitis.
- De discrimine peccati venialis & mortalis. Hîc disce:
  - Peccatum in se nullum adeò esse minutum, quod non sit morte dignum, si remota misericordia iudicetur.
  - Personas peccantium magis, quàm peccati qualitatem considerandam nobis hîc esse. Si enim personæ in Christo sunt electæ & fideles, consequitur & illorum peccata mortalia non esse, sed venialia. Neq; enim in iudicium veniunt, sed transeunt à morte ad vitam. Et ad Rom. 8. g. 33. Nihil condemnationis est illis, qui sunt insiti Christo. Si verò qui peccant, sunt homines infideles, omnia illorum peccata, quamuis leuia videantur, mortalia existunt: propterea quòd expertes sunt gratiæ Christi, nec veniam delictorum consequi possunt, quæ non acquiritur, nisi fide in sanguinem Christi.
- De peccato in Spiritum sanctum, & seq. Vide literam A.

A. De peccato in Spiritum Sanctum. Hîc dicitur:

- Quid *sit peccatum in Spiritum Sanctum*. Est enim blasphemia in Spiritum Sanctum, quæ probris, contumelijs, ac conuitijs perficitur. Vel agnitæ veritatis impugnatio, si conuitijs sit coniuncta. Vt si quis veritatem probris & conuitijs insectetur, & hæreticam, erroneam, ac Diabolicam vocet. Vide Matth.12.c.38. Marc.3.d.29.
- Blasphemiam pertinacem ideò dici peccatum in Spiritum Sanctum, quòd illius opera, vel miraculo, vel sermone sapientiæ, vel alia quapiam ratione mortalium mentibus veritas ita perspicuè innotescat, vt negari nequeat, quæ si virtute illius ad hunc modum manifestata, blasphemijs à quopiam contra ipsius conscientiam affecta fuerit, rectè Spiritus Sanctus blasphemari dicitur.
- Duo esse blasphemantium genera. Vnum eorum, qui veritatem Dei conuitijs insectantur per ignorantiam: talis erat & Paulus. Talibus adhuc aditus est ad resipiscentiam, & peccati condonationem, ideoq; orandum pro illis est. Non enim peccant ad mortem. Lege 1.Tim.1. Alterum eorum est qui non per ignorantiam incognitam veritatem, sed cognitam scienter contra ipsorum conscientiam propter inuidiam, obstinatamq; malitiam blasphemant, pro quibus orandum nō est, quia peccant ad mortem, 1.Ioan.5. Horum alij veritati Dei nondum nomen dederunt, licet eam cognouerint, quales erant Scribæ & Pharisæi. Alij veritati conuitiantur, quam non solùm cognouerunt, sed & professi sunt, vt Iulianus, Porphyrius.
- Quare *blasphemia in Spiritum non remittitur: quia blasphemi tales resipiscere nesciunt.*

TABVLA VI.

Quid *sit*. Est enim quicquid aduersetur Legi Dei.

Loci duo:

- Peccatum, *Rom.7.c.8. quia est scaturigo & fons omnium peccatorum.*
- Corpus *peccati, Rom.6.a.6. quia in eo consociata sunt omnia peccata, quæ vt offeruntur occasiones, erumpunt.*
- Lex *membrorum, Rom.7.d.23. quia si totum hoc malum corpus appellatur, rectè membra habere dicitur. Membra autē hoc loco significāt, omnes vires animi, omnesq; corporis partes peccato iam contaminatas. Legis autem nomine ornatur, non ob aliquam peccati dignitatem, sed vitio nostro, quòd peccato tanquam Legi obtemperamus.*
- Concupiscentia, *quia in ea præcipuè vim suam exerit. Hæc constat tùm ignōratione mentis & incredulitate, tum omnium appetitionum atque virium à Deo abalienatione.*
- Inhabitans *peccatū, quia in carne manet perpetuò, vsq; ad mortem, quod tamē pro diuersitate personarū variat vi & efficacia: nam in nō renatis, manet materialiter & formaliter simul: in renatis materialiter tantū, modò vim peccati consideres. In illis efficax est in damnationem, vt quòd eos reos peragat æternæ mortis. In his verò remissum est, quia sublatus est reatus, & oppugnatur perpetua luctā Spiritus. Vel vt breuiùs dicatur, peccatum originis in non renatis habitat, & regnat simul. In renatis habitat tantū, & nō regnat propter gratiam fidei prænalentem.*

Paulo, Ab appellationibus. Vocatur enim a

- Rebellio vocatur, *ob perpetuum studium rebellandi legi mentis, Rom.7.d.23.*

Patribus,

- Carentia *iustitiæ originalis.*
- Defectus, Prauitas, Vitium,
- Contagium, Malitia, Affecta *qualitas,*
- Ἀνυξία, Deprauatio *naturæ*, Figmentum *malum, &c.*

An sit. Esse probatur

- A testimoniis *Scripturæ, Genes.6. Non contendet Spiritus meus cū homine, quia caro est. Ibidem figmentū cordis humani duntaxat malum est. sic & Genes.8.d.21. Psal.50.a.7. Ecce in iniquitatibus cōceptus sum, &c. Ier.17. Iob.14.a.4 Quis proferet mundū de immunda massa? Ioan. 3.c.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, &c. Vide Rom.5.6.7.8. Ephes.2.4. Col.3. &c.*

Originis. Hîc dicitur:

- Quid *sit. Totius hominis naturæ deprauatio à lapsu primi parentis in posteros tradūcta per generationem, quæ nisi beneficium Christi succurrat, omnes inde nascentes infinitis propè malis & æternæ damnationi adiudicat.*

Quotuplex: videlicet

An totus homo fuerit corruptus. Corruptus fuisse probatur

- Testimoniis *Scripturarum. De vitio enim intelligentiæ Paulus inquit, 1.Cor.2. v.14. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus. De voluntate, Rom.8.v.7. Sensus & prudentia carnis inimicitia est aduersus Deum, &c.*
- Rationibus sumptis
  - A fine *creationis, quia in hunc finē conditus fuit homo, vt Deo, tanquā summo bono, adhæreret. Iam verò diuina nō intelligit, promissa Scripturarū impatiēter expectat, præcepta Dei molestè audit, pœnas & præmia contemnit. Affectus tumultuantes rectæ rationi & verbo Dei petulanter insultāt, corpus animo parère detrectat, &c.*
  - De pœnis: *si enim innocēs & bona est natura, cur oportuit eam à Deo tam grauiter puniri, ac non adultos tantùm, sed & infantes?*
  - A renouandorum *conditione: quæ enim sunt renouanda, priùs oportuit fuisse corrupta.*

- Quid *differat peccatum originis, &c. Vide literam A.*

Actuale, *de quo Tabula sequenti.*

A. Quid *differat peccatum originis ab actuali. In actuali materia non perstat: vbi enim quis vel adulterium commisit, aut blasphemiam dixit, actiones illæ statim re confecta esse desinunt, neque amplius extant: superest tamen offensa Dei & reatus. In originali peccato materia eius non transit. Quisque enim nostrûm in seipso experitur naturæ corruptionem esse residuam, cùm adhuc quoque in peccata perpetuo ruamus, ad res autem diuinas corpore & animo inepti simus.*

- Quę *causæ peccati originis.*
  - Efficiens, *peccatrix voluntas Adami, Instrumentalis, traductionis propagatio, quæ fit per carnem.*
  - Formalis, *voluntatis, partium & omnium virium hominis depranatio, vel pugna & relactatio aduersus Legem Dei.*
  - Materialis, *omnes hominis partes & vires.*
  - Finalis, *æterna damnatio, cum omnibus huius vitæ incommodis.*
- Qui *effectus.*
  - Decipit, *Rom. 7. c. 13.*
  - Parit *multiplicia genera peccatorum, quod est operari omnem concupiscentiam, Rom. 7. c. 8.*
  - Occidit.
- Quæ *sint proprietates & cõditiones peccati originis.*
  - Quomodo *propagetur. Per semen videlicet & generationem parentum. Hoc enim instrumentum est, quo hoc peccatum ex parentibus traducitur in filios: Locum ergo habet in carne, tanquam in radice atque principio. Deinde ex eo fonte animam quoque occupat, atque ita in totum hominem extenditur. Vide de hoc Paulum, qui per vnum hominem peccatum in mundum ingressum esse, & nos naturâ filios iræ appellat, Rom. 5. v. 12. Ephes. 2. 3.*
  - Quomodo *peccatum hoc auferatur. Per Christum scilicet. Quemadmodum autem peccatum ab Adamo diffunditur per semen, & generationem: ita vicissim aliqua inuenienda sunt in ea multitudine, quæ ad Christum pertinet, quæ rationem seminis habere possint: Ea sunt electio, gratia, Spiritus, verbum Dei, &c.*
- *Hîc disce:*
  - Quomodo *se eius reliquiæ habeant in hominibus renatis. Dum hîc viuimus, supersunt huius peccati reliquiæ. Reatus aufertur, & quæ supersunt, ad æternam mortem non imputantur.*
  - Quæ *peccato originis debeatur pœna. Dicimus quidem eos puniendos esse, qui ad vitium originis alia peccata actualia non addiderunt: verùm de genere & modo nihil possumus definire, nisi quòd cùm variæ sint pœnæ gehennæ, credibile est infantes, in quibus originis peccatum manet, in actiones prosilyt, leuius esse puniendos.*

De Peccato Actuali. TABVLA VII.

Loci tres.

- Quid *sit. Est enim fructus hæreditarij illius peccati: id est, cogitatum, dictum, factum, omissum, pugnans cum Lege Dei. Seu, est omnis actio pugnans cum Lege Dei, cùm in mente, tum in voluntate & corde, tũ in membris externis.*
- Quotuplex *sit. Aliud*
  - Mortale: *vbi disce:*
    - Quid *sit. Est enim actio quæuis interior & exterior, pugnans cum Lege Dei, facta contra conscientiam à non renatis. Hoc voluntarium etiam peccatum dicitur, quod destinato consilio & proposito, scienter & volenter fit.*
    - Quotuplex. *Aliud est*
      - Omissionis: *cùm non facimus bonum, quod facere deberemus.*
      - Commissionis: *quando perpetratur malum, quod facere prohibemur, siue id cogitatu, siue dicto, siue facto fiat.*
  - Veniale, *quod etsi sua natura mortale sit, morti enim per se obnoxios reddit homines, veniale tamen dicitur, ob veniam, qua indulget propitius Pater his, qui contra hæc peccata fide luctantur. Quare huiusmodi, peccata Inuoluntaria etiam dicuntur, quòd pijs illis reluctentur, vt sunt, caligo in mente, dubitatio, & multa peccata ignorantiæ & omissionis, &c.*
- Vnde *nascatur peccatum actuale. Aliud nascitur ex*
  - Infirmitate. *Hæc Infirmitatis peccata propriè dicuntur, quæ imbecillitate nostra obrepunt, nobis inuitis & repugnantibus, vt fastidium in actionibus pijs, metus earundem rectè factis, cupiditas illicitarum rerum, ira subita, cogitationes vanæ temerè oborientes, &c.*
  - Ignorantia. *De quo peccati genere loquitur Christus: Pater remitte illis, qui nesciunt quid faciunt. Sunt enim qui subitò & non sentientes decipiuntur: aliâs infirmitate, aliâs negligentia, aliâs arrogantia, aliâs stultitia.*
  - Malitia: *vnde duplex peccatum prouenit. Vnum directè pugnans contra gratiam, & est blasphemia contra Spiritum Sanctum, eaq; vel inchoata, vel consummata. Alterum non directè pugnans contra gratiam & Spiritum Sanctum, vt sunt peculiares lapsus contra Decalogi præcepta, vt idolatria, furtum, homicidium, adulterium, & quælibet peculiaris transgressio Legis Dei.*

De Me-

De Merito.

Quid *sit. Meritum accipitur pro ipso opere, quod meritorium censetur, quo sensu Augustinus alicubi oportere dicit, vt merita præcedant præmium. Aliquando pro præmio, quod dignè operanti datur. Prior sensus ipsum operantem, posterior eum concernit, qui mercedem dat operanti. Et sanè præmium esse non potest, nisi respectu meriti: meritum verò esse potest, etiamsi non sequatur, vel supplicium, vel præmium: Ideò meritum non vocamus præmium: præmium verò frequenter meriti vocabulo exprimimus.*

Loci octo.

Nullũ *esse meritũ, quo apud Deum gloriari possimus, quod demonstratur, quia*

- Scriptura *dicit, omnia esse gratiæ Dei, nec gratiam nos, nec salutem viribus & operibus nostris aliquo merito siue congrui, siue digni, siue condigni, promereri posse.*
- Nulla portio *vitæ nostræ talis est, vt de meritis nostris erga Deũ gloriari possimus. Inspiciatur ergo ordo totius vitæ.*
  - Nullum *meritum est in nondum conceptis. Antequam enim conditi essemus, nihil boni merebamur, & ideò gratia est, quòd conditi sumus.*
  - Nullum *meritum est in nondum natis, vbi nec bonum est opus, nec malum: quomodo poterit esse meritum? Imò quomodo meritũ est, vbi peccati labes est ex ipsa conceptione contracta?*
  - Nec *infantiam nostram meriti prærogatiuam habere: neq; enim sic est mentis intelligẽtia, voluntatis arbitrio ac viribus operandi instructa, vt aut velle aut operari quicquã, quod sit meritorium possit. Id autem verum est, non de infidelium tantùm infantibus, sed & fidelium.*
  - Nec *in adultis est meritum. Quomodo possemus à Deo mereri præmium salutis, cùm simus naturâ filij iræ, impij inimici Dei, cæci, non intelligentes ea, quæ Dei sunt, & prorsus carnales ad omne bonum opus reprobi, facientes, nõ Dei, sed carnis voluntatem, &c. donec Spiritu Dei regeneremur? Nimis certè impium est, gratiam vocationis, fidei, regenerationis, iustificationis habere loco præmij, quod meritis humanis debeatur.*
  - Nec *in conuersis & fidelibus est meritum. Scimus quidem bonis piorum operibus multum in cælo mercedis repositum. Verùm aliud est per bonitatem Dei dari mercedem, & aliud dicere, quòd meriti sumus, & digni, quibus vita æterna mercedis loco detur. Dat mercedem Dominus pro sua bonitate, non pro debito.*
  - Nec *post mortem quicquam meremur. Mortui enim, teste Hieronymo, Nihil valent ad id adijcere, quod semel secum tulêre de vita.*
- Non *sumus nostri iuris, sed toti ad ius Domini pertinemus, à quo sumus conditi, & precio sanguinis à peccato & æterna morte redemti: quidnam igitur meriti prætexere, quod præmium ab illo exigere poterimus, cuius toti sumus? Vel tollamus omnimodam hanc potestatem Dei, quam in nos totos habet, vel agnoscamus non competere seruis, vt de meritis erga herum suum glorientur, & poscant præmia.*
- Non *sumus sufficientes vel cogitare quidem, quod bonum est, nedum opere præstare tanquam ex nobis, sed necesse habeamus vt omnis sufficientia nostra per diuinam nobis gratiam subministretur, 2. Cor. 3. a. 5. Phil. 2. c. 13. Vnde nobis fides? vnde charitas? vnde spes? vnde religio? &c. si non ex nobis, vbi meritum?*
- Si *diuinam maiestatem nullius egentem, sed magis omnia omnibus suppeditantem consideremus, quódnam erit illud bonum opus, quo illi prodesse possimus? Quale autem meritum esse potest in opere, cuius nulla vtilitas ad Deum pertingit? Imò quod amplius est, cuius vtilitas, si qua est, ad nos ipsos redit? Qui iustus est, & bene operatur suo ipsius, non Dei bono, iustus est.*
- Si *examinanda sunt opera nostra, & iudicio Dei exacto & iusto subijcienda, quisnam adeò humanæ imperfectionis ignarus est, vt nõ agnoscat timenda magis esse supplicia propter defectus & vitia, quibus iustitia nostra culpabilis redditur, q̃ vlla expectanda præmia?*
- Amplitudo *futuræ gloriæ non admittit meritum humanum: quomodo enim opera habent rationem meriti, cum amplitudini futuræ gloriæ, vitæ æternæ ac felicitatis ex æquo non respondeant?*

Merita *nostra omnia dona esse Dei, adeò vt homo magis propter ipsa debitor sit Deo, quàm Deus homini.*

Meritum *& gratiam sic inter se pugnare, vt, teste Bernardo, non sit quo gratia intret, vbi iam meritum occupauit.*

Operibus *nostris, quæ mala sunt, non nisi supplicium deberi. Si enim, quod deberetur operibus nostris Deus redderet, vtique damnaret.*

Mereri, *superbum vocabulum esse.*

Summoperè *cauendum esse, ne sic merita humana statuamus, vt gratiam Dei euacuemus, & iustitiam Dei contemnamus.*

De *meritis Sanctorum, an ea posteris prodesse possint. Indubitatum est benefacere Deum, & impendere misericordiam, non solùm iustis, ac se diligentibus, sed & illorum posteris in mille generationes. Verùm tria hæc simul tenenda sunt: Primùm, referendum hoc esse ad bona temporaria, non ad æternam vitam. Deinde, adijciendum esse conditionem, si se non reddant incorrigibili impœnitentia gratia hac indignos. Tertiò, totum hoc quoque magis esse bonitati ac gratiæ Dei, quàm Sanctorum meritis dandum.*

De Carne Hominis.

Loci quinque.

- Quid *sit. Caro non tantùm pro ea parte, quæ Caro dicitur, sed pro toto etiam homine in puris naturalibus constituto ponitur.*
- Quod *sit ingenium carnis.*
  - Odit *afflictionem: non tamen odit iniquitatem & nequitiam. Cùm caro nostra corrupta castigationis frequentiam necessariò requirat, Spiritus piorũ diligit virgam Domini, detestatur iniquitatem.*
  - Nusquã *tam importunè suæ ipsius voluntati inhiat, sicut in cruce & afflictionibus.*
  - Perpetuò *magna præsumit.*
  - Ægerrimè *sustinet confundi.*
  - Assiduè *studet ei rei, quæ cultus Dei non est, tanquam sit Dei cultus, & nulli sumptui parcit.*
  - Petit *in cruce, vt properetur liberatio: Spiritus expectat tempus à Deo destinatum.*
  - Secundùm *sensum rerum externarum, vel de benevolentia Dei, si illæ lætæ sint, vel de ira, si illæ tristes sint, iudicat.*
  - Facilè *dubitat, vbi indignitatem suam respicit.*
  - Delitias *sectari mauult, quàm crucem.*
  - Sub *prætextu cultus Dei quæstum quærit.*
  - Mysteria *Regni Dei non capit.*
- Quanta *sit infirmitas carnis. Hat enim subinde ita carnales reddimur, vt bonum, quod volumus, non faciamus: faciamus verò malum, quod odimus, Rom. 7. c. 19. Hanc reluctationem carnis deplorant, qui pij sunt, vnà cum Apostolo, dicente: Infelix ego, quis me liberabit de corpore mortis huius. Ibid. vers. penult.*
- Quanta *carnis nostræ cæcitas & corruptio. Falsa enim pro veris, vana pro solidis studiosè affectat.*
- Quàm *mirabilis sit animæ & carnis coniunctio. Alia est animæ, alia carnis conditio. Anima immortalis, caro mortalis est: imò nisi sit anima, non est vlla carni vitæ communicatio. Viuificatur caro per animæ infusionem & coniunctionem. Mortificatur per illius exemtionem. Interea tamen anima, cùm à carne separatur, vita non adimitur, cùm sit immortalis. Imò si rectè reputes, multis & variis molestijs ex separatione liberatur. Tantùm autem valet coniunctio ista, & tantum potest vnitas ex hac coniunctione, vt res natura diuersæ non modò coalescant, sed & mutuum in omnibus, & concordem habeant consensum. Agnoscamus hac in re admirabilem Dei sapientiam in nobis ipsis, quæ factum est, vt lugente Spiritu, exsiccentur ossa: & periclitante carne, turbetur Spiritus: ex mutua videlicet coniunctione, qui consensus ad opificij huius conseruationem, diuinitùs est datus.*

De Sanitate corporis.

Ad corporis sanitatẽ conseruandam, hęc requiruntur.

- Ciborum *delectus pro ratione temporis,*
  - Autumni,
  - Hyemis,

  Quæ *complexioni hominis minus conueniunt, & varios progignunt morbos. Sint ergo cibi horum temporum*
  - Calidi *& sicci, saliti.*
  - Assa *plus valent, quàm cocta.*
  - Aues *in aquis degentes non valent.*
  - Pisces *minores, & degentes in aquis lapidosis & fluminibus, valent.*
  - Pisces *modicum saliti, & exsiccati.*
  - Carnes *cum zingibere & croco.*
  - Pisces *cũ pipere, & alijs speciebus, et sale.*
  - Ferculum *primum in prandio perfusum, & vltimum tostum.*
  - Panis *primò cum caseo duro, vel aliquibus potionibus zingiberis & sale.*
- Potus *quantitas & qualitas. Sit igitur*
  - Vinum *bonum, album, odoriferum, non nimis forte. Si est forte, lymphetur.*
  - Rubrum *vinum valet in fine mensæ, eò quòd laxat, sed in principio constipat.*
  - Eandem *vim habent castaneæ, & pira assata, caseus durus.*
  - In *septimana bis aut ter potest bibi vinum cochlear parum ex ardenti, seu sublimato vino cum Speciebus, vel sine Speciebus, ad consumendos frigidos humores.*
  - Ante *potum purgatio facienda per sputum, screatum, vrinam, podicem, atq; per nares.*
  - Semel *vel bis in septimana imponendum naribus vinum ardens, cum panniculo, & attrahendum per nares ad caput, quoniam exsiccat cerebrum.*
  - Et *oculi quandoque liniendi tali sublimato, cum molli veste, vel byssо.*
  - A prandio *non statim dormiendum, nec bibendum, ad duas horas, sed standum, aut suauiter deambulandum.*
  - Post *cœnam vna hora non bibendum, & quicquid bibitur, quasi sugendo bibatur: & ante introitum lecti leuis potus bibatur.*
- Balneum, *& seq. Vide literam A.*

- Balneũ, *quod debet esse*
  - Sobrium, *tempore frigoris & humiditatis.*
  - Ante *introitum balnei, temporibus frigidis, potest sumi modicum de theriaca, & modicum calefcendum & bibendum.*
  - In *balneo madefaciendum caput cum lixiuio calido.*
  - Pedes *ponantur ad aquam calidam vsque ad genua, postea corpus fricandum.*
  - In *exitu balnei corpus cum tepida perfundatur, ad claudendos poros corporis.*
  - Post *balneum statim non bibendum, sed de recenti pomo succus extrahendus.*
  - Non *bibendus à balneo fortis potus, nec in fine comestionis.*
- Lotura *capitis & pedum.*
  - Capitis *lotura fit vna hora vel duabus ante prandium, vel cœnam.*
  - In *lixiuium funde modicum vini ad confortandum caput. Item Camomillam, rosas siccas, &c.*
  - Pedes *lauentur semel vel bis in septimana ante cubitum cum Speciebus, vt Artemisia, Mentha, Camomilla, &c.*
  - Pedes *fricandi cum sale & aceto.*
- Somnus *temperatus.*
  - Somnus *post prandium causat febrim, pigritiem, capitis dolorem, catarrhum, morbũ caducum, squinantiam, chiragram, podagram.*
  - Fiat *primus somnus super dextrũ latus, vt hepar stomachum calefaciat, deinde super sinistrum latus. Item vltimò super dextrum.*
  - Super *ventrem dormire valet multum ad digestionem: In dorso dormire pessimum est.*
  - Caput *ceruicali bene leuetur.*
  - Locus *dormitionis sit de ligno, cuius fenestræ sint meridionales & septentrionales.*
- *A.* Motus *post et ante cibum.*
  - Motus *ante prandium violentus esse potest, ne tamen ad fatigationem vsque sit.*
  - Post *cibum moderatus: standum potius vel deambulandum suauiter, & postea sedendum: Ita enim cibus digeri poterit.*
  - Omnis *lusus & labor post sudorem vocatum remittendus est: Vltrà enim eniti, cum detrimento virium & valetudinis fiet. Assiduitas ergo rem magis quàm nixus perficiat.*
- Vomitus, *qui talimodo fiet:*
  - Recipe *diuersum potum in vna mensura: Vt vinum album & rubeum, nouum item & vetus, & accipe ad satietatem: deinde immediatè post prandium, antè quàm cibus descendat, impone summum digitum, vel pennam ad os, & sic vrgeas vomitũ. Posteà abstinendum ab esu & omni potu vsque ad Cœnam.*
  - Post *vomitum pauco interiecto tempore accipiantur ea, quæ stomachum confortant.*
- Præseruatiua.
  - Manè *odorare pomum odoriferum.*
  - Imponere *naribus radicem Pimpinellæ.*
  - Aut *alias Species florésue benè olentes.*
  - Deglutire *de Thure albo septem grana parua, aut Zingiber, &c.*
  - Linteamina *suspendantur omni die, tempore hyemis in stuba, tempore æstatis in aëre, vt nimirum humores aut vapores olentiores colligant.*
  - Tempore *frigido habendi carbones igniti, in quos proijciantur Sal, album Thus, grana Iuniperi, clausis fenestris. Hæc enim rectificant aërem.*
- Impedimentorum *remotio, quæ sunt: longa sessio & serotina, multa bibitio, fructus immaturi, cæpæ crudæ, potus turbidus, carnes diuturnæ, laridum vetus, boleti, otium, somnus immoderatus, &c.*

De Anima Hominis.

TABVLA I.

- Quàm *variè vsurpetur animæ vocabulum. Primùm enim accipitur pro quolibet viuente, Genes. 1. c. 21. Secundò, pro vita hominis, aut animantis, 1. Reg. 26. d. 21. Actor. 20. b. 10. Tertiò, pro toto homine, Leuit. 20. a. 6. Rom. 13. a. 1. Quartò, pro affectu, desiderio, voluntate, Ezech. 7. b. 12. Eccles. 6. b. 3. Quintò, pro Spiritu hominis rationali, de quo hîc disserimus.*
- Quid *sit anima. Est enim substantia Spiritualis corpori humano à Deo infusa, vt ei coniuncta, ipsum animet & dirigat: separata autem à corpore non intereat, sed immortalis viuat æternùm.*

Loci tres.

- Animam *dupliciter considerari. Aut enim est*
  - Coniuncta *corpori. Hic disce,*
    - Quotuplex *sit anima in homine. Vna est anima in homine, quæ & corpus sua societate viuificet, & rationi ministret.*
    - Qualis *sit substantia animæ hominis. Simplex animæ natura dici potest, quia ex alijs naturis non est: item Spiritualis, excellens quædam, & ab alijs Spiritibus differens: verè quidem existens, & à creatione sua semper agens, sed quam nos nostro eloquio eloqui non possumus.*
    - Quanta *sit in homine. Augustinus in Epistola ad Hieronymum, docet, per omnes corporis partes totam simul adesse, nec minorem in minoribus, & in maioribus maiorem. sed alicubi intensius, alicubi remissius, & in omnibus totam, & in singulis totam esse.*
    - Vnde *oriantur animæ. Vide literam A.*
  - Separata *à corpore. Vide literam B.*

A.
- Vnde oriantur animæ. De hac re variæ sunt opiniones Philosophorum, Poëtarum, & Interpretum Scripturæ. Pythagoras enim, ac omnes ferè Platonici, è cœlo delapsam esse putant. In qua opinione est & Origines. Stoici, Manichæi, & Priscillianistæ à propria Dei substantia oriri suspicantur. Alij olim conditas quasi in Dei Thesauro contineri asserunt. Tertullianus & Apollinarius, & maxima pars Occidentalium, vt corpus ex corpore sit, animam ex anima parentum nasci putant: alij ex traduce oriri asserunt. Sed recepta sententia est, animam ex nihilo creari, & corpori infundi à Deo, quando fœtus in vtero materno sua forma, ac partibus perfectus est. Lege Genes. 2. b. 7. Eccles. 12. Iob. 10. a. 1. Huc facere videtur illud Ioan. 3. a. 6. Quod natum est ex carne, caro est. Caro hic pro homine accipitur, sicut Genes. 6. Neque enim nunc aliter creantur animæ nostræ, quàm primorum parentum nostrorum.
- Quid operatur in homine.
  - Corpus animat, dirigit, custodit, alit, auget, gignit aliud, fouet.
  - Discernit & dijudicat sapores, odores, sonos, formas, frigida, calida, aspera, lenia, &c.
  - Dat intelligentiam, & ratiocinantem facultatem.
- Quæ sint facultates animæ.
  - Intellectus, q duplex est. Rerum
    - Terrenarum, de quibus est aliquod in homine indicium, sed & illud infirmum.
    - Cœlestium. In his prorsus caligat humanum ingenium.
  - Voluntas, ea cùm sequatur ducem cæcum, id est, intellectum corruptissimum, nemini obscurum est, quid eligat. Raptatur sursum, ac deorsum spe, metu, libidine, dolore, indignatione, vt non nisi pessima quæque deligat, & sectetur.

B. Separata à corpore. Hic disce,
- Qualis sit extincto corpore, qualis ante fuit, immortalis scilicet, & omnis corruptionis expers. De hoc alibi.
- Vbinam agant animæ à corpore separatæ. Habent certa sibi à Deo parata, in quibus degant domicilia, quæ apud Esdram (4. Esdr. 7. d. 54.) Penetralia, vel Promptuaria, à Christo Paradysus, & sinus Abrahæ appellantur. Nam animæ tum consummatæ erunt, cùm Filius Dei tradet Regnum Patri. De hoc lege Musculum in Matth. cap. 9. de Puella suscitata, & cap. 27. fol. 643.
- Quàdo animæ transferantur in suum domicilium, statim à morte corporis. Hic disce:
  - Animas separatas à corporibus non dormire, sed æterna bona ex parte frui, aut dormire, non Spiritu, sed corpori Scriptura tribuit.
  - Animas separatas à corporibus non deferri in Purgatorium: solo enim Christi sanguine purgantur animæ.
  - Animas separatas à corporibus non oberrare in his regionibus.
  - Apparitionem Spirituum rem confictam esse, & orationes pro defunctis inutiles.
- Quando redeat anima ad corpus. Die Vltimo Iudicij, quando iam totus homo corpore & anima ad Deum, æternùm viuet.

TABVLA II.

LOCI quatuor.
- Quid sit anima. Est substantia creata, inuisibilis, immortali Deo simillima, imaginem nullam habens, nisi Creatoris sui, secundùm Augustinum libro Definitionum.
- Quotuplex. Respectu fidei ac vitæ, duplex est: aut
  - Christi Sponsa, quæ Christum & verbum eius recepit, & obseruat, quæ doctrina tritur, & exercetur, vt caro mollibus. Anima igitur deficit, vbi caro requiescit. Anima in corpore vt Auriga est, qui frena currentium equorum retinet. Sensus enim corporum, quasi equi sunt, sine ratione currentes. Cursus ergo sine ratione & imperio animæ in suum fertur interitum. Vnde & Salustius: Animi imperio corporis seruitio magis vtimur. Quare corpus vt equus indomitus, freno & calcaribus animæ indiget. Freno, vt furentem & præcipitem à malo cohibeat. Calcaribus, vt ad beneficentiam excitet. Aristoteles lib. 1. Politic. Anima naturaliter dominatur corpori, vt dominus seruo. Philosophi corpus puerum, animam pædagogum esse dixerunt. Alterum nobis cum Dijs, alterum cum belluis commune. Igitur nisi vitia adolescentis & pueri, prudentia pædagogi rexerit, omnis conatus eius & impetus ad lasciuiam properant. Huius animæ facies est conscientia munda, Chrysostomus inquit. Sicut enim in conspectu hominũ gratiosa est facies pulcra: sic in oculis Dei speciosa est conscientia munda.
  - Diaboli, adultera, quæ cum Diabolo scortatur, quæ sensibus corporis ducitur, voluptatibus carnis indulget. Quid verò indecentius est, quàm cum rectò corpore gerere animam?
- Vnde oriantur animæ, & seq. Vide literam A.

A.

Vnde oriantur animæ. Recepta sententia est, animas rationales tũc nouas creari, & inseri corporibus, cũ membra iam formata sunt. Id probatur,

Testimoniis—

Scripturę, vt

Genes. 2. a. 7. *Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.*

Eccles. 12. a. 7. *Antequam redeat pulvis in terram, qualis fuit, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.*

Esaiæ 57. v. 16. *Animas ego feci, ait Dominus.*

Ezech. 38. *Viuit Iehouah, qui fecit nobis animam hanc.*

Zachar. 12. a. 1. *Formans spiritum hominis in medio eius.*

Doctorum *Ecclesiasticorum*, vt *Augustini, Irenei, Cyrilli, Hilarij, Hieronymi, Theophyli, qui quidem lib. 1. Paschali, nec animam Christi ante suum corpus creatam esse docet, contra Originem. Idem & Tertullianus sentit, & docet.*

Autoritate *Philosophorũ, ac clarissimorum virorum*, q animas è cœlo, i. à Deo venire affirmãt, vt

Cicero *lib. 1. Tuscul. Animorum nulla in terris origo inueniri potest: nihil enim est in animo mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum atq; fictum esse videatur. Non igitur inuenitur vnquam vnde ad hominem venire possit, nisi à Deo. Spiritualis enim natura non oritur à corporali. Idem de Senectute: Est enim animus cœlestis, ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, &c.*

Macrobius *lib. 1. super somnium Scipionis: Animarum originem manare de cœlo apud philosophantes indubitatæ constat esse sententiæ.*

Autoritate *Poëtarũ, qui & ipsi è cœlo, id est, à Deo animas creari, et corporibus formatis inseri testantur, vt*

Iuuenalis:

Sensum à cœlesti demissum traximus arce.

Lucretius:

Cedit enim retro de terra, quod fuit antè
In terra, sed quod missum est ex ætheris oris,
Id rursum cœli fulgentia templa receptant.

Manilius *lib. 4.*

An dubium est habitare Deum sub pectore nostro,
In cœlumq; redire animas, cœloq; venire.

Scripturæ *testimonijs:*

Matth. 10. *Qui occidunt corpus, animam occidere non possunt.*

Lucæ 23. *Hodie mecum eris in Paradyso. Non autem vna cum eo esse posset, si anima tantùm esset habitus dissipatus.*

Philip. 1. *Cupio dissolui, & esse cum Christo.*

2. Cor. 5. *Dum in corpore commoramur, peregrè absumus à Domino. Confidimus autẽ peregrè abesse à corpore, & præsentes adesse apud Dominũ.*

1. Pet. 3. *Spiritibus, q erãt in corpore, prædicauit. Luc. 16. de Lazaro et Diuite.*

Autoritate *Philosophorum*, vt *Thaletis Milesij, qui primus, teste Laërtio, de vita & moribus Philosophorum, Animas immortales esse dixit, & de Natura disputauit. Item Platonis, Aristotelis, Ciceronis, Salustij in Catilina.*

An *sit anima immortalis. Esse verò animã immortalem probatur*

Autoritate *Poëtarum*, vt

Phocylidis:

Anima autem immortalis & insenescibilis viuit per omne tempus.

Ouidij *lib. 15. Metam. Morte carent animæ, &c. Idem libro Tristium:*

Singula quid referam? nil non mortale tenemus,
Pectoris exceptis, ingenijq; bonis.

Argumẽtis, *quæ lia sunt:*

Quæ non sunt nata ex elementis, non afficiuntur corporum corruptione, Anima non est orta ex elementis: ergo, &c. Impossibile est enim in natura elemẽtali oriri notitias, quas tenent animæ hominum. Platonis hoc est argumentum.

Impossibile *est optimos quosque tantùm ad perniciem nasci. Constat autem optimos plerunque durissimè affligi: necesse est igitur restare aliquem portum, in quo boni quiescant.*

Si *Deus est & incorporalis, & inuisibilis, & æternus: ergo non iccircò interire animam credibile est, quia non videtur, postquam recessit. Lactantij argumentum lib. 7. Diuinarum institutionum.*

Quæ facultas in homine, munia sua omnia, absque organis intereuntibus perficit, eam inconueniens est corruptionem corpoream subire: at anima talis est: ergo, &c. Aristotelis argumentum.

Nulla *Dei esset iustitia, nulla bonorum merces, malorumq; iusta supplicia, si anima mortalis esset. Origenes.*

Homines *futura etiam cogitant, ergo extinctis corporibus animæ superstites manent. Cic. lib. 1. Tuscul.*

Si *præsens vita certa est, quamuis non antè nobis reuelata, multò magis certa ea esse debet, de qua iam viuentes certiores sumus facti, & meditamur. Id autem spiritu, seu anima maximè operamur: ergo, &c. Lactantij argumentum.*

Nihil *est animis admixtum, nihil concretum: quod cùm ita sit, certè nec secerni, nec diuidi, nec distrahi potest, nec interire igitur. Cic. lib. Tusc. 1.*

De statu Animarum sanctarum.

ANIMARVM status tres.

- In corpore corruptibili. Hic status cõsistit in
  - Vera agnitione Dei.
  - Fiducia Mediatoris Christi, qui est cibus animæ, per verbum eam nutriens.
  - Exercitio virtutum, vt iustitiæ, temperantiæ, castitatis, &c.
  - Charitatis operibus.
  - Rectitudine conscientiæ. Quid enim indecentius, quàm curuum recto pectore gerat animum?
  - Loci, in quo animæ degunt, amœnitate. Hæc Ecclesia Christi est, quæ à Paulo Templum Dei, ab Augustino super Genesim, Paradysus Spiritus appellatur. Erũt autem & in cœlis animæ, etiam antequam hac custodia exsoluantur, si puræ ac lucis meditationes diuinas emicent.
  - Conscientiæ puritate, quæ & ipsa animæ Paradysus ab Augustino appellatur. Chrysostomus super Matthæum, Mundam conscientiam facium animæ appellat. Bernardus, Animæ culcitram.
  - Gubernatione corporis. Sicut enim Deus præsidet Spiritui, ita Spiritus carni præsidere debet. Sensus enim corporum quasi equi sunt, sine ratione currentes: anima vero, cui Deus præest, in Aurigæ modum retinet frena currentium.
  - Duris perferendis. Vt enim caro mollibus, ita anima duris exercetur, & nutritur, vt sunt paupertas, fletus, dolor, terror, persecutio, captiuitas, &c.
  - Militia assidua contra Satanam, carnem, & mundum.
- Sine corpore. Hic variæ oriuntur quæstiones,
  - Vbi sint animæ à corpore separatæ. Non est nobis hac de re curiosius disputandum: satis sit nobis scire, Spiritum redire ad Deum, qui dedit illum, & post dissolutionem ea futuras esse cum Christo. Sunt animæ cum Deo, Eccles. 12. Cum Christo, Philip. 1. d. 23. In Paradyso, Luc. 23. g. 43. In pace, Sap. 3. a. 3. In requie, Hebr. 4. a. 11. In sinu Abrahæ, in consolatione, Luc. 16. d. 22. In refrigerio, Sap. 4. b. 7. In securitate, Iob. 11. in manu Dei, Sap. 3. a. 1. Lege de hac re Augustinum de Genesi ad literã, lib. 12. cap. 32. & lib. 10. cap. 9. Athanasium de Variis quæstionibus, quæst. 19. Vt autem in terris duplex semper fuit, & est cœtus piorum & impiorum: ita post hanc vitam duplex est animarum receptaculum. Piorum animæ fuerunt, & sunt in sinu Abrahæ: impiorum verò animæ in carcere, & parte inferni & tormenti æterni. Poëtæ animas piorum post discessum ex corpore ad Elysios campos infernales deferri putant. Sunt qui dicant, animas separatas à corporibus in æternum exilium mitti. Lege Horat. lib. 2. Ode 3. Pallades scribit, animã egressam ex corpore, tanquã ex vinculis mortis fugere ad Deum immortalem. Plato animas piorum post discessum è corpore in pulcherrimis locis conseruari scribit. Testis est Eusebius lib. 5. in vita Constantini. Impiorum verò animas circa sepulcra vagari, eaq; esse Spectra indicat
  - An sciant aliquid de nobis. Nescire verò quicquam de nobis testantur loci Scripturæ, Iob. 14. c. 12. Eccles. 3. 9. Mortui nihil nouerunt amplius, Esaiæ 63. c. 16. Lege de hoc & Augustinum de Spiritu & anima, cap. 11. 13. 29.
  - Quid agant animæ piorum. Vt in hac vita Deum glorificauerunt, ita & illic post hanc vitam.
  - Quis sit piarum, &c. Vide literam A.
- In corpore iam glorificato. Hic status cõsistit in
  - Remotione omnium malorũ, vt sunt lacrymæ, luctus, pauor, clamor, mœror, frigus, lassitudo, mors, fames, sitis, paupertas, insidiæ, & tentationes Satanæ, terror gehennæ, &c. Quanta verò hæc felicitas est, vbi nullũ erit malum, & nullum deerit bonũ.
  - Exhibitione bonorũ, quæ Deus promisit, vt sunt,
    - Perfecta
      - Visio Dei, qui omnium desideriorum finis est, qui sine fine videbitur, sine fatigatione laudabitur.
      - Dei cognitio,
      - Charitas,
      - Requies,
    - Gloria æterna,
    - Immortalitas,
    - Incorruptibilitas,
    - Vera & æterna pax,
    - Vera salus,
    - Societas ciuium Regni cœlorum.

    Hæc fide non capiuntur, spe non attinguntur, desideria & vota transgrediuntur, quæ possideri possunt, æstimari nõ possunt: facilius autem dicere possumus in illa vita æterna quid non sit, quàm quid ibi sit. Non est mors, luctus, tormentum, terror, &c.
  - Loci celebritate, amœnitate, splendore, securitate, dignitate, qui à Paulo cœlum tertium, & Paradysus appellatur. De hoc vide Apocal. 21.
  - Solennitate & festiuitate perpetua. De qua Esaiæ vltimo.
  - Hymnis, canticis & carminibus, quæ gloriam æterni Dei deprædicant æternã.

A. Quis sit piarũ animarum status. De hoc duplex est opinio. Alia

- Ethnica, quæ est vel
  - Vulgata. Sunt enim ex vulgo, qui animas
    - In his terris vagari putent. Hinc mutuati sunt & Papistæ suum illud de vagis Spiritibus dogma. Contra hos vide Sapient. 2. Eccles. 38. Iob. 7. Psalmo 77. Lege & Augustinum de Spiritu & anima, capite 13. Chrysostomum Homilia. 28. super Matthæum, Lactantium de Origine erroris libro secundo, capite decimoquinto. Theophylactum in Luc. 16. Lyranum de Perfidia Iudæorum.
    - Sceleratorum, putent transire in Dæmones, pecudes, bestias, & serpentes. Id quod & Pythagoras affirmabat. Lege Philastrium de Hæresibus, & Augustinum de Genesi ad literam, libro 10. cap. 4.
  - Philosophica. Sunt enim ex Philosophis qui
    - Animas perpetuò dormire asserant. Inter hos est & Catullus, Ode 53.
    - Animam halitum tantùm esse dicãt, & post mortem in aërem dissipari, & postea interire. In hac opinione erat Epicurus, Democritus, & Dicearchus.
    - Animas post longa tempora, facta penitus oblitione veterum miseriarum, ad corpora redire affirmant. De his Virgil. lib. 6.
      O Pater an ne aliquas ad cœlos ire putandum est
      Sublimes animas, iterumq; ad tarda reuerti
      Corpora.——
      De hoc lege Augustinum sermone 142. Atque hanc palingenesiam Iudæis etiam creditam esse testantur loci Matth. 14. & 16. Putabant autem eos, qui ita vitæ huic ex mortuis restituti essent, longè maiori virtute diuinitùs præditos esse, quam antea dum viuerent.
    - Animæ naturam in naturam corporis, vel in naturam animæ irrationalis, vel in naturam Dei conuerti putant, vt quæ fuit anima hominis, fiat vel corpus vel anima pecoris, vel Deus ipse: contra hos Augustinus cap. 4. lib. 10. de Genesi ad literam.
- Ecclesiastica, quæ est vel
  - Vera, hæc asserit animas à corporibus separatas, esse in
    - Requie.
    - Glorificatione nominis Dei.
    - Expectatione bonorum, quæ Deus promisit diligẽtibus illum. Vt enim perfectè & consummatè iustificatæ non sunt, sed ex parte, ita in vita æterna consummatè non sunt.
  - Falsa. vel Papistica, hæc asserit, Animas à corporibus separatas vel
    - Deferri in Purgatorium, quæ opinio multis locis Scripturæ facilè refelli potest.
    - Dormire ad diem Vsque Iudicij, non viuere, cùm dormire corpori tribuatur, non Spiritui. Idq; ratione resurrectionis futuræ. Quare Daniel dormitionem signatè corpori tribuit, cùm inquit: Multi, qui dormiunt in terræ puluere, &c. cap. 12. v. 2.
    - In his regionibus oberrare. De hoc suprà.
    - In perfecta & consummata beatitudine esse. Contra hanc opinionem Hebr. 11. 2. Tim. 4. Apocal. 6. 21. Matth. 20. 21. 2. Pet. 2. Chrysostomus super locum Pauli Hebr. 11. Augustinus libro 1. Retractationum, capite 1. 4. Fulgentius libro 1. ad Monimum. Theophyl. super locum Lucæ, cap. 23. Hodie mecum eris, &c.

Lege de hoc PETRVM MARTYREM in secundo Regum cap. 2. fol. 191. 192.

De Vita.

Quid *sit.* *Vita est mansio animæ in corpore, secundùm Aristotelem libro de Vita & morte.* Dicitur autem vita, teste *Menandro*, quia vi paratur, vel quòd vim habeat nascendi & crescendi. *Augustinus super Iac. 4. Vita hæc, est vita dubia, vita cæca, vita ærumnosa, quam humores tumidant, dolores extenuant, ardores exsiccant, aëra morbidant, escæ inflant, ieiunia macerant, tristitiæ consumunt, securitas debilitat, diuitiæ iactant, paupertas deijcit, infirmitas frangit, &c.*

Loci quinque.

- Quotuplex.
  - Corporis, *seu naturæ*
    - Piorum,
    - Impiorum.
  - Animæ, *quæ est fides in Christum.*
  - Æternæ.
- Animalis *vita, seu corporis quotuplex: aut enim*
  - Breuis. *Aut verè vita fidelium breuis est, aut infidelium. Fidelium, vel vt molestiæ vitæ, temporis exiguitate finiantur, Esaiæ 57. c. 11. vel vt dum breuitatem vitæ considerant, immunditiæ culpas declinent, vel ne malitia mutaret intellectum eius, Sap. 4. c. 11. vel quod Deo placeant, Sap. 4. b. 10. Satis autem diu vixit, qui benè vixit. Senec. Epist. 78. Quomodo fabula, sic & vita: Non quàm diu, sed quàm benè acta sit, refert. Idem Epist. 22 Nemo quàm benè viuat, sed quamdiu, consideret: cũ omnibus possit contingere, vt benè viuant, vt diu, nulli. Impiorum vita breuis est, vt suæ stultitiæ et malitiæ pœnas luant, Eccles. 7. c. 7. Psal. 55. d. 24. 108. c. 14. &c.*
  - Longior. *Diu viuere quid est, nisi diu torqueri? Et diu viuere quid est, nisi ad finem currere? Omnis autem vita per se breuis est, & ipsa breuitas semper incerta. Longitudinem vitæ huius nõ facit nisi spes viuendi. Nam nihil videtur esse celerius, quàm quod in ea iam præteritum est. Nihil verò ita decipit, quàm cùm ignorẽt homines spatia viuendi, qui longiorem sibi vitam repromittunt. Vita nostra nauiganti similis est. Is enim qui nauigat, stet, sedeat, iaceat, semper vadit, quia impulsu nauis ducitur.*

Quę *causæ.*—

- Determinatio *Dei.*
- Fatalis *dispositio, quæ à Deo regitur.*
- Prouidentia *Dei.*

Qui *effectus.*

- Vitæ *piorum.*
  - Successus *felix,*
  - Benedictio *Domini,*
  - Tranquillitas,
  - Præmia.
- Vitę *impiorum.*
  - Incommoda *vitæ,*
  - Maledictio,
  - Terror,
  - Supplicium *temporale & æternum.*

De Viro.

Quid *sit.* *Est homo virilis & perfectæ ætatis, ac integritatis. Vir enim (teste Augustino lib. 3. Sermonum, sermone 3.) à virtute dicitur, eò quòd libidines vincere debeat.*

Loci quatuor.

- Quotuplex.
  - Bonus, *qui perfectis gressibus per viam Dei viriliter currit: vel, qui vias Domini fortibus & non dissolutis gressibus sequitur: vir bonus non potest non facere quod facit: non est enim bonus, nisi fecerit. Horatius Epistolarum lib. 1. epist. 17.*

    —*Vir bonus est quis?*

    Qui consulta patrum, qui leges, iuraque seruat:
    Quo multæ magnæq; secantur iudice lites:
    Quo reſponsore & quo causæ teste tenentur.
  - Malus, *qui fluxa mente est, quem carnis voluptas, fœminea mollities, fluxa lenitas, & desidiosa ociositas fœminant.*

Quę *causæ.*—

- Viri *boni.*
  - Verbum *Dei,*
  - Recta *ratio: Bonus enim vir singula cum ratione dijudicat.*
  - Amor *virtutis,* Honestum.
- Viri *mali.*
  - Præsumtio,
  - Mala *mens,*
  - Malus *animus,*
  - Mala *institutio,*
  - Assuefactio.

Qui *effectus.*

- Viri *boni.*
  - Actiones *honestæ,*
  - Referre *omnia, quæ agit, & quæ sentit, ad id, quod laudabile est.*
- Viri *mali.*
  - Actiones *inhonestæ,*
  - Gloriæ *venatio, etiamsi quid rectè aggredi videatur, cùm longè aliud sit quidpiam ad laudem, & aliud ad gloriationem facere.*
  - Ignominia,
  - Incommoda, *&c.*

De Ma-

De Muliere.

Quid *sit. Mulier est illa, quæ amplius virgo non est. Ambrosius libro de Officijs: Fœminam, præcipuè malam, ianuam Diaboli, viam iniquitatis, Scorpionis percussionem, nociuumq; genus appellat. Chrysostomus super illud Matth.19. Non expedit nubere, inquit: Quid est mulier, nisi Amicitiæ inimica, Ineffugabilis pœna, Necessarium malum, Naturalis tentatio, Desiderabilis calamitas, Domesticum periculum, Delectabile detrimentum? Laërtius de Vita & moribus Philosophorum: Interrogatus, inquit, Secundus Philosophus, quid esset mulier, respondit: Hominis confusio, Insatiabilis bestia, Continua solicitudo, Indesinens pugna, Quotidianum damnum, Solicitudinis impedimentum, Viri incontinentis naufragium, Adulterij vas, Perniciosum præsium, Animal pessimum, Pondus grauissimum, Aspis insanabilis, Humanum mancipium. Seneca Tragœdia quarta: Dux malorum fœmina, & scelerum artifex. Menander malam mulierem, Venenum aspidis, Thesaurum malorum, Tristitiam præsentem, ac Delectabile malum appellat.*

Loci tres.

Quotuplex.

- Bona, vel
  - Formosa: *Hæc gratior est corpore & animo venusta. Hæc Temo est domus, Vitæ salus, vt dicebat Menander.*
  - Informis: *Corporis deformitas nihil obest, si mens pulcra sit. Interno ornata cultu, qui est animus incorruptus, mitis, placidus, tractabilis. Item castitas, pietas, de quibus 1. Pet.3.a.1. 1. Tim.2.a.11. De hoc & Prouerb.3.d.30. Fallax gratia, & vana est pulcritudo, mulier timens Deum ipsa laudabitur. Huc pertinet Socratis institutio. Is enim, teste Apuleio de Magia, libro 1. suasisse fertur discipulis suis crebrò, vt semet in speculo contemplarentur, vt qui eorum foret pulcritudine sibi complacitus, impendio procuraret, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret: Qui verò minus commendabilẽ se forma putaret, vt virtutis laude turpitudinem tegeret. Seneca in Prouer. Sicut formosa pictura est, cùm nulla pars errat: sic & formosus homo, in quo nulla pars peccato fœdata est.*
- Mala, *quæ sumtuosum quid est naturâ, et hæc vel*
  - Formosa, *& hæc vel*
    - Diues: *Hæc non vxor, sed Domina est: & est vt tectum iugiter perstillans, Prouerb.19.c.13. 27.d.20. Est sepulcrũ dealbatum, vt Chrysostomus inquit, super Psalm.50. Est templum super cloacam ædificatum, vt dicebat Socrates. Propertius Elegia 16.*
      Formosis leuitas semper amica fuit.
      Melius est habitare in angulo tecti, quàm cum vxore maledica in domo communi, Prouerb.21.v.9. & cap.25.v.24.
    - Pauper: *Hæc citò adamatur, & facilè assentitur, propter munus. Laertius de Moribus & vita Philosophorum refert, cùm Diogenes vidisset quendam decora facie, & moribus inhonestum, ait: O quàm bona domus, et malus hospes. Prouerb. 11.d.12. Circulus aureus in naribus suis mulier pulcra, &c.*
  - Informis, *stulta. Hæc non facilè concupiscitur: vult tamen amari, vt verò pulcra, mala tamẽ, communis est: ita informis mariti pœna est: quæ si non rogetur, ipsa roget.*

Qui *effectus.*

- Bonæ *mulieris in matrimonio,*
  - Gloria, *Prouerb.11.c.16.*
  - Iucunditas, *Prouerb.18.c.22.*
  - Beatitudo, *Eccles.26.a.1.*
  - Tranquillitas, *ibid.*
  - Delectatio, *ibid.*
  - Requies, *ibid.*
  - Adiutorium,
  - Diuitiæ, *Prouerb.31.c.18.*
- Malæ, vel
  - In *matrimonio,*
    - Egestas, *Prouerb.5.c.18.*
    - Dolor, *Eccles.26.a.8.*
    - Luctus, *ibid.*
    - Contumelia, *ibid.*
  - Extra *matrimoniũ,*
    - Egestas,
    - Mors,
    - Inferi,
    - Insania, *Eccles.29.a.2.*
    - Turpitudo, *Eccles.26.a.11.*
    - Bella,
    - Ciuitatum *submersio,*
    - Dei *odium,*
    - Mendacium,
    - Superbia,
    - Inobedientia.

De Adoleſcentia.

Loci quinque.


- Quid *ſit. Eſt enim, Cicerone teſte in Topicis, flos ætatis: vel, vt alij, extrema pueritia.*
- Quot *ſint ætates hominis.*
  - Infantia, *quæ eſt ad 7. annos.*
  - Pueritia, *vſque ad 14. annos.*
  - Adoleſcentia *ad 28. annos, & eſt vel*
    - Ephebia, *prima adoleſcentiæ pars, quæ eſt iam in pube.*
    - Exceſſus *ex ephebis.*
  - Iuuentus, *firmiſſima omnium ætatum, quæ & virilis ætas dicitur, ad 50. vſq; annum.*
  - Ætas *ſenilis, cuius ſpecie:*
    - Grauitas, *quæ eſt declinatio à iuuentute ad ſenectutem ad 70. vſque annum.*
    - Senectus, *quæ nullo annorum termino finitur.*
    - Senium, *vel ætas decrepita, vltima pars ſenectutis, durans vſq; ad finem, vbi quis aperta iam loqui non poteſt.*
- Quæ *ſint adoleſcentiæ ornamenta.*
  - Silentium *in medio magnatum & ſeniorum.*
  - Timor *Dei,*
  - Obſequium,
  - Obedientia,
  - Honorare *Parentes, Seniores, Magiſtratus, Cic. lib. 1. Offic. Adoleſcentis eſt maiores natu vereri, ex hisq; eligere optimos & præſtantiſſimos, quorum conſilio atque auctoritate nitatur. Iuuenalis Satyra 13.*

    Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
    Si iuuenis vetulo non aſſurrexerit, & ſi
    Barbato cuicunque puer.——
  - Caſtitatem *tueri. Iuuenem quendam, teſte Ambroſio lib. 3. de Virginitate, veteres fabulæ ferunt, cùm propter admirabilem oris pulcritudinem in amorem incenderet feminas, ſtigmatibus exaraſſe vultum ſuum, ne qua eum amare poſſet.*
  - Sobrietatem *ſectari.*
  - Humilitatem *non aſpernari.*
  - Diligere *clementiam & verecundiam, quæ eſt virga diſciplinæ, expugnatrix malorum, propugnatrix puritatis innatæ, bonæ ſpei nuncia, ſpecialis gloria conſcientiæ, ſatis mæ cuſtos, vitæ decus, virtutis ſedes, virtutum primitiæ, naturæ laus, & inſignis tius honeſti.*
- Quæ *vitanda adoleſcenti. Hæc ſcilicet,*
  - Superbia,
  - Ebrietas,
  - Loquacitas,
  - Mendacium,
  - Furtum, Acedia,
  - Gula: *nam autore Gellio lib. 4. Compertum eſt, pueros impuberes, ſi nimio cibo, nimioq; vino vtantur, hebetiores ac laſciuiores fieri.*
  - Luxuria: *quare, teſte Laërtio Diogene de Vita & moribus Philoſophorum, pueros puberes non in forum, ſed in agrum duci Lycurgus iuſſit, vt primos annos non in luxuria, ſed in omni opere & labore agerent. Nihil eos cauſa ſomni ſubſternere, & vitam ſine pulmento agere, neque priùs in vrbem redire, quàm virifacti eſſent, ſtatuit.*
- Quomodo *tractandi, ac inſtituẽdi pueri adoleſcentes.*
  - Seueriùs *admonendi, ne in vitia prolabantur.*
  - In *inſtitutione adoleſcentum miſcenda eſt lenitas cum ſeueritate, & faciendum eſt quoddam temperamentum, vt nec multa aſperitate exulcerentur, nec nimia lenitate ſoluantur.*
  - Inſtruendi *ad honeſti rectiq; amorem, deinde ſapientiam.*
  - Exercendi *in labore, patientiaq; animi & corporis.*
  - Adoleſcentes *maximè ab ebrietate cuſtodire oportet.*
  - A libidinibus *adoleſcentes arcendi ſunt.*
  - Caſtigandi *propter temeritatem, ac propter peccata, vt quibus virtutibus omnem vitam tueri poſſint, eos in ætate maturiſſima velint comparare.*
  - Parentes *ac Præceptores ea maximè pueros doceant, quæ pertinent ad timorem Dei, turpia prohibeant, Pſalmis dulcibus teneram linguam imbuant.*
  - Diſciplina *ſæpius vtendum: hæc enim magiſtra religionis & veræ pietatis eſt: hæc omnem corporis ſtatum, nec non & mentis habitum compoſitum reddit, cervicẽ ſubmittit, ponit ſupercilia, componit vultum, ligat oculos, cachinnationes cohibet, moderatur linguam, frenat gulam, ſedat iram, format inceſſum.*
  - Proponendum *& dictum Sapientis cuiuſdam, qui cùm de ratione diſcendi interrogaretur, inquit:*

    Mens humilis, ſtudium quærendi, vita quieta,
    Scrutinium tacitum, paupertas, terra remota,
    Hæc reſerare ſolent multis obſcura legendi.

De Me-

De Memoria.



¶ *Sæpe recordari medicamine fortius omni.*

De Morbis.

Loci septē.

- Quid *sit*. *Est habitus cuiusq; corporis, contra naturam, qui vsum eius facit deteriorem*, Gellius lib. 3. cap. 1.
- Quid *differunt Morbus, Languor, & Vitium*. *Morbus vehementior hominem correptum in lectum proijcit: Languor verò, id est, imbecillitas quædam corporis, hominem etsi non permittit esse sanum, lecto tamen non affigit. Vitium est, quod sine discessu est, vt cæcitas, claudicatio, vecordia, &c.*
- Quotuplex. *Alius enim*
  - Corporis, *& est vel*
    - Ad *mortem, ex qua mors prouenit.*
    - Nō *ad mortem. Hìc disce:*
      - Quotuplex. *Alius enim est*
        - Curabilis.
        - Incurabilis, *vt morbus ex natiuitate contractus, sed benè habet, surdos, cæcos, claudos à natiuitate carnis reparat, & sanat natiuitas Spiritus in Christo.*
      - Quis *sit finis morbi: videlicet vt castigemur, & emendemur, à peccatis custodiamur, & ab animæ infirmitate vel liberemur, vel præseruemur.*
  - Animorū. *Hìc disce:*
    - Quid *sit. Est enim fluxus peccatorum & concupiscentiarum.*
    - Quando *curetur hic morbus. Quando concupiscentia sistitur.*
    - Cuius *opera ac virtute curetur. Christi videlicet, doctissimi Medici animorum.*
    - Qua *re curetur. Liuore ac sanguine Christi, per quem donatur nobis Spiritus, mortificans in nobis malam concupiscentiam.*
    - Quomodo *curetur hic morbus.*
      - Tollitur *reatus.*
      - Progressus *mali sistitur per Christi Spiritum.*
      - Magis *ac magis enecatur, id quod tamen consummabitur, quando corpus peccati telluri subditum fuerit.*
- Vnde *oriātur morbi. Ex*
  - Peccato *& transgressione hominis: nisi enim transgressioni obnoxium fuisset genus humanum, nec morbis, nec Satanæ tyrannidi obnoxium esset*, Deut. 28. d. 27. *Ex transgressione Legis. vide quot morbos minitetur Moses*, Ioan. 5. c. 14. *Ecce sanus factus es, vide ne pecces amplius, &c.* Et 1. Cor. 11. d. 30. *apertè testatur Paulus, ex abusu Cœnæ factum esse, quòd Corinthij sint à Domino correpti.*
  - Satanæ *tyrannide.*
- A quo *mittantur morbi. Vt tollantur, ita & mittuntur à Deo. Non ergo casu accidunt, sed sunt flagellum Domini, & disciplina Patris nostri.*
- Ad *quid mittantur. Vt peccata agnoscentes, vitam nostram emendemus, & corrigamus.*
- Quid *ægrotis faciendum.*
  - Amputanda *causa morbi: id est, ira Dei auertenda est, & peccatorum remissio quærenda, & verè quidem quærenda.*
  - Agnoscendum *est, gratuitam esse remissionem peccatorum, & totum gratiæ assignandum, non est promittenda satisfactio pro peccatis, sed in satisfactionem Christi respiciendum.*
  - Orandum *ex fide pro sanitate, Iacobi 5. c. 14.*
  - Nihil *Deo præscribendum, nec dubitandum, quin curaturus sit nos, multò melius quàm nos petere audeamus.*
  - Medicorum *etiam opera vtendum. Quorum tamen industria nihil potest, nisi aspirante diuina virtute: imò sine Dei ope omnia redduntur deteriora, vt agnoscamus quàm verum sit illud, Domini est salus, Psal. 3. c. 9. Malè igitur agunt, qui primo quoque tempore Medicorum operam exposcunt, Dei nullam prorsus curam habent, & in Medicis plus quàm in Deo fidunt.*

De Le-


De Lepra & Leprosis, ex Leuitici 13. & 14.

Loci tres.

- Quotuplex sit lepra. Alia enim est
  - Hominis, & haec est aut
    - Vetus, seu vera, seu immedicabilis, quae secundum tempus magis ac magis increscit, donec sanguinem vniuersum, non solum cute inficiat. Haec significat peccata, quae fidem excutiunt. Huius signa certa assignantur, à
      - Mose, vt
        - Mutatio coloris naturalis pilorum in album.
        - Mutatio coloris carnis in album.
        - Si species plagae humilior fuerit. Reliqua certae rationis.
      - Medicis, vt sunt
        - Color rubens in facie ad nigrorem vergens.
        - Angustia & foetor anhelitus.
        - Raritas capilli propter defluuium.
        - Venae apparentes in facie.
        - Foetidus sudor.
        - Horribilia somnia.
        - Stupor carnis, si pungatur acu in planta pedis.
    - Noua, quae lepræ similis est, & tamen non est lepra, aut ex qua lepra nasci potest. Haec leuia & tolerabilia peccata significat. Huius species sunt,
      - Tumor, seu macula candicans. Hic disce:
        - Neminem in propria causa iudicē esse debere. Ideò nō suo iudicio Leprosus relinquitur, sed Sacerdotis.
        - Non esse praecipitandam sententiam in causis, sed habendam esse infirmitatis rationem.
      - Scabies discurrens in cute, quae omne corpus tegit, à capite vsque ad pedes. Haec Elephantiasis à Medicis appellatur. Haec significat ignarum peccasse, & de Deo forsitan audiuisse nihil, nescire magnitudinem sui criminis, & ob hoc ab alijs vt improbus iudicatur. Vnde aliquando resipiscentiae spes sit, vbi à Sacerdote admonitus fuerit.
      - Pustula ex vlcere sanato. Quod significat peccatum reiteratum, dum in anima immundae cogitationes, ac sordidae cupiditates efferuescunt.
      - Pustula ex vstione ignis, aut feruidae aquae nota. Adustio haec iacula ignita Diaboli significat, vel cupiditatem gloriae humanae, vel aestus irae.
      - Alopecia, scabies in capite & barba. Haec & Ophiasis appellatur. Haec in eo intelligi potest, qui non habet caput Christum, sed alium aliquem: ac qui adolescentiae vitijs impeditur.
      - Lentigo, id est, macula candicans, subobscura. Haec peccata infirmitatis, ac omissionis significat.
      - Scabies in caluitio, quae significat minima peccata, propter quae non statim nos à Deo abijcimur, sed maxima peccata, quae & alios inficiunt nos à Deo separare sciamus.
  - Vestium, quae significant infidelium opera in specie sancta & iusta, quae tamen cùm non sint ex fide, peccata sunt.
  - Domorum. Hic docetur abstinendum à prana societate impiorum, ab omni suspicione prana: cauendum scandalum proximorum, puritatem sectandam in omnibus.

- De conditione leprosorū: nā
  - Habebant vestimenta dissuta. Per vestimenta virtutes intelliguntur. Itaq; omnes virtutes impij, quantumcunq; praeclarae, sunt dissolutae, lacerae, immundae coram Deo, Hebr 11. Impossibile est sine fide quemquam placare Deo.
  - Incedebant capite nudato. Christus caput est Ecclesiae: impius autem hoc capite prorsus nudatus est.
  - Habebant labia contecta. Quia impius non potest aperire os suum coram Domino, & orare.
  - Eiiciebantur è contubernio populi Dei, & nō licebat ipsis vesci sanctificatis. Impius enim excluſus est ex hereditate omnium caelestium bonorum.
- De purificatione leprosorum. Vbi discas:
  - Auiculam mactatam Christum crucifixum significare.
  - Sanguinem auiculae, effusum Christi sanguinem significare.
  - Vas fictile mundum, in quod sanguis excipitur, Cor purum.
  - Aquam viuā, Spiritum sanctū. Vbi enim sanguis Christi per fidē receptus est, ibi & spiritus.
  - Auiculam vinam, nos peccatores significare, qui morte & sanguine Christi viuificamur.
  - Aspersorium ex Hysopo confectum, praedicationem Euangelij significare, qua sanguis Christi aspergitur in corda nostra, & excipitur per fidem.
  - Septenariam aspersionem, crebram verbi Dei auditionem significare, per quam sanguis Christi in corda nostra aspergitur.
  - Liberam auiculae viuae dimissionem, significare libertatem Christianam spiritualem, qua vi delicet liberati sumus per Christum à peccato, Diabolo, &c.
  - Aspersionem pilorū corporis, significare ne minutissimis quidem rebus Deū offendendum esse.
  - Lotionem vestimentorum, significare operum munditiem, quae est per fidem.
  - Oleum, Spiritum Sanctum significare, quem Christus sanguine suo nobis meritus est.
  - Vnctionem auriculae dextrae, pollicis manus dextrae, ac pedis dextri, sanguine & oleo significare praedicationem Euangelij de Christo, quam per auditum fide accipimus, purificare, non solum cor nostrum per fidem, sed etiam manus & pedes, vt Spiritu Sancto excitati, bona opera rectè faciamus, adeoq; manibus & pedibus vocationem Dei sectemur.

De Captiuitate.



A Æterna,

A. Æterna: vbi considerandasunt:
- Causæ, — Infidelitas. / Vt *Dei iustitia manifestetur.*
- Effectus, — Blasphemia *æterna.* / Odium *Dei.*
- Cognata, — Carentia *visionis diuinæ.* / Ignis *æternus.* / Vermis: *id est, morsus conscientiarum.* / Maledictio *Dei.* / Condemnatio.
- Pugnatia, — Quies, Liberatio, / Visio *Dei,* / Fauor *Dei,* / Amor *Dei & hominum.*

De Morte.

TABVLA I.

Loci septē.

- Quid *sit Mors. Separatio animæ à corpore, requies à laboribus & miserijs huius seculi: in qua mortui ita recreantur, vt ex ea resurrecturi sint longè felicissimi, non in caducam, sed æternam vitam.*
- Quotuplex.
  - Corporalis, *naturalis illa animæ à corpore separatio, quæ & ipsa nobis incussa est propter peccatum, & est communis bonis & malis. Hæc respectu impiorum mors prima à Ioanne dicitur.*
  - Spiritualis, & est
    - Piorum, & est vel
      - Peccati, *quæ mortificatio dicitur. Vide Rom. 6.b.8.*
      - Legis, *cum ex comminationibus Legis discimus in Lege non esse salutem, & vitam, sed in Christo, Gal.2.d.16.*
      - Mundi, *contemnere propter excellentiam cognitionis Christi omnia, quæ mundus suspicit, & admiratur, Galat. 6.d.15. Philip.3.v.8.*
    - Impiorum, *quæ fidei aut animæ mors dici potest, qua videlicet Christo carentes, & Spiritu eius, vacuiq; fide viuunt in peccatis, nec veniam deprecantur. De his, qui viui sunt mortui, Lege Matt.8.& 1.Tim.5. Apocal.3.*
  - Æterna, *quæ ex morte animæ nascitur. Et est sempiterna infelicitas & miseria: & dicitur mors secunda, Apocal.2.& 21.*
- Vnde *sit mors. Ex* — Transgressione: *est enim stipendium peccati, Rom.6.v.23.* / Tyrannide *Satanæ.*
- Quare *credentibus quoq;, & seq. Vide literam A.*
- Quid *sit mors credentibus corporalis.*
  - Transitus
    - Ex *morte ad vitam.*
    - Ex *hoc mundo ad Patrem, Ioan.13.c.20.*
    - A Tentorio *ad Palatium æternum, 2.Cor.5.a.1.*
    - Ab *hominibus iniustis ad Deum iustum.*
  - Abitus *ex pessimo seculo.*
  - Dissolutio *piorum è vinculis corporum, vt sint cum Christo.*
  - Reuersio *ad cœlestem Patriam ex hac peregrinatione.*
  - Liberatio *ab vniuersa miseria mundi.*
  - Reditus *ab exilio in domum.*
  - Præparatio *ad resurrectionis gloriam.*
  - Lucrum, *Philip.1.c.21.*
  - Somnus. Seminatio, *1.Cor.15.d.43.*
- Quomodo *animi ad mortē præparandi.*
  - Cogitandæ *erunt promissiones de Regno Dei.*
  - Tentationibus *Satanæ verbo & Scripturis fortiter resistendum.*
  - Orandus *Deus, ne sinat nos vltrà, quàm possumus, tentari.*
  - Christus *fide respiciendus.* Omnibus *ignoscendum.*
  - Edenda *confessio.* Spiritus *Deo commendandus.*
- Quibus *rebus se moriturus consoletur. Capita consolationis sūt hæc:*
  - Voluntas *Dei, cui resisti non potest.*
  - Mortis — Necessitas. / Vtilitas: *per mortem enim Spiritus piorum velut fœtus quidam in vitam æternam regenerantur.*
  - Mors *Christi, quæ vniuersalis redemtio est.*
  - Vniuersalis *resurrectio.*
  - Quod *morituris in extremis gratia Dei adsit.*
  - Quod *moriendi & viuendi certum tempus sit, vt Eccl.3.a.2. Est tempus nascendi, & est tempus moriendi: hora vnicuiq; diuinitùs instituta, non impeditur aliqua statione, sed est in progressu accelerans & veniens. Venit hora, Ioan.12.13.16.17. Luc.22. Hæc est hora vestra. Ante hanc horam non permittitur quicquam malevolis in iustos.*

A. Quare *credentibus quoque moriendũ est corporaliter, cùm à peccato sint liberatis?*

- Licet *à peccato sint per fidem in sanguinem Christi liberati, habent tamen in carne sua peccati reliquias, quæ morte demum prorsus tolluntur. Ita quidem liberati sunt à peccato, vt condemnationi non sint obnoxij, & peccatum illis non imputetur, non tamen, donec in hac carne sunt, à peccati reliquiis sunt prorsus liberati.*
- Moriendum *est electis, ad deponendam corporis infirmitatem, molestias & corruptionem, quæ illi ex peccato adhærent, cum quibus Regnum Dei possidere non poterit, 1.Cor.15.f.50. Est igitur mors electorum, non corporum ipsorum, sed magis eorum omnium mors, quæ illis ex contagione peccatorum adhæserunt. Corruptio & infirmitas non sunt de corporis substantia, sed à peccato inuecta. Tollit itaq; mors, quod alienum est à corporibus nostris: ipsa verò corpora non tollit.*
- Moriendum *est ob hanc causam, vt & in nostris corporibus virtus illa Dei mortuos exuscitans & viuificans illustretur & glorificetur, vt nostra mors & infirmitas gloriæ Dei seruiat.*

De Morte pestilentiali.

TABVLA II.

LOCI quatuor.

- Sitne *fugienda pestis contagio. Non esse fugiendam probatur*
  - A certitudine & determinatione tẽporis, cũ viuendi, tum moriendi. *Quod probatur*
    - A testimonio *Scripturæ, vt*
      - Psal. 139. *a.* 3. *Incessum meum, & accubitum meum numerasti, & omnes vias meas exploratas habes: Quò discedam à Spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam?*
      - Psal. 56. *c.* 8. *Vanitate sperant se euasuros: at Deus est, qui in ira populos deijcit, fugas meas tu numeratas habes, lacrymas meas collegis, & ponis in vtrem tuum, conscribisque earum numerum in librum tuum.*
      - Iob. 13. *d.* 27. *Et positis pedibus meis in cippo, prohibes me quòcunque fugiam.*
    - Psal. 68. *c.* 14. *Salus & exitus mortis à Domino.*
    - Psal. 139. *c.* 16. *Et in libro tuo omnes scribentur dies, & non vnus in eis apud te conficitur.*
    - Iob. 14. *a.* 5. *Dies eius exactè præfiniti sunt, & numerus mensium eius penes te est, eiq; terminos præfixisti, quos præterire non potest.*
    - Eccl. 3. *a.* 2. *Est tempus nascendi, & est tempus moriendi.*
    - Eccl. 41. *a.* 5. *Fatum mortis à Domino iniunctum est. Propteres de Mose legitur Deut. 34. a. 5. Mortuus est Moses seruus Domini iuxta os Domini. De Dauide, 3. Reg. 2. a. 1. Appropinquauit dies Dauidis. Et Act. 13. f. 36. Dauid consilio Dei dormiuit. De Tobia, Tob. 14. a. 5. Sub horã mortis eius vocauit filium suum, &c. Et de Christo, Nondum venerat hora eius, Ioan. 7. c. 30. Mat. 26. a. 2. Ecce appropinquauit hora, & Filius hominis traditur. Et Luc. 22. f. 53. Hæc est hora vestra, &c. De Saule, 1. Reg. 26. c. 10. Non inferam manum meam vncto Domini, nisi veniat dies mortis eius.*
  - A causa *efficienti, & seq. Vide literam A.*
- An *peccẽt, hi q̃ pestẽ fugiunt, & quomodo peccant. Quòd*
  - De *virga hac Dei non rectè sentiunt, quam putant temerè ferri, præsentes ferire, subducentes se tangere non posse, cùm scire debebant, capillos etiam capitis omnes numeratos esse.*
  - Infirmitatem *fidei suæ non agnoscunt, nec credunt se, nisi fugiant, seruari posse.*
  - In *his tribulationibus fratres & propinquos deserunt, quibus ex charitate inseruire debebant.*
- Quid *illis faciendũ, q̃ in peste fugiunt.*
  - Ne *infirmitatem suam excusent, sed potius agnoscant, deplorent, & vitam emendent.*
  - Cogitent *se nulla ratione effugere posse manum Dei, quàm humilitate animi & vera resipiscentia.*
- Quid *illis faciendum, qui non fugiunt*
  - Vt *submissione animi, agnitione culpæ, resipiscentia, & virgæ deprecatione percutientis, ac corripientis nos Dei iram placent.*
  - Ne *fugientes acerbo animo prosequantur, ne condemnent infirmos: alioquì plus peccaturi, quàm hi, quos condemnant: sed potius pro illis orent, infirmitati illorum condoleant, & fugam eorum diuinæ clementiæ commendent. Nisi hoc fecerint, tam abest vt manentes fugientibus sint meliores, vt nonnunquam peius etiam delinquant.*
  - Vt *expendant, quibus de causis maneant inter nos, qui pesti sunt obnoxij. An hoc fiducia diuinæ protectionis faciant, an temeritate magis & iræ diuinæ contemtu, vel spiritu charitatis, vt miserorum necessitatibus inseruiant, vel ob id faciant, quòd desumptus ad aliò migrandum necessarij.*

De Pestilentia vide VOLATERRANVM in PHILOLOGIA, fol. 261.

A. A causa

A causa efficiẽti plagæ huius
- Principali, quæ est decretum, consilium & voluntas Dei, Leuit. 26. Deut. 28. Quis verò consilium Dei infirmare poterit? Esa. 46. c. 10. Consilium meum, inquit Dominus, ratum est. Quis voluntati eius resistet? Iob. 9. Psal. 76. Esa. 56. Rom. 9.
- Impulsiua, quæ est peccatum, Deut. 28. Pestis ergo, quæ manus Dei dicitur, non corporis, sed vitiorum fuga: non loci, sed mentis pristinæ mutatione: non corporis, sed humilitatis, ac resipiscentiæ gressibus, fugienda erit.

A modo, seu fine, quo pestis à Deo immittatur. Immittitur enim tanquam vltio merita & ineuitabilis, Amos 9. Nullus ex his fuga elabetur. Quòd verò pestis sit plaga & vltio diuina, multis Scripturæ locis videre est, vt Exodi 9. Leuit. 26. Deut. 28. Ezech. 5. 6. 14. 35. Hierem. 14. 15. &c.

Ab efficacia mali huius. Nullum enim medicamen adferri poterit, quod malum hoc auferat, vbi inualuerit. Imò tum maximè perdere solet, cùm vires suas iam remisisse videtur. Vnde constat malum hoc diuinam vltionem esse.

A moderatione diuina, qua fit, vt non temerè sine certa scientia & numero, peste corripiantur homines. Negari quidem non potest, contagium inesse huic malo. Nam etiam hoc diuino illi inditum est iudicio, vt contagio suo inficiat & perdat: verum non quosuis, ne temeritas illi inesse putetur, sed quos vltio Dei plagæ meritæ subiecit, vt Ezech. 9. iubentur nonnulli ab Angelo signari, vt reliquis cadentibus ipsi illæsi permaneant. Et capite 14. v. 19. Noe, Danieli & Iob, si peste grassante adessent, hoc datur, quòd propter iustitiam suam saluaturi essent animas suas. Item Exodi 9. fit separatio inter pecora Israelis & Ægyptiorum, vt non moriatur ex omnibus, quæ sunt filiorum Israelis quicquam. Et Exodi 12. fit separatio inter primogenita Israelis & Ægyptiorum. Et 2. Reg. 24. Numerantur septuaginta millia virorum, qui peste correpti fuerunt, ne quis pestem hanc temerè grassatam esse putet. Quis verò non videt, multos esse, qui licet non fugiant, peste tamen non corripiantur, rursus haud paucos esse, qui ne fugiendo quidem effugiant, vnde conspicuum est, plagam hanc diuina moderatione inferri.

A prouidentia Dei. Habet enim in tanta etiam tot millium ruina locum prouidentia Dei, qua fit, vt suos in se sperantes, non procul ab illorum, qui feriuntur, & prosternuntur consortio dissitos, sed in illorum medio constitutos, illæsos custodiat. Vnde Psal. 91. a. 7. de plaga hac Dei loquens, dicit: Cadent à latere tuo mille, & à dextris tuis decem millia: ad te autem non appropinquabit. Non solum dicit: Ad te autem non appropinquabit, quod posset fieri, ita vt pius procul à cadentibus sit separatus, sed præmittit: Cadent à latere tuo mille, &c. Ac tum subijcit: Ad te non appropinquabit. Vt significet piũm etiam in medio cadentium esse securum. Prædicat igitur hic virtutem & beneficium diuinæ prouidentiæ, ac protectionis, qua plerumq; videmus eos, qui peste percussis ac morientibus absq; vllo mali huius metu securè ministrant, illæsos persistere. De hac re legatur Eusebius Ecclesiasticæ historiæ lib. 9. cap. 8.

A.

Ab etymologia, seu appellationibus, quibus pestis in Scripturis describitur. Vocatur enim
- Manus Domini, 2. Reg. 24. c. 17. 1. Paralip. 21. c. 15. Exodi 9. a. 3. Quis verò manum Dei effugere potest? quis sese de manu Dei eripere potest? Non potest certè quisquam manum Dei effugere, nisi resipiscentiæ pedibus, & gressibus humilitatis.
- Gladius Domini, 1. Paral. 21. d. 30. Si gladius belli non temerè fertur, qui manibus hominum administratur, quid de Domini gladio dicis, quo omnia diuinitùs absq; mortalium opera perficiuntur? Vnde Esa. 65. c. 12. dicitur: Numerabo vos ad gladium. Est autem pestis, non vt gladius hominum hostium contra consilium Dei violenter acceptus, & per improbitatem malorum hominum sæuiens, qui nobis fugiendus erit, sed decreto, consilio, ac potentia Dei inuisibiliter immissa, vt vltio & flagellum Dei, quod effugere non possis.
- Sagitta volans per diem, Psal. 91. a. 5. Et est sagitta Dei. Quis hanc effugere potest?
- Virga Dei, Psal. 89. d. 33. 2. Reg. 7. b. 14. Proinde qui pestem fugere conantur, perinde faciunt, atque reprobi filij, qui, patre succensente, ac cum virgis imminente, è domo sese proripiunt, quæ re patris iram magis exacerbant, quàm placant, cùm paterna virga non corporis, sed vitiorum fuga magis auferri possit.
- Terror nocturnus, & quidem à Deo immissus, Psal. 91. a. 5. Ita appellatur ab effectu. Terrorem nocturnum per homines etiam immissum vix effugimus: quanto minus Deo incussum effugiemus?
- Pestis ambulans in tenebris: id est, latè grassans, ac circumquaque vagans. Quomodo ergo pestem latè grassantem effugere liceat? Psal. 91. a. 6.
- Exterminium vastans, Ibid. eò quòd integras ædes, vrbes, ac regiones populosas antea, veluti vastas reddit, non per se, sed Dei iudicio & virtute. Propterea pestis nomen à pascendo deducunt quidam, quòd depascat corpora, quæ corripit. Atq; hac ratione panis & pestis oppositæ sunt: quia panis pascit, pestis depascit: id est, corrodit corpora. Etsi enim & panis à pascendo dicatur, sicut & pestis: illud tamen propriè ac simpliciter: hoc verò per antiphrasin inde deducitur.

Ab exemplo veteris & prioris Ecclesiæ. Olim enim (teste Eusebio lib. 9. cap. 8.) peste grassante loci non mutârunt, sed manentes, gentibus etiam in huiusmodi afflictionibus misericordiam & subsidium impenderunt, ac illæsi perstiterunt.

Ab ipsa experientia: multi enim manentes in peste, illæsi persistunt, fugientes pestem non fugiunt. Id quod omnibus manifestissimum est.

Appendix Tabulæ II.

QVAE sunt vulgò in pestilentia obseruanda.

- Diæta: quæ talis esse debet:
  - Primum ferculum in prandio acetosum sit.
  - Assata plus valent, quàm cocta.
  - Valent & volatilia, exceptis his, quæ agunt in aquis.
  - Ceruisia, vel vinum tenue, vel aqua hordei, vel aqua simplex vino mixta.
  - Acetum est summa medicina contra pestem.
  - In cœna sis contentus vnico ferculo, maximè assato.
- Minutio: Hoc modo: si est apostema
  - Superius in collo cephalica aperiatur, quæ est inter pollicem & indicem: & si est circa tempora, vel retro aures, eadem vena aperiatur.
  - Sub humeris vel brachijs aperiatur mediana in eodē brachio, vel altero. Simili modo si fiat in pectore. Potest in hoc casu & saluatella aperiri, quæ est inter digitū annularē & auricularē.
  - In genitalibus, vel gremio: vel lumbis, aut in locis alijs infra pectus, aperiatur zaphena sub talo, quæ aliàs vena virginalis dicitur, vel in pede intra pollicem.
- Præseruatiua: quæ talis esse potest:
  - Odoriferum aliquid in manu portetur, aut spongia aceto intincta.
  - Grana iuniperi, absinthium siccum comburatur in dormitorio idemtidem parcius bis aut ter ad summum in hebdomada, in ipso introitu lecti, postquam fumus exierit, claudantur fenestræ, & fumus attrahatur per os, aures, nares, oculos.
  - Mane comedatur pars panis intincti aceto, vel nuces duæ, vel tres cum sale, non tamen bibatur: vel rutæ recentes, in aqua frigida lotæ.
  - Sustineat patiens sudores, nec aër corpus tangat in lecto iacentis.
  - Ignis sit de lignis quercinis, aut iuniperi.
- Signa pestilentiæ: vt,
  - Si vrina multum fuerit rubea, signum est salutis.
  - Si alba, aut ad albedinem tendens, signum est periclitationis.
  - Qui —
    - Præter voluntatem etiam comedent in pestilentia, citius pestem euadent.
    - Non comedunt, vacuo stomacho, citius moriuntur.
    - Quiescere non potest, citius moritur.
    - Statim fluxus ventris habuerit, & purgationibus nihil leuatur, moritur indubi.
    - Exspuit, & cum sputo tussim emittit, citius moritur.
- Impedimentorum remotio: vnde
  - Abstinendum à brodijs & sorbilibus, quia humida sunt causa putrefactionis.
  - Vitentur omnia, quæ calefaciunt & humectant.
  - Abstinendum à balneis, lotionibus, &c.
  - Vitentur imaginationes & collocutiones de peste & mortuis.
  - Vetitum & abstinendum est à cibo, præsertim fluido & cocto.
  - Fugiat patiens coitum, tumultum, conuersationes hominum, præsertim infectorum.
  - Vitetur tristitia, ebrietas, solicitudo, &c.
  - Abstinendum ab omnibus quæ calefaciunt, vt piperatis & alijs calidis, ab allijs, cæpis, forti vino, lacte, coctis fructibus, sessione longa, torpore, &c.

De Morte quæstiones quædam. TABVLA III.

LOCI octo.

- Vnde manârit mors. Ex Satanæ inuidia, Sap. 2. Ioan. 8. d. 24. & transgressione Adæ. Neque enim absurdum videri debet, quòd Diabolus mortis autor esse dicitur à Christo, Ioan. 8. d. 24. cùm tamen id primo quoque occasu apostolus tribuere videatur, Rom. 5. c. 17. 1. Cor. 15. d. 21. Sicut, inquit, per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, &c. Hic enim duo concurrunt: Tentator & Obtemperator. Satanæ fuit tentatio & persuasio ad transgressionem. Suasit hic ex inuidia, intercedente mendacio & diuini verbi calumnia, præcepti Dei transgressionem. Nihil tamen Satan hac ratione effecisset, nisi Adam suasioni illius obtemperando, præceptum Dei transgressus esset. Quod igitur ad inuidiam illam Diaboli malæ tentationis radicem & mendacium perniciosissimæ suasionis attinet: rectè dicitur Diabolus primus mortis esse autor. Rursus quod ad assensum Adæ & transgressionem præcepti Dei: id est, peccatum illud, vnde mors in genus humanum prouenit, rectè ab Apostolo adscribitur Adæ, quòd peccati & mortis fuerit autor.
- An timenda mors homini Christiano. Non esse timendā, probant hæ rationes: quia
  - Mors à Christo deuicta est, Hos. 13. d. 14.
  - Christianis mors nihil nocet. Est enim
    - Perfectæ beatitudinis initium & extremum malorum omnium.
    - Conuersatio apud Deum, vita verò peregrinatio à Domino, 2. Cor. 5. d. 6. probamus magis peregrè abesse à corpore, & præsentes esse apud Dominum.
    - Transitus ad Patrem, Ioan. 13. d. 36.
    - Abitus ex pessimo hoc seculo, & reuersio ad cœlestem patriā ex hac peregrinatione.
    - Reditus ab exilio ad domum.
    - Transitus à Tentorio ad Palatium æternum, 2. Cor. 5. d. 2.
    - Præparatio ad resurrectionis gloriam.
    - Lucrum, Philip. 1. d. 21. Somnus, Matth. 9.
    - Ianua vitæ, Ioan. 5. d. 24. Transiuit è morte ad vitam.
  - Mors non in se nobis spectanda est, sed in Christo. Talis enim nobis est, qualem Christus ipse fecit.
  - Sancti Patres mortem alacriter amplexi sunt, vt Abraham, Isaac, Iacob, Ezechias, Dauid, &c.
- Cur ergo Dauid, & seq. Vide literam A.

Cur ergo Dauid, Psal.6.a.5. Ezechias, Esa.38.a.3. mortem flebiliter deprecati sunt. Ratio erat, quòd punirentur ob certa quædam peccata: idcóq; in morte sentiebant iram Dei. Hæc illis causa erat perturbationis. Desiderium verò Sanctorum, quo mortem precantur, affectus est mentis bene compositæ.

Cur Christus, qui vitæ autor nobis est, mortẽ tãtopere horruit. Quia

- In morte tristius aliquid & magis formidabile concepit, q̃ corporis lacerationem & separationem animæ & corporis. Mortem enim subijt, non tantùm vt è terra in cœlum migraret, sed potius vt maledictionem, cui nos eramus obnoxij, in se suscipiens, nos ab ea eximeret. Non ergo mortem horruit simpliciter, quatenus transitus est è mundo: sed quia formidabile Dei Tribunal illi erat ante oculos, Iudex ipse incomprehẽsibili vindicta armatus: peccata verò nostra (quorum onus illi impositum erat) sua ingenti mole eum premebant. Quare nihil mirum, si horribilis exitij abyssus metu & anxietate duriter eum cruciauit.
- Christus mortem subijt, vt nobis reddat mitiorem, nosq; à metu mortis liberet, Hebr.2.c.15. ad hoc verò ingenti luctu opus erat. Mortem igitur horruit Christus luctando cum ea, ne nos iam per illum mortem deinceps horreamus.

An mortem Christiano precari liceat. Hic disce:

- Mortem per se nunquam expeti. Quia pugnat hoc desiderium cum sensu naturæ, sed expeti propter aliud, quod sit transitus ad Regnum cœleste.
- Esse quosdam, qui mori cupiant, saltem ne quid aduersi patiantur, & desperati ad mortem confugiunt, vitæ miseræ tædio.
- Fideles ad mortem properare, & mortem expetere, non vitæ tædio, sed quia liberatio est à seruitute peccati, & transitus in Regnum cœlorum. Interim tamen non desinunt fideles mortem horrere, id quod naturaliter omnibus insitum est. Quia naturæ repugnat velle dissolui. Sed cùm oculos conuertunt ad vitam illam, quæ mortem sequitur, consolatione ista facilè vincunt formidinem. Certè quisquis in Christum credit, ita debet esse animatus, vt ad mentionem mortis caput attollat, lætus nuntio suæ redemtionis. Nam vita hæc carcer quidam est, vnde Christiani egredi festinant. Hoc enim significat Paulus, cùm dicit: Cupio dissolui. Dissoluendi enim verbo declarat vitam hanc corporalem nõ esse nisi carcerem, in quo quis teneatur ligatus & vinctus, ne habeat veram felicitatem, & ne viuat cũ Domino suo Christo. Etsi enim Christus semper nobiscum est, in hac etiam vita, tamen præmole huius corporis & sordium animæ, quibus propter peccatum originis infecti sumus, non possumus capere in hac carne fructum felicitatis, quam habemus in Christo. Qui ergo hoc solùm agit, vt in hoc seculo viuus maneat, is perinde facit, ac si captiuus delectetur turri ac carcere suo, & nollet egredi, cùm posset. Hinc ergo discimus veram fidem, non contemtum modò, sed & desiderium mortis gignere. Econuerso infidelitatis signum esse, cùm mortis horror supra spei gaudium & consolationem in nobis dominatur. Expetunt autem mortem fideles, non vt importuno voto diem Domini anteuertant: sponte enim pedem fixum tenent in terrena statione, quamdiu Domino libuerit. Malunt enim in Christi gloriam viuere, quàm in propriam vtilitatem. At desiderium, de quo Paulus Philip. 1.d.23. loquitur, fidei est. A Dei ergo voluntate minimè dissidet. Expetunt ergo mortem, vt se ad mortem paratos esse, quando id Domino visum fuerit, declarent.

An liceat Christiano vitam hanc corporalem expetere, exẽplo Dauidis & Ezechiæ Regis. Id licere probatur: quia

- Vita per se æstimata præclarum est Dei beneficium, Philip.2. & certè fuit infirmus, ita vt esset vicinus morti, sed Deus misertus est illius. Ecce prorogatum Epaphrodito vitæ tempus deputat in Dei misericordia.
- Non parua est dignatio, cùm se Deus in nobis in hac vita viuentibus glorificat.
- Fideles hunc vitæ suæ scopum præfigunt, vt Deum glorificent, Psal.117.c.15. Non moriar, sed viuam & narrabo opera Domini.
- Fideles cupiunt in hac vita viuere, quamdiu Domino visum fuerit, & eius arbitrio subinde parati sunt ab ea migrare, vt eam quasi manibus gestantes offerant Deo in sacrificium.

Cur ergo dicit Christus, Ioan.12.d.25. Qui amat animam: id est, vitam suam, perdet eam. Si amans vitam perdet eam, quomodo expetenda est? Respondeo, Vitam hanc amare, non per se malum est, modò in ea tantùm peregrinemur semper ad scopum nostrum intenti. Quare obseruandum est, quid sit hoc loco, vitam amare & odisse. Qui immodico vitæ præsentis desiderio implicitus, non potest nisi coactus mundum relinquere: vitam is amare dicitur. Qui autem per contemtum vitæ huius, alto animo ad vitam pergit, is vitam odisse dicitur.

Quæ mortem nobis in mentem subinde reuocare possunt.

- Mortis ipsius certitudo.
- Dei iustitia.
- Christi mors pro nobis facta.
- Iudicium extremum.
- Peccata, quæ mortem merentur.
- Afflictiones, quæ sunt proœmia mortis.
- Morbi. Quotidiana experientia.
- Imagines quædam, quæ mortem nostram oculis subijciunt, vt sunt arbores, herbæ, flores, &c.

TABVLA IIII.

- Loci duo.
  - An lugẽdi mortui. flere super mortuo humanum, ac naturale est: igitur nõ prohibetur, sed immodicè flere: id quod probatur
    - Ex Scriptura, Eccl. 38 c. 16. *Fili effunde lacrymas super mortuo, luctumq; vt acerba patitur exordire, corpus eius contege iuxta ritum funereum, nec sepulturam neglige. Post addit: Deinde admitte consolationem, quò mœrorem minuas. Item: Ne dedas animam tristitiæ, sed eam abige, memor extremorum. Item: In excessu Spiritus eius admitte super eo consolationem.*
    - Ab exemplis
      - Veteris Testamenti,
        - Abraham *Sarã plorat.*
        - Iacob *flet Ioseph.*
        - Ioseph *patrem Iacob.*
        - Populus *Moysen, Daronem, Samuelem.*
        - Dauid *Absolon.*
      - Noui Testamẽti,
        - Christus *Lazarum deflet.*
        - Sorores *Lazarum.*
        - Fratres *Stephanum.*
        - Vidua *illa filium.*
        - Paulus *Epaphroditum moriendum.*

      Flere *igitur non prohiberis omninò, sed immodicè, inconsolabiliter, ethnico more flere. Vnde & Paulus 1. Thess. 4. c. 13. tristari non vetat, sciens hoc humanum esse: sed adiecta particula dicit, Sicut cæteri. Et Hieronymus: Lacrymas, quæ modum non habent, ait, detestandas, esse plenas sacrilegio, impuritate plenissimas. Vide Eccles. 22. Thraces natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrant. Valerius lib. 2.*
  - De sepultura. Hic disce:
    - Quid *sit sepultura. Est enim condere corpus in terram, vt putrefactum & corruptum in ipso iudicij die resurgat in gloria, ac animæ vniatur. Hoc Paulus seminare vocat.*
    - Quid *significet. Corporis videlicet & animæ quietem, peccatorum demersionem, denique resurrectionem. Vide exemplum de Seminibus.*
    - Quis *modus honestæ sepulturæ.*
      - Cùm *fratrem mortuum visitamus.*
      - Cùm *operam illi impendimus, subsidium præstamus.*
      - Dum *prosequimur.*
      - Dum *tristes consolamur, Ioan. 11. d. 31.*
    - Quæ *causæ huius sepulturæ. Vt*
      - Nostram *charitatem ne in mortuum quidem diminutam esse constet.*
      - Nostra *mortalitas nobis subeat, Eccl. 7. a. 3.*
      - A peccatis *cessemus, Eccl. 7. a. 4.*
      - Honesta *sepultura resurrectionis testimonium sit.*
    - Vbi *sepeliendi defuncti. Extra vrbem. Vide Gen. 23. a. 4, Ioan. 11. d. 39. 19. c. 17. Luc. 7. c. 11.*

De Præparatione hominis Christiani ad mortem.

- Loci quinque.
  - Qui *se ad mortem præparare debeant. Omnes indiscriminatim, diuites, pauperes, Magistratus, subditi, pueri, adulti, senes, &c. Hæc enim non respicit personas, omnis sexus, ætatis, & conditionis homines aufert, potentia, pecunia, doctrina, ac doli ei obsistere non possunt. Nec repertus est, nec reperietur vnquam, qui remedium contra mortis imperium inuenire posit. Etsi enim recreeris ex graui & diuturno morbo, mox tamen alius te opprimet. Verum multis amara est vel ipsa mortis mentio, præcipuè diuitibus, sanis, delicatis, impijs, Eccl. 4. c. 14.*
  - Cur *ad mortẽ nos omnes præparare debeamus. Rationes sumuntur*
    - A necessario. *Mors enim est via vniuersæ terræ, 3. Reg. 2. Ios. 23. & est mirabilis illa vicissitudo vt nauigãtes, siue dormiamus, siue vigilemus, ad nostrum terminum properamus, nec pro voto hîc hærere licet. Quodq; mirabilius, ab illa via aberrare non possumus. Quocunque enim tendas, appropinquas morti.*
    - Ab *effectu, quia minus hac ratione peccamus, Eccl. 7. omnibus curis ac molestijs mortem imponit, similiter & præparatio ad mortem.*
    - A similibus.
      - Sicut *ciues, qui sibi hostem adesse credunt, apparant omnia, vt hostem vincant: ita pij arma sua expediunt, quibus mortem vincant.*
      - Sicut *qui iter aliquod instituit, se ad iter apparat, instruit se pecunia, calceis, vestitu, &c. Ita pij ad mortẽ, velut iter vniuersæ terræ præparare se debent.*
      - Sicut *paterfamilias intelligens furis aduentum, præparat se, vigilat: ita ad mortem præparare nos debemus.*
      - Vt *foliorum in arbore condensa virentium alia decidunt, alia nascuntur: ita quoq; carne sanguineq; procreatur, aliud obit, aliud gignitur, Syrac. 14. v. 18. 19.*
  - Quando *animi ad mortem præparandi. Semper: nescimus enim quando, & quo morbi genere Deus noster hac vita sublaturus sit.*
  - In *quibus rebus animi ad mortem præparandi: Videlicet in*
    - Factis *nostris omnibus.*
    - Calamitatibus, *morbis & passionibus.*
    - Ipsis *delitijs, ne multum genio indulgeamus, sed mortem affore cogitemus. Vide hîc exemplum Iosephi Euangelici, qui in horto delicato monumentum sibi fecerat.*
  - Quomodo *animi ad mortem, &c. Vide literam A.*

A. Quomodo animi ad mortem præparandi: videlicet si

- Cogitemus
  - Nihil nouum aut in solitum nobis accidere, si moriamur, sed idem alijs quoque omnibus seculis ante nos accidisse.
  - Mortem nihil nobis obesse, sed transitum potius esse, ac viam ad Patrem, & vitam æternam.
  - Mortem & alia mala non casu aut ante horam nobis imminere, sed definito ac determinato tempore.
  - Diem mortis meliorem esse die natali, Eccles. 7.30.
  - Ac credamus mortem æternam per Christum deuictam esse.
  - Restare nobis aliam vitam non caducam, fluxam, fragilem, vt hanc corporalem, sed æternam & durabilem.
- Christum fide intueamur, neque ab illo nos auelli quacunque ratione patiamur.
- De Christo qui pro nobis mortuus est, & vitã nobis morte sua acquisiuit, confessionẽ edamus constantẽ.
- Tentationibus Satanæ verbo & scripturis fortiter resistamus.
- Promissiones de Regno Dei nobis proponamus.
- Sermonibus & sententijs de resurrectione nosipsos consolemur.
- De vita hac nostra rectè instituenda cogitemus: an peccatis valedixerimus: an benefici simus, Eccles. 14.
- An huic vitæ nostræ cum æterna conueniat, &c.

De Sepultura Tabula prolixior.

De Sepultura hæc sunt obseruanda.

- Quid sit. Est enim locus concauus in Cœmiterio factus, in quo corpus hominis conquiescit.
- Vnde dicitur Sepultura. A sepeliendo: sepelio verò à sepiendo: Quia cadauer terra, vel lapide, vel alio genere materiæ circumsepitur.
- An sepeliendi mortui. Sepeliendos esse probatur
  - Ab ordinatione Dei: Ordinatione enim Dei debetur mortuorũ corporibus, vt sepeliantur, & terræ, vnde sumta sunt, restituantur, iuxta illud: Terra es, & in terram ibis.
  - A Testimonio Scripturæ, vt Eccl. 38.c.16. Corpus mortui contege, iuxta ritum funereum, nec sepulturam neglige, Eccl. 7.d.37. Mortuo ne deneges gratiam.
  - Ab exemplis piorum omnium, qui sepulturam suorum diligenter curârunt. Proinde Iacob, Gen. 49.d.31. Ioseph, Gen. 50.c.13. Ac Propheta quidam senex in Bethel, 3. Regum 13.d.30. Tobias, Tob. 4.a.3. diligenter de sepultura suos admonuerunt.
  - Ab exemplis minutissimorum etiam animantium. Apes enim, teste Plinio lib. 11. cap. 18. defunctas progerunt, funerantiumq; more comitantur exequias. Formicæ verò, teste eodem lib. 11. cap. 30. sepeliuntur inter se.
  - A præmiis eorum, qui alios sepeliunt. Nam viris Iabes Gilead beneprecatur Dauid, quòd Dominum suum regem Saulem sepelierunt, 2. Reg. 2. a. 6. Et Tobias ab Angelo, quòd defunctos sepelijsset, commendatur, Tob. 12. c. 12. Negari verò sepulturam inter mala pœnæ recensetur, vt est 4. Reg. 9. d. 34. Hier. 14. 16. a. 6. Non rectè igitur Diogenes ille Cynicus proijci se iussit inhumatum: respondentibus amicis, volucribúsne, an feris? Minime, inquit, sed bacillum prope me, quo abigam, ponite. Qui poteris, illi, cùm non sentias? Quid igitur, inquit, ferarum laniatus mihi oberit, nihil sentienti? Hæc oratio infidelium est, nullam spem vitæ futuræ habentium. De hoc Diogenis dicto lege Cic. lib. 1. Tuscul. quæst.
- Cur sepeliendi mortui.
  - Ne horror & fœtor sit viuis.
  - Quia vt vita electorum labor est & afflictio, ita sepultura eorũ quies est, quam illis inuidere non debemus, Psal. 16. c. 9. Et caro mea requiescet in spe. Ergo carni piorum sepulcrum non est fouea, sed lectulus quieti destinatus, vt caro nostra molestissimo iugo liberata, in sepulcro perinde ac in molli quodam lectulo conquiescat.
  - Vt testemur hac re resurrectionis fidem.
  - Vt testemur charitatem nostram erga mortuos, verùm sine superstitione.
  - Vt nostra mortalitas nobis subeat. Eccles. 7.a.3. Melius est ire in domũ luctus, quàm conuiuij, &c.
  - Vt peccare desinamus, Eccl. 7.
  - Vt testemur eos organa esse & templa Spiritus Sancti, 1. Cor. 6. d. 19.
- Quomodo sepeliendi mortui, &c. Vide literam A.
- Vbi sepeliendi mortui. Extra Ciuitatem: de quo Gen. 23. a. 4. Ioan. 11. d. 39. 19. c. 17. Lucæ 7. c. 12. Chrysostomus, Vbicunque sepeliamur, Domini est terra, & plenitudo eius. Cicero lib. 2. de Legib. Hominem mortuum, inquit lex in 12. Tabulis, in vrbe ne sepelias, néue vrito. Lege Caus. 13. q. 2. can. nuibus. & dist. 40. can. multi.
- An prosit sepultura. De hoc vide Augustinum de Cura pro mortuis agenda: Ne aliquid nocet, inquit ille, fidelibus, negata eorum corporibus sepultura, nec si exhibeatur aliquid infidelibus prodest.
- Quando sepeliendi. Statim post mortem: ita vt inter mortem & sepulturam parum intercedat temporis. Nam Scriptura, vbi de morte alicuius loquitur, addit statim, Et sepultus est.

Lege VOLATERRANVM in Philologia, de modo funerandi, & LAVATERVM in librum Iosue, circa finem.

A. Quomodo sepeliẽdi mortui. Modus duplex est. Alius est

- Piorum. Hic est dum
  - Fratrem *mortuum visitamus.*
  - Operam *illi impendimus, Eccl. 7. a. 3.*
  - Funus *prosequimur, Luc. 7. c. 12.*
  - Tristes *parentes accognatos consolamur, Ioan. 11. d. 31.*
  - Terra *corpus tegimus, vnde sumtum est.*
- Impiorum, vel
  - Hyperborei, *teste Plin. lib. 4. cap. 12. Iam senes, luxu delibuti ex quadam rupe in mare saliebant. Cleombratus, cũ nihil ei accidisset aduersi, è muro se in mare proiecit, lecto Platonis de Animorum immortalitate libro. Lege Cic. lib. 1. Tusc. quæst.*
  - Africæ *populi mortuorum corpora non cremabant, ne videlicet ab hostibus effoderentur, ossa verò & cineres in vrnis conseruabantur. Plin. lib. 7. cap. 54. Hunc tamen morem testatur non esse veteris instituti.*
  - Ethnicorum, *quorum iuxta diuersitatẽ nationum varia est ac diuersa sepeliendi ratio. Vt*
    - Massagetæ *& Derbitæ, miserrimos putabant, qui ægrotatione morerentur. Quare parentes, cognatos, iam senes iugulatos deuorabant, rectius esse dicentes, vt à se potius quàm à vermibus comedantur. Lege Hieronymum contra Iouin. cap. 36.*
    - Tibareni *quos dilexerant, senes suspendebant in patibulis. Hieronymus ibidem.*
    - Hircani *volucribus & canibus semiuiuos proijciebant. Hieronymus ibidem.*
    - Capsij *bestijs mortuos proijciebant: alij piscibus in fluuios.*
    - Scythæ *eos, qui à defunctis amati sunt, viuos infodiunt cum ossibus mortuorum.*
    - Bactri *canibus ad hoc ipsum nutritis obijciunt senes.*
    - Magorum *mos est non humare corpora suorum, nisi à feris sint antè laniata. Lege Cic. Tusc. quæst lib. 1.*
    - Qui *terra condunt: alij corpora domi seruant, vt Ægyptij: alij cera circumlitos condunt, vt Persæ: alij sictilibus dolijs condũt: alij in myrti & oleæ, atq; nigræ populi foliis, vt dicit Plin. lib. 35. cap. 12. alij mortuos cum coronis efferũt, Plin. lib. 21. cap. 3. alij lumina præferunt, vt est apud Plin. lib. 16. cap. 37. alij imagines præferunt, vt testatur Plin. lib. 35. cap. 2. Spargunt alij aquam super mortuos, de quo Virgil. lib. 5.*
  - Animæ *recommendatio, quam vulgus animæ redemtionem vocat, ægroto iam agonizanti à Sacrificulo demurmuretur.*
  - Psalterium *à quatuor vel octo Scholasticis domi, apud cadauer decantetur.*
  - Mortuorũ *cadauera preciosis vestibus ornentur, quibus se non iam apud homines, sed apud vermes ostentent. Id quod fit contra plurima Scripturarũ testimonia, vt Iob. 1. d. 21. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus etiam illò reuertar. 1. Tim. 6. a. 7. Nihil intulimus in mundũ: sed nec efferre quicq; possumus. Sap. 7. a. 6. Introitus in vitã vnus est omniũ, & idem exitus. Eccl. 5. Quemadmodum homo egreditur ex ventre matris suæ, ita nudus reuertitur, cũ abit, nec quicq; de suo labore aufert, quod sua manu secum ducat, 1. Cor. 15. d. 43. Seminatur in ignominia, resurget in gloria. Porrò rationem honestioris sepulturæ, vide Ioan 11. & 19.*
  - Candelæ *ardentes dentur in manus defuncti.*
  - Grex *omnis Monachorum, Sacrificulorum, Scholasticorum, &c. pro deducendi funere gregatim accurrat.*
  - Papisticum *illud* PLACEBO, *ante ædes defuncti decantetur.*
  - Crux *cum suo donario cœtum seu Processionem præcedat.*
  - Vel *equus, vel bos ante cœtum ducatur.* Campanæ *omnes resonent.*
  - Pseudochristianorum, *quorum sepultura honesta censetur, si*
    - Monachi *omnes ac Sacrificuli vnà cum Scholasticis: Ne recorderis, illud. &, Libera me, &c. decantent.*
    - Aqua *lustralis spargatur supra mortuum.*
    - In *Templo, maximè verò circa vel prope Altare sepeliatur defunctus, contra Decretum Concilij Varensis, Caus. 13. quæst. 2. can. præcipiendum.*
    - Luminaria *multa funeribus seruiant.*
    - Plurimæ *Missæ pro defuncto celebrentur.*
    - Missæ *à Sacrificulis magno precio redimantur.*
    - Eleuationis *tempore, illud: Dñe suscipe me, &c. vel à Sacrificulis, vel Scholasticis, feretrũ eleuãdo toties, quoties illud repetatur, solenniter & alta voce decantetur.*
    - Vigiliæ *decantentur.*
    - Fratres, *consanguinei, affines, vxores, mariti, amici mortuorum, &c. pullati in Processione, & postea ad annum vel biennium vsq; ambulent.*
    - Viscerationes *publicæ fiant pro salute defuncti. Visceratio verò dicitur crudæ carnis, panis & vini distributio: vt hi, quibus distribuuntur: Deum pro salute defuncti orent. Porrò de visceratione viuorum in solenni festiuitate, lege 2. Reg. 6. 1. Paralip. 16.*
    - Parentalia *celebrentur: id quod ab Ethnicis desumtum erat. Hieronymus enim in 16. cap. Hierem. dicit, morem fuisse Ethnicis, ferre cibos, & præparare conuiuia, quæ Græci περιδειπνα vocant: & à nostris vulgò Parentalia vocantur, quia parentibus iusta celebrentur. Vocabantur hæc & ἀγαπαι. De hoc more lege Hieronymum 16. & Tertullianum in lib. de Cor. milit.*

De Cu-

De Cura & ornatu Sepulturæ.

Loci duo.

De ornatu sepulturæ, qui est vel

Iudaicus, seu Cæremonialis. Vide literam A.

Ethnicus, qui concernit vel

Vnctione, quod quidem originem habuit à Patribus, sicut & sacrificia: sed cùm nulla apud eos vigeret spes resurrectionis, non fuerunt Patrum imitatores, sed simiæ. Promissio enim & verbum Dei, tanquam anima est, quæ cæremonias viuificat, sublato verbo quicquid rituum obseruãt homines, etiamsi externa specie, piorum obseruationi conueniat, nihil aliud est, quàm putida & fatua superstitio.

Vestibus albis, quibus cadauera amiciebantur: item auro, argento, purpura, &c.

Coronis. Mortui enim cum coronis efferebantur, vt testis est Cicero & Plinius lib. 21. cap. 3.

Luminibus. Nam è scirpis detracto cortice, cãdelae funeribus seruiebant, quibus humana fragilitas significabatur.

Cadauera. Hæc ornabant

Imaginibus. Nam teste Plinio lib. 35. cap. 2. expressa cera vultus singulis disponebantur armarijs, vt essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera.

Sacrificijs, quæ & inferiæ, & parentalia, & iusta, & februa dicta sunt. Fiebant autem tribus rebus, sacrificando Diti, spargendo aquã, & flores tumulo, ac ludos & epulum dando, quæ pollinctura dicta est, cui pollinctores: id est, hi, qui corpora vngebant, præerãt, admonamq; flagellabant, cariùs omnia ementes.

Carminibus funebribus: Præficæ enim ad plorandum conducta carmen funebre canebant.

Lachrymis sine modo factis, vt Solon:

Mors mea non careat lachrymis, linquamus amicis
Mœrorem, vt celebrent funera cum gemitu.

Alij lætitiâ funera celebrabant, vt natales fletu, sicut Traces. Vide Valer. lib. 2.

Fores domus defuncti: cupresso enim fores ornabant, quòd hæc arbor Diti sit sacra.

Cognatos & cognatas mortui. Mulieres enim albis vestibus vtebãtur, atris autem viri: Autor Plutarchus in Problematibus, & infectæ vestes suauer fluitatem, elegantiam, & sumtum præ se ferebant.

Sepulcra, quæ marmore, ære, purpura, &c. ornabantur. Mausoli Cariæ Regis sepulcrum ab vxore Artemisia factum, tanto artificio & sumtu ædificatum est, vt inter septem orbis miracula recenseatur. Patet, teste Plinio, ab Austro & Septentrione sexagenos ternos pedes breuius à frontibus toto circuitu pedes quadringentos quadraginta, attollitur in altitudinem 25. cubitis, cingitur columnis triginta sex, in summo est quadriga marmorea.

Pseudochristianus, seu Papisticus. Papistarum idem ferè ornatus est: vt enim in alijs, ita & hîc multa ab Ethnicis sumserunt, nisi quòd his pleraque de suo etiam cerebro addiderunt, vt pulsum campanarum, crucis prælationem, vigilias, anniuersaria, &c.

Quid de his Gentium & Papistarum ornatibus nobis sentiendum est? Omnis hic ornatus, gentilis, superstitiosus ac impius est. Quare rectè Ambrosius in Sermone dixit: Quid proficit sepulcrorum superbia? Damna sunt potius viuentium, quàm subsidia mortuorum. Volaterranus de Cura sepulcrorum: Pudeat nostros Christianos, præsertim sacerdotio dicatos, funeris ac sepulcri pompam expetere, nec etiam satis pendentis luxuria marmoris, sed etiam æris cepta, cùm Petri & Pauli, præterea Stephani, Laurentij, Hieronymi, totq; aliorum Sanctorum, etiam Martyrum corpora videmus humi Romæ iacere, nullis in aëre pendentibus mausoleis. Sed ne hanc tantùm nostris modestiam conuenire dicamus. Videamus quid Cyrus moriens apud Xenophontem loquatur: Meum corpus, pueri, cùm decessero nolite neque in auro, neque in argento, neque in alio lapide collocare: sed terræ statim reddite. Quid enim beatius, quàm terræ commisceri, quæ tot pulcra nutrit, ac parturit? Ego autem cum cæteris viribus homo sim, libenter nunc quoque videor cum ea communicare, quæ benemerita sit. Hæc ille. Marcus Æmilius Lepidus, antequam exspiraret, præcepit filijs, lecto se strato, sine linteis, sine purpura efferrent, in reliquum funus ne plus quàm æris denos consumerent. Imaginum specie, non sumptibus nobilitari maximorum virorum funera solere, testatur Liuius lib. 48. Cicero de Legibus, excitari vetat sepulcrum altius, quàm quinque diebus absoluatur, nec lapide condi, plus quàm capiat laudem defuncti incisam: nec plus, quàm quatuor versibus elegis.

A. Iudaicus, seu cæremonialis, qui fiebat

Vnctione *corporis. Id quod in sepultura Iacob videmus: nam Genes.50.a.2.dicitur: Et præcepit Ioseph seruis suis Medicis, vt aromatibus condirent Patrem suum. Et Ioannes cap.19. significat vnctionem corporum fuisse vnam ex Legis cæremonijs, vt putredini obsisteret. Neque hæc corporũ vnctio tunc inanis cæremonia erat, sed potius spirituale symbolum, quod Spem resurrectionis ob oculos poneret. Obscuræ enim adhuc erant promissiones, nondum resurrexerat Christus, qui non immeritò vocatur Resurgentium primitiæ, 1.Cor.15.d.20. Opus ergo habebãt fideles talibus exercitijs, quæ ad Christum adhuc absentem, eos dirigerent. Hæc ratio est, cur tunc fuerit tolerabilis maior rituum pompa, quæ hodie vitio non careret. Nam qui hodie sumptuosè mortuos sepeliunt, non tàm mortuos homines, quàm Christum ipsum Regem vitæ, de cœlo detractum, quantum in se est, recondunt: quia eius resurrectio veteres illas cæremonias abrogauit. Quare notandum est, discrimen inter nos, quibus Euangelij claritas illuxit, & inter Patres, quibus figuræ Christi absentem supplebant. Nobis hodie colenda est hac in parte parsimonia, quia immodici sumptus odorem resurrectionis Christi extinguit. Quòd verò Christus Matth.26.a.10. ad Discipulos de mulieris facto dicit, Opus bonum operata est erga me, &c. non probat hoc Christus, quasi ordinarium cultum, & cuius communis in Ecclesia debeat esse vsus. Neque enim mulierem rectè fecisse pronunciat, quasi idem quotidiè fieri velit: sed quod semel ab ea factum erat, Deo gratũ esse testatur: quia sic ob iustam causam fieri oportuit. Quanquam ergo vnguenti vsum minimè Christus expeteret, hæc tamen illi vnctio propter circumstantiam placuit: quia hoc symbolo testatum esse voluit, odoriferum fore suum sepulcrum. Quare non sine singulari Dei consilio factum est, quòd Nicodemus & Ioseph sumptum non mediocrẽ in sepeliendo Christo fecerunt: vt videlicet crucis horror sepulcri odore nobis tolleretur. Postquam enim extrema ignominia defunctus erat Christus in cruce, honorificã eius sepulturam Deus esse voluit, vt esset gloriæ resurrectionis præludium, ac veritatem comprobaret Scripturæ, quæ prædixerat, sepulturam eius futuram gloriosam.*

Fasciis *sepulcralibus & sudarijs. Hunc morem & nunc retinent Iudæi, vt corpus linteo tegentes, caput seorsim peplo inuoluant, quibus significatur, quas opes, & quem ornatum reportemus ex hoc seculo: fascias videlicet sepulcrales, & sudaria.*

Planctu *& osculo, quibus dilectio erga defunctum significabatur. De hoc lege Genes.50.c.10. Huc horror viuis simul ac mortuis impendebatur, de quo vide 1.Samuel.20.g.41. Tob.7.a.7. &c.*

Sepulcris *tectis, & è marmore excisis, quibus nihil Speciosius. De hoc vide Matth.23.d.27. Luc.11.g.44. Hic etiam mos seu cæremonia de Christi sepultura eiusq; excellentia concionabatur.*

De Loco Sepulturæ.

De loco sepulturę obseruabis,

Quo in loco sepulturas habuerint

Pij *Patres,*

Ante *Christum natũ. Moris enim erat his, vt in suis prædijs, hortis & agris sepulcra sibi deligerent extra vrbem. Abrahamus emit agrum ab Ephrone extra vrbem, pro sepultura charissimæ vxoris Sarę, Genesis 23. Locus, in quo sepultus fuit Iosue, dicitur eius possessio fuisse, Iosue vltimo. Eleazarus in colle Phinees filij sui, quem in monte Ephraim ipse acceperat, tumulatus fuit. Ibidem ossa Ioseph in eo agro condita dicuntur, quem Iacob Ioseph vt proprium attribuerat, Iosue vltimo. Ad hunc morem respexisse videtur primarius ille ciuis Ioseph us, qui in horto sibi sepulcrum in petra exciderat, in quod Christi corpus illatum est, Ioan.19.g.41.*

Post *Christum exhibitum. Hi extra vrbes in agris loca cõmoda sepeliendis cadaueribus, eaq; non priuata, sed publica deligebant, secus publicas vias, vt viatores transeuntes legere Epitaphia possent, vt hac ratione suæ etiam conditionis admonerentur.*

Gentiles. *Antiquissimo instituto Romani intra vrbem, & domi quoque defunctorum cadauera sepelichant. Verùm ea consuetudo vt fœda, mox sublata fuit. Extat etiam Lex in duodecim Tabulis, ne corpora in vrbe sepelirentur. Vestales tamen & Romani Imperatores ab hac lege fuerunt exempti. Adrianus quoque Imperator (teste Vlpiano Iureconsulto) pœnã aliquot aureorum statuit in eos, qui in ciuitate sepulcrum fecissent. Eandem quoque pœnam in Magistratus illos statuit, qui hoc passi fuissent.*

Pontificij. *Hi locum sepulturæ Templis coniungi voluerunt, non religionis, sed superstitionis, ac quæstus gratia, vt à mortuis etiam tributum exigere, & ex funeris tinnitu nolarũ, aquæ aspersione, eleuatione, vigilijs, missis, &c. quæstum facere possent. quin non intra vrbes modò, sed & in ipsis Templis prope summum Altare cadauera etiam sceleratissimorum hominum condunt, vt Missarum beneficio, velut cadaueribus infuso largiorem exigant pecuniam.*

Cur *cadauera extra vrbem sepeliantur. Vide literam A.*

- Cur cadauera extra vrbem sepeliantur.
  - Ne vrbs pestilenti aëre inficiatur.
  - Vt hac ratione testemur, non habere nos hîc manentẽ ciuitatem, sed futuram inquirendam esse.
  - Vt nos viatores esse in hoc mundo cognoscamus. Ideò enim iuxta publicas vias sepulcra olim habebantur.
  - Ne rebus terrenis ac transitorijs: id est, opibus ac diuitijs, quas in ciuitatibus, non in agris reponere solemus, inhæreamus, scientes hæc omnia transitoria esse, & nos aliquando in agrum deducendos, sed æterna ac Spiritualia bona contemplemur.
  - Vt testimonium nobis sit, Christianos plerunque ex vrbibus propter confessionem veritatis ejiciendos, ac opprobrium IESV Christi portaturos.
- A. Sepulturę locus, quibus nominibus appelletur.
  - A Paulo vocatur Seminatio, 1. Cor. 15. d. 36 propter resurrectionis nostræ Spem.
  - A Græcis vocatur κοιμητήριον: id est, dormitorium, in quo corpora piorum quiescant ad diem nouissimi Iudicij: frequenter enim in Scripturis mors somno comparatur.
  - Ab Hebræis: bi locum sepulturæ Beth-Chaim vocant: id est, domum viuentium: credunt enim pios omnes viuere, & cadauera eorum vltimo die resurrectura esse. Hæc enim omnibus seculis omnium piorum fuit publica fides.
  - A Germanis: hi Agrum Dei appellant. Nam vt in sulcos agrorum grana injiciuntur, & suo tempore reuiriscunt: ita corpora nostra suo tempore reuiuiscunt. Vide Ioan. 12. d. 24. Nisi granum frumenti, &c. Hanc ipsam ob causam conserebant hîc quidam olim arbores perpetui viroris, herbas & alia, vt ostenderent mortuos reuicturos esse.
- Loca sepulturæ quomodo habenda sint. Munienda sunt, ne feræ cadauera effodiant.

TERTIVS ORDO
de Homine.
De his, quæ à nobis in causa pietatis requiruntur: ac primùm de Cognitione Dei.
TABVLA I.

- Loci quinque.
  - Quàm sit necessaria vera Dei cognitio. Sine ea enim non possunt in nobis locum obtinere reliqua. Quo modo enim Deum ignotum sincera fide colemus, inuocabimus, diligemus, ac reuerebimur: Ignorantia Dei cæcitas est mentis, vbi illa obtinet, fieri non potest, quin omnis nostra vita, omnis generis erroribus sit obnoxia. Verùm quàm pauci sunt, qui veram Dei cognitionem habeant, ex his etiam qui Christiani appellantur. Vide Esa. 1. a. 3. Hierem. 4. Hoseæ 5. &c.
  - Quibus gradibus ad veram Dei cognitionem peruenitur: vt
    - Deum aliquem esse cognoscamus, & fateamur.
    - Cognoscamus, quis sit verus Deus, ne per errorem incidamus in aliquem, qui Deus non est. Est autem Deus Creator, Conseruator, Saluator, ac Gubernator omnium. De quo suprà de Deo.
    - Cognoscamus, quòd sit vnus, ac solus verus Deus, vnus essentiâ, trinus hypostasi.
    - Qualis Deus naturâ, cognoscamus. De quo suprà.
    - Cognoscamus illum esse Patrem Domini IESV Christi, & quòd hunc salutis humanæ gratiâ, Mediatorem, Redemtorem, & Conseruatorem miserit in mundum, ad saluandos omnes eos, qui in illum credunt.
    - Cognoscas illum etiam Spiritualiter tibi esse Deum, ac Patrem propitium & certissimum Seruatorem.
    - Deum sic agnitum colamus, obseruemus, diligamus, vni in omnibus obediamus, ab vno sincera fide pendeamus.
  - Quot sint modi cognitionis Dei. Vide literam A.
  - Quid cognitio Dei operetur in homine.
    - Gignit in corde cogitationem, de quærendo, metuendo, & colendo Deo.
    - Facit, vt
      - Vnus ac verus Deus colatur.
      - Quo sit Deus ingenio, & qua voluntate erga homines, quidq; ab illis requirat, cognoscatur, & vt colatur Deus conuenienter.
    - Liberat à iudicio, & confert vitam æternam, Ioan. 17. a. 3.
  - Cognitionẽ Dei imperfectã esse in hac vita, quod probatur: quia
    - Nihil est in hac vita perfectum, ne in humanis quidem, nedum diuinis.
    - Præsens vita destituta est ei cognitioni, quæ constat fide: fides autem constat, non expressa visione, sed auditu, signis, reuelatione Spiritus: futura verò destinata est perfectæ cognitioni.
    - Vbi est perfecta cognitio, ibi est & perfecta felicitas.
    - Paulus 1. Cor. 13. c. 11. præsentem vitam confert pueritiæ, quæ multum habet imperfectionis, futuram virili ætati, in qua puerilis imperfectio corrigitur.

Datam *esse omnibus mortalibus ratiocinandi, intelligendi, ac iudicandi facultatem: vide ex his, quæ vident in hac rerũ machina, & quibus fruuntur, colligere queãt, esse Deum, cuius tanta sit sapientia, potentia, bonitas, vt hæc, quæ videntur, omnia in tuto condere, cõseruare, dirigere et gubernare valeat, ex quo sit omnis nostra vita, etc. Rom. 1. dict. 3 27.*

A. Quot *sint modi cognitionis Dei*

1. Est *generalis. Hic disce:* Generaliter *cognosci Deum ex cõsideratione operum Dei, vt sunt*
   - Creatio, Conseruatio,
   - Sustentatio, Gubernatio,
   - Propagatio, *seu multiplicatio.*
   - Reparatio *eorum, quæ corrumpuntur.*
   - Perfectio, *qua omnia ad finẽ destinatũ producũtur, ac perficiũtur.*
   - Administratio *rerum.*

   Inexcusabiles *esse eos, qui cùm Deum esse, & eum tantùm colendum, & obseruandum esse cognouerint: malunt tamen illius loco imagines ligneas, lapideas, argenteas, surdas, ac mutas, &c. quàm verum Deum colere.*

2. Modus *per verbum Dei particulariter primùm Patriarchis, & postea illorum posteris Israelitis, idq; partim per apparitiones Angelorum, partim per Mosen, Prophetas, Apostolos, & Christum ipsum propositum, postea generaliter omnibus populis & gentibus prædicatum, per quod exponũtur mysteria Dei, abscondita à seculo de sancta Triade, de Incarnatione Verbi, de Redemtione ac reconciliatione generis humani, de Iustificatione, &c. Hic modus innotescendi selectior est eo, qui fit per operum testimonia: propterea quòd vt ex operibus diuinitas, sapientia, & potentia: ita ex Verbo voluntas Dei cognoscitur erga homines, quæ cognitio familiaritatis aliquid requirit.*

3. Modus *omnium est selectissimus, & electis tantùm contingit. Is est per singularem reuelationem Spiritus Sanctus, qua corda electorum veritatis luce illuminantur, vt cognoscant Deum Patrem, & Christum Filium eius, quem in mundum misit Seruatorem. Neque hîc verbum excludimus, per quod Spiritus corda illuminat.*

De Cognitione Dei, seu quibus rebus ab Ethnicis, ac infidelibus differimus.

TABVLA II.

DIFFERunt Dij Gentiũ à vero Deo

Sapientiâ, *seu cognitione, quæ duplex est.*

- Nostri *cognitio. Hic disce:*
  - Non *satis esse nos ipsos nosse externè, nisi & interiora nostra cognoscamus: inueniuntur autem omnia nostra mala.*
  - Cognitionem *nostri ex lapsu primorum parentum, & ex Legeti.*
  - Hac *cognitione nostri opus esse nobis, vt humiliemur.*
- Dei *cognitio. Hic disce:*
  - Non *satis esse nosse Deum in essentia, nisi & voluntatem præcipuam noueris, & qualem Deus habeat populum, à quo velit agnosci, & celebrari.*
  - Deum *cognosci ex creaturis: præcipuè verò ex verbo Dei.*
  - Hac *cognitione Dei nolis opus esse, vt Deo fidamus, illum celebremus, vt se nobis patefecit, inuocemus in nomine Christi.*

Iustitiâ, *quæ maior esse debet iustitiâ Ethnicorum, ac Monachorum etiam*

- Deuitatione *interiorum vitiorum, quæ etiam Lex accusat.*
- Obedientia *interiori, quam Lex requirit.*
- Fide, *seu iustitia Christi, quæ sarcit ea, quæ desunt nobis, ac si quidpeccauerimus, nobis non imputabitur.*

De Cognitione Dei, & quid differat Deus verus à Diis Gentium, ex Hieremia capite decimo.

TABVLA III.

DIFFERunt Dij Gentiũ à Deo vero: nam Dij Gentium

	Ar contrà Deus noster
Ex *arbore fiunt, aut lapide.*	Non *est lapis, aut lignum: neq; enim vlli creaturæ comparari potest.*
Manibus *ac cogitationibus hominũ parantur.*	Non *fabricando fit: ipse enim est, qui condidit omnia,*
Auro *& argento ornantur.*	Auro *ac argento similis non est.*
Clauis *fixantur, ne decidant.*	Non *eget sustentaculo: ipse enim sustentat omnia.*
Non *loquuntur, etsi ora habeant.*	Loquitur, *ac dum loquitur, ingens aquarũ vis in aëre coit, & eleuat nubes ab extremitate terræ, fulgura in pluuiam vertit, &c.*
Non *vident, licet oculos habeant.*	Videt *omnia in cælo & in terra.*
Non *ambulant, licet pedes habeant, sed portando portabuntur.*	Non *portatur, verùm nos ab illo mouemur, & portamur.*
Non *audiunt.*	Audit *omnia.*
Punire *non possunt.*	Verus *est, & punit peccatores.*
Non *possunt benefacere.*	Benefacit *omnibus.*

De vero

De vero Dei Cultu.

TABVLA I.

Loci septem.

- Deum esse colendum duabus de causis.
  - Vna est debiti. Debent illi obseruantiam, omnia quæ viuunt, tàm in cœlo, quàm in terra. Dominus & Creator est omnium.
  - Vtilitatis, siue necessitatis nostræ. Ab illo namque salus nostra dependet vnica, & sine illius gratia, ne ad modicum quidem, nedum in sempiternum subsistere possumus.
- Quis sit verus Dei cultus. Hic disce:
  - Aliter impios, aliter pios de cultu Dei sentire. Sunt enim qui omnem numinis cultum & obseruantiam in corde suo rident, damnantq; stultitiæ. Alij prouidentiam Dei negant, ac propterea vanum esse dicunt, seruire Deo: quorum impietas Malach. 3. reprehenditur. Pij verò de singulari Dei prouidentia certi, timent Deum, ac fideliter ei seruiunt.
  - Plerosque esse, qui nihil referre putent, quibus rebus Deum colamus. Nam veritatẽ cultus Dei bona hominis intentione metiuntur. Alios esse, qui ad cultum Dei sanctificant ea, quæ à Patribus sunt instituta, & in Ecclesiam introducta. Tribuunt enim illa directioni Spiritus Sancti. Pars maxima ne semel quidem cogitant, qui sint, quos colunt. Quare sunt, qui simulacra, qui non verum Deum, sed adulterinos, vt Iouem, Mercurium, &c. qui item Diuos colant.
  - Verum Dei cultum hisce conditionibus circumscribi, vt colatur, non creatura aliqua, sed Deus: non adulterinus, sed verus: non adiunctis alijs, sed solus: non quouis modo, sed pro expressa ipsius voluntate. Vnde & Socrates dicebat, vnumquemque Deum sic coli oportere, quomodo se ipse colendum esse præceperit.
- Quæ sint partes veri cultus Dei.
  - Agnoscere verè ac confiteri solius Dei esse sapientiam, potentiam, bonitatem, iustitiam, misericordiam.
  - Verè agnoscere & confiteri, Deum quidem nullius egere: omnia verò eius opera indigere.
  - Verè agnoscere & confiteri, Deo à nullo benefieri posse: nobis verò à Deo benefieri.
  - Fiducia in Deum.
  - Obedientia, qua voluntati illius certo verbo expressæ obeditur. Lege 1. Samuel. 15.
  - Salutem, & quicquid expeti potest bonorum, in eo quærere.
  - Inuocatio nominis Dei, Psal. 50. c. 15.
  - Sacrificium laudis, quod ex sensu bonitatis & misericordiæ Dei nascitur.
  - Adoratio, seu omnimoda Spiritus submissio, sine qua cætera veraciter & ritè præstari non possunt.
- Quod genus cultuum Deo placeat. Delectatur Deus cultu mentis, ac Spiritus, propterea quòd Spiritus est, ac Spiritualibus sacrificijs delectatur. Et quoniam purissimus sanctissimusq; est Spiritus, consequitur Deum delectari, non simpliciter cultu Spiritus & mentis, sed Spiritus puri, innocui, ac sancti.
- Quorum sit cultus Dei. Omnibus quidem creatis competit, vt Deum colant: verùm nõ colitur ab omnibus, sed à quamplurimis vel contemnitur simpliciter, vel non ritè colitur. Consequitur ergo veros cultores Dei esse admodum paucos, nec alios esse posse, quàm electos & fideles, qui soli sunt obedientes, inuocatores studiosi diuinæ laudis, & adoratores.
- An colendi sint Angeli & Sancti. Hic disce:
  - Non colendos esse Angelos, quod patet Apocalypsis cap. 19. cap. 10. & cap. 22. b. 9. Adoratio est pars diuini cultus, cui pars non competit, vtique nec totum competit: Angelo non competit adoratio, ergo nec cultus. Lege Augustinum de vera religione, capite quinquagesimoquinto.
  - Nihil Angelis competere eorum, quæ pertinent ad cultum Dei: qualia sunt, inuocatio, adoratio, templa, sacrificia, dies festi, & si quid aliud ad cultum pertinere videretur. Lege Augustinum lib. 1. contra Maximinum, & Epist. 49. in solutione quæstionis tertiæ.
  - Reprobum esse & impium omnem illum cultum, quo Sancti mortui templis, diebus festis, sacrificijs, inuocatione & adoratione passim ac palàm coluntur.
- Quare sit difficile à falso discedere cultu. In causa sunt,
  - Titulus diuini cultus. Papistici cultus commendantur Specioso ac sacrosancto titulo, quo cultus Dei vocantur. Hac impostura plebem dementârunt, atq; hoc modo retinentur omnis generis superstitiones, &c.
  - Externus & exquisitus Splendor: præsertim in templis, aris, simulacris, Missis, &c.
  - Humilitas veri cultus Dei.
  - Magnificentia, dignitas, & excellentia eorum, à quibus falsi cultus defenduntur.
  - Humilitas verorum Ministrorum, conditionis & vitæ.
  - Inueterata consuetudo.
  - Concilia Pontificum, quæ à Spiritu Sancto regi mentiuntur.

De Cultu, seu Laude Dei.

TABVLA II.

Loci septem.

- Quid sit. *Beneficia & magnalia Dei, quibus potentiam, bonitatem, & misericordiam declarauit, recensere, deprædicare, & celebrare.*
- Quot *hominũ genera laudant Deum.*
  1. Eorum, *qui ore tantùm laudant, corde aliud agunt, alius culinam, alius pecuniam, alius ludos, alius vocis gloriam, alius voluptatem in corde cogitat. Sunt qui nihil horum in animo habent, sed aliâs ita stupidi & oscitantes sunt, vt nullo prorsus sensu eorum, quæ ore canunt, afficiantur, Esa. 29. c. 13.*
  2. Eorum est, *qui non prorsus nullo, sed aliquo sensu eorum, quæ canunt, afficiuntur, verùm tepidè & obiter: & hi inter se differunt. Sunt qui tepiditatem suam*
     - *Ipsi probè sentiunt, deq; illa coram Domino cum dolore queruntur, ac sibipsis admodum displicent. His non est desperandum: nam quæ integritati cordis desunt, per gratiam Christi doleutibus ac conquerentibus, tanquam infirmis condonantur.*
     - Non *sentiunt, imò sibipsis admodum religiosè affecti esse videntur: ideò securi sunt, neque imperfectionem suam cum prioribus deplorant. Et ista tepiditas tandem eò delabitur, vt omnis glorificandi Dei sensus amittatur.*
  3. Eorum, *qui toto corde, pleno, sincero, & ardenti pectore in laudem Dei toti feruntur. Rarum est hoc genus, & sublimium & singularium Spirituum.*
- Qui *priores in laude Dei esse debeant. Qui* videlicet *reliquis sunt præstantiores.*
- Qui *sint veri laudatores Dei. Qui non solùm laudant, sed & inuocant, & adorant: qui notitiam & sensum mirabilium Dei operum habent: qui timent Deum, recti sunt, & afflicti.*
- Quę *causæ.*
  - Cognitio *bonitatis Dei.*
  - Sensus *beneficiorum Dei.*
- Quæ *ad laudẽ Dei decantandam requirantur.*
  - Cor *paratum ad laudem Dei, Psal. 57. b. 8.*
  - Gaudium *in Deo ex sensu beneficiorum Dei ortum.*
  - Exaltatio *& exuberantia cordis ad laudandum Deum.*
  - Deprædicatio *mirabilium, & beneficiorum Dei ex toto corde profecta.*
  - Canticum *soli nomini Dei extollendo consecratum.*
  - Non *vox, sed votum: non cantus, sed amor.*
- Quæ *sit diuinæ laudis summa. Vt sit Deus celebris: idq; non in genere tantùm, tanquam totius orbis Dominus, sed & specialiter tanquam Deus fidelium, vt in illis, ab illis, & propter illos celebretur: deinde vt laus sit non temporaria, & transitoria, sed sempiterna.*

Quot modis Deo detur gloria, lege MVSCVLVM in Ioan. cap. 9. ibi, Da gloriam Deo.

De Cultu Dei apud Gentes & Papistas.

TABVLA III.

GENTIVM.	PSEVDOCHRISTIANORVM.
Cultus Deorum in his situs.	
STATVEBANT *Dijs suis Templa, delubra, lucos, &c. Primi autem omnium Ægyptij, autore Herodoto lib. 2. & Strabone lib. 17. Geogr. Dijs & aras, & simulacra, & delubra sacrificiaq; curârunt.*	TEMPLA, *delubra, et sacella fabricârunt quidem. Cœperunt & Martyria, id est, sacella in honorem Martyrum exstrui, Theodosij Magni tempore, vt est in Historia Ecclesiastica libro 11. cap. 27. & 28. Anno à nato Christo 630. imperante Francis Dagoberto, cognomento Magno, per Galliam, Germaniam, Burgundiam, plurima Templa in honorem Diuorum per Regem extructa sunt, & Cenubia. Templorum ornatus à Syluestro.*
Addebant *Aras Dijs suis, easq; ad Orientem vertebant: nam multi Ethnicorum colebant Solem pro Deo, vnde & in publicis sacris seruabant hunc morem, vt verterent se versus Solem manè ad Orientem, meridie ad Meridiem, vesperi ad Occidentem. Administrabant etiam reliqua sua negotia iudicio Solis. De Aris Deorum lege Virgilium in 1. de Venere. Homerum Iliados 1. & 2. Odyss. 3. Apuleium libro 2.*	Sic *apud Pseudochristianos Papistas* EXstructa *sunt Sanctis Altaria, & ad Orientem versa. Autores Altarium sunt Sixtus II. Vigilius, Gregorius VII. Felix I. Hormisda. Sixtus & Vigilius Altaria ad Orientem verti debere statuunt. Vide Hoseam 8. c. 11. Multiplicauit Ephraim Altaria ad peccandum.*

Erigebant

GENTIVM. PSEVDOCHRISTIANORVM.

Cultus Deorum in his situs.

Erigebant *illis statuas, quas vt confringerent Iudæi, Dominus illis præcepit, Exodi 23.d.24. 34.c.13. Num.33.g.82. Deut.7.c.14. 12.d.3. Statuam ex luto Epimetheus: ex argento Pharnaces: ex ære Spur. Cassius excogitauit.*

Exstructæ *sunt & Sanctis statuæ in vijs circa oppida & pagos.*

Ponebant *simulacra opera manuum hominum, vnumquodq; suo insigni notatum: vt Bacchus habebat vitem, Ceres spicam, &c. Macrob. lib. 1. Saturnal. simulacra fingendi vsum ab Hercule profectum tradit. Alij, autore Diodoro lib. 4. dicunt Æthiopes simulacrorum vsum primùm inuenisse, & ab eis deinde Ægyptios accepisse. Quidam apud Athenienses Cecropem primum simulacra erexisse tradunt. Alij simulacrorum autores Pelasgos faciunt. Lege Sap. 14.*

Posita *sunt Sanctis simulacra in Templis, & vnumquodque suo insigni notatum, vt Petrus clauibus, Paulus gladio, Sebastianus sagittis, Maria lacrymis, & pomo aureo, &c. insignium tur. Autores ac defensores strenui simulacrorum sunt, Gregorij ipsi, vt I. II. & III. & Leo I. Constantinus I. Stephanus III. Hadrianus I.*

Statuebant *certos dies festos, quibus frequentes ad cultum Deorum suorum confluebant. Erant autem apud illos varia festorum genera, vt Lupercalia, Saturnalia, Floralia, Vinalia, Bacchanalia, Cerealia, Solitaurilia, Quinquatria, Bonæ Deæ, & plura alia, vana superstitione excogitata.*

Statuti *sunt & Sanctis certi dies festi, de quibus de consecrat. dist. 3. can. pronunciandum. Autores festorum sunt Gregorius I. Gregorius IIII. Leo IIII. Pius I. Bonifacius VIII. Clemens VI. Sixtus IIII. &c. Erant autem & apud Papistas varia festorum genera: quædam generalia, vt omnium Sanctorũ: quædam specialia: item quædam mobilia: quædam immobilia: quædam personarum: quædam operum, vt Martyrij: quædam instrumentorum, vt Catenæ, Crucis, &c.*

In *ipso Templi ingressu corpus recenti aqua spargebatur, de quo Virgilius:*

——ter socios pura circumluit vnda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ,
Lustrauitq; viros.——

Est *in Templi ingressu aqua lustralis, sale consecrata, ad expurgandum populum, & propulsandas insidias Diaboli. Hoc ineptè quidam Alexandro tribuunt.*

Sic *apud Pseudochristianos Papistas*

Ante *Aras, statuas & simulacra procidebant, & suppliciter manibus expansis adorabant, ac vota reddebant. De quo Baruch 6. Sap. 13. & 14. Non erubescit ad eũ loqui, qui sine anima est, pro vita mortuum rogat: pro valetudine infirmum, &c. De votis Virgilius:*

Iunonis magnæ primum prece numẽ adora:
Iunoni cane vota libens.——

Coluntur *imagines Diuorum. Autores cultus imaginum sunt Gregorius I. Constantinus I. Stephanus III. Hadrianus I.*

Thura *& cereos incendebant, & offerebãt. Virgilius de Venere:*

——vbi Templum illi, centumq; Sabæo
Thure calent Aræ.—— De cereis Baruch 6.c.18. Hoc ex Herculis instituto vsurpatum fuisse, tradũt quidã. Hic enim vt Saturni aras, nõ mactatis viris, sed accẽsis cereis coleret, suos admonuit. Lege Dionys. Halicar. 1. Annal. Rom.

Accensæ *sunt in honorem Sanctorum candelæ, non sebaceæ, sed cereæ, ne Sancti vilescerent. Id quod Sabiniano tribuitur. Sabbato verò Paschatis cereos consecrari Sozymus & Theodorus I. instituerunt. Thus adoleri Leo III. instituit.*

Sacerdotes *peculiares quisq; Deorum habebat. Numa enim II. Romanorum Rex, vt inquit Liuius, Flamines Sacerdotes instituit, qui Ioui, Marti & Quirino sacra peragerent.*

Quidam *Sacrificuli Petro, quidam Paulo, quidam Mariæ, quidam Michaeli, quidam mortuis, &c. deputati sunt.*

Sacerdotes *apud multas Gentes, præsertim Ægyptios, radebantur capite & barba. Vide Baruch 6.d.30.*

Raduntur *Sacrificuli & tondentur in vertice. Huius instituti autores sunt Anicetus, vt est dist. 23. can. prohibete. Item Martinus, can. si quis. Item Concilium Agathense, ibid. can. clerici.*

Sacerdotes *rugiebant coram Dijs suis, Baruch 6.d.31. 3. Reg. 18.d.28.*

Rugiunt *& boant Sacrificuli in Templo Sanctorum suorum.*

Simulacra *humeris circumeundo gestabant. De quo Baruch 6.c.25. & Apuleius lib. Asin. 11. At cum, inquit, ad ipsum iam Templum peruenimus, Sacerdos maximus, quiq; diuinas effigies progerebant, &c.*

Idola, *Crucifixum, vt vocant, & reliquiæ Sanctorum circumferũtur, & venerantur. Id quod Paschali I. & Clementi V. tribuitur.*

TABVLA IIII.

Quotmodis detur Deo gloria. Quando

- Quis vel propter Deum, sicut in iuramentis fieri solet, vel in causa Dei interrogatur, vt quod verum est, confiteatur.
- Quis delicta sua, pro quibus diuinitùs castigatur & increpatur, non abscondit, sed resipiscendo confitetur, vt Ios.7. dicitur ad Achan: Da gloriam Domino, & confitere, &c.
- Quis iam castigatus à Deo illi obedit: Hierem.13.c.16. Date gloriam Domino Deo vestro, &c.
- In rebus grauibus, arduis & periculosis Deus magis timetur, quàm vlla humana, quantumuis atrox vis & potentia, etiamsi vita sit ponenda, 1. Pet.3.c.14. Terrore illorum ne terreamini, sed Dominum sanctificate in cordibus vestris.
- Deus super omnia diligitur, & cunctis huius seculi bonis, honoribus, amicis, cognatis, delitijs etiam ac voluptatibus præfertur.
- Verbo illius magis, quàm humanæ, siue nostræ, siue aliorum rationi creditur, ac promissis fiditur. Notum est exemplum Abrahæ, de quo vide Rom.4.
- In necessitatibus & tribulationibus Deus inuocatur, hoc pacto illi gloria bonitatis, misericordiæ & veritatis datur. Vide Psal.50. hanc illi gloriam adimunt, quicunque Sanctos mortuos, vel alias creaturas inuocant.
- Quis illum solum vt Deũ colit, & adorat: quæ gloria illi soli etiam competit. Non faciunt hoc quotquot Sanctos colunt, quotquot simulacra adorant, quotquot in Ecclesia non illi verè & ex animo, sed ventri, nomini, ac quæstui suo seruiunt.
- Per iniuriam læsi, vindictam illi tanquam iusto Iudici permittunt, nec se ipsi vllo pacto vlciscuntur. Qui hoc non facit, gloriam iustitiæ Deo denegat.
- Qui in tribulationibus sunt, sibiipsis culpam & Deo iustitiam adscribunt, ideoq; in patiendo perstant. Vide Daniel.9.
- In his quæ ratio humana capere non potest (vt quod improbis benè sit in hac vita, iustis malè: Quod Iacob diligit, Esau odio habet: Pharaonem obdurat: Pharisæos excæcat, &c.) ex animo dicunt, Iustum est Dominus: Omnia iudicia illius iusta sunt, omnium Dominus est, vt liberè de suo quidvis facere possit: ipsi sit gloria in seculum.
- Cuncta bona, virtutes & bona ipsi adscribimus, non creaturæ alicui, vel in his, quæ nos, vel in his, quæ alios concernunt, vt dum dona Dei vel in nobis, vel in alijs agnoscimus, & Deo gratias agimus, vt in Paulo glorificabant Christiani Deum, propter mirabilem illius conuersionem.
- Nos illi per omnia subijcimus, & illum adoramus.
- Salutem, & quicquid expeti potest bonorum, in ipso quærimus.

De Legitima spiritualis cultus Dei ratione.

TABVLA V.

Loci tres.

- Quid sit. Opus videlicet mandatum à Deo, factum ex fide in celebrationem gloriæ Dei principaliter. Primum in hac definitione fit mentio materiæ cultus Dei, quæ est opus à Deo mandatum. Nam in Ecclesia cultus Dei æstimandus est, qui verbo & Lege Dei nobis præscribitur. Nullus enim cultus placet Deo, nisi quem ipse proprio verbo instituit: Fruſtra, inquit Christus, Matth.15. vers.9. colunt me, docentes doctrinas, mandata hominum. Sed quia non satis est ex ratione præcepti opus facere, nisi accedat fides, ideò additum est in definitione, Factum ex fide. Est enim fides omnis boni operis effectrix, quia nullum opus potest placere Deo, nisi priùs persona placeat: placet autem persona fide: Hæc facit, vt errata nobis non imputentur. Deinde vt voluntarium & promtum sit obsequium, alioqui minimè placeret. Tertiò fides monet animi cultum, & externam operationem coniungenda esse. Vnde fit, vt tametsi interdum opus externum sit, tamen quia ex fide factum est, Spiritualis Dei cultus existat. Postremò hæc additio facit clarum discrimen inter cultum Dei verum & falsum. Nam omnis cultus extra fidem, siue sit à Deo mandatus, siue operis, siue à Diabolo inuectus, damnandus est: siquidem mera superstitio est. Superstitio enim non solùm ex re ipsa, sed etiam ex animi affectione æstimanda est. Tertiò, additur in definitione, in quem finem tendere debeat cultus Dei: nempe in celebrationem gloriæ Dei, vt Dominus Matth. cap.5. v.16. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt glorificent Patrem vestrum, &c. & Dominus in Esaia, cap.43.4.7. In gloriam meam creaui eum.
- Quotuplex cultus Dei, & seq. Vide literam A.

A. Quotu-

- Quotuplex *cultus Dei. Alius est*
  - Expiatorius, *seu meritorius per se, qui est obedientia Filij Dei, per quam satisfecit Legi Dei, ac meruit omnibus vitam æternam, qui in se credunt. Quicunq; hunc honorē tribuunt aliis rebus, q̄ obedientiæ Christi, contumelia afficiunt Filium Dei, qui solus expiatorium cultum præstitit.*
  - Eucharisticus, *obedientia omnium filiorū Dei, quæ per se non meretur quicquam, sed ex gratia habet promissiones: & est duplex:*
    - I. Tabulæ, & hic est vel
      - Internus, vt
        - Fides,
        - Spes,
        - Charitas.

        } 1. *Thess. 1. a. 3.*
      - Externus, *qui in externis operibus est, & tamen Spiritualis est. Est enim cultus Dei ex causa efficiente, obiecto, & finali causa censendus.*
    - II. Tabulę, & est vel
      - Internus, *qui consistit in affectu cordis erga proximum.*
      - Externus, *qui consistit in operis declaratione.*


A.

- Quod *sit fundamentū cultus. Hoc est duplex:*
  - Cognitio *Dei, quam consequimur per verbum & testimonium, quæ coniuncta docent nos, quòd*
    - Deus *sit fons omnis virtutis, iustitiæ, sapientiæ, & veritatis.*
    - Deo *omnis gloria tribuenda sit.*
    - Deus *ad iuuandum sit promtus sua natura.*
    - Idem *velit omnes ad se confugere in quouis periculo.*
  - Cognitio *nostri, quæ ex trium rerum contemplatione petenda est, ex*
    - Fine *creationis, qui docet officium, quod est referre imaginem Dei in vera pietate & iustitia.*
    - Virium *præsentium æstimatione. Vires ostendunt, quòd officium debitum præstare nemini valeamus.*
    - Facilitate *lapsus in peccatum. Lapsus frequentes nos monent fragilitatis nostræ & peccati. Vnde admonemur, omnem gloriandi materiam abijcere, vt qui fracti viribus, nihil sine auxilio diuino efficere boni possumus: imo omni hora præcipites in noua peccata ferimur, nisi manu Dei conseruemur. Sine hac nostri cognitione nec pœnitentia, nec fides existere possunt, sine quibus nihil quantumuis speciosum Deo placere potest. Vbi igitur hanc duplicem Dei cognitionem, & nostri probè tenuerimus, fundamentum veri cultus Dei iactum est.*

TABVLA VI.

- Loci tres.
  - Quid *sit. Est enim cultus Dei sacrum, in verbo Dei expressum, ad colendum Deum institutum, quod à nobis in Spiritu & veritate præstatur.*
  - Quotuplex, *&c. Vide literam A.*
  - Quę *causæ.*
    - Efficiens
      - Spiritus.
      - Verbum, *per quod Spiritus Sanctus verum cultum revelat.*
      - Fides, *sine qua non potest verus Dei cultus existere.*
      - Præceptum, *quo nobis verus Dei cultus præcipitur.*
      - Debitum: *cùm enim simus populus Dei, debemus ei suum cultū præstare.*
    - Materialis, *est mens, quæ subiectum est veri cultus Dei, in quo & hæret, & ex quo profluit.*
    - Formalis, *motus interior: qa verus Dei cultus in Spiritu & veritate, ac pura mēte fieri debet.*
    - Finis. *Hic autem est*
      - Verus, *vt videlicet hoc vel illo opere Deus honore afficiatur, eius duntaxat respectu.*
      - Falsus, *seu impius: videlicet cùm quidam*
        - Sui *commodi gratia Deum honorandum esse opinantur, ac docent, vt prosit illis Deus, vel certè infensus non sit.*
        - Propterea *Deo obediunt, vt sua obedientia, ac operibus, Deo gratias pro suis beneficijs referant.*
        - Flagitiosiores *ex pietatis qualicunque specie gloriam & bonorum virorum æstimationem aucupantur.*

¶ VT variæ sunt de Deo opiniones, ita varij quoq; cultus excogitati sunt. Qui enim plures opinantur esse Deos, plures quoq; illis tribuunt religiones & cultus, idq; pro Deorum discrimine: vt, excellentissimo non nisi sanctissimus & excellentissimus cultus debeatur: inferiori, inferior, &c. Qui primatem fingunt Deum aliquem, cui subditi sint auxiliares Dij, hi vnam religionem, seu cultum summo numini peculiariter decernunt, etiam tamen ad subdititios illos Deos pertingentem. Qui vnum verum Deum simul confitentur, hi vnam, genuinam & solidam religionē, & cultum illi tribuunt: non eandem tamen rationem, modum & ritum colendi numinis conceperunt omnes. Alij enim ex his considerātes Deum esse summē iustum, sapientem, benignum, omnipotentem, illum rebus duntaxat cognatis colendum esse arbitrantur, vt iustitia, fide, beneficentia, benignitate, &c. Alij pro humanarum cupiditatum modulo, rebus quibusdam externis, in sensus nostros incurrentibus, quæ ex humana cogitatione nascuntur, illum colendum esse putant. Alij operibus à Deo & Pontifice simul præscriptis, honorandum esse.


A.
Quotuplex.
Est enim alius
Verus, cùm Deus rebus cognatis, ac suæ naturæ conuenientibus colitur: vt, iustus, iustitia: benignus, benignitate: veracissimus, veritate: fidelis, fide: cæteris q; virtutibus Dei mentem referentibus, vt in cultore Dei, natura Dei, ceu in viuo simulacro reluceat. Et est duplex,
Internus,
Fidere Deo,
Diligere Deum,
Timere Deum,
In spiritu & veritate, ex toto corde, totis viribus, &c. quod maximi est primi Præcepti.
Præcepti II. vt
Confiteri,
Laudare,
Magnificare,
Publicare,
Nomen, famam, vel gloriam Dei.
Præcepti III. vt
Audire,
Suscipere,
Discere,
Meditari,
Docere,
Verbum fidei.
Vti Sacramentis.
Præcepti IIII. vt
Honorare,
Iuuare,
Seruire,
Obsequi,
Colere,
Parētes, Magistratū, Præceptores, tutores, ac alios superiores.
Præcepti V. vt non
Irasci, Inuidere,
Seditiosum esse,
Vexare proximum,
Vlcisci se de proximo,
Conuiciari,
Occidere proximum.
Externus, vel
Præcepti VI. vt
Castum,
Fidum,
Temperantē,
Sobrium,—
Esse erga coniugem.
Non odisse coniugem.
Non aspicere coniugem alterius ad eius cupiscentiam.
Non repudiare coniugem.
Non denegare debitam benevolentiam coniugi.
Præcepti VIII. vt
Non esse studiosum lædendi famam proximi.
Non esse
Superbum,
Contemtorem,
Contumeliosum,
Inflatum,
Inuidum,
Maledicum,
Proditorem,
Iudicem temerarium.
Esse veracem.
Reprehendere diffamantes alios.
Defendere diffamatos.
Præcepti IX. vt
Postponere nostra commoda vtilitatibus proximi.
Non defraudare proximum.
Non abalienare bona proximi.
Non insidiari proximi bonis.
Præcepti X. vt
Admonere vxorem proximi & seruos, vt suum officium faciant.
Non desiderare vxorem, seruos proximi.
Falsus, vel impius: cùm Deus nōn rebus cognatis, sed fictitijs quibusdam operibus colitur. Quidem enim naturam Dei & voluntatem humanarum cupiditatum modulo metientes, suspicati sunt eum demereri rebus, quæ nostris gratæ sensibus, animum quoque humanum vana quadam opinione beatitudinis titillant. Hi religionem ac cultum Dei posuerunt in magnificis Templis, in sacrorum pompis, in largis cæremoniarū sumtibus, in numeroso Ministrorum famulitio, in boatu Sacrificulorum, in lingua non intelligibili, in murmure præscriptarum precum, in impijs Missæ sacrificijs, in sonitu campanarum, in q; similibus rebus sub nostros sensus magno splendore venientibus.

TABVLA

TABVLA De Timore Dei.

Loci quinque.

Quare *timor Dei in Scripturis præcipiatur. Quia ita corrupti sumus, vt metuamus non metuenda, & metuenda contemnamus. Et quod omnium insanissimum est, timeamus homines, & non timeamus Deum. Est itaque summoperè necessarium, vt ista in nobis timoris corruptio sanetur, & corrigatur: primũ præceptis, deinde operatione Spiritus.*

Quid *sit timor. Quo nil timetur aliud, quàm offensa eorum, quos nobis in omnibus benevolos habere cupimus. Sic timemus Deum cum primis, deinde liberi parentes, & vxores maritos.*

Quotuplex *sit timor Dei. Alius cum est*

Eorum, *qui dicunt in corde suo, Non est Deus. Qui enim non credit esse Deum, inania iudicat esse commenta, quæcunque de Deo narrantur: verum si consideremus vim conscientiæ, quæ subinde in talibus quoque fulgore veritatis Dei nonnihil tangitur, negare haudquaquam poterimus, euenire illis sæpenumerò, vt anxij metuant, ne fortè sit Deus aliquis, quamuis ipsi nullum esse putent, sintq; nimis vera, quæ de iustitia ac iudicijs illius prædicantur. Atque ita futurum sit, vt aliquando vindictam illius maximo suo malo experiantur. Ac sic cogitare quid aliud est, quàm sensu aliquo timoris Dei tangi? Idem euenit & ipsis, qui quoniam nulla spe præditi sunt, consequendæ futuræ felicitatis, toti in hoc sunt, vt persuadeant sibi, non esse post hanc præsentẽ vitam expectandam aliam, nec fore iudicium aliquod, sed morte corporis terminari omnia.*

Timor *pœnæ, seu seruilis. Hic disce:*

Quid *sit. Est enim is, quo Deus non tàm amatur, vt Deus, quàm metuitur, vt iustus Iudex, qui meritis pœnis animaduertat in eos, qui peccãt.*

Vnde *sit, seu quibus mediis fiat.*

- Visu *fulgurum, &c. quibus terrentur etiam animæ reproborum. De quo Exodi 19.c.16. 20.c.18.*
- Auditu *tonitruorum, ibid.*
- Signis *potentiæ Dei, quibus Deus vti voluit, vt se timerent.*
- Exemplis *potentiæ Dei, qua pij de multis & magnis malis eripiuntur, & impij cum semine ipsorum perduntur.*
- Intenta *consideratione potentiæ & seueritatis Dei.*

Timor *offensæ, vel filialis. Hic disce:*

Quid *sit. Quo videlicet electi ac verè pij Deum venerantur, ac colunt, vt Patrem, obseruantes voluntatis illius cum reuerentia, & vnicè metuentes, ne quo pacto illum offendant, propter amorem, quem erga ipsum habent.*

Vnde *sit. Ex dono & Spiritu Dei, Hierem. 32. c. 23. per verbum.*

Quo *ordine timor Dei diuinitus ordinetur: videlicet vt non dilectio timorem, sed timor ille seruilis dilectionem præcedat, quem postea affectus dilectionis sequatur, quò propius cognitam ipsius bonitatem paulatim magis ac magis diligere, bonaq; ab illo fiducia pendere, ac sacrificium laudis illi offerre incipiamus. Non est autem hæc ordinatio præter rationem. Etenim eiusmodi timor, qui ex sensu potentiæ, iustitiæ, ac seueritatis Dei incutitur, quasi custos quidam est debitæ obseruantiæ, per quem cauetur, ne sequès dilectio negligentiam, ac præposteram securitatem post se trahat.*

Quę *sit efficacia timoris Dei filialis.*

- Excludit *contemtum Dei, ac præposteram carnis nostræ securitatem, nec locũ permittit falsæ persuasioni, qua de propria iustitia præsumamus.*
- Reddit *docilem, vt quæ sit voluntas Dei discatur. Initium sapientiæ timor Domini.*
- Gignit *studium fugiendi ea, quæ sunt mala, Prouerb. 8. c. 13. 14. d. 27. 15. d. 33. 16. a. 6.*
- Gignit *studium pietatis ac cultus diuini. Quare timor, ac seruitus, seu cultus Dei iunguntur, Deut. 6. a. 1. Ios. 4. d. 24.*
- Facit *studiosum iustitiæ erga proximum. Lege Act. 10. a. 2. de Cornelio.*
- Gratum *reddit Euangelium Dei. Quid enim timore perculsis Euãgelio Christi gratius?*
- Præparat *animos ad diligendum Deum.*
- Magnam *prærogatiuam coram Deo consequitur. Timentes Dominum glorificabuntur. & non est inopia timentibus eum, voluntatem timentium se facit.*

Qui *nõ timent Deum verè.*

Diuites, Potentes, Superbi.

Qui——

- Conscientiam *hominum magis timent, quàm conscientiam Dei.*
- Potentiam *hominum magis timent, quàm potentiam Dei.*
- Pluris *faciunt autoritatem hominum, quàm autoritatem Dei.*
- Præcepta *seruant, quia homines timent, à quibus ad obseruanda illa vrgentur.*
- Præposteró *zelo ea faciunt, quæ cum voluntate Dei pugnant.*
- Mortuos *Sanctos magis, quàm ipsum Deum timent.*

De Fide.

TABVLA I.

Quid *sit fides. Est enim constans ac firmus assensus cordis ad ea, quæ vel narrantur, vel promittuntur verbo. Est enim credere, assentiri auditis.*

Loci quatuor.

- Quot *sint fidei gradus, seu partes. Credere*
  - De Deo. Hic *disce:*
    - Quæ *sint de Deo credenda. Vt, quòd sit*
      - Deus,
      - Vnicus,
      - Omnipotens *creator cœli & terræ.*
      - Iustus, *beneficus, misericors, verax, sempiternus, &c.*
      - Christus *vnigenitus Dei Filius, Deus & homo. Redemtor, Mediator, Seruator noster, &c.*
      - Spiritus *Sanctus Patri & Filio æqualis, illuminatur mentium, consolator, &c.*
    - Procul *abesse ab hoc fidei gradu, qui dicũt in corde suo, Non est Deus. Et eos, qui licet Deum esse credant, haud tamen credunt aliter, quàm sicut Catholica opinione putari vident. Item eos, qui de Deo, vel non omnia, quæ conuenit, vel alia siue aliter, quàm conuenit, credunt, id quod illis euenire necesse est, qui de Deo non fidem secundum Scripturas sacras mente concipiunt, sed opiniones proprij cordis fingunt.*
  - Deo: *id est, verbo eius fidem dare, neque in vno tantùm, aut altero, sed in omnibus. Hic fidei gradus ex primo consurgit. Nequit enim fieri, vt qui rectè de Deo credit, non etiam credat illi in omnibus. Huc pertinet obedientia, quam verbum Dei à fidelibus requirit.*
  - In *Deũ. Hic disce:*
    - Quid *sit credere in Deum: videlicet spem omnem in Deum dirigere, & maximè fiducia ab illius bonitate pendere.*
    - Hunc *tertiũ fidei gradum ex duobus prioribus emergere: quisquis enim & de Deo, & Deo rectè credit, non poterit non à promittentis veritate, ac bonitate toto corde pendere.*
    - Hunc *fidei gradum ab aliis differre, non modò ordine & gradu, sed & applicatione. Priores duo applicari possunt, ac debent, etiam non modò ad Deum, ac Christum Filium eius, sed & ad Prophetas & Apostolos. Tertius verò soli competit Deo. De Mose siquidem Prophetisq́ reliquis & Apostolis rectè credimus, quòd fuerint serui Dei, Deo chari, & ex Spiritu Sancto locuti. Deinde rectè etiam credimus Mosi, Prophetis & Apostolis, tanquam seruis ac legatis Dei, quatenus ex Spiritu Sancto sunt locuti. Hæc fides namque vsque adeò nõ derogat fidei, quæ Deo debetur, vt illam magis in nobis confirmet. Vnde & Christus: Si Mosi credideretis, crederetis & mihi, &c. Tertia verò pars fidei nec Mosi, nec Prophetis, nec Apostolis, imò ne Angelis quicquam accommodari debet. Non conuenit vt credamus in Mosen, Prophetas, &c. Credimus Paulo, sed non credimus in Paulum.*
- Quàm *sit necessaria fides, demonstratur ratione*
  - Naturæ *& ingenij Dei. Quo enim Deus ingenio est, incredulus ei placere non potest, cùm ille omnium sit veracissimus & fidelissimus.*
  - Propositi *& voluntatis Dei. Hoc enim propositum Dei est, vt credentes in Christum Filium eius, saluentur.*
  - Incolatus *huius vitæ, in qua peregrinamur à Deo, & nondum sumus in conspectu ipsius præsentes. Per fidem enim ambulamus, & non per speciem, 2. Cor. 5. v. 7. Hoc genus vitæ fidem sic necessariò requirit, sicut futura vita nullum illius habebit vsum, in qua Deum facie ad faciem videbimus, 1. Cor. 13. 12.*
  - Qualitatis *rerum vltimarum, quæ sine illa apprehendi nequeant. Vt cognoscere Deum Patrem conditorem cœli & terræ, cognoscere Christum Filium Dei missum à Patre in mundum, vt peccatores redimeret, &c. Hæc non humano intellectu, sed fide acquiruntur.*
  - Operationum *Spiritus Sancti in cordibus electorũ, vt dum peccata nostra Christus nobis propter fidem in sanguinem ipsius condonat, iustificat, in filios adoptat, cordis purificat, dum ad inuocandum Patrem nostrum mouet, ad resistendum Satanæ, ad perseuerantiam, &c. Hæc enim omnia virtute gratiæ Christi sic in electis fiunt, vt nihil ex illis sit, quod in aliquo mortalium fiat, si fides Christiana non adsit.*

Vnde *sit fides vera. Ea non nascitur ex autoritate præcipuorum hominum, vel consensu multitudinis, vel diuturna consuetudine, vel viribus nostris, sed ex gratia Dei, Ephes. 2. Rom. 12. a. 3. Galat. 5. 2. Corinth. 4. 13. Philip. 1. Ioan. 6. d. 29. Hoc, inquit, est opus Dei, non vestrum.*

TABVLA II.

Dei: — { Gratia, Operatio } — Dei.

Quomodo *fides diuinitùs detur. Hîc multa concurrunt, quæ modum demonstrant, respectu*

- Ministri, *verbum gratiæ per illum propositum, ac prædicatum.*
- Audientium, *auditus verbi diligens, quo velut medio gignitur fides in Christum.*

An *fides sine mensura detur. Hîc disce:*

- Mensuram *fidei non esse credentibus omnibus eandem, ac parem: fides quidem ipsa eadē est omnibus, & vna, Eph. 4. a. 5. at fidei mensura nō item, Rom. 12. a. 6. Sed alijs datur maior, alijs minor. Quare nec in illis, quæ ex fide nascuntur, pares sunt fideles, vtpotè in cognitione, dilectione, timore Dei, spe, dilectione proximi, patientia, &c. Vnde constat fidei donum, sicut & alia dona cum mensura quadam conferri.*
- Mensuram *fidei diuina prouidentia sic diuidi, vt nemo sit electorum, cui minus detur, quàm ad salutem ipsius sufficiat. Mensura fidei hoc in se continet, vt sit sufficiens vnicuique portio. Qui ampliorem accipit, non plus: & qui minorem, non minus salutis habet.*
- Quare *nonnullis plus fidei detur, quàm alijs. Non est hoc præter singulare Dei consilium diuinæ prouidentiæ, quæ sic ista moderatur, vt quibus plura sunt certamina subeunda, maior etiam fidei mensura cedat. Constituit quosdam in exemplum aliorum, inque illis specimina quædam gloriæ ac virtutis suæ mundo proponit. Quales fuère, Abraham, Isaac, Iacob, Moses, &c. Ideoque illis abundantiorem etiam fidei mensuram largitur, non vt per hanc plus salutis acquirant, sed vt gloriæ ipsius singulariter illustrandæ seruiant, & infirmioribus præsint. Exemplum petere licet de corpore humano.*

Loci quatuor.

- Fidem *non esse omnium, 2. Thess. 1. Rom. 10. c. 16. Non omnes obediunt Euangelio.*
- Fidem *non dari respectu qualitatis, meriti, vel dignitatis, vel iustitiæ nostræ, vel officij, vel conditionis. Ita enim daretur potioribus, opulentis, sapientibus, non peccatoribus, &c. Quare manifestum est, nec negari illam propter præcedentem impietatem, nec dari propter præcedentis iustitiæ merita.*

Quibus *detur. Hîc disce:*

- Donum *fidei à libera pendere electionis diuinæ gratia, ita vt quorum vult misereatur Deus. Quare censemus dari fidem solis electis, quos ipse Deus ante conditum mundum in Christo ad hoc elegit, vt in illis gloria gratiæ suæ illustretur, Ephe. 1. a. 4. Hinc est quod Apostolus fidem hanc, fidem electorum Dei vocat, Tit. 1. a. 1. & Lucas in Actis 13. g. 48. dicit: Et crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam. Hinc colligimus, fidem indubitatum electionis argumentum nobis esse posse.*
- Non *esse tamen reijciendam publicam Euangelij prædicationem. Donec enim in hac vita sumus, mixti sunt bonis mali, nec separantur electi à reprobis vsq; ad diem Iudicij, quorum cognitio non Ministris verbi, sed ipsi electori Deo seruatur.*

Quàdo *detur fides à Deo. Hîc disce:*

- Tempus, *quo datur fides, non in arbitrio humano, sed solius Dei prouidentia constitutum esse, qui, quemadmodum quos voluit, elegit: ita etiam electos ad fidem per ministerium verbi vocat, quo ipsi tempore placuerit. Vnde Paulus Gal. 1. c. 15. Cum autem placuit ei, qui me segregauit, &c.*
- Tempus, *quo fides datur, nulli ætati nulliq; qualitati vitæ alligatum esse. Vocatur alius in adolescentia, alius in iuuentute, alius in ætate virili, &c. Donec durat præsentis vitæ tempus, durat etiam tempus vocationis cœlestis, quod perinde habet atq; tempus æstatis. Arbores naturâ frugiferæ, aliæ initio æstatis, aliæ paulò pòst, aliæ in medio, aliæ pòst medium, aliæ tandem in fine fructus suos adferunt. Nec minus habetur frugifera, quæ in fine, quàm quæ initio fructificat. Infrugifera verò est, quæ nec initio, nec in medio, nec in fine quicquā fructus adfert. Pòst elapsam enim æstatem sperari non potest, vt quæ in illa sterilis fuit, fructum ferat in hyeme. Rursus vocatur alius in medio peccandi cursu, alius studio, ac zelo Dei intentus, alius in afflictionibus, alius dum fideles persequitur, alius in negotijs huius vitæ constitutus.*
- De *nulla ætate nulloq; vitæ genere desperandum esse, nec tempus vocationis cœlestis per omnia ad occasionem Euangelicæ prædicationis sic alligandum, quasi nunquam sit donum fidei accepturus, qui non statim initio prædicationis credit.*
- Semen *quoddam fidei infundi infantibus electis, quod reprobis negatur. Verùm vbi de fide loquimur, separamus illam ab hoc semine occulto, & definimus secundùm Scripturas, quid sit, & vnde sit, quæ sanè definitiones non possunt locum habere in infantilibus, donec per ætatem fidei huius possint esse capaces.*

TABVLA III.

- Loci tres. De
  - Alimentis fidei. Hîc discę:
    - Non satis esse accepisse, nisi quod acceptum est alatur, prouehatur, & per omnẽ vitam exerceatur. Vt enim facultas rationis, quam in prima natiuitate accipimus, alenda est, prouehenda, & exercenda ad vitæ nostræ necessarios vsus: Sic fides Christiana, quæ velut ratio quædam secundæ natiuitatis est, ad spiritualem vitã, instar infantis alenda est & prouehenda.
    - Alimentum fidei principaliter à Deo esse, vnde est & ipsa. Nisi ille, qui dedit, alat, ac prouehat, persistere, & ad iustum vsum peruenire non potest.
    - Quibus medys alatur fides.
      - Verbo gratiæ, vnde nata est fides, vt fidelis ille interior ac nouus homo verbo Christi natus, 1. Pet. 1. Iac. 1. perinde etiam eodem, quo natus est, verbo enutriatur, 1. Tim. 4. Enutritus verbo, &c. Sicut & infans eodem sanguine, vnde natus est, in lac conuerso alitur & prouehitur. Quam itaq; crudele, & contra naturæ ductum est, infanti recens nato lac maternum, tanquam cognatum alimentum, vel negare, vel inuertere, vel miscendo corrumpere, aut in locum illius substituere, vnde infans non crescat, sed tabescat, & tabe confectus emoriatur: tam atrox, imò atrocius facinus est verbum gratiæ Christi, gregi Dominico adimere, vel corrumpere, vel miscere.
      - Vsu orandi & psallendi, iuxta illud Tertulliani: Certè fidem sanctis vocibus pascimus.
      - Vsu Eucharistiæ, quo fidem exercemus & pascimus, vt in illa magis ac magis crescentes, contra vniuersa Sathanæ machinamenta corroborentur.
  - Incrementis fidei. Hîc discę:
    - Fidei incrementum esse, quo illa in cordibus fidelium crescit & augescit. Habet enim auctus suos, quibus per gratiam Dei quotidie inualescit. Primùm, vt quæ antea credere nequiuimus, quamuis vera sint, hodie credamus: deinde, vt quæ hactenus tenuiter credidimus, iam certiùs credamus.
    - Incrementum fidei pendere ab augmento cognitionis, vt non frustrà moneantur fideles, 2. Pet. vlt. vt in gratia & cognitione Domini crescant.
    - Incrementum fidei cognosci ex dilectione & patientia, 2. Thess. 1. a. 4.
    - Incrementa fidei esse mensuræ illius conuenientiam: dubitare enim non debemus esse aliquam fidei mensuram, quæ datur à Domino: deinde hanc non esse omnibus eandem: tertiò vnicuiq; electorum tantum dari fidei, quantum ratio salutis exposcit. Incrementa itaq; fidei sic sunt comparata, vt mensuræ illius conueniant. Necesse est enim, vt in vnoquoq; electorum fides tantum accipiat incrementi, quantum ad consequendam illius mensuram diuinitùs destinatam requiritur.
    - Hunc esse terminum crescendi, vt cuncti ad vnitatem fidei & cognitionem Christi perueniamus, crescamusq; in illa ad mensuram ætatis plenitudinis Christi, Ephe. 4. a. 7.
  - Efficacia fidei. Hîc discę:
    - Tribui fidei efficaciam, non quòd per se quicquam operetur, sed quòd Deus per illam in nobis operetur.
    - Quæ sint partes efficaciæ fidei.
      - Gignit, quasi filiam quandam, veram resipiscentiam, idq; adeò confestim, vt cœlitùs eam secum, velut pedissequam, adferre videatur.
      - Apprehendit
        - Gratiam reconciliationis & iustificationis, Rom. 3. 5.
        - Adoptionem filiorum Dei, Ephe. 1. Gal. 4.
        - Spiritum Dei, Ioan. 7. Rom. 8. Gal. 3. & 4.
        - Veram scientiam Dei & Christi eius, Ioan. 6.
        - Vitam æternam, Ioan. 3. 5. 6. 20.
        - Dona Dei, quæ ab illo fide petimus.
      - Operatur, et id quadrifariã: erga
        - Deum,
          - Conscientiam pacatam, Rom. 5.
          - Dilectionem erga Deum, Luc. 7. in parabola.
          - Spem futuræ gloriæ filiorum Dei, Rom. 5.
          - Fiduciam accedendi ad Deum, Ephe. 3.
          - Confessionem veritatis, Rom. 10.
          - Obedientiam.
          - Perseuerantiam manendi cum Christo.
          - Commendationem spiritus, cum moriendum est.
        - Proximũ,
          - Mutuam concordiam.
          - Affectum charitatis fraternæ.
        - Ipsum credentem,
          - Patientiam in aduersis & gloriationem in tribulationibus, Rom. 5. v. 3. 4.
          - Consolationem.
          - Mortificationem carnis.
        - Satanam & mundum: pugnat aduersus Satanam in tentationibus, Ephe. 6. Mundum quoq; vincit, 1. Ioan. 5.

TABVLA IIII.

Loci tres.

- Quid *sit. Est enim certa quædam scientia, quam Spiritus Sanctus sua vera gratia ac bonitate magis ac magis insculpit cordibus electorum: qua scientia fit, vt eorum vnusquisq; certior factus suæ electionis, sibi ipsi applicet promissionem salutis in* IESV *Christo.*
- Quod *sit veræ fidei obiectum & scopus: Christus videlicet, qualis in verbo nobis proponitur. Hic disce:*
  - Vbicunque *nullum Dei verbum extat, sed humana duntaxat autoritas, ibi nullum esse fidei locum, sed somnijs & opinionibus, quæ nos non possunt non decipere.*
  - Fidem *amplecti, ac sibi vt proprium asserere* IESVM *Christum, & quicquid ei inest.*
  - Eum *qui Christum obtinet per fidem, omnia in eo obtinere, quæ ad salutem possunt desiderari. Christus enim omnes nostras miserias in se recepit, vt nos omnes bonorum Thesauros ex bonitate ipsius percipiamus.*
  - Non *esse arrogantis hominis nihil dubitare de salute sua: fides enim vna docet nos quasi ex nobis migrare, & planè cogit nos agnoscere, nihil in nobis inesse præter damnationis causas, ideoq; nos ad vnum Christum ablegat, per cuius solam iustitiam certiores facit nos salutis à Deo obtinendæ: nam quicquid* IESV *Christo inest, nobis imputatur.*
- Quid *sit bonum opus. Est enim quod nobis à Deo præcipitur, & ex fide fit, quæ certè statuit placere illud Deo, quod agimus, idq; per Christum.*
  - Quæ *sit origo bonorum operum. Hic disce:*
    - Nihil *aliud inesse nobis à natura vt nunc omnes corrupti nascimur, præter tenebras & Dei odium.*
    - Necesse *esse, vt quod ad qualitates facultatũ nostrarum attinet, nos Dei Spiritus penitus nouos homines reddat. Id fit, dum*
      - Nos *penitùs cæcos in his, quæ ad redemptionem spectant Spiritus sui lumine illustrat.*
      - Corda *nostra lapidea in carnea commutat.*
      - Cor *mundum creat in visceribus nostris: id est, nostram voluntatem prorsus depravatam instaurat, & ex putribus truncis, viuas & fructuosas arbores efficit.*
      - Efficit *in nobis & velle, & perficere.*
  - Fidem *non esse absque operibus. Hic disce:*
    - Quæ *sit vtilitas bonorum operũ.*
      - Hac *ratione solemus proximos nostros vel Christo lucrifacere, vel in Christo retinere, atq; hostes Christi cogimus, gloriam Deo tribuere: ergo bona opera gloriæ Dei inseruiunt.*
      - Bonis *operibus certiores fimus nostræ salutis: non tanquam causis, sed tanquam testibus, & effectis causæ instrumentalis, per quam adipiscimur salutem: fidei videlicet.*
      - Bona *opera mercede dignatur Dominus tum in hac vita, tum etiam in futura: non quia hæc merces operibus nostris debeatur, sed pro mera sua gratia, qua suos filios adoptiuos non in ipsis, sed in vnico Filio suo Christo considerat, cum quo coniuncti sunt arctissimo fidei vinculo. Neque in æstimandis suorum donorum fructibus rationem habet eius pollutionis, quæ à nostræ carnis pollutione promanat: sed purissimi illius fontis, à quo profluunt: id est, Spiritus Christi in omnibus credentibus efficacis.*
      - Quia *bona opera sunt fidei nostræ testimonia, consequitur etiam inde petendam aliqua ex parte testificationem æternæ nostræ electionis: quoniam electionẽ necessariò consequitur fides Christum apprehendens, per quem iustificati & sanctificati, fruamur ea gloria, cui destinati sumus ante iacta mundi fundamenta. Cùm igitur sanctificatio sit certus fidei effectus, consequitur sanctificationem velut primum esse gradum, à quo progredi incipiamus ad declarationem primariæ nostræ salutis causæ: id est, æternæ illius ac gratuitæ nostræ electionis. Ideò Petrus 2. Epist. cap. 1. v. 10. diligenter nos monet, vt nostram vocationem & electionem bonis operibus firmam reddamus, quia bona opera certò testificantur nostræ conscientiæ* IESVM *Christum habitare in nobis per fidem, ac proinde nos perire non posse, quoniam electi sumus ad salutem.*

TABVLA V.

- Loci tres.
  - An *sola fides iustificet. Hanc propositionem cõfirmat Paulus multis argumentis, quæ partim sunt testimonia ex Scripturis citata, partim rationes ex causis sumtæ.*
    - Testimonia *sunt,*
      - Credidit *Abraham Deo, & imputatum est illi ad iustitiam: ergo fide consequimur, vt reputemur iusti.*
      - Beati *quorum remissæ sunt iniquitates: non igitur summi iusti propria dignitate, cùm non satisfaciamus Legi.*
    - Causæ *sũt:*
      - Promissionem *gratiæ oportet esse certam: promissio esset incerta, si penderet ex conditione Legis. Ergo promissio non pendet ex conditione Legis, sed gratis propter Christum fide contingit.*
      - Conscientia *debet esse certa de voluntate Dei. Ex Lege non fit certa: Ergo ex Lege non est iustitia, sed ex fide.*
      - Legi *non satisfacimus, quia Lex omnes nos accusat: Ergo non ex Lege, sed fide est iustitia.*
  - Quibus *nominibus appelletur fides.*
    - Vestis *nuptialis, Matth.22.c.12.*
    - Scutum, *Ephes.6.c.16.*
    - Lucerna *corporis, Matth.6.c.22.*
    - Vmbra, Manus, *qua Dei eleemosyna excipiatur.*
  - Fideles *quibus nominibus appellẽtur.*
    - Filij *lucis, Luc.16.b.8.* Viui *lapides, 1.Pet.2.a.4.*
    - Templum *Spiritus Sancti, 1.Cor.6.c.19.*
    - Corpus *Christi, Ephes.1.d.23.*
    - Domestici *Dei, Ephes.2.c.19.*
    - Conciues *Sanctorum, ibid.*
    - Peculium, *Exodi 19.a.5. Malach.3.d.17.*

De Assertione vera de Christo.

ASSERTIO, seu confessio de Christo, alia

- Catholica & orthodoxa, qua cõfitemur
  - Christum *Dominum nostrum verum, & vnum veri & viui Dei Filium, ab æterno de substantia Patris genitum, coæqualem & substantialem Patri.*
  - Per *Christum omnia facta esse.*
  - Christum *propter nostram salutem incarnatum, & verum hominem factum ex anima rationali & carne nostra vera constantem, quã neq; de cœlo secum tulerit, neq; de aëre, vel fabricando finxerit, sed cooperante Spiritu Sancto ex substantia intemeratæ Virginis assumserit.*
  - Christum *hominem verum & perfectum, sicut Deum verum & perfectum manere in duabus illis substantijs, siue naturis, non ipsis quidem inter sese commixtis, vel conuersis, sed societate & modo quodam ineffabili in vnam personam inseparabilem vnitis.*
  - Hunc *traditum esse in mortem ob peccata nostra, resuscitatum esse propter iustificationem nostri, assumtum quoq; in cœlos, sedere ad dexteram Patris, inde venturum cum gloria adsumendos Sanctos in vitæ æternæ, & promissorum cœlestium fructum, & ad profanos iudicandos igni perpetuo, facta vtriusq; partis resuscitatione cum carnis vera restitutione.*
- Falsa & erronea, vt hæreticorum, quorũ alij errarũt de
  - Diuinitate, vt
    - Vnionitæ, q & Patrispassiani & personarum confusores vocantur, vt sunt
      - Noetus Praxeus,
      - Hermogenes,
      - Sabellius.

      Qui *substantiam Dei non in tres personas, sed in tres voces distinxerunt: vt, Pater mundum condiderit: idem ipse Filij nomine carnem assumserit, ac passus sit, commutatoque nomine iam & Spiritus Sanctus venerit in Discipulos.*
    - Homũcionitæ, *qui diuinam in Christo naturam negant, vt*
      - Ariani, *qui dissimilem Patri Filium dixerunt, adeoq; & creatum: imò nec verum illum, nec naturalem Dei Filium esse.*
      - Photiniani, *qui initium duxerunt ex Virgine. Tales fuêre &*
        - Artemon,
        - Berillus,
        - Marcellus.
      - Eunomiani, *qui Christum merum confessi sunt hominem, ex viro & fœmina aliorum hominum more natum, licet animam habuerit propheticam, & Filius Dei dictus sit: hoc enim factum esse secundùm adoptionem. Tales erant*
        - Aetius,
        - Ebion,
        - Basilides,
        - Cerinthus,
        - Carpocrates,
        - Samosatenus,
        - Theodocion.
  - Humanitate, Vnione, Merito, &c. *Vide literam A.*

A. Humani-

- Humanitate, vt sunt
  - Phantasmatici. vt
    - Marcionitæ, Cerdoniani, Manichæi. } Hi enim omnes Christum phantasma assumsisse perhibent.
    - Valentiniani, qui tametsi corpus Christi omnino non abnegent, inficiantur tamen id de Virgine assumtum esse: cœlitùs enim allatum fingunt.
    - Appellitæ, qui corpus Christi tribuũt æreum, & carnem sideream, quam ab elementis sibi contraxerit in aëre, & per Virginẽ, velut aqua per canalem transierit.
  - Ariani, qui dicunt Christum solùm assumsisse carnem sine anima: Verbum enim illi loco animæ fuisse. Sic sensit & Eunomius.
  - Appollinaristæ, qui animam Christo tribuunt, sed adimunt ei mentem: vim scilicet animæ præcipuam.
  - Ebionitæ, qui docebant Christum ex viri coitu natum.
- A. Vnione, & proprietate naturarum Christi, vt sunt
  - Eutychiani, qui in Christo vnicam modò naturam, eamq; ex diuina & humana compositam dicebant, sicut & Timotheani, Acephalitæ, Theodosiani, Gaionitæ.
  - Monothelitæ, qui vnitam tantùm in Christo voluntatem asserunt.
  - Nestoriani duas in Christo personas fecerunt, negantes Verbum carni vnitum in personam eandem, sed inhabitasse modò. Vnde & Mariam Virginem falsò Dei Matrem appellari contendebant.
  - Appollinaristæ, qui Verbum in carnem transmutatum esse dicebant.

Merito Christi, vt qui Christum iustitiæ & gratiæ autorem: item vnicam salutem, gloriam & fundamentum fidelium esse negant, & illum sine præsidio Legis neminem iustificare, neminem saluare contendunt.

PHILASTRIVS numerat ante Domini aduentum viginti & octo hæreses: post aduentum verò centum viginti octo, quibus & nonnullos adiecit alios Augustinus. Epiphanius apud Augustinum in Hæreticorum catalogo recenset hæreses nonaginta. Atque hæ omnes statim ab Apostolorum temporibus ad Augustini vsq; tempora fermè intra trecentos emersère annos, tum videlicet cùm omnium purissimè Ecclesiis traderetur veritas Euangelica.

De Expositione Symboli Apostolici.

- Loci duo.
  - Quotuplex sit veræ ac Christianæ fidei confessio. Duplex: alia enim est
    - Publica, quæ fit vel prædicatione Euangelij, vel cùm doctrinæ ratio redditur coram aduersarijs, vt
      - Nostra confessione
        - Gloria Dei innotescat.
        - Ad fidem alios pertrahamus.
      - Nostro exemplo alij quoq; confiteãtur Deum, ac Redemtorem nostrum.
    - Priuata, ac abscondita, qua se coram Deo in fidei articulis exercent, qui crediderunt. vt
      - Rationem nobiscũ ineamus, quantũ sit veræ fidei in nobis, quantũ in confessione Deo Patri & Seruatori Christo IESV tribuamus.
      - Perturbationes animi sedemus, quæ oriuntur terrore peccati, legis, mortis, inferorũ, etc.
      - Deum glorificemus in omnibus operibus eius.
  - Obiectum fidei quod sit: videlicet Deus: Fides enim non nititur rebus visibilibus, & corporeis, sed inuisibilibus & futuris, æternis, ac diuinis: id est, ipso Deo, qui est spes nostra, salus & vita fideliũ, qui nullis corporalibus percipitur sensibus, sed solo spiritu ac mente. Edimus autem confessionẽ in hoc Symbolo de
    - Vnitate essentiæ diuinæ, ea probatur
      - Testimoniis Scripturæ.
      - Argumentis.

      } De quibus vide de Deo.
    - Trinitate personarũ: videlicet
      - Patris. Hîc disce:
        - Cur prima persona Pater dicatur: relatiuè scilicet ad Filium. Vt enim in natura humana Patrem dicimus, qui de substantia sua generat Filium: ita & in diuinis persona, quæ de sua substantia alium generat, Pater dicitur.
        - Quid sit Patris proprium: quòd videlicet solus Pater sit, & ab alio non est, nisi à se.
        - Quæ officia, effectus, seu operationes Patris: videlicet
          - Creatio,
          - Conseruatio,
          - Gubernatio,
          - Prouidentia, &c.

          Etsi enim hæc & alijs personis conueniant, tñ propriè Patri tribuuntur, q Pater fons est Filij, & ab vtroq; procedit Spiritus. Actiones Patris ad omnes pertinent bonos ac malos.
      - Filij, Spiritus Sancti, &c. Vide literam A.

A.

- Filij, q IESVS Christus dicit. Hic confitemur de
  - Diuina natura Christi, cũ Dei Filium ac Dominum nostrum confitemur. Hîc disce:
    - Cur DEI FILIVS dicitur. Quòd cæteris omnibus par ei, vnde nascitur, sola personæ proprietate discernatur. Cur item VNICVS: hæc vox discernit Christum naturâ Filium, à filijs adoptionis.
    - Cur DOMINVS vocetur. Quod
      - Oppressam libertatem restituit.
      - A Dæmonis tyrannide, & æterna morte nos liberauit.
      - Resurrexit, & tanquam æterni Regni Rex cælos ascenderit, & in orbe regnet verus Deus in secula.
    - Quid sit Filij proprium. A Patre genitum esse, & quod certo tempore assumserit humanam naturam.
  - Humana natura Christi. Hic disce:
    - Cur Christus hominem assumserit.
      - Vt hominem lapsum restitueret: hîc igitur de lapsu hominis cogitandum.
      - Propter redemtionis expiationisq; dispensationem. Nam si verus Deus & homo nõ esset, salus & redemtio nostra esse non posset. Hoc enim infirmitatis nostræ medela poscebat, vt sicut naturalis vnitas manet in Patre & Filio, sic personalis vnitas maneret in Christo. Et sicut personalis distinctio duas nõ facit in Patre & Filio substantias, sic naturalis discretio duas non faceret in Christo personas. Rursus sicut vnitas naturalis Patrem non confundit, & Filium: sic vnitas personalis Hominem non confundit, & Verbum.
    - Quæ sint officia, effectus, et opationes Christi in humana natura, quibus salutẽ nostram peregit. Hæ sunt vel
      - Præteritæ, vt
        - Conceptio,
        - Natiuitas,
        - Passio,
        - Crucifixio,
        - Mors,
        - Sepultura,
        - Descensus ad inferos,
        - Ascensio,
        - Sessio ad dexteram Dei.

        Horum omnium vsus considerandus, & nobis applicandus est. Actiones Christi singulæ singulis concionibus materiam suppeditare possunt. Hæ actiones Christi ad omnes pertinent, sed non ab omnibus recipiuntur.
      - Futuræ: videlicet iudicare viuos & mortuos. De modis iudicij alîâs.
- Spiritus Sancti. Hic disce:
  - Cur Spiritus vocetur tertia persona, cùm & Patrem, & Filium Spiritum dicamus. Quòd videlicet in ea communitas apparet amborum.
  - Cur Sanctus: videlicet ab officio, quòd sanctificet corda & corpora nostra.
  - Quod sit proprium Spiritus: videlicet ab vtroq; procedere.
  - Quę operationes Spiritus. Hæ sunt vel rerum
    - Præsentium, vt sunt
      - Sanctificare Ecclesiã. Hic disce:
        - Quid sit Ecclesia. Communio scilicet, & societas populi Sanctorum.
        - Cur SANCTA vocetur. Quia per Spiritum verbo sanctificatur, quod fit, dum vocat, docet, illuminat in veritate, conseruat, mundat intus & foris, &c.
        - Cur CATHOLICA dicatur. Quòd sit vbique dispersa.
        - Quid hic articulus sibi velit.

        Hæ actiones Spiritus ad seruos tãtùm Dei & Ecclesiã pertinent, & ad eos, qui Christi redemtionem vera fide recipiũt.
      - Certificare corda de remissione peccatorũ. Hîc disce:
        - Quomodo certificet de remissione peccatorum, propositis locis Scripturæ, ac merito Christi.
        - Quòd Ecclesia non sit sine peccato.
        - In Ecclesia tantùm esse remissionem peccatorum.
        - Remissionem peccatorum dari in nomine Christi.
        - Quid hic articulus velit.
    - Futurarũ, quas tamẽ Spiritus in hac vita p verbũ nobis reuelat. Vt certificare de
      - Carnis putrefactæ resurrectione.
      - Vita æterna.

      De his igitur omnes probiciare possumus, quicunq; vera fide, ac spe bonorum futurorum præditi sumus: videlicet de Iudicio Christi extremo & vniuersali: de Resurrectione vniuersali, & Vita æterna piorum.

De Con

De Confessione veritatis.

TABVLA I.

- Loci quatuor.
  - Quid *sit.* *Est enim constans & perpetua voluntas coram Deo & hominibus, veram Euangelij doctrinam profitendi, nec abijciendi eam propter terrores, odia, supplicia, aut alia pericula, propter hunc finem, vt Deo obtemperetur, & ne vera Dei notitia in terris extinguatur.*
  - Quæ *causæ.*
    - Impulsiua. *Mandatum Dei.*
    - Finalis.
      - Gloria *Dei, vt Deus innotescat, & celebretur.*
      - *Vt salutem æternam retineamus.*
  - Qui *effectus.*
    - Confirmatio
      - Doctrinæ *diuinitùs traditæ, quæ sanguine Martyrum obsignatur.*
      - Ecclesiæ *& infirmorum.*
    - Testari *de futuro iudicio & vita æterna.*
  - Quæ *pugnãtia.*
    - Defectio, *seu negatio.*
    - Impia *pertinacia hominum fanaticorum in supplicijs, quæ perferunt propter seditiones, aut errores palàm blasphemos.*

TABVLA II.

- Loci duo.
  - Quid *significet.* *Significat autẽ*
    - Laudare, Gratias *agere.*
    - Domino *fidere, eum confiteri petram ac refugium nostrum, 1. Ioan. 4. c. 10.*
    - Obiectam *culpam agnoscere.*
    - Crimen *prodere.*
    - Huius *æquiuocationis ignorantia decepti sunt passim Papistæ, vbiq; aurium confessionem somniantes.*
  - Quotuplex *sit confessio. Alia enim est*
    - Interna, *seu cordis confessio, cum peccatũ Lege reuelatum agnoscitur, & nos gemitu veniã postulantes, præuaricatores nos esse agnoscimus. Et hæc pdit se vel*
      - Confessione *oris, quæ est vel*
        - Publica, *cũ voce Sacerdotis tota Ecclesia fatetur se ream esse. De hac Neh. 9. Leu. 16. Hic vetus mos est.*
        - Priuata, *vt Lucæ 18. v. 14. Domine propitius esto mihi peccatori.*
      - Lacrymis, *vt est confessio Petri.*
    - Externa, *quæ est duplex:*
      - Publica *coram Ecclesia, cùm pro Christi institutione, Matthæi 18. correpti fraternè culpam fatemur, vel testibus, vel Ecclesiæ veniam precantes, & resipiscere volentes.*
      - Priuata, *cùm hi, inter quos fuerunt simultates, fatentur vtrinque sua delicta, & redeunt in mutuam gratiam, & orant nõ pro seipsis tantùm, sed & inimicis, quibus iam sunt reconciliati. De hac Iac. 5.*

De Pœnitentia.

TABVLA I.

- Loci sex.
  - Quid *sit. Est enim resipiscentia, qua peccator relicta delinquendi stultitia, ad se redit, ac priskinam animi sententiam in melius mutat. Pœnitentia, si vim vocis spectes, dolor est in corde resipiscentis natus, vt resipiscentiæ pars quædam sit pœnitentia, seu pœnitudo cordis.*
  - Vnde *sit vera pœnitentia. Ex*
    - Gratia *Dei, Rom. 2. a. 4. Bonitas Dei te ad pœnitentiam inuitat.*
    - Verbo *diuinæ vocationis, 2. Tim. 2. c. 25. Erudientẽ eos, qui obsistunt, si quando det illis Deus pœnitentiam. Act. 11. 18.*
    - Fide *verbi, sine qua priora duo prorsus essent inania, quantum attinet effectum.*
    - Flagello *Dei, seu euentu aliquo terribili. Verùm hæc rãtio vocandi ad pœnitentiam non est communis, sed rara, & singularis consilij.*
  - Quæ *sint partes pœnitentiæ.*
    - Dolor *cordis, seu contritio. Apostolus dolorem hunc vocat tristitiam, facientem ad resipiscentiam & salutem, 2. Cor. 7. c. 10. Hic dolor & sacrificium vocatur, Psal. 51. c. 19. In hoc dolore est pudor de admisso peccato, & humilitas animi seipsum condemnantis, & abijcientis.*
    - Conuersio *ad Deum. Quemadmodum enim peccatoris animus dum studio peccandi deditus est, à Deo auertitur, elongatur, & alienatur: ita per resipiscentiam ad Deum conuertitur, vt quem antea contemserat, iam timeat, colat & obseruet.*
    - Confessio *peccatorum, q̃ est duplex.*
      - *Quæ*
        - Deo *sit, & id trifariam:*
          - Priuatim, *vt Publicani. Luc. 18. 13.*
          - Communiter, *sic vt tota Ecclesia vnanimiter dicat: Tibi peccauimus Domine.*
          - Ab *his, qui peccatum suum coram Ecclesia confitentur. Talis olim publica confessio in vsu Ecclesiæ fuit.*
        - Proximo *sit, qua qui in proximum suum peccauit, pœnitentia ductus, hoc illi confitetur, & petit vt ignoscat, Matth. 8. b. 8. Iac. 5. d. 20.*
  - Quæ *sit efficacia veræ pœnitentiæ, & seq. Vide literam A.*

A. Quæ sit efficacia veræ pœnitẽtiæ. Operatur quædã
- Communiter in electis & reprobis.
  - Aperit oculos mentis, vt videamus quã malè, stultè & iniquè egerimus.
  - Affligit animum, & conficit dolore, quem conscientia peccati sic concipit, vt ægrè possit eximi. Exemplo sunt Dauid, Petrus, Iudas, &c.
  - Damnat admissa, & facit vt dignum se iudicet peccator, qui puniatur, Genes. 4. c. 13.
  - Mutat mentem, vt quæ antea placuerant, improbare incipiamus.
- Priuatim, in
  - Electis tantùm.
    - Liberat à laqueis Diaboli, à quo ad tempus vocationis vsque captiui tenentur, 2. Tim. 2. g. 9.
    - Deo reconciliat, & in gratiam illius restituit, quæ per Euangelium sub nomine Christi prædicatur.
    - Corrigit admissa, & innouat studia vitæ.
    - Reddit — Humiles, Psal. 51. c. 19. / Mansuetos erga peccatores.
  - Reprobis tantùm.
    - Ad desperationem adducit impios.
    - Gustum præbet impijs, adhuc in carne viuentibus, æterni supplicij, quod post hanc vitam sunt passuri.

A. Quæ sit pœnitentiæ necessitas. Necessaria est propter
- Naturæ nostræ corruptionem, vt per illam delicta nostra corrigamus. Est enim illa malefactorum emendatio & reditus ad innocentiam.
- Necessitatem clementiæ Dei. Sine qua nemo saluari potest. Est autem illa sic comparata, vt non sit ad illam accessus, nisi resipiscentibus.

A. Cur nõ sint in gratiam recipiendi impœnitentes.
- Ne nimium iustitiæ Dei derogetur. Misericors quidem est Deus, sed simul & iustus. Iustitia illius ferre non potest, vt gratiæ contemtoribus ignoscatur.
- Quia si gratia Dei ex æquo tàm pœnitentibus, quàm impœnitentibus parata esset, & expiata, prorsus contemneretur, nec vllum vel vtilitatis, vel necessitatis sensum in cordibus mortalium retineret.
- Ne omnes valuæ peccatis aperiantur: ita enim nullus timori Dei esset locus.
- Quia si gratia Dei omnibus indiscriminatim esset exposita, sequeretur saluandos fore omnes, non homines modò, sed & Dæmones. Atq; ita sublatum esset vniuersum illud diuinæ electionis & reprobationis discrimen, & simul omnis pietatis & iustitiæ ratio ex animis mortalium prorsus auferretur.

TABVLA II.

Loci sex.

Quæ sit origo pœnitentiæ. Hæc cœpit in Paradiso: Deus enim vocauit primos parentes nostros ad pœnitentiam, & promissionem adiecit de Semine contrituro caput Serpentis: atq; ita prædicatio pœnitentiæ continuata est per omnes Prophetas, Ioannem, Christum & Apostolos.

Quid sit. Est enim mutatio vitæ, quæ suscipitur à voluntate cum summo dolore de admissis peccatis, ex fide, ad honorem Dei & propriam salutem consequendam.

Quæ causæ.
- Efficiens,
  - Dei gratia.
  - Verbum diuinæ vocationis.
  - Fides vera. Si enim fides vera non adsit, non prodest pœnitentia.
- Materialis, ipsa voluntas. Quando autem voluntas suscipit pœnitentiam, prælucere debet intellectui ipse Christus cum remissione peccatorum. Succedit enim Spiritus Sanctus. Vnde vires conferuntur ad deponenda peccata, & succedunt fructus pœnitentiæ, vt pro sceleribus bona facta edantur.
- Formalis conuersio, vel mutatio vitæ.
- Finalis, honor Dei, salus nostra.

Quæ partes.
- Recessus à malo.
- Accessus ad bonum.

Cùm enim pœnitentia constituta sit mutatio, & omnis mutatio constet duobus terminis, à quo, & ad quem: sequitur pœnitentiam etiam hos terminos habere. Et Lex est ista contrariorum, vt cùm remouetur vnum, succedat alterum. Remouetur prauitas, oportet vt succedat sanctitas. Esaiæ 1. c. 13. Quiescite peruersè agere, discite benefacere. Et Dauid Psal. 34. v. 14. Recede à malo, & fac bonum.

An fides sit pars pœnitentiæ. Vbicunque Scriptura fidei & pœnitentiæ meminit, tanquam de duabus rebus distinctis loquitur, vt Marc. 1. c. 15. Resipiscite, & credite Euangelio. Et Paulus Act. 20. d. 21. dicebat se prædicasse Ephesijs pœnitentiam & fidem in IESVM Christum: fides ergo non est pars pœnitentiæ, sed illi coniuncta est. Iungitur autem illi tanquam principium, & oportet, vt præluceat menti pœnitentis. Cùm enim mens complexa fuerit bonitatem Dei, & remissionem peccatorum per Christum: tum sequitur renouatio, vt deponamus veterem vitam, & assumamus nouam. Fides ergo, vt diximus, non pars est pœnitentiæ, sed principium, & inchoatio quædam illius: pœnitentia verò consequens, vt effectum adiunctum.

Quomodo ad pœnitentiam perueniamus. Si volumus eam amplecti, non quæramus illam à nobis, postulemus eam à Deo. Tunc dat Christus eam, quando prædicatione verbi sui efficacem reddit in animis nostris. Pœnitentiam enim donum Dei esse testatur Paulus ad Timotheum, 2. Tim. 2. d. 25. cùm monet Episcopum, vt sedulò doceat sanam doctrinam, si fortè Deus det illis pœnitentiam.

TABVLA III.

- Loci quinque.
  - De dignitate pœnitentiæ, quæ demonstratur à
    - Vetustate. *Hæc enim prima concio fuit in Paradiso, cùm Deus obiurgat primos Parentes post lapsum, & addit absolutionem, edita arcana promissione de venturo Liberatore.*
    - Perpetuitate *concionis pœnitentiæ in Ecclesia. Semper enim in Ecclesia hoc fuit exordium concionum: Agite pœnitentiam. Sic Christus exorsus est, & ante ipsum Baptista: sic Prophetæ, sic Apostoli exorsi sunt.*
  - De vtilitate pœnitentiæ. *Pœnæ enim mitigantur nostra pœnitentia, aut prorsus remittuntur, vt testatur historia Ionæ.*
  - De necessitate pœnitentiæ. Quia
    - Peccatores *sumus.*
    - Pœnas *peccatorum sufferimus.*
    - Peribimus, *nisi agamus pœnitentiam, Luc. 13. a. 3. 5.*
    - Ministerij *pars necessaria est in Ecclesia, arguere peccata.*
    - Deus *præcepit vt agamus pœnitentiam.*
  - Quid *est pœnitentia. Est enim perterrefieri agnito peccato, & rursus erigi per fidem.*
  - Quæ *partes pœnitentiæ. Sunt enim*
    - Cõtritio. *Hic discе:*
      - Quid *sit contritio. Est enim pauor conscientiæ, agnoscentis iram Dei aduersus nostra peccata, & dolentis propter peccatum.*
      - Quænam *requirantur ad contritionem. Videlicet agnitio*
        - Peccati *ex Lege.*
        - Iræ *Dei aduersus peccata ex Lege & comminationibus Dei.*
        - Stipendij *peccati ex Lege & exemplis iræ Dei.*
      - Quænam *excitent in nobis contritionem. Nempe*
        - Lex *Dei.* Ira *Dei.*
        - Pœnæ *æternæ.* Mors.
        - Calamitates *præsentes, publicæ & priuatæ.*
        - Amissio *domorum.*
        - Inopia, Morbi, Infamia.
        - Infelicitas *consiliorum & studiorum.*
        - Errores. Infelicitas *liberorum.*
        - Tyrannis *Diaboli, impellens in plura peccata, & maiores miserias.*
        - Pœnæ *interiores.*
        - Cæcitas, Scandala,
        - Discordia *publica.*
        - Bella, *&c.*
      - Qui *effectus, seu signa contritionis necessaria.*
        - Declinare *à malo.*
        - Facere *bona præcepta in Lege Domini.*
    - Fides. *Hic discе:*
      - Quid *sit fides. Est enim fiducia misericordiæ Dei promissæ propter Filium Mediatorem.*
      - Non *satis esse in genere credere, quòd Deus aliquibus ignoscat, sicut & Diabolus credit: non enim ignorat in Ecclesia reconciliationem esse: sed singuli statuere debemus, nobis ipsis ignosci, nos ipsos à Deo recipi. Hac fide speciali quisque sibi applicare beneficium Christi debet.*
      - Quænam *nos ad credendũ excitent.*
        - Patefactio *Dei, qua suam voluntatem nobis reuelauit.*
        - Promissio *Dei.*
        - Missio *Filij.*
        - Donatio *verbi, & Spiritus Sancti.*
        - Promissio *vitæ æternæ.*
        - Nutritio.
        - Defensio *corporis & animæ.*
        - Depulsio *Diaboli.*
        - Literarum *& veræ doctrinæ ostensio.*
        - Rectitudo *iudicij.*
        - Concordia *publica.*
        - Constitutio *salutaris Ecclesiæ.*
      - Quòd *fidem necessariò sequatur noua obedientia. Est autem velle Deo obedire, & retinere iustitiam bonæ conscientiæ: ac vt firmitas ista voluntatis fiat, adiuuamur à Spiritu Sancto.*

TABVLA IIII. ex Lucæ 13. 6—

CHRISTVS vocat nos ad pœnitentiam.

- Verbis *mitioribus, vt Matth. 3. a. 2. & 4. c. 17. & c.*
- Minis, *id est exemplis iræ Dei, aduersus peccatũ, vt hîc. Duplicia autem proponit hîc exempla.*
  - Præterita, *vt non præsentem statum felicem intueamur, sed & præterita aliorum exempla, in quibus cernere est, quomodo Deus impœnitentes puniat, vt horum exemplis perterriti, resipiscamus. Talia sunt:*
    - Pœna *Galilæorum. Vnde discas:*
      - Deum *non improbare, mò statuere potestates seculares, per quas gladio punit impios, vt Galilæos per Pilatum. Hi enim Dei ordinationi resistebant, dicentes, Non esse Cæsari pendendum tributum.*
      - Magistratum, *seu ius gladij extendere tantùm se in eos, qui apertè peccant, & in opus prorumpunt, cùm sint tamen alioqui, qui in duplo maneres sint peccatores, in quos tamen non censetur.*
      - Nullum *scelus manere impunitum: nam licet per potestatem, vt hîc, non puniatur: tamen Deus vindicans vindicabit.*
      - Deum *punire interdum aliquos, vt alij terrorem habeant, nec pereant.*
    - Pœna *eorum, super quos cecidit turris Siloa piscinæ, quæ erat iuxta hortum Regis, vbi de monte Sion descendebatur ad vallem, de qua Nehem. 3. Ioan. 9. a. 1. & Gihon dicebatur, 3. Reg. 1.*
  - Futura *exempla, in quibus cernere est, quid & nobis, si non resipuerimus, accidere possit. Id quod in parabola ostendit, quæ in tres partes distribui potest.*
    - De *misericordia & bonitate Dei, qua ad pœnitentiam nos expectat, vt fructus fidei pferamus. Hic discę:*
      - Ficũ *esse quemuis hominem. Hic considera fici naturam, & eam fideli homini applicabis. Vt*
        - Dominum *vineæ Deum Patrem esse.*
        - Dominum *plantare ficum, esse nos à Deo creatos, & redemptos per Christum.*
        - Dulcis *est fructus fici: ita & nos dulces fructus proferre debemus.*
        - Fici *iuuenum vim augent, senioribus meliorem valetudinem faciunt, minuũq; rugarum: ita fructus fidei fidem exercent, & augent dona Dei in nobis.*
        - Fici *sitim sedant: ita sitim illam, de qua Amos 8. dicitur, fructus fidei pellunt, ne nobis verbum Dei auferatur.*
        - Non *à radice, vel foliis, quæ amara sunt, dulcedo fici prouenit, sed à Sole: ita fructus fidei nõ ex nobisipsis, sed à Deo in nobis producuntur.*
      - Ficum *cum foliis sine fructibus, esse hypocritas, qui pollicentur quidem multa, & foris nitent: intus verò fructibus spiritus carent.*
      - Tres *annos, quibus fructus expectantur, puritiam, adolescentiam, & iuuentutem esse.*
    - Quõ *Christus vineæ, i. Ecclesiæ cultor nos meliores facere studeat, ne excidamur à Domino.*
      - Fossione, *id est, prædicatione Legis: Lex enim fodit: id est, penetrat cor, accordis malitiam ostendit.*
      - Stercoratione, *id est, prædicatione Euangelij, quæ & Dei misericordiam, & vitæ innocentiam nobis proponit. Nam & stercoratio ex terra medulla aliquando fit, quæ quidem aptè & Euangelium, & vitæ innocentiam significabit.*
    - De *pœna non proferentium fructus, seu impœnitentium: Omnis enim arbor, quæ non fecerit fructum, excidetur, & in ignem mittetur, Luc. 3. v. 9. & 13. 6—*

De Perfectione Christiana.

Loci duo.

- Quid *sit.* *Est enim agnita imperfectione ex fide Christi, obedientiam erga Deum præferre omnibus rebus mundi, ac ei totam vitam approbare. Sita est ergo perfectio in affectu potius, quam in effectu: in imputatione perfectionis potius, quam in perfectione iustitiæ. Deus enim ex sua bonitate tale studium, perfectionis titulo ornat, vt magis magisq; ad perfectionem tendamus. Vel perfectio Christiana est agnitio nostræ infirmitatis, & fiducia Mediatoris, & præsentia Dei in cordibus nostris transformatis nos, vt fiamus similes imaginis Filij Dei.*
- Quotuplex. *Alia enim est*
  - Huius vitæ. *Hic disce:*
    - Quid *sit, quæ videlicet non ex perfectione iustitiæ, sed ex imputatione diuina, & cordis rectitudine æstimanda est.*
      - Quæ *partes.*
        - Rectitudo *mentis, quæ est rectè sentire de Deo iuxta illius verbum.*
        - Puritas *affectuum, quæ agnitione nostræ infirmitatis, fiducia Mediatoris & voto pietatis continuandæ æstimatur.*
        - Morum *integritas, quæ in pietate erga Deum, sanctimonia vitæ, dilectione erga homines, & sancta inuocatione absoluitur.*
    - Cur *hæc Christiani hominis conuersio, siue pœnitentia, perfectionis nomine honoratur, vt Matth.5.g.48. Philip. 3.c.15.*
      - Propter *respectum ad superiorem vitam cum in tenebris & ignorantia Dei viximus.*
      - Propter *imputationem: etsi enim sordes multæ adhærent Sanctis, tamē Deus istas sordes non imputat, modò Spiritu ipsius ducamur.*
      - Quia *ad perfectionem illam gloriosam tendit.*
  - Futuræ vitæ. *Vbi disce:*
    - Quid *sit, quæ æstimabitur ex perfectione iustitiæ, vbi erit plena glorificatio Sanctorum, plena notitia Dei, absoluta cordium puritas, & perfecta obedientia in omni æternitate.*
    - In *quibus rebus consistat. In*
      - Notitia *perfecta, seu rectitudine mentis perfecta.*
      - Affectuum *perfecta puritate: erunt enim purissimi cordis, purissimi affectus, ardens dilectio Dei, lætitia spiritus, &c.*
      - Perfecta *imaginis Dei reparatione, seu restitutione.*

De bonis Operibus.

TABVLA I.

Loci sex.

- Bene *esse operandum omnibus Ephes.2.c.10. Tit.2.d.7. Gal.6.a.6. 2. Tim.3.c.17. Constat enim nō sic iustificari nos fide, vt post iustificationem simus inutiles, steriles, & infrugiferi: sed potius vt bonis operibus indesinenter incumbentes, gloriam gratiæ Dei illustremus, & omnium oculis, quasi quandam nouæ creaturæ lucem obijciamus.*
- Quæ *sint bona opera. Hæc aliena sunt ab omni superstitione, nec vlli loco, aut personæ, aut tempori alligata: sunt enim quidam, quasi totius vitæ nostræ fructus, de animi nostri bonitate testantes, & cœlestis Patris nostri ingenium referentes, quæ non modò à fidelibus, sed & ab infidelibus pro bonis agnoscuntur, causamq; illis Deum Patrem nostrum glorificandi præbent. Hæc sunt opera fidei, quæ per dilectionem operatur.*
- Quo *animo fieri debeant. Multum enim refert, quo animo fiant, quæ in se sint bona, dilectionisne, aut affectu misericordiæ, vel alia quapiam de causa. Neq; enim mox bonorum operum dignus est laude, qui pauperes cibat, potat & vestit, non studio benefaciendi, sed magis gloriam venandi. Quare non mox bona opera sunt, quæ putantur, sed requiritur primum, vt talia sint, quæ prosint proximis. Deinde, vt ex corde bono, ac fideli, affectuq; charitatis proueniant.*
- De fructu bonorum operum.
  - Vt illustretur gloria Patris cœlestis, *Matth.5.c.16.*
  - Quòd *ex illis de electione & vocatione nostra certi in conscientijs nostris reddimur, dum per ea gratiam & virtutem Christi quotidie magis ac magis experimur, 2. Pet.1.*
  - Quòd *fides nostra bonis operibus exercetur, alitur, prouehitur, & corroboratur.*
  - Quòd *per opera nostra bona proximi ad idem pietatis studium prouocantur, dum illius in nobis viua quædam exempla cernunt, quæ imitentur, 2. Cor.9.c.13. Hebr.10.*
  - Quòd *studio bonorum operum, necessitatibus pauperum, egenorum, captiuorum, &c. subueniatur. Quod genus vtilitatis planè diuinum respirit ingenium.*
- An *bona opera placeant Deo. Quòd placeant, videre est in verbis Apostoli, quibus Coloss.1.c.10. sic dicit: Vt ambuletis dignè Domino, vt per omnia placeatis in omni opere bono fructificantes.*
- Cur *placeant bona opera Deo, &c. Vide literam A.*

A. Cur placeant bona opera Deo.

- Quòd *sint fidei fructus.* Qui fidem credentium probat, *quomodo non simul fidei illorum fructus probaret?*
- Quòd *ex ipsius Spiritu sint.* Etenim *sicut Apostolus Philip. 2. v. 13. testatur: Operatur ipse in nobis & velle, & perficere, pro bona sua voluntate. Et Augustinus rectè dicit, quòd sua ipsius opera in nobis coronet.*
- *Sunt quidem imperfectè bona, quæ bene & ex Spiritu Dei operamur, propter nostram imperfectionem: verùm quatenus ex ipso sunt, fieri non potest, quin ipsi, tanquam autori, probentur.*
- Quòd *quæ fideles faciunt, ipsius Dei sui gratia faciunt, cui in omnibus gratificari cupiunt. Hunc in illis animum quomodo non probaret? Cauendum tamen est, ne hìc locum illis demus, qui neque ex fide syncera, neque ex Spiritu Dei, sed ex superstitione, pro Catholica consuetudine plerag; hac intentione faciunt, quòd putent ea Deo probari, cùm illi vehementer displiceant.*
- Quòd *pro iustitia sua quod bonum & iustum est, diligit.*
- Quoniam *& verax est, etiam ob id illi bona opera probantur, quòd ex vera pietate, bonitate & fide prodeant, quam ille veritatem vbique respicit, hypocrisim detestatur.*

TABVLA II.

LOCI quinq;.

Quæ *sint bona opera.* Sunt enim *actiones, quas Deus verbo suo præcepit, ex fide manantes, quæ ad gloriam Dei, ac proximi ædificationem referuntur: vnde constat, ea opera facienda esse, quæ nobis ... verbo Dei, præcepta sunt, & quorum summa comprehensa est in Decalogo.*

Quotuplicia *sint, vt*
- Prioris, —— Tabulæ, *quæ non tantùm exteriora opera sunt, sed & interiora: Lex enim Dei interiorem etiam obedientiam requirit.*
- Posterioris, —

Quomodo *possunt fieri bona opera.*
- Agnito *Euãgelio.*
- Dato *Spiritu Sancto.*
- Fide. ——

Interior *enim obedientia inchoari non potest sine agnitione Euangelij, & sine Spiritu Sancto, qui fidem in corde operatur.*

Quomodo *placeãt Deo bona opera, cũ sint imperfecta. Hìc discsce:*
- Statuendum *esse, renatum reconciliatum esse Deo fide, propter Filium Dei.*
- Agnoscendum *esse manere in hac vita infirmitatem & peccatum in renatis.*
- Statuendum *esse oportere inchoari obedientiam & iustitiam bonæ conscientiæ, & hanc, quanquam procul absit à perfectione Legis, tamen in reconciliatis placere Deo, propter Filium Mediatorem, qui nostram inuocationem & nostros cultus defert ad Patrem, & condonat infirmitatem: ita propter Christum primùm reconciliatur persona, postea & opera recipiuntur.*

Quæ *causæ.* ——

Efficiens,
- Principalis,
  - Spiritus *Sanctus.*
  - Fides.
  - Dilectio *erga Deum.*
- Minus *principalis, Vt*
  - Mandati, / Debiti. — Quæ *ordinatio immutabilis est.*
  - Necessitas, *quæ est vel*
    - Retinendæ *fidei, quia Spiritus Sanctus & eius bona locum non habent cùm admittuntur peccata contra conscientiam.*
    - Vitandi *pœnas priuatas & publicas, & vitandi scandala.*
  - Dignitas, *quòd propter Christum Mediatorem opera ex fide profecta placeant Deo, & sint cultus.*
  - Præmia *bonorum operum. Cùm enim fide placent propter Mediatorem, habent præmia spiritualia & corporalia, in hac vita, & post hanc vitam.*

Formalis, *Fides sine qua nostra opera nec verè fieri possunt, nec placent Deo.*

Finalis, *vt*
- Deus *per illa glorificetur.*
- Nostram *gratitudinem erga Deum per bona opera declaremus.*
- Sint *fidei testimonia.*
- De *nostra vocatione certi per bona opera efficiamur.*
- Declaremus *nos saluatos esse per Christum.*
- Ostendamus *nos esse filios Dei.*
- Alios *ad suscipiendum verbum, laudandum Dominum, & ad bona opera inuitemus, ac pronocemus.*

De Pie-

De Pietate in Deum.

Loci septem.

- Quid *sit*. Pietas *est fons & origo omnis iustitiæ, quæ hominibus debetur.*
- Quis *sit pius. Qui videlicet fiducia in Deum præditus est.*
- Quæ *causa pietatis, seu radix. Spes videlicet & fiducia in Deum collocata, sicut omnis impietatis fons est, nulla esse Spe & fiducia in Dominum.*
- Qui *gradus sint pietatis.*
  - Agnoscere, *Deum illum vnum nostrum esse Deum.*
  - Totam *in Deo fiduciam collocare.*
  - Nunquam *cessare laudes Dei deprædicare, & illius nomen ac gloriam passim propagare.*
- Ad *pietatis iustũ studiũ quæ requirantur: vt*
  - Voluntati *Dei obedire cupiamus, idq; ex corde, perseueranter & constanter, non hypocriticè, & ad tempus.*
  - In *via obedientiæ ambulemus, rogemusq; Deum, vt in illa nos ducat, ac dirigat.*
- Quod *sit proprium pietatis. Deo omnia tribuere, siue in prosperis, siue in aduersis, non inniti nostris viribus.*
- Quę *sint pestes pietatis, seu pugnantia.*
  - Inuidia, Liuor,
  - Calumnia, Delatio,
  - Obtrectatio,
  - Studium *mali, &c.*

De Spe.

Loci quinque.

- Quid *sit Spes. Est certa & immota eorum expectatio, quæ in Christo nobis sunt promissa, quorũ nihil appareret in hac vita, sed cuncta in futuro demũ seculo exhibebuntur, vtpotè, reditus Seruatoris ad liberandũ nos, ac colligendum è medio malorũ, corporũ nostrorum resurrectio, & glorificatio, vita, salus & felicitas sempiterna, & consortium Angelorũ, & Christi, visio & cognitio Dei perfecta, &c. Sunt quidem & in hac vita pleraque, in quibus Spes Christianorum locum habet, vtpotè quod nõ sit deserturus sperantes in se Deus. Verùm si Christianæ religionis qualitatem consideres, vt illa obiectum habet, ac respectum futuræ felicitatis: ita & Spes Christianorum propriè hæc est, qua futuræ vitæ bona in Christo promissa, sperantur, sic vt extra eam Spem miserabiliores simus omnibus hominibus, propterea quòd religio nostra tota ad futuram felicitatem collimat.*
- Vnde *sit. Ex meritis nostris (vt Papistis placet) esse non potest. Non futura bona, quæ sperantur, maioris sunt momenti, quàm vt meritis nostris vindicari queant. Donum Dei est vita æterna, Rom. 6. v. vlt. ergo non ex meritis. Ergo nec Spes illius ex meritis esse potest. Ex fide ergo & cognitione Dei nascitur Spes Christiana. Quia Deum scimus esse veracem, & promissis illius credimus, fit vt quæ fide credimus, Spe quoque firma expectemus, Psal. 9. Sperabunt in te, qui nouerunt nomen tuum.*
- Vnde *Spes alatur & cõfirmetur. Hic disce:*
  - Principaliter *illam perinde atq; fidẽ singulare donũ Dei esse. Sunt ergo alimẽta ipsius cum primis ex Deo, vt qui dedit vt speremus, Spem etiam in cordibus nostris alat & confirmet.*
  - Quibus *mediis alatur Spes.*
    - Precatione *ad Dominum, sperans obnixè, petens vt seruetur, ne in tentationibus vincatur.*
    - Fide *promissionum Dei, cognitioneq; veritatis, ac potentiæ diuinæ.*
    - Patientia *afflictionum, qua Christianus exercetur & probatur, Rom. 5. a. 4.*
    - Exemplis *piorum, qui per omne genus tentationum & afflictionum Spem firmam ad finem vsq; retinuerunt, & coronam vitæ acceperunt, Iac. 1. v. 12. & 1. Cor. 9. v. 25. quorum ex Patribus catalogum ponit Apostolus, Hebr. 11.*
- Quę *sit spei efficacia.*
  - Voluntatem *Spes facit faciendi ea, quæ ad acquirenda tanta bona conducunt.*
  - Huc *inducit animum sperantis, vt opus ipsum aggrediatur, laboret, & voti compos euadere conetur.*
  - Retinet *operantem in opere, donec durat Spes firma ab opere quod cepit, non sinit deficere operantem.*
  - Quemadmodum *fides per dilectionem efficax est, ita per Spem illa redditur efficax, sine qua prorsus esset inanis & mortua. Quid enim expectabit eorum, quæ futura credit, si spe futurorum destituta fuerit?*
  - Non *minus illa patientiam in statione sua formam reddit & inuictam, dum Spe obfirmati, quæuis aduersa pro veritate Dei constanter ferimus, quàm per patientiam & probationem corroboratur. Sic mutuam operam Spes & patientia inter se conferunt, & alteram altera in certamine & assiduis afflictionibus sufficit & roborat.*
  - Animum *sperantis pacatum reddit in medijs tribulationibus, quod nulla possunt sapientiæ humanæ præstare consilia.*
  - Propter *certitudinem promissorum Dei reddit nos tutos à confusione, Rom. 5.*
  - Gignet *tandem gaudium & exultationem, vbi quæ iam speramus & cum molestia expectauimus, reipsa acquiremus.*
- Quid *Spes vera possit apud Deum in hac vita. Benè sperantes de Deo in Scripturis, beati prædicantur. Vnde verò hæc est sperantium Deo beatitudo, nisi ex mera bonitate, fide ac veritate Dei, qua sic est animatus, vt deserere sperantes in se non possit, etiamsi illi nihil meritorium prætendere queant, modò syncero sint erga se corde, & quod sperant, sperent ex animo, nullo alio, quàm bonitatis ac veritatis ipsius respectu?*

De Dilectione.

TABVLA I.

Loci tres.

- Quorum *nobis dilectio præcipiatur.*
  - Quomodo *nobis dilectio præcipiatur, cùm aliâs naturaliter ineſt omnibus. Quia per corruptionem naturæ noſtræ ſic eſt & dilectio corrupta, vt vel non diligenda, vel non, ſicut oportet, ac conuenit, diligamus. Præcipitur ergo recta & ordinata dilectionis directio, qua quæ verè diligenda ſunt, diligamus.*
  - Dei. *Hic diſce:*
    - Quomodo *diligendus Deus,*
      - Vt *Dominus Deus tuus, cuius iuri ac poteſtati omnes ſubiecti ſumus.*
      - Ex *toto corde, &c. Dilectione videlicet haud dimidiata, ſeu integra, vt quicquid eſt cordis, animæ, ac virium, vni integrè debeatur, eò quòd non ſit Deus quiſquam alius præter ſe, ideoq; nolit, nec ferre poſſit, vt populus ipſius iuxta ſe Deos alios colat, ſeq; non integro, ſed dimidiato corde veneretur, id quod à Dinorum cultoribus fit.*
    - Quòd *ſit veræ, ac plenæ dilectionis ingenium. Idem velle, & idem nolle.*
    - Quomodo *illa acquiratur. Ex gratia.*
    - Vnde *deprehendamur diligere Deum. Ex amore verbi, & cuſtodia voluntatis eius.*
  - Proximi. *Hic diſce:*
    - Quis *ſit proximus, qui quacunque nobis occaſione iungitur, ſic vt illius neceſſitas ſenſibus noſtris poſſit obiici, & beneficiorum noſtrorum capax reddi, Matth. 5. g. 44.*
    - Quomodo *diligendus. Sicut teipſum, inquit.*
  - Fratrum. *Hic diſce:*
    - Quid *ſit dilectio fratrum. Qua videlicet nos mutuò diligimus, qui Chriſtiani vocamur, ac de vno Patre gloriamur, cuius ſumus in Chriſto Filij, & inter nos fraterna propinquitate coniuncti.*
    - Quæ *ſit cauſa, autor & fundamentum dilectionis fraternæ. Chriſtus videlicet, vnigenitus Dei Filius, Rom. 13. c. 9. Galat. 6. a. 2.*
    - Quatenus *homines ſumus, omnes homines, tanquam naturæ noſtræ conſortes, vt populus Dei Dominũ Deum noſtrum, vt coniuncti coniunctos, ac proximos noſtros, vt Chriſtiani Chriſtianos diligere debemus.*
    - Quare *dederit nobis Chriſtus hoc præceptũ de fraterna charitate. Cauſæ ſunt,*
      - Ex *eo qui dilectionem hanc præcipit, videlicet Chriſto, & ex conditione eorum, quibus illam præcipit, diligens eos, quibus præcipiebat, vt ſe mutuò diligerent, præcipit ergo diligens Dominus dilectis Diſcipulis dilectionem hanc, qua ipſe erga eos omnes afficiebatur, vt quod ipſe faciebat, ipſi quoque facerent.*
      - Conueniebat *hoc præceptũ ei præcipuè, qui ad hoc venerat in mundum, vt nos cum Deo reconciliaret: habet enim dilectio communicationem quandam cum diuina natura.*
      - Quòd *mutua dilectio competit vnitis. Qui autem Chriſti ſunt infide, veritate, & gratia ſunt vniti: qui diuerſa ſtudia ſectantes à ſeinuicem diſſident, non poſſunt ſeſe mutuò diligere.*
      - Quia *& ipſa dilectionis efficacia talis eſt, vt rectè nobis à Chriſto præcipiatur. Nam tollit ea, quæ vnitatem diuidunt, vt impatientiam, hypocriſin, inuidiam, temeritatẽ, inflationem, ſuſpiciones, &c. Deinde quòd quæ neceſſaria ſunt tribulatis & egenis ſuppeditat: eſt enim larga.*
      - Quia *dilectio nunquam finitur, ſed in futura quoque vita manebit, vbi nec fides, nec ſpes locum habere poterunt. Præcipitur ergo dilectio, vt ſicut æterna vita in hac vita per fidem incipit, ita & illa incipiant, quæ illi erunt in futuro ſeculo indeſinenter coniuncta.*
    - Quousq; *fratres diligere debeamus. Hic diſce:*
      - Quatenus *fratres diligere debeamus, ex Chriſti verbis patet, Sicut dilexi vos. Ad illius ergo exemplum fratres diligamus.*
      - Quomodo *ad Chriſti exemplum fratres diligere debeamus. Circumſtantiarum conſideratio oſtendit.*
        - Chriſtus *nos prior dilexit, multum hoc ſuscit ad commendationẽ ſinceræ dilectionis, ita & nos alius alium diligendo præueniamus.*
        - Diligit *infimos, inopes, ipſe omnium maximus, &c.*
        - Diligit *nos, non ſua, ſed noſtra bona.*
        - Diligit *perſeueranter & ardenter.*
      - Hãc *particulam, Sicut dilexi vos, nõ ſic debere intelligi, vt credamus nos p omnia incomprehenſibilem dilectionis Chriſti excellentiã, diligendo fratres, poſſe adæquare, ſed ſciendum eſt, modum eſſe aliquẽ, quo dilectio noſtra dilectioni Chriſti cõformetur. Aliud enim eſt conformari dilectioni Chriſti & aliud excellentiã illius adæquare. Sit enim quædã in dilectione Chriſti, quæ nobis ad illius exemplum imitanda proponũtur, vt ſi circumſtantias dilectionis illius conſidere-*
- De *ordine diligendi Chriſtus mandatũ primũ dicit eſſe in dilectione Dei: ſecundum tribuit dilectioni proxi-*

TABVLA II.

- **Loci duo.**
  - Vnde *sit dilectio. E cœlo videlicet, vnde infunditur cordibus nostris.*
  - **Quotuplex.**
    - **Dei. *Hic disce:***
      - Quomodo *diligēdus. Ex toto corde, anima, &c. Luc.10.27. Vnde constat maximam à nobis requiri dilectionem Dei, quippe quæ sibi totum hominem, quantus quantus est, & omnes partes eius requirit, ac vindicat. Mente homo intelligit, in corde est sedes affectuum & voluntatis. Vires hominis sunt omnes facultates hominis, dicta, facta, consilia, opes, & tota substantia: Anima vita est. Hæc omnia ad diligendum Deum conuertere iubemur. Damnantur hic, qui & mundum & Deum diligere volunt. Totum hominem & omnes partes requirit Dominus.*
      - Cur *solus Deus supra omnia diligendus. Quia solus Deus æternus, potentissimus, creator, liberator, conseruator, clemētissimus, iustissimus & optimus est. Solus præstat, præstitit, & præstare potest hominibus omnia animæ & corporis bona.*
      - Quomodo *acquiritur, & prouehitur. Beneficiorum Dei commemoratione, crebra oratione, & verbi Dei auscultatione, & exercitatione.*
      - Quid *efficiat dilectio Dei.*
        - Facit *vt*
          - Efficit *vt toti Deo coniungamur, & consecremur.*
          - Deo, *tanq; vnico summo, ac æterno bono adhæreamus.*
          - In *eo oblectemur, in eo acquiescamus, sentientes extra hunc nō esse bonum vllum, ac præ illo fastidimus omnia, quæ videntur bona omnia.*
          - Deum *solum adoremus, colamus, timeamus, inuocemus, ei tantum fidamus.*
          - Nos *totos componamus ad eius voluntatē & instituta.*
        - Superat *in nobis ea quoq; mala, quæ videtur inuicta, Rom.8.c.13.*
        - Benedicit *omnibus hominum casibus, vt eis prosint, Rom.8.v. 28. Diligentibus Deum, &c.*
      - Vnde *deprehendamur diligere Deum. Ex effectibus.*
    - **Proximi. *Hic disce:***
      - Quis *sit proximus. Vide Tabulam priorem de Dilectione.*
      - Quis *sit ordo dilectionis.*
        - Fideles *magis, quàm infideles diligendi, Gal.6.a.6.*
        - Coniuncti *nobis magis, quàm nō coniuncti diligēdi, & iuuandi, coniuncti vel genere, vel loco, vel tempore, vel periculo, vel qualibet occasione et opportunitate: nam omnibus prodesse nō potes.*
        - Laborantes *magis, quàm non laborantes iuuandi.*
      - Quomodo *diligendum.*
        - Syncerè, *sine fuco.*
        - Sicut *nosmetipsos diligimus.*
        - Sicut *dilexit nos Christus.*
      - Quomodo *proximo inferuiendum.*
        - Affectu *misericordiæ, & condolentia animi.*
        - Cura,
        - Impensis *& laboribus.*
        - Commendatione.
        - Obstringendo *nos pro proximo.*

  → Hoc *Samaritani parabola euidenter ostēdit.*

De Dilectione fraterna TABVLA III.

- **Loci quinque.**
  - **Quotuplex.** *Alia enim est*
    - Vera, *seu Christiana: Qua Christianus Spiritu Christi imbutus diligit Christianos omnes vt Christianos, propter Christum. Nam fratres suos metitur non sectario aliquo consensu, vt sectarij, sed manifesta nominis Christi confessione, omnes eos, qui nomen ac fidem Christi confitentur, pro Christianis habet, & propter Christum diligit, etiamsi non per omnia cū omnibus consentiat. De hac dilectione, 1. Thess.4.c.10. Nam & facitis hoc erga cunctos fratres, &c.*
    - Adulterina, *qua non omnes fratres: id est, Christianos, sed eos tantum diligimus, qui nobiscum in singulari aliqua sententia facere videntur. Sic diligit sectarius suæ sectæ socios, & hos tantùm pro fratribus habet.*
  - Qui *sint gradus dilectionis. Vt sunt alij nobis coniunctiores, viciniores, ac magis proximi, vel propter fidei consortium, vel propter domesticam necessitudinem, alij verò minus: ita arctius alij à nobis diligi debent. Ita tamen, vt nemo quocunque modo proximus, non diligatur. Vide Gal.6. Operemini bonum cùm erga omnes, tum verò erga domesticos fidei. Et 1. Tim.5.c.8. Qui suorum curam non habet, & maximè domesticorum, infideli deterior est.*
  - Quod *sit ingenium fraternæ dilectionis. Vt*
    - Eius *quem diligit calamitatem sibi faciat propriam: deq; illa non aliter cogitet, doleat, afficiatur, quàm si propria esset.*
    - Dilectio *non languescat, sed ad finem vsque constans perseueret, Ioan.13. Vsq; ad finē dilexit eos.*
    - Quos *diligimus, nolimus eos inter se esse discordes, sed amantes inuicem & concordes, Ioan.13.d. 34. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.*
  - Quàm *sit necessaria dilectio. Vide literam A.*
  - Apud *quos locum non habeat dilectio fraterna. Apud eos videlicet, quibus cor erga fratres non est purum, & conscientia non bona, & fides ficta. Quales sunt omnes illi, qui non sunt erga doctrinam Christi candidè ac syncerè affecti, sed languent circa vel peregrina, vel adulterina dogmata, vel alia praua studia: & interim inter Christianos quasi Christiani sint, & ipsi versantur, & externa simulatione imperitis fucum faciunt. Sed nec inter illos locum habet, qui quæstionibus inutilibus ac rixis vacant.*

A. Quàm sit necessaria dilectio. Quia
- Sine dilectione nihil sumus, etiamsi omnem scientiam habeamus. Inflat enim scientia sine charitate, 1. Cor. 8. a. 1. Proinde ea demum est vera scientia, in qua charitas augescat. Lege ad Philip. 1. c. 9. Charitas vestra magis ac magis exuberet in cognitione, omnique intelligentia, &c.
- Dilectio est omnium, cum faciendorum, tum dicendorum certissima quædam regula.
- Charitas nota est & tessera filiorum Dei, seu Christianorum.
- Sine dilectione non potest Dei domus ædificari: nec fieri potest, vt restituatur Ecclesiis legitima consensio, nisi Christianam charitatem amplectantur omnes.
- Dilectio perfectionis vinculum est, Coloss. 3. c. 14.

De Obedientia.

Loci tres.

Quid sit. Est enim fidelis animi submissio, qua voci ac voluntati præcipientis mos geritur, animus ad vnà cum auribus ad verba & mentẽ illius arrigitur, & quæ præcipiuntur, sine contradictione pro viribus adimplentur. Neque enim solam manum, sed & animum obsequentem vera obedientia requirit. Proinde inter obedientes nemo rari non possunt, in quibus locum non habet obedientiæ definitio, quales sunt qui aut opere tantùm, sine promti animi voluntate, aut verbo, aut aure duntaxat sine opere obsequuntur.

Cui sit obediendum. Non licet enim ei, qui seruus est, cuius sese ad obediendum addicere, nisi illius se velit imperio eximere, quem vnum ac legitimum habet Dominum: Duobus enim Dominis nemo seruire potest. Quis autem Dominus noster est? Deus, qui fecit nos, & vitam dedit, in cuius terra habitamus, cui omnes creaturæ subesse coguntur. Oportet ergo omnem obedientiam, si vera sit, vni Deo addicere, cuius solius sumus.

In qua re, an res voluntati præcipientis respondeat: neque enim hîc locum habet vlla præsumtio, sed vni est voluntati Dei obsequendum. Nam extra hanc non poterit esse vera obedientia, quicquid simulaueris.

Quotuplex obedientia. Alia enim

Vera, iusta, sincera. Hîc requiritur, vt scias,

Quomodo obedias. Vt non
- Simpliciter quæ ille præcepit, opere, sed animo quoq; sincero, fideli, ac voluntario perficias, quo ipsi menti Dei obedias, idq; magna cum delectatione.
- Quibusdam tantùm præceptis Dei, sed omnibus obedias.
- Ad tempus tantùm, sed per omnẽ vitam obedientiæ studeas.

Quibus nos diuina voluntas subiecerit, ne temerè quibuslibet obediamus: his enim si obediãt iuxta voluntatem Dei, Deo obeditur.
- Christo communi nostro Domino, de quo clamat: Hunc audite: iuri ac potestati huius subiecti sumus, non solùm quatenus verbum est Patris, à quo sunt condita omnia, & à quo cuncta seruantur, sed & quatenus nos sanguine suo redemit, Rom. 14. 1. Cor. 6. Non estis vestri iuris.
- Christi Ministris, Matthæi 10. Qui vos audit, me audit, Hebr. 13.
- Magistratibus iusta præcipientibus, Rom. 13. Tit. 3. 1. Petri 2.
- Viris mulieres, Genes. 3. Col. 3. Ephes. 5. Tit. 2. 1. Pet. 3.
- Parentibus liberos, Exodi 20. Ephes. 6. Col. 3.
- Dominis seruos, Ephes. 6. Col. 3. Tit. 2. 1. Pet. 2.

Falsa. Hîc disce:

Quæ sit causa, fons, & origo falsæ obedientiæ: Est enim partim ex cæcitate mentis, partim ex corruptione animi. Cæcitas est, quòd creaturis pro Deo, & quid non ad Dei, sed ad humanæ voluntatis præscriptum obeditur. Corruptio animi est, quòd non sincerè, non ex animo, non integrè, & haud constanter obedimus.

Quæ sint notæ falsæ obedientiæ. Si
- Non Deo, sed creaturis extra ordinem ab illo constitutum obeditur. Notam hanc inspiciant Monachi, & videant cui obediant: alius Francisco, alius Benedicto, &c.
- Præstatur in rebus à voluntate & constitutione Dei alienis. Hac obeditur traditionibus & constitutionibus humanis, &c.
- Deo quidem, idq; in eius præceptis: verùm non sincerè, & ad mentem præcipiẽtis obediatur. Quod fit, quando externum opus intentioni præcipientis non respondet.
- Non ex animo præceptis Dei obeditur, sed cum tergiuersatione quadam, ita vt mallemus nulla nos esse obedientiæ necessitate obstrictos.
- Quæ facienda sunt, fiant non integrè, sed dimidiatè, vtpotè quando vel vnum præceptum, vicunque seruatur: reliqua verò negliguntur, vel ne vnum quidem plenè custodias, vt si amicos, cognatos diligas, inimicos non diligas.
- Non ad finem vsque, sed ad tempus obeditur. Et nemo ad inobedientiam declinatur.

De efficacia obedientiæ. Vide literam A.

A. De effi-

A. De efficacia obedientiæ, &c.
- Quemadmodum *Christus ad redimendum genus humanum factus est Patri ad mortem vsque obediens: ita in ipsa redemtione per obedientiam conseruamur, cuius studium in cordibus nostris Spiritus Sanctus effudit.*
- Quemadmodum *in cœlis virtute obedientiæ omnia in summa conseruantur vnitate & pace: ita & in terris, qui studiosi sunt illius, vnanimes redduntur. Nam hæc demum concordiæ via est, si diuinæ voluntati obediamus.*
- Per *obedientiam secundi Adæ reconciliati, voluntatis vnitate per obedientiam cũ Deo coniungimur: & est inter nos idem velle, & idem nolle, in quo nõ modò vera est amicitia, sed & perpetua felicitas.*

De Conscientia.

Loci tres.

- Quid *sit. Est enim naturalis quædam Legis intelligentia, quæ vt honestè facta probat, ita turpiter cõmissa detestatur. Vel est iudicium mentis petitum ex Lege de facto, quod iudicium sequitur, aut lætitia, aut trepidatio in mente. Constat itaq; conscientia syllogismo practico, & motu cordis, syllogismũ practicũ naturaliter comitante. Huius syllogismi practici maior, est regula certa. Huic regulæ cùm accommodatur factum in minori, concluditur mentis iudicium, quod naturaliter sequitur aut lætitia, aut trepidatio cordis.*
- Quotuplex. *Aliud est*
  - Bona: *vbi dicse:*
    - Quid *sit. Est enim bona conscientia, iucunda, benè actæ vitæ recordatio, cum spe expectatione læti euentus. Vel est lætus & iucundus motus cordis cum scientia rectè facti coniunctus, propter quam copulam conscientia dicitur, & non scientia. Porrò conscientia bona falsò dicitur, cùm regula facti putatur vera, & non est, & factum congruit cum regula, vt Monachus habet regulam de sua Missa celebranda, quã cùm celebrat, habet quidem conscientiam bonã, sed falsò bonam.*
    - Quæ *sint fulcra bonæ conscientiæ.*
      - Fiducia *Christi, qua statuitur remissa esse peccata.*
      - Bonum *propositum, quo abijcitur peccandi voluntas. Qui enim in animo habet aliquando peccare, fidem quidem iactare potest, sed ea prorsus vacuus est.*
      - Ardens *desiderium vitam totam in posterum approbandi Deo veris cultibus.*
      - Sancta *in cuiusque vocatione cura.*
  - Mala: *quæ est malè actæ vitæ recordatio, cum metu pœnæ coniuncta. Vel est tristis ac crucians motus cordis cum scientia scelerati cordis coniuncta. Porrò conscientia mala falsò dicitur, cùm regula facti putatur falsa, & non est: vt, si Monachus negligat Missam, habet conscientiam malam, sed falsò malam.*
- Quæ *sint regulæ factorum, quibus conscientia vel benè vel malè afficitur. Alia enim est*
  - Naturalis, *quæ est scintilla quædam legis naturæ, quæ aduersatur vitijs, & mala perpetrata continuò arguit: vt, Deus colendus est, honesta sectanda, & turpia fugienda. Ex hac regula Oedipus & Iocasta mater sic colligunt:*
    Turpiter facta sunt supplicio digna:
    Nos commisimus turpissimum factum, nempe incestum:
    Ergo nos sumus scelerati, ac supplicio digni.
    Aliter colligat, qui rectè facit, vt Socrates.
  - Legalis, *quæ est notitia Legis diuinæ. Ex hac regula Saul colligit, Aut Deo obediendum est, aut pœna expectanda. Ego Deo nõ obediui: ergo infliget mihi pœnas.*
  - Euangelica, *quæ gratis peccatorum remissionem prædicat. Ex hac regula Dauid commisso adulterio & homicidio, sic colligit: Deus promittit veniam pœnitentibus, & credentibus. Ego pœnitui, & in ipsum credo: ergo, &c.*

De Gaudio in genere.

Loci quatuor.

- Quid *sit. Est enim affectio animi, alicuius boni opinione concepta.*
- Quotuplex, *Est enim aliud*
  - Piorum, *quod non datur impijs, sed his, qui Christum gratis colunt, quorum gaudium Christus ipse est. Hoc non possidetur, nisi pax & iustitia teneatur. At bona vita semper gaudium habet.*
  - Impiorum, *quod sumitur vel ex conuiuijs, vel ex ambitione & circumfusa clientum turba, vel ex amica, vel ex studiorũ liberalium vana ostentatione & nihil sonantibus literis, vel ex diuitijs, vel potentia. Omnes enim oblectamenta fallacia & breuia decipiunt, sicut ebrietas, quæ vnius horæ insaniam hilarem, longi temporis tædio pensat.*
- Quæ *causæ gaudij.*
  - Piorum, —
    - Verbum *Dei,* Christus,
    - Iustitia, Pax.
  - Impiorum,
    - Diuitiæ, Successus *felix,*
    - Conuiuium, *&c.*
- Qui *effectus gaudij.*
  - Piorum, —
    - Mitigare *interdum dolores corporis,*
    - Benedictio *Dei,*
    - Fauor *Dei, &c.*
  - Impiorum,
    - Superbia,
    - Risus *cum cachinnatione,*
    - Incessus *tumultuosus,* Desidia.

De Gaudio vero cordis.

Loci septem.

- Quid *sit*. Est enim lætitia fidelium, quæ ex cognitione Dei nascitur, ac bonitatis Dei sensu ac gustu.
- Quotuplex gaudium, seu lætitia. Alia enim
  - Naturalis, qua rebus prosperis ac pacatis lætamur, quæ transitoria est, & tam in electos, quàm reprobos cadit, atque in se inculpabilis est.
  - Secundũ Deum. Hic disce:
    - Quid *sit*: quæ videlicet perpetua, constans, electorumq; tantum est, ac veram in se felicitatem includit.
    - Quotuplex. Est enim alia eius, quod
      - Expectamus *in futura luce*.
      - Mente concipitur in hac vita, etiam in ipsa tribulationum tenebris. Tale gaudium erat Apostolorum, qui contumeliam pro Christo passi gaudebant, Actor. 5. d. 41. Vide Hebr. 10. c. 34. Philip. 4. c. 10.
- Ad verum gaudium quæ requirantur. Vt
  - Cor gaudeat, & os gaudij exuberantiam profundat, & de eo, quod in corde sentitur, exultet.
  - In Deo cor nostrum gaudeat: id est, quòd Dominus Deus noster sit, & nos populus eius, Hieremiæ capite 9. a. 7. Psalmo 105. d. 44. Vanum enim gaudium est, quod de vanis concipitur.
- Ad *quid* tendat gaudium cordis: videlicet ad gloriam Dei. Qui sibijpsi gaudet, & ex carnis affectibus, in rebus carnalibus carnaliter exultat, & inani prorsus & peritura afficitur lætitia. Qui verò in Deo, propter Deum, & ad gloriam Dei exultat, is demum pio, solido, & constanti gaudio exultat.
- Qui effectus.
  - Affectus laudandi Deum.
  - Beneficia Dei iugiter recordari.
- Quorum *sit* verum gaudium. Eorum videlicet, qui Deum ex corde quærunt.
- Quomodo *quærendum gaudium*. Effundendo scilicet animi mœstitiam coram Deo, ardentibus & irremissis gemitibus & suspirijs. Sic Anna mater Samuelis effundendo animam suam in conspectum Dei lætitiam inuenit. Vide Psal. 86.

De Innocentia.

Loci quinque.

- Quid *sit*. Vita scilicet innoxia, qua sic viuimus, vt nemini noceamus, nec quicquam mali cuipiam insciamus: & est iustitiæ portio quædam.
- Vnde *nascatur innocentiæ studium*. Ex vero timore Dei, & studio colendi ipsum.
- Quæ cognata.
  - Simplicitas,
  - Candor.
- Qualis *debeat esse hominis innocentis vita*. Talis scilicet, vt non sit alia foris, quàm domi, non alia interdiu, quàm noctu in tenebris: sicut aurum aurum est, & in luce, & in tenebris.
- Quomodo *innocentes reddamur in conspectu Dei*.
  - Resipiscentia *nostra*.
  - Gratia *diuinæ clementiæ, transgressiones nostras auferente*: atq; hi sunt propriè innocentes in conspectu Dei, quibus per electionis & iustificationis gratiam peccata non imputantur.

De Oratione.

TABVLA I.

Loci nouem.

- Quid *sit*. Est enim afflicti cordis affectus & gemitus, quo diuinum auxilium suppliciter imploratur, sive hoc verbis, sive absque verbis, solis gemitibus & suspirijs fiat.
- Quotuplex.
  - Publica, vel Ecclesiastica, quæ fit ad Deum in cœtu sacro, iuxta receptum cuiusque Ecclesiæ ritum.
  - Priuata, quæ fit ad Deum à quouis fideli homine, quouis in loco, sive domi, sive foris, in conclaui, in cordis, & proprij corporis templo, vt Christus in monte. Petrus in superiori parte domus orat.
- Quot *sint species orationis*.
  - Petitio, quæ est inuocatio nominis Diuini.
  - Gratiarũ actio. Hic disce:
    - Deum *requirere à nobis gratiarum actionem*.
    - Agnoscenda nobis esse Dei beneficia, quæ nos in laudem & celebrationem diuinæ bonitatis rapiant. Hæc varia sunt, priuata & publica, generalia & specialia, spiritualia & corporalia, temporalia & æterna, Ecclesiastica & politica, singularia & eximia, &c.
    - Soli Deo deberi gratiarum actionem, à quo beneficia accepimus.
    - Agendas esse Deo gratias per Christum, Ephes. cap. 5. d. 20. Hebr. 13. c. 9.
    - Gratiarum actionem ex vera animi humilitate Deo oblatam, sacrificium esse Deo gratissimum, Psal. 51. c. 19.
- Quæ *causæ orationis*. Vide literam A.

- Quæ causæ orationis.
  - Præceptum,
  - Promissio,
  - Necessitas, *qua ad orandũ adigimur, siue corporalia, siue spiritualia bona respicias, quibus carere non possumus. Innumeræ sunt afflictiones, tentationes, pericula, ac discrimina, quibus nostris viribus occurrere non possumus.*
  - Fides, *ac fidei exercitium: nequit enim inuocari Deus sine fide: vnde patet studium orandi esse exercitium fidei.*
  - Amoris *natura & ingenium, quo pij erga Deum afficiuntur. Ingenium huius sic est comparatum, vt qui amat, magnoperè delectetur colloquio amati, nihilq; magis in votis habeat, quàm vt in sinum illius ea, quibus afficitur, effundat. Huc accedit, quòd amor colloquio amati magis ac magis accenditur.*
  - Exempla *Sanctorum exauditorum à Domino.*
  - Spiritus *Sanctus: neq; enim possumus seriò & ex animo Deum inuocare, nisi Spiritu Dei excitati ac impulsi.*
- Quis *sit inuocandus. Deus videlicet, qui dixit: Inuoca me, Psal. 50. v. 15.*
- Per *quem Deus inuocandus. Per Christum, non Sanctos, 1. Ioan. 1. a. 3. Ioan. 14. c. 13. 1. Tim. 2. a. 3. Hebr. 7. d. 25.*
- An & Sancti inuocãdi sint. A. Minimè: causæ sunt,
  - Quia *nec possunt, nec sciunt, nec volunt inuocantes se iuuare, quibuscunque malis afflictentur.*
  - Quia *ad ipsos non possunt preces miserorum pertingere.*
  - Quia *inuocatio fieri non potest sine fide, Rom. 10. c. 10. Non credimus autem in Angelos, in homines, &c.*
  - Est *ex ingenio amoris, cùm, quo diligimur à Deo Patre, tum, quo vicißim eum diligimus. Quia nos ille diligit, vult vt ad se confugiamus, opemq; illius imploremus, nec ferre potest, vt alios inuocemus. Rursus si nos illum verè diligimus, non poterimus, vt à fiducia, ita nec ab inuocatione ipsius, aliorsum auelli.*
  - Est *ex proposito & consilio Dei, quo nos virga paternæ disciplinæ ad hoc castigat, & peccantes corripit, vt agnitis delictis nostris, resipiscamus, humiliemur, ac gratiam & opem illius imploremus.*
  - Quod *fieri nequit, vt non colamus eos, quos in tribulationibus inuocamus, ac inuocandos nobis esse censemus. Sic videmus inuocatores Sanctorum simul esse illorum cultores, contra manifestum verbũ Domini: Illum solum coles. Imò ipsa inuocatio potißima pars est cultus Dei: ideoq; soli Deo conuenit.*
- Quando *orandum sit. Oratio priuata præcipuè nulli potest certo tempori alligari: sed à qualitate affectuum pendet, & cauſis orandi, si consideres orationis partes, quæ sunt precari, deprecari, conqueri, opem implorare, pro alijs interpellare, laudare, ac gratias agere, facilè intelliges, quando sit tempestiuum, vt ores. Indigentia docet, quando sit petendum. Conscientia peccati vrget ad precandum, vel deprecandum. Calumniæ à reprobis illatæ, tempestiuas reddunt afflictorum querimonias. Tribulatio docet, quando opem Dei implores: charitas & commiseratio mouent ad intercedendum pro afflicto fratre: sensus beneficiorum Dei incitant ad laudem, & gratiarum actionem.*
- Vbi *sit orandum. Quemadmodum in rebus humanis non refert vbi edas, vbi bibas, quod corporis sustentationem attinet, modò edas & bibas sanus, vtilia & conuenienter: Ita in religione non refert vbi ores, modò ores piè ac religiosè in spiritu & veritate. Nam quòd Deum attinet, quem oramus, nulla est habenda locorum ratio, cum vbique præsens sit, & quod attinet qualitates locorum, non sanctificant nostras orationes, sed magis pietate orantium sanctificantur.*

TABVLA II.

- Loci quatuor.
  - Pro quibus rebus sit orandum. Hic duo spectanda:
    - Necessitas, vel
      - Spiritualis, *quæ est eorum, quæ pietatem, religionem, ac salutem nostram concernunt. Quorum præcipua nobis habenda est ratio: vt sunt spiritus bonus, donum fidei, remißio peccatorum, patientia in aduersis, perseuerantia in vera pietate, &c.*
      - Corporalis, *quæ vitæ nostræ sustentationem, alimentum, curationem & liberationem concernit.*
    - Decorũ, quod est vel
      - Dei, *quod Deo conuenit, ad quem oramus, vt det petentibus, nõ quælibet, sed quæ à Deo vero rectè ac decenter dari possunt. Quemadmodum decorũ Patris est, vt det liberis, quæ Patrem dare decet. Quare cùm decorum Dei in oratione requiritur, omnes superstitiosas, impias, iniustas, curiosas, temerè præsumtas, inutiles, nedum noxias precationes excludimus, eaque petenda esse monemus, quæ à Deo, tanquam Deo, decenter dari possunt.*
      - Petentium, *vt cum primis rationẽ habeant gloriæ, ac nominis Dei: id est, vt ante omnia in votis habeant, & petant ea, quæ gloriam Dei concernunt, cuius rei exemplum est in oratione Dominica.*
  - Pro *quibus orandum, & seq. Vide literam A.*

A. Hic quæritur,

- Pro quibus orandum. Hîc disce, an sit orandum pro
  - Omnibus. *Orandum pro omnibus, 1. Timoth. 2. a. 1. præcipuè pro Magistratibus & Ministris, Coloß. 4. a. 3. Rom. 15. d. 30. 2. Theß. 3. a. 1. Epheſ. 6. b. 9.*
  - Peccatoribus. *Neminem excludere ab orationum noſtrarũ communitatione debemus, ſed orare pro omnibus debemus, ſuperioribus, inferioribus, Miniſtris verbi fidelibus & infidelibus, amicis & inimicis, & peccatoribus: Vt hi etiam verbo Dei admoniti reſipiſcant. Pro his etiam rectè oramus, qui peccant, non ad mortem. Imò etiam ſi quis ſic graviter peccet, vt ad mortẽ peccare videatur, non erit illicitum pro illo orare. Neque enim hoc vetat Ioannes, cùm dicit: Non pro illo dico vt roges: quod aliud eſt, quàm ſi diceret, Pro illo dico vt nõ roges. Orauit Moſes pro populo, cùm erecto vitulo grauiſſimè peccaſſet. Et Hierem. 7. c. 16. non damnatur ſtudium Prophetæ, quo indeſinenter pro populo Dei orabat, ſed admonebatur fruſtrà pro illo orari, quòd tempus iudicij & iræ præſoribus eſſet, vt cap. 14. g. 11. videre licet.*
  - Mortuis. *In Eccleſiis benè conſtitutis cõſuetudo hæc orandi & ſacrificandi pro mortuis non recipitur: nam factum Iudæ Machabæi in exemplum trahi non debet.*
- Cum quibus ſit orandum.
  - Sintne *quilibet ad communes preces recipiendi. Videmus in Eccleſiaſticis Hiſtorijs haud fuiſſe quoſlibet ad orationis communicationem admiſſos. Cum peregrinis, qui ſine literis veniſſent, non orabant veteres aliqui. Qui ſic viuunt, vt ſecundùm Apoſtoli ſententiam, ne ad cibi quidem communionem ſint recipiendi, apud veteres quoſdam ad orationem Eccleſiæ admittebantur, quos tamen ad menſæ Dominicæ communicationem admittere nolebant. Id quod Ioannes Hieroſolymitanus Epiſcopus feciſſe legitur.*
  - An *liceat cum qualibet Eccleſia communiter orare. Quoniam ad cultum pertinet oratio, dẽ illa cenſendum eſt ſecundùm qualitatem fidei, ac religionis veræ, refert omnino plurimùm, qualis ſit religio, qualis fides, qualiſq; cultus eius Eccleſiæ, cum qua ſit in oratione communicandum. Cum Eccleſia Turcorum, Iudæorum, Ethnicorum, Papiſtarum orare ſimul non poſſumus.*
- An contra aliquos orare liceat. Duobus modis contra aliquem oratur: quando
  - Contra *ſtudia & conatus hominis iniquè agentis ad Deum oramus, ne progreſſum ſortiantur, ſed impediantur, ac reprimantur. Hoc genus orationis in quæſtionem non venit: neque enim pugnat cum charitate, imò nonnunquam ipſiſſimum eſt charitatis opus, impedire mala hominum ſtudia. Vt enim hoc magis ſeſe perdunt, quo magis iniqua faciendo & conando pergunt. Ita hoc plus illis occaſionis eſt ad reſipiſcendum, quò minus ſucceſſuum ſortiuntur. De hoc 2. Samuel. 15. Actor. 4.*
  - Oratur, *vt iuſto iudicio Dei perdatur aliquis. De hoc Pſal. 5. a. 7. 59. c. 14. Hierem. 18. c. 16. 2. Tim. 4. a. 5. Huiuſmodi Sanctorum orationes ſingularis zeli Dei exempla habent: ideò non ſunt quibuſuis imitabiles: quòd pugnant cum charitate, quæ ad ſecundam Tabulam pertinet, non reddit eas culpabiles, ſed lege dilectionis Dei defenduntur. Neque enim ideò contra inimicos orant Sancti, quòd ipſis ſunt infeſti: ſed quòd experiuntur eos eſſe hoſtes Dei, ac Eccleſiæ, ac veritatis eius, diabolico furore percitos, aduerſari. Hîc neceſſe eſt, vt alterutrius dilectio deſeratur. Non eſt orandum contra eos, qui nobis ſunt inimici, propterea quòd nos infeſtant. Contra eos, quos videmus Deo aduerſari magis, quàm nobis, rectè orabimus.*

TABVLA III.

Loci duo.

- Quotuplex ſit genus orationis. Duplex: ſcilicet
  - Extra *tribulationis æſtum, quo animus metu futuræ angustiæ ſollicitus orat, ne in periculis & angustia conſtitutus, à Deo deſeratur. Pſal. 4. a. 1. Dum clamo ad te, reſponde mihi. Et fit hoc vel verbis, vel meditatione, Pſal. 5. a. 1. Verba mea auribus percipe, Domine, intellige meditationem meam.*
  - Quo *in articulo angustiæ eiulando vociferamur, fletuq; et eiulatu potius, quàm verbis cum Deo agimus. Talis erat clamor Moſis ad mare rubrum, in angustijs conſtituti, Exodi 14. 14. & Chriſti in horto & cruce.*
- De exauditione: vbi hæc erunt obſeruanda.
  - Exaudire *afflictos, ad laudem Dei facere. Pſalmo 22. Hîc diſce:*
    - Facere *exauditionem ad Dei gloriam duplici nomine.*
      - Bonitatis *gratiâ, quæ ſemper laudabilis eſt. Quantò namque abiectiores & viliores ſumus, tantò magis apparet admirabilis Dei bonitas, qua humilitatiũ noſtræ rationem habet. Quemadmodũ in Principe laudi datur, quòd abiectiſſimos etiam populi ſui non contemnat, ſed per ſeipſum querelas eorum audit.*
      - Raritatis *gratiâ, quæ laudis habet auxeſim. Quàm verò rarum ſit afflictos miſeros nõ contemnere ipſe ſeculi curſus teſtatur. Videmus enim eos, qui potentes ſunt, maiorẽ habere rationem ſui ſimiliũ, quàm pauperum, afflictorum, &c.*
    - Hanc *Dei laudem inclusam habere laudantis dejectionem & humiliationem ad hoc, vt conſpicua reddatur bonitas Dei.*
    - Laudem *Deo tribuere non poſſe eos, qui iuſtitiam & merita hominum docent, ac ſtatuunt. Nam quantò magis ſe extollunt, tantò amplissimam gloriam & laudem Dei dejciunt, ac profanant.*
  - Hanc *laudem, quòd clamantes, & ſeq. Vide literam A.*

A. Hanc

- Hanc *laudem, q⁹ clamantes ad se Deus exaudiat, soli tantum ipsi conuenire. Quod probatur*
  - A teſtimonio *Scripturæ: quia omnis Scriptura nullum alium docet inuocare, quàm vnum Deum.*
  - A fine *operis, ſeu inuocationis: quia inuocatio ad gloriam Dei pertinet, quam ipſe nulli omnino dat, Eſaiæ 42.b.8. ergo inuocatio creaturæ dari non poteſt.*
  - A qualitate *operis diuini: id eſt, exauditionis. In quacunque re gloriatur Deus, hoc tale eſt, vt ipſi ſoli competat: gloriatur verò in eo, quòd inuocantes exaudit: ergo exaudire inuocantes afflictos, ſoli Deo competit. Maior probatur Eſaiæ 42.a.6. Minor, Pſal.51.c.19.*
  - Ab *omni ſufficientia Dei. Solus enim Deus habet ea, quæ ad hoc requiruntur, vt inuocantes miſeri exaudiantur, & inueniantur: ad exauditionem enim hæc requiruntur, vt qui hoc facere debeat, primùm poſſit: deinde ſciat: tertiò velit: quartò vbique etiam ad preces inuocantium adſit, illasq; audiat: quintò, vt nō ſolùm audiat, ſed & neceſſitatem inuocantium exactiùs teneat, quàm ipſe inuocans verbis exprimere poſſit. Quis ad iſta ſufficit, niſi vnus Deus?*
  - A radice *inuocationis. Radix inuocationis fiducia eſt in Deū, Rom.10. Quomodo inuocabunt, in quem non credunt? Cùm ergo ſoli Deo ſit fidendum, in vnum Deum credendum, iuxta fidei normam, ſequitur non niſi vnum Deum eſſe inuocandum.*
  - A fructu *inuocationis, qui eſt cultus illius, qui inuocatur. Colendus verò nō niſi vnus Deus, Deut.6.c.13. Matth.4.c.10. Solus ergo Deus inuocandus.*
  - A fine *afflictionis, quam Deus fidelibus immittit. Propterea enim nos affligit Deus, vt nos ad ſe attrahat, Patremq; noſtrum inuocemus, non vt aliò fugiamus.*
  - Ab *exemplis piorum omnium, qui in anguſtijs conſtituti, vnum tantùm Deum inuocauerūt, non Sanctos.*
- Qui *ſint illi, quos ſe orantes exaudiat Deus*
  - Afflictos, *Pſal.22.d.25.*
  - Reſipiſcentes, *Eſaiæ 1.c.17.*
  - Clamātes *ad ſe, Pſal.107.c.13. 119.g.145. Clamare autem is dicitur, qui in ea eſt anguſtia & afflictione, in qua extremè periclitatur, & in qua ad neminem clamare poteſt, quàm ad ipſum Deum. Hunc clamorē nequit negligere Dominus, qui protector eſt in tribulationibus.*
- Quos *non exaudiat Dominus, etiam in tribulationibus clamantes.*
  - Idolatras, *qui non vnum Deum inuocant, ſed idola cordis ſui adorant. Hos non audit Dominus, vt vt in tribulationibus clament, Hierem.11.*
  - Impœnitentes, *qui ſine pœnitentia in malitia viuunt, Eſaiæ 1. Mich.3.*
  - Quorum *impleta eſt malitia, ita vt ingruat iam tempus viſitationis, poſteaquā omnis admonitio & caſtigatio finaliter contemta, ac reiecta eſt. De his Pſal.18. Prouerb.1. Zach.7. Quin eo tempore, viſitationis ſcilicet, neque iuſtos exaudit Dominus, pro perituris orantes, Hierem.7.11.14.15. Ezech.14.*
  - Qui *pauperes affligunt improbè, & qui pauperes ad ſe clamantes nō exaudiunt, Prouerb.21. c.13. Indignus enim eſt, qui afflictus exaudiatur, cùm ipſe antea afflictum ad ſe clamantem non exaudierit.*
  - Contra *quos pauperes & afflicti orant. Preces enim pauperum efficaciores ſunt, & plus poſſunt apud Deum, quàm eorum, qui pauperes opprimunt, Pſalm.9.c.10. Non obliuiſcitur clamoris pauperum. & Pſal.10.c.17. Deſiderium pauperum exaudit Dominus. Vide & Deuteronom.15.c.11.*
  - Eos, *qui malè orant, Iac.4. Malè autem petunt, qui*
    - Sine—
      - Dei *cognitione orant.*
      - Verborum *intellectu orant.*
      - Fide *orant.*
      - Mediatore *Chriſto orant.*
      - Vllo *cordis affectu ac deſiderio orant, 1. Ioan.3.c.10.*
    - Ex *conſuetudine tantùm orant.*
    - Ad *oſtentationem orant, Matth.6.a.5.*
    - Propter *quæſtum orant, Matth.23.c.14.*
    - Sunt *multiloqui, Matth.6.a.7.*
    - Non *ſecundum voluntatem Dei orans, 1. Ioan.5. id eſt, nō ad gloriam Dei: aut petunt noxia pro ſalubribus, aut in vſum impium, non ad ſubleuandam vitæ neceſſitatem, aut egeſtatem proximi refocillandam, ſed ad explendam voluptatem.*
- Quibus *rationibus Deus ſuos exaudiat, ſeruet, illisq; opē ferat.*
  - Facit *hoc, quòd afflictorum miſeretur, Pſal.12.a.6. Propter miſeriam afflictorum, & gemitum pauperum nunc exſurgam, dicit Dominus.*
  - Propter—
    - Nomen *ſuum, ne illud probris impiorum obnoxium reddatur. Hac ratione ſeruat plerunque etiam dignos, qui affligantur, Pſal.106.b.8. Seruauit eos propter nomen ſuum.*
    - Fidem *inuocantium ſe, Pſal.50. & 91.*
    - Iuſtitiam *ipſorū. Sic Noah in diluuio, & Loth in Sodomis ſeruauit, propterea quòd eos iuſtos reperiſſet.*
    - Maiores, *qui Deum rectè coluerunt, Pſal.132. 3. Reg.11.*
  - Aliquando *malitiam hoſtium reſpicit, cū illa menſuram ſuam adimpleuit, & propter hanc ſuos liberat. Sic vbi Ægyptij & Cananæi menſuram ſuam impleuerunt, illos oppreſſit, & populum ſuum liberauit.*

TABVLA IIII.

Loci nouem.

- Quæ *sint conditiones orationis. Vt sit*
  - Necessaria, Seria,
  - Decora, Docta,
  - Breuis, *ac succincta.*
- Quæ *sint conditiones orantium. Requiritur enim ab orantibus, vt*
  - Omnem *propriæ dignitatis ac iustitiæ opinionem exuant.*
  - Agnoscant *se peccatores esse, & omnium bonorum indignos: atq; ita conijciant se in meram Dei misericordiam, cupientes ab hac omnibus impleri bonis.*
  - Fide *vera & ardenti ad Deum accedant per Christum.*
  - Vita *orantium respondeat fidei.*
  - Eleuent *mentem ad cœlestia, si cupiant preces suas Deo esse gratas.*
  - Oratio *proficiscatur ex charitate Dei & proximi.*
  - Sint *vigiles, sobrij, & liberales, &c.*
  - Oratio *proficiscatur ex corde, non ore tantùm.*
  - Ne *quid Deo indignum, & legibus aduersum petamus.*
  - Petamus *humiliter. Huc pertinent gestus humilitatem spirantes, vt genu flexio, in faciem prosterni, sedere, &c.*
  - Oretur *indesinenter, Lucæ 18.*
  - Lingua *natiua oretur. Quid enim prodest verba pronunciare, si, quod dicit, non intelligat, Latinæ linguæ ignarus?*
  - Alieni *sint orantes à singularibus illis peccatis, quæ Deus summoperè auersatur: vt sunt crudelitas, Esaiæ 1. superbia, diffidentia, ira, disceptatio, &c. His enim peccatis obnoxij, voti compotes in oratione fieri non possunt.*
- Quibus *argumentis constet, quòd audiamur à Deo. Quia*
  - Mandat, *vt se inuocemus.*
  - Præcepto *promissionem addit: Et eripiam te. Psal. 50. v. 15.*
  - Sunt *innumera huius rei exempla in sacris Literis, vt Eliæ, Iosue, Abraham, Isaac, Iacob, &c.*
- Causæ *propter quas efficax est oratio. Hæ sunt, Non dignitas alicuius, aut singularis prærogatiua, aut iustitia, sed infinita Dei bonitas, philantropia, clementia, secundùm quas natura sua ad hoc omnium est propensissimus, vt miseros & afflictos ad se clamantes exaudiat.*
- An *semper exaudiat nos Deus ad se orantes. Quoniam causæ eius, quòd nos exaudit orantes, partim bonitatem illius, partim nostram necessitatem ac salutem concernunt, secundùm illarum respectus respondere possumus, quòd exaudiat nos semper, & quòd non exaudiat nos semper. Si bonitatẽ diuinæ naturæ respicias, vtique est, quòd exaudiamur orantes, secundùm hanc nunquam non exaudimur seriò orantes: id est, nunquam non acceptæ sunt orationes nostræ, quas sic exaudit, vt necessitatum nostrarũ rationem habeat, multò melliorem, quàm nos intelligere valeamus, etiamsi quod petimus vel prorsus non præstet, vel non eo modo, vel non tam citò præstat, sicut nos petimus. Paulus ter Dominum rogabat, vt auferretur ab ipso Angelus Satanæ, & tamẽ quod petebat, non impetrabat. Et Christus seriò admodum orabat, vt transiret calix, & tamen quod orabat, non præstabatur. Quis autem dicturus est, nec Apostoli, nec vnigeniti Dei orationes esse à Deo Patre exauditas? Si verò consideres ea, quæ nos subinde petimus, qualia illa sint, & quomodo saluti nostræ ac necessitati conducant, vel obsint, secundùm horum respectum sæpenumerò sit, vt non exaudiamur: id est, non impetremus ea, quæ petimus. Paulo neq; necessarium, neq; vtile erat, vt à stimulo Satanæ liberaretur, sed sufficiebat illi gratia Dei. Neq; secundùm consilium Dei, salutiq; nostræ rationem fieri poterat, vt calicem non biberet Christus: quare quod orabat, non præstabatur. Plerunque exauditionẽ impediunt peccata nostra, aut quòd frigidè & sine corde oramus. Ac frequenter fit, vt ob id ipsum non det, quæ petimus, quòd noxia nobis futura sint, si dentur, magis, quàm vtilia, Id quod gratiæ illius deputandum est, non iræ.*
- Quotupliciter *Deus exaudire dicatur. Audit vel ex*
  - Gratia *singulari, quando timentes se exaudit.*
  - Misericordia, *quando exaudit afflictos, & necessitatibus illorum succurrit.*
  - Ira, *quando reprobis ea concedit, quæ suo ipsorum malo concupiscunt, quæ nisi iratus haudquaquam concederet. Hinc Augustinus, Quædam negat Deus propitius, quæ concedit iratus.*
- Quare *Deus differat dare, quæ daturus est. Vt*
  - Differendo *suos probet.*
  - Fidem *flagrantiorem reddat.*
  - Dona *sua iucundiora faciat, quæ tantò maiore suauitate percipiuntur, quanto ardentiori desiderio expectata sunt.*
  - Apud *nos ne vilescat citò datum.*
  - Agnoscamus *donum Dei esse, & in timore Dei donata custodiamus.*
  - Desiderium *orandi incendatur magis.*
- An *ad verba orationis Dominicæ simus alligati. Proposuit Christus vniuersalia quædam, ad quæ omnes preces nostras referamus. Liberum autem est alijs atque alijs verbis, eadem tamen in orando dicere: sed non debet esse liberum alia dicere.*
- Quid *necesse fuit Deo vota nostra verbis exponere, cùm omnia priùs nouit? Non exponimus Deo vota nostra, velut nescienti, aut vt oratione operosa & eleganti Deum flectamus: sed propter nos ipsos verba vtimur, quibus nos excitemus. Nobis, teste Augustino, verba necessaria sunt, quibus commoueamur, & intuspiciamus, quid petamus, non quibus Deum vel doceamus, vel flectendum esse credamus.*

De Oratione Dominica.

DOMINICAE Orationis duæ partes sunt.

Præfatio, seu exordiū, in quo captatur benevolētia ab

- Immensa Dei misericordia, cùm illum Patrem nostrum esse dicimus. Hic tibi cogitanda erunt:
  - Quem Deum voces Patrem. Hunc scilicet, qui se patefecit, misso hoc Filio Christo, & dato Euangelio.
  - Cur voces Patrem. Quia placatus est per Filium, & hoc Sacerdote perferente, nostras preces recipit, Ephes. 3. a. 6.
  - Si Pater noster est Deus, conuenit vt cognoscamus, diligamus, & honoremus.
  - Quòd nos huius filij sumus per Christum, ac propterea hæredes vitæ æternæ.
  - Si filij Dei sumus, audiet, proteget, & seruabit nos, inuocantes eum, neque is rectè orat, qui non ex animo in hunc confidit, in hunc iactat omnem conatum suum, ac in omni precatione fides de reconciliatione semper prælucere debet, vt credamus nobis Deum propitium per Christum, & nobis remissa esse peccata, alioqui non possumus statuere, Deum donare nobis, quæ petimus.
  - Vt Pater noster Deus Spiritus est & verax: ita inuocatio ad Patrem sit in veritate: id est, vera Dei agnitione & Spiritu: id est, pio motu cordis.
  - Pater noster dicitur, ne te ex consortio filiorum Dei eximas, & ne dubitanter inuoces: item ne alios præ te contemnas.
  - Si Pater noster est, cōuenit, vt nos filij Dei magna charitate fratres complectamur. Tollitur igitur hac voce detractio, maledicentia, ira, odium, &c.
- Omnipotentia Dei, cùm dicimus, Qui es in cœlis. Hic discendum:
  - Quid sit Deum in cœlis esse. Est enim vbique adesse, vbique respicere & exaudire, id quod Deo tantùm conuenit: Sancti igitur non sunt inuocandi.
  - Quòd hæc particula, Qui es in cœlis, discernit hunc Patrem à patre terrestri, qui quod petimus, aut non vult, aut dare non potest. Ac docet hæc particula, patrem terrenum propter hunc Patrem, negligendum, ac relinquendum esse: à Patre enim cœlesti manant omnia.
  - Hæc particula, Qui es in cœlis, reuelat per antithesin nostram miseriam, qui in terris versamur in valle lacrymarum.

Petitio, quæ bis membris est.

- Petimus ea, q̄ ad gloriam nominis Dei pertinent. Huc spectant tres petitiones priores:
  - Sanctificetur nomen tuum. Hic discēdum:
    - Vt nulla res æquè fulcit & exhilarat filiorū animos, ac parentū gloria: ita nos filij Dei nihil magis optare debemus, quàm vt Deus agnoscatur, et celebretur. Hoc enim summum & primū bonum est, de quo primum & secundum præceptū præcipuè concionantur, vt Deus innotescat, & celebretur. Hoc primū opus Christiani est, vt optet sanctificari nomē Dei, condemnari & obscurari nomē suum.
    - Nomen Dei significat notitiam, seu agnitionem & celebrationem nominis Dei, & inuocationem.
    - Sanctificatur nomen Dei in nobis, dum hunc laudamus, magnificamus: dum illi acceptū ferimus quicquid habemus, dum nos deijcimus & humiliamus.
    - Profanatur nomen Dei, dum nomine sancto Dei abutimur ad peccandum, peierādum, fraudandum, dum gloriam nostram plurisfacimus, quàm gloriam Dei, dum ex operibus nostris volumus iustificari, & pro beneficijs Dei sumus ingrati.
    - Hi maximè nomen Dei profanant, qui maximè sanctificare & colere videntur.
  - Veniat Regnum tuū. Hic discenda tibi sūt,
    - Si patres ad amplos honores prouehantur, sub eorū vmbra regnant & filij, & sibi putant accrescere quicquid dignitatis accreuit patri: Ita & filij Dei nihil magis optant, quàm Patrem suum latè regnare, vt sub vmbra illius tuti esse possint.
    - Aduenire regnū Dei, est prædicari verbum, per quod colligitur Ecclesia, quā Deus Spiritu suo regat. Itē fieri nos hæredes regni Dei, destrui regnum Diaboli, horribiliter grassantis in genere humano.
  - Fiat voluntas tua. Hic discenda:
    - Vt regni & familiæ in hoc sita est felicitas, vt autoritati regis aut patris, morigeri sint omnes, & ab vnius voluntate pendeant omnia: ita & nostra felicitas in domo Dei in hoc consistit, vt Patri cœlesti obediamus omnes.
    - Quæ sit Dei voluntas: Est. n. videre & credere in Filiū, Ioan. 6. d. 40. Item sanctificatio, 1. Thess. 4. a. 7. Item vt omnium ordinū homines officium suum rectè & fideliter faciant, & omnes Deo obediant.
    - Quomodo velimus fieri à nobis Dei voluntatē, videlicet perfectè, vt Angeli in cœlo obediunt. Hoc quidem nostrū desiderium esse debet, verū propter imbecillitatē carnis, id fieri in hac vita nō potest.
    - Prædicatores liberi arbitrij hîc damnantur: si enim habent liberū arbitrium, & possunt benè operari ex puris naturalibus, quos modo orant, vt Domini voluntas fiat?
- Petimus quæ ad nostrum vsum, &c. Vide literam A.

A.
Petimus *quæ ad nostrũ vsum ac necessitatem pertinent. Huc spectant tres petitiones posteriores:*

- Panem *nostrum quotidianum, vel crastinum, da nobis hodie. Hic discendum:*
  - Vt *pueri panem à parentibus petũt, ita nos filij Dei omnia vitæ necessaria à Deo petimus.*
  - Panis *nomine intelliguntur, victus, pax, defensio, bona valetudo, successus in rebus gerendis, &c.*
  - Quotidianus *dicitur, quia eo carere hæc vita non potest. Itẽ hæc vox damnat macerationẽ corporis, ac delectum ciborũ: panis enim quotidianus est & cara.*
  - Hæc *particula, Da, ostendit bona quoque corporalia à Deo petenda esse, & à Deo nobis donari, ne casui aut viribus nostris ea attribuas.*
  - Nobis *particula, excludit inuidiam.*
  - Hodie *particula, excludit sollicitudinem nimiam.*
- Remitte *nobis debita nostra. Hic discendum:*
  - Hæc *Ecclesiæ confessio est, Agnoscentis se circumferre peccata.*
  - Consolatio *hîc proponitur: cum enim iubeat peti remissionẽ peccatorum, haud dubiè eam donabit: Huc pertinet promissio, 1. Ioan. 1. c. 9.*
  - Adiicitur *particula, Sicut & nos remittimus: conuenit enim, vt si velimus remitti peccata, remittamus & nos. concidunt hîc omnes indulgentiæ Papales.*
  - Remissio *petenda in nomine Christi.*
- Ne *nos inducas in tentationem. Petimus hîc ne sinat nos pertrahi à Diabolo ad impietatem, & alia scelera, ne decipiamur nostris erroribus, aut imbecillitate carnis impellamur, &c.*

Alia & prolixior Orationis Dominicæ explicatio.

ORATIONIS Dominicæ partes.

Præfatiuncula, *seu exordium, in quo captatur benevolentia ad*

- Immensa *Dei misericordia & amore erga nos, dũ Deũ Patrem nostrũ vocamus. Hic disce, cur*
  - Deo *Patris nomẽ tribuatur potius, quàm aliud quidvis, vt*
    - Vocabulum *Patris admoneat nos, omnes preces nostras Christi patrocinio fundatas esse oportere. Neque enim filiorum loco nos habet Deus, nisi quatenus Christi sumus membra, per hunc solum facti sumus filij Dei, qui alioqui nascimur, & eramus filij iræ naturâ.*
    - Doceat *nos omnes preces nostras non alij offerendas esse, quàm ei, qui pater sit: id est, solum Deum esse inuocandum, nec alium pro hoc, aut aliam cum hoc. Et certè non potest hæc oratio vlli creaturæ offerri.*
    - Excussa *ex animis nostris omni anxietate & diffidentia, secura conscientiæ fiducia Deum accedamus, ac eius opem imploremus.*
  - Nostrũ *voces in cõmune, & nõ tantùm peculiariter.*
    - Quia *parum est Deum agnoscere Deum esse, ac Patrem omnium, aut aliorum, nisi etiam credamus eum esse Patrem nostrum, nisi nos totos eius fidei ac tutelæ consecremus, tanquam Patris nostri, qui bene nobis velit, nos amet, curet, nullibi nos negligat.*
    - Vt *nos ad exercendum in precibus charitatem assuefaciamus, nec alijs negligentiis, tantùm se quisque curet, sua quærat.*
    - Vt *nos eum tanquam Patrem nostrum agnoscamus, diligamus, colamus, reuereamur, illi fidamus. Sic enim noster est Pater. Alioqui si illum contemnamus, illi diffidamus, noster non est.*
    - Ne *quis ex consortio filiorum Dei se eximat, vel dubitanter oret.*
    - Ne *nos de hæreditate filiorum Dei quicquam dubitemus.*
    - Ne *de exauditione, defensione, tutela, præsidio dubitemus.*
    - Vt *Christianos omnes fratres nostros esse cognoscamus.*
- Omnipotẽtia *Dei, dum eũ in cœlis esse dicimus. Hic disce:*
  - Quomodo *Deus in cœlis esse dicatur, cũ vbiq; sit, nec loco concludatur. Quia*
    - Diuina *eius maiestas & potẽtia, gloriaq; in cœlis maximè relucet.*
    - In cœlis *se nobis exhibet fruendum Pater: cœlum est communis patria nostra, vbi Deum, & Patrem nostrum habitare credimus, licet ipsum credamus vbique & omnibus semper esse præsentem.*
    - Vt *cœlum omnia ambit & contegit, æqualibusq; vbique spatijs distat à terra, ita præsentia numinis illius nullibi nos destituit.*
  - Quid *sit Deum esse in cœlis. Perinde est, ac si excelsum, potentem, incomprehensibilem nec carem ipsum.*
  - Quid *cœlorum mẽtione doceamur. Admonemur enim*
    - Omnipotentiæ *Dei. Secernimus enim Patrem, quem inuocamus, à patre terreno, tribuentes illi omnipotentiam. Nam qui inuocatur, & exaudire debet, omnia sciat, videat, & audiat: adde, et velit, & possit, oportet.*
    - Nostri *officij, quod est*
      - Animos *eleuari in cœlos orando, terrenorumq; oblitos.*
      - Ne *quid de Deo carnale terrenumq; cogitemus, neue eius moduli nostri metiamur captu, humilius aliquid de ipso sentientes.*
      - Vt *Pater & patria cœlesti magis, quàm exilio & carcere delectemur terreno.*
    - Miseriæ, *quòd propter peccatum eiecti ex patria, in hisce terris, variis obnoxij sumus calamitatibus, ideoque necessitate adacti, nunquam clamare ad Patrem desinamus.*
    - Fiduciæ *in Deum, dum cœli Dominus ac Præses, qui arbitrio suo regit omnia, prædicatur.*

Petitio, *&c. Vide literam A.*

Clausula, *&c. Vide literam E.*

A. Petitio, q̃ binembris est.

Petimus ea, q̃ solam Dei gloriam, tanquã proprium finẽ respiciunt. Hvc pertinẽt tres petitiones priores: vt,

Sanctificetur nomen tuum. Hic disce:

Cur mox initio petamus, vt nomen Dei sanctificetur. Quia Deum Patrem nostrum vocauimus, nos filios. Filiorum autem est honorare Patrem.

Quid sit Nomen Dei. Per nomen Dei Scriptura notitiam famamq; intelligit, qua inter homines celebretur. Atque hæc quidem in seipsa nec crescit, nec minuitur: verùm illustrari inter homines, vt par est, optamus, vt quicquid facit Deus, omnia eius opera, vt sunt, ita gloriosa appareant, quo modo omnibus ipse glorificetur.

Quid sit Sanctificare nomen Dei. Est celebrare, laudare, glorificare.

Quæ sint huius petitionis partes.
- Petimus Spiritum Sanctum, sanctificationis autorem vnicum.
- Veram fidem in Deum per Christum postulamus.
- Sanctas cogitationes, ac puritatem vitæ.
- Sublationem corruptæ doctrinæ, malarum artium, & spurcæ vitæ, &c. quibus nomen Dei polluitur.

Qui nomen Dei sanctificent. Qui
- Deum cognoscere gestiunt, idq; ex verbo.
- Deo fidunt.
- Se deijciunt, ac humiliant coram Deo.
- Deo acceptum ferunt quicquid habent.
- Deum glorificant, ac illi gratias agunt in omnibus.
- Sanctam degunt vitam.

Qui sint prophanatores nominis Dei. Qui
- Deum non ex verbo, sed ex suis somnijs cognoscere student.
- Non Deo, sed creaturis, ac meritis suis fidunt.
- Nomine sancto Dei abutuntur, ad peccandum, peierandum, fraudandum, mentiendum.
- Gloriam suam pluris faciunt, quàm Dei.
- Plus mouentur autoritate & potentia hominum, quàm Dei.
- Ex operibus, non ex Dei gratia iustificari volunt.
- Beneficia Dei non agnoscunt, & non Deo tribuunt, quod habent.

Adueniat Regnũ tuũ. Hic disce:

Cur post sanctificationem nominis Dei petamus vt regnum Dei veniat. Quia filij nihil magis optant, quàm patrem suum latè regnare, vt sub vmbra illius tuti esse possint.

Quotuplex sit Regnũ. Aliud enim est
- Dei, & hoc est duplex,
  - Gratiæ, quod Christi regnum est in hoc seculo, quo per Spiritum Sanctum regnat Christus in suis fidelibus.
  - Gloriæ, alterius seculi est.
- Dæmonis: Diabolus enim regnat in filijs diffidentiæ, qui se ei substernunt gubernandos.

Quid hic petamus. Vt
- Filiorum, seu fidelium numerum indies augeat.
- Nouis subinde Spiritus sui donis eos cumulet, donec prorsus impleuerit.
- Doctores, Principes, & Scholæ regno Dei seruiant.
- Deus veritatem suam ad discutiendas Satanæ tenebras magis ac magis lucidam conspicuamq; reddat.
- Iustitiam suam proferendo, iniquitatem omnem aboleat, Diaboli Regnum prosternat.
- Reprobos, qui se illi in obsequium tradere recusant, prosternat, & exitio tradat.
- Postquam ex procelloso hoc mundo emigrauimus, recipiamur ad Christum, & ad omnes Sanctos in Regnum gloriæ æternum.

Qui nolint aduenire regnum Dei. Qui
- Nolunt regi Spiritu Dei per verbum.
- Spiritu immundo aguntur.
- Traditiones hominum impias defendunt, ac veritatem Dei extinguere conantur.
- Idola, per quæ regnat Satan, pro viribus tuentur.

Fiat voluntas, &c. Vide literam B.

Petimus quæ ad nos vtilitatemq; nostram, &c. Vide literam C.

B. Fiat voluntas tua, &c. Hic disce:

- Quare post regni Dei aduentum, voluntatis Dei impletionem nobis dari postulemus. Quia regni & familiæ in hoc sita est felicitas, vt autoritati Regis aut Patris morigeri sint omnes, & ab vnius voluntate pendeant omnia. Nec regnat in nobis Deus, nisi ipsi obediamus.
- Quæ est summa huius petitionis. Vt in Dei obsequium subigantur creaturæ omnes, pendeantq; ex eius nutu, ne quid, nisi ipsius arbitrio fiat. Non petimus, vt quod decreuit apud se, eueniat: sed vt domita subiugataq; omni contumacia omnes omnium voluntates suæ subijciat, & in eius obedientiam componat, vt quod ipse vult, idem nos semper & velle, & facere efficiat.
- Quid hîc petimus.
  - Vt quæcunq; cum Dei voluntate pugnant, in nobis desideria irrita faciat.
  - Si quid petimus voluntati eius contrarium, nobis non concedat, sed stultitiam potius nostram nobis condonet.
  - Vt nouas in nobis mentes, nouaq; corda formet, ne quid velimus ipsi à nobis, sed Spiritus potius eius votis nostris præsit, vt plenam habeant cum Deo consensionem.
  - Obedientiam veram, Patientiam, Perseuerantiam in cruce, & persecutionem. } Concidunt hîc vires liberi arbitrij.
- Quomodo velimus fieri Dei voluntatem. Vt Angeli in cœlo obediunt Deo in omnibus perfectè, ita se quisq; illi in voluntariam subiectionem addicere debet.
- Qui nolint fieri Dei voluntatẽ. Qui
  - Non credunt in Filium.
  - Vires liberi arbitrij iactant.
  - Verbo Dei non obediunt.
  - Non orant pro Spiritu Dei.
  - In aduersis impatientes sunt.

C. Petimus quæ ad nos, vtilitatemque nostrã spectant. Huc spectant tres petitiones posteriores: vt,

Panem nostrum quotidianum da, &c. Hic disce:

- Cur primum quod ad nos attinet panem à Deo petamus. Quia vt filij panem à parentibus postulant, ita & nos filij Dei vitæ necessaria à Deo petimus. Et diuina voluntas non potest in nobis fieri, nisi alamur & sustentemur pane Dei.
- Quotuplici pane nos ali postulemus. Duplici: Pane animæ, & pane corporis.
- Panis corporalis nomine quid significetur. Cibus, potus, vestitus, sanitas, defensio, & saluus vitæ humanæ status.
- Cur panẽ à Deo nobis donari optamus, cũ illum nos labore nostro parare iubet. Quis etsi victus parandi causa laborandum nobis sit, non labore tñ nostro, aut industria alimur, sed vna Dei benedictione, qua labor manuũ nostrarũ pſperatur, futurus alioquin inanis. Præterea sic habendũ est, & cũ ciborũ copia nobis suppetit, illiusq; rescimur, nõ illorũ tñ substãtia, sed sola Dei virtute nos ali. Neq; n. vim eiusmodi habent à natura ingenitã, sed Deus è cœlo tanq; beneficẽtiæ suæ organis administrat.
- Quo iure nostrum appellemus, cũ nobis à Deo postulamus dari.
  - Quia Dei benignitate fit noster, vtcunque nobis minimè debetur.
  - Vt ab alieno pane appetendo nobis temperemus, contentiq; simus eo, qui legitima ratione, tanquam ex Dei manu ad nos peruenerit.
  - Quia etsi Dei beneficium sit, nobis tamen destinatus ad conseruationem nostri pertineat, nobisq; necessarius sit.
  - Quia vt panis corporalis, ita panis vitæ, seu verbi Dei noster sit. Vide hîc Ministrorum verbi peruersitatem, qui verbi Dei panẽ, qui noster est, nobis suffurantur.
  - Quia ita panem à Deo petere debemus, vt alijs etiam, quibus opus est, frangamus.
  - Quia non nobis tantùm, sed & alijs bona petere debemus.
- Cur Panem quotidianum appellemus. Quia panis vterq; ita nobis necessarius est quotidie, vt nisi eo alamur, planè extinguamur. Vbi humanæ naturæ infirmitatem & miseriam considera: nisi enim cibo alamur, subsistere non possumus.
- Particula Da, quid innuit? Solius Dei esse dare spiritualia & corporalia, nec congruere vlli creaturæ hanc petitionem.
- Cur dicimus Da nobis, & non Mihi? Vt charitatis fraternæ admoneamur: non enim nostra duntaxat quærere, sed & omnium aliorum hominum incolumitatem & conseruationem petere debemus.
- Vocabulum Hodie, quid demonstrat? Modum nobis statuit, ne modum necessitatis vota nostra excedant, prohibet & solicitudinem in crastinum.
- Cùm hæc communis esse debeat precatio, quî fieri potest, vt diuites, qui domi abundant, repositamq; in longum tempus annonam sibi habent, sibi petant in diem dari? Hoc diuites peræquè ac pauperes constitutum habere oportet, nihil eorum, quæ habent, sibi profuturum, nisi quatenus & vsum illis concesserit Deus, & sua gratia effecerit, vt vsus ipse fructuosus sit, & efficax.
- Pro quibus rebus hîc oramus? Pro felici cursu verbi Dei, pro ipsis Pastoribus, pro defensoribus Reipubl. pro Ecclesiæ & Reipubl. incolumitate, pro necessarijs ad sustentationem animæ & corporis.

Et remitte nobis debita, &c. Vide literam D.

D. Etre-

Et remitte nobis debita nostra, &c. Hic disce:

- Cur statim postulato pane peccatorum remissionem à Deo petimus. Ne quis se indignum putaret pane quotidiano, quòd filijs, non canibus debeatur, & ideò segnius aut hæsitanter oraret.
- Quid continet hoc postulatum. Vt peccata nostra ignoscat Dominus.
- Cur peccata debiti nomine appellantur. Quòd eorum pœnam ceu pretium Deo debeamus.
- Quomodo remittit Deus peccata. Cùm tegit illa, & pœnam non exigit commeritam, perinde de nobis iudicans, ac si ipsi nihil debeamus.
- Quid ex hac remissione vtilitatis ad nos redit. Tum illi perinde accepti sumus, ac si iusti essemus, & innocentes, vt pane Dei digni reputemur, simulq; paternæ eius beneuolentiæ fiducia, vnà de nobis certa salus, conscientia nostra confirmatur.
- Hanc precandi formam Apostolis traditam, vniuersæ Ecclesiæ destinatam esse. Quamobrem qui se hac necessitate eximere velit, è societate fidelium exeat necesse est.
- Quid in causa remissionis peccatorum à nobis requiratur. Vt
  - Cognoscamus nos esse peccatores: nullus enim mortalium tam iustus est, qui hac venia non indigeat. Reliquiæ enim peccati manent etiam in renatis & sanctissimis hominibus.
  - Deploremus peccata nostra.
  - Confiteamur coram Deo nos esse peccatores, nos ipsos coram Deo accusemus.
  - Petamus ea remitti nobis, idq; magno cordis desiderio.
  - Credamus apud Deum tantum quærendam esse remissionem peccatorum.
  - Sciamus
    - Aditum ad Thronum gratiæ per Christum esse.
    - Sola Dei gratia Tribunal Dei nos euasuros, ac peccatorum remissionem gratuitam esse. Remissionis enim vocabulum gratuitam peccatorum conditionem innuit.
    - Omnia peccata simul nobis remitti.
    - Non culpam tantùm, sed & pœnam, qua diuinæ satisfaciendum esset iustitiæ, remitti.
    - Quibus remittantur. Resipiscentibus.
    - Quibus medijs acquiratur remissionis gratia. Medium, in quo Christus est, per quod offertur, verbum gratiæ: per quod accipitur, fides est.
    - Quibus conditionibus acquiratur. Hæ sunt:
      - Vera & constans resipiscentia.
      - Reconciliatio.
      - Ignoscentia.

D.

- Cur addatur particula, Sicut & nos remittimus.
  - Quia irrogatas nobis iniurias obliuiscendo, dum bonitatem Dei imitamur, reipsa nos eius filios demonstramus. Hac ideò tessera nos confirmare voluit.
  - Quia voluit Dominus nobis excutere veternum, ac charitatis inculcare studiũ, admonereq; nostri officij, vt si quid animis nostris adhæresçat, adhuc veterum inimicitiarum, id sciamus nobis deponendum. Nisi enim nos faciles ad ignoscendum præbuerimus, nihil aliud nobis expectandum esse, quàm summum & inexorabilem seueritatis rigorem.
  - Quia non est nobis speranda salus, nisi nos quoque debentibus nobis fratribus remittamus.
  - Vt sciamus quotidie remittendum esse debitoribus, sicut & nos quotidie peccamus.

Et ne nos inducas, &c. Hic disce:

- Quare postpetitionem remissionis peccatorum de tentatione nostra ad Deum oramus. Quia nunquam ita remittitur peccatum, vt non remaneat in carne concupiscentia, quam excitant, & in varia peccatorum genera producunt tentationes.
- Quid significat tentationis nomen. Astus fallacias q; Satanæ, quibus nos continenter adoritur, & facilè protinus circumueniret, nisi ope Dei adiuuaremur.
- Quid summatim hæc petitio continet.
  - Petimus ne ruere nos aut labi sinat Dominus.
  - Petimus ne Diabolo carnisq; nostræ cupiditatibus, quæ assiduum nobiscum bellum gerunt, nos vincendos permittat.
  - Petimus vt sua nos ad resistendum virtute instruat, sustineat nos manu sua, vt ita sub fide tutelaq; eius in tuto habitemus.
  - Vt Spiritu gubernante tali iustitiæ amore imbuamur, quo peccatum, carnem, & Satanam superemus, & in sanctitate viuamus
  - Vt det nobis salutaria, auferat noxia.
- Dei auxilio hîc omnibus opus esse. Imminet enim nobis perpetuò Diabolus, circuitq; vt Leo: nos verò consideremus, quæ nostra infirmitas est, nisi nos ad pugnam instrueret Deus, & manu sua roboraret.

E. Clavsvla, quæ bimembris est.

- Quia tuum est regnum, &c. Hæc particula nos monet, Dei magis potentia & bonitate sustultas esse preces nostras, quàm vlla nostri fiducia: deinde Dei laudibus preces nostras claudendas esse.
- Amen. Quæ particula & nostrum desiderium, & fidei nostræ certitudinem exprimit.

De Studio.

- Quid *sit*. *Studium est vehemens applicatio animi cum magna voluntate ad aliquid agendum.*
- Quotuplex. —
  - Liberale, —
    - Philosophicum: *cum Philosophiæ damus operam, ac artibus liberalibus.*
    - Theologicum, *sacras discere literas.*
    - Hîc *cauendum, ne diuitijs, voluptatibus, & occupationibus vanis operam dederis.*
  - Illiberale, *seu vulgare: mechanicis artibus operam dare.*
- Loci sex.
  - Quæ *causæ studij liberalis.*
    - Animi *securitas,*
    - Expeditus *animus,*
    - Diligentia, Labor,
    - Lectio, Auditio,
    - Exercitatio.
  - Qui *effectus studij liberalis.*
    - Nobilitas,
    - Claritas,
    - Honor,
    - Felicitas,
    - Calamitatum *mitigatio.*
  - Quæ *requirantur ad studium honestum.*
    - Natura, *in qua consideratur, vt facilè audita percipiat, & percepta firmiter retineat.*
    - Exercitium, *vt labore & sedulitate naturalem sensum excolamus.*
    - Disciplina, *vt laudabiliter viuens, mores cum scientia componat.*
  - Quæ *sint studiorum impedimenta.*
    - Negligentia, *quando ea, quæ discenda sunt vel prorsus prætermittimus, vel minus studiosè discimus.*
    - Imprudentia, *quando congruum ordinem in his, quæ discimus, non seruamus.*
    - Fortuna, *quando vel paupertate, vel infirmitate, vel naturali tarditate, vel Doctorum raritate à proposito nostro retrahimur.*

De Studiorum ratione.

- In studiis adolescentũ requiritur partim
  - Magistratus, *cuius officium est,*
    - Diligere *Præceptores pios ac doctos.*
    - Erga *eos, qui iuuentuti præficiuntur liberalitatem exercere.*
    - Iuuare *studiosos pauperes, qui ad literas naturam excellentem, & diligentiam summam habent.*
  - Parentum, *quorum officium est,*
    - Vt *amorem erga literas in suis liberis excitent, & augeant industriam.*
    - Vt *liberos suos obseruantiam doceant erga Præceptores.*
    - Ne *à studio laboribus domesticis auocent.*
    - Vt *morum honestatem doceant, vt in sermone & corporis cultu, aut in victu nihil committatur, quod aut ad studia honestet, aut euertat ingenij acumen, aut quo moribus officiat.*
    - Vt *moneri, castigari, ac reprehendi liberos suos facilè sinant.*
  - Præceptorum. *Hîc disce:*
    - Quales *esse debeant.*
      - Probatissimi, *ac doctissimi. Imperitum enim nemo libenter sequitur.*
      - Christianæ *fidei non ignari. Frustra enim officium Doctoris vsurpant, qui discretionem veræ fidei ignorant.*
      - Studiosi *ergà res humanas.*
      - Virtuosi, *vt*
        - Placidi,
        - Patientes. *Nihil enim fœdius Præceptore furioso & plagoso.*
        - Diligentes. *Vniuersæ enim doctrinæ mater est negligentia.*
        - Veraces *in sermone.*
        - Iusti *in iudicando.*
        - Prouidi *in consilio.*
        - Fideles *in commisso, &c.*
    - Quod *sit illorum officium, &c. Vide literam A.*
  - Discipulorum, *&c. Vide literam B.*

A. Quod *sit illorum officium in docendo.*

- Bonos *mores docere, mox sapientiam.*
- Malos *mores dedocere.*
- Quæ *docet, bono ordine & ratione docere.*
- Remissos *erigere, & auditorum industriam excitare.*
- Aduersos *conciliare.*
- Intelligenter *ac diligenter docere.*
- Non *omnia, quæ dicere possunt, dicere: sed necessaria, & ad captum studiosorum pertinentia.*
- Non *curare quanta eloquentia, sed quanta euidentia doceant. Quid enim prodest integritas locutionis, quam non sequitur intellectus audientis?*
- Audita *& lecta sæpius inculcare.*
- Longis *lectionibus non onerare discipulos.*
- Non *omnia eodem tempore & loco docere.*
- Quatuor *aut ad summum quinque horas pueris impendere.*
- Deliberare *quid res requirat, & quantum studiosorum ingenia ferre possint.*
- Sæpe *suos discipulos exercere, in*
  - Memoriter *ediscendis quibusdam necessarijs.*
  - Scribendis
    - Epistolis,
    - Carminibus.
  - Disputationibus.
  - Orationibus, *seu declamationibus.*
- Leges *scholasticas, iuxta quas in Scholis & extra Scholas studiosi sese gerere debeant, proponere.*

B. Discipulorum. *Hîc obserua:*

Quæ *in studiosis in primis requirantur, vt in studio promoueant.*

- Ardor *in suscipiendo.*
- Studium *in inuestigando.*
- Acumen *in percipiendo.*
- Memoria *in conseruando.*
- Diligentia *in audiendo & legendo.*

Quæ *sint studiosorũ ornamenta.*

- Timor *Dei,*
- Silentium,
- Obsequium,
- Castitas, Sobrietas,
- Humilitas,
- Veracitas,
- Verecundia.

Quales *esse debeant studiosi in*

- Cultu *corporis: ne videlicet vestes sint sciſſæ, aut dissolutæ.*
- Sermone: *vt sit sermo optimus, qui prudentiam, ordinem, & verecundiam habeat.*
- Gestu
  - Faciei, *quæ habeat dulcem rigorem.*
  - Vultus, *qui placidus sit.*
  - Risus, *qui sit sine cachinno.*
  - Incessus, *qui sit sine tumultu.*
- Conuersatione *& conuictu hominum, vt sint vrbani, comes, quieti, graues, gratiosi.*

Quod *sit illorum in discendo officium.*

- Ab *omnibus libenter discere.*
- Studij *rationem probè tenere.*
- Negligentiam *vitare.*
- In *omni doctrina breue aliquod colligere, quod in arcula memoriæ recondatur.*
- Attentos *esse ad audiendum, dociles ad intelligendum, beneuolos ad retinẽdum.*
- Dare *operam, vt quod didicerint, ac legerint, probè intelligant, nec rem tantùm, quæ traditur, sed & verba, phrases, proprietatem, structuram, ornatum verborum, compositionem, decorem, & pondus sententiarum. Item argumentationes, quæ videlicet ad Grammaticã, Dialecticam, & Rhetoricam pertinent.*
- Excerpere *ex singulis lectionibus, quæ ad Philosophiam: id est, rerum naturalium ac moralium cognitionem pertinent.*
- Diem *in operas partiri, vt nulla diei pars sine labore pereat.*
- Horas *diei priores, velut studijs aptiores, difficilioribus lectionibus, posteriores facilioribus tribuere.*
- Autorum *delectum habere, eos legere, qui digni sunt vt legantur.*
- Locos *communes quàm plurimos parare, vt quæ didicerunt & legerunt, in promtu habeant.*
- Exercere *se epistolis, carminibus, disputationibus, ac declamationibus scribendis.*

De Doctoribus, seu Pædagogis.

Loci tres.

- Quales Præceptores eligendi.
  - Optimi, *probatißimi, ac doctißimi. Cicero lib. 1. Offic. Hieronymus Epiſt. 89. Magiſter, inquit, probæ ætatis & vitæ, eruditionisq; eligendus eſt. Ibidem: Græcorum narrat hiſtoria, Alexandrum potentißimum regem moribus & inceſſu Leonidis, pædagogi ſui, non potuiſſe carere vitijs, quibus adhuc paruulus fuerat infectus.*
  - Chriſtianæ *fidei non ignari: fruſtra enim, autore Beda de Templo Salomonis, officium Doctoris vſurpant, qui diſcretionem catholicæ fidei ignorant.*
  - Placidi.
  - Patientes. *Neque enim poteſt veraciter bona docendo impendere, qui viuendo neſcit aduerſa æquanimiter tolerare. Nihil autem fœdius præceptore furioſo, qui cùm debeat eſſe manſuetus & humilis ad omnes, è diuerſo, torno vultu, trementibus labijs, rugata fronte, effrenatis conuitijs, facie inter pallorem & ruborem variata, clamore perſtrepitat, & errantes non tàm à bono retrahit, quàm ad malum ſua ſæuitia præcipitat.*
  - Rigidi. *Vt lites diſſoluant, oblatrantes remordeant, obloquentes reprimant, proteruos caſtigent.*
  - Diligentes. *Nam ſicut in vnoquoque opere mater conſtantia inuenitur: ita vniuerſæ doctrinæ nouerca eſt negligentia. Boetius de Scholaſtica diſciplina.*
  - Veraces *in ſermone, iuſti in iudicando, in conſilio prouidi, in commiſſo fideles, conſtantes in vultu, pij in affectu, &c.*
- Quod Præceptoris ſit officium in docendo.
  - Ne *ſubtrahat puero diſciplinam, Prouerb. 23. c. 13. Iugo enim diſciplinæ inſolentia morum domanda eſt.*
  - Vt *quæ docet, bono ordine doceat, aliàs parùm efficiet.*
  - Vt *primùm bonos mores, mox ſapientiam doceat.*
  - Vt *mala dedoceat, remiſſos erigat, conciliet aduerſos, neſcientibus quid agatur, quid exſpectare debeant, intimet.*
  - Id *agat, vt non ſolùm intelligenter, verùm & obedienter & libenter audiatur.*
  - Ne *cognita inculcet, ſed cognoſcenda enucleet.*
  - Ne *omnia dicat, quæ dicere poteſt, ne minus vtiliter dicat, quæ dicere debet.*
  - Ea, *quæ nouit, ſine arrogantia diſcipulis impertiat.*
  - Non *debet curare qui docet, quanta eloquutia doceat, ſed quanta euidentia, propter quod aliquando negligat verba cultiora. Quid enim prodeſt integritas locutionis, quam non ſequitur intellectus audientis?*
  - Cuilibet *arti quod ſuum eſt tribuat. Sunt enim quidam, qui nulli arti quod ſuum eſt tribuunt, ſed in ſingulis legunt omnes. In Grammatica de ſyllogiſmorum ratione diſputant: In Dialectica inflexiones caſuales inquirunt.*
  - Audita & lecta *ſæpiùs inculcet, vt animis puerorum inhæreant magis.*
- Quod ſit diſcipulorum officium in diſcendo.
  - Antequam *loquantur, diſcant, Eccle. 18. c. 19. Multos enim hoc decipit, quòd ante tempus ſapientes videri volunt, & ſimulare incipiant, quod non ſunt, & quod ſunt, erubeſcant. Multi (inquit Hieronymus iuxta vetus Eulogium) cùm loqui neſciant, tacere non poſſunt, & prius imperitorum Magiſtri, quàm Doctorum diſcipuli. Miſerum eſt eſſe Magiſtrum, qui nunquam nouit ſe eſſe diſcipulum. Qui enim non nouit ſe ſubijci, nunquam ſciet magiſtrari.*
  - Vt *ea diſcant & loquantur, quæ ad timorem Domini pertinent.*
  - Vt *ab omnibus libenter diſcant, quia humilitas commune facere poteſt, quod cuique proprium fecit.*
  - Omne *tempus perdidiſſe æſtiment, quo ſe meliores, ac eruditiores eſſe non ſenſerunt. Hieronymus.*
  - Negligentiam *vitent. Nam ſicut terra fructuoſa eſt inuentus, quæ ſi negligitur, multas producit ſpinas.*
  - Vt *non tantùm diſcant, ſed & rationem ſtudij veram intelligant, vnamquæ ſequantur viam, non per multas vagentur.*
  - Primùm *bonos mores, mox ſapientiam diſcant: Vita enim bona ſine doctrina gratum habet, doctrina ſine vita, integritatem non habet. Doctrina ſine vita eſt palmes in ſepe botrus inter ſpinas, vbi dum quæritur fructus, laceratur manus.*
  - In *omni doctrina breue aliquid & certum colligant, quod in arcula memoriæ recondant, atq; id ſæpius repetant.*
  - Oportet *diſcentem credere: Ariſt. lib. 1. Elenchorum.*
  - Obedientiam *& honorem præceptoribus deferant.*
  - Diſcipulus *debet eſſe benevolus animo, attentus ad obediendum, docilis ad intelligendum, benevolus ad retinendum.*

De Conuersatione.

Loci quinq.

- Quid *sit*. *Est enim societas amicorum: vel, cum alijs consuetudinem habere.*
- Quotuplex,
  - Bona, *sancta, vel honesta, qua quis malum non facit, sed studet etiam in his, quæ benè agit, irreprehensibilis apparere.*
  - Mala, *qua quis cum malis & infidelibus malè conuersatur.*
- Quæ *causæ*
  - Bonæ *conuersationis*,
    - Mandatum *Dei*,
    - Vtilitas *conuersationis*.
  - Malæ *conuersationis*,
    - Mala *consuetudo*,
    - Diabolus,
    - Præsumtio, *seu securitas profana*.
- Qui *effectus*
  - Bonæ *conuersationis*,
    - Gloria *Dei*, Ædificatio *proximi*,
    - Inimici *confusio*,
    - Mores *honestos induere*.
  - Malæ *conuersationis*,
    - Corrumpi *moribus malorum*.
    - Auaritia, Ambitio, Luxuria;
    - Crudelitas, Inhumanitas.
- Conuersatio *bona, ex quibus rebus cognoscatur. Ex*
  - Actu. *Hic enim debet esse*
    - Gratiosus *sine mollitie*.
    - Quietus *sine dissolutione*.
    - Grauis *sine tarditate*.
    - Alacer *sine inquietudine*.
    - Maturus *sine proteruia*.
    - Seuerus *sine turbulentia*.
  - Gestu *in*
    - Facie, *vt habeant semper rigidam dulcedinem, & dulcem rigorem*.
    - Visu, *seu vultus obiectu, qui placidus esse debet*.
    - Habitu, *scilicet decenti*.
    - Risu, *sine cachinnatione*.
    - Voce, *sine clamore*.
    - Incessu, *sine tumultu*.

    } Lege *Eccl.19.a.6.*
  - Motu, *vbi cauendum est, ne in tardationibus molli gressu vtamur, & in festinationibus non suscipiamus nimias celeritates, quæ cùm fuerint, anhelitus mouentur, vultus mutantur, ora torquentur, quæ signa sunt inconstantis animi.*
  - Affatu, *qui gratiosus ac familiaris esse debet.*
  - Conuictu *honestorum, ac prudentum hominum, vbi ita te geras, vt ne te quisquam grauet tanquam asperum, nec contemnat tanquam vilem. Non erit tibi scurrilis, sed grata vrbanitas. Sales tui sine dente sint: loci non sine vtilitate. Et cùm ab alijs ludiatur, tu sancti honestiq; aliquid tractabis.*

De Consiliis.

Loci quinq.

- Quid *sit consilium. Est enim appetitus faciendi excogitata ratione.*
- Quotuplex: *Aliud enim in rebus*
  - Diuinis, *vbi Christus Patris sapientia ex verbo consulendus.*
  - Externis, *seu corporalibus. Hic ratio ac viri prudentes consulendi sunt.*
- Quæ *causæ.*
  - Infelicitas,
  - Miseria,
  - Necessitas, Casus.
- Qui *effectus.*
  - Liberari,
  - Leniri *dolorem*,
  - Honor, *&c.*
- Quæ *sint in petendo consilio obseruanda.*
  - Nihil *sine consilio agendum. Res enim magnæ non viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporis, sed consilio, autoritate atq; sententia perficiendæ sunt. Domus etiam, quæ ratione geritur, omnibus est instructior & apparatior rebus, quàm ea, quæ temerè, & nullo consilio administratur.*
  - Consilium *in his esse debere, quæ aliter se habere possunt. De necessarijs enim & impossibilibus aliter se habere, non consiliamur. Item de futuris, non præteritis. Quia quod factum est, non potest non factum esse.*
  - A quo *capiendum consilium, &c. Vide literam A.*
  - Duo *esse contraria consilio, festinationem & iram: velox enim consilium sequitur pœnitentia, consiliari tardè, consiliata velociter operari oportet; vnde Seneca in Prouerbijs: Deliberandum est diu quicquid statuendum est semel. Et Salustius: Priusquam incipias, consulito: & vbi consulueris, maturè facto opus est.*
  - Non *esse turpe mutare aliquando consilium. Malum consilium, quod mutari non potest. Gellius lib.18.*

A. A quo capiendum consilium.
- A senioribus, non pueris, aut adolescentibus, à viris, non à fœminis: consilium enim mulieris est inualidum, pueri imperfectum.
- A doctioribus. Duo autem sunt consiliarij insipientes, Delectatio & tristitia. Hæc enim multos præcipitant.
- Ab amicis fidelibus ac beneuolis, non extraneis, aut inimicis.
- A probis. Quis enim vtilem alienæ causæ iudicet, quem videt inutilem esse suæ? Quomodo ille dat tibi consilium, qui non dat sibi? Quis in aqua turbida potum petat?
- Ab eo, qui non tua, sed te diligat.

De Bello.

LOCI sex.

An liceat militare, seu bellare Christiano. Licet enim, si à Principe indicetur bellum, idq; pro defensione populi, ac legum diuinarum. Nam cùm bellum publica quædam vindicta ac defensio sit, illud licitum esse, nullus est, qui negare possit. Id quod Sacræ etiam historiæ ac Sanctorum exempla testantur.

Quid sit. Est enim bellum publica vindicta, seu legitima defensio, qua edicto Magistratus arma contra hostes mouentur.

Quotuplex: aliud enim
- Iustum, quod ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propulsandorum hominum causa, lege caus. 23. q. 2. can. Iustum. Cicero in lib. Offic. Nullum bellum est iustum, nisi aut prò rebus petitis geratur, aut antè denunciatum sit, & indictum. Ambrosius de Officijs lib. 1. & habetur caus. 23. q. 3. can. Fortitudo: Fortitudo quæ bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena iustitia est. Porrò in bello iusta culpantur, nimia nocendi cupiditas, vlciscendi cupiditas, implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, prædæ cupiditas. De quibus lege caus. 23. q. 1. can. Quid culpatur. Item, Militare. Damnatur & præsumtio. Qui enim præsumit de viribus suis antequam pugnet, ipse prosternitur. Augustinus de verbis Apostoli: O homo, idei non vicisti, quia de tuo præsumsisti.
- Iniustum, quod quinq; modis fit:
  - Ratione personæ, quæ bello minus apta sit, cuius alia sit vocatio, vt Ministri verbi.
  - Ratione rei, vt si non est de repetendis rebus, aut pro defensione patriæ.
  - Ratione causæ, vt cùm non propter necessitatẽ pugnatur.
  - Ex animo: vt si fiat animo tantum vlciscendi.
  - Si non sit indictum autoritate Principis.

  } De his lege caus. 23. q. 2. in gloss.

Quæ causæ.
- Efficiens est Magistratus.
- Finis, vt—
  - Pax quæratur.
  - Homines in pace Deum agnoscant, ac glorificent.
  - Mali coerceantur. Infirmi defendantur.

Quænam requirantur ad felicem belli successum.
- Pœnitẽtia
  - Principis,
  - Populi,
  - Militum.

  } De his 2. Paralip. 20. a. 6. vnde sequens tabula exstructa.
- Oratio,
- Exhortatio ad fidem, primùm per verbi Ministros, deinde Magistratum.
- Fides, seu credere Prophetis.
- Celebratio Dei.
- Consilium. Consilijs reguntur bella, Prouerb. 20. Cic. lib. 1. Offic. Parua sunt arma fori, nisi sit consilium domi.
- Consensus.
- Causa iusta belli. Si. n. bona fuerit causa pugnantis, pugnæ exitus malus esse non potest.
- Milites strenui: videlicet si sunt
  - Exercitati, Robusti,
  - Animosi, Delitiarum ignari,
  - Paruo contenti, Solis ac laboris patientes.
  - Vmbræ negligentes.
  - Modesti, Vigiles.

Quæ in belli duce requirantur.
- Sciẽtia rei militaris, in qua hæc sunt præcipua, vt
  - Hostem fame magis quàm ferro vrgeat.
  - Ex occulto hostes semper attentet.
  - Inter hostes discordiarum procuret causas.
  - Bene aciem ordinet. Hìc tria prospicere debet, Solem, puluerem, ventum: hæc enim ne contraria sint, vitari debent.
  - Non expectet, dum hostium copiæ augeantur.
  - Non noctu, sed die militet.
  - Sciat exhortari suos.
- Virtus, Felicitas,
- Autoritas, quam res aduersæ minuunt.
- Liberalitas, vt præmijs suos excusitet.

Qua

Quæ requirantur ad felicem belli successum, ex 2. Paralip. 20.

REQVIRVNTVR ad felicem belli euentum,
- Pœnitentia *Regis, Populi, Militum.*
- Oratio *sobria, vt hic Iosaphat orat: cuius orationis partes sunt,*
  - Testatur *Deum misericordem, & omnipotentem esse: quæ omnipotentia expulerit Gentes fortissimas ex terra Chanaan, & dederit eam filijs Israel.*
  - De *pietate populi Israelis disserit, & impietate hostium.*
  - Quid *petat, exponit.*
  - Confert *hostium multitudinem paucitati populi sui, vt bellum hoc non hominis, sed Dei esse significetur.*
- Exhortatio *ad fidem, primùm per Prophetas, deinde Magistratum.*
- Fides, *vel credere Prophetis.*
- Canticum, *seu laus, seu celebratio Dei.*
- Consilium, Milites *strenui.*
- Gratiarum *actio post victoriam.*

Tabula de Monarchiis, quæ ad expositionem historiarum sacrarum, ac profanarum mirè conuenit.

MONARCHIAE quatuor.

Chaldaica, *vel Babylonica, vel Assyriaca, vel Medorum. Huius Monarchiæ Principes clariores fuêre,*

Nimrod, *post annos circiter centum à diluuio. Hic Babylonicus fuit, & mansit Imperium penes posteritatem illius ducentis ferè annis.*

Hi Assyrij fuerunt.

Ninus, *qui & Niniuem & Babylonem tenuit.*
Semiramis, *vxor Nini, habitu virili vsa, ne propter muliebrem sexum in Imperio contemneretur.*
Ninias *filius Nini: hic in otio vixit.*
Amrophel, *de quo Genes. 14 b. 9. id est, Dicens euersionem.*
Phul-Belochus, *id est, Euersor vastans, & regnauit annos 48.*
Phul-Assar, *id est, Euersor Assyrius, qui 4. Reg. 15. c. 19. Tiglat-Philassar nominatur: regnauit annos 23.*
Salman-Assar, *id est, Pacificus Assyrius: regnauit annos 10. De hoc vide Hoseæ 10. c. 14.*
Senna-cherib, *filius Salman-Assaris, id est, biceps gladius: regnauit annos 7.*
Assar-Haddon, *id est, Assyrius acutus, successit patri interfecto.*

Scribit *Herodotus, tenuisse hanc Monarchiam Assyrios annos 500. Postea multo tempore nullũ certum ac firmum Imperium extitisse, sed suo proprio Regno Medos vsos. Similiter & Chaldæos apud Babylonem, Assyrios apud Niniuitas suum habuisse Imperium, & inter Reges modò hunc, modò illum potentem, fuisse superiorem. Medi tandem potentiores facti, ad se Monarchiam retulerũt. Capta enim Babylone, tandem ad Persas Monarchia translata est. Obserua hîc, non omnia Regum Assyriorum nomina recenseri, sed eorũ duntaxat, quorum res gestæ in historijs celebrantur. Vniuersum Regnũ Iudæorum sub hoc tempore primæ Monarchiæ comprehensum est: Vnde constat vetustissimum populum Iudæos esse.*

Hi Babylonij fuerunt.

Merodach, *id est, amara contritio: regnauit annos 40. Huius & Esaias cap. 39. a. 1. mentionem facit.*
Ben-Merodach, *id est, Filius Merodach, regnauit annos 21.*
Nebuchadn-Assar *primus, id est, Iudex-Assyrius, Amos 35. de hoc 4. Reg. 24. a. 1.*
Nebuchadn-Assar *magnus, regnauit annos 43. Hic transtulit Iudæos in Chaldæam, vbi exulârunt annos 70.*
Euil-Merodach, *id est, Insipiens-Merodach, vel Iunior: regnauit annos 30.*
Bal-sasar, *id est, Dominus exercitus: regnauit cum fratribus annos 40.*

Hi Medi fuerunt.

Astyages *Medus.*
Darius *Medus, de quo Dares. A Iosepho Cyaxares nominatus, cum quo Cyrus duos annos regnauit.*

¶ Lege de his alibi, & Homil. 132. Lauateri in Ezechielem.

¶ Primæ huius Monarchiæ tempus anni 1495. vel circiter.

Persica, Græcorum, Romana, *&c. Vide literam A.*

A. Monarchia Romana, quæ cœpit annis 47. ante natũ Christum. Huius Cæsares

- Iulius,
- Augustus,
- Tyberius,
- Caius *Caligula*,
- Claudius *Nero*,
- Vespasianus,
- Titus,
- Domitianus,
- Nerua,
- Traianus,
- Adrianus,
- Antonius *Pius*,
- Marcus *Antonius*,
- Commodus,
- Elius *Pertinax*,
- Dydius *Iulianus*,
- Seuerus,
- Antonius *Bassianus*,
- Macrinus,
- Varius *Heliogabalus*,
- Alexander *Seuerus*,
- Maximinus,
- Gordianus,
- Philippus,
- Decius,
- Vibius *Gallus*,
- Valerianus,
- Galienus,
- Flauius *Claudius*,
- Aurelianus,
- Tacitus *Probus*,
- Charus,
- Diocletianus,
- Constantius,
- Constantinus,
- Iulianus *Apostata*,
- Iouinianus,
- Valentinianus,
- Valens,
- Gratianus,
- Theodosius,
- Arcadius,
- Theodosius *iunior*,
- Valentinianus II.
- Leo I. Zeno,
- Anastasius,
- Iustinus,
- Iustinianus,
- Iustinus II.
- Tyberius II.
- Mauricius, Phocas,
- Heraclius,
- Constantinus *Heraclij filius*,
- Heracleonos *Heraclij filius*,
- Constans *Constantini filius*,
- Constantinus *Constantis filius*,
- Iustinianus *Constantini filius*,
- Philippus *Bardesanes*,
- Anastasius,
- Theodosius,
- Leo III.
- Constantinus *Leonis* III. *filius*,
- Leo IIII.
- Constantinus *Leonis* IIII. *filius*,

Post hunc translatum est Imperium ad Germanos.

Græcorum *Monarchia, quæ duravit annis ferè ducentis & sex. Triginta huius Principes diuisi post mortem Alexandri, sicut & Monarchia in quatuor præcipua Regna diuisa, Vt*

Ægypti, *cuius Principes*

- Ptolomeus *Lagi filius*.
- Ptolomeus *Phaladelphus*.
- Ptolomeus *Euergetes*.
- Ptolomeus *Philopater*.
- Ptolomeus *Epiphanes*.
- Ptolomeus *Philometor*.
- Ptolomeus *Euergetes*.
- Ptolomeus *Phiscus*.
- Ptolomeus *Alexander*.
- Ptolomeus *Laturus*.
- Ptolomeus *Auletes*.
- Ptolomeus *Dionysius*.
- Cleopatra *Antonij*.

Syriæ, *cuius Principes*

- Seleucus.
- Antiochus *Soter, & regnauit annos* 19.
- Antiochus *Theos regnauit annos* 15.
- Seleucus *Callinicus*.
- Antiochus *Magnus*.
- Seleucus *Philopator*. } Antiochi *Magni filij*.
- Antiochus *Epiphanes*. }
- Demetrius.
- Demetrius *Nicanor*. } Demetrij *filij*.
- Antiochus *Sedetes*. }
- Antiochus *Gryphus, filius Demetrij Nicanoris*.
- Antiochus *Cyzicenus, Sedetis filius*.

Asiæ *minoris, quæ cessit Antigono*.

Macedoniæ, *quæ Cassandro cessit, & post mortẽ Cassandri cessit Antigono. Hi igitur Reges fuerunt,*

- Cassander,
- Antigonus II.
- Demetrius II.
- Philippus,
- Perseus *captus à Romanis*.

Persicæ, *cuius hi Reges fuêre,*

- Cyrus, *qui regnauit annos* 29.
- Cambyses, *qui & Xerxes dictus, regnauit annos* 7. *menses* 5.
- Darius *filius Hystaspis, vel Artaxerxes Asuerus regnauit annos* 36.
- Xerxes *annos* 20.
- Darius *Artaxerxes Longimanus regnauit annos* 40.
- Darius *Nothus regnauit annos* 19.
- Artaxerxes *Mnemon annos* 40.
- Ochus *regnauit annos* 26. *Hic & Artaxerxes dictus*.
- Arsamus *annos* 48.
- Darius *Vltimus, annos* 6.

Numerantur *& in hac Monarchia Persarum anni* 191. *quanquam à Græcis maiorum numerus recensetur.*

De Cæ-

De cauſis, cur Deus Regna deſolari ſinat, ex totô capite Hoſeæ 4.

- Loci tres.
  - Præfatio, *in qua*
    - Verbum *Domini ſe afferre dicit, vt nemo dubitet, quin certò futura ſint, quæ minatur.*
    - Affirmat *Dominum habere litem contra populum. Hic diſcas:*
      - Quàm *graue ſit in eo iudicio conſiſtere, in quo à Domino quiſpiam accuſatur.*
      - Quomodo *litigat Dominus. Non enim de cœlo tonat, nec mittit Angelos nuncios iræ, ſed pauperes, contemtos, & nihili homines mittit, quos mundus tanquã περιψήματα contemnit, & abominatur. Per hos litigat Dominus.*
      - Contra *quos: videlicet contra habitatores terræ.*
  - Cauſæ *deſolationis terræ. Quòd*
    - Virtutes, *quas Dominus requirat, nõ ſunt in populo: videlicet*
      - Veritas, *quia omnis caro deuiauit à via iuſtitiæ.*
      - Beneficentia, *vel miſericordia, quæ omninò neglecta eſt.*
      - Scientia *Dei, quia non ſunt verè docti à Domino.*
    - Peccata *capitalia cumulatim regnent in quolibet hominum ſtatu. Sunt autem peccata alia*
      - Populi, *vt ſunt,*
        - Execratio, *ſeu periurium.*
        - Mendacium.
        - Homicidium, *idq; frequens, vt homicidium homicidio ſubſequatur.*
        - Furtum.
        - Adulterium.
        - Contemtus *verbi: vel, non habere ſcientiam.*
        - Ebrietas.
        - Idolatria: *Populus, inquit, meus lignum ſuum rogauit, &c.*
      - Sacerdotum,
        - Quòd *verbum abiecerint.*
        - Quòd *Sacerdotes honore, dignitate, & varijs bonis diuinitùs aucti, hiſce donis ad auaritiam & alia peccata abuſi ſint.*
        - Quòd *adulando aſſenſerunt peccatis populi, & non reprehenderunt ea, quia inde ſenſerunt commodum non minimum ex cultu idolorum. Ideò peccata populi comedere dicuntur.*
        - Quòd *Sacerdotes nihil vel doctrina, vel moribus à populo rudi differant.*
        - Fornicatio *corporalis & ſpiritualis.*
      - Princ.pũ,
        - Quòd *reprehendi à Sacerdotibus nolunt, imò vt populus, ita & Principes litigant cum Sacerdotibus.*
        - Crapula & vomitus.
        - Fornicatio *corporalis & ſpiritualis.*
        - Quòd *ſint omnis impuritatis & impietatis patroni.*
        - Quòd *diligunt dicere, Afferte, ſcilicet Principi dona: Quæ magna eſt Principum ignominia.*
  - De *pœnis peccatorũ*
    - Populi.
      - Luctus *acerbiſſimus.*
      - Diſſipatio *omnium.*
      - Penuria
        - Ferarum,
        - Volucrum,
        - Piſcium.
      - Fames.
      - Sterilitas: *Deus enim priuauit eos etiam filijs ſuis: quia non digni erant, quibus eſſet ſoboles, propter fornicationem.*
      - Quòd *erret ſicut agnus in vaſto loco: id eſt, inter Gentes ſit ſine verbo.*
    - Sacerdotum.
      - Abiectio *diuina, & reprobatio.*
      - Remotio *Sacerdotum, ac filiorum eorum à Miniſterio. Qui enim neſcit Legem Dei, non poteſt eſſe Dei Sacerdos.*
      - Ignominia: *gloria enim eorum in ignominiam mutatur.*
      - Quòd *Deus eos iuxta vias ſuas viſitet.*
    - Principum.
      - Ignominia.
      - Quòd *votis fruſtrabuntur, vt qui ventum veſte concludere conatur:*
      - Confuſio *in ſacrificijs.*

De Iudicio forensi legitimo.

TABVLA I.

- **Loci sex.**
  - Iudicandi *officium* cur datum sit hominibus à Deo. Vt
    - Succurratur *innocentiæ, & opprimantur improborum conatus. Quòd fieri non potest, si studium vel gratificandi, vel auaritiæ accesserit. De quo Exodi capite 23.a.8. Deuter.16.c.19.*
    - Singulorum *dicta & facta iusta lance trutinentur, & quod rectum est, decernatur.*
  - Cur *iudicandi munus multis sit commissum. Ne videlicet sub vnius vel libidine, vel ignorantia subditorum innoxiorum salus periclitaretur. Quare nec Moses, cùm Iudices constitueret in populo, vni tantùm, sed pluribus iudicandi munus commendauit. Audiantur ergo omnes Iudices, nec quisquam Iudicum ægrè ferat, si sententiam suam viderit non obtinere, sed aliud, quàm ipse decreuerit, statui. Possibile quoq; est, vt vnus Iudex fallatur, & quia duo acutius vident vno solo, institutum est, vt plures ad iudicandum conueniant, quorum omnium idem debeat esse propositum, vt quæ recta sunt, decernant. Propterea Dauid Psal.58. a.1. vocat Iudices Cœtum, Congregationem, Concilium, aut Senatum, cui dat munus iustitiam loquendi, & quod rectum est, iudicandi.*
  - Iudicia *qualia esse debeant. Videlicet vt sint vera, & per omnia iusta. Reijcienda hîc omnis falsitas, & iniquitas. Quare nemo minus aptus est ad iudicandum, quàm hi, qui vel per ignorantiam, cognitionem rerum, de quibus iudicandum est, non habent, vt verè, ac rectè iudicare non possint, vel cognitam veritatem fraude & iniquitate pessundant, & data opera iniustè iudicant.*
  - Quales viros exigat *officium iudicandi. Qui scilicet sint amantes iustitiæ, malum verè oderint, ac sine omni personarum acceptione puniant. Olim magna erat apud quosdam iudicandi seueritas, vt nudæ causæ absq; personarum ac partium cognitione proponerentur. Alicubi solenne erat, vt Iudices velo essent obtecti, ne ad conspectum quidem admissis, vel reis, vel actoribus. Huc pertinet & pictura illa veterum, qua solebant tam quã iustitiæ & æquitatis symbolum, prætorijs & tribunalibus, mulierculam dextera gladium, læua libram tenentem appingere, vt admonerent eam demum esse iustitiam, quæ absq; omni personarum respectu æqua lance & diuitum & pauperũ causas expendit, quemadmodum libra nihil discernit inter plumbum & aurum, sed suum cuiq; pondus assignat, & iusto iudicio sontes plectit, insontes defendit. Huc etiam illud pertinet, quòd veteres olim coram Aris iudicabant, quo significare volebant, iudicium religiosum esse debere. Sed quid nunc fit? Pressa est paupertas, opulentia splendida regnat: Diues vbiq; valet, pauper vbiq; iacet.*
  - Cur *nõ debeant personæ suscipi in iudicio.*
    - Hac *ratione contra Deum delinquitur, qui id prohibuit. Vide 2. Paralip.19.c.7.*
    - Iniquitatem *parit hoc vitium, & sapientum oculos excæcat, Deuter.16.c.19. Excæcantur autem oculi Iudicum vel malitia, vel superbia, vel muneribus, vel studio gratificandi, vel dedignatione, vt æquitatem in causis innocentum non videant.*
    - Maledictionem & vltionem diuinam accersit, *Proverb.24.d.23.*
  - Quod *sit propriũ iusti Iudicis.*
    - Vt *improborum malitiæ, qua insontes opprimuntur, irascatur.*
    - Ne *modum vindictæ excedat, & iræ coniungat iudicium.*
    - Vt *seruet iustos, de iniustis sumat supplicium.*

De Iudicio legali.

TABVLA II.


- **Loci quinque.**
  - Quid *sit. Iudicium est executio iustitiæ per Iudicem.*
  - Quotuplex. *Aliud enim.*
    - Iustum, *quod cum Dei timore fit, & diligentia, vbi ad pronunciandum nullo odio, nulla offensione, nulla leuitate ducitur Iudex, qui sicut audit, ita iudicat: nihil præparatum & meditatam de domo defert.*
    - Iniustum: *vbi est iniquitas, personarum acceptio, ira, cupiditas munerum: vbi causa pupillorum, orphanorum & viduarum non rectè iudicantur.*
  - Quæ *causæ*
    - Iusti *iudicij.*
      - Timor *Dei.* Amor *veritatis.*
      - Defensio *iustitiæ.*
      - Misericordia,
      - Leges *iustæ, iuxta quas Iudex pronunciare debet.*
      - Causarum *merita.*
    - Iniusti *iudicij.*
      - Fauor, Munus,
      - Præsumtio,
      - Præcipitatio, *&c.*
  - Qui *effectus*
    - Iusti *iudicij.*
      - Fauor *Dei,*
      - Gloria,
      - Benedictio *Domini.*
    - Iniusti *iudicij.*
      - Ira *Dei,*
      - Pœnæ *multiplices,*
      - Iudicium *Dei horrendum.*
  - Quot *modis iudicium peruertatur, &c. Vide literam A.*

A. Quot

A. Quot modis peruertatur Iudicium.

- Timore, *dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertinescimus.*
- Cupiditate, *cùm præmio muneris alicuius corrumpimur.*
- Odio, *cùm contra aduersarium molimur.*
- Amore, *cùm amico vel propinquo placere contendimus.*
- Perturbatione *aliqua mentis, vt ira, dolore, lætitia, spe.*
- Imperitia, *vel errore.*
- Tyrannide.
- Præcipitatione, *cùm indiscussa temerè iudicamus.*
- Non *audita altera parte. Qui enim aliquid statuit, parte inaudita altera, æquum licet statuerit, haud æquus est.*
- Cùm *supplicium ante quàm iudicium interponitur.*
- Cùm *sine legibus aut norma aliqua, aut præscripto de causa pronunciatur.*
- Dum *non discutiuntur merita causarum.*

De diuisione Iuris in genere.



REGVLA IVRIS:

Quod multipliciter exponitur, eius veritas ignoratur.

VERSVS:

Decretum statuit, Decretalisq; reponit.

Appendix continens Canones de Conciliis.

CONCILIORVM *autoritas à verbo Dei dependet.*

Scriptura *non dat maiorem autoritatem Concilio generali, quàm duobus aut tribus in nomine Christi congregatis.*

Congregatio *aliqua, seu Concilium non audit à Patre, quæ Pater Filio non dixerit.*

Non *agnoscimus vllam Ecclesiam, quæ leges condere consueuit contra Christum: præsertim cùm Christus & eius Apostoli toties nos præmonuerint ne venturis falsis Doctoribus credamus.*

Concilia *non contemnimus, sed sub non supra Deum locamus, ac nemini damus potestatem contra Scripturas, nec recipimus, qui venit in nomine suo proprio.*

Canonica *Scriptura nulli cedit.*

Non *contemnit ille Patres, qui Patrem omnium glorificare tenetur.*

Non *displicuit Spiritui Sancto, quæ Christus docuit, nec retractat verbum suum Spiritus Sanctus.*

Error *est si quid contra Scripturam decernitur in Conciliis. Non enim vnius hominum attendendum est, sed doctrinæ Spiritus Sancti.*

Concilium *non est oculatius Spiritu Sancto Scripturarum autore.*

Multi *Spiritum Sanctum iactant, sed quia propria loquuntur, falsò illum prætendunt. Quare si quid præter Euangelium sub titulo Spiritus Sancti obtrudatur nobis, ne credamus. Quia sicut Christus Legis & Prophetarum impletio est, ita Spiritus Euangelij. Vide Esaiæ 30. a. 1.*

Christus *copulat Spiritum Sanctum, & Euangelium, nec vllis promittit Spiritum Sanctum, nisi qui docent, audiunt, & amplectuntur Euangelium. Vide Ioan. 14. d. 16.*


Vt *Christus in medio Doctorum sedebat, Luc. 2. c. 46. Ita nunc in Concilijs Doctorum adesse ac præesse debet.*
Scriptura *diuinitùs inspirata est, ac instinctu Spiritus Sancti. A Scriptura ergo non separatur.*
Non *possunt illi in nomine Christi colligi, quos constat à Christo & eius Euangelio separatos esse.*
Non *omnia per Pontifices summos, imò per Ecclesiam approbata, de fide esse censentur.*
Non *est nostrum determinare quippiam, sed determinata cognoscere, & inquirere.*
Præfecto *Principis nihil vltra Domini præscriptum agere, aut exigere licet: quantò minus serui Christi ad Legem & Euangelium addere propria temeritate, sine iussu Christi, debent? vbi non de censibus colligendis, sed de saluandis, aut perdendis agitur animabus, re omnium maxima.*
Turpe *est Iurisconsulto, qui de rebus externis duntaxat disponit, sine lege loqui: quantò turpiùs Doctores in rebus salutis sine Lege Dei loqui?*
Vnus *est Magister noster Christus, ad huius doctrinam verissimam, purissimam, infallibilemque exigenda omnia omnium dicta, vt ad Lydium lapidem.*
Non *est pijs vllo modo vel Concilijs, vel hominum suffragijs opus, ad confirmandas eorum conscientias, stabiliendamq; doctrinam, quam se diuinitùs accepisse certò sciunt. Sed tamen Concilium amant, & poscunt, vt eorum doctrina quàm vera, quàm pia, quàm sancta sit, appareat, ne remedia dissidiorum veteribus vsitata refugisse videantur: & vt infirmis conscientijs consulant: & vt in arenam protracti liberam & æquam, aduersarij non ferro & igne decertent, sed Scripturarum testimonijs.*

De Iustitia.

QVOTVPLEX sit iustitia.


- Vniuersalis. *Hîc disce:*
  - Quę *causæ.*
    - Quid *sit. Est enim obedientia erga omnes leges in societate politica, quæ honestis legibus regitur. Hæc primùm debet esse in Magistratibus, vt iuxta leges honestas regant mores subditorum: deinde in subditis, vt iuxta omnes leges obtemperent.*
    - Efficientes *principales.*
      - Mens *rectè iudicans, seu leges naturæ diuinitùs menti insitæ.*
      - Voluntas *liberè & constanter obediens legibus naturæ, imperans externis membis, vt cõgruant cum norma legum naturæ.*
      - Præcepta *legum scriptarum, & doctrina, quæ illustrat leges naturæ.*
      - Naturalis *inclinatio bona.*
      - Disciplina, *seu assuefactio.*
    - Materialis.
      - In *qua, voluntas humana, cor, & externa membra.*
      - Circa *quam, omnium virtutum obiecta.*
    - Finalis.
      - Vt *Deo obtemperetur.*
      - Vt *hæc ciuilis societas conseruetur.*
      - Vt *pœnæ & calamitates vitentur.*
      - Præmia, Tranquillitas *conscientiæ.*
      - Gubernatio *diuina.*
  - Quæ *pugnantia.*
    - Tyrannis *& iniustitia Gubernatorũ, peccata omissionis affectata in gubernatione, defensione bonorum, & pœnis scelerum.*
    - Contumacia *subditorum.*
    - Seditio.
- Particularis, *quæ est duplex.*
  - Discernit *gradus personarum & officiorum in vita, & seruat conuenientiam personarũ & officiorum, idoneis aptas functiones, & singulis conuenientem locum & honorem attribuit.*
  - Distributiua, *& est duplex. Quæ*
    - Pœnas *distribuit: huius*
      - Causæ *impulsiuæ & finales.*
        - Mandatum *Dei: quia vult Deus in pœnis conspici discrimen virtutum & vitiorum.*
        - Iustitia *Dei, cuius norma æterna est iustos conseruare, & iniustos delere.*
        - Vt *hæ pœnæ breues sint commonefactiones de æternis pœnis.*
        - Vt *vocent homines ad pœnitentiam.*
        - Vt *politica societas conseruetur.*
        - Vt *& cæteri peccare desinant.*
        - Ne *malis exemplis sceleratorũ alij saniores deprauentur.*
      - Pugnãtia.
        - Crudelitas,
        - Indulgentia, *non puniens & augens licentiam scelerum.*
        - Inæqualitas, *cùm alij eadem de causa plectuntur, & alij ne appellantur quidem.*
  - Commutatiua, *quæ, &c. Vide literam A.*

A. Commu-



De Humilitate.

TABVLA I.



TABVLA II.

- **Loci duo.**
  - **Quotuplex. Adlia est**
    - **Corporis**, *de qua Philip. 3. quam in corporibus nostris hîc circumferimus. Et est duplex:*
      - Communis, *quæ est omnium hominum in genere, quòd corpora nostra sunt terrea, puluis è terra, infirma, fragilia, fami, siti, frigori, æstui, fatigationi, omnis generis morbis, ac defectibus, morti quoq; ac corruptioni obnoxia. Huc pertinent humilitas rei domesticæ, humilitas generis, humilitas fortunæ, humilitas conditionis.*
      - Specialis, *Christianorum est, quòd corpora nostra carceribus includuntur, vinculis constringuntur, torquentur, cæduntur, fame, siti, algore, gladio, laqueo, igne & aquis necantur, ad bestias proijciuntur, & nonnunquam in cineres soluta, in aquas asperguntur. Magna certè humilitas, magna abiectio, magna vilitas est, quæ corporibus nostris infertur, vt non sit præter rationem, quòd ab Apostolo, Philip. 3. d. 25. Corpora humilitatis nostræ vocantur. Verùm bene habet, quòd omnis illa humilitas transmutabitur. Vtrumque illius genus ipse Seruator noster in se suscepit, & in seipso in cœlestem gloriam mutauit, idem facturus & in membris suis.*
    - **Animi, & est triplex:**
      - **Ficta, vbi discedit:**
        - Quid *sit. Est enim qua submissio animi externis gestibus, verbis, vestitu, & incessu simulatur, cùm in corde sint omnia diuersa. Et est hæc humilitas hypocritarum, Pharisæorum, & Monachorum, præsertim Minorum, & eius, qui se Seruum Seruorũ Dei vocat, vt habeatur pro Domino Dominantium.*
        - *Quæ sint huius speciei Humilitas*
          - Conuersationis,
          - Verborum,
          - Vestium,
          - Incessus,
          - Gestuum.
      - **Præposterа, vbi discedit:**
        - Quid *sit. Quæ etsi non sit ficta, sed vera, præposterа tamen est: qua videlicet homo in eo se humiliat, ac deijcit, in quo erectus magis, quàm deiectus esse debebat. Exempli gratiâ: Vbi promissionibus gratiæ Dei ad fiduciam erga illum animo concipiendam erigimur, ibi caro indignitatem, ac vtilitatem suam considerans, conuenire sibi magis putat, vt animo sit abiecto, quàm erecto, ac firmo. Idcoq; non Deum, sed nescio quos intercessores inuocãt. Hæc illa est humilitas, quam docent Doctores dubitationis. Hæc humilitas vera quidem est, sed præposterа. Vera, quia qui sic animati sunt, non fingunt aliud forũ, quàm quod habent reuera in corde, sic reuera sentiunt esse se indignos, qui per se Deum in Christo inuocent, eò quòd sint peccatores & immundi. Præposterа verò propterea dicitur, quòd per illam ab inuocatione gratiæ Dei impediuntur, quam illa à nobis vicè requirit.*
        - *An sit virtus. Imò vitium est detestabile. Quia*
          - Virtutem vertit in vitium, & interim speciem virtutis fallit.
          - Fiduciam *gloriæ Dei, quæ nobis per Euangelium in Christo prædicatur, extinguit.*
          - Gloriã *philanthropiæ, ac misericordiæ Dei obscurat, illamque transfert ad creaturas, quasi illæ misericordiores sint, quàm Deus.*
          - Abducit à *vero cultu Dei ad culturam Angelorum, ac Sanctorum, quam ipsi Angeli, ac Sancti ferre non possunt.*
          - Dignitatem *filiorum Dei concessam nobis in Christo infra Angelos ministratorios Spiritus deijcit, cùm illorum naturam non assumserit Filius Dei: assumserit verò nostrã.*
      - Vera & legitima, *qua animi non modò in conspectu Dei, sed & coram hominibus humiliantur, & interim neque à fiducia misericordiæ, ac gratiæ Dei, neque ab officio suo, quo quisque proximo suo vel præpositus, vel aliàs obstrictus est, discedit.*
  - **Qui *effectus humilitatis piorum.***
    - Oculos *aperit ad cognoscendum iudicium Domini.*
    - Os *aperit ad laudem Dei, & gratiarum actionem.*
    - Hominem *gratum Deo efficit, 1. Pet. 5.*
    - Extollit *hominem, sicut superbia deijcit.*

De Pa-

De Patientia.

TABVLA I.

- Quid *sit*. *Patientia est obedire Deo in tolerandis aduersis: ita, vt non faciamus aliquid contra mandata Dei, nec Deo irascamur: sed fide agnoscamus eum nobis propitium esse, & expectemus auxilium, mitigationem, vel liberationem, & hac fide & spe dolorem leniamus.*
- Quotuplex.
  - Christiana, *cuius definitio recitata est.*
  - Philosophica, *quæ est vtcunque obedire rationi in ferendis aduersis: ita, vt nihil contra iustitiam, constantiam, modestiam, aut alias virtutes facias.*
- Loci quatuor.
- Quę causa
  - Efficientes.
    - Spiritus *Sanctus.*
    - Verbum *Dei, quod præcipit patientiam, & promittit auxilium Dei & liberationem, & docet non casu affligi pios.*
  - Impulsiuæ.
    - Mandatum *Dei.*
    - Necessitas *obediendi Deo.*
    - Promissiones *benevolentiæ, præsentiæ, auxilij, mitigationis & liberationis.*
    - Exempla *Filij Dei, Abelis, Esaiæ, Ieremiæ, &c.*
    - Dignitas *fidei & confessionis, quæ nequaquam abijcienda est, propter ærumnas.*
    - Vtilitates *multiplices, quas nobis ærumnæ adferunt.*
  - Materialis, *circa quam sunt calamitates, seu ærumnæ, quæ vocationem comitantur.*
  - Finalis, vt—
    - Timor *Dei, fides, inuocatio, humilitas, & cæteræ virtutes in nobis crescant.*
    - Peccatum *in nobis per crucem mortificetur.*
    - Amplissima *præmia patientiæ pij consequantur.*
    - Patientia *vincamus hostes.*
- Quę pugnãtia.
  - Impatientia *irascens Deo in ærumnis.*
  - Hypocritica *tolerantia cruciatuum sponte accersitorum, vt in Flagelliferis, &c.*

TABVLA II.

- Quæ partes patientiæ.
  - Mansuetudo *inirritabilis.*
  - Expectatio *diuini auxilij.*
  - Permansio *in iusto & bono.*
  - Virtus *quæuis aduersa perpetiendi.*
- Quotuplex. Alia
  - Vera, *cuius causa iusta est, & finis vtilis & necessarius: & hæc duplex est, Animi & corporis.*
  - Falsa, *cuius causa non est.*
- Loci tres.
- Quousque *sit seruanda patientia. Hic distinctione opus est.*
  - Malum, *quod infertur, vel pœna est, vel peccatum. Si peccatum est, vt constituat nos culpabiles, hoc malum non est patienter ferendum, vt si tyrannus cogat, vt prodam fidem meam. Secùs in malo pœnæ.*
  - Refert *scire cuinam malum inferatur. Primò, Si Deo, non est id patienter ferendum, vt si quis verbum Dei blasphemet. Secundò, Si proximi nostri vel vitæ, vel fortunæ, vel honori aliquid nocumenti ab improbis infertur, charitas poscit, vt si opere non possumus, verbis saltem q̃ nobis id displiceat, ostendamus. Tertiò, Si malum infertur his, q̃ fidei aut curæ nostræ subiecti sunt, vt si vitium vxori inferatur, aut filiæ, &c. hîc patientia laudanda non est. Quartò, Si nobis ipsis infertur malum, hîc patientia opus est.*
  - Refert *scire, an priuati simus, an in officio constituti. Quæ nobis priuatis inferuntur aduersa, patienter ferenda sunt. Secùs verò faciendum est illis, qui officio Magistratus funguntur. Illis enim ferendum non est, vt alius alium lædat, & iniurijs afficiat. Parentibus item non conuenit, vt mala liberorum patienter ferant, tolerentq̃, si alius alium iniurijs afficiat.*

De Iuramento.

TABVLA I.

Loci quinque.

- Quid *sit. Est enim, quò teste Deo, citato illius nomine, vel testamur de veritate aliqua, vel quòd imponi*
  tur, seruaturos nos esse sanctè promittimus.
- Quæ *sit ratio institutionis Iuramenti. Quia Deo fides & veritas plurimùm placent: contrà, fraus, perfi*
  dia, & mendacium, vehementer displicent: publico omnium vsu obtinuit, vt ad faciendam fidem earum
  rerum, quarum veritatem alio pacto ratam reddere non possumus, Dei veri nomen, testificationis gratiâ
  vsurpemus, illumq; vindicem constituamus, si vel falsi aliquid iurauerimus, vel promissa non præstite
  rimus. De quo persuasum est omnibus, quòd nominis sui abusum inultum abire non sinat.
- An *vsus iura*
  menti licitus
  sit Christia
  nis. Licitũ es
  se, hæ rationes
  probant. Quia
  - Religione *Dei vsurpatur, & causam adfert illustrandi nominis Dei.*
  - Verum *iuramentum rebus humanis seruit, & dilectioni proximi, contentiones & dis*
    sidia tollit, veritatem confirmat, pacem restituit.
  - Verum *iuramentum à Deo præcipitur, Deut. 6. c. 13. Exodi 22. c. 11. Deut. 10. d. 20.*
  - Pientissimi *Patres in re seria iurârunt, vt Abraham, Genes. 21. d. 24. Isaac, Genes. 26.*
    d. 28. Iacob, Genes. 31. d. 53. Dauid, 1. Reg. 20. a. 3. & 24. d. 23.
  - Iuramentum *est pars quædam diuini cultus, Deuter. 6. c. 13. & 10. d. 20. Vbi non solùm*
    præcipitur à Deo iusiurandum, citato nomine Dei præstandum, sed & timori, adhæ
    sioni, ac cultui Dei adiungitur, quòd ista naturâ suâ cohærent, vnde facilè admone
    mur, iusiurandum pro vsurpatione nominis Dei præstitum, animi esse Deum timen
    tis & colentis, eiq; indiuulsè adhærentis.
  - Iuramentum *in fide Dei veritate & iudicio præstitum, insigne quoddam est noui Te*
    stamenti. Vide Esa. 45. d. 23. vbi de noui Testamenti tempore loquens, dicit: Mihi cur
    uabitur omne genu, & iurabit mihi omnis lingua: id est, omnes nationes Deum verum
    agnoscent, colent, adorabunt, & relictis Dijs falsis, per nomen illius iurabunt, atq; ita
    se ad illum conuersos declarabunt. Hic igitur iurare, pro conuerti ad Deum accipitur.
  - Et *Deus ipse, & Christus, & Apostoli iuramento vsi sunt.*
- De *abusu iura*
  menti. Hîc dis
  sce, quantum
  - Peccẽt, *qui iu*
    ramentũ exi
    gant. Peccant
    hi multiplici
    ter, quando
    - Iuramentum *imponunt leuibus & nullius fidei hominibus.*
    - In *re leuicula, & penè nullius momenti Iudex, vel suapte sponte, vel*
      ab actore impulsus iuramentum imponit, vbi aliys etiam rationibus
      veritas cognosci posset.
    - Iuramentum *imponitur in re impossibili, quam Iudex etiam præ*
      scit non fore præstandam, nec ob eam causam iuramentum posci,
      vt seruetur, sed vt consuetudo seruetur: vt, cùm votum castitatis
      sub iuramento exposcunt Episcopi.
  - Peccetur *à iu*
    rantibus. Pec
    cant hi vel in
    - Quotidia-
      no *sermo-*
      ne, quando
      - Iuratur *temerè, sine causa, etiamsi non falsò iu*
        retur.
      - Non *solùm leuiter, sed & falsò iuratur.*
      - Periurio *læditur proximus, vel in bonis, vel in fa*
        ma, vel in corpore, vel in anima.
    - Iudiciis: *Qui*
      - Ob *modicam pecuniam iurant.*
      - Scienter *falsò iurant: quod fit dupliciter, quando*
        - Asserunt *esse verum, quod sciunt esse falsum: vel falsum esse affir*
          mant, quod norunt esse verum.
        - Iurando *promittunt, quod præ*
          stare nõ cogitant, sed id tantùm
          agunt, vt se tricis, quibus tene
          tur, peierando eximant.
      - Quod *iurârunt, non præstant.*
      - Iurant *in re illicita, quod sine offensa Dei fieri non*
        potest.
      - Nomini *Dei coniungunt Sanctorum nomina.*
- Quando *sit*
  rumpendum
  iuramentum.
  Quando
  - Iuramentum *est illicitum, sic vt & iurando & seruando peccetur, vt quando iuratur,*
    quod est contra voluntatem Dei, vt si quis cultum alicui Sancto vouisset.
  - Iuramenti *seruandi gratiâ, causa peccati obijcitur, vt iuramentũ vinculum sit iniqui*
    tatis, non veritatis, vt votum castitatis. Tale erat Herodis iuramentum. Lege caus. 22.
    quæst. 4.
  - Iuramenti *gratiâ peccatur cõtra dilectionem proximi, & humanitatis leges: vt si quis*
    iurasset in necem proximi, vel nemini prorsus mutuum daturum, quòd non semel tam
    deceptus sit.
  - Iurant *hi, qui sui iuris non sunt, sed aliorum potestate subiecti. Vide Numer. 30.*
  - Res, *de qua iuratur, est impossibilis ei, qui iurat.*

TABVLA II.

- Loci quinque.
  - Quid *sit*. *Est enim inuocatio veri Dei, qua petimus, vt sit testis sermonis nostri, & puniat fallentes.*
  - Quę *partes*.
    - Inuocatio, *qua Deus citatur testis dictorum.*
    - Imprecatio, *qua nos fallentes, ipso teste, ad pœnam obligamus.*
  - Quæ *species*. *Est enim vel*
    - Impositum *à Magistratu, cui obedientia debetur.*
    - Susceptum, *cogente vocatione, vt vel nostram, vel aliorum famam & vitam tueamur.*
  - Quę *causæ*.
    - Efficiens. *Mens intelligens esse rem honestam, possibilem, necessariam, de qua vult dicere, & voluntas non coacta.*
    - Impulsiuæ.
      - Mandatum *Dei.*
      - Mandatum *Magistratus & Iudicis.*
      - Vocatio.
    - Materia, *circa quam sunt res honestæ, non prohibitæ lege Dei, & possibiles.*
    - Finalis, *vt*
      - Deo *debitus honos præstetur.*
      - Veritas *confirmetur.*
      - Innocentes *per calumniam circumuenti periculis liberentur.*
  - Quę *pugnãtia*.
    - Sophisticæ *& calumniosæ interpretationes iuramentorum.*
    - Impia *iuramenta, quibus promittuntur res inhonestæ, & à Deo prohibitæ.*
    - Periuria, *quibus tota vita plena est.*

TABVLA III.

- Loci quinque.
  - Quid *sit*. *Iuramentum enim est aliquid, teste Deo, dicere.*
  - Quotuplex. *Aliud enim est*
    - Licitum, *cùm in causa gloriæ nominis Dei, & vtilitatis proximi, per Deum iuramus.*
    - Illicitũ, *quod fit quatuor modis: de quo caus. 22. quæst. 4. Ex*
      - Persona *ejus, qui iurat. Cùm*
        - Puer *iurat.*
        - Quis *iurat ignorans rem esse iniustam, in qua iurat. De quo Eccles. 23. c. 13.*
        - Temerè *quis iurat, nihil discernens inter causam et causam, Eccles. 23. c. 14.*
      - Re: *si res, in qua iuratur, illicita sit.*
      - Causa: *vt si quis ad clamorem populi iuret.*
      - Modo: *vt si præter necessitatem, & per idola Gentium iuretur.*
  - Quę *causæ*.
    - Efficiens *est Deus.*
    - Forma. *alia autem est iurandi forma*
      - Veteris *Legis, quæ est hæc: Viuit Dominus, viuit anima mea. Hoc addat mihi Dominus, &c.*
      - Primitiuæ *Ecclesiæ: Testis est mihi Dominus, testis est mihi conscientia: hoc dico coram Deo.*
      - Præsentis *temporis: vt, Iuro per Deum: &, Sic me Deus adiuuet.*
    - Finis. *Institutum enim est iuramentum, propter infirmitatem hominum.*
  - Quando *iurandum. In necessitate.*
  - Quomodo. *Non per creaturas, sed per Deum verum.*

Canones de Iuramento.

HONOREM *veritatis non nisi diuino nomini dare debemus.*
Iuramentum *verum, non est iniquitatis vinculum.*
Iuramentum *suis vallatum est comitibus, Hierem. 4. veritate, vt cor & os consonent: iudicio, cum discretione & animo deliberato: iustitia, vt factum, quod iuratur, sit licitum & iustum.*
In *sermone communi more vulgi, iurare sine necessitate non licet.*
Iurandum *est in causa gloriæ nominis Dei, & vtilitatis proximi.*
Iuramenta *fidei & charitati proximi non contraria, & iam præstita soluenda sunt.*
Iuramentum *non obligat, sicut votum, vbi vrget palam ad deteriorem exitum.*

De Sedulitate.

- Quid *sit*. *Est enim virtus, suam cuique functionem in vita attribuens, & diligenter, constanter, ac fideliter propter Deum & communem salutem, faciens labores suæ functionis proprios, ac necessarios.*
- Loci quatuor.
  - Quę *partes*.
    - Propriam *functionem, seu vocationem, agnoscere & intelligere quæ sint præcipua, primaria, ac necessaria vocationis officia.*
    - Diligentia, *quæ est & prudentia in prospiciendo fine vocationis ac medijs ad finem rectè ferentibus, & intentio animi ac assiduitas in medijs illis parandis & tuendis.*
    - Fidelitas, *quæ & notitiam officiorũ, & diligentiam in obeundo officio, & constantiam complectitur.*
    - Propriæ *vocationis officia, facere, & non irrumpere in alienam functionem.*
  - Quę *causæ*.
    - Efficiens.
      - Mandatum *Dei*,
      - Mens,
      - Voluntas.
    - Materia, *circa quam sunt singula vniuscuiusque vocationis officia.*
    - Finalis, *vt*
      - *Deo obtemperemus.*
      - *Nostro consilio, opera, labore, iuuemus Ecclesiam & Rempublicam.*
      - *Dona Dei in nobis crescant, & augeantur.*
      - *Honesti labores tanquam fræni sint, qui compescant prauas cupiditates.*
      - *Honestis laboribus victum, & necessaria ad vitæ sustentationem nobis paremus.*
  - Quę *pugnãtia*.
    - Curiositas,
    - Ignauia.

De Gratitudine.

- Quid *sit*. *Est enim virtus complectens veritatem, quæ agnoscit & profitetur, se ab alio beneficium accepisse & iustitiam, quæ seruat æqualitatem, & vicissim benemeritis debitam gratiam pro beneficio & benevolentia animi, & alijs officijs pro suarum facultatum modo reddit.*
- Loci quinque.
  - Quę *partes*.
    - Veritas, *mente, ore, corde sentiens & profitens vnde acceperit beneficium.*
    - Iustitia, *agnoscens se vicissim ad beneficium alligatum esse, & seruans æqualitatem.*
  - Quę *causæ*.
    - Efficiens,
      - Mandatum *Dei*.
      - Mens *cogitans mandatum Dei & legis naturæ, præcipiens veritatem & æqualitatem: item cogitans pœnas, quæ ingratos comitantur.*
      - Voluntas *obtemperans mandato Dei ac iudicio mentis, & præcipiens cordi, linguæ, & externis membris, vt vicissim diligant, celebrent & officijs colant benefactorem.*
    - Materia, *circa quam sunt obiecta: vt,*
      - Deus,
      - Parentes,
      - Præceptores,
      - Ministri *Ecclesiæ*,
      - Gubernatores *Reipubl.*
      - Patria,
      - Amici *benemeriti*,
      - Beneuoli, *&c.*
    - Finis: *vt*
      - *Deo obtemperemus.*
      - *Agnoscamus Deo quoque deberi gratitudinem, ostendendam voce & veris officijs vitæ.*
      - *Æquali & mutua officiorum communicatione genus humanum conseruetur.*
      - *Vitentur pœnæ, quibus ingrati à Deo plectuntur, Prouerb. 17.*
      - *Vicissim ab alijs iuuemur.*
  - Quæ *cognata*.
    - Gratiarum *actio*.
    - Pietas *erga parentes & præceptores*.
    - Reuerentia *erga Ministros Euangelij*.
  - Quę *pugnãtia*.
    - Adulatio,
    - Ingratitudo,
    - Mendacium,
    - Superbia,
    - Iniustitia.

De Ad

De Admonitione & correctione fraterna.

- CORRIGITVR frater vel in Peccato. *Hic discе:*
  - Quæ *causæ admonitionis fraternæ.*
    - Præceptum *Dei.*
    - Charitas, *quæ fratris interitum ferre nequit.*
  - Vnde *correctio incipiat. A nobis ipsis, vt trabem quisque suam primùm videat, iudicet, & euellat, priusquam aliorum errata consideret, & iudicet. Pensanda ergo erit externa vitæ conuersatio, pensanda quæ & interne latent. Si nihil in externa vitæ conuersatione inueneris, nõ statim putabis te angelicam adeptum esse puritatem, ac ab omnibus vitijs esse purum.*
  - Quis *ordo in corrigendis delictis aliorum seruandus sit: videlicet quem status & conditio personæ corrigentis requirit, vt qui*
    - Priuatus *est, fratrem germanum, vel sororem, vel consanguineum primùm corrigat: malè enim istis neglectis corriget alios. Postea corrigat socios, amicos, & necessarios: non enim poterit rectè aliorum delicta castigare, si ad horum errata connineat.*
    - Paterfamiliâs *fuerit, priùs domum suam emendet, quàm aliorum errata iudicet. Ac hic primò omnium corrigenda est vxor, quæ altera tui pars est. Nihil enim est, quod tibi propius domi tuæ adhæreat: deinde liberos: tertiò familiam castigabit.*
    - Magistratus *fuerit, omnium ciuium delicta publica pro officio suo corrigat.*
    - Minister *fuerit, corrigat etiam pro suo officio auditorum delicta.*
  - Quis *scopus correctionis fraternæ. Vt ædificetur, & saluetur frater.*
  - Quàm *mansuetè tractandus sit frater. Id docet*
    - Ingenium *veræ ac solidæ iustitiæ, quæ compassionem habet, non dedignationem.*
    - Exemplum *Christi, qui mansuetissimè peccatores tractauit, ita vt socius illorum diceretur à Pharisæis.*
    - Ipse *Christi Spiritus in electis.*
    - Charitas, *quæ ex hoc Spiritu est. Qui enim fratrem diligit, fratris salutem quærit, nullo nec tempori, nec certo ordini, nec numero alligatus. Neque semel tantùm, ac iterum admonet, sed multoties. Neque Christus prohibet, si id vel decies facias.*
    - Conscientia *nostra. Nam & nos miseri sumus, & delinquimus quotidie, in maioribus etiam, vel similibus, & scimus quàm facilè & nos lædamur per austeriorem correptionem.*
- Errore. *Hic requiritur, vt*
  - Hominis *errantis ingenium probè cognoscatur, vt consideretur cordis affectus, & placetur.*
  - Hominis *intellectus sine disceptatione instruatur.*
  - Qui *corrigit errantem, summa mansuetudine id faciat, vt placato corde incipiat aures præbere docenti. Quod nisi fuerit, frustrà in disputando & contendendo laboratur.*

De Lingua coercenda.

- Loci septem.
  - Quid *sit. Est enim membrum pusillum, dentium vallo & labiorum materia, quasi muro circumuallatum ac ligatum. A ligando igitur dicta est lingua, secundùm Varronem, vnde admonemur, linguæ vsum circumspectum ac moderatum esse oportere. Lucius Apuleius de dogmate Platonis inquit: Omnium terrenorum nihil homine præstabilius prudentia dedit, cui quidem linguæ & dentium vallum & ipsius oculi venustas accessit. Quod quidem alijs animantibus ad explendam victus necessitatem, inserendasque ventri copias comparatum est: sed homini promtuarium potius rectæ rationis & suauissimæ orationis datum est, vt quæ prudentia corde concepit, ea sensu promat oratio.*
  - Cur *data.*
    - Ad *benedicendum Deo & hominibus. Nos verò lingua laudamus Deum, & appellamus Patrem, eam eadem proximum ad Dei similitudinem conditum infamemus, Iac. 3. b. 8. Cæterùm, teste Iacobo, prodigij simile videtur, si ex eadem vena fontis amari & dulcis effundatur aqua: Pari ratione eadem arbor non potest proferre diuersos fructus: An non igitur absurdum est, & cum natura pugnat, eundem hominem, ex eodem corde & ore, per eandem linguam, pietatem & impietatem, veritatem & mendacium, salutem & exitium depromere? Augustinus in Enchirid. Et habetur caus. 22. quæst. 2. cap. Is autem. Verbis vti ad fallaciam, non ad quod sunt instituta, peccatum est. Idem de Natura & gratia: Ante te est æquitas, vnam linguam habes, ad quoduis eam vertes. Quare ergo potius ad iniquitatem, & non ad æquitatem? Cibos amaritudinis non das ventri, & cibos iniquitatis das linguæ tuæ malignæ: sicut eligis quo vescaris, sic elige quid loquaris.*
    - Non *vt per eam se inuicem homines fallant, sed vt ea quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat, alter alterum erudiat, ac ædificet.*
  - Quotuplex *lingua, & seq. Vide literam A.*

- A.
  - Quotuplex *lingua.*
    - Bona: *si sit*
      - Casta, Venusta,
      - Amœna, Parca,
      - Moderata, Consolatoria,
      - Laudans *Deum,*
      - Pacifica, Tractabilis,
      - Ædificans *homines,*
      - Non *simulata.*
    - Mala, *si*—
      - Detrahit, Fallit,
      - Mentitur, Calumniatur,
      - Conuiciatur, Condemnat,
      - Maledicit, Corrumpit,
      - Nocet, Execratur, *&c.*
  - Qui *effectus. Vide literam B.*
  - Quæ *virtutes ex lingua bona oriantur.*
    - Custodia *animæ,* Amicitia,
    - Iræ *mitigatio,* Eruditio,
    - Concordia, Pax,
    - Tuta *permansio,*
    - Vincere *malum.*
  - Quæ *vitia ex mala lingua oriantur.*
    - Dolus, Mendacium,
    - Conuicium, Calumnia,
    - Detractio, Superbia,
    - Adulatio, Auaritia,
    - Turpiloquium, Procacitas, *seu*
    - Impudentia, Garrulitas,
    - Vana *gloria,* Hypocrisis,
    - Maledictio, Execratio, *&c.*
  - Quomodo *quis linguam cohibeat. Si videlicet cogitet*
    - Coram *quibus dicat: neque enim coram Senioribus adolescenti multum loquendum, Eccles. 5. 11. Neque cum stulto multum loquendum, Eccles. 27. Et coram inimicis, Eccles. 28. Item in medio magnatum loqui turpe est, Eccles. 32. 4. 7. Garrulo non respondendum.*
    - An *habeat intellectum rei, de qua loquatur, Eccles. 5. c. 14. Si est tibi intellectus, respondeproximo: sin minus, manum ori tuo impone.*
    - An *ad se pertineat ea de re dicere, Eccles. 11. Ne adijcias loqui ea de re, quæ te non molestat.*
    - Quis *sit, Eccles. 32. Adolescens loquere in tua causa, vix cùm necesse fuerit.*
    - Cohibendam *esse linguam fræno rationis, & dirigendam gubernaculo charitatis, Lege Iac. 3. Eccles. 28. Spinis circumsepias possessionem tuam: id est, ori tuo valuas apponas, & obices. Obliga argentum tuum & aurum: id est, sermonibus tuis superimmare, limenq; adhibe, &c.*
    - Quantum *malum sit linguæ, Iac. 3. Mundus, id est, congeries est iniquitatum. Item, Linguaignis est. Quare Deus ob hanc significationem voluit linguam hominis & specie & colore ignis esse, nec aliter volubilem, quàm est flamma. Item Iac. 3. Plena veneno pestifero.*
    - Turpe *esse naturam ferarum, volucrum, serpentum mansuefieri humana cura, linguam hominis malum esse immedicabile, Iac. 3.*
    - Eligendum *esse quid loquamur, sicut eligimus quo vescamur, August. de Natura & gratia.*
    - Quo *loco, quo tempore, & quid loquatur, Caus. 22. quæst. 5. cap. Quoties.*
    - In *sermone gravitatem ac modum adhibendum esse, Ambrosius lib. 1. de Officijs.*
    - Sermonem *imaginem animi esse, Seneca in Prouerbijs.*
    - Auribus *frequentius utendum esse, quàm lingua.*
    - Eum *nescire loqui, qui tacere nesciat.*
    - Hominem *tantùm sermonem habere: hunc igitur moderandum esse, ut ab alijs animalibus differamus.*
    - Linguam *non debere esse liberam, nec vagam, sed vinculis de pectore imo, ac de corde apertis moueri, & quasi gubernari, Gellius lib. 1. cap. 15.*
    - Recondendam *esse linguam ut Thesaurum, eiusq; esse in promendo gratiam proximam, si modesta, si parca, si modulata sit, Ibidem.*
    - Sermonem *defensaculum ac scutum hominibus esse. Nam ut Phocylides ait: Natura vnicuique scutum tribuit: auibus celeritatem, leonibus fortitudinem, tauris cornua, apibus aculeos, hominibus sermonem.*
    - Sermonem *tristitiæ & iræ remedium esse, Menander.*
    - Quæ *factu turpia, nec dictu esse pulcra, Isocrates.*
    - Duo *tempora esse dicendi, vel de quibus scis manifestè, vel de quibus necesse dicere, Isocrates.*
    - Præstantiorem *esse sermonem, quàm possessionum custodiam.*
    - Loquacem *non esse aptum ad res gerendas. Vt enim qui celeriùs loquuntur infantes, tardiùs ingredi incipiunt: ita qui ad dicendum promtior est, ad rem gerendam minus est paratus.*

- B. Qui effectus.
  - Bonæ linguæ.
    - Custodia animæ, Prouerb.13.a.3. Qui custodit os suum, custodit animam suam.
    - Iræ mitigatio, Prouerb.15.c.23. Mollis responsio frangit iram.
    - Amicitia, Prouerb.17.c.9. Qui quærit amicitiam, dissimulat præuaricationem.
    - Honor, Eccles.5.c.15. Honor & gloria in sermone sensati.
    - Gratia, Eccles.21.c.19. Sermo fatui tanquam sarcina est in itinere, at in labijs cordati gratia, seu lepor deprehenditur.
    - Institutio, ac ædificatio, ac vitæ hominum administratio, vt dixit Menander.
  - Malæ linguæ.
    - Non esse stabilem in terra, Psal.140.c.12. Vir linguax non fit stabilis in terra.
    - Stultitia, Prouerb.18.c.13. Qui prius respondit, quàm audiat, stultum se esse demonstrat. Item 15.b.14.
    - Ruina, Prouerb.12.c.13. Propter peccata labiorũ ruina proximat malo. Item Prouerb. 13.c.13. 18.a.3.
    - Furor, Prouerb.15.a.1. Sermo durus suscitat furorem.
    - Inimicitiæ, Prouerb.17.c.9. Qui variat verba, dissociat fœderatos.
    - Rixæ, Prouerb.18.a.6. Labia stulta miscent se rixis.
    - Odium sui, Eccles.9.d.25. Temerarius in verbo suo odibilis est.
    - Morum bonorum corruptio, 1.Cor.15.c.33.
    - Dolor, seu cruciatus.
    - Euersio vrbium, populorum, prosligatio strenuarum mulierum, Eccles.28.
    - Amissio facultatum. Ibidem.
    - Amissio vitæ. Menander: Verbum importunè dictum, subuertit vitam.
    - Terror, Prouerb.13.a.3. Qui labia sua laxat, terrebitur.

De Taciturnitate.

- Loci tres.
  - Quid sit. Taciturnitas est, qua mentes, circumspicientes quid deceat, & quid nõ, silent cogitabundæ, nec puĩtant proferendum, antequam maturè cuncta disputârint, ne ex ore magis, quàm ex pectore erumpat oratio. Pythagoras loqui sciens, alios docebat tacere, vt loqui discerent.
  - Quotuplex.
    - Bona: in tacendis, vbi manifestatio spontanea peccatũ est, tacere debet, nec reuelare quis eum, quem solus scit deliquisse. Adolescens taceat in cœtu Seniorum ac prudentum, in conuiuio Magnatum. Garrulo, conuicianti, inimico, stulto, non respondendum. Non loquatur quis de re, quam ipse non nouit, & quæ nihil ad se pertinet, aut dictu turpis sit.
    - Mala: vbi tacere est peccatum: vt in verbi Dei prædicatione, in confessione, defensione veritatis, correctione subditorum.
  - Quę causæ.
    - Bonę taciturnitatis,
      - Ratio,
      - Modestia,
      - Prudentia.
    - Malæ taciturnitatis,
      - Insipientia,
      - Metus,
      - Fauor,
      - Ignauia,
      - Ignorantia,
      - Diuitiæ,
      - Prouentus largi.

De Pace.

TABVLA I.

- Loci decem.
  - Quid sit. Est tranquilla animorum ac rerum constitutio. Neque enim ea tantùm pax est, quando sine iurgijs ac dissidijs concorditer inter mortales viuitur: sed & quando rerum facultas, & valetudinis datur prosperitas. Nam pacis nomine, quæuis prospera intelliguntur. Vide Genes.43. Estne pax patri vestro seni?
  - Quotuplex.
    - Vera, quæ est legitima, et ordinata animorum, ac rerum tranquillitas: & est duplex:
      - Ordinata, quæ primùm cum Deo, deinde & cum proximis sit in Deo. Nec satis est, vt dicas tibi pacem esse cum Deo & proximo, nisi & cum Deo & proximo sic viuas, vt nihil sit, quod de te queruntur. Plena pax est, quæ vtrinque constat.
      - Iusta, qua seruatis iustitiæ legibus, concorditer viuitur.
    - Falsa est, q̃
      - Iniquitatem coniunctam habet, quam quærunt prædones, &c.
      - Aliquos tantùm complectitur, reliquis exclusis, vt si inferiores superioribus exclusis, vel paribus spretis, cũ superioribus tantùm pax habeatur.
      - Vel cum proximis sic quæritur, vt Deum, vel cum Deo vt proximos excludat.
  - Qui quærant malè pacem, & seq. Vide literam A.

A.
- Qui quærant malè pacem. Qui
  - Cum hominibus in pace viuere volunt, & Deum pacis autorem contemnunt.
  - Cum Deo tantùm in pace sibi viuendum esse ducunt, & interea proximos contemnunt.
  - Iniquitati studentes & contra Deum & proximum peccant. Duæ sunt amicæ, iustitia & pax, inquit Augustinus Psal. 84. Tu fortè vnam vis, alteram non vis, &c.
- Quæ sit pax Christi.
  - Quam ille impetrauit, & instituit inter Deum & nos, dum se Patri oblationem reconciliationis in cruce obtulit. Secundùm hanc sententiam Christus etiam Pax nostra dicitur, ad Ephes. cap. 2. c. 14.
  - Quam ille seruat cum suis, perinde ac si Rex pacem suam alicui offerat; significans posthac illi se fore clementem.
  - Qua ipse cum Deo Patre fruitur.
  - Quam retulit ab hoc mundo, probra, & omnis generis odia & persecutiones.
- Quomodo Christus dat pacem.
  - Non verbis tantùm, sed efficaciter reipsa.
  - Dat veram, non falsam pacem.
  - Constanter nunquam auferendam.
  - Dat, non suam, sed nostra gratia, absque vllo proprij commodi respectu.
  - Dat, non impijs ad impietatis fomentum, sed pijs ad veram iustitiam.
  - Ad salutem, non ad perditionem.
- Quid sit pax mundi. Voluptates, dies boni, tranquillitas temporalis cum desperatione, vel inquietudine cordis.
- Quomodo mundus dat pacem.
  - Dat, non veram, sed falsam. Veram enim non habet, nec dare potest, quam non habet.
  - Nudis verbis, non ex animo.
  - Non constanter, sed aufert quod dedit.
  - Dat non liberè, sed proprij commodi respectu.
  - Dat impijs, & ad omnis generis impietatem.
  - Ad perditionem, non ad salutem.
- Quæ sit pacis necessitas. Ea tanta est, vt sine ea nihil in rebus omnibus diurnum esse possit.
- Qui sint pacis turbatores. Filij huius seculi, qui à Satana dissidiorum & odiorum omnium autore reguntur.
- Qui sint pacis studiosi. Qui caput reconciliationis ac pacis, Christum Filium Dei fide amplectuntur. Qui sublatis inimicitijs per sanguinem crucis, inter Deum & nos pacem constituit, & Spiritum pacis ac veritatis in se credentibus, largitur. Fideles igitur iustificati fide, pacem habent cum Deo. Deinde & inter sese per vnitatem Spiritus colligati sunt vinculo pacis. Tertiò, & cum alijs quoque, quantum in ipsis est, pacem retinere cupiant. Verum quoniam odio habentur à filijs huius seculi, propter veritatem, damnantur ab impijs, quòd sint dissidiorum amantes & autores.

TABVLA II.

Loci tres.
- Quid sit. Est enim tranquilla libertas, vel pacatus animus.
- Quotuplex.
  - Mundi, vt dies boni, voluptates, tranquillitas temporalis, cum desperatione, vel inquietudine cordis.
  - Christiana: & est triplex: Pax
    - Inter Deum & homines per Christum parata pax conscientiæ, certificatio gratiæ Dei exterius circumuallata multis tribulationibus.
    - Aduersus hostes, eatenus quòd custodem certum habemus contra Diabolum & eius organa. Et scimus non posse sæuire hostem pro sua crudelitate, sed reprimi eum à Christo.
    - Mutua inter Christianos, mutuus consensus & concordia Christianorum, & est vel oris, vel operis.
- Qui effectus pacis.
  - Piorum.
    - Tollere simultates,
    - Bella compescere,
    - Rixas comprimere,
    - Superbos calcare,
    - Humiles amare,
    - Discordes sedare,
    - Inimicos concordare,
    - Vitare superbiam,
    - Charitatem amare,
    - Vocari filios Dei.
  - Impiorum.
    - Idolatria,
    - Spectacula fœda,
    - Voluptas,
    - Ebrietas,
    - Crapula, &c.

De Mi

De Misericordia.

TABVLA I.

Loci octo.

- Quid *sit.* Est animi dolor & ægritudo, de alterius conceptamiseria, & ad succurrendum propensa. Vel (teste Augustino lib. 9. de Ciuit. Dei, cap. 5. Est alienæ miseriæ quædam in corde nostro compassio, qua vti, si possumus, subuenire compellimur. Dicitur ergo misericordia ab aliena miseria & nostri cordis compassione.
- Qui *sint misericordes.* Qui in cordibus suis aliorum miseriam sentiunt, & miseris condolent, ac cum miseris miseri fiunt in cordibus suis, ad quod plurimum facit, si fuerimus ipsi etiam aliquando afflicti, & miserias experti. Qui enim nunquam fuerunt afflicti, aliorum miseria minus afficiuntur.
- Quorum *debeamus* misereri. Eorum certè, qui misericordiæ nostræ capaces sunt: id est, qui miseri sunt, & calamitosi. Hi enim nobis à Deo commendantur, vt talibus succurramus.
- Quotuplex *miserorum genus. Est. n. duplex: aut eorũ, qui in*
  - Anima & spiritualibus laborant, & miseri sunt. Hi sunt, qui peccatis, ignorantia, & cæcitate animæ premuntur. Tales plerunque florent in hoc seculo, & suam miseriam non agnoscunt. His plerunq; pauperes ac egeni succurrere possunt, qui veritatem Christi agnouerunt.
  - Corporalibus *miseri sunt, vt sunt pauperes, egeni, viduæ, orphani, peregrini, esurientes, nudi, cæci, ægroti, captiui, &c.*
- Quot *sint genera misericordiæ. Aut erga eos, qui*
  - Anima *laborant: & hi duplices. Qui*
    - Peccatorum *pondere pressi sunt, hîc misericordi homini opus est, vel doctrina, vel admonitione, vel castigatione, vel consolatione, pro ratione, ac conditione peccatorum.*
    - Veritatem, *ac cultũ Dei ignorant, ac cæcos duces sequũtur. His etiam succurrendũ est doctrina, admonitione, oratione ad Deũ pro talibus.*
  - In *rebus corporeis miseri sunt, vt sunt pauperes, egeni, nudi, captiui: hîc quoque misericors subleuet afflictorum miseriam pro ratione miseriæ.*
- Quæ *causæ misericordiæ.*
  - Quia *Deus ipse misericors est erga afflictos, & nos tales esse vult.*
  - Quòd *vult nos Deus ad iuuandum miseros, velut instrumenta quædam vsurpare, ac bonitatis suæ participes reddere.*
  - Æquitas. *Est enim omnium æquissimum, vt quibus misericordia diuinitùs contigit, eis etiam proximorum suorum misereantur, Matth. 18.*
  - Vt *Deus habeat locum in perpetuum nostri miserendi.*
- Quæ *media misericordiæ.*
  - Visus, *seu conspectus miseriæ ante oculos positæ. Hinc toties in Scriptura, Videns misertus est.*
  - Auditus *miseriæ alienæ.*
  - Experientiam *miseriæ & afflictionis.*
- Qui *sint, q. deficiunt in operibus misericordiæ.*
  - Hypocritæ, *ac insticiarij, qui erga peccatores duri sunt, ac sibijpsis placent.*
  - Doctores *ac Ministri, qui non laborant in verbo & doctrina, ac cæcos non dirigunt.*
  - Diuites *plerique, qui erga pauperes & egenos nulla afficiuntur misericordia, nullam experti miseriam.*
  - Qui *quidem dant, sed non dant ex misericordia: id est, non tanguntur miseria aliorum, & dant tristi, non hilari animo.*
  - Pauperes *& afflicti, quorum plerique, etsi miseri sint, nullo tamen erga miseros affectu tanguntur.*
  - Qui *non solùm non miserentur miserorum, sed & de eorum miseria gaudent.*

TABVLA II.

Loci quatuor.

- Quid *sit.* Est enim talis affectus, qui proximi calamitatibus, siue corporalibus, siue spiritualibus ex animo dolorem concipit, ac voluntate ad iuuandum instigatur.
- Quotuplex. *Aliud enim*
  - Officiorum, *quæ quidem cum specie inclementiæ sunt, verùm finis eorum summus misericordia est. Misericordes sunt Patres & Magistri, cùm immorigeros & rebelles cædunt. Misericordes sunt Magistratus, cùm sontes supplicijs afficiunt, cùm manum armatam iniustæ violentiæ opponunt, innocentes contra tyrannos defendunt.*
  - Necessitatis, *cùm moti alicuius miseria, opem illi ferimus. Et est triplex: Misericordia*
    - Erga *animam, cui medemur doctrina, præceptis, obiurgationibus, consolationibus.*
    - In *corporalibus necessitatibus, vt morbis, tristitia, &c. Hic si non opibus præstas, saltem benigna oratione & animo voluntatem iuuandi propensam ostende.*
    - In *rerum penuria.*
- Quę *causæ:—*
  - Fides,
  - Charitas,
  - Mandatum.
- Qui *effectus:*
  - Indigentes *foueri.*
  - Custodiri *à Deo.*
  - Misericordiam *consequi à Domino.*

TABVLA III.

Loci quinque.

- Quare viduas, orphanos, aduenas, & cæteros miseros Deus tanta diligentia populo suo commendet.
  - Quia *ita* solet charitas pro suo ingenio cauere, ne quos ipsa complectitur, à quopiam lædantur.
  - Quia *hoc* genus hominum Deus diligit, & in suam curam recipit, consequens est, vt oppressores eorum non ferat.
  - Vt homines ea in re bonitatis Dei naturam & ingenium exprimant, diligendo eos, quos Deus diligit, Deuter. 10.
  - Quia humanum ingenium ita corruptum esse nouit, vt miseros & abiectos non amet, sed potius contemnat & negligat. Deinde vbi spes quæstus occurrat, ita esse malitiosum, vt nec viduis, nec orphanis, &c. & quantumcunque Deo acceptis, pareat: quin eos depilet, exfugat, & spoliet, etiamsi sine cruenta tyrannide id fieri nequeat: sicut Dauid Psal. 94. deplorat conqueritur.
- Quot sint genera miserorum. Sunt enim alij
  - Paruuli, quorũ multa sunt genera.
    - Sunt ætate paruuli.
    - Sunt non ætate, sed intellectu paruuli.
    - Sunt non ætate, nec intellectu, sed affectu paruuli, nihil de seipsis sentientes. Sicut ad Saulem dicebatur: Cum esses parvulus in oculis tuis, 1. Reg. 15.
    - Aliorum existimatione tantùm paruuli.
    - Qui pij sunt, etiam affectu & iudicio proprio paruuli sunt. De quibus Psal. 8.
  - Aduenæ, &c. *Vide literam A.*
  - Viduæ, quarum Deus Iudex est, Psal. 68.
  - Solitarij, qui videlicet domo & familia destituti sunt, Ibid.
  - Captiui. Est autem captiuitas duplex:
    - Corporalis, quæ est vel
      - Carceris, qualis erat Ioseph.
      - Tyrannica, qualis erat filiorum Israel in Aegypto.
    - Spiritualis, quæ sub falsa religione captiuos detinet. Et est duplex:
      - Interna, in conscientijs per vincula superstitionũ.
      - Externa, quæ fit per vim Principum & Episcoporum, qua miseri subiecti coguntur falsis cultui esse obnoxij, nec permittuntur ad veritatis libertatem adspirare.
  - Esurientes, vel cibi, vel iustitiæ, Matth. 5.
  - Orphani, qui aliorum etiam proximorum ope destituti sunt. Horum Pater Deus est, Psal. 10. & 68.
  - Nudi vel animo, Apocal. 3. vel corpore. De quibus Esa. 68. Matth. 25.
  - Cæci vel animo, Apocal. 3. vel corpore.
  - Ægroti vel animo, vt qui peccatorum pondere pressi sunt, Apocal. 3. vel corpore, vt qui morbo aliquo corporis laborant.
  - Pauperes, qui sibiipsis prodesse nequeunt, & hi vel
    - Animo, qui perturbata sunt conscientia, nec quicquam habent consolationis.
    - Corpore, vt qui rebus corporalibus ac necessarijs destituti sunt.
  - Medici. & Variæ sunt medicitatis causæ.
    - Ignauia, vel sua, vel maiorum.
    - Vita flagitiosa eorũ, qui sua vel ludendo, vel potando temerè consumserunt.
    - Morbi, ac defectus corporales, vt cæcitas, claudicatio, vlcera, &c.
    - Euentus tristis, vt incendium & vastatio bellica.
    - Diuitum, vt potentum tyrannis, quæ plerosq; eò adigit, vt mendici fiant.
- Qui sint oppressores viduarũ, orphanorum, &c.
  - Ecclesiastici, ac Monastici Pharisæi, qui domos viduarum orationis prætextu deuorant, Matth. 23.
  - Iudices, qui personas & munera accipientes, vel non iudicant orphanis, viduis, &c. vel in gratiam diuitum iniustis etiam iudicijs opprimunt. Huc pertinent Assessores, Scribæ, Procuratores, &c.
  - Magistratus, qui nefandissimam exactionem à vidua & orphanis post obitum patrisfamiliãs iure, vt ipsi loquuntur, extorquent.
  - Tutores, qui facultates orphanorum fidei suæ concreditas, perfidè dispensant, & paulatim in proprium vertunt.
  - Diuites, qui domos pauperum, viduarum & orphanorum miris technis ad se rapiunt, ne vicinos habeant miseros & calamitosos.
- Qui viduas & orphanos efficiant.
  - Reges & Principes, qui tyrannide ac crudelitate bellica, libidini suæ seruientes, viduas constituunt.
  - Creditores, qui debita absque misericordia exigentes, abactis patribus ac maritis, viduas & orphanos constituunt.
  - Mariti, qui vxores aufugiendo deserunt.
  - Monachi, qui religionis gratia vxores suas viduas constituunt.
- Quæ pœna oppressoribus viduarum, orphanorum, &c. destinata. De ea lege Exodi cap. 22. Esaiæ cap. 10. Hieremiæ 5. 22. Zachariæ 7.

A. Adue-

A. Aduenæ. Hic disce:

Quot sint genera aduenarum. Est enim

1. Peregrinorũ, q alienas sedes nõ incolũt, sed peragrãt. Et hi sunt varij.
- Certis de causis peregrinantes ad tempus, vt sunt Mercatores, vel Votarij, qui nescio quæ Sanctorum loca inuisuri è patria sua peregrinantur: vel qui alia quapiam de causa, siue visendi, siue curiositatis alicuius, siue discendi gratia aliquò proficiscuntur: quibus tamen in animo est reditus ad patriam.
- Perpetuò incertis sedibus oberrantes, sicut mendici solent.

2. Eorum, qui quoniam è patria, terra & cognatione sunt exules, aliquò se recipiunt, & ibi sedem figũt. Et hi secundùm exilij causas inter se differunt. Sunt exules,
- Bello è patrijs sedibus ejecti. Tale est Christianorum exilium, qui à Turcis aliò sunt deportati.
- Qui propter rerum penuriam, ac famis necessitatem sedes suas mutare, ac aliò migrare coguntur. Accidit hoc etiam pijs, vt Abrahæ, Isaaco, Iacobo, & filijs eius, &c.
- Qui religionis gratia natale solum relinquunt. Talis fuit Abraham, qui falsorum Deorum cultum fugiens, patriam terram reliquit, Iosue 24. Et nonnulli Israelitæ, qui 1. Ieronis gratia ad Regem Asa, relictis suis sedibus, confugerunt, 2. Paralip. 15.
- Qui propter ciuium inhumanitatem & improbitatem, vel Magistratuum tyrannidem, & nimias exactiones, sicut viris Dauid accidit, 1. Samuel. 22. Prophetis item & Christianis veris, sedem patriam deserere coguntur.
- Qui facinorũ suorũ gratia, sedibus suis à Magistratu ejiciuntur.

Recipiêdos esse humaniter aduenas, quacunque de causa ejectos. Quia
- Homo non nisi ad homines confugere potest.
- Inhumanum est, si homo hominem non recipiat amanter.
- Contra Christianam dilectionem est, si Christianus Christianum, etsi aduenam in terris, fratrem tamen in Christo, auersetur.
- Inobedientia est contra verbum Dei, & ingratitudo quædam contra eum, qui cuique suam sedem locauit.
- Hi etiam, qui sedes non mutârunt, aduenæ tamen sunt in terris, dum inter filios huius seculi habitant, & ad cælestem patriam suspirant.
- Et nos alieni fuimus à testamento & populo Dei, iam verò in Christo per gratiam facti sumus ciues & domestici Dei, Ephe. 2. c. 13.

Quomodo se aduenæ & peregrini gerere debeant.
- Meminerint se esse peregrinos & aduenas, nec causæ exilij obliuiscantur, vt exilium suum frugiferum reddant.
- Sint grati propter hospitium inuentum, primùm Deo, cuius est terra: deinde etiam illis, à quibus sunt suscepti.
- Ne sint morosi & inquieti, sed cõmodi ac pacifici. Malus hospes est, qui domum hospitij turbat, & cunctis, quæ geruntur, obloquitur. Morositas ista digna est odio, & dignos reddit, qui abijciantur.
- Subsint etiam legibus publicis, ac Magistratibus eius loci, vbi recipiuntur, nec licere sibi, propterea quòd ciues non sunt, impunè ac liberè viuere putent. Sed sinant se corrigi, si delinquant, & publica cũ ciuibus grauamina sine contradictione pro viribus sustineant. Hanc regulam non obseruãt aduenæ Sacrifici & Monachi, qui vbicunq; sunt, impunitatem sibi, velut iure quodam, vendicant.
- Diligant eos, cum quibus habitant, orentq; pro pace & tranquillitate eorum locorum, in quibus habitant, sicut Hierem. 29. Iudæis in Babylonia constitutis, in nomine Domini scripsit: Quærite pacem eius ciuitatis, &c.

De Eleemosyna.

Loci septem.

Quid sit. Est beneficium, quod ex commiseratione datur pauperi, egeno, & afflicto.

Quotuplex. Aliæ est

Vera, eorũ, q ex commiseratione largiuntur. Et est triplex:
- Animorum, erga eos, qui anima laborant, vt qui cæci sunt, verum Dei cultum ignorantes, & ducem cæcum sequuntur, vt qui Sacrificulis adhuc adhærent.
- Corporis erga eos, qui corpore quocunq; modo afflicti sunt.
- Fortunæ erga eos, q egeni, viduæ, orphani, esurientes, nudi, cæci, &c.

Falsa, hypocritarum, qui non ex misericordia, sed peregrinis alijs affectibus aliquid dant, vt cùm dant animo moleſto, vel animo negotiandi sperantes retributionem, vel in hac vita, vel futura: vel dant studio inanis gloriæ, vel de eo quod malè acquisierunt, vt reliqua maiore securitate retineant.

In quo consistat veritas eleemosynæ. In nobisipsis, qui damus, vt quo animo demus, non in eo, cui datur, probusne an improbus ille sit, modò miser, nec in eo, quantum datur. Potest fieri vt multum detur à diuite, à tenuiore parum, & tamen magnum diuitis donum non sit eleemosyna: parum verò à tenuiore datum eleemosyna sit. Vide exemplum Viduæ apud Lucam 21. Discrimmat ergo in hac causa non dati, sed dantium diuersitas.

Cur nobis Eleemosyna præcipiatur, &c. Vide literam A.

- Cur nobis eleemosyna præcipiatur.
  - Vt ad bonitatis ac dilectionis ingenium & affectus instituamur: id est, vt ad cœlestis Patris ingenium & naturam transformemur. Est igitur maior dantis, quàm accipientis vtilitas.
  - Quia æquum est, vt quibus misericordia diuinitùs contigit, etiam proximorum suorum miserentur, nisi misericordiam Dei à se auferri velint.
- Quę causæ impulsiuæ eleemosynæ. *A.*
  - Alienæ miseriæ compassio, ad quam opus est regeneratione per Spiritum.
  - Quia *Christus in membris suis miser est, egenus, peregrinus, nudus, &c.* vt qui pauperi succurrat, Christo ipsi succurrere videatur. Magnam verò gratitudinem Christo pro infinitis beneficijs suis debemus.
- Cui *danda sit eleemosyna. Cuicunq; misero & egeno: in primis tamen eorum habenda est ratio, qui fratres sunt, & Christianæ fidei consortes.*
- Quomodo *danda eleemosyna.*
  - Hilari *animo, Rom.12.d.* 8.2.*Cor.9.c.*7.
  - Largiter, *non parcè, Psal.* 37.c.19. *Dispersit, dedit pauperibus, &c.*2.*Cor.*9.*c.*6. *Qui parcè seminat, parcè & metet, &c. Quòd si tenuiores largiter dare non possunt, si tamen voluntas promta sit, secundum id quod habent, accepta est Deo.*
  - Sine *hypocrisi & ostentatione, non quærendo rumores populares, sed sola diuina conscientia contenti. Vide infrà de Legitimo vsu facultatum.*

De Zelo.

TABVLA I.

Loci duo.

- Quid *sit Zelus. Est feruentior quidam amoris affectus, qualis est viri erga vxorem, & vicissim vxoris erga virum, qui ferre nequeat vel contemtum, vel læsionem rei amatæ. Et hic zelus omnium fortissimè regnat inter Deum & populum eius. Hinc illud est, quòd zelotem vocat seipsum: quippe qui alienos Deos iuxta se ferre nequeat, nec pati, vt sui lædantur.*
- Quotuplex. *Alius enim est*
  - Dei, *pro se, & populo suo, vnde & Zelotes dicitur.*
  - Hominum, *& est duplex: In*
    - Deum, *quo magno ardore gloriam Dei promouere cupimus. Et est vel*
      - Bonus, *vel verus, quando reuera, & ex animo pro Deo zelatur. Et est duplex:*
        - Cæcus *ex opinione carnis profectus, nihil distans à quouis carnali affectu, amore, odio. Zelus hic nō est secundū scientiam. Hic dissce:*
          - Quot *modis fiat. Dū*
            - Pro *eo conseruādo zelatur, quod Deo non placet, vt Missa, Sanctorum inuocatio, &c.*
            - Impugnatur *quod illi gratum est. Hunc zelum habuit & Paulus, & Iudei, Rom.*10.
          - Quæ *causæ huius zeli.*
            - Opinio *vana, aut non exactè expensa.*
            - Ignoratio *diuinæ voluntatis.*
          - Zelum *hunc præter scientiam, quò fuerit vehementior, eò enormius contra Deum delinquere, & pertinacius veritati resistere, vt rectè tyrannidis & pertinaciæ anima esse dicatur.*
          - Non *carere culpa, qui stulto hoc agitur zelo, etiamsi, quicquid agit, bona intentione se agere dicat.*
        - Illuminatus, *exactam, &c. Vide literam A.*
      - Malus, *vel falsus, quo studium gloriæ Dei simulatur, cum reuera vel propria gloria quæratur, vel studio priuatæ opinionis laboretur.*
    - Populū *Dei, & hic est duplex:*
      - Bonus, *vt Magistratuum & Episcoporum piorum zelus erga Ecclesiam.*
      - Malus, *eorum, qui corrupto iudicio, tanquam tyranno cuidam seruiliter sunt subiecti, vt quod illis probatur, probent, & quod improbatur, improbent. Et fit, dum pro*
        - Vindicando *suo nomine & quæstu sanguis fidelium funditur.*
        - Eorum, *quos suspiciunt, existimatione zelatur, vt pro Mose, Iosue, Numer.* 11. *Pro Ioanne illius discipuli, Ioan.*3. *Talis est zelus Pseudoprophetarum in seductos, seductorum in Pseudoprophetas, & magnæ multitudo pro mortuis Sanctis zelat, quas si periclitetur illorum gloria, dum gloria Dei & veritas defenditur.*

A. Illumi.

A. Illuminatus, exactam habēs diuinæ voluntatis cognitionem, vt nō solùm verè zeletur, sed & recta ratione, modo & fine. Hic disce:

- Quod modis fiat. Dū
  - Quærimus quod certò scimus Deo placere.
  - Quòd illi displicet, studiosissimè auersamur, & si fieri queat, vlciscimur etiam.
- Quæ causæ.
  - Spiritus Sanctus,
  - Fides,
  - Illuminatio Euangelij.
- Quæ ad syncerū Dei zelum requirantur.
  - Syncera dilectio Dei, vt reuera gloriam diuini nominis quæramus.
  - Voluntatis diuinæ cognitio per Euangelij illuminationem.
  - Vis agendi viua in homine per Spiritum.
- Quale sit ingenium zelantium.
  - Zelus hic & ardor diuini amoris impellit, imò rapit zelantem.
  - Hic zelus nullam quietem concedit homini pio, nisi prius consultum sit Ecclesiæ, ac eius reformationem videat.
  - Diuini nominis ignominiam ferre non potest, quam si vlcisci nequeat, luget fidelis. Vide exemplum Mosis, Exodi 32. Phinees, Numer. 25. Dauidis, 1. Reg. 17. Eliæ, 3. Reg. 18.
- Hunc zelum vitam esse veræ religionis.
- Scientiam præter zelum Dei tam non sufficere ad salutem, vt maiori etiam nos condemnationi reddat obnoxios.
- Zelo temeritatem abesse debere.

TABVLA II.

- Quid sit. Est enim affectus ex amore & indignatione natus, non ferens alteri tribui, quod quis sibijpsi, vel alicui, quem amat, tribui cupit, vt res amata quidem rectè habeat, eaque fruatur, qui debet, & alienus ab eius fruitione excludatur.

Loci duo.

Quotuplex. Alius enim est

- Diuinus, & is duplex est. Alius
  - Præter scientiam, qualem Paulus in Iudæis fuisse dicit, Rom. 10. a. 2. Talis etiam in Paulo erat, Galat. 1. c. 13. Hic zelus erroneus est, & habet causam præcedentē: Insciti am veri intellectus, voluntatis Dei, & opinionem veri intellectus, sed erroneā. Hinc inflāmatur animus amore gloriæ Dei propagādæ, & indignatione aduersus eos, quos putat Dei hostes, sed falsò, eoq; tendit totus, vt Deus glorificetur, & hostes illius è medio tollantur.
  - Cùm scientia, quæ habet causam veram Dei notitiam, & inflammatur amore verbi Dei propagandi, & odio earū rerum, quæ cursui verbi impedimento esse videntur. Est autē & hic zelus duplex: tempestiuus & intempestiuus. Tempestiuus, qualis in Mose, Phinea, Elia, & Christo exarsit. Intempestiuus & incautus, quādo nō seruatur temporis opportunitas.
- Humanus, qui est duplex:
  - Officij: vt Parentum in sua œconomia, Principis in regno, Præceptoris in schola, Concionatoris in templo. Hic zelus facit, ne quis sit negligens, aut remissus in officio.
  - Contra officium: vt Medeæ furor, quo excitabatur ad dilacerandum infantem. Neronis similiter ad perdendum regnum.
- Diabolicus, qualis est Iudæorum, Turcarum, Papistarum, & Anabaptistarum, qui instigantur à Satana ad opprimendam veritatem Dei.

De Intentione bona.

- Quid sit. Est enim voluntatis actus, tendens in finem per aliqua media.

Loci duo.

Quotuplex intentio. Alia est

- Bona, in qua hæc sunt:
  - Bonus finis & iustus.
  - Media iusta & bona. Non enim satis est finem esse bonum, nisi & media sint iusta. Nam si quis furaretur, vt daret eleemosynam, rem bonam sibi ob oculos proponeret: sed quia medium prauum est, idcircò intentio bona dici non potest.
  - Fides, quæ à verbo Dei pendeat, non à Patribus & Conciliis. Hæc fides est, quæ intentionem dirigit.
- Mala: vt si
  - Finis malus est.
  - Media prana.
  - Per bonam intentionem statuamus opera nostra fieri meritoria, & quidem æternæ vitæ.
  - Statuamus habituali (vt loquuntur) intentione opus bonum reddi: id est, absque motu bono cordis factum. Fingunt enim Scholastici, actiones nostras Deo placere, vt preces, lectiones Psalmorum, eleemosynas, &c. tametsi de Deo nihil actu cogitamus. Et satis esse arbitrantur habitualem intentionem, præsertim si in ipsius operis initio de Deo & gloria eius aliquid cogitetur, ita vt eo dirigatur, quod instituitur.

De Festis Christianorum.

CHRISTIANORVM in festis hæc consideranda.

- Quid *sit. Est enim festi celebratio, cogitatio, seu prædicatio de illo admirando opere & testimonio, quod Deus tradidit ab initio hominibus: de hoc præcipuè articulo, quod Deus Filium suum miserit in mundum pro nobis, vt per eum nobis donaret remissionem peccatorum, & vitam æternam.*
- Quotuplex. *Est enim aliud*
  - Externũ, *cuius vsus est, vt populus in*
    - Fide *se exerceat: id fit dum populus*
      - Admonetur *opificij Dei admirandi, & inculcatur Deum vniuersorum Dominum, conditorem, & gubernatorem omnium esse.*
      - Admonetur *festi religione beneficiorum, quæ hac nobis septimana præstitit Dominus.*
      - Suæ *dignitatis admonetur, in qua à Deo conditus est, vt eò fortius in Deo confidere discat.*
      - Admonetur *promissionis de Christo.*
      - In *his se exercet operibus, per quæ homines à Deo sanctificantur, vt sunt lectio & concio sacra, audire verbum Dei, orare, gratias agere, docere, &c.*
      - Cogitat *festum hoc typum esse perpetui festi.*
    - Officio *charitatis ac misericordiæ se exerceret.*
  - Internum, *seu spirituale, quo cessamus ab omni opere seruili: id est, à peccatis, & sinimus Deum sua in nobis operari opera.*
  - Cœleste, *seu perpetuum, sempiterna requies est in Deo.* (ctus esse.
- Cur *loco Sabbati Dominica obseruatur.*
  - Vt *sabbatum Iudaicũ omnino abrogatũ esse cernatur, neq; nos legi Mosaicæ astri*
  - Propter *Dominicæ resurrectionis memoriam ad finem vsq; mundi celebrandam.*
  - Vt *Christi beneficium refricetur: eo enim die non solùm Israelitas, sed vniuersum genus humanum non de domo Ægyptiacæ seruitutis, sed de potestate Satanæ liberatos eduxit, ac de morte pariter, peccato & Satana surgendo triumphauit.*
  - Vt *significaretur in Christo nobis veram esse requiem, & in eo omnem plenitudinem nobis esse exhibitam.*
- Qui *dies nobis obseruandi. Feriæ videlicet Christi, quæ nihil superstitionis habent, nec pariunt: vt, Dominica Natiuitatis, Passionis, &c.*
- Cur *non sint dies festi nominibꝰ ac memorijs Sanctorũ nuncupandi. Quia*
  - Carnis *ingenium est ad superstitionem, quàm ad veram religionem proclivius, & homines tot diuorum festis ad cultum creaturarum inducuntur, & veri Dei, qui solus coli vult, obliuionem.*
  - In *his festis magis multiplicantur peccata in tabernis, choreis, & alijs lasciuijs, quàm docet otium.*
  - Dies *operabiles vix sufficiunt pauperibus ad vitæ necessaria procuranda.*
  - Non *decet creaturis honores impendere diuinos.*
  - Plebs *misera non debet pondere non ferendo opprimi.*
  - Apostolorum *ætas ac Ecclesia primitiua festorum pluralitatem ignorauit.*
  - Pluralitas *festorum à Pontificibus impijs est instituta, à populo Israel, vel ab Ethnicis magis desumta.*
  - Vt *numerus feriarum, ita & superstitio crescit.*
  - Omnes *dies Deo consecrati sunt, vt & ab illo creati, ac impium est dies à Deo conditos nominibus ac memorijs hominum, quocunque prætextu nuncupare.*
- Sacris *cœtibus extra festos etiam dies Domini non posse carere Ecclesiam, ordinemque iubere certũ Ecclesiam conuenire diebus & locis, in quibus exerceatur doctrina sana, oratio fidelis & publica Sacramentorum participatio, ac eleemosyna. Interim tamen otium vitandum esse, quòd Deus magna seueritate laborem præcipiat.*
- Quis *sit vsus diei Dominicæ, & reliquorum festorum. vt*
  - Christianis *sit certum tempus exercendæ fidei & disciplinæ Ecclesiasticæ.*
  - Imbuantur *mentes, & pascantur verbo fidei & charitatis disciplina.*
- Quis *abusus diei Dominicæ.*
  - Iudaicus, *quo putatur satis esse, si nihil fiat laboris, quasi otium sit cultus Dei.*
  - Quòd *id, quod erat faciendum, cuius gratia eius diei sanctificatio instituta est, à pleriſq; planè non curatur.*
  - Quòd *conuentus Ecclesiasticus negligitur, & familia à cœtu abstrahitur.*
  - Quòd *ferias Sanctis dicârunt cultores Sanctorum.*
  - Quòd *maior pars ab vtilibus operibus feriata, non tantùm inutilia, sed & turpia, & mala facit, vt qui die Dominico vanitati studeant, & delitijs suis ac concupiscentijs vacant, conuiuando, mebriando, scortando. Hinc est, quòd nusquam plus vanitatis, turpitudinis & luxus cernitur, quàm eo die, qui debebat Deo sanctus haberi. Et quod omnium turpissimum est, etiam in conuentus Ecclesiasticos tanta vanitate & impudentia concurritur, non alia immodestia, q̃ si ad vanissimas choreas & saltationes conuocaretur Ecclesia, vt verum sit quod dicit Augustinus in enarratione tituli Psal. 91. quantò melius est arare, quàm saltare.*

De Cath-

De Cantu Ecclesiastico.

LOCI quatuor.

- Vnde ortum habuerit Cantus Ecclesiasticus. *Ab Hebræis videlicet: in Tabernaculo enim & Templo Solomonis Leuitæ statutis horis aderant, qui coram Domino, audiente populo, sacros hymnos canebant, & Deo gratias agendo insignia Dei beneficia suæ genti collata dulcissimè celebrabant, preces interponebant, & sententias intermiscebant, ad mores vitamq; hominum informandam. Patres item familiâs cùm domi accumberent, vel à conuiuio surgerent, quosdam hymnos canebant, dum solennes dies, iuxta Legis mandatum, inter suos agitarent, atq; ita gratias Deo agentes, illius egregia opera per manus quosdam modo suis posteris tradebant. A quo laudabili more Dominus noster* IESVS *Christus discedere noluit, quando post Cœnam Paschalem nocte, qua tradebatur, vnà cum Apostolis, in montem Oliuarum, hymno dicto, exijt, Matth. 26. v. 30.*
- In quē finē sit institutus cantus Eccles. Vt
  - Animi *affectus componat.*
  - Sonorum *iucunditate sensus moueat, erudiat.*
  - Deum *per illum prædicemus.*
- An cantus in Ecclesia retineri possit. Retineri posse hæ rationes probant: quia
  - Paulus 1. *Cor. 14. d. 26. Ephes. 5. c. 19. Coloss. 3. c. 16. cantica spiritualia: id est, è Spiritu profecta, non reiecit, etiamsi nullum ea de re in nouo Testamento præceptum extet.*
  - In *Oriente sacri cœtus inde ab initio cantum receperunt, quod ex Plinij testimonio in Epistola quadam ad Traianum Imperatorem facilè cognosci potest, vbi scribit, Christianos consueuisse hymnes antelucanos Christo suo canere. Fuit autem Ioannes Euangelista vsque ad Traiani tempora superstes. Quare si quis dixerit, vel Apostolorum tempore cantum fuisse in sacris cœtibus, à vero non errabit.*
  - Et *Occidentales Ecclesiæ canendi morem, licet serius, receperunt. Id enim tempore Ambrosij consecutus fuisse Augustinus lib. 9. Confessionum, testatur.*
- Quis modus in Musica Ecclesiastica retineri debeat.
  - Ne *in Musica pietatis & cultus diuini vis ponatur.*
  - Ne *meritum ac remissio peccatorum ibi collocetur. Nam Presbyteros ac Monachos permultos videas, qui Deum se inde arbitrantur pulcrè promeruisse, quòd Psalmos quàm plurimos cecinerint.*
  - Ne *sic indulgeatur cantibus in Ecclesia, vt prædicationi verbi Dei nullus propemodum relinquatur locus. Vide dist. 92. can. Cantantes.*
  - Ne *in Templis quæuis promiscuè canantur, sed illa tantùm, quæ diuinis literis continentur, aut quæ inde iustis conclusionibus eliciuntur, & cum verbo Dei consentiunt.*
  - Si *in canendo vox parum flectatur, ita vt potius ad modum recitantis q̄ canentis accedat. Is erat mos etiam Ecclesiæ Alexandrinæ sub Athanasio, quem morem Augustinus vehementer probauit, licet Musicam etiam Ambrosianam non improbet.*

De Synodis.

TABVLA I.

SYNODVS duplex.

- Vniuersalis. *Hic disce:*
  - Quid *sit. Est enim in qua omnes Ecclesiæ, quoad eius fieri potest, conueniunt: quamuis singuli fideles non adsint, sed vnus quispiam, totius alicuius Ecclesiæ, aut interdum etiam regionis nomine compareat.*
  - Penes *quem sit ius conuocandi Concilij vniuersalis. Constat præcipuum hoc munus esse Magistratus, vt tranquillitatem Ecclesiæ conseruet: si Magistratus suum neglexerit officium, Pastorum munus est prospicere, quantum in se est, ne quid Ecclesia Christi detrimenti accipiat, & mutuò se excitare, vt communi consilio consulatur Ecclesiæ commodis.*
  - Quales *eligendi, qui ad Concilium mittuntur. Quos videlicet constat communi consensu, & doctrina, & vitæ integritate, cæteris q̄ Spiritus Sancti donis excellere, apud quos nullus omnino sit ambitioni locus.*
  - Qui *sint audiendi in Concilio. Concilium non est alligatum certorum hominum & ab Ecclesia ritè & legitimè delectorum autoritati, sed cuiuis etiam infimo patet dicendi locus: ita tamen, vt certo ordine constituto, nec temerè quisquam admittatur, nec Spiritus Sanctus in vllo prorsus negligatur.*
  - Quis *præesse debeat, & seq. Vide literam A.*
- Particularis. *Hic disce:*
  - Quis *finis sit. Vt videlicet de articulis fidei, controuersiis, ac querelis, rectè & secundum verbum Dei iudicetur.*
  - Quæ *hic requirantur.*
    - Ne *qua rursus tyrannis in Ecclesiam inuebatur, quasi certæ alicui sedi, vel personæ sit alligatus Spiritus Sanctus.*
    - Vt *omnia ad ædificationem referantur.*

- Quis *præesse debeat actionibus Conciliorum vniuersalium.* *Sicut vnius Imperatoris mandato cogebantur olim vniuersales Synodi, antequam Romanus Episcopus ipsam Imperij coronam pedibus subijceret: ita etiam nemini dubium est, quin vel Imperatores ipsi, vel hi, quos ipsis placuisset deligere, rogandis & colligendis suffragijs præessent, vt ex veterum Synodorum actis liquere potest. Quid enim tantopere decet Ecclesiæ nutritios, quam suam autoritatem interponere, vt Deus in pace & tranquillitate colatur. Meminerit tamen Magistratus, quomodo vîc interesse debeat, non vt regnet, vel leges condat, sed vt ex Dei verbo per os Ministrorum explicatas Leges, & sibi & alijs obseruandas proponat.*
- Quantum *sit tribuendũ autoritati Synodorum. Hic discе:*
  - Synodorum *iudicia non esse statim aspernenda, visi quas palàm apparuerit non legitimè coactas, & aduersus veritatem comparatas esse.*
  - Nihil *esse vt à Synodis ita pendeamus, quin verbo Dei, per se ad constituenda præcipua dogmata satis plano, sua integra autoritas seruetur.*
  - Non *licere cuiquam, etiam Angelo, nedum homini, vt vel tantillum verbo Dei vel detrahat, vel adijciat.*
  - Licere *nobis, per tot annos omni crudelitatis genere vexatis, vt Romanæ Meretricis scortationes in dubium vocemus, & coram Ecclesia catholica sub legitimis Iudicibus coarguantur.*
- Cur *indici consueuerint Synodi. Hic discе:* (A.)
  - Nullam *vnquam Synodum Christianam vel fuisse indictam, vel indici posse, ad nouum alicuius fidei articulum constituendum. Vnius enim Dei est exponere, quid vel sit, vel non sit peccatum: quia vnus habet imperium in hominum conscientias.*
  - Quæ *sit causæ Synodorũ. Vt*
    - Pura *doctrina in verbo Dei comprehensa aduersus hæreticos asseratur, & Ecclesiæ testimonio confirmetur.*
    - Politia *Ecclesiæ pro diuersa temporum, locorum, & personarũ circumstantia cõstituatur. Vbi hæc sunt consideranda:*
      - Vt *doctrina ipsa distinguatur à ritibus, qui etsi ad ædificationem pertinent, tamen propriè respiciunt ordinem & decorum illud, quod debet in Ecclesia Dei seruari. Nam doctrina conscientiam attingit, & tantùm abest, vt ab hominũ nutu pendeat, vt contrà nefas sit illam non obseruare, & vel tantillum ei adijcere, vel detrahere. Regulæ autem illæ, vel canones spectant decorum in rebus exterioribus, adeoq; neque sunt vniuersales magna ex parte, neque perpetuæ. Quod enim alicubi prodest ad ædificationem, alibi potius noceret, adeoque diuersa est temporum ratio. Quum igitur eiusmodi constitutiones, & si, quod attinet ad finem & fundamentum, nempe generale illud decorum, quod nobis obseruandum præcipitur, diuinæ sunt, ac cœlestes, tamen humanæ sint & mutabiles, si spiritualem formam spectemus, consequitur illas non per se obligare conscientiam, sed, si quidem probæ & iustæ sunt, hactenus nos illis obligari, vt ædificationi Ecclesiæ cedant, & offendiculum vitemus.*
      - Vt *constitutiones sint vtiles, aptæ, non superstitiosæ, aut impiæ, & tales, quibus homines ad idolatriam & hypocrisin primi, non facilè possint abuti.*
      - Ne *multitudo cæremoniarum, seu rituum inuehatur.*
      - Ne *quid statuatur, cuius vel necessarius, vel maximus non sit vsus.*
- Quid *respondendum his, qui Conciliorum autoritatem nobis obijciunt.*
  - Circumstantias *obseruandas esse, quænam Concilia proferantur, quomodo, quo tempore, quo loco, à quibus, & quo fine conuocata fuerint.*
  - Expendendum *esse ipsum doctrinæ genus, an ex Dei verbo sumta sit.*
  - Credere *nos Ecclesiæ, vt testi, quatenus vera est Ecclesia, & verbo Dei consentit.*

TABVLA II.

Loci quatuor.

- Quid *sit. Concilium est legitima congregatio autoritate Ecclesiæ facta, ad aliquem locum, ex omni statu totius Ecclesiæ, nulla fidelis persona exclusa, quæ audire requirat salubriter tractanda, quæ ad doctrinam & mores respiciunt.*
- Quotuplex, *&c. Vide literam A.*
- Quæ *causæ veri Concilij.*
  - Efficiens, *quæ est vel*
    - Impulsiua, *vt necessitas vitãdi periculũ doctrinæ & mortũ.*
    - Instrumentalis, *optimi ac doctissimi viri, qui in Concilio iudices esse debent.*
  - Formalis, *est ipsa actio, seu tractatus iuxta verbum Dei.*
  - Finis, *vt veritas discussa eluceat.*
- Qui *effectus veri Concilij.*
  - Confirmatio *veræ doctrinæ.*
  - Tranquillitas *& concordia veræ Ecclesiæ.*
  - Confutatio *falsorum dogmatum.*
  - Integritas *morum inter Ministros Ecclesiæ.*

A. Quo

A. Quotuplex. aliud.
- Verum, *quod Spiritum Sanctum Ecclesiis Rectorem, ac Scripturarum autorem veneratur, & contra Scripturas nihil concludit, vt Act. 1.a.6. 6.a.2. 15.a.2. &c.*
- Generale, *quod est vel* Erroneũ, *seu falsum, quod contra veritatem concludit, vt Concilium*
  - Achaicum, *3. Reg. 18. c. 19. 3. Reg. a. 6. vlt. vbi omniũ suffragijs damnatur veritas, Micha pro hæretico damnatur, percutitur, conijcitur in carcerem.*
  - Pharisaicum, *de quo Matth. 17. c. 14. 27. a. 1. Mar. 13. b. 9. 14. d. 53. Act. 4. 5. 6. 9. 22. vbi Christus condemnatur.*
  - Ariminense, *dist. 15.* Sarricenum.
  - Mediolanense, Seleucianum, Syrmiense,
  - Aquisgranense, *dist. 20. can. de Libellis.*
  - Africanum, *dist. 32. can. præter hoc.*
  - Toletanum, *can. 17.* Constantiense, Neocæsarienſe, Moguntinense, Carthaginense II. Elibertinũ, *can. 33.* Agathense, *can. 39.* Calcedonense, *can. 16.* Aurelianense, *can. 17.* Carthaginense V. *can. 3.* Arelatense II. *can. 2.* Auerroicense, *can. 22. etc.*
- Prouinciale, *quod Episcopi per suas prouincias, quibus præsunt, celebrant, vt in illis de omnibus articulis fidei, controuersijs, ac querelis, rectè ac secundùm verbum Dei iudicetur.*

De Reuerentia.

Loci quatuor.
- Quid *sit. Est enim species iustitiæ distributiuæ, quæ tribuit alijs suum locum, & dona Dei in alijs agnoscit, & magnifacit, & agnoscens propriam infirmitatem, se illis subijcit, & hanc subiectionem externis significationibus declarat.*
- Quæ *partes.*
  - Humilitas, *agnoscens suam infirmitatem, & se alijs subijciens.*
  - Modestia, *in familiaribus congressibus, vitans arrogantiam, in gestu, vultu, sermone, &c.*
  - Obseruãtia, *quæ alteri exhibetur, primũ honorifica opinione tribuente alteri præstantiam, propter diuinũ aliquod bonum: deinde externa significatione, vel gestu, vel sermone, vel officijs certis. Visitati gestus sunt, nudare caput, cedere de loco, assurgere.*
- Quæ *causæ.*
  - Mandatum *Dei.*
  - Mens *cogitans mandatum Dei, quod præcipit reuerentiam, Phil. 2. Rom. 12.*
  - Voluntas *obtemperans mandato Dei.*
- Quæ *pugnantia.*
  - Superbia, *non agnoscens propriam infirmitatem, & se supra alios efferens.*
  - Assentatio, *simulans reuerẽtiam externis signis, sine honorifica opinione in mente.*

De Modestia.

Loci tres.
- Quid *sit. Est virtus, quæ moderatur omnes animi & corporis motus: vt cum ordine naturæ, legum, personarum, locorum, & c. conueniant.*
- Quæ *partes.*
  - Modus, *seu moderatio omnium cupiditatum, affectuum & voluptatum.*
  - Humilitas.
  - Veritas, *non plus sibi tribuens in opinione, & sermonibus, quàm debet.*
  - Sedulitas, *faciens proprium officium, & non ingerens se alienis negotijs.*
  - Reuerentia, *agnoscens dona Dei in alijs, & propterea se in illis subijciens.*
  - Verecundia, Pudicitia.
  - Ciuilitas *morum, quam Cicero decorum speciale appellat, & versatur in regendis gestibus, sermone, habitu corporis, & actionibus, vt seruetur ordo naturæ, temporibus, locis, personis, & cæteris circumstantijs congruens.*
  - Moderatio *animi, non efferentis se in rebus secundis.*
  - Moderatio *in omni sermone & actionibus, cauens vt ne quid nimis.*
  - Prudentia, *amplectens mediocrem vitæ statum, & rectè ferens præsentia incommoda, nec appetens nimis magnas functiones.*
- Appetitio *gloriæ, seu bonæ famæ, propter has causas:*
  - Vt veram Dei agnitionem, pietatem, benemerita erga Ecclesiam & Remp. & cæteras virtutes, quæ veræ gloriæ fundamenta sunt, maiori studio & cura complectamur. Nam gloria virtutis comes est, vt corporis vmbra.
  - Quia vult Deus famam & infamiam discernere: vult intelligi discrimen virtutum & officiorum.
  - Quia vult Deus bonã famã alijs exẽplo esse, vt inuitẽtur & ipsi ad virtutẽ.
  - Quia non vult Deus suam doctrinam deformari scandalis, nec infamia ac turpitudine morum hominum animos ab Euangelio abalienari. Est autem gloria approbatio Dei, & propriæ conscientiæ rectè iudicantis, & aliorum bonorum, ac rectè iudicantium celebratio, semper respondens veræ pietati & eximiæ virtuti, ac benemeritis erga Ecclesiam & Rempublicam.
- Quæ *pugnantia, &c. Vide literam A.*

A.
Quæ pugnantia.
- Superbia.
- Vanitas & iactantia immodicè se prædicans.
- Æmulatio dolens alterum nobis antecellere, & propterea cupiens eum premere vel tollere, ne nos inferiores ducamur.
- Ambitio, quæ est vitiosa cupiditas gloriæ.
- Leuitas & impudentia negligens aliorum iudicia & non metuens veram infamiam.
- Inciuilitas morum, seu rusticitas.
- Obscœnitas in sermone & moribus.
- Scurrilitas in sermone, gestu, habitu corporis & vestibus.

De Mansuetudine.

LOCI quinque.

Quid sit. Est enim virtus, quæ moderatur iracundiam & vindictæ cupiditatem, remittit offensiones, & condonat etiam veras iniurias, publicæ concordiæ causa.

Quæ species.
- Dissimulare leues iniurias, vt conuitia inscitiæ, ignobilitatis, stoliditatis, paupertatis, & contemnere eas, & prorsus condonare.
- Condonare & tolerare communes næuos hominum, de quibus dicitur: Amicitias res noueris, non oderis.
- In veris iniurijs, non tamen atrocibus, potiorem habere rationem publicæ tranquillitatis & salutis, quàm priuati doloris.
- In atrocibus iniurijs legitimo modo se defendere: sed tamen in animo remittere coram Deo.

Quæ causæ.

Efficientes.
- Spiritus Sanctus, accendens in mente cogitationem mandati diuini, quod prohibet cupiditatem vindictæ, & voluntatem, ac corrigens, vt reprimant iracundiam, & offensiones remittant.
- Verbum Dei.
- Mens & voluntas humana.

Impulsiuæ.
- Mandatum Dei.
- Comminationes contra vindictæ cupidos.
- Exemplum Dei, qui immensa misericordia nobis singulis atrocissima peccata, quibus ipsum offendimus, remittit, & pœnas mitigat.
- Propriæ infirmitates & peccata, quibus & diuina & humana remissione opus est.

Materialis, circa quam aliorum peccata, offensiones & iniuriæ, quibus nos, vel alios affecerunt.

Finalis.
- Vt Deo obediamus.
- Vt Dei gratiam & misericordiam erga nos non amittamus.
- Vt parcamus communi tranquillitati Ecclesiæ & Reipublicæ.
- Ne inuocatio nostra & aliorum incensis odijs turbetur.
- Vt consulamus priuatæ quieti, & priuatis commodis, quæ multipliciter litibus & rixis impediuntur.
- Vt consulamus nostræ famæ, quæ etiam cùm iustam litigandi causam habemus, multipliciter ab aduersarijs deformatur.

Quę exempla.
- Deus tolerans peccata generis humani, & condonans ea agentibus pœnitentiam.
- Christus,
- Moses,
- Dauid parcens Sauli, &c.

Quæ pugnantia.
- Crudelitas,
- Iracundia,
- Cupiditas vindictæ.
- Lætitia in calamitate bonorum, vt Semei insultat Dauidi, fugienti in exilium.
- Inuidentia, seu liuor indulgens odio, & dolens alterum crescere, & magnificri, & cupiens eum lædere vel tollere.
- Leuitas, negligens etiam veras & atroces iniurias, vt qui tolerant coniugum & liberorum impudentiam, qui conuitia, quibus fama ipsorum lædituer, non modestè refutant.
- Indulgentia parentum, vel Magistratuum conniuentium ad delicta enormia.
- Lentitas, nullos habens excitatos motus, non irascens turpitudini, aut scelcribus.

De Con

De Concordia.

TABVLA I.

- Quid *sit. Est enim virtus, quæ humiliter de se sentiens, & frænans iracundiam, & tolerans aliorum infirmitates, & condonans etiam veras iniurias, tuetur concordiam, & cauet ne pugnet de vlla re non necessaria, ne publica tranquillitas Ecclesiæ & Reipublicæ turbetur.*
- Quæ *partes.*
  - Humilitas, *frænans superbiam sine causa rixantem.*
  - Mansuetudo, *moderans iracundiam, & cupiditatem vindictæ.*
  - Patientia, *tolerans communes hominum infirmitates & næuos, vt moroſitatem, ſuſpicacitatem, auiditatem gloriæ, intemperantiam, &c.*
  - Æquitas, *quæ etiam cũ veris & magnis iniurijs affecti ſumus, remittit aliquid de ſummo iure.*
- LOCI quatuor.
- Quæ *cauſæ.*
  - Efficiens.
    - Spiritus, *Sanctus,*
    - Verbum *Dei,*
    - Mens & *voluntas.*
  - Materia, *circa quam*
    - Doctrina, Conſilia,
    - Sermones, Actiones,
    - Politiæ, Scholæ, Oeconomiæ.
  - Finalis. *Vt*
    - Deo *præſtetur obedientia.*
    - Conſentiẽtibus *multorũ mẽtibus rectè Deus agnoſcatur & inuocetur.*
    - Communis *ſocietas Eccleſiæ, politiæ, ſcholæ & œconomiæ, ſalua & incolumis conſeruetur.*
    - Ampliſsima *præmia, quæ Deus ſtudioſis concordiæ promiſit, conſequamur.*
- Quæ *pugnantia.*
  - Lentitas, *non pugnans etiam de rebus valdè neceſſarijs: Vt, de retinenda puritate doctrinæ, honeſta diſciplina, libertate, defenſione, fama coniugum, liberorum, &c.*
  - Contentioſitas *orta ex ſuperbia.*

TABVLA II.

- Quid *sit. Est enim diuerſorum cordium ſimul in vnum conſenſum conuenientia, vel (Vt Iſidor. lib. Etymol. inquit) eſt conuenientium in rectitudine animorum indirupta quædam & vnita complexio.*
- Quotuplex. *Est enim alia*
  - Ciuilis, *quæ eſt conſenſus ciuium in rebus honeſtis, ac defendendis legibus ciuilibus.*
  - Chriſtiana, *quæ eſt conſenſus in doctrina veritatis, atq; actionibus honeſtis, ac ſalutaribus Eccleſiæ.*
- Quæ *cauſæ:*
  - Mandatum *Dei.*
  - Fides, Spiritus.
- LOCI ſex.
- Qui *effectus.*
  - Diſcernit *Chriſtianos à non Chriſtianis: concordia enim Chriſtianorum ſignaculum eſt.*
  - Atteſtatur *nos eſſe filios Dei. Vt enim Satanæ ſunt filij, qui pacem ac concordiam confundunt: ita filij Dei vocantur, qui concordiam amant: Beati, inquit Chriſtus, pacifici, quia filij Dei vocabuntur.*
  - Certificat *noſtra opera placere Deo: nam, teſte Gregorio in Paſtorali, diſcordes tamdiu nullum boni operis ſacrificium immolant Deo, quamdiu à proximorum charitate, ac concordia diſcordant.*
  - Diſponit *ad inquiſitionem eorum, quæ recta ſunt: nam, teſte Gregor. Moral. lib. 9. Peruerſæ mentes ſi ſemel ad ſtudium contrarietatis eruperint, ſiue prauum, ſiue rectum, quid à contradicentibus audiant, aduerſis hoc reſponſionibus impugnant. Quia cùm perſona per contrarietatem diſplicet, nec recta, quæ protulerit, placent. Ac ſecus faciunt concordes.*
  - Auget *res, ac fulcit opes, etiam exiguas. Concordia, inquit Salluſtius, res paruæ creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.*
  - Defendit *contra hoſtes, ac tutiores reddit, iuxta prouerbium: Mutua defenſio tutiſſima. Minus enim læduntur hi, qui concordes mutuò ſe defendunt. Huc pertinent ſimilia: Tirrhenus lapis, quamuis grandis & integer innatat, comminutus ſubſidet: ita concordia ſuſtinemur, diſcordia peſſum imus. Item, Vt ſingula haſtilia facilè frangas, coniuncta non poſſis: ita diſſidentes facilè ſuperantur, concordes haud facile: vnde Scilurus Scytha, teſte Plutar. in Apopht. cũ relictis maribus filijs 80. diem eſſet obiturus, haſtarũ faſcem cuiq; obtendens, vt illum confringerent, iubebat. Id autẽ ſingulis ſe poſſe negantibus, ipſe ſingulatim eductas haſtas facilè confregit. Ita docens eos, vbi vnà perſeuerarent, firmos ac potentes fore. Imbecilles autem ſi ſeparentur, ac diſſideant. Item, Vt in digitis etiam, qui ſcribere, aut canere neſciunt, tamen vnà cum illis mouentur, & obſequuntur: ita fratres fratribus Magiſtratum adminiſtrantibus, adeſſe conuenit. Item, Vt ciuiles ſeditiones rectius in hoſtes transferimus: ſic rectius inuidemus alienis, quàm fratribus, etiamſi ſit optimum omnino non inuidere. Vnde, teſte Valerio lib. 2. Maiores conuiuium ſolenne inſtituere ſolebant, idq; Chariſtiam vocabant, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur, vtſi quæ inter neceſſarias perſonas querela eſſet orta, apud ſacra menſæ, & inter hilaritatem animorum fautoribus concordiæ adhibitis, toleretur.*
- Quæ *cognata.*
  - Miſericordia, Beneficentia,
  - Correctio *fraterna,* Gaudium, *&c.*
- Quæ *pugnantia.*
  - Odium, Inuidia,
  - Diſcordia, Contentio,
  - Bellum, Rixa, Seditio, *&c.*

De Humanitate.

Loci tres.

- Quid *sit*. *Est enim iustitia copulata cum comitate, mansuetudine, æquitate, beneficentia, affabilitati, & similibus.*
- Quæ *partes*.
  - Bonitas *conueniens naturæ hominis, amans omnes, præsertim virtute & doctrina præditos, nemini nocens, omnibus benefaciens, & prodesse cupiens.*
  - Æquitas, *tolerans næuos aliorum.*
  - Mansuetudo.
  - Beneficentia, *iuuans alios consilio, opera, pecunia, &c.*
  - Affabilitas *in quotidianis congressibus, facilè & libenter alloquens alios, & leniter, non fastidiosè audiens alios, nec duriter, sed benignè ac comiter respondens.*
  - Comitas, *quæ in omni sermone, gestu, actione, & officijs præstandis, beneuolentiam suam erga alios, cum quadam suauitate, declarat.*
  - Doctrina *bonarum artium, quæ humanitatis appellationem sortitæ sunt.*
- Quæ *pugnantia*.
  - Morositas, *quæ duriter alloquitur, & fastidiosè audit alios, difficulter officia præstat.*
  - Aulica *lenitas, simulans beneuolentiam erga omnes, omnibus deferens sua officia, sed nihil præstans.*

De Castitate.

Loci quatuor.

- Quid *sit*. *Est enim virtus retinens munditiem animi & corporis, cum voluntate Dei congruente, & vitans omnes libidines.*
- Quæ *species*.
  - Puritas *vitæ cœlibis, quæ est munditiem animi & corporis, sine vllo seminis abusu, sine commixtione & contaminatione corporum, sine impudicis cogitationibus, & sine vllis incendijs libidinum, retinere. Qualis est puritas in angelicis naturis, & ætate immatura, & aliquibus singulari dono præditis.*
  - Castitas *coniugalis, quæ est in coniugio seruare ordinem, mirando Dei consilio institutum.*
- Quæ *causæ*.
  - Efficientes.
    - Spiritus *Sanctus, accendens in cordibus cogitationem verbi, & mandati diuini: deinde monens voluntatem, vt obediat verbo Dei, &c.*
    - Verbum *& mandatum Dei.*
    - Mens *cogitans mandatum Dei per Spiritum.*
    - Voluntas.
    - Honesti *labores.*
    - Temperantia.
    - Diligentia *in vitandis occasionibus, quæ nos ad libidinem incitarent.*
  - Finalis.
    - Vt *Deo præcipienti obtemperemus.*
    - Vt *Deum cognoscamus esse mentem castam.*
    - Vt *retineamus gratiam Dei.*
    - Quia *castitas per sese omnium cæterarum virtutum ingens, ac necessarium ornamentum est, quo sublato, omnia cætera, ingenij, doctrinæ, & virtutum decora deformantur.*
    - Vt pœnas *vitemus.*
    - Ne *nostram confessionem, doctrinam de Deo, & Ecclesiam, in qua viuimus, scandalis deformemus.*
    - Ne *publicas pœnas cumulemus.*
- Quæ *pugnantia*.
  - Vagæ *libidines, & scortationes extra coniugium.*
  - Adulteria, *quibus coniugij fœdus rumpitur.*
  - Diuortia *vulgaria, qualia apud Gentes.*
  - Stupra, *cùm vel virginis, vel viduæ honestè viuentis pudicitia violatur.*
  - Incesti *concubitus, à quibus natura abhorret.*
  - Impudicæ *& sparcæ cogitationes.*
  - Spurci *& obscœni sermones.*
  - Prohibitiones *& vituperationes coniugij.*
  - Incendia *libidinum.*
  - Effusiones *seminis extra coniugium.*
  - Simulata *castitas.*

De Temperantia.

TABVLA I.

- Loci tres:
  - Quid *sit. Est enim temperantia, vel sobrietas, virtus, quæ moderatur appetitiones cibi & potus, ita vt nec precationem, meditationem, ac labores vocationis ingluuie impediamus, nec somnum & valetudinem nimia media lædamus.*
  - Quę *causæ.*—
    - Efficiens.
      - Spiritus *Sanctus.*
      - Mandatum *Dei.*
    - Finis, *vt*—
      - Deo *obediatur.*
      - Vita *corporis conseruetur.*
      - Possit *præstari intentio in cognitione de Deo, & rebus diuinis: in quotidiana inuocatione, in studijs, in consilijs capiendis, & tota gubernatione vitæ.*
      - Multos *morbos corporis vitemus.*
      - Casti *pudoris decus retinere possimus.*
      - Multa *scelera & calamitates vitemus.*
  - Que *pugnãtia.*
    - Ebrietas,
    - Voracitas,
    - Crapula,
    - Luxuria,
    - Ieiunia *Papistarum.*

TABVLA II.

- TEMPERANTIAE partes
  - Integrales, *vt sunt*
    - Verecundia, *per quam aliquis refugit turpitudinem.*
    - Honestas, *per quam aliquis amat pulcritudinem temperantiæ.*
  - Subiectiuæ, *q̃ sunt species eius, vt*
    - Abstinentia *in cibo,*
    - Sobrietas *in potu,*
    - Castitas,
    - Pudicitia, *vt in osculis, tactibus, &c.*
  - Potentiales, *vt sunt*
    - Continentia, *quæ refrænat motũ voluntatis cõmotæ ex impetu passionis.*
    - Humilitas, *quæ refrænat motum audaciæ.*
    - Mansuetudo, *quæ refrænat motum iræ tendentis ad vindictam.*
    - Modestia, *quæ refrænat motus & actus corporales.*
    - Bona *ordinatio, ad quam pertinet discernere quid faciendum sit, quid non, & quo ordine.*
    - Ornatus, *quo homo obseruat decentiam in eo, quod agit.*
    - Austeritas, *in colloquijs amicorum & consilijs.*
    - Parcitas, *qua superflua non requiruntur.*
    - Moderatio, *vel simplicitas, qua homo non nimis exquisita requirit.*

De Simplicitate, seu Integritate.

- Loci quinque.
  - Quid *sit. Est enim virtus illa, qua mens hominis aliena redditur ab omni versutia, malitia & duplicitate. Vel est iustitia illa, qua cor cum erga Deum, tum erga proximum rectè est, & competenter animatum, & ab omnis generis malitia alienum.*
  - Quotuplex.
    - Integritas *factorum, quæ iustitia dicitur, & est duplex:*
      - Prudens, *dolositati contraria, & est bona. De qua in Euangelio, Simplices sicut columbæ.*
      - Imprudens, *quæ discretioni est contraria.*
    - Integritas *verborum, quæ veritas dicitur.*
    - Vtrumque *complectitur Dauid Psalmo 15. a. 2.*
  - Vnde *est hæc integritas, cum per transgressionem Adæ sit amissa. Ex fide Christi reparatoris omnium, cuius Spiritu in nobis ista reparatur integritas, vt & Deum diligamus, & proximum, & Legem Dei per Spiritum dilectionis impleamus.*
  - Qui *sint, qui integrè ambulent. Qui videlicet innocenter & candidè viuunt, quibus nulla inest duplicitatis malitia.*
  - Qui *effectus.*
    - Non *implicari mundo.*
    - Non *machinari dolos.*
    - Innocentiam *erga alios exhibere.*
    - Non *lædere quenquam.*
    - Cauere *malam de aliquo suspitionem.*

De Beneficentia.

- Quid *sit. Est enim virtus, quæ communicat facultates, & operas, vbi & quando decet, & mediocritatem efficit inter profusionem & sordes.*
- Loci tres.
  - Quę *causæ.*—
    - Efficientes.
      - Spiritus,
      - Verbum.
    - Materia, *circa quam sunt obiecta, vt*
      - Ecclesia *Dei,*
      - Ministerium *verbi,*
      - Studia *doctrinæ,*
      - Patria,
      - Respublica,
      - Amici.
    - Finalis, *vt*—
      - Mandato *Dei obtemperemus.*
      - Mutua *beneficentia vita hominum conseruetur.*
      - Exerceamus *fidem.*
      - Præmia *consequamur promissa à Deo.*
  - Quę *pugnătia.*
    - Maleficia, *seu iniuriæ, quibus aliorum mentes, corpora, famam, aut facultates, vel vi, vel desertione, vel alijs modis lædimus.*
    - Profusiones *immodicæ, præsertim in luxum, aut alias res vel inhonestas, vel non necessarias.*
    - Auaritia.

De hoc vide PETRVM MARTYREM in I. Samuel. lib. cap. 21.

De Veritate.

- Quid *sit. Veritas aliâs significat veram notitiam, vt Rom. 1. c. 18. aliâs significat fidelitatem, id est, constantiam voluntatis in vera beneuolentia & officijs amicitiæ debitis: aliâs virtutem significat, quæ sic definitur: Veritas est virtus, quæ inclinat voluntatem, vt veras sententias amemus, & vera, recta, explicata, & salutaria constanter dicamus, & faciamus, & in moribus fugiamus insidiosas occultationes & simulationes.*
- Loci tres.
  - Quę *causæ.*—
    - Efficientes.
      - Spiritus *Sanctus,*
      - Verbum *Dei,*
      - Mens *& voluntas.*
    - Materia, *circa quã sunt obiecta,*
      - Doctrina *de Deo, natura rerum, moribus, &c.*
      - Iudicia, *videlicet accusationes, defensiones, testimonia, sententiæ Iudicum.*
      - Pacta, *seu promissiones, in fœderibus, contractibus, &c.*
      - Consilia *in gubernatione, & priuata vita.*
      - Sermones *de aliorum virtutibus, & turpitudine.*
      - Significatio *nostræ voluntatis erga alios in sermonibus, gestibus, &c.*
    - Finalis, *vt*—
      - Agnoscamus *Deum, qualis est, & non ludamus furoribus opinionum de ipso.*
      - Intelligamus *Deum esse veracem, & ipsius verbum verum, ac certum esse, & ipsius promissiones & comminationes certas, ac firmas esse.*
      - Discernamus *Deum à mendace Diabolo.*
      - Artes, *quæ sunt fontes omnium in vita bonorum, constitui & retineri possint.*
      - Iudicia, *quæ coniugia & facultates hominũ defendant, haberi possint.*
      - Amicitiæ, *pacta, contractus, seu communicatio rerum ad vitam sustentandam necessariarum, & in summa tota ciuilis societas conseruetur.*
  - Quę *pugnătia.*
    - Mendacia: *id est, omnes opiniones, sermones, & gestus non congruentes cum rebus ipsis, & nocentes vel ipsi mendaci, vel alijs, & tota sophistica, quæ falsas opiniones, & malas causas fucosis prætextibus tuetur.*
    - Hæreses *& studium discendi, docendi, aut defendendi falsas opiniones, vel inutiles, & non necessarias subtilitates in omnibus doctrinis.*
    - Calumniæ *forenses in accusationibus, testimonijs, sententijs Iudicum.*
    - Perfidia *in non seruandis promissis, & fœderibus, ac amicitijs.*
    - Periuria *& fraudes in contractibus.*
    - Perfidia *& ironia in dandis consilijs.*
    - Obtrectatio,
    - Maledicentia,
    - Vanitas,
    - Iactantia,
    - Assentatio,
    - Hypocrisis, *seu simulatio in sermone, moribus, gestibus, &c.*

De Amicitia.

- Quid *sit. Est enim virtus, qua redditur beneuolentia mutua pro beneuolentia.*
- Quotuplex. *Est enim vel in*
  - Affectu, *& hæc est affecta. Est autem vel*
    - Naturalis, *quæ est inter patrem & filium, inter coniuges & consanguineos, inter quos debet esse communicatio, pertinens ad naturam.*
    - Domestica, *quæ est inter domesticos, in his, quæ ad domus dispensationem pertinent.*
    - Ciuilis, *qua fit communicatio inter ciues: vt est, conuersari in actionibus ciuilibus.*
    - Diuina, *qua omnes homines communicant in vno corpore Ecclesiæ, hæc dicitur Charitas, extensa vsque ad inimicos.*
  - Conuersatione, *quæ non habet perfectam rationem amicitiæ, sed similitudinem eius. Et est duplex: aut enim fit propter bonum*
    - Vtile, *quod videtur fieri maximè in senibus: qui quidem non curant delectabile, aut honestum: sed tantùm vtile, idq; propter defectus suos naturales, ac debilitatem.*
    - Delectabile, *qua amicus diligitur, propter delectationem tantùm, quod iucundum est.*
- Loci septem.
  - Quę *causæ.*
    - Efficiens.
      - Iudicium *naturæ humanæ ad colendam societatem.*
      - Beneuolentia.
    - Materia, *obiectum, homo diligendus propter aliquod bonum, vt*
      - Virtutem,
      - Merita,
      - Cognitionem, *&c.*
    - Formalis, *ipsa mutua beneuolentia amicorum inter sese.*
    - Finis, *ipsum virtutis decus: expetenda est enim amicitia virtutis causa.*
  - Qui *effectus.*
    - Defensio.
    - Misericordia *in ærumnis amicorum.*
    - Custodire *pietatem.*
    - Res *aduersas leuiores reddere, vel consolari in aduersis.*
    - Oblectatio.
    - Iuuari *ab amico.*
    - Mutua *concordia & colloquia.*
    - Vicissitudo *studiorum & officiorum.*
    - Verecundia.
  - Quomodo *cõfirmetur amicitia.*
    - Permanentia *in habitu virtutis.*
    - Conuenientia, *seu similitudine morum.*
    - Residentia *in conuictu.*
    - Correspondentia *in affectu: quia idem velle, & idem nolle ea demum firma amicitia est.*
  - Quomodo *dissoluatur.*
    - Propter
      - Finis *amicitiæ defectionem, quod contingit in amicitia vtili & delectabili. Si enim amici existant propter bonum vtile & delectabile, his cessantibus cessat amicitia.*
      - Amoris *simulationem, cùm deprehenditur simulatus amor.*
      - Criminis *commissionem, cùm crimen committitur incorrigibiliter.*
      - Virtutis *perfectionem, cùm alter amicorum in virtute excedit, alio permanente in defectu.*
      - Inæqualitatem *conditionis: vbi enim alterius eminentia, alterius subiectio est, ibi non tàm amicitia, quàm adulatio est.*
    - Cùm
      - Facilè *creditur & recipitur quod dissidium possit operari.*
      - Ab *altero nulla sit communicatio officiorum.*
      - Propter *defectus asperè nimis corriguntur amici.*
  - Quales *amici eligendi.*
    - Quibus *consilia refundere audeamus.*
    - Qui *amicorum mala firmiter sustinent.*
    - Deum *timent.*
    - Adulatores *non sunt.*
    - Non *tàm res quærunt, quàm animum ac beneuolentiam.*
    - In *consilijs fideles, in prosperis læti, in aduersis mœsti.*
    - Morum *similitudine nobis æquales sunt.*
    - Elati *non sunt.*
    - Nihil *durum, nihil graue putant pro amico, ac nomen difficultatis erubescunt.*
    - Vrbani *sunt, ac prudentes.*
    - Nobis *conditione pares sunt.*
    - Erga *priscos amicos, fideles existere.*
    - Amicitiam, *non quæstum, sed virtutem esse putant.*

De Fortitudine.

TABVLA I.

Quid *sit. Est enim virtus propugnatrix iustitiæ, qua vel aduersa repellimus, vel dolorem in perferendis aduersis moderamur, vel lætitiam in secundis rebus frenamus, ne quid turpiter lætitia aut dolore permoti faciamus.*

LOCI sex.

- Quotuplex. *Alia enim*
  - Vera, & *hæc vel*
    - Philosophica, *seu ciuilis, quæ duplex est:*
      - Publica, *et est vel*
        - Togata, *cùm iustitiam viriliter defendimus.*
        - Bellica, *quæ consistit in*
          - Vigore *complexionis.*
          - Robore *membrorum.*
          - Abundantia *cibi.*
          - Constantia *mentis.*
          - Experientia *bellicæ artis.*
      - Priuata.
    - Christiana, *quæ est decertare contra vitia, carnis affectus vincere, spiritum roborare, virtutibus coruscare, cœlestia appetere, Dei veritatem constanter defendere, huius mundi aspera pro æternis præmijs amare, prosperitatis blandimēta contemnere, aduersitatis metum in corde superare, auxilio diuino priùs implorato.*
  - Non *vera, quæ nō habens fortitudinem verā operatur fortia, quod fit quintuplicīter. Propter*
    - Passionē
      - Timoris, *cùm ardua & periculosa aggredimur, vt vitentur increpationes & opprobria: vel acquirantur honores, vel timore pœnæ præsentis, vel futuræ.*
      - Iræ, *vel furoris, cùm quis propter iram fortiter agit.*
      - Spei, *cùm quis propter multas victorias, non propter artem, fiduciam concipit, & spem victoriæ, vt interdum contingit.*
    - Artem, *sicut in militibus.*
    - Experientiam.
    - Ignorantiam, *cùm nescientes periculis occurrunt grauibus.*
    - Lucrum.
- Quę *causæ.*
  - Auxilium *Dei,*
  - Prudentia,
  - Naturalis *potentia.*
- Quæ *species.*
  - Fiducia, *qua quis in aggrediendo pericula mortis promtum habet animum.*
  - Magnificentia, *qua fortis consistit in executione eorum, quæ fiducialiter inchoauit circa pericula mortis.*
  - Patientia, *qua fortis animus hominis non frangitur, aut decidit à sua magnitudine, difficultate imminentium malorum.*
  - Perseuerantia, *qua fortis animus non frangitur diuturnitate tolerantiæ imminentium malorum.*
- Qui *effectus.*
  - Aduersis *non frangi.*
  - Non *subleuari in prosperis.*
  - Aspera *perpeti multa pro veritate.*
  - A veritate *non excidere propter metum, vel fauorem, &c.*
- Quis *finis.*
  - Vt *vera Dei notitia conseruetur in pace.*
  - Conseruatio
    - Ecclesiæ, Patriæ,
    - Honestarum *legum,*
    - Coniugum, *&c.*

TABVLA II.

FORTITVDO est duplex:

- Priuata, *cuius partes*
  - Integrales, *vt sūt*
    - Fiducia, *qua quis in aggrediendo pericula promtum habet animum.*
    - Magnificentia, *qua fortis persistit in executione eorum, quæ cum fiducia inchoauit circa pericula.*
    - Patiētia, *qua fortis hominis animus nō frangitur, aut decidit à magnitudine.*
    - Perseuerantia, *qua fortis animus nō frangitur, aut decidit à magnitudine, non modò difficultate, sed & diuturnitate malorum.*
  - Potētiales, *vt sunt*
    - Virilitas, *habitus p se sufficiens in his, quæ secundū virtutē sunt.*
    - Tolerantia, *habitus promtus ad conari qualia oportet, & sustinere quæ ratio dicit.*
- Publica:
  - Togata, *seu ciuilis: vt, constanter defendere iustitiam.*
  - Bellica, *vel corporalis, quæ in his quinque consistit:*
    - Vigore *complexionis.*
    - Robore *membrorum.*
    - Abundantia *cibi.*
    - Constantia *mentis.*
    - Experientia *bellicæ artis, seu scientia rei militaris.*

De Con.

De Constantia.

Loci quatuor.

- Quid *sit*. *Est enim virtus, qua facilè in bono ac veritate persistimus, veritatem constanter defendimus aduersitatis metum superamus per Domini Spiritum.*
- Quotuplex. *Alia enim est*
  - Ciuilis, & *hæc vel in*
    - Verbo,
    - Facto,
    - Statu *bono, vel malo.*
    - Corde, *vt constanter doctrinam syncerum corde retineamus.*
  - Christiana, *quæ est in*
    - Verbo, Facto,
    - Ministerio, Cruce,
    - Prosperis *rebus*,
    - Professione *veræ doctrinæ*,
    - Refutatione *falsæ doctrinæ.*
- Quæ *causæ Christianæ constantiæ.*
  - Efficiētes.
    - Gratia, *seu bonitas Dei, Ephes.3.c.16. Vt det vobis iuxta diuitias gloriæ suæ, vt corroboremini fortitudine per Spiritum. 2.Tim.1.a.7. Non enim dedit Deus nobis Spiritū timiditatis, sed potentiæ, &c.*
    - Fides *vera.*
    - Certitudo *doctrinæ.*
  - Finalis, *vt vera Dei notitia, ac gloria Dei inter nos conseruetur, ac propagetur.*
- Quomodo *constantia nostra vtendum. Cum discretione & delectu: in hunc enim finem Dominus suos Spiritu discretionis instruit, vt iudicent quando, quousque, & apud quos, & quibus de causis, & quando loqui expediat. Neq; enim semper, nec vbique, nec apud omnes publicandum est, quicquid nobis à Domino datum est. Notum enim est illud Christi: Ne detis quod sanctum est canibus. Et Paulus quoq; verborum pugnis cum aduersarijs contendere vetat, 1.Tim.6.a.5. Dominus ipse, Prophetæ & Apostoli, non semper responderunt aduersarijs. Iudicium ergo & delectus in responsione requiritur. Si quæ spes de aduersarijs est, vel ipsa Dei gloria asserenda, vel nomen Christi, iustas ob causas confitendum est, tunc non est silendi aut dissimulandi locus. Nihil enim hic spectandum aliud est, quā vt gloria Dei & vtilitas proximi propagetur latissimè. Si verò hæresis aliqua plurimos, ac potentiores, ipsumq; Magistratum occupauerit, nihil aliud (inquit Augustinus) bonis restat, quàm dolor, gemitus & oratio, vt cum hæreticos corrigere non valeant, tolerent eos, ac interim sibi, ac ab illorum hæresi caueant. Si quid enim hîc in corrigendo tentare velint, frustrà & cum eorū detrimento fieret. Secus verò vbi nō multi, sed vnus & alter corrigendi veniunt, neq; Magistratus hæresi infectus est. Corrigendi enim tum sunt, & cogendi etiam in ordinem.*

De Nobilitate.

Loci tres.

- Quid *sit*. *Est enim propriè laus de meritis parentum proueniens. Vide Boëtium lib.3. de Consol. Philosophiæ.*
- Quotuplex. *Alia enim*
  - Animi, *q̄ ex virtute prouenit, & hæc duplex:*
    - Philosophica, *quæ est clarum esse virtutibus, prælucere doctrina, sordida despicere, &c. Hæc non personas hominum, nec conditiones, sed animas respicit, ac virtutes.*
    - Christiana: *agnoscere Christum liberatorem, donari Spiritu, non seruire peccatis, in fide fortem esse.*
  - Corporis, *quæ est vel*
    - Parentum: *Maiorum videlicet claritas, quæ vel industria, vel militia paratur. At quid prodest homini, quē sordidant mores, generatio clara? Nobilitas enim vel bonitas cognatorum non valet, nisi fuerimus nos ipsi boni. vnde Seneca in Hercule furente: Qui genus laudat suum, aliena laudat. Et Apuleius de Deo Socratis: Si laudas, inquit, aliquē, quia generosus est, parētes eius laudas. Vlysses lib.13. Metam.*
      Nam genus & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
      Vix ea nostra voco.——
      Huc pertinet illud, quod Plutarchus in Apophtegmatibus dicit: Iphicrates, inquit, quoniam Cerdonis erat filius, ad Hermodium, qui sibi ignobilitatem exprobrauerat: Meum, inquit, genus à me ipso initium sumit, tuum autem in te finit. Hinc Iuuenal. Satyra 8.
      ——miserum est aliorū incumbere famæ. Arist. ad Alexand.
      Non faciunt equum meliorem aurea frena.
    - Filiorum, *quæ filiorum non parentum opera parata est: Vir enim optimus non est ignobilis. Et quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Ipse enim se vacuum ab omnibus bonis ostendit, qui gloriatur in patribus.*
- Quæ *causæ nobilitatis*
  - Animi,——
    - Verbum *Dei*,
    - Virtus,
    - Doctrina.
  - Corporis,——
    - Industria *maiorum*,
    - Bonitas, *vel fortitudo prædecessorum.*
    - Filiorum *industria, vel bonitas.*

De Seruitute Ciuili.

- Loci quatuor.
  - Quid *sit. Seruitus est, qua quis Domino iure seruitium exhibet.*
  - Quotuplex. *Alia enim hominis*
    - Pij & *sapientis. Huius seruitus libertas est. Bonus enim, etiamsi seruiat, liber est.*
    - Impij & *insipientis. Hic enim corpori & animo seruus est. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati. Malus ergo, etsi regnet, seruus est, nec est vnius hominis, sed quod grauius est, tot dominorum quot vitiorum. Seruit qui vel metu frangitur, vel delectatione irretitur, vel cupiditatibus ducitur, vel indignatione exasperatur, vel morte deijcitur. Seruilis est enim omnis passio. Lege Ciceronem in Paradoxis: Quis neget, inquit, omnes leues, omnes cupidos, omnes improbos esse seruos? Claudianus:*
      ——*tunc omnia iura tenebis Si poteris Rex esse tui.*——
  - Quotuplices *sunt serui. Aut enim*
    - Nascuntur, *videlicet ex ancillis & seruis.*
    - Fiunt, *vel iure*
      - Gentium: *id est, ex captiuitate.*
      - Ciuili: *cū homo liber maior viginti annis ad pretium participando se se vænundari passus est, væneunt etiam, qui per luxum rem omnem familiarem concoquendo, vel inertia sua rediguntur ad inopiam, vel alieno ære ad eum modum se aggrauarunt, vt emergere nequeant.*
  - Quæ *causæ seruitutis.*
    - Appetitus *corruptio, vt Cham filius Noë, qui propter malitiam patris pudenda reuelauit: ideò ipse & posteritas eius seruituti deditus est, Genes. 9. Ergo seruitus in Cham filio Noë incepit. Priusquam hic peccasset, nullus erat seruus. Ex peccato igitur enata est seruitus, imò & impudentiæ pœna facta est. Cæterum peccato Chami occasionem subministrauit patris ebrietas. Vnde Ambrosius: Manebat antequam vinum inueniretur, omnibus inconcussa libertas. vide dist. 35. can. Sexto.*
    - Captiuitas, *quæ propter peccatum venit, propter captiuitatem seruitus.*
    - Intellectus *hebetudo. Animus enim ab omni ingenuitate alienus, & in quo omnes affectus mali obtinent imperium, meritò mancipatur seruituti. Et meritò seruiunt, quibus est seruile ingenium.*
    - Res *angusta domi.*

De Seruitute in genere.

TABVLA I.

- Loci duo.
  - Quotuplex. *Alia enim est*
    - Dei, *q̄ est duplex:*
      - Vera: *vbi discę:*
        - Quotuplex. *Est enim vel*
          - Quid *sit. Est enim obedire voci Dei, & ad auris auditum animo esse parato & promto, aurem ad audiendum verbum præceptis Dei, mentem ad intelligendum, cor & animum ad consentiendum, omnes corporis vires ad exequendum & obediendum adhibere. Vbi non est obedientia ista ad auditum auris accommodata, non poterit dici, quòd Deo ritè seruiatur.*
          - Specialis. *Hic discę:*
            - Generalis. *In genere enim serui Dei sunt omnes pij, propter obedientiam, quā illius verbo & voluntati debent, at præstant etiam. De hoc seruitutis genere vide Rom. 6. sit hoc Spiritu & corpore, vt in Tabula sequenti videre est.*
            - Quid *sit. Specialiter enim serui Dei sunt, quibus videlicet aliquid muneris obeundum diuinitus est impositum, siue id sit cum illorum conscientia, quales serui Dei fuerunt, Moses, Iosue, Iudices, Reges, Sacerdotes, Prophetæ, Apostoli, siue propter illorum conscientiam & obediendi voluntatem, qualis erat Nabuchodonosor, qui Hierem. 25. b. 9. seruus Dei vocatur.*
            - Quotuplex.
              - Gratiæ, *qua nobis ex gratia Dei seruitur per Ministros verbi, &c.*
              - Iræ: *vbi enim gratiæ serui contemnuntur, est locus seruis iræ Dei.*
      - Falsa, *quæ est vel*
        - Superba, *quæ primorum est in Ecclesia, qua dicitur Seruus Seruorum sum: interim fastu ad cœlum vsque peruenitur, & Ecclesia Dei tyrannide opprimitur.*
        - Hypocritica, *seu Monachalis.*
        - Coacta, *quæ Deo non placet.*
        - Arbitraria, *proprio arbitrio delecta sine verbo.*
    - Hominum, *qua hominibus propter inopiam seruire cogimur.*
  - Quæ *obseruanda, &c. Vide literam A.*

A. Quæ obseruanda in seruitute
- Quæ Ministrorũ verbi est.
  - Quæ facienda illis sint. Illa videlicet, quæ illorum officium exigit. De illorum officio vide Tabulam de Ministrorum officio.
  - Quæ cauenda.
    - Ineruditio, Otium,
    - Inertia, 1. Tim. 3. c. 10. Comessatio, Matth. 24.
    - Ebrietas, 1. Tim. 3. c. 8. Quid enim pestilentius Ecclesiæ Christi accidere potest, quàm quòd pro Ministris Christi nacta est ventris seruos.
    - Ambitio, Contentio, 1. Tim. 3. 2. Tim. 2.
    - Superbia, Impatientia, Auaritia, 1. Tim. 3. a. 2.
  - Quis illorũ ornatus sit.
    - Simplicitas orationis, & perspicuitas.
    - Eruditio, Puritas sermonis & vitæ.
    - Constantia: nihil enim alia sunt, si non accedat his constantia.
    - Sobrietas, 1. Tim. 3. a. 2. Iustitia, Tit. 1. Puritas, ibid.
    - Modestia, Hospitalitas, Vigilantia.
  - Quibus se in hoc ministerio solentur. Quia
    - Dei sunt serui, cui seruire, regnare est, & summa felicitas.
    - A Deo in hoc ministerium electi.
    - Deus illis suam opem, præsentiam, ac Regnum etiam promisit, Luc. 22.
    - Seruitus illorum placet Deo, nec labor eorum erit irritus.
    - Seruire gloriæ Dei, consolatio & gloria est Sanctorum.
- Humana, qua seruitur hominibus.
  - Quotuplex. Alia enim est
    - Mercenariorum,
    - Emtorum, vel bello captorum.
    - Natorum in domo è seruis.
  - Quæ causæ seruitutis corporalis, cum tamẽ homo omnium creaturarum dominus sit, & in libertate conditus.
    - Peccatum, vel appetitus corruptio, Genes. 9.
    - Captiuitas, vel bellorum calamitas, quæ propter peccatum venit.
    - Vitæ intemperantia, propter quam obærati venundabantur, vt creditori satisfieret. De quo Leuit. 25. 1. Reg. 22.
    - Intellectus hebetudo propter peccatum. Animus enim ab omni ingenuitate alienus, & in quo omnes affectus mali obtinent imperium, meritò mancipatur seruituti, & meritò seruiunt, quibus est seruile ingenium.
    - Res angusta domi.
  - Quæ illis facienda.
    - Obedire, Ephes. 6. a. 5.
    - Facere quod Deus vult, Ibid.
    - Placere Dominis, Tit. 2.
  - Quæ cauenda.
    - Murmur, Furtum,
    - Responsare,
    - Otium, &c.
  - Quis illorum sit ornatus.
    - Timor Dei, Ephes. 6. a. 5.
    - Simplicitas cordis, Ibid.
    - Fidelitas, Diligentia,
    - Beneuolentia, Ephes. 6. a. 7.
    - Seruire velut Christo, Ibid.

TABVLA II.

Loci quinque.
- De præparatione ad seruitutem Dei, &c. Vide literam A.
- Quid sit Dei seruitus. Est enim obedire Deo ex animo, in iustitia, sanctitate, innocentia, ac puritate vitæ, idq; omnibus diebus vitæ nostræ.
- Quotuplex sit. Duplex:
  - Spiritus regenerati, qua Deo seruimus in Christo, dum voluntati illius nõ coactè, sicut reprobi, & ipsi dæmones, sed voluntariè & alacriter seruimus, sublata est per hanc & seruitus Legis. Afflante enim nos Spiritu gratiæ, innouamur mente, & incipiũt allubescere, quæ antea videbantur acerba & dura. Incipit nobis placere Deus ipse. Nascitur in cordibus nostris affectus erga Deũ, suauis & bona fiducia plenus, intelligimus amari nos ab illo, placet Lex Dei, atq; ita voluntarij ad obediendum reddimur.
  - Corporis, qua membra corporis nostri Spiritui obtemperare coguntur, 1. Cor. 9. d. 27. Subijcio corpus meum, & in seruitutem redigo. Corpus hoc peccati ægrè seruituti Spiritus subijcitur: quapropter opus habet castigatione, perinde ac serui contumaces & immorigeri, qui otio & sagina redduntur inobedientes, labore verò & victu frugali obtemperatiores.
- Quæ sint partes seruitutis Dei.
  - Audire verbum Dei, eiq; obedire.
  - Credere in Filium Dei. Viuere iuxta verbum.
  - Parare cibum Domino: seruire videlicet proximo in necessitatibus. Quanta dignitas est Christum esurientem pascere, sitientem potare, nudum vestire, &c.
  - Deum inuocare. Afflictiones nobis immissas æquo animo ferre.
  - Propugnare gloriam Dei. Militare contra hostes Domini Dei nostri.
  - Vigilare in aduentum Domini. Non studere placere hominibus.
  - Vitare falsos cultus. Omnia ad Dei gloriam referre.
- An Dominus nobis obstrictus sit pro seruitute nostra. Vide Lucæ 17.

Quisque *se probet, num planè in hoc sit, vt Deo seruire cupiat. Nisi enim hîc animus sit, nihil efficient reliqua omnia. Omnibus quidem persuasum est, iure à nobis exigi, vt Deo seruiamus, verum non æquè omnibus insitum est propositum seruiendi. Pleroque videmus non ignorare voluntatem Dei, & tamen nihil minùs facere, imò ne cogitare quidem. quia non sunt eius propositi, vt Deo seruire cupiant.*

Cùm *propositum est Deo seruire, cognoscendum etiam est, illi soli seruiendum esse, eumq; pro vnico Domino tenendum, idque certis de causis. Quia*
- Solus *est Dominus, Eph. 4. a. 5. Rom. 10. contumelia ergo infertur, si quando iuxta illum & alios nos Domino subiecerimus.*
- Zelotes *est, solus vult coli, sibi soli seruiri.*
- Non *potest fieri, vt duobus dominis seruiamus.*
- Magno *damno teipsum afficies, si alijs etiam seruias. Quantum enim de hoc seruitio detrahis, tantum tuæ felicitati detrahis. Huic enim Domino seruire, regnare est: hæc seruitus omnẽ habet beatitudinem: nihil ergo causæ est alijs etiam seruire.*

Cognoscendum *& hoc est, quomodo huic Domino seruiendum sit: omnino enim seruitus ad voluntatem Domini dirigenda est.*

Videndum *& illud est, tale quid esse seruire Deo, quod impius præstare non possit: omnia ergo illa externa, quæ impij præstare possunt, non sunt seruitus Dei.*

A. De *præparatione ad seruitutem Dei.*

Cognoscẽdum *de nobis est.*
- Cuius *serui simus: Dei videlicet & Iustitiæ.*
- Vnde *Dominus noster nos liberauerit. A seruitute videlicet erroris, Tit. 3. a. 5. peccati, interni & externi, quod certè multiplex est, Ioan. 8. d. 36. Rom. 6. c. 14. & corruptionis corporum nostrorum, quæ corruptioni sunt subiecta, Rom. 8. d. 20. Quæ quidem seruitutis genera per malitiam Diaboli nobis inflicta sunt. Inde discas, q. miseranda sit mundi huius facies, vbi tot seruorum genera videmus, qui peccato tanquam turpissimo & sæuissimo tyranno in carne dominanti, ad certiss. mam perditionem seruiunt. Est hæc seruitus corporali seruitute multis nominibus durior & turpior. Qui vel vnam Veneris seruitutem tabella quadam depingeret, quàm miserandum oculis cordatorum posset obijcere spectaculum.*
- Per *quem liberati simus ab hac seruitute.*
- Quanta *sit seruitutis nostræ imperfectio, ac defectus, quod nihil prorsus in nobis sit, quod in conspectu Dei alicuius momenti sit, sed Deus habeat in nos potestatem vitæ & necis: pepercerit tamen propter Filium. Vide Luc. 17. c. 12.*

Cognoscẽdũ *de Deo, cui seruire volumus.*
- Quis *sit.*
- Qualis *sit*
  - Essentia,
  - Hypostasi,
  - Natura.
- Quantus
  - Bonitate, Sapientia,
  - Potentia, Gloria,
  - Æternitate.
- Quæ *sit illius erga nos voluntas.*
- Qualis *sit populus huius Domini.*

Cognoscendum *quousq; illi seruiendũ sit. Ad mortẽ vsq; idq; indesinenter, vt parabola Luc. 17. ostendit*

TABVLA III.

FVNDAmentum seruitutis Dei consistit in

Cognitione *Dei. Videlicet,*
- Credere *in Deum, & omnium Dominum, cui soli cuncta seruire debeant.*
- Agnoscere *eundem, secundùm essentiam, & personas in sacra Scriptura distinctas & expressas.*
- Cognoscere *illius voluntatem, potentiam, & misericordiam.*

Operibus *fidei & charitatis. Videlicet,*
- Agnoscere *nos omnes seruos esse: Deum autem Dominum nostrum, primùm creatione, deinde recreatione & redemtione per Christum, Psal. 133. a. 1. Benedicite Domino omnes serui Domini. Cùm sic se seruum agnoscit homo, excitat clementiam Dei, Psal. 115. c. 16. O Domine, ego seruus tuus, &c. Psal. 118. c. 17. Fac cum seruo tuo secundùm misericordiam, &c.*
- Agnoscere *piorum sortem, cùm Satanæ & iniustitiæ seruiebamus, è qua seruitute redemit nos Deus per sanguinem Filij sui, vt deinceps serui essemus iustitiæ. Deo autem pro hoc beneficio summas agere gratias, Rom. 6. c. 17. Gratia Deo, quòd cùm fueritis serui peccati, &c. liberati estis a peccato, & seruifacti estis iustitiæ, &c.*
- Commendare *clementiam Dei, quòd cùm potuisset nos propter iniquitates nostras perdere, misericorditer saluauerit, Tit. 2. c. 11. Apparuit gratia Dei, &c. Tit. 3. c. 4. Apparuit, Gal. 3. d. 28. 4. a. 7.*
- Confiteri *externam nostram abiectionem, quòd in nobis nihil prorsus sit, quòd alicuius sit momenti in conspectu Dei, sed quòd Deus habeat in nos potestatem vitæ & necis, Luc. 17. Serui inutiles sumus. Vide parabolam.*
- Soli *verbo Domini Dei nostri obedire, Deut. 6. c. 13. Matth. 4. c. 10. Illi soli seruies. Seruitus enim Domini est, viuere iuxta verbum, & quod eo mandatur.*
- Nocte *die q; præscripta, & seq. Vide literam A.*

A. Nocte

Nocte dieq; præscripta Dei Domini nostri facere, Luc.12.g.47. Seruus sciens voluntatem Domini, &c. Ibidem, Beatus seruus, qui cùm venerit Dominus, &c.
Contra imperium Domini ne hiscere quidem audere, Malach.1.a.6. Si Dominus ego sum, vbi honor meus? Luc.6.g.46. Quid autem vocatis me, Domine, Domine, & non facitis quæ dico, &c.
In hoc laborare, non vt displiceamus, sed vt Domino nostro placeamus: id quod fit per fidem, sine qua impossibile est quenquam placere Deo. Hebr.11.b.6. Sine fide impossibile est placere Deo. Rom.14.d.18. Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo. 1. Thess.4.a.1. Quomodo oportet vos ambulare & placere Deo.
Quicquid agimus, Domino Deo agere, vt ei gloriam inde tribuere. Coloss.3. Quodcunque facitis in verbo, aut opere, omnia in nomine Domini IESV Christi facite, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.
Seruire propter Deum, non propter mercedem. dist.74.cap. Vlt. Vt filij patri seruiunt.
Seruire Deo, non tàm propterea quòd tibi benefaciat, quàm quia totus sit bonus, & sua natura venerabilis, & amabilis. Matth.20. An oculus tuus malus est, quia ego sum bonus? &c.
Gloriam Dei super omnia propugnare.
Respectu seruitij Dei nullatenus studere, vel videri placere hominibus. Galat.1.c.10. Si hominibus placerem, Christi seruus nequaquam essem. Item, Omnibus me mulctaui, vt Christum lucri faciam. A.2
In syncero Dei timore, & casto eiusdem amore, alios quoq; illi per fidem placẽtes, ac cohæredes tecũ filios, amare: modis q; quibus possis, iuuare proximum. Vide 1. Ioan.4.c.20. Si quis dixerit, Diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Item, Mandatũ hoc habemus ab eo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrẽ suum. Ioan.13.d.35. In hoc cognoscent vos Discipulos esse meos, si charitatem habueritis alij in alios. Matth.19.d.21. Iactanti se suo integro seruitio dicitur: Vade, vende quæ habes, & da pauperibus. Matth.25.d.40. Quatenus id feciſtis vni ex istis, mihi feciſtis.
Deum semper inuocare, aut saltem in cordibus sanctificare. Psal.123.a.2. Sicut oculi seruorum, &c. 1. Pet.3.c.15. Dominum Deum sanctificate in cordibus vestris.
Afflictiones nobis immissas æquo animo ferre, sicut seruus verbera Domini. 1. Pet.5.a.6. Humiliemini sub potenti manu Dei. Item, Iudicium à domo Dei. Huc faciunt illa: Etiamsi occiderit me, sperabo in eum, Iob.13.c.15. Item, Bonum mihi, quod humiliasti me, &c. Psal.118.d.71.
Militare contra hostes Domini nostri IESV Christi, Satanam, peccatum, mortem: sicut seruus carnalis pugnat pro Domino. Vide Ephes.6.c.14. de armatura fidelium.
Vigilare in aduentum Domini, vt in spe, fide, & timore viuenti falsis cultus & vitæ immunditiis vitentur. Luc.12.g.43. Beati serui, quos cùm venerit Dominus, &c.

De Votis.

TABVLA I.

Quid sit. Est enim propriè promissio, non quælibet, sed Deo religiosa, ac sanctè facta. Homini enim facta promissio rationem voti non habet.

Loci sex.

Quotuplex votum.

1. Eorum, quæ fiunt in necessitatibus, afflictionibus & periculis. Votum hoc omnibus gentibus & populis in periculo cõstitutis vsitatũ est. De hoc Psal.22.d.26. & Genes.28.d.20.

2. Cùm extra necessitates & discrimina vouetur Deo aliquid studio gratificandi. De quo Psal.132.a.2. Tale erat & Hannæ votũ, 1. Reg.1. Fuit autẽ in votis legalibus diuersitas. Vouebant enim vel
- Homines, & hi rursus per ætates distinguebãtur, ac iuxta has permittebatur redemtio, vt est Leuit.27.a.2.3.4.
- Animantia: in mundis autem animantibus, sacrificio secundùm Legem aptis, nulla admittebatur redemtio. Semel Domino deuotum, quod voueri poterat, redimi nõ poterat. Nam quod Deus approbat, quod licitum & pium est, Domino reddendum est indispensabiliter.
- Domos: liberum autem erat domos vel relinquere vsibus sacris, vel pro æstimatione Sacerdotis æqua redimere.
- Agros & alias res inanimes. In agris permittebatur aliquando redemtio, aliquando non permittebatur.

3. Quo sub Lege nonnulli animas suas humiliare, & affligere volentes, rerum quarundam, quibus per Legem vti licebat, abstinentiam vouebant. De quo Numer.30.a.3.4. & harum quædam temporaria, quædam perpetua erant.

An votum ad Christianos etiam pertineat. Vota quidem disparuerunt omnia, quia & sacrificia sublata sunt, & Templum cecidit vnà cum suis ceremonijs. Disciplina tamen Christiana & moderata manet in Ecclesia, sed non legalis illa. Ac sancti vota Deo præstant, quæ nõ contra fidem & pietatem in Ecclesia vouerunt. Sunt autem in vouendo parci, cauti, & valdè religiosi. Quid enim habemus, quod reddamus Deo, quod non priùs ab eodem acceperimus, & ad quod præstandum non priùs in Baptismo simus obligati?

Quæ circunstantiæ in votis obseruandæ, &c. Vide literam A.

An sint reddenda vota. Deus quidem non requirit à nobis, vt fiat sibi votum: si verò votum factum fuerit, requirit vt reddatur, quia peccatum est verbum leuitate & inconstantia mentis facere irritum.

Quomodo reddenda vota.
- Integrè. Ex animo.
- Incunctanter, & absque mora.
- Manifestè, vt quæ in afflictionibus & periculis manifestè vouentur, vt Psal.22.d.26. Vota mea coram timentibus ipsum persoluam.

A. Quæ circumstantiæ in votis obseruandæ.
- Quis voueat, de quo Numer. 30. a. 3.
- Cui sit vouendum. Quia soli Deo, non creaturis, non Francisco, aut Benedicto, vt votum Hypocritarum & Monachorum.
- Qualia debeãt esse vota.
  - Licita, quæ licitò & piè præstari possunt.
  - Vtilia, nobis & proximis. Inutile est, quo cibi alicuius abstinentia certis diebus seruanda promittitur.
  - Possibilia. Votum castitatis impossibile est.
- Quo consilio & proposito votum fieri debeat. Vt, si ventris vel temporarij commodi vel cultus gratia voueris aliquid, non poterit Deo placere votum.
- Quanta sint. Vt votum suo quasi termino limitetur, ne vltrà quàm conducere potest, extendatur, vel perpetuum proponatur, quod temporarium esse conueniebat.

Appendix, continens Canones de Votis.

Votum fidei & charitati contrarium esse non debet.
Vota monastica repugnant verbo Dei, fidei, & Christianæ libertati.
Votum est quædam lex & obligatio. Lex autem non est ex fide.
Vota veteris Testamenti, nihil probant nostra stulta & impia vota.
Quæ vouemus aut sunt iussa à Deo, aut non iussa. Si iussa, quid vouemus, quæ alioqui nobis sunt exequenda? Si iussa non sunt, quid proprium Dei cultum excogitamus, quasi Spiritus Sanctus non satis per literas sacras docuerit, qua ratione coli Deus velit?
Persuasum esse debet Christiano cuique se esse filium Dei. Cur enim alioqui patrem vocat orando, cuius se esse filium diffidit? Si igitur Dei es, cur te ei voues? Vouens enim se Deo, in ea est opinione, quod ante votum non sit Dei.
Sacerdotis votum, qui castitatem vouit, & se continere non potest, tum primùm seruabitur, cùm in coniugio vixerit, vbi castè viuitur.
Votum Deo non placet, nisi sit pium, ac ex fide profectum.
Iuramentum, sicut & votum, non obligant, vbi vrgent palàm ad deteriorem exitum.
Est nonnunquam contra officium soluere promissum.
Impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Caus. 22. quæst. 4. In malis.

TABVLA II.

Loci quatuor.
- Quid sit. Est enim votum, libera earũ rerum, quas possumus, & quas Deo acceptas esse scimus, pollicitatio.
- Quotuplex. Aliud enim est
  - Licitũ, seu legitimum, quod est vel
    - Necessitatis, vt Baptismi, vbi polliciti sumus nuncium remittere pompis, Diabolo & carni.
    - Voluntatis, cùm ea ex fidei libertate vouemus, quæ quidem disertis verbis expressa in verbo Dei non sunt: sunt tamẽ, si liberè obserues, voti necessitatis admiscula quædã. Huius generis sunt, si quis
      - Voueat se nõ æqualibus haustibus compotaturam, ne inebrietur vino, sed sobrius maneat.
      - Vouerit se nõ lusurũ tesseris, ne substantiam suam ludo perdat, sed vt vxorem & liberos nutriat.
      - Voueat abstinentiam coniugalem, sc. liberè, id est, vt retractare liceat quum libet iusta de causa, retractatam, non putemus iustæ damnationis esse causam. Exemplo sit ea Pauli indulgentia, quæ extat 1. Cor. 7. d. 32. de coniugum abstinentia. Hanc enim si mutuus adsit consensus, suscipere licet, ac se Deo, seu voto quodam adstringere: sed ita, vt ne quid nimis, vt inquam ad tempus fiat, ne tentemur.
  - Illicitũ, vt
    - Quod diuis nuncupatur, id quod contra religionem Christianam est: religio enim Christiana docet, vni Deo per Christum adhærendum, & fideli oratione ac iustitia litandum.
    - Monasticum, quod etsi vouetur Deo, non tamen soli, sed Benedicto, Bernardo, Augustino, &c.
- Quæ causæ illiciti voti.
  - Ignorantia propriæ imbecillitatis.
  - Præsumtio liberi arbitrij, seu virium.
  - Ignorantia religionis Christianæ.
- Vota qualia esse debeant.
  - Libera: neque enim votum perpetuum quoddam fatum & immutabilis necessitas est, sed libera & extemporalis animi deliberatio, ad nutum Dei composita, atque ita, vt is, qui vouit, semper possit melioribus occurrentibus, & rebus ipsis subinde aliud suadentibus, votum mutare in melius.
  - Deo soli dedicata. Qui enim diuis voto paciscitur, non citra impiam stipulationem paciscitur, nempe vt seruent, aut in imperium, aut amplas facultates prouehant, aut si iuuisse credantur.
  - Ex fide profecta, quæ ad præscriptum verbi Dei vouentur.
  - Vt sint in nostra potestate: vanum enim, ac stultum est ea vouere, quæ non sunt in nostra potestate.
  - Deo grata, cùm videlicet res voti bona, & finis bonus est.
  - Per causas iustas versibilia.

De Hono-

De Honore Sanctorum.

- Cvm de Sanctis dicimus, distinguédi sunt Sancti. Alius enim est Sanctus
  - Sanctificâs: id est, Deus. Huius honor est,
    - Confiteri *corde & ore, solius Dei esse potentiam, iustitiam, sanctitatem & felicitatem, & Deum quidem nullius egere, omnes autem alias creaturas Dei indigere. Et Deo à nullo posse benefieri, omnibus autem à Deo benefieri.*
    - In *Deo confidere, sperare, diligere illum ex toto corde.*
    - Credere *nobis ex meră gratia donari remissionem peccatorum, iustitiam & vitam æternam propter Filium Mediatorem.*
    - Ex *fide* IESV *Christi in præceptis Dei ambulare.*
  - Sanctificatus, *qui est in duplici ordine: aut est*
    - Angelus *Domini sanctus: huius honor est*
      - Commendare *ineffabilem Dei in condenda substantia angelica sapientiam, potentiam, bonitatem.*
      - Gratias *agere Deo, quòd nobis miseris mortalibus tam speciosos dederit Ministros: non enim satis illi fuit, vt nos conderet, & in hunc mundum induceret, aleret & conseruaret, nisi & Angelos in ministerium nobis donaret, imò Filium suum pro nobis traderet.*
      - Orare *Deũ pro Angelorũ præsidio, ne illorũ præsidium à nobis separetur.*
      - In *timore Dei viuere, & peccata vitare: Deus enim & Angeli omnium operum nostrorum testes sunt, & spectatores.*
      - Imitari *virtutes Angelorum, ac eos propter eorum virtutes amare.*
    - Homo: *atque hic vel*
      - Viuus *sanctus, q̃ videlicet corde credit, & ore confitetur, Christum esse Filium Dei viui. Honor huius est,*
        - Agnoscere *in illo maxima Dei dona, ac beneficia, per quæ Deus suæ Ecclesiæ consulit: rogareq̃ Deũ, ne vt possit hac suam Ecclesiam deserat, sed tales nobis donet, qui Ecclesiæ Christi prodesse possint.*
        - Credere *verbis sancti Dei hominis. Nam, teste Augustino, sine causa iustos honorat, qui iustitiam spernit.*
        - Fouere, *defendere, & alere Sanctos Dei homines.*
        - Imitari *virtutes Sanctorum viuentium.*
      - Mortuus, *qui in Christo aliquando obdormiuit ad certa gaudia æternæ vitæ, sub spe certa resurgendi in nouissimo die ad vitam æternam. Talium Sanctorum honor aut est*
        - Ethnicus, vt
          - Extruere *Templa illis.*
          - Extruere *Altaria.*
          - Imagines *erigere ad cultum horum.*
          - Sacrificare *illis.* Inuocare *illos.*
          - Ieiunare *illis.*
          - Lucernas *illis accendere, &c.*
        - Christianus, vt
          - Agnoscere *in illis dona Dei, ac ea magnificare, rogareq̃ Deũ, vt & deinceps suis talia dona largiatur, per quæ ædificetur Ecclesia.*
          - Agnoscere *in illis ingentem Dei misericordiam, ex qua Deus illis sua peccata remisit, ac credere nobis quoque remitti peccata per Christum, 1. Tim. 1. c. 15.*
          - Credere *pijs Sanctorum concionibus.*
          - Laudare *eos, q̃ pro virtute strenuè certauerũt, et fidei cõfessionisq̃ sinceritatẽ seruauerint.*
          - Imitari *Sanctos in doctrina, fide, moribus, exercitijs, & militia spirituali.*

De Afflictionibus perferendis.

TABVLA I.

Locvndecim.

- Quot *sint genera afflictionũ. Aliæ sunt*
  - Humanæ, *quæ extra causam religionis hominibus in hoc seculo, vt hominibus eueniunt. Accidunt autem hæ tripliciter: vt*
    - Naturâ *imbecillibus, vt multa incommoda & molesta, mox ab ipso partu per omnes totius vitæ ætates.*
    - Conditione *& fortuna humilibus, vt contemptus, oppressio, spoliatio, egestas, iniuriæ, quibus tenuiores à potentioribus affliguntur.*
    - Malis *& flagitiosis, videlicet adulteris, scortatoribus, furibus, latronibus, &c.*
  - Diuinæ, *quas homines pij in negotio religionis & iustitia sua patiuntur.*
- Vnde *sint afflictiones. A Deo videlicet, Esaiæ 45.*
- Quę *causæ afflictionũ. Hæ sunt, vel oriuntur, vel*
  - Mediatè, vt
    - Ex *primis nostris parentibus, vt quæcunque communiter humanæ naturæ in omnibus accidunt mortalibus. Debemus hæc omnia illorum transgressioni.*
    - Ex *nobisipsis, vt quibus propter peccata nostra affligimur.*
    - Extrinsecus *ex alijs, qui nos præter meritum persequuntur.*
  - Immediatè, *ex Deo. De quo Ioan. 9.*
- Quo *consilio Dei, & seq. Vide literam A.*

A.

- Quo consilio Dei affligimur. Præcipui fines sunt,
  - Exercitium.
  - Exemplum singulare. Seruiunt enim afflictiones partim Ecclesiæ fidelium, partim gloriæ nominis Dei. Exempla fidei, constantiæ, & patientiæ redduntur homines pij in afflictionibus. Potentia verò & bonitas Dei in ipsis declaratur.
- Diuersimodè inferri afflictiones: id est, diuersis modis & mensuris, verùm summa prouidentia temperatis. Nam & peccatores disparibus afflictionibus flagellantur, & iusti variis afflictionibus exercentur, sicut & Medicus pro varietate morborum variat remedia.
- Quæ sit vtilitas afflictionum.
  - Parit afflictio patientiam.
  - Dat intellectum.
  - Humiliat. Gignit resipiscentiam.
  - Prohibet prauas concupiscentias.
  - Gignit feruorem orandi.
  - Certificat nos de cura Dei.
  - Parit sacrificium laudis.
  - Ex afflictionibus instruimur ad consolandum alios.
  - Ex afflictione gloria sequitur.
- Quomodo subeundæ afflictiones.
  - Cogitandum de voluntate Dei erga nos, & consilio, quo nos affligere solcat.
  - Orandum assiduè in afflictionibus.
- Quomodo ferendæ.
  - Opus est fide, qua credant se pij manu Dei castigari.
  - Opus est spe.
  - Requiritur patientia.
  - Requiritur gaudium spiritus.
- Quomodo superentur afflictiones.
  - Patientia.
  - Constantia.
  - Fide, quæ à veritate Dei ne latum quidem vnguem discedit.
- Quomodo agendum cum afflictis.
  - Non est addendum quicquam miseriæ afflictorum.
  - Non sunt contemnendi afflicti.
  - Non est gaudendum de aliorum miseria.
  - Iuuandi sunt afflicti.
  - Compatiendum afflictis.
  - Consolandi sunt afflicti.
- Quomodo gerat se Deus cum afflictis.
  - Adest Deus afflictis, vt Medicus ægrotis.
  - Non adest Deus afflictis otiosus, vt opificio suo opifex.

TABVLA II.

LOCI tres.

- Quid interfit inter afflictionem, angustiam, & persecutionem. Afflictio, seu tribulatio, est quodlibet molestiæ, aut incommodi genus. Angustia interior est passio, dum scilicet difficultates nos ad inopiam consilij redigunt. Talis erat Lothi anxietas, dum filias suas prostituere cogebatur, Genes. 19. a. 8. Persecutio est tyrannica violentia, qua filij Dei præter meritum ab impijs vexantur.
- Quotuplex afflictio. Alia est
  - Interna, seu occulta, quam nobis sæpissimè Psalmi proponunt, de horrore iudicij, & iræ Dei aduersus peccatum, de horrore mortis & inferni, vt cum Dauid Psal. 6. a. 1. queritur: Domine, ne in furore tuo arguas me, &c.
  - Externa, quæ infertur pijs à mundo.
- Consolationes in afflictionibus, &c. Vide literam A.
- Quid efficiant.
  - Ad precandum excitant.
  - Fidei nostræ examinandæ seruiunt.
  - Patientiam operantur, vbi videlicet accessit mansuetudo, quæ per Spiritum Dei infunditur, & quæ per eundem suggeritur consolatio.
  - Faciunt ad disciplinam mandatorum Dei.
  - Ad gloriam piorum cedunt, dum Christum sequuntur.
  - Dant intellectum.
  - Humiliant. Gignunt resipiscentiam.
  - Certificant nos de cura Dei.
  - Pariunt sacrificium laudis.
  - Ex afflictionibus instruimur ad consolandum alios.

A. Consolationes in afflictionibus, quæ plurimæ esse possunt, si ista præcipuè observentur.

- Vnde *sint*: *A Deo. Deus enim eas infligit suis ex gratia. Sic enim Petrus ait, 1. Pet. 2. d. 21. Hæc enim est gratia apud Deum, si quidem in hoc vocati estis, &c.*
- Quomodo *se Deus gerat cũ afflictis.*
  - Adest *vt Medicus ægrotis, Pastor ouibus.*
  - Afflictionibus *modum imponit. Temperat enim suam disciplinam optima ratione, summaq; sapientia, vt nihil in eo sit nisi moderatum.*
  - Constituit *tempus & metas afflictionibus, quibus terminentur.*
  - Mitigat *ærumnas nostras, vel auferendo prorsus eas, vel consolando.*
- Quid *sint afflictiones. Sũt enim*
  - Amoris *Dei non iræ signa erga pios, 1. Cor. 11. g. 32. Cùm iudicamur à Domino, corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.*
  - Beneficia *& dona Dei*
  - Defensio *& conseruatio Euangelij, Philip. 1. a. 7. in vinculis meis, in defensione & confirmatione Euangelij.*
  - Ornamenta *Ecclesiæ, Ephe. 3. c. 13. vbi vincula sua fidelibus decori non probro esse debere docet.*
  - Adoptionis *piorũ sigilla quædam, si fortiter & æquis animis eas sustineant.*
  - Remedia *ad destruendum peccatum, Hebr. 12. a. 4. Nondum ad sanguinẽ vsq; restitistis aduersus peccatum repugnantes.*
  - Materia *gaudij. Cùm enim pij reputant causam afflictionis, prævalebit gaudium. Nam malorum quidem acerbitate punguntur, spirituali tamen gaudio tristitiam hanc superant.*
  - Salutis *nostræ adminicula. Nam cœlesti decreto destinatæ sunt pijs afflictiones, quæ nos Christo configurent, quo salutem nostram cum crucis tolerantia, velut quodam necessitatis vinculo, connecteret Deus.*
  - Fidei *nostræ confirmatio. Afflictiones enim Sanctorum confirmat nos in fide & doctrina vera.*
  - Remedia *errorum.*

De Persecutionibus.

Loci quatuor.

- Quid *sit persequi. Est comprehendere & vlcisci, & est pars afflictionum Ecclesiæ.*
- Quotuplex. *Alia enim*
  - Publica, *quæ publicè fit & generaliter.*
  - Priuata, *& hæc vel*
    - Iusta.
    - Iniusta, *& hæc vel*
      - Extranea, *quæ infertur ab his, qui alieni sunt à fidei Christianæ professione.*
      - Intestina, *vel Ecclesiastica, quæ à viris Ecclesiasticis infertur veris verbi Dei Ministris.*
      - Domestica, *qua pater filium, filiam aut vxorem, aut contrà filius patrem, &c. persequitur.*
- Quæ *persecutionis species grauior. Domestica quidem propter singularis necessitudinis & cognitionis diuulsionem est grauis. Publica tamen grauior, Ecclesiastica grauissima est, cùm religionis gratia hæretici & schismatici vocamur.*
- Quod *potissimum genus hominum Ecclesiasticis persecutionibus sit obnoxium. Viri Ecclesiastici, veri verbi Dei Ministri.*

De Paupertate.

Loci quatuor.

- Quid *sit. Est enim paupertas conditio vilis, seu egestas vbi parum pecuniæ est. Nam, teste Varrone, à parua pecunia dicitur.*
- Quotuplex.
  - Christiana, *& hæc duplex:*
    - Corporis, *quæ est penuria, seu inopia rerum, quæ cum timore Domini, iustitia, patientia, & gratiarum actione coniuncta est, quæ præsentibus paucis contenta est. Exiguum enim natura desiderat, panem & aquam, Eccles. 29.*
    - Spiritus, *quæ est agnoscere nihil in homine esse, quo gloriari apud Deum possit, in nulla creatura fidere, sed in Deo viuo. Hinc pauper spiritu est: q quando facit aliquid boni, Deum laudat, quando aliquid mali, se accusat.*
  - Ethnica, *seu inhonesta, quæ studet vitare paupertatem furtis, rapinis, periurio, mendacio, latrocinio, calumnia. Hinc Eccles. 27. a. 1. Propter inopiam multi deliquerunt, & qui quærit abundare, oculum suum peruertit.*
- Qui *effectus paupertatis Christianæ.*
  - Peccati *cognitio.*
  - Virtutis *conseruatio.*
  - Securitas, *sine qua nihil est iucundum.*
  - Spiritualium *bonorum dulcedo.*
  - Appetitio *Regni cœlestis.* Docere *artes.*
  - Præoccupare *tela fortunæ.*
  - Ostendere *à quibus ameris.*
- Quæ *de paupertate, &c. Vide literam A.*

A. Quæ de paupertate Christiana consideranda.
- Paupertatem
  - Magistram *Philosophiæ esse.*
  - Ignobilitatem, ægritudinẽ, & mortem, non esse in malorum ordine numeranda.
  - Christianam *manuductricem quandam esse in viam, quæ ducit ad cœlum: exercitationem quandam magnam & admirabilem, portum tranquillum.*
  - Christianam *diuitem esse, nec pauere vt in hoc mundo indigentia laboret is, cui donatum est in omnium domino omnia possidere.*
  - Lætam *honestam rem esse.*
  - Expeditam, *securam esse: ac multis ad philosophandum obstitisse diuitias.*
  - Ob *hoc vnum amandam esse, quòd à quibus amoris ostendit. Quod enim diuitiis non poteris scire, paupertate scies. Illa veros certosq; retinebit amicos. Discedet quisquis non te, sed tua sequebatur.*
  - Iustam *magis amandam esse, quàm diuitias iniustas.*
  - Matrem *modestiæ esse.*
- Illum *qualicunque sensu diuitem esse, qui sit pauper spiritu.*
- Eum, *cui cum paupertate benè conueniat, diuitem esse: pauper enim, non qui parum habet, sed qui plus cupit.*
- Eum, *qui ad naturam viuat, non esse pauperem: natura enim exiguum desiderat, opinio immensum.*
- Ad *paupertatem sponte descendere esse præoccupare tela fortunæ, si ea diuina administratione nobis imponatur.*
- Scire *vti paupertate, maximam felicitatem esse.*
- Tenuiter *honestè viuere præstantius esse, quàm splendidè iniustè.*

De Vita hominis Christiani.

Dvo ad rationem formandæ vitæ requiri. Vt

Amor *iustitiæ animis nostris instilletur. Cõmendandæ autem iustitiæ rationes hæ in Scripturis proponunt. Quia*
- Deus *sanctus est, & nos illius serui, necesse est & nos iustificari, ac sanctificari, vt cum eo viuamur.*
- Dei *sumus, illi viuere & mori debemus.*
- Nostri *iuris non sumus, ergo nec ratio nostra, nec voluntas in consilijs nostris factiq; domine. tur: ergo nos ipsos ac nostra omnia obliuisci debemus, & ad Deum, tanquam solum legitimum finem omnibus vitæ nostræ partibus contendere, illius voluntas sequenda.*
- Sumus *in Ecclesia, Ciuitate Dei sancta, quam sibi Deus ipse consecrauit. Nefas est hanc nostra impuritate profanare.*
- Christus, *per quem in gratiam cum Deo redimus, propositum nobis est exemplar, cuius formam in vita nostra exprimamus.*
- Deus *patrem se nobis exhibuit, ingrati certè essemus, nisi vicißim illi nos filios exhibeamus.*
- Christus
  - Nos *sanguinis sui lauacro purificauit, non decet vt nouis sordibus inquinemur.*
  - Nos *suo corpori inseruit, sollicitè cauendum, ne nobis, qui eius membra sumus, vllam labem aspergamus.*
  - Caput *nostrum in cœlum ascendit, conuenit vt deposito terræ affectu, illuc toto pectore adspiremus.*
- Spiritus *Sanctus nos Templa Deo dedicauit, danda opera est, vt Dei gloria per nos illustretur.*
- Anima *nostra & corpus cœlesti incorruptioni destinata sunt, strenuè enitendum vt pura & incorrupta in diem Domini conseruentur.*

Norma *iustitiæ ex Dei verbo nobis præscribatur. Hæc est.*
- Abnegatio *nostri, &c. Vide literam A.*
- Componẽda *vitæ ratio in vsu terrestriũ bonorum. Hîc regulæ obseruentur, vt*
  - Quàm *minimum nobis indulgeamus, ac mundo vtamur, ac si non vteremur, 1. Cor. 7. 31.*
  - Non *minùs placidè ac patienter penuriam, quàm moderatè abundantiam ferre discamus.*
  - Rescindamus *omnem superuacuæ copiæ apparatum, nedum luxuriam, quæ coercenda nobis est.*
  - Ne *ex adiumentis vitæ faciamus impedimenta.*
  - Ne *immodica rerum cupiditate teneamur.*
  - Meminerimus *res terrenas in commodum nostrum Dei beneuolentia destinatas esse, vt sint velut deposita, quorum reddenda sit olim ratio.*
  - In *cunctis vitæ nostræ actionibus in vocationem, qua Deus nos specialiter vocauit, intueamur, ne res diuersas extra vocationem amplectamur.*
- Præsentis *vitæ contemtus. Hæc enim inquieta, turbulenta, misera, ac omnia eius bona fœda, vana, multisq; admixtis malis vitiata sunt, vt nihil hîc quærendum sit, quàm certamen. Dicimus autem hanc contemnendam esse, non quia per se mala sit, cùm multis Dei beneficijs referta sit, sed melioris vitæ respectu.*
- Meditatio *futuræ vitæ, & Coronæ immarcessibilis.*

A. Abnegatio nostri, quæ respicit vel in
- Nosmetipsos. Partes huius sunt:
  - Hominem à seipso discedere, & sui obliuisci, quò totam ingenij vim applicet ad Domini obsequium.
  - Non quærere quæ nostra sunt, sed quæ ex Domini sint voluntate, & faciant ad gloriam eius promouendam.
  - Nec superbiæ, nec auaritiæ, nec luxuriæ, neq; alijs, quæ ex nostri amore proueniunt, malis locum vllum relinquere.
  - Crucis tolerantia, cuius causæ sunt:
    - Quia Christus passus est, cuius nos conformes fieri oportet. Nam quò magis rebus aduersis afflictamur, eò certius confirmatur nostra cum Christo societas, cuius communione passiones non modò benedictæ sunt, sed ad promouendam quoque nostram salutem multum adferunt adiumenti.
    - Vt nostra imbecillitas nobis ob oculos ponatur.
    - Vt humiliati Deum inuocemus.
    - Vt probetur patientia, & ad obedientiam erudiamur.
    - Vt antè actam vitam corrigamus.
    - Vt peculiari militiæ Christianæ nota insignes reddamur.
- Homines, quibus, vbi à tui cõsideratione discedas, te totum addices: vt,
  - Præuenire eos honore.
  - Procurandis eorum commodis totos nos bona fide impendere: horum enim sumus œconomi.
  - Extraneis, contemtibilibus, immeritis, indignis, inimicis benefacere, pro his orare. Tu nisi à tui consideratione discedas, nihil hîc efficies.
- Deum, vt Domini arbitrio nos nostraque omnia resignantes, subiugandos cordis nostri affectus illi tradamus. Hîc considera,
  - Non aliunde prosperandi rationem vel appetendam, vel sperandam, vel cogitandam, quàm ex Domini benedictione, ideóque in eam nos tutò reijcere posse.
  - Non esse nobis in propria ingenij dexteritate confidendum, aut hominum fauore, aut inani fortunæ imaginatione, sed in Dominum semper respiciendum.
  - Si quid prosperè accidat, Deo, non nobis imputandum.
  - Si pro voto res non succedat, ab impatientia abstinendum, gratiæ agendæ Deo.
  - Si quid mali nobis accidat, non propterea nos miseros reputandos, nec de nostra sorte cum Deo conquerendum, nec malis artibus res, vel bona, aucupanda.

De Matrimonio.

TABVLA I.

Loci tres.
- Quid sit. Est enim fœdus & coniunctio diuina viri & mulieris, ex consensu mutuo sociata, in hoc, vt omnibus vtentes communiter, castè viuant, & educent liberos in timore Dei.
- Quomodo cõtrahendum sit coniugium.
  - Sanctè & legitimè, quod fit, si iungantur, qui
    - Non sunt propinquitate sanguinis & affinitatis disiuncti. Locum hîc habent gradus consanguinitatis & affinitatis, reuerentia sanguinis.
    - Per leges diuinas ac patrias coniungi possunt. Locum hîc habet honestas publica, scandalum, & ne quis vxorem profanæ, ac contrariæ religionis, religioni veræ repugnantem ducat. De Sotero Episcopo Romanorum vndecimo Platina refert laudabile institutum, vt sponsus & sponsa iuramento per Sacerdotem copulentur. Anno 177.
  - Sobriè, prudẽter, & cũ iudicio: quod fit, si
    - Bonorum hominum consilium accedat.
    - Ducatur
      - Bona, casta, sensata.
      - Vicina, cuius mores & tu probè noueris, non remota.
      - Æqualis & quãtitate, et qualitate, & ætate, & fortuna.
    - Non excellentia formæ & magnitudo dotis, sed ingenium & mores sponsæ spectentur.
  - In timore Dei: quod fit, si
    - Præluceat verbum Dei.
    - Præluceat ardens ad Deum effusa precatio.
    - Adsit in contrahentibus mens syncera, quæ voluntatem Dei spectet, neq; admittat vlla parte prauos affectus in consilium.
    - Deo, non Diabolo celebrentur nuptiæ, in luxu, superbia, crapula, ebrietate, & omni lasciuia.
    - Procreationis liberorum, aut vitæ societatis gratia ducantur vxores.
    - Parentum consensu, ac consilio ducantur.
    - Coniugia non sint inuita aut coacta.
- Quid coniuges in coniugio agant, & seq. Vide literam A.

A. Quid coniuges in coniugio agant, quomodo se gerant.
- Cognoscãt cõiuges, se esse in opere Dei, se placere Deo, ac ꝓpterea molestias coniugij patienter ferant.
- Norint opus sibi esse vera fide in Deum, autorem coniugy: ita enim per fidem placebunt Deo.
- Memores sint datæ & acceptæ fidei, & non fallant se perfidè, sed fidem datam sanctè seruent.
- Ne coniuges admittant in animum concupiscentiam alienam, aut odium fastidiumue coniugis.
- Habitent coniuges cum scientia, 1. Petri 3. qd̃ fit, si
  - Maritus sit humanus, vxoris caput, commodus moderator, viæ dux, conniuet iucundus, defensor fidus.
  - Maritus sanctissimè amet coniugem.
  - Maritus cohabitet in patientia, moderatione, fide & dilectione.
  - Vxor sit obediens, imperio viri parens.
  - Vtantur communiter bonis simul & malis, idem trahant iugum, alter alterius onus portet.
- Sedulò orent ad Deum, vt dignetur facere maritos sapientes, religiosos, modestos, benignos, probos, laboriosos, patientes, amantes & vxorum. Vxores verò obsequentes, placidas, castas, diligentes maritos & liberos, fœcundas.
- Educent liberos in sancta disciplina, in timore Dñi, ad salutem domus propriæ, & totius Reipubl.

TABVLA II. per Circumstantias tractata.

Loci circumstantiarum de matrimonio.

- Quis instituit. Deus ipse, omnis sanctimoniæ autor: vnde discas,
  - Coniugium honorabile esse, quòd Deus illud instituerit.
  - Coniugium nulli omnino statui prohibendum: quod enim Deus instituit, non huic aut illi instituit, sed omnibus.
  - Coniugij prohibitionem non Dei, sed Dæmoniorum doctrinam esse, vt Paulus etiam ad Timotheum loquitur.
- Quid instituit.
  - Opus generationis sub certa lege.
  - Societatem vitæ pulcerrimam, placentem Deo, ornatam ingentibus miraculis.
  - Ecclesiam, seu cœtum, qui Deum agnoscat, & glorificet.

  Qui ergo coniugium aspernantur, generationem extinguere conantur, contemnunt vitæ societatem, & Ecclesiam.
- Vbi. In Paradyso: vnde discas coniugium ad felicitatem hominis pertinere, non esse statum infelicem & miserum, vt Pontificij arbitrantur.
- Cur institutum. Causas finales. Vide in sequenti Tabula.
- Quomodo. Quod significat,
  - Deus Adæ soporem immisit.
    - Christum nouum Adamum ad hoc à Deo destinatum esse, vt ꝓ homine, cuius lapsum præuiderat, moreretur.
  - Ex costa dormientis Adæ è latere excepta formauit mulierem.
    - Christi morte reparatam esse Ecclesiam, quam Deus verbo Euangelij mundauit, ac sanguine Filij redemit: hoc enim aqua & sanguis, quæ ex Christi latere profluxerunt, significat.
  - Tulit Deus mulierem ad Adam, qui quidem illam statim pro sua agnoscit, ac dicit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, &c.
    - Christo traditam ac commendatam esse Ecclesiam, quam ille vt suam agnoscit, ac vt eam, vt sponsam sibi coniungeret, formam serui accepisse (hoc enim est patrem & matrem relinquere) & crucẽ sustinuisse pro nobis. Quod verò Christus in Matthæo addit: Quod Deus coniunxit, homo ne separet: prohibet, ne quis fideles à Christo & eius Euangelio separare præsumat, cũ hi vnum sint. A Christo enim nomen etiam accepimus, vt Christiani dicamur, sicut Adam à suo nomine Euæ nomen imponit.
- Quando. In mundo recenti & iusto, cùm nondum in mundum intrasset peccatum. Vnde discas coniugium non esse peccatum, vt Papistæ somniant.
- Quibus. Omnibus in genere: Non laicis tantùm, tribus tantùm Eunuchorum ordinibus exceptis.
- Quale sit cõiugium.
  - Honestum, id quod cognoscitur, & demonstratur
    - Ab autore, seu causa efficiente.
    - A vetustate.
    - A legibus diuinis & humanis.
    - Ab exemplis Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, &c.
    - A pœnis violati matrimonij.
    - Quòd sit imago quædam amoris, quo Christus Ecclesiam complectitur.
  - Vtile. Est enim in coniugio, quæ res conseruet, quæ te mœrentem consoletur, quæ te foueat, amet, iuuet, defendat, &c.
  - Necessarium. Quia — Deus præcepit. Cùm infirmi simus, coniugibus carere non possumus, Matth. 19. a. 5.

De Finibus matrimonij, seu coniugij.

TABVLA III.

Procreatio liberorũ in hũc finem: propter
- Deum, vt tradatur multis vera Dei cognitio, vt agnitio Dei propagetur, & in terris conseruetur, & à plurimis glorificetur Deus.
- Ecclesiam, vt homines morientes relinquant post sese alios Dei cultores, ac fidos custodes doctrinæ cœlestis.
- Communem societatem hominum iuuandam.
- Iuuandos parentes iam grandæuos & infirmiores.
- Naturam, quæ monet, vt sicut genitus es, ita & tu gignas.
- Nos ipsos, ne nos sine nomine percamus, & nobis Dominus benedicat. Coniugatis enim ijs benedicit Dominus, Genes. 1. d. 28. & 9. a. 1.

Adiutorium: vt vir non despiciat sexum fœmineum, sed honore afficiat, iuuet, & sciat sibi quisq; suam sibi coniugem, tanquam partem generis humani tuendam, iuuandam, & amandam esse. Similiter mulier pro sua fragilitate, adiumẽto sit viro, viribus, consilio, opera, seruitute, & rerum custodia. Rectè autem hos Deus coniunxit: alter enim horum firmior, alter fragilior est, vt firmior sexus infirmiori ferat opem, & tamen sexum fœmineum non contemnat. Nam licet firmior vir, eius tamen auxilio carere, & ipse non potest. Sicut digito minori commodè carere non possumus. Vult igitur Deus sexum sexui curæ esse, vetat sexum à sexu despici, ac negligi.

FINIS coniugij.
- Castitas, seu fuga scortationis.
- Vt vitentur otium, ambitio, auaritia, homicidia, ingluuies, crapula, &c. quæ quidem vitia in Episcopis, Canonicis & Sacerdotibus cœlibibus conspiciuntur.
- Vt sit schola exercendæ fidei, castitatis, obedientiæ, dilectionis, patientiæ, & aliarum virtutum, quæ in coniugio, velut in Academia quadam generali perdiscuntur.
- Vt sit imago quædam societatis Christi, & Ecclesiæ, vt Paulus in Ephesijs inquit, Imaginem esse amoris, quo Christus Ecclesiam complectitur. Vt sponsus habet veras flammas, & ardet vero amore sponsæ, lætatur eius consuetudine, amplexu, incolumitate, nullum detrectat periculum, vt eam defendat, & propugnet: Sic Filius Dei verè ardet amore Ecclesiæ, delectatur eius officijs, eamque vicissim complectitur, vult eam incolumem esse, eam amplissimis muneribus ornat, mortem pro ea oppetit. Hoc nos de amore Filij Dei erga Ecclesiam admonere debet, & incendere, vt vicissim illum amemus, eiq; gratias agamus, quòd abolerit peccatum, quòd propter ipsum hæc ipsa generatio sit mundum opus. Quoties coniugem piam pius maritus complectitur, quoties intuetur liberos, parentes, veniat in mentem amor Christi in Ecclesiam.
- Vt viri Respublicas regant, fœminæ res domesticas tractent, educent & regant paruos pueros.

¶ An constent nuptiæ in religione dispari, vide apud PETRVM MARTYREM in 1 lib. Reg. cap. 3. fol. 25.

¶ De Polygamia vide eundem in 1. Samuel. lib. cap. 25. fol. 145.

De Diuortio.

TABVLA I.

PROLEGOMENON.

¶ QVIDAM literæ seu dicto Christi mordicùs inhærentes clamant, propter solam fornicationem matrimonia dirimi posse. Verùm cùm Paulus permittat repudium palàm mulieri fideli, si propter religionem negligatur, ac abiiciatur à viro infideli: ac significet, non in fornicationis tantùm & infidelitatis casibus fratrem aut sororem ab altero separari posse, sed & in similibus: ait enim, Non est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi: vbi paria peccata intelligit. Liquidò ex his constat, Christum fornicationis nomen in genere accepisse per metonymiam, ac nomine fornicationis, seu stupri, includere ea scelera, quæ fornicationi paria, aut certè maiora sunt, excludere autem minora. Quî enim posset Apostolus contra Præceptorem suum docere? Quæ verò maiora & paria sint, vide in Codice Iustiniani, lib 5. cap. 17. de Repudiis, Brentium cap. 5. de Casibus, Erasmum in cap. 7. primæ ad Corinthios, & in Responsione ad Philostomum. Atq; hoc locutionis genus, nisi ob stuprum ex superioribus (teste Bulingero) dependet. Quæsiuerant aduersarij, an qualibet ex causa liceat homini diuortium facere cum vxore. Respondet Dominus: Non qualibet ex causa: imò nec ob minorem quidem, quàm sit fornicatio, seu adulterium. Vide Originem in Matth. 11. Augustinum ad Pollentium. Erasmum in 1 Cor. 7. Proinde & hæc verba Christi: Qui repudiatam duxerit, adulterium committit, non absolutè intelligenda sunt, sed in hanc sententiam: Qui temerè, quamuis videlicet ob causam, & illegitimè repudiatam duxerit, adulterium committit. Potest & hoc responderi: Dictum Christi de repudio ad legem iudicialem pertinere, quæ pro ratione temporis, loci, personarum, seu subditorum mutari, aut saltem mitigari potest. Verùm Christus hac dura lege duros Iudæos coercere, & in ordinem cogere voluit. Cùm igitur constet, diuortia in aliis etiam casibus, non fornicationis tantùm, fieri posse, visum est mihi, diuortiorum causas in Tabula spectandas proponere.

- Legitimum, *propter grauissimas causas, post quod innocens persona liberè contrahere potest. Est autè aliud*
  - Fornicationis, *de quo Christus Matth. 5.d. 32. & 19.a.7.*
  - Religionis *disparis, de quo 1.Cor.7.b.10. Si infidelis discedit, discedat, &c. Augustinus de Adulterinis coniugijs, lib.2.cap.2. contra Adimantum, cap.3. Ambrosius ad Hilarium. Chrysostomus in cap.1. Cor.7. Brentius cap.5. de Casibus. item cap.9. Philippus can. quis sit desertor. item caus.28.q.1. & 2. can. si infidelis vxor. & in Glossatore. item lib.4.Decretal.Quanto re, &c.*
    - Hîc *tamen regula Pauli obseruanda: Si quis habet vxorem infidelem, & hæc assentitur, vt habitet cum illa, ne dimittat illam, &c.*
  - Impotentiæ, *seu frigiditatis, de quo Christus Matth.19.c.17. Philippus de Coniugio, can.de Natura Spadonum. Brentius de Casibus, cap.8.caus.33.q.1.lib.4. Decret. Gregorij, tit.15.de Frigidis & maleficiatis, can. laudabilem. Atq; hoc repudium post integrum annum admittitur, vt est in canone superiori, laudabilem. & caus.33.q.1. in Glossatore, idq; propter explorandam frigiditatem. Lege Philippum de Natura Spadonum, & Brentium cap.8.de Casibus. item in Autent. de Nuptijs. Hoc autem si rectè consideres, diuortium non erit, sed potius declaratio, quòd inter eos nullum vnquam fuerit matrimonium, aut esse potuerit.*
  - Desertionis *iniustæ, de quo Paulus 1. Cor. 7. Lege Philippum & Brentium de Casibus. item can. 28. quæst.1.ca. vxor. caus.28. quæst.2.can.si infidelis. item caus.13. quæst. 2. ca. vnaquæque. in Gloss. can.34 quæst. 2. can. si quis. Vide glossam.*
    - Desertor *est vel*
      - Sponsus, *aut*
        - In *eadem prouincia degens. Hîc iuste conceditur sponsæ post biennium alteri nubere, si ea non assentiente sponsus diutius absit.*
        - Peregrinatur *absque probabili & necessaria causa. Hîc conceditur sponsæ post triennium alteri nubere, nisi ea assentiente sponsus diutius absit.*
      - Maritus, *q vel*
        - Ab *hostibus captus est. Hîc alij post decennium, alij post septennium, alij post quinquennium, alij post quadriennium matrimonium concedunt desertæ: si tamen incertum adhuc sit, vtrum captus superstes adhuc sit, an non.*
        - Malitiosè *abest. Hîc coniugis malitia cognita, innocens persona contrahere potest, causa prius ad Iudices relata.*
- Diuortium aliud
  - Tyrannidis, *de quo lege Philippum de Casibus. & Brentium cap. 6. de Casibus. Erasmum in 1.Cor.7. & in Responsione ad Phimostomum, caus.33.q.2.can.1. in Gloss.*
  - Veneficij *& insidiarum contra alterius vitam. De hoc lege Philippum de Coniugio. Lege & in Autent. can. quia verò plurimas. item, si qua mulier. item, vir quoque.*
  - Absentiæ *malitiosæ, vt si mulier cum viris extraneis, nolente marito, conuiuetur, aut cum eis lauetur. Si, nolente marito, foris domum manserit, &c. Brentius cap.6. de Casibus. Vide in Autent. can. si qua mulier, &c.*
  - Debiti *non redditi, 1. Cor. 7. a. 4. Vxor proprij corporis ius non habet. Item Brentius cap. 6. Debitum non reddere ab adulterio parum distare dicit. Ibidem: Cùm mulier fraudata fuerit, alij nubendi potestatem habet, caus.32.q.2. quod proposuisti.*
  - Criminis *læsæ maiestatis: vbi alter coniugum contra vrbem vel patriam, vel contra imperium aliquid moliatur. Hîc gladius Magistratus alterum ab altero separat. Lege de hoc in Autent. can. vir quoq;, &c. Quòd si Magistratus reo parcit, separari non debent. De repudio propter inobedientiam lege Eccles.25.d.29. Id quod secundùm permissionem Legis Mosaicæ, Deuter.24.a.1. intelligi potest.*
- Illegitimum, *quod fit propter leuiores causas, quibus matrimonium dirimi non possit, vt cùm alter coniugum est luxor, difficilis, morosus, ebriosus, &c. Hîc repudianti contrahere non licet, iuxta sententiam Pauli. Quòd si omnino ad coniugem suam redire nolit, personæ desertæ post aliquod temporis spatium matrimonium concedi poterit, præcipuè si de lapsu timetur.*

¶ Propter similes ferè casus Moses etiam vxores abiiciendas esse præcepit: ait enim Deut 24.a1. Si inuenerit in ea rem fœdam. Per verò rem fœdam non quamlibet intellexit leuem offensam, sed malum intolerabile, ob quod initio diremta sunt matrimonia. Fieri enim non potest, vt rei fœdæ nomine intelligantur leues causæ, vt vel morum culpa, vel corporis vitium, quo maritus offendatur: excludantur verò maiores causæ, quibus matrimonia magis dirimi possunt. Res igitur est fœda adulterium, non punitum lapidibus: item alia vitia, quæ suprà recensuimus. Verùm cùm legatur ibidem: Si non habuerit gratiam in oculis eius. eò res peruenit inter Iudæos, vt quamuis tandem ob causam, etiam leuissimam, priuato tantùm arbitrio sine cognitione causæ apud Iudices, vxores suas repudiarent. Id quod Moses permisit, non præcepit, vt Matth. 19. dicitur: Præcepit quidem dari libellum repudij, at non priuato arbitrio, & propter rem fœdam. Permisit autem vxores suas repudiare, propter leues causas, teste Christo;

sto, propter duritiem cordis eorum. Magistratus enim est conniuere ad minus malum, vt euitetur maius. Atque ita apparet Christum à Mose non dissentire, quod ad Legem de diuortio attinet. Ac Christus Matth. 5. d. 32. legem tantùm de diuortio interpretatur, sicut & alias Legis partes, non condit nouam legem, vt ex præcedentibus apparet. De causis diuortij egimus copiosius in tractatu de Matrimonio, & in Tabulis de Casibus coniugij.

De Diuortio per impotentiam, seu frigiditatem.

TABVLA II.

IMPOSSIBILITAS coeũdi est aut
- Naturalis, *quæ perpetua esse solet, vt frigiditas. Hîc vbi de impedimento naturali constat, copula dirimitur. Si id dubium est, triennium expectandum erit. De hoc lege locis in priori Tabula allegatis.*
- Accidentaria, *vt maleficium, et hæc facta est vel*
  - Ante *copulam. Hîc si toto triennio frustra tentata est medicatio, matrimonium dirimitur.*
  - Post *copulam. Hîc impotentiam alterius fatetur, vel*
    - Sola *coniunx, & hæc fuit vel*
      - Virgo *cum duceretur. Hîc sufficit iudicium per aspectum corporis: si tamen mulieres sint peritissimæ, quæ inspiciunt, idq; cum sacramento vtriusq;. Lege caus. 33. q. 1. in glossa. Sed quia sensus oculorum sæpè fallitur, credendum est potius viri sacramento, quia vir stat pro matrimonio.*
      - Corrupta. *Hæc si non statim proclamauit virum esse impotentem, postea non creditur ei, sed viro, iuramenti sacramento adhibito, caus. 33. q. 1. can. si quis. Vide glossam.*
    - Vterque. *Hîc vterque iurare debet, quod fide bona dederint operam copulæ carnali, idq; per triennium, nec vna caro effici potuerũt. Iurabunt autem septima manu. Propinqui iurabunt, quòd credant eos verè iurasse. Vide caus. 33. q. 1. & lib. 4. Decretal. tit. 15. laudabilem. Duo autem testes sufficiant, si septem haberi non possunt. Item eis solis crederetur, si de hoc fama esset. Lege caus. 33. q. 1. in glossa.*

De Coniugio, seu ducenda Vxore.

LOCI quatuor.
- Qualis *ducenda.*
  - Sensata, *seu prudens, Eccles. 25. c. 11. Beatus qui vxorem habet cordatam.*
  - Bona, *ac casta, honestis parentibus nata. Virgo enim formosa, teste Apuleio libro 2. de gia, etsi sit pauper, tamen abundè dotata est. Lege & Plautum in Aulularia. & Menander inquit: Mores præponere pecunijs ducturum vxorem oportet. Lege in Polyanthea de lege Lycurgi, dictione Matrimonium: ibidem & de consilio Themistoclis. Lege Martialem in Polyanthea:*

    Vxor dives incipit, non vxor, sed domina esse.

    Lege Hieronymum in Polyanthea: Ibi, Quæ enim mihi incumbet, &c. De his lege in Polyanthea Apuleium, Plautum. Lege Phocylidem in Polyanthea: Ibi, Equos autem nobiles, &c.
  - Puella: *oportet enim, teste Aristotele libro Oeconomicorum, virum puellam ducere vxorem, vt doceat eam bonos mores. Hoc idem & Hesiodus docet. Lege in Polyanthea.*
  - Vicina, *cuius mores noueris ipse, non ab alijs cognoueris. Lege Hesiodum in Polyanthea, & Hieronymum in Polyanthea: Ibi, Fertur.*
  - Volens *contractum non inuita. Vt enim stultitia est venatum ducere inuitos canes, ita vxorem inuitam. Hostis est vxor inuita, quæ ad virum nuptui datur.*
  - Æqualis, *vt maiori viro magna, minori minor iungatur, vt adulto adulta, adolescentula iuueni. Ouidius:*

    Quàm malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci,
    Tam premitur magno coniuge nupta viro. *Item:*
    Si qua voles aptè nubere, nube pari.
  - Æqualis etiam erit, *si obediat viro. Lege Martialem in Polyanthea.*
- Qua *ætate contrahendum sit matrimonium. Est enim, teste Dionysio, tempus amandi, tempus ducendi vxorem.*
  - Mulieres *coniugari oportet, teste Aristotele lib. 7. Polyticorum, circa ætatem annorum 18.*
  - Viros *circa ætatem 36. annorum, vt testatur Aristoteles. Hesiodus circa ætatem annorum 30. viris contrahendum esse dicit: Tempestiuius, inquit, mulierem tuam ad domum ducas, neq; natus plures 30. annos, neq; multum pauciores: nuptiæ enim tempestiuæ istæ.*
- Vnde *datur bona vxor. A Deo, Prouerb. 19. c. 14.*
- Quibus *detur.*
  - Petentibus, *seu rogantibus Deum pro vxore bona.*
  - Timentibus *Deum, Eccles. 7. d. 21. Noli discedere à muliere sensata, quam sortitus es in timore Domini.*
  - Qui *Deum à se non excludunt, & matrimonium contrahunt, quia Deo obedire volunt, & Dei ordinationem amant, Tob. 6.*

Tractatus Tabularum 4. de controuersiis & casibus qui in Sponsalibus & Coniugiis quandoque incidere solent.

Candido Lectori Salutem.

INCIDVNT plerumque controuersiæ, non in ipsis tantùm coniugiis contractis, sed & sponsalibus, siue his, quæ per verba de præsenti, siue quæ per verba de futuro contrahuntur: quarum quidem controuersiarum diiudicatio non mediocrem eruditionem, aut iudicium requirit. Nisi enim prudenter de his rebus diiudicetur, multorum conscientia læditur, neque eorum saltem, quorum causa iudicio discussa est, sed & iudicantium. Prodest igitur aliquam controuersiarum tractationem rudibus proponere, ad quam, velut ad Heracleum quendam lapidem, omnes quæstiones ac casus incidentes referantur, ne in rebus periculosis erretur. Ac cùm Pontificij de huiusmodi casibus multa tradiderint, putant nonnulli rectè se facturos esse, si ex iure Pontificio omnes quæstiones & casus diiudicẽt, ac si nihil omnino sit, quod in eo reprehendi possit. Huc igitur, velut ad Iouis suffragium, & Rhadamanthi iudicium referunt omnia. Neque verò inficior, multa esse in iure Canonico, quæ (quod quidem ad huiusmodi casus attinet) nulla ratione reprehẽdi possint. Continet etiam necessarias causarum distinctiones, non cuiuis obuias, sine quibus res diiudicari non facilè possunt: at multa interim in eo reperias, quæ à vero ita sunt aliena, vt qui ea approbet Paridis suffragium stultè approbare videatur. Vt, quæ de incestu, errore, qualitatis crimine, quod vocant, cùm videlicet ducit aliquis eam, quam priùs polluit per adulterium, raptu, &c. à Pontificibus dicuntur. Multa enim hîc pugnantia videmus in relaxationibus Pontificum. Ac cùm omnes ferè Pontificij suis Pontificiis adulentur, & eos toti Ecclesiæ præsidere faciant, in manu eorum positum esse dicunt, vt omnia impedimenta matrimonij, quæ in Leuitico de prohibitis gradibus continentur, relaxent, & hoc illos iustis de causis facere posse putant. Ac ipsi quidem Pontifices plures aliquando gradus consanguinitatis & affinitatis prohibent, quàm Deus. Nam septimum quoque gradum prohibuerant: mox verò relaxatis duobus aut tribus gradibus, statuunt prohibitionem copulæ coniugalis, quartum consanguinitatis & affinitatis gradum excedere non debere. Postea pro sua libidine ita gradus prohibitos laxant, vt primum tantùm gradum excipiant. Cùm igitur multa sint in iure Canonico, quæ reprehensione non careant, & sint multa, quæ nullo iure reprehendi possint, rectè me facturum existimaui, si causas, quę in iure Canonico passim, ac diffusè tractantur, in breuem quandam summam contraherem, eamque docendi causa in Tabulas redigerem, vt quid de singulis ferè casibus Pontificij sentiant, intelligi possit. Id verò eò libentius feci, quòd videam plerosque Ministrorum nullis hîc maiorum legibus vti, sed ex officina cerebri sui depromere quicquid libet. At ne quis Canonibus Pontificiis fallatur, exactiorem paulò controuersiarum tractatum adiicere voluimus, vt ex oppositorum collatione res melius diiudicentur. Purpura enim iuxta purpuram diiudicatur facilius, & album nigro adhibitum colorem euidentiorem facit. Tuum igitur fuerit, Candide Lector, vtramque tractationem diligenter inter se conferre, & si quando canonicam illam cum altera minùs conuenire videris, reiecta illa, hanc vt exactiorem amplecti. His pia mente fruere, ac bene vale.

De Spon-

De Sponsalibus, & eorum repudiis.

TABVLA I.

SPONSALIORVM alia

- Vera, *iusta, rata, seu legitima, quæ quidem obligationem pariunt, & dissolui mutuò etiam vtriusquè consensu, vel alterius voluntate, non possunt, ac non nisi morte dirimuntur: in quibus videlicet nihil est impedimenti.*
- Iniusta, *illegitima & irrita: et hæc sunt triplicia.*
  - 1. Nunquâ *valent, & nomine tantùm sunt sponsalia, vt sūt*
    - Incestuosa, *siue propter cognationis, siue affinitatis vinculum.*
    - Cum *alterius sponso, vel sponsa.*
    - Cum *eunucho, siue castrato.*
    - Cum *laborante morbo insanabili, qui copulam impediat.*
  - 2. Initio *valent, postea tamen non tàm ab hominibus, quàm à Deo ipso dissoluuntur, vt si*
    - Adulterium *interceßit: adulterium enim pro. ßus dissoluit sponsaliorum, vt & coniugij vinculum.*
    - Infidelis *fidelem deseruerit.*
    - Sponsus *vel sponsa malitiosè abfuerit.*
    - Furor, *aut alius morbus perpetuus & insanabilis, omnemq́ reipsa implendi matrimonij spem adimens sponsalibus superuenerit.*
  - 3. Initio *non valent, sed postea confirmari possunt, vt si*
    - Sponsalia
      - Inter *impuberes, vt si desponsi ex parentum consensu impuberis, ætatis defectum supplente malitia, coierint.*
      - Absque *parentum, aut eorum, qui loco parentum sunt autoritate contracta. Si enim postea consenserint parentes, rata erunt.*
    - Errore *personæ, vel qualitatis contracta. Si errore personæ, vel qualitatis cognito de vlla specie consensionis constiterit. Error erat personæ, cùm Lia pro Rachele Iacobo supposita est. Error qualitatis est, si corrupta inueniatur, quæ pro virgine fuit per errorem desponsata.*
    - Per vim *aut metum contrahantur sponsalia. Si enim postea de voluntario consensu, vel copula voluntaria constiterit, rata erunt.*
    - In *futurum tempus duntaxat, vel solis verbis de futuro, vt loquuntur, sponsalia concipiuntur: vt si quis dicat; Accipiam, non autem Accipio. Aliud enim est promittere, quàm facere. Si enim hæc sponsalia per verba de præsenti, vel copula intercedente confirmata sint, rata erunt.*
    - Sub *conditione tantùm contracta sunt, & postea concubitus sequatur. Tum enim, teste Innocentio III. à conditione receditur.*

¶ Horum omnium hæc ratio est, quòd subsequente copula vel consensu, pars alioqui læsa iuri suo manifestè sciens prudens renunciauit. Ac si quid incidit, quo sublatum sit vitium sponsaliorum, ratum erit coniugium.

Regulæ iuxta ordinem in Tabula præscriptum de Sponsalibus obseruandæ.

De Incestuosis sponsalibus.

Incestuosa *sponsalia sunt, quæ cum cognatis & affinibus intra gradus prohibitos contrahuntur.*
De *incestu Leges diuinæ sunt vniuersales & perpetuæ.*

De Sponso & Sponsa duorum.

Res *ipsa docet, quamdiu rata fuerunt prima sponsalia, non magis posse quemquam duarum sponsarum sponsum esse, quàm duarum vxorum maritum: cùm eiusmodi sponsam, etsi non reipsa, attamen obligatione esse coniugem vel illud manifestè declaret, quòd in eum, qui alteri desponsam violârit, eadem ex Dei verbo, quæ in adulterum, pœna statuitur, Deuter. 22. d. 23.*

De Eunuchorum sponsalibus.

Eunuchorum *sponsalia irrita & abominabilia sunt.*

De Morbis incurabilibus & contagiosis.

Morbi, *qui copulam impediunt, & vsum corporis tollunt, dirimunt sponsalia, vt sunt paralysis immedicabilis, frigis*

ditas insanabilis, genitalium partium, vel priuatio, vel adeò insignis læsio, vt perpetua coitus impotentia necessariò eius sequatur.

Rectè omninò in huiusmodi controuersiis constitutum est, ne quid videlicet temerè fieret, quod mutari postea sine magno offendiculo non posset, vt triennium saltem ab ipso copulationis die expectaretur, priusquam isti morbi insanabiles esse, & sponsalia coniugiaue vel inutilia, vel dirimenda pronuncientur.

Si talis morbus in altero deprehenditur, vt vsum quidem corporis non prorsus adimat, sed qui tamen sit insanabiliter contagiosus, & ita turpis, vt alter meritò ad alterius congressum exhorreseat: vbi probè constiterit de morbo manifestè contagioso & insanabili: sponsalia prorsus, etiam recusantibus partibus, veluti Deo ipso autore, & huiusmodi promissis intercedente, dirimenda. Hoc enim matrimonium quis tandem ex bona conscientia compleuerit, quo vti non possit? quin & seipsum & cæteros ciues perdat? Quin denique liberos ad perpetuam miseriam, & commune Reipublicæ detrimentum gignat?

Ruptis hoc modo sponsalibus, sanæ personæ fiet alterius matrimonij potestas, ægrotanti non item, quam tamen fidus Pastor consolabitur, & hortabitur, vt continentiæ donum ex fide postulet: quoniam certum sit eum vocari ad cœlibatum, cui Dominus ademerit matrimonij ex bona conscientia exercendi potestatem.

Si morbus quidem contagiosus non fuerit, sed tamen insanabilis, & ita turpis, vt alter alterius congressum meritò abhorreat, vtrique consulendum, vt iuri suo renunciare vltrò malint, quàm vlterius ad eam coniunctionem progredi, in qua vir sit sperandum illos commodè victuros.

Si huic consilio assentiantur, vel altera saltem persona liberationem flagitet, sponsalia dirimenda erunt.

Si pergere vterque malit, & contagionis absit suspicio, tum sanè impediendi non sunt, quò minus coniugium ineant.

Ob morbum, quamuis diuturnum, sanabilem tamen, vel superueniens aliud incommodum, vt si claudus, surdus, vel mutus aliquis efficiatur, sponsalia solui posse non videntur.

De Sponsalibus imparibus, siue inter fidelem & infidelem initis.

Fidelis cum infideli sponsalia prorsus quidem dissuadenda, & legibus etiam ciuilibus interdicenda, ac grauiter vindicanda: sed si fortè contracta fuerint, siue ab initio vterq; fuerit fidelis, siue alter tantum: siue cùm vterq; esset infidelis, alter postea factus sit fidelis: siue cũ vterq; fidelis esset, alter postea factus sit infidelis, puta Iudæus, aut Mahometanus, aut ex eorum hæreticorum genere, qui fundamentum pietatis abnegant. Eiusmodi, inquam, sponsalia, si nihil aliud obstet, omninò firma & immutabilia permanere asserimus, quamdiu infidelis consentit in coniugis officium.

Si infidelis fidelem deserat, tunc penitus liberum esse fratrem aut sororem à sponsalium obligatione pronunciamus. Huc pertinet Tabula secunda, de qua infrà.

De absentia alterius Sponsi, vel Sponsæ.

Quærendum est de absentia & de discessionis longioris q; moræ causis: quoniam aut inuitus abest aliquis, aut volens.

Si volens abest, quærendum rursum, quo animo discesserit, & quamdiu abfuerit; & quas non reuertendi causas habeat.

Si sponsus conscia sponsa, & honestam ob causam ante consummatum matrimonium peregrè profectus, annum integrum, quamuis officij admonitus, volens abfuerit, petenti sponsæ trina per sequimensem præeunte publica denunciatione, tum in Ecclesiastico cœtu, tum coram ordinario Magistratu, fas est, diremtis sponsalibus alium maritum accipere, nisi fortè comparuerit. Tum enim auditur, & nisi iustam repudij causam probarit, ad præstandam fidem auctoritate Magistratus compellitur.

Si sponsa, conscio itidem sponso, peregrè profecta fuerit, idem ius seruatur, eo duntaxat excepto, quòd vir annum integrum expectare non cogitur, nisi fortè ex eius voluntate id genus negotij gerendum illa suscoperit, quod illam diutius abesse cogat.

Quòd si sponsus, vel sponsa, malo animo, & fallendi causa discessisse comperietur, detur in primis opera, modis omnibus, vt officij admoneatur. Quod vbi ritè factum, aut saltem (quoad eius fieri potest) tentatũ fuisse constiterit, nec tamen is, in quem agitur, comparuerit, post trinam, vt antea, denunciationem, idem in absentem & desertorẽ decernitur.

Quòd si alter abfuerit inuitus, & nullo suo dolo, puta, vel quòd sit captiuus, aut alioqui vi, aut morbo detentus, aut exilio, eu deportatione mulctatus, aut iusto metu deterritus, tum sanè vel eò, quoad eius fieri potest, proficisci tenetur, qui sponsalium impletionem desiderat, vel saltem eius reditum, quantumuis diuturnum, aut certum de morte nuncium tolerare. Neque enim censeri potest desertor, qui inuitus abest.

De furore Sponsalia antecedente, vel subsequente.

Cùm furentis nullus sit consensus, inutilia sunt sponsalia inter iam furiosas personas, vel vnam sanæ mentis, alteram furiosam contracta. Id quod de perpetuo furore, sine exceptione verum est. In eo verò, qui dilucida habet internalla, tum demum valet, si tum insanijsse constiterit, cùm sponsio fieret, nisi intermittente furore antegressa promissio eius consensu fuerit confirmata.

Si sponsalibus superuenerit furor perpetuus, sponsalia dirimuntur (nisi cùm furente sponso vel sponsa coitum sit, verùm tentandum omnibus remedijs commodum temporis spatium.

De Sponsalibus impuberum, ex parentum consensu, vel etiam iussu, initis.

Sponsalia inter impuberes nullius sunt momenti, nisi postea nouo puberis facti consensu confirmentur, aut malitia ætatem supplente, concubitus interuenerit. Non enim videri possunt consensisse, qui qua de re agatur, intelligere per ætatem nequeunt.

Interim dum pubertas expectatur, non potest puber à sponsalibus, cum impubere factis, discedere, tantisper, dum quis sit rei futuræ exitus, tempus ipsum patefaciat.

Sed & impubes intra pubertatis annos dissentire non potest, sed pubertas expectanda est.

De Spon-

De Sponsalibus clandestinis absque parentum, vel eorum, qui loco parentum sunt consensu factis.

Sponsalia *clandestina cùm Dei voluntati & mandato, ipsiq; adeò naturali æquitati ex diametro repugnent, Deo autori conciliata videri non possunt: ideoq; inutilia, & ipso iure nulla sunt.*

Cogi *quidem filius vel filia non potest à parentibus, quia liber, ac penitus voluntarius consensus in matrimonio requiritur: sed tamen reuerentia, quæ parentibus debetur, hoc postulat, vt sine maxima causa ab his non dissentiatur.*

Vicissim *æquum est, vt parentes cum liberis suis agant moderatè, nec eos inuitos ad hoc vel illud matrimonium cogant. Atq; hic expugnanda erit parentum seueritas omni officij genere. Cauendum vicißim patribus, ne abutantur potestate sibi à Deo tributa.*

Vbi *interuenit copula, frustra coactio à sponso prætexitur. Neque de sponsa aliter statuendum videtur: nisi fortè vim sibi illatam, cui nec tunc, nec postea vnquam consenserit, liquidò probârit.*

De Errore personæ & qualitatis.

In *errore personæ etsi non videtur vllus fuisse consensus, ac proinde irrita esse sponsalia: si tamen subsecuta fuerit copula, vel consensus sequatur, rata erunt sponsalia.*

In *errore qualitatis, si corrupta inueniatur, quæ pro virgine erat desponsa, dirimuntur sponsalia: nisi vel consensus, vel concubitus sequatur, non inuita sponsa.*

De Sponsalibus per uim & metum initis.

Sponsalia *facta per vim, vel metum, qui in constantem virum cadit, nisi subsequente altero libero consensu rata habeantur, nullius momenti censentur: vbi tamen de vi vel metu bene constiterit.*

Si *secuta sit copula, vel attentatio, cui non restiterit sponsa, frustra vis, vel metus postea prætexitur.*

De Sponsalibus in futurum tempus vel præsens conceptis.

Sponsalia, *quæ solis verbis de futuro, vt loquuntur, siue purè, siue addita conditione concipiantur, obligationem non pariunt, redditis præcipuè diremtionis causis.*

Sponsalia *per verba de præsenti & purè, non sub conditione facta, rata sunt.*

Si *sponsalia in futurum tempus, vel sub conditione tantùm contracta, concubitus sequatur, rata erunt.*

De Coniugio & Diuortiis.

TABVLA II.

CONIVGIA alia

- Rata & firma, quæ duplicia sunt: quorum Sponsalia
  - Et initio & postea valent, ac nihil intercedit, quo dirimi coniugia possint.
  - Initio quidem irrita, ac planè nulla erant, subsequentibus tamen nonnullis validari possunt. De quibus sponsalibus vide Tabula priore.
- Irrita et invalida, quæ sunt triplicia: quorũ
  - Sponsalia ita sunt invalida, vt confirmari nulla ratione possint: vt sunt,
    - Incestuosa, siue propter cognationem, siue propter affinitatem.
    - Contracta per raptum, vt rapta corrupta postea in vxorem ducatur.
    - Coniugia cum marito vel vxore alterius contracta.
    - Contracta cum Eunucho vero.
    - Contracta cum laborante morbo insanabili & contagioso, qui vsum corporis tollat.
  - Sponsalia initio valida, legitimo postea repudio dissoluta sunt. Horum enim & coniugia irrita sunt. De his vide in Tabula priore.
  - Coniugia initio quidem valida, sed postea legitimo diuortio dissoluta sunt, vel dissolui possunt, vt si
    - Adulterium interceßit.
    - Fidelẽ deseruerit infidelis: fit autem desertio vel in
      - Pari coniugio, & fit vel
        - Voluntariè.
        - Coactè, ob metum iustum, & malam tractationem, seu sæuitiam alterius.
      - Impari: vbi deperitur vel
        - Fidelis ab infideli, & hoc vel propter
          - Religionis odium.
          - Contumaciam, et prauos mores personæ, quæ se fidelem esse prædicat.
        - Infidelis à fideli, vel ob
          - Religionis diuersitatem.
          - Malum tractationem, seu sæuitiam.
    - Absentia coniugis sit diuturna, neque affectatio: quæ pro desertione censetur.
    - Virgo non erat, quæ pro virgine erat desponsata, nisi fortè vel consensus, vel concubitus interceßerit.
    - Morbus aliquis superueniat, qui vsum corporis tollat, vt copulam omnino impediat.

Quæstiones iuxta ordinem in Tabula præscriptum de Coniugio obseruandæ.

De ratis Coniugiis.

An *sterilitas dirimat coniugia. De sterilitate rectè prorsus in Canonibus statuitur, ne ob eam vel aliud huiusmodi vitium diuortium fiat: est enim vitium illud plerumque occultum, & cui sæpè Deus remedium tunc attulit, cùm prorsus desperatum videbatur. Deinde cùm certum sit, quod ad sobolem saltem attinet, ab eo totum necessariò pendere, qui claudit & aperit matricem pro bona sua voluntate: videtur sanè manus ipsi Deo quodammodo injcere, qui quam ex eius manu accepit repudiet, nisi liberos ipsi peperit.*

An *deportatio, exilium & interdictio aquæ & ignis dirimat matrimonium. In his non dirimendum esse coniugium apertè sanciuit Iustinianus: Constantinus verò videtur vxoris arbitrio liberum id tacitè relinquere.*

An *captiuitate dissoluatur matrimonium. Captiuitate dissoluitur matrimonium, quod est ex iure gentium, prorsus est iniquum: & qui ex alia iusta necessitate abest, cùm inuitus absit, desertor haberi non potest.*

An *furor dissoluat matrimonium. Rectè constituitur, furore contrahi matrimonium non posse, sed rectè contractum non impediri. Iulianus contrarium sentit: aliter tamen de perpetuo & intolerabili furore iudicandum est. Hic enim Leo Imperator statuit, vt maritus quidem, furente vxore, triennium, vxor verò, furente marito, quinquennium expectet.*

De irritis Coniugiis, & primò de Raptu.

An *liceat alicui rapere puellam, vt corruptam postea ducat vxorem. Non licet: quia Christiana Respublica non patitur, vt quis hostili more vxorem ducat: & si per raptum coniugij spes fiat raptoribus, fenestra satis ampla furiosis uenibus ad raptus aperitur: atq; hac ratione parentes quoq; & cognati illorum iniuria afficientur.*

De Morbis insanabilibus & contagiosis.

An *morbi, qui copulam impediunt, dirimant coniugia. Dirimunt sanè perpetui, sicut & sponsalia, vbi præsertim nullo remedio curari possunt.*

Quid *si consummato iam matrimonio superueniat morbus, qui vsum corporis non adimat, sed qui tamen sit insanabiliter contagiosus, & ita turpis, vt alter ad alterius congressum meritò exhorrescat: qualis est elephantiasis: quam Lepram vocant. Canonici respondent, compellendam esse sanam personam ad mutuam alterius consuetudinem: alij contrà, tunc quoq; dirimi coniugium, & nouas nuptias contrahi posse iudicant, modò altera pars consentiat, & ipsius alimentis commodè consulatur. Verùm responderi rectius potest, coniugium quidem non dirimi, sed bonam conscientiam non pati, vt eam coniunctionem vel petat, vel concedat aliquis, qua vti non possit, quin & Reipublicæ toti certò uocet, ac seipsum ac nascituros liberos sciens perdat.*

Quid *si alter vratur, vel neuter etiam habeat continentiæ donum. Petat vterq; & precibus pugnet, & obtinebit. At certum est eum ad continentiam vocari, cui per Dominum obijcitur impedimentum, quominus ordinario aduersus vstionem remedio vti possit.*

Quid *de frigiditate sentiendum. Si frigiditas anteuertat matrimonij contractum, matrimonia soluentur: si verò fuerint semel facti vna caro, matrimonia non facilè soluuntur. De qua rescripsit & Magister Sentent. lib. 4. cap. 34.*

De Adulterio.

An *adulterio coniugia dirimantur. Rectè, & bona conscientia dirimi posse ex Christi verbis constat, Matth. 5. & 19. At voluntate innocentis personæ coniugium iterum coalescere potest.*

An *innocens persona, si continere non potest, nouas nuptias inire possit. Bona conscientia id facere non potest, at non absq; Ecclesiæ ac etiam pij Magistratus venia, vt infirmorum offendiculis occurratur.*

Quid *de nocente statuendum, an & ea contrahere possit. Iniquum certè est, vt & nocenti personæ fiat nouarum nuptiarum potestas, tantisper dum innocente in cœlibatu viuēte pendet reconciliatio: deinde oportet, vt de syncera ipsius resipiscentia constet: tertiò, nec statim nec temerè hoc illi concedendum, sed multum diúq; admonendum, vt, si fieri potest, lugere & cœlebs manere malit, quàm coniugium repetere, in quo se tam turpiter gessit. Quòd si res ipsa ostenderit, periclitari ipsius conscientiam, nisi ei prospiciatur, nubat, modò id fiat in Domino.*

Sitne *in petendo diuortio idem ius vxori aduersus maritum, atq; marito aduersus vxorem. Si ius ipsum spectes, quod alter habet in alterius corpus, æqualis est vtriusq; obligatio. In pari ergo obligatione, idem ius alteri in alterum concedi oportet: ea tamen modestia seruata, quæ mulierem in virum agentem deceat.*

An *teneatur innocens persona nocentem deferre. Et an adulterium possit bona conscientia Magistratum cælari. In adulterij crimine, quod ita graue est, vt publicum meritò censeatur, rectè faciunt, qui, si modò probè constet, minimi ad illud conniuent, sed Magistratui in primis indicant.*

Quid *si resipuerit, & pars innocens adulteram, propter pœnitentiam, in gratiam recipere voluerit, an adhuc debeat accusari. Si enim publicum sit crimen personæ nocentis, & eam innocens pars non accuset, videtur fouere peccatum. Homines enim sciunt adulterium, pœnitentiam ignorant: Et putabunt eū lenocinium facere, nisi illam accuset. Si autem accusat, saltem seipsum purgabit, & non infamabitur. Respondeo: pars innocens, vt infamiam vitet, in hoc casu non Magistratum, sed Ecclesiam accedat, rem totam illi indicet, vt intelligat peccantem partem pœnitentiam agere, ac veniam petere.*

Quid *si conceperit, & iam paritura sit mulier adultera, an in hoc casu accusanda. Si enim vir non accuset, hæres erit supposititius, nec licebit eum abdicare, atque ita liberis legitimis fiet iniuria. Respondeo: In hoc etiam casu Ecclesiam*

accedat,

accedat, vt indicet peccantem partem pœnitentiam agere: aut certis personis res indicetur, non ad supplicium, sed vt cognoscant fœtum conceptum ex adulterio, quem & postea liceat abdicare.

An innocens persona dimittere, an verò recipere nocentem teneatur. Potest quidem admitti, seu recipi nocens persona, si resipuerit, sed tamen vnusquisque suæ conscientiæ relinquendus est, non autem cogendus, vt nolens eam recipiat.

An adulter aduersus adulteram audiendus est. Accusatoris potius impudentia coërcenda est magis, nedum vt audiatur, vel auditus obtineat, quod petit: quare diuortium hîc non conceditur, sed ad mutuam reconciliationem sunt adigendi.

An innocenti personæ semper sit integrum, nocentem accusare. Hîc ipsa ratio dictat eum videri iuri suo renunciasse, qui comperto adulterio, vel manifestè semel in gratiam cum nocente redierit, aut dissimulata iniuria ab eius vsu coniugali non abstinuerit.

An adulterio polluta duci postea ab adultero possit. Veteres Synodi, sine exceptione, prohibent eiusmodi coniugia. Et meritò quidem, vtpotè quæ adulteria sint.

De Desertore.

Quis sit desertor. Desertor est, cui, vt Apostolus loquitur, non placet cohabitatio: id est, qui indiuiduam illam vitæ consuetudinem & mutuum conuictum abrumpit, & qui à fideli conditiones intolerabiles exigit: vt, si fidelem ad audienda abominandæ Missæ sacra, denique ad facienda vel contra omne pietatis officium patienda quædam cogat infidelis.

De Desertione in impari Coniugio.

Quid faciendum fideli, cùm non denegatur quidem cohabitatio, sed aut vitæ periculum adeundum est, aut contra veram religionem faciendum, vel perpetiendum est aliquid. Si quando illud inciderit, idoneam sanè excusationem habet fidelis, domesticum hostem non alia ratione vitans, quàm vt suæ vitæ & conscientiæ consulat. Nec aliud in hac specie statuendum, quàm si infidelis ipse alò migraret. Paria enim sunt, discedere ab aliquo, & minis aut vi alium à se abigere. Admatur itaque fidelis infideli, tantisper dum ad frugem redeat: interea verò coniugij vinculum minimè dissoluatur.

Quid si infidelis non resipiscat, & à proposito discedere nolit. Si fidelis ita deserta omnibus modis & officijs, tentârit desertorem Deo & sibi reconciliare, & patienter, quantum in se est, resipiscentiam infidelis expectârit, & causæ cognitio præcesserit, licebit desertæ personæ matrimonium inire.

An desertor inducendus est infidelis, qui versantem in periculis fidelem non curet, vt decet? Is non desertor modò, verùm & proditor est, ac proinde vitari bona conscientia potest, dum ille ad frugem redeat.

An possit fidelis infidelem deserere. Nullo modo licet, quia apertè dicit Apostolus, Infidelem esse sanctificatum fideli: id est, fidelis conscientiam non pollui alterius infidelitate in vsu coniugij mutuo.

An vxor infidelis maritum suum fidelem sequi teneatur, qui sectandæ veræ religionis causa sedem mutare velit. Cùm maritus familiæ suæ caput sit, vxor eum sequi tenetur. Quòd si ipsum vxor non sequatur, iam ipse non desertor, sed desertus est habendus. Idem est in alijs quoque causis necessarijs iudicium.

De Coniugio impari.

An sit licitum fideli cum infideli matrimonium contrahere. Non est licitum, nisi ea pars, quæ religionis damnatæ fuerit, ab ea defecerit. Si enim infidelis ad Christum & verum Dei cultum conuertatur, licebit Christiano cum eo contrahere, etiamsi Iudaicæ, Papisticæ, ac hæreticæ prauitatis labe infectus antea fuerit. Hoc consilio Moses Æthiopissam, Iacob Labani filiam duxit vxorem. De hac re vide plura in Tabulis quoque sequentibus.

At quid tum faciendum, vbi coniuges primùm in religione consentiant, postea tamen alter eorum in hæresim incidat. Et pars hæretica fidelem coniugem ad hæresim impellat: &, si nolit ei assentiri, cum eo habitare renuat: vel si cohabitet, id non faciat absque Christi perpetua contumelia. Si contingat, vt hæresis interueniat magni momenti, quæ legitimo examine deprehendatur, viæ & modi tententur, quibus infecta pars resipiscat. Quòd si non successerit, & pars infecta nolit habitare cum fideli coniuge, vel non sit parata hoc facere, nisi cum blasphemijs & contumelijs Christi, libero diuortio seiungendi sunt. Vide 1. Cor. 7. d. 27. Huc fortassis Esdræ exemplum pertinet, Esdræ 9. & 10. c. 17. Cùm enim Esdras videret Israëlitas se copulasse Moabitis & alienigenis diuersi cultus, ea coniugia dissoluit: quæ si per Legem Dei fuissent rata, non licuisset illi hasce personas disiungere.

De Desertione in pari Coniugio.

An in pari coniugio legitima possit esse desertio. Non potest: quare cogendus est, qui in culpa esse deprehenditur, tum Ecclesiasticis, tum etiam, si necesse sit, ciuilibus pœnis ad faciendum coniugis officium, vt Christianum hominem & honestum ciuem decet.

Quid si flecti contumax deserentis animus non potest. Tantisper dum Magistratus contumaciam donare possit, innocenti in precibus perseuerandum est, quæ si ex fide fiant, irritæ esse non possunt.

Quid si inuitus, alter iusto metu coactus discesserit, an cogitur cum certo vitæ periculo redire. Minimè: sed priuetur ille, qui in culpa est, alterius consuetudine, tantisper, dum sapere & officium facere didicerit. Innocens verò statuat interea, se ad cœlibatum vocari, & in fide petat victoriam ab eo, qui supra vires tentari suos non sinit.

Quid si non simpliciter alter à mutuo conuictu secesserit, verum tamen extra territorium aufugerit. Hic præeunte legitima cognitione, nocente quoque, si fieri potuit, literis saltem, aut nuncijs euocato, nec tamen sese iudicio Ecclesiæ sistente, tandem trinundina præcunte tum in Ecclesiæ cœtu, tum apud Magistratus denunciatione, desertione solutum matrimonium pronuncietur. Cùm enim Ecclesiæ cognitione subterfugiat ille, contra conscientiam, matrimonium dirimit, ac manifestè infideli, simul & religionis & coniugis desertori meritò æquiparatur.

Quid si quo loco sit desertor, vel desertrix ignoratur. Hîc diligenter inquiratur in istius discessionis causas, vt si fortè comperiatur persona, quæ se desertam conqueritur, & diuortium petit, occasionem huic malo præbuisse, non audiatur. Quia iniquum esset eum audire de malo, quod vltrò sibi accersiuit, aduersus alium conquerentem. Quòd si continentiæ do-

num se habere negat, hoc sibijpsi imputet, peccatum desleat, eum si volet requirat, quo sese sua improbitate priuauit. Deinde constet necesse est, præbito quoque apud Magistratum iuramento, bona fide datam esse operam omnem, vt profuga illa persona inueniretur, & de ista in eum expostulatione instituta, certior fieret. Postremò ne sic quidem noua matrimonij potestas fieri debet, vxori præsertim, quæ maritum alioqui sequi tenetur, priusquam conuenienti temporis spatio, anno puta, vel etiam si sit opus longiori, absentis reditum expectârit.

Quid si ille postea superuenerit, & coniugem repetat. Si res adhuc est integra, reconciliabuntur: sin minus, non modò non erit audienda desertrix persona serò expostulans, quasi facta sit sibi iniuria, verùm etiam digna fuerit grauissima ciuili pœna. Si quid enim hic peccatum, tota penes desertricem hanc personam culpa residet.

Quid si accusatus desertionis vxorem repetat rebus adhuc integris? Vxor virum sequi cogitur, nisi iustam causam adferat, & simul probet quòd ille certa quapiam sede nõ maneat: quòd crudeliter & turpiter ipsa vti consueuit: quòd denique licentiam, qua ipsi nocere possit, non autem verum consortium quærat.

De absentia Coniugis.

Quid faciendum vbi abest alter vel propter captiuitatem vel malitiam, aut aliam eiusmodi causam? Expectandus est dum ille redeat, vel de absentis obitu idoneis testibus, aut necessarijs coniecturis constet.

An semper probari potest absentium interitus ob infinita incommoda, quibus mortalis hæc vita est obnoxia. Quid igitur vbi de morte non constet, est faciendum? Si testes aut aliæ coniecturæ idoneæ defuerint, & nisi malo animo absentem discessisse constiterit, alij quadriennium, alij quinquennium, alij septennium, alij decennium relictæ personæ expectandum esse decreuerunt, quo elapso, matrimonium conceditur, si tamen incertum adhuc sit, vtrum captus vel militans superstes sit, an non. Mortuus enim probabiliter censetur, qui tamdiu absit.

Sed quid si casu redeat, qui mortuus putabatur, & quidem probabiliter? Posterius coniugium iusta ignorantia contractum dissoluetur, & neutri imputabitur, quod neutrius culpa contigisse deprehendetur.

Quid de voluntaria & affectata absentia statuendum? Talis absentia pro desertione habenda est, & est malitiosa.

Tria trium clarorum virorum memorabilia dicta.

PETRI MELII: In casu criminis, pro quo lex Dei hominem interfici iubet, diuortium permitti potest, si aliter reconciliatio inter coniugatos stabiliri neutiquam possit.

STEPHANI SZEGEDINI: Ibi inter volentes matrimonium solui potest, vbi fines omnes coniugij impediti, ac sublati sunt, præter adiutorium, quod etiam mendicis ipsis debetur.

ALBERTI BAKONII: Melius est disiitos angelicè, quàm coniunctos diabolicè viuere, etiam eos, quibus nulla ratio ad perpetuum suppetit diuortium, vt ea ratione pax magis colatur.

Explicatio cap. 7. Epist. 1. ad Corinth. in quo vtiles & necessariæ quæstiones de Coniugio tractantur.

TABVLA III.

QVAESTIONES à Paulo tractatæ:

- De coniugio vel
  - Contracto, vel, &c. *Vide literam A.*
  - De virginitate, &c. *Vide literam B.*

Contrahendo. Huc pertinent quæstiones,

- *An liberum sit contrahere matrimonium. Hic disce:*
  - *Quomodo ad hanc quæstionẽ respondet Paulus.*
    - *Docet per concessionẽ bonũ fore, si omnes à muliere abstineãt, modò id liceat. Hic disce:*
      - Quæ fuerit occasio quæstionis huius. Erant enim apud Corinthios quidam, qui sanctimoniã simulantes à matrimonio abhorrebant, in scortationem turpiter lapsi. Ac verisimile est, Pseudodoctores, coacernatis varijs coniugij incõmodis, plurimos à coniugio deterruisse, & è diuerso commodis ad impurum cœlibatum induxisse: Vnde multi castitatis prætextu coniugia etiam contracta soluebant.
      - Quod sit Pauli consilium. Tantum enim ostendit, quid expediat propter tot molestias, tædia & solicitudines, quæ coniugatos manent. Nam & propter venturã tempestatẽ bellicam ironicè dicebatur: Noli vxorẽ ducere: non q̃ peccatũ, sed incommodum tantum esset, vxorẽ ducere, Ier. 16.
      - An hæc propositio vera esse possit in omnium hominum generibus? Negquaquam. Non enim aptari potest Adamo, & his qui matrimonio iam sunt coniuncti, quorum neuter corporis sui potestatem habet: nec quadrat his, qui vel scortantur, vel aduruntur, quibus mandat Apostolus, vt nubant.
      - An Pauli verba repugnent verbis Domini, qui pronunciat viro non esse bonum vxore carere, Genes. 2. Facilè hæc conciliari possunt, si inter pristinam Dei ordinationem & inter pœnas peccati, quæ deinde secutæ sunt, probè distinxerimus. Quicquid enim mali vel incommodi est in coniugio, id est ex diuinæ institutionis corruptela.
    - Ponit correctionẽ, & sententiam contrahit: quoniam hoc multis non permittit carnis suæ imbecillitas. Vbi non de causis matrimonij disputat, sed quibus necessarium sit coniugium ostendit, illis nimirum, qui se continere non possunt. Atque hîc docet, & quibus legibus in coniugio viuendum sit, & de obligatione mutua, quæ ad thori coniunctionem spectat.
  - An liceat viduis aliud contrahere matrimonium, vbi
    - Se exemplum ponit, optans omnes viduas tale habere donũ, quale ipse habet.
    - Præcipit vt contrahant, si carnis infirmitas libertatem impediat, & addit rationem, Quia melius est nubere, quàm vri.

A. Con-

A. Cõtracto, vel
- Pari. *Huc pertinet quæstio: An liceat qualibet ex causa ab altero discedere. Respondet, id nequaquam licere. Præcipit autem, vt discedens vel maneat innupta, vel alteri reconcilietur.*
- Impari coniugio. *Huc pertinet quæstio, an fideli liceat ab infideli discedere, propter religionis diuersitatẽ. Hic disce:*
  - Quomodo ad hanc quæstionẽ respondeat.
    - Quæ fuerit causa huius quæstionis. *Verebantur enim Corinthij ne si permansissent in coniugijs disparibus, qui fidelis erat, contaminaretur ex congressu & conuersatione coniugis infidelis.*
    - Fidelem non debere ab infideli discedere, nec quærere diuortium, nisi repudietur. Rationes sumit
      - A licito vsu matrimonij, ac totius vitæ. *Neque enim copula infidelis fidelis inquinatur. Sanctificatur ergo infidelis à fideli, quoad vsum & communionem thori.*
      - Ab effectu. *Si immundum esset vestrũ coniugium, & liberi, qui inde nascerentur, immundi essent. At nõ sunt immundi.*
      - A spe lucrandi, vel vtili. *Potest enim fidelis sancta sua conuersatione infidelem in viam reducere.*
      - A similibus, à circumcisione, præputio & seruitute sumtis, quibus probat, quòd Euangelium veterem peccatorũ aboleat vitam: non autem abroget veterem statum politicum: quia cum quouis conditionis genere cõueniat Christianismo, qui nequaquam ob id inductus est, vt turbet politicum rerum humanarum statum, sed vt in omni statu sanctè pureq; viuatur: circumcisionis verò & præputij nominibus intelligi possunt mores & vitus, tum Iudæorum, tum Gentilium, qui hac nota præputij & circumcisionis demonstrantur. Hic verò vnumquemque reuocat ad hanc regulam, vt meminerint quid suæ vocationi conueniat. Et cum diuersæ sint vocationes, earum nullam deserendam esse prætextu Euangelij, quasi priores vocationes impediant à salute.
    - Si *infidelis fidelem coniugem religionis causa repudiat, fratrem vel sororem liberatum à coniugij vinculo per tale repudium.*

B. De virginitate. Vbi disce:
- Quæ *sit occasio huius quæstionis. Verisimile enim est, Corinthios quæsiuisse à Paulo, an Christiani filias virgines elocare debeant: an veluti Christo sacras in perpetua virginitate tenere domi, quò liberius illi seruiant.*
- Quomodo ad hanc quæstionem respondeat. Respondet enim per distinctionẽ: aliæ enim virgines sunt
  - Sui iuris, sublatis per mortem parentibus. Hic verò
    - Consulit vt virgo à coniugio abstineat: idq; non propter status huius excellentiam, aut propter ingens illius meritum & dignitatem, sed propter inquietudinem & molestias coniugij, quibus Sancti perpetuò in hac vita iactantur: consilium verò hoc conditionale est, si videlicet virgo donum continentiæ habeat. *Hanc enim conditionem non semel expressam habes in contextu.*
    - Ne æstitatis prætextu, quam consulit, coniugati coniugium rescindere tentent, docet: *Non esse tamen deserendam vxorẽ: at solutũ ab vxore à coniugio postea abstinere posse: At sub conditione, si videlicet donum continẽtiæ illi datum sit.*
    - Ne quis propter hæc verba: *Ne quæras vxorem, peccatum putaret, si vxorem duceret, iterum pro sedulitate Apostolica præuenit, & docet, non peccare, qui vxorem duxerit, nisi quòd multæ difficultates coniugio adhæreant.*
    - Hortatur *fideles, vt si ducant vxores, ne ita effræni libidine ferãtur, vt eos coniugium in malum demergat. Omnia enim carnalia caduca sunt, & transitoria: Quare neminem ita addictum esse debere vxori, vt eius causa, quæ Dei sunt, negligat. Omnibus enim rebus ita vtendum nobis est, ne à Deo nos auocent.*
    - Reddit *causam, cur consuluerit vt virgo à coniugio abstineat: vbi confert coniugium cum cœlibatu, seu virginitate, congestis coniugij incommodis, ac commodis virginitatis. Neque verò putandum est coniugatos excludi à cura Domini, tantùm vult Paulus coniugatos pluribus curis distrahi. Et virginibus plus quàm illis, commodè vacare vt Deo seruiant. Est enim instar sarcinæ coniugium, quo mens pij hominis degrauata, non ita expedito cursu ad Deum pergit. Loquitur autem Paulus de virginibus, non quæ seipsas virgines faciunt, cum intus vrantur, sed quos Deus virginitate donauit.*
    - Liberum *permittit, quod quisque vitæ genus amplectatur, modò nihil admittant inhonesti, siue ducant, siue non ducant vxores.*
  - In *aliena potestate sũt, viuis adhuc parentibus. Vbi docet, quando*
    - Parentes *virgines suas elocare debeant. Pronunciat autem eos nõ peccare filias elocando, qui cœlibatum illis nõ conuenire iudicant, eò quòd donò continẽtiæ careãt. Cum igitur cognouerint parẽtes, filiabus suis nõ conuenire cœlibatũ, iungant eos matrimonio, neq; hac re peccabũt.*
    - In cœlibatu vel virginitate retinere licebat. *Quando videlicet viderint parentes filias suas dono continentiæ præditas esse. Hic igitur laudat patres, qui filiarũ suarum tranquillitati & libertati consulunt. Nupta enim, viro alligata, non est sui iuris. Loquitur enim hîc de virginibus in persona patris, eò quòd filiæ sunt in potestate patrum.*

An conſtent Nuptiæ contrahendæ in religione diſpari.

TABVLA IIII.

NVPTIAS in religione diſpari non conſtare, niſi pars infecta reſipiſcat: vel ſpes ſit emendationis euidẽtior. Probatur

A teſtimoniis
- Scripturarum, vt
  - Moſis, *Exodi 23.d.23. 34.c.12. Deut.7.a.3. in quibus locis huiuſmodi coniugia prohibentur. Etſi verò hanc prohibitionem quidam ad ſeptem tantùm populos reſtringunt, qui terræ Chanaan inquilini fuerunt: nec opinantur Deum vetuiſſe, quin cum alijs nationibus Hebræi matrimonia contraherent: verũ cauſa prohibitionis, quæ ſubijcitur, generalis eſt, ne videlicet pars infidelis fidelem ad idololatriam à vero Dei cultu illiciat: vnde conſtabit, Legem etiam, qua huiuſmodi coniugia prohibet, generalem eſſe. Rectè autem dixit Ambroſius, Non eſſe coniugium, quod extra decretum Dei eſt initum. De quo vide cauſ.28.q.1.§. Ex his.*
  - Pauli, *2.Cor.6 c.14. Ne ducatis, inquit, iugum cum incredulis. Vbi Paulus non ſolùm commercia cum infidelibus, ſed etiam nuptias cum illis prohibet.*
- Doctorum, Eccleſiaſticorum, vt
  - Ambroſij, *qui in libro de Patriarcha Abrahamo, cap.9. fideles admonet, vt diligenter caueant, ne ſuas filias Indæis, aut Ethnicis non conuerſis elocent, aut ex eis vxores ducant.*
  - Tertulliani, *in libro de Corona militis, cũ inquit: Nos Ethnicis minimè nubimus, ne coniuges ad idolatriam pelliciant, à qua ſuas nuptias auſpicantur.*
- Conciliorum, vt
  - Agathenſe,
  - Vrbanenſe,
  - Laodicenſe.

  De *quibus cauſ.28. q. 1. vbi huiuſmodi coniugia prohibentur: initia videlicet vel cum infidelibus, vel cum Ethnicis.*

Ab *autore & cauſa coniugij. Satis enim cõſtat, Deum ſanctæ matrimonia conciliare, talia verò à malo illo procurari.*

Ab *honeſtate matrimonij: ita enim honeſtè coniuges coniungentur, ſi religiosè, ſalua pietate, & in timore Dei, teſte etiam Chriſti Eccleſia, coniunguntur. Quomodo autem fieri poteſt, vt religiosè, ac in timore Domini fidelis copuletur cum hoſte Chriſti? Et cùm petendæ ſint nuptiæ fidelibus hominibus ab Eccleſia, quomodo ab Eccleſia nuptias petitis, quem conſtat à Chriſto & eius Euangelio ſeparatum eſſe?*

A proprio *coniugij, quod eſt diuinarum & humanarum rerum communicatio fidelis. Si enim hoc amicitiæ tribuitur, multò magis proprium id erit coniugio, cùm ſit amicitia longè arctiſſima.*

A pietate *& exercitio coniugum: quia oportet coniuges nonnunquam ſimul precari. At ſi Deo eidem non adhæreant, quomodo poterunt ſimul precari? Imò id plerunque in diſpari coniugio vſu venire ſolet, vt altero precante, alter ludat, aut conniuetur.*

A iure *matrimonij: hoc enim ius matrimonij eſt, vt paſcatur vxor, neceſſaria ad victum habeat, & thorum communem: At infidelis fidelem non iuuat, non paſcit, ac interdum debito coniugali fidelem fraudat.*

Ab *inutili. Quia*
- Si coniunx infidelis *in ſua religione permanſerit, alter ſe grauiſſimo periculo exponit, quod Dominus voluit à ſuis prorſus auerſum.*
- Infidelis *fidelem in ſuo periculo non iuuabit: & fidelis ſubinde multa cogitur audire, quæ & Deo, & ſibi diſpliceant.*
- Longè *duriſſimum habere in latere ſeruum Diaboli, & fidelem cum eo miſceri, & coſtam fieri Diaboli.*
- Multorum *exempla teſtantur, quomodo talia matrimonia cedant: vt, Iſraelitarum, Salomonis, Ioram, &c. Nec poteſt negari, qui ſibi huiuſmodi vxores iungebant, parùm curaſſe hoſtes Chriſti, ac multos etiam in idolatriam prolapſos eſſe.*
- Vt *pares cum paribus facilè coniunguntur, & ſimiles ſimilibus gaudent, ſic hi, qui naturâ, moribus, fortunâ, vitâ, ac religione inter ſe differunt, non facilè coniunguntur: & infelix eſt, & minimè tranquilla, pacata q; eorũ ſocietas. Sunt enim hîc perpetuæ ſimultates & querimoniæ. Oriuntur contentiones, fiunt iniuriæ, cogitantur & ſuſcipiuntur repudia, & interdum mala alia, his etiam deteriora, quibus cum affines & cognati vtriuſque coniugis, tum etiam totæ Ciuitates interdum implicantur. Quòd ſi ergo in alijs rebus & proprietatibus valet hæc ſententia, Tu tibi ſume parem: quantò magis in matrimonio valere debet, ne diſpar ſit coniugium.*

Appendix Tabulæ 4. continens Canones de Caſibus matrimonialibus, ex quibus ad multas quæſtiones facilè reſponderi poteſt.

NVPTIAE *non poſſunt conſiſtere inter eas perſonas, quæ in numero parentum liberorúmue ſunt, quæ aſcendentes & deſcendentes appellantur, ſiue proximi, ſiue vlterioris gradus ſint vſque ad infinitum. Et iure gentium inceſtum committit, qui ex gradu aſcendentium & deſcendentium vxorem duxerit: vt enim non licet filiæ patri, ita non licet nubere auo, proauo, &c. Et vt non licet patri ducere filiam in vxorem, ita nec neptem, proneptem, &c. cauſ.35.q.2. &c. Sunt autem aſcendentes & deſcendentes, qui ſupra vel infra ſtipitem ponuntur, à quo inchoanda eſt ſupputatio, vel à quo alij originem ducunt. Suprà ponuntur maiores, infrà filij & nepotes eius.*

Nunc

Nunc inter collaterales honesta & probabili ratione prohibita sunt connubia intra quartum gradum. Nam olim fratrum filijs & filiabus licuit inter se contrahere, etiam Romanis legibus, vt Iacob iunctus est consobrinæ suæ Rachel, secundo gradu. Ac ne Lex quidem diuina prohibet connubia in secundo gradu, in linea æquali: id est, duorum fratrum liberis concedit coniugium. Lege Philippum de Coniugio, can. duplex prohibitio. caus. 35. q. 1. in gl. item. q. 5. & 3. Cæterum prohibet primum & secundum gradum in linea inæquali: id est, ne frater ducat sororem, nec nepos amitam, &c.

Rectè dixit Iurisconsultus: In coniunctionibus non solum quid liceat considerandum esse, sed & quod honestum est, & publicæ consuetudini conueniat.

Propter Patrum quorundam exempla non est nobis discedendum ab expresso verbo Dei: non enim Patrum nævos, aut ambigua facta, sed eorum virtutes imitari debemus. Nec licet alligari post promulgatam legem, & cõtra verbum Dei iam nobis propositum, priorum Patrum connubia. Consanguineorum enim coniunctiones, aliâs causa necessitatis in illis permissæ, aliâs causa iustæ rationis inueniuntur impetratæ. Lege Augustinum libro de Ciuitate Dei 5. cap. 16. item caus. 35. quæst. 1.

Quòd quidam Patres pluribus vxoribus se coniunxerunt, priuilegia sunt, seu permissiones, non exempla vitæ, quæ quidem ipsam Legem nec euacuant, nec subuertũt. Causam permissionis, lege Malach. 2. c. 11. & Ambrosium de Abraham lib. 1. cap. 4. & 5. & Augustinum in Disputat. contra Manichæos. Philippum de Arbore. Brentium de Casib. cap. 4. Bulingerum in Matth. 19. caus. 32. q. 4. can. obijciuntur. item caus. 31. q. 2. can. quomodo. Vide & glossam.

Tot sunt gradus, quot personæ, vna demta: nempe stipite, à quo inchoanda est supputatio.

In linea æquali collateralium quoto gradu distat altera persona à communi stipite, toto gradu inter se distant.

In linea inæquali collateralium quoto gradu remotior distat à stipite, toto inter se distant.

Quoto gradu quispiam est mihi consanguineus, toto gradu vxor eius est mihi affinis. Vt frater & frater sunt iuncti primo gradu consanguinitatis: ergo fratris mei vxor est mihi iuncta primo gradu affinitatis.

Inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas: vnde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia. Sed est affinitas inter consanguineos mulieris, & ipsum virum: & consanguineos viri, & ipsam mulierem. Lege Philippum de Coniugio, & Gratianum in declaratione Arboris affinitatis.

A consanguineis proprijs & vxoris pariter est abstinendum, caus. 35. q. 3.

Nullus ducat vxorem à consanguineo cognitam, vel aliqua pollutione maculatam, caus. 35. q. 3.

Nullus ducat in vxorem relictam consanguineorum suorum, vsque in tertiam generationem, Ibid.

Coniugia mutuo consensu iunguntur, à quo absit error & violentia. Non enim est consensus aut coniugium, cùm persona vi cogitur, vt promittat coniugium. Vide Philippum de Arbore: item caus. 31. q. 2.

Dissoluuntur Sponsalia propter errorem personæ, non propter errorem fortunæ. Lege Philippum: item caus. 29. q. 1.

Desponsationes sine consensu, imò contra voluntatem & consensum parentum inordinatè & impiè factæ, iudicantur irritæ, refragantibus parentibus. Lege Brentium de Casibus, & Philippum contra caus. 30. q. 5. & caus. 32. q. 2.

Iudicum est considerare, vbi parentes probabilem causam habeant refragrandi, vbi non sit probabilis causa.

Post concubitum non possunt rescindi coniugia, autoritate parentum, quia non est iam quæstio de futuro coniugio, & fieret iniuria desertæ mulieri. Lege Philippum de Arbore.

Filia furiosi nubere, & filius furiosi, etiam sine patris interuentu vxorem ducere potest. Brentius de Casibus, cap. 1. fol. 11.

Conditio honesta, & pertinens ad coniugium, adiecta in principio contractus, si non fuerit impleta, dissoluit contractum, vt si parentes consenserint: Si dos mihi dabitur, pro nostris facultatibus conueniens. Sed cùm sequitur concubitus, non expectata conditionis impletione, ea coniunctio iudicatur esse coniugium, quia personæ conuenientes discedunt à conditione.

Si conditio est peregrina, nihil pertinens ad coniugium, vel turpis, vel impossibilis, ea conditio intelligitur esse otiosa: vt, Ducam te, si dederis mihi centum aureos: Si inuenero te virginem. Item, Si dabis mihi pagum, &c. Hæ conditiones tanquam non additæ reijciuntur. Philippus.

Si quis ignorans ducit ab alio compressam, eam retineat: Sic enim Constitutiones ciuiles statuerunt. Philippus.

Non sunt facienda diuortia propter morbos, etiam contagiosos. Philippus in Arbore, circa finem. Brentius cap. 7.

Potest duci in coniugem, quæ prius polluta est per adulterium, si spes sit emendationis. Philippus. item caus. 31. & q. 1. & caus. 33. q. 2. si non promisit coniugium.

Qui virginem violârit, violatã ducere non cogitur, nisi sua sponte eam ducere velit. Brentius cap. 3. Philippus de Coniugio, admonitione prima.

Captiuitas & excommunicatio non dissoluit coniugium. Philippus can. si quis sit desertor.

Licet Christianis ducere infidelem, 1. Cor. 7. c. 12. Philipp. canones id prohibent, caus. 28. q. 1.

Sponsalia inter impuberes, vel nomine impuberum facta à parentibus, vel tutoribus, dissolui possunt. Philippus de Coniugio, circa fin. & caus. 30. q. 2.

Reiiciendæ sunt prohibitiones de cõmentitia cognatione spirituali: vt, Ne quis ducat eam, cuius Baptismo affuit. Philippus de Coniugio. contrà, caus. 27. & caus. 30. q. 1. & 4.

Matrimonium ratum est, etiamsi alter stultus, aut furiosus fiat, si non in coniugem furore quodam sæuiat, caus. 32. quæst. 2.

Non sunt facienda diuortia sine cognitione Iudicum. Nemini enim in sua ipsius causa Iudici esse licet. Persona igitur innocens priusquam nubat, causam suam ad Iudices referat. Philippus de Coniugio, can. de modo procedendi. Brentius cap. 5. & 9. de Casibus.

Cùm Magistratus constitutiones & leges sint ordinationes Dei, & istæ nobis certum personarum ordinem in matrimonio præscribant: decet vt nos pro virili eas obseruemus. Nam non tantùm legis naturæ, vt Moses in ferendis suis legibus: sed & honestatis publicæ rationem habuerunt. Ac Moses in Leuitico scripsit tantum epitomen consanguinitatis, & affinitatis: ac reliquit naturali rationi ex his personis, quas nominatim recensuit, alias personas intelligendas.

PERSONAE, INTER QVAS iuxta Leges Magistratuum, consanguinitatis iure nuptiæ contrahi non debent.

Mater, Auia, Proauia,
Abauia, *id est, Mater proauiæ.*
Amita, *id est, soror patris.*
Amita *magna, id est, soror aui.*
Amita *maior, id est, soror proaui.*
Matertera, *id est, soror matris.*
Matertera *magna, id est, soror auiæ, &c.*
Filia, Neptis,
Proneptis, *&c.*
Soror, Sororis *filia.*
Sororis, *Neptis, Proneptis, &c. filia.*
Fratris *filia.*
Fratris *Neptis, Proneptis, &c. filia.*

Admissę *sunt patrueles, id est, patrui filiæ: hoc est, fratris patris filiæ. Itē Consobrinæ, id est, filiæ sororis, aut fratris, vt suprà, can. 2. Honestorum tamen hominum est, vt in his & similibus nuptijs, publicam consuetudinem obseruent.*


PERSONAE, INTER QVAS iuxta Leges Magistratuum, affinitatis iure nuptiæ contrahi non possunt.

Socrus, Nouerca,
Mater *Socrus, Soceri Vitrici & Nouercæ.*
Auia *Socrus, Soceri, &c.*
Vxor *aui, Proaui, &c.*
Vxor *fratris. Contra Deut. 25. vide suprà, can. 13.*
Soror *fratris.* Soror *vxoris.*
Vxor *priuigni.*
Nurus, *id est, Vxor filij.*
Priuigna, Pronurus,
Vxor *nepotis, aut pronepotis, etc.*
Vxor *nepotis, aut proneptis, etc.*

Iulius *prohibet relictam fratris vxoris: relictam filij vxoris, caus. 35. q. 3.*

Leuitici 18. a. 6. Nullus ad quascunque reliquias carnis suæ accedat ad retegendum verenda. *Per carnis reliquias, consanguinei & affines intelliguntur.*

De Sponsalibus.



A. Quot

- Quot modis fiat. Inter
  - Præsentes.
  - Absentes, vel per
    - Nuncium & literas: constat enim absentem absenti desponsari posse, si absens hoc sciat, vel postea ratum habeat.
    - Parentes, vel fratres, qui contrahunt sæpè sponsalia nomine liberorum, vel fratrum, vel sororum, & valent, si persona, de cuius sponsalibus agitur, consenserint, vel præsens fuerit, & tacuerit, nec se parentibus opposuerit, caus. 30.q.5. nec illud. 32.q.2. honorantur.
- Quæ causa efficiens. Consensus. Hic disce:
  - Neminem inuitum cogendum esse ad contrahendum.
  - Eum qui consentire non potest, non posse contrahere, vt furiosum.
  - Ante septimum annum non valere sponsalia: adeò quòd si pater pro filio in ea ætate constituto, contrahat: tamen filius de necessitate non obligatur, nisi consentiat, cùm ad annos discretionis peruenerit, can. vbi. 30.q.2. & can. literas, & accessit. & can. duo pueri. de Desponsatione impuberum. Et talis contractus si fuerit celebratus, non oritur ex eo publicæ honestatis iustitia, nisi iuuenis tentauerit puellam nondum septennem cognoscere, tunc enim prohibetur eius consanguineam ducere, can. iuuenis. de Sponsalibus. Idem dic de eo, qui contraxit sponsalia cum puella nondum septenni, & eam extraordinaria libidine, & sic extra naturalia polluit, can. fraternitati. de eo qui cognouit consanguineam. Si autem esset sola extraordinaria pollutio, non præcedentibus sponsalibus, nõ prohiberetur matrimonium, etiam consanguineæ pollutæ, can. extraordinaria. 35.q.3.
  - Post septimum annum sponsalia de futuro contrahi posse, quibus hoc modo contractis ante annos pubertatis reclamare non licet, sed ambo puberes facti, quilibet reclamare potest, can. de illis. de Desponsatione impuberum. & hoc verum, si statim puberes facti reclamauerint.

A.

- Qui effectus. Quòd
  - Ea pars, per quam stat, quò minus sponsalia deducantur ad matrimonium, tenetur ad duplum arrhæ, si data est arrha.
  - Pars contraueniens, & aliã ducens, de fide mentita pœnitere debet, can. 1. de Sponsalibus duorum.
  - Si post sponsalia de futuro sequatur copula carnalis, volente sponsa, verè tunc efficitur perfectum matrimonium, can. veniens. & can. is qui. de Sponsalibus. dico volente sponsa: Quòd si violenter & inuita est cognita, nõ transeunt in matrimonium per copulam, can. continebatur. de Desponsatione impuberum. Idem potest dici de metu in constantem cadente, can. veniens. & can. cum locum. de Sponsalibus. dico verè, quòd si sponsus visus est tantùm sponsam de futuro carnaliter cognoscere, nec tamen cognouit, per hoc non est factum matrimonium, quod alij per verba de præsenti contracto præiudicare possit, can. fin. de Sponsalibus.
  - Ex sponsalibus de futuro oritur publicæ honestatis iustitia: hoc est, quòd consanguinei sponsi non possunt ducere sponsam, & econtrà. Licet enim copula nondum secuta, affinitas contracta non sit, tamen est contracta publica honestas, & in coniunctionibus non solùm quid liceat, sed & quid honestum, considerari debet, & hoc præcedit, si sponsalia sunt purè contracta, can. ad audientiam. & can. sponsam. de Sponsalibus.
  - Præsens absentem expectare debet, si diu non abfuerit, can. de illis. de Sponsalibus.
- Quomodo soluantur sponsalia.
  - Per sentẽtiam, seu iudicium Ecclesiæ, et sic soluũtur quinquemodis. Si
    - Alter fornicetur, aut incidat in lepram, paralysin, vel furorem, vel hæresin post sponsalia, vel amitteret oculos, vel nares, vel membrum virile, 28.q.1. non solùm.
    - Ambo communiter dissentiant, can. 2. de Sponsalibus.
    - Longo tempore aliquis eorum se absentet, can. de illis. de Sponsalibus.
    - Conditio fuit apposita, quæ non adimpletur, can. de illis. de Conditione appositi.
    - Impubes contrahit, & pubes factus dissentit, can. de illis. de Desponsatione impuberum.
  - Ipso iure, siue sententia Ecclesiæ, & soluuntur tribus modis.
    - Si alter eorum contrahat cũ alio per verba de præsenti, tunc soluuntur sponsalia de futuro etiam iurata, can. is qui. & can. si inter. de Sponsalibus.
    - Si ante matrimonium completum superuenerit post sponsalia affinitas, vt quia sponsus cognouit consanguineam sponsæ, vel econtrà.
    - Cùm certum tempus appositum fuit inter sponsos ad contrahendum matrimonium de præsenti, & est elapsum, priusquam contraxerunt, can. sicut ex literis. de Sponsalibus.

B.

- Sponsalia de præsenti. Hic disce:
  - Quid sint: quando de præsentibus nuptijs dispositiuè tractatur.
  - Per quæ verba fiant. Per verba de præsenti: vt, Promitto tibi, quòd sis vxor mea.
  - Quot modis fiant. Fiunt enim vel inter præsentes, vel inter absentes: per medias videlicet personas.

De Nuptiis, seu Matrimonio.

De Nuptiis hæc sunt consideranda.

Quid *sint nuptiæ, seu matrimonium. Est enim coniunctio maris & fœminæ consentiens, libera & legitima, individuam vitæ consuetudinem continens.*

Quotuplices:

- Licitæ, *quæ non sunt vlla ratione prohibitæ, & sunt duplices:*
  - Publicæ, *quæ coram aliis contractæ sunt, vel*
    - Contrahentes *tempore contractus soli sunt sine testibus. Hic disce:*
      - Si vna *pars affirmat matrimonium contractum esse, altera negat, incumbet onus probandi affirmanti, can. 1. de Clan' est. Si probat, cogitur altera pars cohabitare.*
      - Si vir *dixerit, se mulierē post sponsalia cognouisse, mulier negat, vel econtrà, vtroq; casu standum est iuramento viri, can. continebant. item, duo pueri. de Despons. impub. nisi mulier velit per aspectum probare contrarium. Quòd si probauerit, præfertur hæc pbatio iuramēto viri, can. proposuisti. de Probat.*
      - Si *matrimonium ab initio est clandestinè contractum, & contrahētes postea publicare voluerunt, comprobandum est ab Ecclesia, nisi rationabilis causa præpediat, 30. q. 5. si quis.*
      - Quòd *publica matrimonia præferuntur clandestinis, præsertim si clandestinis parentes & cognati proclamauerint.*
    - Clandestinę, *q̄ clàm contrahūtur, & sic dicitur, vel qa*
      - Solennitates *nuptiales omittantur, q̄ sunt duplices. Quædam*
        - Tantū *sunt de honestate, quæ sine causa possunt omitti, vt sunt*
          - Arrha, Annulus. } Quę *si interuenerūt, præsumitur pro sponsalibus, can. illud. de Præsumpt. 30. q. 5. fœmina.*
          - Vt *sponsa ab his, sub quorum potestate est, petatur, detur, 30. q. 5. can. nullum.*
          - Quòd *sponsa à Paranymphis accipienda, can. aliter.*
          - Dotalia *instrumenta, can. aliter. in glossa.*
          - Quòd *benedictio detur in facie Ecclesiæ.*
          - Velamen, *30. q. 5. nec illud.*
          - Publicæ *nuptiæ.*
          - Traductio *in Templum, 30. q. 5. nostrates.*
        - Sine *causa omitti non possunt, vt* Benedictio *sacerdotalis.* / Proclamatio *in Templo.*
  - Illicitæ, *ratione impedimentorum, &c. Vide literam A.*
- Quæ *causæ licitarum nuptiarum, &c. Vide literam B.*

Puræ, *quæ sine conditione aliqua contrahuntur.*

Conditionales, *& sunt conditiones vel*

- Honestæ, *quæ sunt vel*
  - Possibiles, *& sunt*
    - Necessariæ. *Hic disce, aut*
      - Est *talis conditio, quæ omnino extitura est, nec tamē de substantia matrimonij, vt si quis contrahit hoc modo: Promitto tibi matrimonium, si Sol cras orietur. Hæc conditio non suspendit contractum, quia talia futura iam sunt præsentia in suis causis.*
      - Conditio *nō est omnino extitura, & tunc aut est talis conditio, quæ aliàs sine expressione tacitè intelligebatur in contractu: vt, Promitto tibi, quòd ducam te, si Deus voluerit. Talis conditio non suspendit matrimonium, aut conditio non intelligebatur tacitè, vt si Christianus dicat Iudææ, Ducam te, si facta fueris Christiana, sine Conditione non valeret talis promissio.*
    - Voluntariæ. *Hic disce, aut est talis, quæ*
      - Tacitè *inest, vt si quis dicat, Promitto tibi nuptias, si honestè vixeris, hæc non suspendit actum, quia non habetur pro conditione.*
      - Non *inest tacitè, vt si quis dicat, Contrabo tecum, si mihi dederis centū. Item, Si pater meus consenserit. Et dic, aut post illam promissionē conditionalem secuta est copula, & censetur promittens p illam copulam à conditione resilisse. Aut nō est secuta copula, & talis conditio suspendit matrimonium, can. super eo. de Conditione appositis.*
  - Impossibiles, *vt si quis dicat, Contrabo tecum, si imperium mihi dederis. Hæc conditio habetur pro non adiecta, sed est matrimonium purum.*
- Inhonestæ, *& sunt vel*
  - Possibiles. *& distingue: Aut conditio*
    - Est *contra substantiam matrimonij: vt, Contrabo tecum, si prolem euitaueris, vel si te adulterandam mihi tradideris, vel si meliorem non potero inuenire: si alter, cui fit talis promissio conditionalis consentit appositioni conditionis, tunc nullus est consensus, nec valet matrimonium, etiamsi secuta sit copula, 30. q. 2. aliquando. Si verò alter contradicit huic turpi conditioni, vel tacet, & si secuta sit copula, est matrimonium.*
    - Non *est de substantia matrimonij: vt, Promitto tibi matrimonium, si hominem interfeceris, si furtum feceris, talis conditio habetur pro non adiecta, sed est matrimonium purum, can. solet.*
  - Impossibiles: *vt, Promitto tibi nuptias, si Missam celebraueris, in Templo decuerris. Talis adiectio nihil operatur, sed censetur matrimonium purè contractum, si modò vterque consensit, can. 1. de Conditione appositis.*

A. Illicitæ,

A. Illicitæ, ratione impedimentorū, & sunt vel
- Incestuosæ, vel nefariæ, quæ natura repugnante contrahūtur. Hic disce:
  - Quæ causæ prohibitionis harum nuptiarum.
    - Ratio sanguinis inter ascendentem & descendentem, vsque in infinitum, siue sint naturales, siue non.
    - Consanguinitas inter collaterales proximiores, quales sunt frater, soror, patruus, auunculus, amita, matertera.
    - Affinitas proximior, vt nurus cum socero, priuignus cum nouerca, vitricus cum priuigna.
  - Qui effectus, quod non reputantur pro matrimonio, & liberi inde nati non sunt legitimi, nec etiam in potestate parentum, ideoq; hæreditatis parentum non capaces.
- Inutiles, quæ lege repugnant, contrahuntur cum aliquo impedimento.

B. Quæ causæ licitarū nuptiarum.
- Efficiens,
  - Principalis Deus.
  - Secundaria, consensus, q est duplex:
    - Parentum, & hic distingue, aut
      - Post matrimonium sine consensu parentum contractum res non est integra, sed copula subsecuta: hic matrimonium separari non debet.
      - Res est integra, & distingue, aut parentes
        - Contrahentium sunt duri, qui aut prohibent liberis matrimonium, aut occasionem quærere nolunt: hic valet matrimonium.
        - Non sunt in causa, et dic, aut
          - Tacent, nec impugnant expresse, tunc valet matrimonium.
          - Non tacent, sed impugnant, & dic, aut puer manet in proposito, tūc si matrimonium consumatur, valet, aut nō manet, & parentibus obedit.
    - Contrahētium, quæ est triplex:
      - Cohabitationis nudæ: hic consensus matrimonium non facit.
      - Carnalis copulæ: neque hic matrimonium facit, alioqui inter scortatorem & scortum esset matrimonium.
      - Matrimonialis: Hic facit matrimoniū, & est vel
        - Tacitus, quando alter contrahentium, nec verbis, nec signis vtitur, licet præsens sit.
        - Expressus, vel per
          - Signa in his, qui muti, aut surdi sunt.
          - Verba, in his, q loqui possunt: matrimonium enim nō valet, nisi cōsensus p verba declaretur, can. licet. de Sponsal. duor.
- Formalis: sunt ipsa verba, vel signa, quibus consensus probatur.
- Finales, duplices:
  - Principales, —
    - Procreatio sobolis.
    - Castitas,
    - Adiutorium.
  - Minus principales,
    - Personarum coniunctio.
    - Amicorum & diuitiarum acquisitio.
    - Pacis reformatio.

De impedimentis Matrimonij.

IMPEDIMENTA Matrimonij.
- Quædam tantū impediūt contrahenda, non dirimunt contracta, vt
  - Raptꝰ. Hic disce:
    - Vxoricidium: Vt si maritus interfecerit vxorem, aut vxor maritum, tum mulieri occidenti non permittuntur secundæ nuptiæ, vt habetur cap. 1. de Diuortijs. & cauſ. 33. q. 2. can. admonere. Idem dic, si maritus insidiatus est vitæ vxoris, vel vxor vitæ viri, & inde secutum est matrimonium. can. 2. de Diuortijs. Si tamen interficiens est iuuenis, & continere non potest, admittitur ad alias nuptias, cauſ. 33. q. 2. can. interfectores. Si non est iuuenis, non conceditur: si tamen contraxerit, tenet matrimonium, nec dirimitur.
    - Quę hic obseruanda. Si
      - Quid sit. Est enim raptus, quando quis vxorem vel Sponsam de præsenti alterius abduxit, & violat, vel alioqui p vim corrumpit, huic interdicitur matrimonium.
      - Raptor fuerit iuuenis, nec poterit cōtinere, dispensatur cū eo, vt aliam ducat. Idē de rapta, q̄ volens abducta est, can. 33. q. 2. can. in adolescētia.
      - Mulier in raptum non consenserit, liberum est ei contrahere, cauſ. 27. q. 2. can. statutum.
      - Quis abducit, vel vi corrumpit Sponsam alterius de futuro, huic nuptiæ cum alia non sunt interdictæ, sed abductam, vel vi oppressam Sponsam ducere non debet. Si autem duxerit, tenet matrimonium, secundum gl. in dc. can. Sputum.
      - Libera mulier, vel virgo abducta, vel vi corrupta sit, potest hodie, acta pœnitentia, raptori nubere, cauſ. 36. q. 2. can. nullus. item, tria.
  - Incestus. Hic disce:
    - Quid sit incestus. Est enim abusus consanguineorum, vel affinium proximorum.
    - Quæ personæ habeantur pro incestuosis.
      - Ascendentium & descendentium coniunctio.
      - Frater, soror, fratris vel sororis filia, neptis fratris, vel sororis, amita, matertera.
      - Inter affines, priuigna, nurus, socrus, nouerca, patruus, & eius vxor, fratris vxor, vxoris filia, filia filij vxoris.
    - Quæ hic obseruanda. Vide literam A.
- Quædam impediunt contrahenda, &c. Vide literam B.

A. Quæ hîc obseruanda.

- Incestuoso & incestuosæ interdictas esse nuptias.
- Aut committitur incestus per duas liberas personas, quarum neutra est in matrimonio. His interdictæ sunt nuptiæ, etiam cum alijs personis non prohibitis, propter incestum. Si tamen cum alijs non prohibitis contraxerint, valet matrimonium, can. transmissæ. de eo, qui cognouit consanguineam vxoris.
- Aut committitur ita incestus, quòd vna persona ex delinquentibus contraxit sponsalia, vel matrimonium, & post sponsalia, vel matrimonium, commisit incestum cum consanguinea, vel consanguineo sponsi, sponsæ, vel coniugis. Et hoc casu dic: Si contracta sunt tantum sponsalia de futuro, & postea sponsus cognouit consanguineam sponsæ, vel econtrà, soluuntur sponsalia, & propter talem incestum incestuoso & incestuosæ interdictæ sunt nuptiæ, etiam cum alijs personis non prohibitis. Si tamen incestuosi sunt iuuenes, & timetur de lapsu, potest Episcopus dispensare, vt cum alijs non prohibitis, contrahant, can. ex literis. & can. veniens. Et si contraherent absque dispensatione, valeret matrimonium, secundum gl. in de. can. veniens.
- Si quis sponsam de futuro primùm cognosceret, & postea matrē sponsæ, retinere debet sponsam. Nam per copulam subsecutam sponsalia transeunt in matrimonium, can. is qui. de Sponsalibus. Et sic per concubitum matris non præcederet, sed superueniret affinitas post matrimonium consummatū. Regula autem est, quòd affinitas superueniens matrimonium iam consummatum non dirimit, can. discretionem. cum similibus, de eo, qui cognouit, &c.
- Si quis primò matrem, vel consanguineam sponsæ de futuro, deinde ipsam sponsam cognosceret, separatur ab vxore. Quia matrimonium propter incestum, qui consummationem matrimonij præcessit, valere non potuit, & interdicuntur viro & matri aliæ nuptiæ. Imò & vxori, si factum viri nouit, & tamen ei commiscetur. Si tamen de lapsu carnis timetur, ex dispensatione ad alias nuptias conuolare poterunt, can. ex literis. cum glossa.

B. Quædam impediunt contrahenda, & dirimunt contracta.

- Error, qui est vel
  - Personæ. Hîc disce:
    - Quid sit. Est enim quando quis contrahit cum vna, & credit se contrahere cum alia.
    - Quę hîc obseruanda. Si
      - Matrimonium initiatum est, impedit hic error matrimonium contrahendum, & dirimit contractum ex iure naturali, cùm consensus debeat esse liber, can. cùm locum. & can. proposuit. de Coniugio seruorum. & caus. 29. q. 1. can. 1. Vt autem error iste rationabilis sit, necesse est, vt is, qui errat, habeat aliquam notitiam personæ, cum qua se contrahere putat, aut per visum, aut auditum, aut famam.
      - Consummatum sit matrimonium, tunc propter consensum subsequentem fit matrimonium, & hoc maximè, si cum illa, cū qua se contrahere quis credebat, contraxisset sponsalia de futuro, & non de præsenti. Si autem quis contraxisset sponsalia de præsenti, & postea cognosceret maritali affectu aliam per errorem, non valeret secundum matrimonium, sed primum. Vide can. is qui. & can. si inter. & caus. 29. q. 1. can. 1.
  - Cōditionis. Hîc disce:
    - Quid sit: quando quis contrahit cum ancilla, quam putat esse liberam.
    - Quæ hîc obseruanda.
      - Quod libero homini nō præiudicat, nisi secuta sit copula, can. proposuit. &, ad nostram.
      - Si liber nesciuit tempore copulæ conditionem seruilem, talis copula non præiudicat homini libero erranti, can. proposuit.
      - Si sciuit liber tempore copulæ conditionem seruilem, valet matrimonium, nec potest dirimi, can. proposuit.
  - Fortunæ: quando quis contrahit cum paupere, quam putat diuitem, & hic error non præiudicat matrimonio, caus. 29. q. 1. can. 1.
  - Qualitatis: quando quis contrahit cum corrupta, quam putat virginem, & talis error quoque non præiudicat: nocet enim tantùm fornicatio post contractum matrimonium sequens, nō autem præcedens, caus. 29. q. 1. can. 1.
- Metus, seu violentia: & est metus vel
  - Leuis, qui non potest verisimiliter cadere in constantem virum, vel mulierem. Talis non impedit matrimonium contrahendum, can. cùm dilectus. de his, quæ vi, metusq; causa fiunt.
  - In constantem virū cadens, vt metus mortis, cruciatus corporis, &c. & distingue, aut contingit inter
    - Contrahētes. Hîc disce, aut
      - Sequitur libera & spontanea copula carnalis, & valet matrimonium, quia per hoc præcedens metus est purgatus, can. consultationi. & can. significauit. de eo qui duxit in matrimonium, &c.
      - Non est secuta libera copula. Hîc disce, aut
        - Post consensum coactum is, qui dicit se coactum, cohabitat in domo alterius coniugis sponte & voluntariè per annum vel domidium, vt potuerit aufugere, & non aufugit, tunc non auditur cū allegatione metus, can. insuper. qui matrim. accus. &c.
        - Non cohabitat et constat de metu: & certum est, quod impedit matrimonium.
    - Parentes: vt si quis puellæ patrem vellet occidere, si filia nō consentire vellet, & per hoc extorqueret filiæ consensum, non est liber consensus.
  - Furor, Crimen, Ligamen, & seq. Vide literas C. & D.

C. Furor,

C.

- Furor, & distingue: aut contraxit
  - Ante *furorem: tunc propter furorem in matrimonio interuenientem, matrimonium dirimi non potest, caus.32.q.7.can.neque furiosus.& can.dilectus.*
  - Tempore *furoris: tum enim contrahere non potest. Ad sanam mentem reuersus,& quando dilucida interualla habet, contrahere potest, can.dilectus. Neque furiosus, & c.*
- Crimẽ. *Hic dise:* Quę *hic obseruanda.*
  - Quid *sit hîc crimen. Vocamus enim crimen, quando quis ducit eam, quam priùs polluit per adulterium.*
  - Adulterium, *hoc solum sine contractu & machinatione non est sufficiens causa impediendi & dirimendi matrimonij inter adulterum & aduiteram, can.super hoc.item significasti.*
  - Contractus, *solus contractus non est causa sufficiens impediendi & dirimendi matrimonij: sed adulterium & contractus simul iuncta impediunt contrahendũ, & dirimunt contractum: & distingue, aut*
    - Persona, *quæ contrahit cum coniuge alterius, ignorat illum esse coniugem, sed putat solutum, & illa ignorantia durat vsque ad mortem vxoris illius coniugis, tunc ea mortua poterit esse coniugium inter eos: igitur si tempore contractus & copulæ mulier non petit diuortium, cogitur maritus cohabitare.*
    - Non *ignorat, & tamen permisit se cognosci ab illo marito prima mortua, eam vir retinere non poterit, can. cùm per belli.& caus.34.q.2.si virgo.*
  - Machinatio *non fuit cum effectu, quòd mors non sit secuta, sic valet matrimonium inter contrahẽtes post mortem prioris coniugis, can.si quis viuente, caus.31. q.1.in gl.*
  - Machinatio *in mortẽ coniugis, & fit dupliciter: aut*
    - Studiosè, *in hunc finẽ, prima mortua, ducatur ista. Et distingue, aut*
      - Fuit *cũ effectu. Et distingue, aut*
        - Vterque *contrahentium est particeps machinationis, & sic inter eos non potest esse matrimonium.*
        - Altera *pars nõ est particeps machinationis, & hæc machinatio mariti tantùm est causa impediendi matrimonij, ne contrahatur, sed nõ dirimit contractum, can. si quis viuente. sed hoc verum, si nõ secutum est adulterium. Machinatio enim vnius partis tantùm vnà cum adulterio, est sufficiens causa impediendi matrimonij contrahendi & dissoluendi contracti, can. significasti.*
      - Non *studiosè & intentione contrahendi, vt in bello, rixa, casu, vel odiõ; tunc matrimonium contrahendum non impedit, nec contractum dirimit, si relicta non fuit particeps homicidij, can. 1. de Conuersione infidel.*

Ligamen, *quod vocatur hîc primum matrimonium, quod inter maritum & vxorem, qui ambo in vita sunt, consistit: hi enim coniuges sic ligati sunt, vt vir aliam mulierem, & mulier alium virum superinducere non possint, & si superinduxerint, matrimonium nullum est, nisi aliquid intercesserit.*


Religionis *disparitas, vbi nulla spes resipiscentiæ est, caus.28.q.1.can.caue. Vide Paulum 1.Cor.7.*

Impotentia cõeundi. *Vide literam D.*

Cognatio, *siue consanguinitas.*

- Affinitas. *Hic dise:*
  - Quid *sit. Est enim personarum proximitas, ex quocunque coitu consummato, omni carens parentela.*
  - Quot *sint genera affinitatis.*
    1. Quod *mediante vna persona contrahitur, vt si frater meus duxit vxorem, vxor est mihi affinis primo gradu affinitatis, hoc genus habet tantum prohibitionem vsque ad quartum gradum inclusiuè.*
    2. Quando *primo generi est addita persona, per carnis copulam, vt si vxor fratris mei, mortuo fratre contrahat cum alio, is erit mihi affinis in secundo genere, quod matrimonium non impedit.*
    3. Quod *constituitur, mediantibus tribus personis, vt si is, qui erat mihi affinis in secundo genere, vxore fratris mortua, aliam ducit, illa est mihi in tertio genere affinitatis, nec hoc impedit matrimonium, can.non debet. de consang.& affinit.*
  - Inter *quos contrahatur affinitas. Inter sponsum & consanguineum sponsæ: & econtrà, inter consanguineum sponsi & sponsæ nulla est affinitas.*

Publica *honestas, quæ est propinquitas ex puris & certis sponsalibus, non conditionalibus sine copula, robur trahens ab Ecclesiæ institutione, propter eius honestatem.*


D. Impotētia coëundi: & est duplex:
Naturalis, quæ ex natura fit, & est vel
Temporalis: & est duplex. Ab initio
Existens, sed tractu temporis naturaliter desinit esse, vt in pueris ante 14. annum sic impotentia impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, nisi malitia, id est, vigor naturalis suppleat ætatem, can. de illis. de D. Consal. impub.
Non existens, sed tractu temporis oritur, vt in senibus, & illa nec impedit matrimonium contrahendum, nec dirimit contractum. Nemo enim adeò senex est, quin aliquando naturâ, vel artificio calere possit, can. quod sedem. de Frigidis, &c.
Perpetua defectus naturæ, et est duplex:
Masculina, quæ oritur vel ex
Defectu lanceæ.
Nimia magnitudine membri.
Nimia carnositate in membro.
Nimia siccitate et frigiditate.
Mulier petit diuortium, cogitur impotentiam per rectum iudicium probare.
Signa impotentiæ probanda sunt per aspectum corporis cum iuramento coniugum, aut propinquorum.
Mulier tempore copulæ fuit virgo, vel habita pro virgine, & tempore inspectionis deprehenditur corrupta, tunc si non reperitur defectus ex parte viri, mulier separationem petere non potest.
Non fuit virgo, sed vidua, vel corrupta, & petit separationē propter impotentiam viri, qui hoc negat, nec ex inspectione viri defectus deprehendi potest, datur triennium ad cohabitandum, infra quod copulæ carnali studere bona fide, & cum omni diligentia debent. Idem de ea, quæ tempore contractus fuit virgo, vel habita pro virgine, & tamen statim post mensem, vel duos nō proclamauit, & hîc requiritur cohabitatio ad triennium: triennio elapso, si mulier perseuerat, & probat per signa, quòd adhuc reperitur virgo, & iurat cum septem propinquis, vel vicinis, fit separatio, can. laudabilem. Si deprehenderetur corrupta, non crederetur ei, si allegaret se ab alio, quàm à viro corruptam esse.
Hic disce: si
Vir asserit se esse frigidum, et petit separationem, mulier negat, hîc statur verbo mulieris, nisi vir eam consumcat per aspectum.
Vir fatetur se esse impotentem, & mulier idem fatetur, non creditur eorū confessioni, nisi probata fuerit impotentia per signa, & accedunt vtriusque coniugis iuramenta, vna cum vicinis & propinquis, statim, nō expectato triennio, fit separatio in hoc casu.
Fœminina, defectus in muliere, vel quæ instrumentum non habet, vel nimis arctum. Hic disce, si
Maritus petit separationem propter impotentiam vxoris, vocabuntur matronæ fide dignæ, & fide mediante, dicant quid per inspectionem sentiant.
Mediante iuramento dicant eam matrem fieri nō posse, nec subuenire posse per opus humanum, sine graui periculo, impeditur matrimonium contrahēdum, & dirimitur contractum, can. fraternitatis.
Diuortio facto mulier inueniat aliquem, qui possit has seras reserare sine Medico, iurante virilitate naturæ, restituitur priori viro.
Autem inter primum & secundum maritū tanta fuerit dissimilitudo, quòd mulier secundo fuerit apta, priori nullo modo, nec etiam poterit ab ipso defloran, priori nō restituitur.
Accidentalis. Hic disce:
Quid sit: quando videlicet naturaliter potens, postea fit impotens.
Quotuplex.
Manifesta, quæ p violentiā infertur. Hic disce:
Aut talis sectio præcessit matrimonium, & impeditur propter eam matrimonium contrahendum, & dirimitur contractum, can. quod sedem. de Frigidis, &c.
Aut sequitur matrimonium, & tunc matrimonium dirimi non debet, 32. q. 7. can. hi qui.
Si non est certum, sed dubitatur, an præcesserit, an secuta sit matrimonium, expediantur contrahentes, can. ex literis. de Frigidis.
Occulta, quæ prouenit ex maleficio, & fit dupliciter: aut redditur impotens
Omnibus mulieribus, præterquam vni, id est, vxori, hîc non impedit matrimonium.
Erga vxorem, non erga alias, & hic aut
Impotentia sequitur matrimonium, propter hanc matrimonium non dirimitur, vt suprà de Manifesta diximus.
Præcesit matrimonium, & tunc p triennium debent cohabitare, vt suprà diximus.

De Disso-

De Dissolutione Matrimonij.

SOLVITVR matrimoniũ per

- Mortẽ, quæ est duplex:
  - Ciuilis. *Hîc disce:*
    - Qui *sint ciuiliter mortui. Videlicet deportati, banniti: id est, proscripti & similes.*
    - An *hæc mors soluat matrimonia. Imò* vxor *tenetur bannitum vel deportatum sequi.*
    - Quæ *sint hîc* vxoris priuilegia. *Habet* vxor priuilegia vidua, *quoad dotem: igitur dotem repetere potest, si mariti bona sint publicata, & de dote tenetur alere maritum bannitum, vel deportatum. can. de repudijs. can. inter alia. de Sententia ex com.*
  - Naturalis. *Hîc disce:*
    - Si *de morte constat, certum est, quòd superstes ad secundas nuptias conuolare possit. Si non constat, necesse est, vt is, qui mortem allegat, & secundas nuptias quærit, probet mortem.*
    - Quomodo *fiat probatio mortis naturalis, vel per*
      - Coniecturas, *opinionem & famam, vt si dicitur mortuus in loco, de quo non potest probari liquidè, vt in bello, in conflictu, vel in naui, quæ naufragium passa est, hæc semiplena probatio est.*
      - Nuntium *certũ & fidelem, quia asserat se vidisse eum mortuum. Si hoc coram Episcopo firmauerit iuramento, permittitur præsenti alij nubere.*
- Diuortium. *Hîc disce:*
  - Quid *sit. Est enim separatio mariti & vxoris, cum causæ cognitione apud competentem Iudicem, & habet nomen à diuertendo.*
  - An *possit* vxor *propria autoritate sine cognitiõe iudicũ dimitti. Hîc distingue, vel dimittitur quoad*
    - Thorum, *vel debitũ, & hic vel*
      - Constat *de fornicatione, vel crimine vxoris, vel mariti: hîc poterit maritus vxorem, vel econtrà propria autoritate dimittere, & debitum negare. Si enim coniunx innocens nocenti debitum voluntariè redderet, amitteret ius accusandi coniugem nocentem.*
      - Non *constat, aut crimen notoriũ non est, tunc tenetur coniunx alteri reddere debitum. can. inquisitioni. de Sentent. ex com.*
    - Habitationem, *& certum est, quòd coniunx coniugem sine iudicio Ecclesiæ dimittere non potest, nisi coniunx publicè moretur cum adultero, vel adultera, vel nisi post dimissionem adulterium commiserit.*
  - An vxor *propria autoritate expulsa restitui debeat, & dic, aut adulterium est notorium, & impedit restitutionem: aut occultum, & non impedit. can. significasti. de Diuortio. Reputatur autem notorium, quando infra octo dies probari potest: sin minus, non reputatur pro notorio. can. solet. de Sententia excommunicationis.*
  - Quot *de causis fiat diuortium. Propter*
    - Adulterium. *Hîc disce:*
      - Adulterium, *vt diuortium impetretur, probandum esse, vt virum solum cum sola fuisse, nudum cum nuda, in eodem lecto, ea intentione, vt eam cognosceret, quod visi sunt in multis locis secretis, & horis electis, &c. Nam ex huiusmodi violenta & certa suspicione, potest sententia diuortij promulgari. can. literis. de Præsumt.*
      - Qui *sint casus, in quibus vxor adultera non potest accusari à marito, & econtrà, nec peti diuortium. Si*
        - Maritus *quoq; conuincitur de fornicatione: tunc enim quoad ipsos fit criminis compensatio. can. significasti. de Diuortio.*
        - Maritus *ipse prostituit eã. can. discretionem. de eo, qui cognouit, &c.*
        - Vxor *virum credens defunctum, nupsit alij: quia maritus prior tenetur eam recipere, non obstante adulterio, nisi scienter post reditum primi apud eum permanserit. can. cùm per bell. cum. can. si vir. 30. 34. q. 2. can. dominus. de secundis nuptijs.*
        - Cognita *fuerit ab aliquo, quem credebat esse proprium maritum. can. in lectum. 34. q. 2.*
        - Vxor *fuerit vi oppressa. can. proposito. 32. q. 5.*
        - Adulteram *reconciliauit sibi post adulterium commissum, vel cùm eam publicè adulterandam apud se retinet. 32. q. 1. per totum.*
        - Infidelis *fidelem dimittit, & illa nupserit alij, & postea vterq; ad fidem conuertatur, prior eam recipere tenetur, non obstante priori infidelitate. can. gaudemus. de Diuortio.*
    - Infidelitatem. *Hîc distingue, aut ab initio matrimonij vterque erat*
      - Infidelis, *& alter conuersus est ad fidem, distingue, aut*
        - Vult *cohabitare infidelis sine blasphemia, tunc non sunt separandi per sententiam Pauli, 1. Cor. 7.*
        - Non vult *cohabitare, aut vult quidem, non tamen sine contumelia & blasphemia Christi, tunc separandi sunt. can. quanto. de Diuortio. Et hoc casu sine dubio, fidelis infideli, etiam coniuge viuente, potest nubere, per sententiam Pauli, 1. Cor. 7.*
      - Fidelis, *& alter constante matrimonio lapsus est in hæresin. Tu distingue vt suprà.*
    - Desertionem, *&c. Vide literam A.*
    - Continuam *persecutionem, & insidias coniugis.*
    - Impotentiam.
    - Gradus *& casus illicitos.*

A. Desertionem. Hic tractantur quæstiões, an cõiunx

- Præsens absentẽ sequi debeat: & distingue, aut quæritur de
  - Sponsis de præsenti, id est, marito & vxore, & distingue aut
    - Sponso & sponsa de futuro. Responde, quòd non tenetur præsens absentem sequi. can. de illis. de Sponsalibus.
    - Maritus vult vxorem trahere ad infidelitatem, & tunc nõ tenetur eum sequi. can. quæsiuit. item, quanto. de Diuortio.
    - Non vult trahere ad infidelitatem, sed discessit alia de causa.
    - Vir recedit ex honesta causa, vt quia sit præfectus, vel officialis alicuius domini, & si hoc casu recedit cum proposito non redeundi, vel saltem ad longum tempus, tenetur alter eum sequi. can. vnaquaque. caus. 13. q. 2. Aut cum proposito redeundi citò, tunc non tenetur eum sequi.
    - Vir recedit ex causa inhonesta, vt quia criminosus, bannitus, aut iniudator, & tunc si recedit ex inuitabili necessitate, vtputà propter homicidium per ipsum perpetratum, tenetur eum sequi, secundum gl. can. 1. vers bo, eximit. qui matrim. accus. poss.
    - Vir recedit sine necessitate, & dic, aut maritus ante contractum matrimonium non erat talis, sed constante matrimonio cœpit esse talis: ita vxor non tenetur eum sequi. 34. q. 2. si quis necessitate. & secundum gloss. can. vnaquaque. 3. q. 2. Aut ante matrimonium talis erat, vt bistrio vagabundus: tunc tenetur eum sequi, si talem esse sciuit.
    - Fuit pactum in ipso contractu matrimonij, quod maritus in certo aliquo loco habitare debeat cum vxore, & tunc si aliqua causa necessaria superuenit, qua impediente maritus ibi commodè agere non possit, puta, propter inimicitias capitales, &c. tenetur virum sequi: quia hoc casu pactum inciperet esse contra legem. Si verò talis causa non superuenit, pactum seruandum est, nec tenetur eum sequi.
    - Tale pactum non fuit interpositum in contractu: hîc si mulier scivit talem esse virum, vt vagabundum, tunc tenetur eam sequi: sin minus, nec. can. si quis necessitate.
    - Si mulier se absentet, maritus non tenetur eam sequi, nisi ex iusta & inuitabili causa id faciat. can. peruenit. de Coniugio leprosorum.
  - Absentem expectare debeat, donec redeat: distingue, aut quæritur de
    - Præsens opponit aliquod impedimentum, propter quod sponsalia nulla sint, in hoc casu procedi potest contra absentem, quocunq. abiit, nec tenetur præsens absentem expectare, si probet vel consanguinitatem, vel affinitatem, vel aliud impedimentum.
    - Dissensu vtriusq. partis sponsalia soluuntur. Sic neuter alterum tenetur expectare, sed vterq. potest contrahere. can. præterea. de Sponsalibus.
    - Certum tempus expressum est, ad quod alter alterum debeat expectare ad contrahendum de præsenti, & illud tempus expectandum est. can. sicut ex literis. de Sponsalibus. & can. qualiter. de Pactis.
    - Sponso & sponsa de futuro. Hîc distingue, aut
      - De tempore inter eos, nihil expressum est, tunc triennium expectandum est, si nulla necessitas excuset absentem. Si enim necessitas excusat absentem, vt valetudo, captiuitas, &c. expectandus est absens, dos nec necessitas cesset, nisi periculum fornicationis interea timeatur: ita enim potest præsenti per Ecclesiam subueniri. can. Iordanc. de eo, qui cognouit consanguineam. Si tamen contraheret cum alio infra tempus legale, id est, triennium, valeret matrimonium. can. de illis. & can. penul. de Sponsalibus.
      - Nuptiæ iam contractæ sunt post sponsalia, & valent nuptiæ contractæ, si nullum iuramentum in prioribus sponsalibus de futuro interuenit. Si interuenit, acta pœnitentia, valet matrimonium.
      - Agitur de contrahendis. Si sponsus breui reuersurus est, tenetur præsens expectare absentem: sin minus, procedendum est, vt suprà diximus.
    - Sponsis de præsenti: & distingue, aut
      - Alter coniugum abest non malitiosè, & dic, aut
        - Præsens vult agere contra absentem, fortè ex causa adulterij, vel desertionis, omnino non est audiendus.
        - Præsens vult agere contra absentem, propter impedimentum aliquod, vel consanguinitatem, vel affinitatem, qua probata, cohabitare non possunt.
        - Absens, etiamsi vellet, redire nõ auderet, puta, quia homicidium perpetrauit, tunc admittitur præsens ad receptionem testium, lite non contestata contra absentem.
        - Absens auderet quidem redire, si modò posset. In hoc casu contra absentem procedi non potest, lite non contestata, cùm fortè habeat legitimas exceptiones ad elidendam contentionem contrariam. Expectandus igitur absens, nisi verisimiliter constet de morte ipsius.
      - Abest malitiosè sine aliqua, &c. Vide literam B.

B. Abest

8. Abest malitiosè, sine aliqua causa rationabili, vel per contumaciam: & distingue, aut

- Præsens *proponit impedimentum contra matrimonium, vt gradum aliquem consanguinitatis, vel affinitatis procedi potest contra absentem ad testium receptionem & sententiam definitiuam, lite non contestata, etsi impedimentum fuerit probatum, permittitur ei conuolare ad secundas nuptias. can. perlatum. Qui filij sint legitimi.*
- Præsens *non opponit aliquod impedimentum, sed vult agere contra absentem, propter adulterium, vel desertionem, hic audiendus est præsens.*
- Contraxit *absens, autoritate Ecclesiæ, & liberi ex tali matrimonio nati, sunt legitimi, propter autoritatem Ecclesiæ. can. perlatum. Qui filij sint legitimi.*
- Præsens *non contraxit, propter desertionem, sed vult contrahere, & petit licentiam contrahendi ab Ecclesia. Hic non est iudicanda adultera, quæ maritum diu malitiosè absentem non expectauerit, sed autoritate Ecclesiæ alij nupsit, modò tamen constiterit de absentia malitiosa diuturna, nec sit nimium properatum.*

De Redintegratione Matrimonij.


In Redintegratione obserua,

- In *quibus causis fiat redintegratio. In casu*
  - Adulterij *post diuortium. & fit tribus modis:*
    - Mutua *reconciliatione, 32. q. 7. can. Apostoli, &c.*
    - Superueniente *adulterio à parte illius, quæ petit diuortium. can. ex literis. de Diuortio.*
    - Si *diuortium per errorem esset factum: nulla enim sententia in causa matrimoniali ita transit in rem iudicatam, vt non possit retractari quandocunque, comperta veritate. can. lator. de Sententia & re iudicata.*
  - Infidelitatis, *redintegratur hîc matrimonium, si infidelis conuertatur ad fidem. Vide Tabulam de Diuortio, & quæ notantur in can. gaudemus. de Diuortio.*
  - Impotentiæ. *Si enim vel Medico iuuante, vel alio modo quis potens factus est ad coeundum, priori coniugi restitui debet. Vide quæ notantur in can. fraternitatis. de Frigidis & maleficiatis.*
  - Insidiarum *continuarum. Vide hîc quæ notantur in can. quæ sunt. de Diuortio.*
- Rea, *hanc Magistratui puniendam relinquamus, cuius intererit in tantum crimen iusto & indicto supplicio pro rei magnitudine animadvertere. Quòd si Magistratus personam ream capitali supplicio non affecit, sed vitæ eius aliqua ex causa pepercit, debet vtique ad ea, quæ ad vitam eius pertinent, tempore concedere.*
- Si *redintegratio fieri nō potest, vtrum personæ separatæ per diuortium cum aljs possint cōtrahere. Hic quæstio sit de persona*
  - Innocenti *an hæc contrahere possit. Quod possit, probant hæ rationes: quia*
    - Diuortium *non est ludibrium & carnificina, qua domestica tantùm consuetudo dirimatur, manente interim coniugij vinculo, non est separatio conuersationis, & personarum tantùm, sed & ipsius etiam coniugij, quod vbi solum fuerit, coniugium porrò dici non potest, sed libertas.*
    - Christus *nomen diuortij non aliter intelligi voluit, quàm ipse Moses in Lege. Eò autem Moses sic vsus est in Lege, vt repudiati liberè rursus contrahere potuerint. In hoc enim dabatur libellus repudij, ne ius esset repudiatam repetere, ac firmum esset alterum matrimonium. Sacerdoti quidem prohibetur repudiatam ducere, Leuit. cap. 21. aljs tamen non item, Deuter. 24.*
    - Innocens *pars sine sua culpa priuaretur iure suo, quod tamen fieri non debet. can. discretionem. de eo qui cognouit consanguineam. § fin.*
    - Vt *non licet dimittere coniugem, & aliam ducere, sine grauissima culpa, ita existente grauissima culpa, licet dimittere, & aliam ducere.*

fol. 496.

De Ieiunio vero.

TABVLA I.



De leiu

De Ieiunio miraculoso.

TABVLA II.

In Ieiunio miraculoso discę,

- Quis finis ieiunij miraculosi, in
  - Genere: Mosis videlicet, & Heliæ, & Christi, vt
    - Deus *præpararet hosce viros, vt forti & magno animo capesserent eam vocationem, ad quam Deus ipsos missurus erat. Mosen ad constituendum statum Reipublicæ Israeliticæ, Heliam ad renouandum Regnum Israelis, Christum ad inchoandum & propagandum officium Messiæ.*
    - Deus *verbi sui veritatem hoc miraculo confirmaret, vt doctrinam Propheticam facto hoc Mosis & Heliæ, Euangelicam facto hoc Christi miraculoso.*
    - Diuinam *potentiam nobis commendaret, qua potens est, etiam sine victu homines seruare.*
    - Fidem *horum & nostram etiam hoc miraculo confirmaret.*
  - Specie: Christi videlicet, vt
    - Cibus *primi hominis, quem præuaricatione gustauerat, ieiunio Domini solueretur. Ambrosius super Lucam lib. 4.*
    - Daretur *Diabolo singularis congrediendi & tentandi occasio: id est, tale quid obyceretur illi, quod singularem quandam, diuinam videlicet virtutem prætendere videretur, quo irritatus hostis, quicquid haberet virium ad tentandum impenderet.*
- Quid *ex hoc Christi facto* docemur. *Vt*
  - Nihil *dubitemus seruaturum nos Dominum, si eo loci deducti fuerimus, vbi humanum desit subsidium, atque ita corroboraturum, vt ne fames quidem vlla infestet.*
  - Parati *simus, & firma fide nos muniamus ad deuinciendas tentationes Satanæ.*
- Quàm *malè ex hoc Christi facto ieiuniũ Quadragesimæ desumtũ sit. Quia*
  - Non *animaduertunt, quid in hoc facto sit principale, quid accessorium. Euangelista tradit, Christum Spiritu actum esse in desertum, non vt illic ieiunaret, sed ad aliud quiddam, quod principaliter agebatur: vt videlicet tentaretur à Diabolo. Hic, vt nullus erat hominum conuictus, ita nulla erat rerum necessariarum, quas exigit victus humanus, comparabilis copia, vnde & cum bestijs egit. Opus ergo erat, vt diuina virtute, veri hominis corpus sine cibo seruaretur, vt non solùm sine cibo viueret, sed ne esuriret quidem tantisper, dum tempus tentationi destinatum appeteret. Neque Moses propterea vocatus est in montem, vt in illo dies quadraginta ieiunaret, sed vt Tabulas Legis acciperet. Sic nec Helias ieiunandi gratia vocatus est ad montem Dei Horeb, sed vt mandatum illic à Deo de duobus Regibus Syriæ & Israel & Propheta Eliseo ingendis, acciperet.*
  - Non *omnia quæ Christus fecit talia sunt, quæ vel possimus, vel debeamus etiã imitari. Aliud est instrui ex facto Christi, & aliud factum illius quodlibet imitari. Quod si hoc Christi factum imitabantur quidam, imitentur, sanè & reliqua Christi miracula, si possunt, dent cæcis visum, surdis auditum, &c.*
  - Magnum *est discrimen inter ea, quæ Christus & fecit ipse, & nobis faciendum proposuit, & quæ fecit quidem ipse, nobis verò vt faceremus non præcepit. Quæ ista peruersitas est, quòd quæ Christus & fecit, & docuit, negligimus: & quæ miraculosè fecit, nobis verò faciendum non proposuit, imitanda nobis putamus?*
  - Ieiunium *Quadragesimæ non est ex præcepto diuino, sed Pontificio, Gregorij videlicet septimi: de quo, de consecrat. dist. 5. can. Quadragesima.*
  - Obseruantia *Quadragesimæ in prima Ecclesia in libertate fuisse deprehenditur. Lege Eusebium in Ecclesiastica Historia lib. 5. cap. 24. & in Historia tripartita lib. 9. cap. 38.*
  - Non *à quibusuis Ecclesijs seruata est Quadragesima, imò ne ab ipsis quidem Romanis, Eusebij tempore.*
  - Ieiunij *leges figere, hæresis est: vnde & Apollonius Ecclesiasticus scriptor, inter alia, quorum nomine Montanum hæreticum taxat, etiam hoc memorat, quòd primus ieiunij Leges fixerit, vt est apud Eusebium Ecclesiasticæ historiæ libro 5. capite 18.*
  - Hoc *ieiunium nec Christi exemplo, nec doctrinæ Euangelicæ conuenit.*
  - Non *decima tantùm anni, sed totus vitæ nostræ cursus Deo dandus est.*

TABVLA III.

- Quid *sit Ieiunium. Est enim abstinentia, qua se quis à cibo & potu nimio, & à prioribus suis voluptatibus continet.*
- Loci sex.
  - Quotuplex.
    - Corporale, *quæ est*
      - Necessariũ, *diuina administratione nobis impositum, & est vel*
        - Naturale.
        - Supernaturale, *vt*
          - Mosis,
          - Heliæ,
          - Christi,
          - Prophetarum.


          Ex *quibus exemplis ieiunium quadragesimæ instituerunt, & sub peccato mortali obseruãdum præceperunt Pontifices.*
      - Voluntarium, *quod est*
        - Quotidianum.
        - Temporarium,
          - Priuatum *in priuatis causis, de quo* 1. *Cor.*7.*d.*29. *Mar.*6.*d.*31.
          - Publicum, *in publicis negotijs, de quo* 1. *Reg.*7.*a.*6.2. *Paralip.*20.*a.*3. *Ionæ* 3.*a.*5. *Act.*1.*c.*14.
    - Spirituale, *abstinere à delictis & illicitis cupiditatibus. De quotidiano & spirituali ieiunio lege in Polyanthea ex Augustino & Hieronymo dictione Ieiunium: item, Abstinentia.*
  - In *quo consistit corporale ieiunium: videlicet*
    - In *moderato cibo & potu.*
    - Non *autem in delectu*
      - Ciborum, *quod ab Ethnicis desumtum est.*
      - Dierum, *Esa.*58.*a.*5.
      - Horarum, *quod ex Concilio Gabilonensi traditum, vt de Consecr.dist.* 1.*can.solent, &c.*
      - Personarum, *quod ex Hieronymo ad Gal.*4. *sumtum.*
    - Non *in cibi qualitate, genere, vsu, ac etiam quantitate pro congruentia hominum, ac valetudinis necessitate: dist.*41.*can.delitiæ. item, quod dicit.*
  - Quis *finis ieiunij corporalis. Est enim duplex: vt*
    - Verꝰ, *seu Christianus, vt*
      - Ardentiùs *verbum Dei audiamus.*
      - Ardentiùs *oremus, vnde ieiunium orationi iungitur.*
      - Peccata *faciliùs propulsare possimus.*
      - Officia *huius vitæ exequi possimus.*
      - Aduentum *Christi vigilanter expectemus.*
      - Morbos *etiam corporis depellere, & sanitatem conseruare possimus.*
    - Falsus, *seu hypocriticus, ac Pontificius, vt*
      - Pro *peccatis satisfaciant.*
      - Voto *satisfaciant.*
      - Ieiuniis *Sanctos honore afficiant.*
      - Videantur *religiosi, Mar.*2.*c.*18.
      - Sese *alijs sanctiores, ac iustiores esse ostendant.*
  - Quis *finis miraculosi ieiunij: vt*
    - Deus *hoc miraculo præpararet hosce viros, vt forti & magno animo capesserent eam vocationem, ad quam Deus ipsos missurus erat. Mosen ad constituendum statum Reipubl. Israeliticæ: Heliam ad renouandum Regnum Israelis: Christum ad inchoandum & propagandum officium Messiæ.*
    - Veritatẽ *verbi sui hoc miraculo confirmaret: vt*
      - Exemplo *Mosis & Heliæ propheticam doctrinam. Hi enim primi inter Prophetas fuerunt, qui de Christo venturo prophetauerunt.*
      - Christi *exemplo doctrinam Euãgelij confirmat, quæ de exhibito Messia concionatur.*
    - Diuinam *potentiam commendaret, qua potens est, etiam sine victu homines alere.*
    - Fidem *horum & nostram hoc miraculo confirmaret. Ambrosius super Luc. lib.*4. *In deserto esurit Christus, vt cibus primi hominis, quem præuaricatione gustauerat, ieiunio Domini solueretur. Lege in Polyanthea, dictione Christus. item, Ieiunium.*
  - Quibus *rationibꝰ moti Pontifices ieiuniũ quadragesimale instituerũt.*
    - Mosis, *qui bis in monte* 40. *diebus & noctibus ieiunauit, vt est Exodi* 24. *c.* 18. 34.*d.*28.
    - Heliæ, 3. *Reg.*19.*c.*8.
    - Christi, *Matth.*4.*a.*2.
    - Quòd *quadragesima decima sit anni. de consecrat. distinct.*5.*can. quadragesima, &c.*

    Exemplo, *qui in deserto* 40. *dies ieiunârunt. At quadragesimale ieiunium hypocriticum, nec his exemplis, nec ieiunijs in Lege institutis, nec veteris Ecclesiæ, nec doctrinæ Euangelij conueniens est.*

De Ab-

De Abstinentia, seu Continentia.

TABVLA I.



Appendix Tabulæ, de Sententiis quibusdam Doctorum, de Abstinentia, seu Continentia cibi & potus: & primùm

De Ciborum qualitate.

AVGVSTINVS *super Epistolam Ioannis: & habetur dist. 41. can. Delitiæ. Delitiæ quælibet, si absq; desiderio percipiantur, non officiunt. Viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentiæ.*

Idem *de doctrina Christiana: & habetur dist. 40. can. quisquis. Non enim contentiores nobis sunt pleræque bestiæ, quia vilioribus aluntur escis. Nam in omnibus huiusmodi rebus non ex earum rerum natura, quibus vtimur, sed ex causa vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum est, quod facimus.*

HIERONYMVS *ad Paulinum: Sit vilis & vespertinus cibus: olera & legumina, interdumq; piscículos pro sumptuosis ducas delicijs. Qui Christum desiderat, & illo pane vescitur, non quærit magnoperè quàm de pretiosis cibis stercus conficiat, &c.*

De Ciborum quantitate pro congruentia hominum.

AVGVSTINVS *lib. Quæst. Euangel. Et habetur dist. 41. can. quod dicit: Neq; quantum sumas interest multum, cùm videamus aliorum stomachum citius satiari cibis, & eos parùs, quo satiantur, ardenter, intolerabiliter, & omnino turpiter inhiare: Alios autem paulò plus quidem saturari, sed tolerabiliter inopiam perpeti. Magis autem interest, non quid, vel quantum alimentorum pro congruentia hominum, atq; personæ suæ, ac valetudinis necessitate, quis accipiat, sed quanta facilitate & seueritate animi careat, cùm his, vel oportet, vel necesse est, carere, &c.*

De quantitate Cibi, quæ non secundùm naturam sumitur.

AMBROSIVS *in Sermone quadragesimæ: Fames amica virginitati est, inimica lasciuiæ: saturitas verò prodigit castitatem, nutrit illecebram.*

Idem *libro de Ieiunio: Initium vitæ hominis, panis & aqua: at nunc quicquid piscium natat, quicquid auium volitat, quicquid ferarum discurrit, nostris ventribus sepelitur.*

HIERONYMVS, *& habetur dist. 35. can. Ecclesiæ: Confusio & ignominia est IESVM crucifixum pauperem & esurientem fartis prædicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam tumentes buccas, tumentiaq; ora proferre.*

GREGORIVS *lib. 30. Moralium: Dominante gulæ vitio, omne quod homines fortiter egerunt, perdunt: & dum venter non restringitur, simul omnes virtutes obruuntur.*

De Ciborum delectu.

AVGVSTINVS *de Doctrina Christiana: & habetur dist. 41. can. quisquis: Quisquis rebus prætereuntibus restrictius vtitur, quàm sese habent mores eorum, cum quibus viuit, aut intemperans, aut superstitiosus est. In omnibus talibus, non vsus rerum, sed libido in culpa est.*

Idem *lib. Quæst. Euangel. & habetur dist. 41. can. quod dicit: Non enim interest omnino, quid alimentorum sumas, vt succurras necessitati.*

Idem *in Sermone in Dominic 4. in Aduentu: Qui sic se à carnibus temperant, vt alias escas difficilioris præparationis & precij maioris inquirant, multum errant. Non enim est hoc suscipere abstinentiam, sed imitari luxuriam.*

Idem *in Epist. ad Rom. Non propter porcum, sed propter pomum mortem primus homo inuenit.*

Ibidem: *Non omne genus carnis, quod cibo esset vsui, manducare permissum.*

Idem *de Definitione rectæ fidei: Bonum est in cibo cum gratiarum actione percipere quicquid Deus edendum præcepit.*

HIERONYMVS: *& habetur de Consecr. dist. 5. can. nec tales: Nec tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digerere, aut comestos magno paratos & perditos labore doleamus.*

Idem *in Epist. ad Furiam: Nonnulli vitam pudicam appetentium in medio itinere corruerunt, dum solam abstinentiam carnium putant, & leguminibus onerant stomachum.*

De Abstinentia.

HIERONYMVS: *& habetur de Consecr. dist. 5. can. non dico: Non dico hebdomadas, non dico ieiunia duplicata, sed saltem singulos dies absq; ciborum luxuria transigamus.*

Ibidem: *Sint tibi ieiunia pura, continua, moderataq;.*

Ibidem: *Sint tibi quotidiana ieiunia, & refectio satietatem fugiens. Nihil enim prodest tibi biduo, vel triduo transmisso vacuum portare ventrem, si post pariter obruatur.*

IOANNES CASSIANVS *de Institutione Monachorum: Melior est rationabilis quotidiana cum moderamine refectio, quàm per interualla arduum longumq; ieiunium. Nouit enim immoderata inedia, non solùm mentis labes factare constantiam, sed etiam orationum efficaciam reddere, lassitudine corporis eneruatam.*

Leges Ethnicorum de Abstinentia.

LAERTIVS DIOGENES *de Vita & moribus Philosophorum: Lycurgus Philosophus & Princeps Lacedæmonius iuuenibus non amplius vna veste toto anno vti permisit, nec aliquando cultius altero progredi quenquam, nec opulentius epulari.*

MACROBIVS *lib. 3. Saturnal. Iustæ nimirum causæ fuerunt, propter quas tot numero Leges de Cœnis & sumtibus ad populum ferebantur, & imperari cœpit, vt patentibus ianuis prætereuntibus & cœnaretur. Sic oculis ciuium testibus factis, luxuriæ modus vt fieret. Leges præscribunt, & numerum conuiuarum.*

De his

De his lege & VALERIVM cap. de Institutis antiquis, lib. 2.
XENOPHON testatur, legitimum apud Persas fuisse semel tantùm edere, quò liceret ipsis totum diem ad res gerendas, & ad labores insumere.
Idem testatur, Persas nihil olim ad panem adhibuisse, præter nasturtium.

Sententiæ Philosophorum de Abstinentia.

SENECA ad Lucilium, Epistola 21. Sine fastidio implendus est venter: quid enim ad rem pertinet quis accipiat, perditurus quicquid acceperit.
ARISTOTELES lib. 3. Secretorum, ex Homero:
Sume cibum modicè, modico natura fouetur:
Sic mentem refice, ne mens ieiunia ferret.
AVLVS GELLIVS lib. 17. cap. 19. Noct. Attic. Epictetum dicere solitum ait: Patere & abstine.
In PLATONIS Epistola ad Dionis propinquos scriptum esse testatur Cicero lib. Vlt. Tuscul. quæst. Nullo modo placuit bis in die saturum fieri.
CICERO in lib. de Senect. Tantum cibi & potionis adhibendum est, vt reficiantur vires, non opprimantur.
Idem lib. 4. Rhetor. Esse oportet vt viuas, non viuere vt edas.
VALERIVS lib. 2. de Instit. antiq. Bonæ valetudinis quasi mater quædam est frugalitas, inimica luxuriosis epulis.
MENANDER: Ventris conare omnem habenam continere.
OVIDIVS lib 15. Metam. fabula 2.
Parcite mortales dapibus temerare nefandis Corpora.——
Idem in Epistola Helenæ ad Paridem:
Est virtus placitis abstinuisse bonis.
HORATIVS Sermonum, Satyra 7.
Nempe inamarescunt epulæ sine fine petitæ.
VIRGILIVS in tractatu de Vino & Venere:
Nec Veneris nec tu Vini capiaris amore:
Vno namque modo vina Venus q; nocent.

TABVLA II.

CONTINENTIA alia
- Animorũ: quæ fit, si
  - Desideria & motus animi constringantur.
  - Blandimenta, quæ occultam voluptatem trahunt, reijciantur.
  - Præsentibus desideriis non inhærebis, nec desiderabis absentia.
  - Ocio, quiete, somno, amplexibus & consuetudine coniugali, moderatè, & cum timore Domini vtaris.
  - Turpia fugias, antequam accidant.
  - Constans sis, non pertinax.
  - Cunctis sis benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus.
  - Rumoribus, suspicionibus, criminibus, minimè sis credulus, vel malignus.
  - Vanæ gloriæ contemtor sis, & bonorum, quibus præditus es, non sis acerbus exactor.
  - Sapientiæ cupidus sis, ac docilis.
  - Seuerus sis, non sæuus.
- Corporis: & quæ ad corpus pertinent, vt
  - Linguæ: quæ fit, si
    - Sermo sit honestus, vtilis, sale conditus, alienus à scurrilitate, leuitate, mendacio, à turpitudine & obscœnitate.
    - Non laxetur lingua in contumeliam gloriæ Dei, & proximi detrimentum.
    - Ioci sint seri & temperati, & sine detrimento dignitatis ac verecundiæ.
    - Sales sint sine dente, ioci non sine vtilitate.
    - Risus non sit immodicus, & pueriliter effusus, si sit sine cachinno.
    - Vox sit sine clamore.
    - Adulationes vites.
    - Affatus sit gratus, ac familiaris.
    - Non deijcias quemquam.
    - Non sis acerbus reprehensor.
    - Audientium promtus sis præceptor.
    - Requirenti facilè respondebis.
    - Contemnenti te facilè cedas, nec in iurgia execrationes q; discedas.
    - Sermones tui rari sint.
  - Gestus: seu agitationis corporis, q̃ fit, si
    - Actus corporis sit grauis, maturus, quietus.
    - Facies non molliter dissoluatur, nec proteruè exasperetur.
    - Oculi non sint vagabundi, Veneris nuncij.
    - Visus sit placidus.
    - Incessus sit sine tumultu, sine arrogantia, sine mollitie.
    - Dicentium sis tacitus auditor.
  - Vestium, Ædificiorum, & seq. Vide literam A.

A.
- Vestium, quæ fit, si
  - Vestes *sint mundæ & honestæ, iuxta morem patrium, nisi is sit corruptissimus.*
  - In *hoc parentur, vt tegant, & ornent.*
  - Nihil *in his sit sordidum, aut hypocriticum, nihil peregrinum, leue, aut indecorum.*
  - Conditioni, *ac maximè religioni conueniant.*
  - Consutæ, *vt corpus contegant, non discindantur, id quod animi discissi, laceri ac vani indicium est.*
  - Luxus *in his vitetur.*
- Ædificiorũ, quæ fit, si
  - Non *sine necessitate extruantur.*
  - Splendor *& excessus vitentur.*
  - Conditioni, *ac statui conueniant.*
  - Non *constructuantur cum oppressione pauperum, aut iniustitia graui, aut ex rapina.*
  - Non *superbia ad domum construendam moueat.*
  - Domum *à Domino, non dominum à domo cognosci cupiamus.*
- Cibi *& potus:* quæ fit, si
  - Vtamur *cibis moderatè ad necessitatem.*
  - Consideremus *quantum natura poscat, non quantum cupiditas expetat.*
  - Palatum *tuum fames excitet, non sapores.*
  - Victus *ex facili sit, non ad voluptatem, sed ad cibum accedamus.*
- Diuitiarum: quæ fit, si
  - Non *appetas diuitias.*
  - Paupertas *non sit immunda, nec parsimonia sordida.*
  - Non *simus prodigi, sed liberales.*
  - Diuitiis *non inhæreas.*
  - Tua *non defleas, nec mireris aliena.*

TABVLA III.

LOCI duo:
- Quotuplex *sit ieiunium.*
  - Spirituale.
  - Corporale, *& hoc vel*
    - Voluntarium, *& hoc vel*
      - Temporale, *quod est vel*
        - Quotidianum, *quod est vel*
          - Naturale, *quod ad corporis valetudinem vel recuperandam vel tuendam pertinet. Hoc & Medicum dici potest.*
          - Christianum, *quod est sobrie, rarò, & temperatè cibum sumere ad diminuendas libidines, & animi alacritatem, cùm ad preces, tum ad omnes vitæ actiones, vt & supersit nobis, quod pauperibus tribuamus.*
        - Ciuile, *quod tum suscipitur, cùm homines ita suis rebus intenti sunt, vt nullo modo cœpta negotia intermittere velint. Ita cùm Saul persequeretur Palæstinos, interdixit, ut quis cibum caperet ante vesperam. Sic & quidam Hebræi vouerant, Act. 23. se neq; comesturos quicquam, neq; bibituros, antequam Paulum interficerent.*
      - Religiosum. *Hic discе:*
        - Quid *sit. Est enim abstinentia non tantùm à cibo & potu, sed etiam ab omnibus aliis rebus, quæ corpus oblectare & fouere possunt, præter modum vsitatũ, quantum vires ferunt, ab animo pœnitẽte, & à vera fide ad ambiendam precibus Dei clementiam, propter calamitates, vel prementes, vel iam instantes.*
        - Quotuplex. *Est enim vel*
          - Publicũ, *quod bifariam indicitur, vel à*
            - Deo *ipso per Legem. Iussit enim Dominus, vt quotannis festum expiationis, decimo die Septembris publico ieunio celebraretur. Multa enim peccata per totum annum admittebantur, nec Ceremoniæ diligenter obseruabantur: quare semel in anno lustrabatur Tabernaculum, & publicum ieiunium obseruabatur. Hæc in veteri Testamento, quasi vmbra quadam significabant hominum peccata per Christum esse delenda, quem vera fide apprehendere debemus.*
            - Magistratu, *Propheta, vel Episcopo. De hoc vide 1. Sam. 7. & 31. 2. Paral. 20. Ion. 3. Hester. Act. 4. & 13. 14. &c. Adstringuntur autem homines obtemperare huiusmodi edictis, lege fidei & obedientia. Nam cùm ieiunia proponuntur verbo Dei consentanea, quomodo potest, qui Deo credat, ea detrectare? Habenda tamen hic est ratio ætatis, status & conditionis. Nam si quis ætate, vel morbo, vel laboribus impediatur, valere in eo debet, quod Dominus dicit: Misericordiam volo, & non sacrificium.*
          - Priuatum, *cùm proprijs & domesticis calamitatibus affligimur, & hoc quidem liberum in se est, eò quòd externa lege non potest damnari, qui non ieiunat, sed cùm ieiunium nostrum promouere gloriam Dei, & nobis prodesse potest, non est amplius liberum: siquidem iubemur amare Deum ex toto corde, &c.*
    - Coactum, *quod non est situm in nostra manu, vt cùm destituti cibo priuamur edendi copia.*
- Qui *sint abusus ieiuniorum, &c. Vide literam A.*

A. Qui

A. Qui sint abusus ieiuniorũ Papisticorum. Quid

- Sine *ratione personarum & occasionum statutis temporibus ieiunia obseruarunt.*
- Episcopi *pro suo arbitrio ieiunia indixerũt, alius Septuagesimam, alius Sexagesimam, alius Quinquagesimam, alius Quadragesimam, alius Rogationes, alius Angarias, alius Vigilias Apostolorum, alius diem Veneris, alius Sabbathi, alius Mercurij ieiunium inuexit, & quilibet sui instituti rationes excogitauit.*
- Paululùm *differant prandium, deinde quiduis comedant, modò carnibus non vescantur, satis esse putant.*
- Ciborum *delectum habent in ieiunijs.*
- Talia *ieiunia imponunt, quæ hominum vires minimè possunt ferre. Volunt enim populum ieiunare dies quadraginta, ad exemplum Christi.*
- Sanctitatem *in ieiunio constituant, cùm reuera ieiunium exercitium tantùm sit, quod ex seipso nihil habeat sanctitatis.*
- Putant *Deum se propter ieiunium habere obstrictum.*
- Ieiunium *faciunt partem satisfactionis: satisfactionem enim volunt precibus, eleemosynis & ieiunio constare.*
- Statuant *se ieiunijs Ecclesiæ posse satisfacere, quamuis à peccato minimè desistant.*
- Putant *Purgatorio exitum ánonas, aut precibus, aut ieiunio cognatorum.*

¶ Exempla Abstinentiæ lege apud VOLATERRANVM *in Philologia*, fol. 344.

De Sobrietate.

Quid *sit. Est enim sobrietas mentis & sensus, membrorum corporis q; tutela, castitatis pudicitiæque munimentum, pudori proxima, amicitiæ pacis q; serua, honestatis q; semper coniuncta, criminum q; & vitiorum omnium profuga: sic enim Augustinus ad sacras Virgines ebrietatem definit. Idem: Sobrietas, inquit, est recti iudicij tenax, memoriæ recordationis q; inseparabilis sapientia, secretorum custos, arcani velamen, lectionum & doctrinæ capax, studiorum & artium bonarum disciplina pariter & magistra ingeniorum, bonæ famæ semper auida, salubria atq; vtilia creant, virtutis singulare auxilium, cuncta cum ratione disponens, in congregatione honestorum, semper se ingerens.*

Quotuplex. *Est enim vel*

- Mentis, *vt*
  - Castitas,
  - Pudicitia,
  - Continentia.
- Corporis, *cùm in cibo & potu temperantia seruatur. Sobrietas enim largè sumta est circa omnem materiam.*

Quę *causæ.*

- Mandatum *Dei. Lege in Polyanthea, dictione Ieiunium, ex Ambrosio, vbi docet primam legem, quam Adam accepit, abstinentiam vel sobrietatem præcepisse. Lege dist. 35. Sexto die.*
- Promissio *Dei, Tit. 2. c. 12.*
- Comminatio, *si sobrietas negligatur.*
- Timor *Dei.*
- Fides.
- Ratio.
- Assuefactio.

Loci sex.

Qui *effectus, seu fructus sobrietatis. Quod ad*

- Animam,
  - Cordis *tranquillitas.*
  - Mentis *ac sensuum omnium tutela.*
  - Virtutes *honestissimæ, quæ sobrietatem sequuntur.*
  - Legis *diuinæ meditatio.*
  - Secretorum *cordis conseruatio.*
- Corpus,
  - Valetudo *bona. Hinc rectè dicitur: Abstinentia summa medicina est. & Hieronymus, vt habetur dist. 5. can. legimus, inquit: Legimus quosdam morbo articulari & podagræ humoribus laborantes, proscriptione bonorum ad simplicem mensam & pauperes cibos redactos, conualuisse.*
  - Virium *corporis conseruatio.*
  - Tempestiua *senectus.*
  - Copia *rerum familiarium.*
  - Formæ *ac ætatis conseruatio.*
  - Coercere *lasciuiam carnis.*
  - Castigare *corpus, & in seruitutem redigere.*

Quæ *virtutes ex sobrietate nascantur, &c. Vide literam A.*

- Verecundia, *qua quis refugit turpitudinem temperantiæ contrariam.*
- Honestas, *qua quis amat pulcritudinem sobrietatis, ac temperantiæ.*
- Castitas, *quantum ad delectationem principalem coitus.*
- Continentia, *quæ refrænat motum commotæ ex impetu passionis.*
- Humilitas, *quæ refrænat motum audaciæ.*
- Mansuetudo, *siue clementia, quæ refrænat motum iræ tendentis in vindictam.*
- Modestia, *quæ refrænat motus & actus corporales.*
- Bona *ordinatio, ad quam pertinet discernere, quid sit faciendum, quid omittendum, & quid quo ordine sit agendum, & in hoc firmiter persistere.*

Quæ virtutes ex sobrietate nascantur.

- Ornatus, *quo homo obseruat decentiam in eo, quod agit.*
- Austeritas *in colloquijs amicorum, vel quibuscunq; alijs.*
- Parcitas, *qua superflua non requiruntur.*
- Aptitudo *ad*
  - Auditionem *verbi.* Orationem.
  - Gratiarum *actionem.* Laudes *diuinas, &c.*
  - Cogitandum *de Lege Dei, ac operibus.*
  - Opera *vocationis.*
  - Resistendum *Diabolo, 1. Pet. 5. b. 8.*
- Vigilia *in aduentum Domini.*
- Eleemosyna, Liberalitas, Concordia, Pax,
- Rectum *iudicium.* Secretorum *custodia.*
- Artium *bonarum studium.* Memoriæ *conseruatio.*
- Bona *fama.* Vitiorum *ac morborum fuga.*

A.

- Mandatum *Dei sibi proponat.* Minas *Dei animo consideret.*
- Philosophorum *etiam sententias, quæ ad sobrietatem hortantur, cogitet.*
- Commoda *ac affectus sobrietatis respiciat.*
- Turpes *ebriosorum motus sibi proponat.*
- Brutorum *exemplum inspiciat, quæ certè non plus adbibunt, quàm naturæ ratio postulat.*
- Pœnæ, *ac interitus gentium, quæ ebrietatē sectabantur, diligenter perpendantur, vt Græcorum, Scytharum, Siculorum, Sybaritarum, Siracusanorum, Troianorum, &c. Hæ enim gentes adeò vino ac luxui deditæ erant, vt prouerbio etiam locum dederint: Vt, Agere Scytham, Pergræcari, Corinthiari, Siculissare, Sybaritica ac Siracusana mensa, Sybarissare, Porcus Troianus, &c. Quare has gentes Dominus maximis calamitatibus obruit: hinc Sybaritica calamitas. Quod prouerbium in eos quadrabit, qui ob intemperantem luxum subuertuntur.*

Quo pacto quis sobrietatem facilius sectabitur: si

- Exempla *quarundam gentium bene moratarum, ac continentium consideret, vt Lacedæmoniorum, qui temperantia maximè claruerunt: item Persarum, vt testatur Plato lib. de Naturahominis 5. Ac Xenophon scribit, turpe fuisse apud Persas spuere & emungi, ac videri vrina plenus. Turpe etiam ducebatur, quopiam ire meiendi, aut alterius id genus rei gratia. Hæc certè facere non potuissent, nisi moderato cibo vsi fuissent, & absumsissent labore humiditatem. Ac legitimum ipsis erat semel edere, quò liceret ipsis totum diem ad res gerendas, & ad labores insumere. Erat & illis legitimum, teste eodem Xenophonte, ne vrcei importarentur in symposia, quippe quòd iudicarēt, quò minus biberent, eò minus corpora & mentes aberrare. Quare Assuerus Rex Persarum, etsi lautissimum conuiuium instituat, vt testatur liber Hester, publicam tamē maiorum disciplinam tuetur, & vetat, ne alter alterum ad ebrietatem potando cogat. Turpe verò est gentes ipsas Christianis virtute superiores esse.*

De Vini vsu & potu.

Loci duo.

- De vsu vini. Est autem vsus vini vel in
  - Diuinis, *seu in sacris*
    - Veteris *Testamenti. In Minhæ enim, seu sacrificio cibario non offerebatur tantùm farina & panis: sed addebatur etiam sua mensura olei, vini, sal & thuris, Leuit. 2. 23. Numer. 15.*
    - Noui *Testamenti, vt in Cœna Domini.*
  - Humanis, *seu profanis. Valet autē ad*
    - Sitim *restinguendam, quod etiam aqua fieri posset, verùm non ita commodè, quia vinum sitim restringuendo, confirmat etiam homines, & spiritus gignit, quibus natura plurimùm recreatur.*
    - Exhilarandum, *& mœrorem animi propellendum. Hinc in Prouerbijs dicitur: Date siceram mœrentibus, vt bibant, & obliuiscantur mœroris, &c. Et Psaltes: Vinum lætificat cor hominis.*
    - Mitigandam *& leniendam tristitiam, & amaritudinem senum.*
    - Confirmandum *eos, qui à morbis conualescunt, & restituendi sunt pristinæ valetudini.*
    - Conseruandam *valetudinem, qa vino*
      - Aluntur *vires, sanguis, colorque hominum, vt docet Plinius libro 23. capite 1.*
      - Modico *iuuantur nerui, & oculi: immodico læduntur, teste eodem, ibidem.*
      - Stomachus *recreatur, ibidem.*
      - Appetentia *ciborum inuitatur, ibidem.*
    - Medendum *morbis, &c. Vide literam A.*
- De *potu vini, &c. Vide literam B.*

A. Medendū morbis: qa

Medetur *frigori & imbecillitati cùm ventriculi, tum etiam cæterarum facultatum, quæ humanæ vitæ inseruiunt. Vnde Paulus ad Timotheum scripsit, vt vino vteretur modico, propter stomachum, & frequentes eius infirmitates.*

Exterius *ad vulnera non inutiliter quandoque apponitur, vt Luc. 10. scribitur.*

Expellit *vrinam retentam.*

Vomitiones *sistit.*

Remedium *est cōtra fungos, cicutas, coriandrum, aconita, argentum viuum, apes, vespas, crabrones, serpentum scorpionumq; ictus, & contra omnia, quæ refrigerando nocent.*

Prodest *contra hæmorrhoidas, instillationes, torsionesque præcordiorum.*

Prodest *dysentericis, sudatoribus in longa tussi, epiphoris, cardiacis, quibus in manuma læua merum in spongia imponi prodest.*

B. De potu vini: vbi dissa,

Quàm *moderatè veteres vino vsi fuerint. Non pauci enim lymphatis vtebantur. Græci enim, vt scribit Athenæus, duos vini cyathos ad quinque aquæ dilutos bibere solebant, vel vnum, vel tres. Apud Anacreontem inuenitur, vrnam vini ad duas aquæ: & nunc vulgo satis putant vnum vini cyathum duobus aquæ miscere. Qui non miscebant aqua vinum, tribus tantùm poculis bibebant. Eubulus introducit Dionysium dicentem: Tres tantùm crateras his, qui sana sunt mente propino: Primam sanitatis, secundam voluptatis, tertiam somni: vlterius probri est, & luxuriæ. Idem ferè apud nos Apuleius. Qui fermè numerus Canonibus etiam præscribitur, qui prohibent verbi Ministros vltra tertium poculum attingere. Panyasis, qui de Obsonijs scripsit, primam potionē distribuit Gratijs, horis, & Dionysio: secundam Veneri, & item Dionysio: tertiam probro & damno. Apuleius lib. 3. refert, Sapientis cuiusdam viri supermensam celebre dictum: Prima, inquit ille, cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam. Vide Plinium lib. 14. cap. 13. Valerium Maximum lib. 14. tit. de Institutis antiquis, dicit, Vini vsum Romanis fœminis ignotum fuisse, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur: Quia proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consueuit. Quæcunque enim fœmina vini vsum immoderatè appetit, & virtutibus ianuam claudit, & delictis aperit. De hoc vide & Plinium loco iam citato. Plato de Legibus iubet pueros vsque ad ætatem 18. annorum à vino abstinere, quòd non sit necesse ignem igni addere: inde verò vsque ad annum 40. modicè vti. Post eam ætatem ad plusculum inuitat, ad vitæ tædium leuandum.*

Modus: *alioqui lætitia, quæ ex vino quæritur, facilè abit in summam tristitiam, si modus desit.*

Tempus: *sunt enim quædam tempora, quibus non congruit hilaritas: lugēdum enim interdum est ob admissa peccata, versamurq; nonnunquam in grauissimis calamitatibus, & sub manu virgæ Dei vehementius orandum est, ad quod plurimum ieiunium & corporis castigatio conducit. Est & tempus discendi, quo plus vini bibere studiosis nocet. Fit interdum vt proli vacemus, quo tempore modico vtendum est vino. Vnde Plato de Legibus iubet coniuges modico vti vino primo nuptiarum die, ac reliquo etiam tempore, dum proli vacant: nocet enim vino grauem esse, partusq; ignauos reddit. Quod etiam probare videtur Aristoteles, vbi dicit: Ebriorum genituram esse infœcundam, eò quòd genitura vinolentorum aquosa sit.*

Locus: *nam & locorum vbi sumus ratio nobis habenda est. Est locus publicus, est priuatus, in publico bibere, non est hominis cordati.*

Gradus, *seu vocatio: nam Magistratibus, Oratoribus, Concionatoribus, ac cæteris, qui Reipubl. consulunt, & Ecclesiæ Christi inseruiunt, minus bibendum est, vt docet Plato de Legibus. Turpe enim est custodem custode indigere.*

Quę circumstantiæ in vini potu obseruandæ.

Ætas: *nam pueris ac puellis aut nihil, aut minus bibendum est, quàm adultis. Hieronymus ad Eustachium: Vinum virginibus venenum est. Aristoteles in Problem. ait, pueros cùm non minus calidi, quàm viri sint, minus tamen sitire, quòd ipsorum calor humidus, virorum verò siccus est. Item seniores & pueros citius vino tentari: hi excessu, illi defectu, quasi natura debilitata.*

Sexus: *Fœminis enim minus bibendum est, quàm viris: imò non licebat vinum fœminis bibere Romæ. Plinius lib. 14. cap. 13. inquit: Inuenimus inter exempla, Egnatij Mecennij vxorem, quòd vinum bibisset e dolio, interfectam fuisse à marito, eumq; cædis à Romulo absolutum. Fabius in Annalibus suis scripsit, Matronam, quòd loculos, in quibus erant claues cellæ vinariæ, resignasset, à suis inedia mori coactam. Cato ideò propinquos fœminis osculum dari iussit, vt scirent an temetum olerent.*

Conditio: *nam seruis, ægrotis, aut nihil, aut parum vini bibendum est. Cic. lib. 3. de Nat. deor. ait: Vinum ægrotis, quia prodest raro, nocet sæpissimè, melius est nō adhibere, quàm spe dubiæ salutis in apertum periculum incurrere. Mœstis & afflictis bibendum est, Prouerb. 31. a. 6. item defatigatis. Homer. in Iliad. Viro defatigato magnum robur vinum auget. In quibus verò morbis non sit bibendum vinum, lege Plin. lib. 23. cap. 1.*

Studium: *Plato vacantes doctrinæ & sapientiæ à vino excludit: concedit nihilominus post annos 18. in festis tantùm & sacrificijs, cùm senioribus licentiosius vti, vt mente exhilarati reliquo tempore se contineant.*

De iustè parandis Facultatibus.

Loci tres.

- Quot modis res acquirantur. Iure
  - Gentium, vt
    - Occupatione, Captiuitate, Inuentione,
    - Natiuitate, Alluuione, Ædificatione,
    - Plantatione, Satione, Cultura,
    - Negotiatione, Traditione, &c.
  - Ciuili, vt
    - Vsucapione, *quæ est acquisitio dominij rei alienæ per continuationem possessionis ad tempus præfinitum.*
    - Præscriptione, *quæ est acquisitio dominij rei alicuius alienæ, autoritate Magistratus concessa, in pœnam personæ delinquentis.*
    - Donatione, Testamento, Legato, Successione,
    - Fideicommisso, *quod est legatū, quod committitur fidei hæredis alicui dandum.*
- Quænam negotiatio ex omnib⁹ maximè cōueniat hominipio. Hic disce:
  - Negotiationes *esse varias: est.n. negotiū, seu labor, alius*
    - Crassior, *qui manibus roboreq; corporis magis q̄ arte perficitur, vt sunt artificia omnia, seu artes mechanicæ, vt mercatura, agricultura, pecuaria.*
    - Subtilior, *qui tametsi extra corpus & vires hominis non fiat, ingenio tamen magis, quàm robore perficitur: vt sunt, studia literarum, Medicinæ, Iurisprudentiæ, Theologiæ, & Philosophiæ, denique Gubernatio.*
  - Non *damnari in Sacris literis Mercatores, Deum timentes, & requirētes, sed homines impostores.*
  - Non *prohiberi iusta & æqua lucra, sed turpia.*
  - Eam *negotiationem maximè eligendam, ad quam animus hominis maximè propendeat, ad quam sit vtilis & idoneus, quæ minimum cognationis habeat cum dolo & impostura, quæ non abstrahat à Deo.*
- Quæ *obseruanda hominipio in parādis facultatibus.*
  - Compescenda *est, fide & recta opinione, nimia cupiditas & auaritia, quæ existunt ex diffidentia. Vt autem compescere valeamus, cœlesti gratia opus est, quam pius quisq; pijs ambit precibus.*
  - Diuinis *præceptis animus muniendus erit contra cupiditatem nimiam.*
  - Deligenda *est negotiatio vtilis & honesta, non curiosa, non damnosa proximo, vt Vsura, &c.*
  - Otium *vitandum est, & laborandum fideliter, ac iustè.*
  - Cauenda *profusio, seu luxus in cibo, potu, vestitu, ædificijs, &c.*
  - Cauēdum *ne cui damnū detur, quod fit dupliciter:*
    - Retinēdo, *quod fit variis modis.*
      - In *dimensione, pondere, mensura iniusta.*
      - Alienatione *& fraude, vt qui hæreditates alijs debitas occupant, fallunt q; in contractibus, in pactis, qui mutant quod apud se retinent: corruptum autem & vitiosum dant.*
      - Negando *inuenta repetenti.*
      - Negando *depositum aut pignus, aut mutando.*
      - Detinendo *mercedem laboris, vt si vel nunquam soluis mercedem, aut grauatim soluis, aut differs diu nimis, vel de mercede aliquid detrahis.*
    - Auferēdo, *quod fit variis modis.*
      - Furto, *quod fit in*
        - Pecunia, Mercibus *quibuslibet suis.*
        - Agris *& terminis transponendis.*
        - Iure *cuiusque, quod transfertur, negatur, aufertur, aut malitiosè cōtra conscientiam & consensum iusti possessoris differtur.*
      - Negatione *debiti officij, vt si paterfamilias, familia, serui, filij, Magistratus, subditi, Doctores, &c. suum officium negent.*
      - Fraude *multiplici.*
      - Rapina, *quæ vim habet non semper armatam, sed ingenio & lingua instructam. Non enim in syluis tantùm agunt raptores, sed in medijs quoque vrbibus.*
      - Vsura, *quatenus mordet proximum, nocet ei, lædit eum, non iuuat, & coniungitur cum iniquitate & pernicie proximi.*
      - Sacrilegio, *quod fit*
        - Direptione *rerum sacrarum.*
        - Translatione *facultatum Ecclesiasticarum à legitimo & sacro vsu in profanum & impium.*
        - Mercatura *rerum diuinarum & Ecclesiasticarum, quæ Simonia vocatur.*
        - Detentione *bonorū Ecclesiæ debitorū, vt decimarū, censuū.*
        - Mendicatione, *cùm mendici nomine Christi abutuntur.*
        - Translatione *gloriæ Dei ad creaturas.*
      - Peculatu, *qui committitur in opibus publicis, aut pertinentibus ad Principem.*
      - Plagio, *id est, seruorū alienorū abductione, et liberorū venditione.*
      - Abigeatu, *id est, furto pecorum & iumentorum.*
      - Mendacio, Periurio, Iniusta *exactione.*
      - Calumnia, *cùm res aliena callidè & malitiosè, & peruersa dictorum & factorum interpretatione aufertur.*

De Met-

De Mercatura.

Loci quinque.

- An sit licita. Licita est, si ad finem honestum sit & necessarium, & lucrum habeat moderatum ad familiæ suæ sustentationem, vel pauperum, iusto contractu. Item si sit sine mendacio & periurio, sine impostura & iniuria proximorum queruloſa. Verùm peccatum vix euitabit Mercator, Eccles. 27. Omnes enim ferè volunt viliter emere, & carè vendere.
- Quid sit. Est enim actus ipse emendi & vendendi res distrahendas lucri honesti causa.
- Quotuplex. Alia est
  - Honesta, cuius finis honestus & necessarius est, & lucrum moderatum, per quod nemo læditur, quæ quidem iustis laboribus, & rebus honestis exercetur. Huc verò pertinent nauigatio & negotiatio: vbi cauendum, ne mens curarum tumultibus occupetur: vt ad superna attollatur. Nam quantò magis circa terrena angitur anima, tantò in his, quæ sunt cœlestia minùs videt, eò quòd curis suis extra se ducitur.
  - Inhonesta, seu turpis, vbi homo desiderio suo locum facit Diabolo, vbi lucrum immoderatum & fraus accedit, per quod alius læditur. Ad hanc pertinent fœneratio, vel vsura, portitorum ac publicanorum iniusta exactio, quæstus meretricum. Improbantur enim hi quæstus, qui in odia hominum incurrunt.
- Quę causæ.—
  - Iustæ mercaturæ.—
    - Sustentatio
      - Familiæ,
      - Pauperum,
      - Reipublicæ.
    - Necessitas,
    - Lucrum honestum.
  - Iniustæ mercaturæ.
    - Auaritia,
    - Lucri cupiditas.
- Quæ cauenda Mercatori.
  - Mendacium,—
  - Periurium,
  - Vanitas,
  - Lucrum immoderatum,
  - Fraus.———

  Quę dum sedulò detestatur, è contrario
  - Quocunque vadit, Deum præ oculis habeat.
  - Spiritualia corporalibus præponat.
  - De vitæ breuitate cogitet.
  - Si quid habeat, Dei benedictioni, non viribus suis tribuat.
  - De vero negotiationis fine cogitet.
- Ne viles & sordidas res emtori obtrudat.
- Vt vitia rerum, quas vendit, ne dissimulet.
- Ne longiorem sibi vitam promittat, Iac. 4.

De legitimo vsu Facultatum.

Vsus legitimus facultatum consistit in

- Ne quid alieni possideas.
- Iusta possessione facultatiū. Hîc obserua,
  - Quando facienda sit restitutio. Quamprimum videlicet intelligis veritatis & iustitiæ negotium. Restitutio enim non est procrastinanda, Zachei exemplo.
  - Cui debeat fieri restitutio. Ei, cui abstalisti, siquidem scias cui abstuleris, aut quem defraudaris. Si nescias, habes pauperes & egenos, quibus largiaris. His enim, non superstitioni, aut superstitionum ministris iniustæ opes erogandæ sunt.
  - Restitue, si quid abstuliſti. Hîc disce: Quomodo fiat restitutio. Commoda via, per quam non incurras infamiam, Si inueniſti viam auferendi, cogita de commoda via restituendi.
  - Quantum restitues. Quantum videlicet surripuiſti, seu quantum debeas, ac quantum possis. Quod si non possis, coneris tamen perpetuò, vt fiat restitutio, quatenus licet. Ac semper dolendum est, si ad plenum fieri non potest. Depone fastum, cogita qui sis, & vnde venias.
  - Restitutionem non in facultatibus tantùm requiri, sed & in colloquijs pestilentibus, quibus corruptæ sunt mentes simplicium in obtrectationibus, quibus aliorum fama læsa est, & consilijs peruersis, quibus potentiores concitati sunt in imbelles. Hæc enim terrenas facultates multis modis superant.
- Si non laboribus, sed per hæreditatē acceptam dines es, cogites quo pacto paratæ sint opes, quæ ad te deuolutæ sunt, etsi intelligas te hæredem esse opum iniustarum, sis beneficus, ne condus plices malum, vt quod malè partum est, iniquissimè possideas.
- Ne acquiescas in opibus, rebus fluxis & perituris, ne confidas in incertis tuis diuitijs, ne in ido latriam impellaris.
- Ne opibus ad luxum & superbiam vtaris.
- Agnosce bona illa Dei dona esse, tibi ad vitæ necessaria data, ne tuis viribus illa adscribas.
- Age gratias Deo pro datis muneribus.
- Vtaris opibus ad necessitatem: id est, habitationem commodam, victum quantum naturæ satis est, vestitum decentem & honestum, &c.
- Cogita quid te deceat, quid te dedeceat.
- Ne voluptate concessa immoderatè vtaris.

Iusta dispensatione facultatum, &c. Vide literam A.

- Gloriæ *Dei inseruire debere.*
- Iustè *acquisitas honori, humanitati, & hospitalitati inseruire debere: honorem enim & humanitatem debemus cognatis, affinibus, amicis, notis, indigenis, & proximis. Non enim nostris duntaxat, sed & alienis benefacere, atque hospitales erga peregrinos esse debemus: quatenus videlicet nostra facultas permittat.*

A. Iusta *dispensatione facultatum. Hic observa, Opes*

Beneficentię *seruire debere. Hic discę:*

- Quibus *hominibus benefaciendum. Omnibus, quibus potes, maximè illis, qui pietati studere, & interim egere videris, vt pupillis, orphanis, viduis, senibus, ægris, afflictis pro veritate, studiosis literarum, verbi Ministris, paupertate laborantibus, peregrinis, &c.*
- Quibus *rebus benefaciendũ.*
  - Consilio,
  - Consolatione,
  - Auxilio,
  - Pecunia,
  - Cibo, Potu,
  - Hospitio.
  - Vestitu,
  - Commendatione, *&c.*
- Quomodo *benefaciendum. Promptè, libenter, animo propenso.*
- Quantum *benefaciendum. Quantum potes: si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum, etiam de eo libenter impertias.*

QVARTVS ORDO
de Homine.
De his, quæ Hominibus prohibita sunt: ac primùm
De Idolatria.

- Quid *sit Idolatria. Est enim tribuere ei rei diuinitatem, ac honorem Dei, quæ non est Deus. Vel est impia de Deo opinio, quæ Deum fingit alium, quàm reipsa est, & adimit Deo proprium suum cultum, ac creaturæ tribuit. Ergo Idolatræ sunt, qui inuocant Sanctos, colunt statuas, & qui tribuunt iustitiam suis operibus, & qui tribuunt liberationem, inuocationem ei rei, quæ Deus non est.*
- Quibus *nominibus idolatria in sacra Scriptura appelletur.*
  - Fornicatio, *Hoseæ 1.d.2. 2.d.4. &c.*
  - Auaritia, *Esa.57.d.17.*
  - Mendacium, *Habac.2.c.18.*
  - Lignum *frondosum, Esa.57.d.5.*
  - Truncus *ligni, Esa.44.c.19.*
- Vbi *nata externa idolatria. Idolatria nata primùm in Ægypto: inde enim & Iudæi, & cæteræ Gentes idolatriam acceperunt. Nam Ægyptij primùm fuerunt & cultores, & autores Deorum, vt Herodotus lib.2. Historiar. & Strabo in 17. Geographiæ libro scribit. Lege & Bulingerum de Testamento & fœdere, circa finem.*

Loci octo.

- Quæ *partes: est enim alia, qua*
  - Impia *opinione alium fingimus Deum, quàm reipsa est. Sicut hypocritæ Deum auctorem fingunt, & ideò sequuntur sua opera, & cogitationes suas in colendo Deo.*
  - Adimitur *Deo proprius suus cultus, & tribuitur creaturis.*
- Quæ *causæ.*
  - Efficiens:
    - Ratio,
    - Timor,
    - Cogitatio *de Deo sine verbo.*
    - Diabolus.
  - Materia, *in qua est mens. Materia, circa quam illa res, cui tribuitur auxilium, ad quam quis confugit, tanquam ad Deum.*
  - Formalis, *est ipsa opinio de Deo, vel defectio à vero Deo, colere aliquam creaturam, vt subueniat in periculo.*
  - Finalis, *colere vt liberet.*
- Qui *effectus.*
  - Ira *Dei.*
  - Omnis *generis calamitates.*
  - Pœnæ, *quas Deus imponit propter idolatriam.*
- Quæ *cognata.*
  - Blasphemia,
  - Hypocrisis,
  - Impietas.
- Quæ *pugnantia. Veri cultus Dei.*

De Ido-

De Incredulitate.

Loci sex.


- Quid *sit. Est enim radicalis malitia & impietas. Vel est, non credere Filio Dei, Ioan.3.d.36. Hæc enim est, quæ in Scripturis damnatur. Cæterum non quibusuis Patribus credere, non credere Romano Pontifici, non damnat, credat modò aliquis Filio Dei.*
- Quis *sit incredulus. Qui audit quidem Verbum Christi, sed illi non credit: Vnde Ioan.12.g.47. Si quis audierit verba mea, & non crediderit, &c. Incredulus ergo propriè dici nō potest, qui nondum audiuit: id est, cui nondum est prædicatum. Rom.10.c.14. Quomodo credent ei, de quo non audierunt?*
- Quosdam *esse incredulitatis gradus, & incredulos alios aliis esse sceleratiores, Ioan.6.g.64. Nouerat enim qui essent non credentes, & quis esset traditurus eum. De proditore specialiter, tanquam prodigiosæ malitiæ homine meminit. Erat & ille incredulus, sed incredulitati adiunctam habuit peculiarem malitiam. Ita & nunc multi sunt increduli, sed ita, vt alij alios incredulitatis exemplis superent. Incredulorum alij superstitiosi sunt: alij nihil habent superstitionis, Epicureismi multum: alij peculiari sunt perfidia præditi, ita vt quæstus gratia ipsam Domini veritatem, Ecclesiam, & omnem pietatem simulatione familiaritatis prodere non dubitent.*
- Quę *causæ incredulitatis.*
  - Ingenij *nostri corruptio, qua fit, vt nullo rerum cœlestium sensu tangamur.*
  - Insolentia *credendorum: quæ enim de regno Christi dicuntur, talia sunt in se, vt tanquam insolentia videantur incredibilia.*
  - Despecta *& vilis Christi conditio: nempe forma serui.*
- Quæ *sint veræ incredulitatis notæ.*
  - Cognitam *veritatem negare & insectari.*
  - Bonitati *Dei diffidere, & dicere: Odit me Dominus, Deut.1.c.27.*
  - Deo *detrahere.*
  - Contra *Dei Ministros murmurare.*
- Quæ *pœna incredulorum.*
  - Non *videre vitam, Ioan.3.g.36.*
  - Iræ *Dei obnoxium esse.*

De Tentatione Dei, qua impij Deum tentant.

Loci quatuor.

- Quid *sit. Est enim illi nec credere, nec fidere, sed certo aliquo signo, vel quid possit, vel quo sit animo, experiri velle.*
- Vnde *nascatur. Ex reprobi cordis incredulitate, Psal.78.d.18.22.*
- Quot *modis tentatur Deus.*
  - Dubitando *de*
    - Potentia *eius, quando non creditur posse præstare, quod vires ac iudicium humanæ rationis excedit, Iudith.8.c.11.*
    - Prouidentia *& beneuolentia Dei, quando de voluntate eius dubitatur, vel quando diuinæ prouidentiæ experimentum miraculo quæritur, Psal.78.c.11.*
    - Iustitia, *quando non creditur de reprobis ac impœnitentibus sumpturus supplicium. De hoc Malach.3.a.8.*
    - Patientia, *quando de patientia eius dubitatur, vel patientia Dei & ira per impœnitentiam tentatur.*
  - *Quatuor modis,*
    - Periculosum *aliquid contra vel præter verbum Dei præsumendo. Hoc plerumque fit, quando media diuinitùs data contemnuntur, Matth.4.d.38.*
    - Non *fidendo Deo, cùm media auferuntur.*
    - Grauia *contra Christianis imponendo, Actor.15.c.10. Vt dum traditionibus humanis conscientiæ Christianorum, quasi iugo quodam intollerabili aggrauantur.*
- Quantum *malum sit tentare Deum. Si enim hominem tentare malo animo ac curioso, peccatum est magnum, quantò magis Deum tentare grauissimum est peccatum. Nam de illo Sperandanobis sunt omnia bona, ac verbo illius fidem debemus in omnibus, vt non liceat nobis vel potentiam, vel prouidentiam, vel iustitiam, vel patientiam illius sine grandi sacrilegio tentare.*

De Missa Papistica.



A. Necessa-

A.
Necessaria de congruo, quæ si præter necessitatem omittat Sacerdos, mortaliter peccat. Horum duo sunt genera,

- Impedimentorum remotio, vt sunt
  - Culpæ mortales.
  - Pœnæ canonicæ.
  - Pura irregularitas.
  - Excommunicatio.
  - Suspensio.
- Applicatio conuenientium, vt sunt, vt
  - Sacrificulus ieiunus sit à medio noctis, vt nihil omnino sumat.
  - Præditus sit munditia corporali, sic vt ne per somnium quidem immunditiam corporis contraxerit.
  - Manus lauet, & capillos componat.
  - Ad minimum matutinas preces & accessum Altaris, à Celestino institutum, præmittat.
  - Ad certum præscriptum vestibus sit indutus, ei sacro conuenientibus. Vestes sunt, alba, cingulum, manipulus, stola, &c.

B.
Necessaria actioni Missæ, instituta scilicet ab Ecclesia, id est, Pontificibus Romanis, & actioni huic deputata: & hæc sunt duplicia:

- Simpliciter necessaria, vt
  - Oratio Dominica.
  - Verba institutionis.
  - Canon, in quo reprehendendum est, quòd
    - Panem & vinum illibata sacrificia vocat: neque enim Christus panem & vinum in Cœna obtulit, sed corporis & sanguinis sui sacramentum esse voluit.
    - Mentionem facit sacrificij laudis, quod cõmune est omnibus fidelibus. At dimissantibus tantùm tribuunt.
    - Homo peccator orat ad Deum, vt velit acceptum habere Filium suum, propitioq; e ad illum respicere vultu, cùm nos etiam per illum gratiam simus adepti.
    - Christi sacrificium comparat Abelis, Abrahæ & Melchisedeci sacrificio.
    - Orat, vt Deus Pater iubeat hæc: id est, corpus & sanguinem Christi perferri in sublime Altare per Angelum.
    - Ad intercessionem Sanctorum demortuorum confugit.
- Necessaria de congruo, vt
  - Cantus, vt—
    - Introitus.
    - Kyrie eleyson.
    - Gloria in excelsis.
    - Collectæ, Gradualia,
    - Offertorium, &c.
  - Locus consecratus ab Episcopo.
  - Altare lapideum consecratum.
  - Candelæ in Altari ardentes.
  - Tempus congruũ, vt publicæ Missæ hora nona, priuatæ verò ab initio diei vsque ad nonam celebrentur.
  - Canonis recitatio sub silentio.
  - Aqua vino mixta.
  - Calix aureus, aut argenteus.
  - Hostiæ diuisio in tres partes.
  - Gestuum & signaculorum crucis obseruatio.
  - Caput & barba rasa. Seruitor respondens. Orationes meritoriæ.

C.
Abusus: hi sunt duplices. Alios enim

- Iustificant, vt sunt
  - Lingua peregrina.
  - Non annuntiare mortem Domini.
  - Missare citra communicationem.
  - Ablatio alterius speciei.
  - Adoratio panis.
- Non iustificãt, sed tñ nõ emendant, vt quòd
  - Missas sine intellectu celebrant.
  - Missas sine religione ac deuotione celebrant.
  - Propter quæstum Missas celebrant.
  - A scortatoribus, concubinarijs, incestis & Sodomitis celebrantur Missæ.

Collatio Mercaturæ ciuilis & Pontificiæ contentione quadam demonstratiua descripta.

Mercatores Ciuiles.	Mercatores Pontificii.
Hi vestitu nil differunt à reliquis.	Vestitv differunt ab alijs.
Non radunt isti verticem.	Sunt raso vertice, chamæterem habentes Bestiæ.
Propriam mercem diuendunt.	Alienam diuendunt pro sua.

Mercem *bonam ac synceram diuendunt.*
Non vbique, *sed quibusdam tantùm locis suas merces vendunt.*
Diebus *festis, præsertim celebrationibus cessant.*

Vnum *aliquod mercaturæ genus exercent: aut enim lanam, aut sericum, aut frumentum, aut vinum, aut pecora, aut metalla distrahunt.*
Non *quibusuis merces suas distrahunt.*

Horum *cupiditati seruit terra, in qua solùm mercaturam exercent.*

Vendunt *aliquid vnde ad emtorem aliquid perueniat.*

Ex *vestitu suo precium mercis non augent.*

Eandem *rem vni vendunt.*

Ad *faciendum quæstum preciosa sæpè vtuntur materia.*

Emtam *mercem diuendunt.*

Regna *lucrari non possunt.*

Pauperiores *non reddunt emtores.*

Neminem *cogunt ad suarum mercium emtionem.*

Vendunt *suam rem illis, quibus non erat propria.*

In *distrahendis mercibus non gladiantur.*
Conuocat *hos nundinarum dies.*

Adulterinam *mercem pro syncera diuendunt.*
Vbique *mercaturam suam exercent, vt nullus sit omnino locus, quem non suis repleuerint tabernis.*
Nullum *anni tempus intermittunt, imò festis diebus negotiantur magis.*
Omnis *generis merces tractant: quæstum enim faciunt ex omnibus rebus in vniuersum.*

Nihil *est quod horum manus effugiat, non viri, non mulieres, non infantes, tàm nati, quàm nascituri.*
Istorum *cupiditati seruit cœlum, infernus, terra, tempus ipsum, & omnes planè creaturæ, tum animatæ, tum inanimatæ: vinum, panis, oleum, lixium, lac, butyrum, caseus, aqua, sal, ignis, &c.*
Vendunt *aliquid, & carè quidem, vnde nihil ad emtorem perueniat, propter solum aspectum rei venditæ, vt crucem in funere, imagines, Missam, &c.*
Hîc *ex mercatoris vestitu precium augetur: quo enim Abbas decantat, aut Episcopus, multò constat maioris, quàm alicuius Monachi, seu Vicarij Missa. Qua in re nihil differunt à meretricibus ornatioribus, quæ turpitudinē suam vendunt cariùs.*
Eandem *rem eodē temporis punctō pluribus diuendunt in solidū: & quidē inscijs emtoribus, vt Missam eandē, &c.*
His *ad faciendum quæstum nō aliqua opus est preciosa materia: nam vel ceræ particulam sibi fructuosam faciunt. Præses illorum mirabili quodam artificio plumbum conuertit in aurum, deinde pileos maximo vendit.*
Furto *ablatum, vt si cereum affigatur, corripit inde Monachus, & pluribus deinde vendit.*
Hi *imperia, regna, prouincias, vrbes & possessiones amplissimas mercatura sua ad se traduxerunt.*
Hi *sæpè Reges Principes & spoliatos rebus omnibus in summas coniecerunt angustias.*
Cogunt *inuitos vt emant, & si quis recuset, hæreticum esse clamitant.*
Vendunt *nō suam rem, & his ad quos ea propriè pertinet, & quidem compluribus rem vnam, vt sonitum campanæ, terram, &c.* (beat.
Decertant *velut vultures de cadauere, vbinā sepeliri des*
Istos *campanæ sonitus, qui vbi audiatur, mox accurrunt, nec discedunt nisi ablata præda.*

De falso Transsubstantiationis Papisticæ dogmate.

TABVLA I.

REFELLITVR transsubstantiatio

- Verbo Dei: quia
  - Christus *panem accepit, fregit, dedit, iussit accipere, edere: Et poculum vini accepit, & Discipulis suis dedit, & dixit: Bibite ex hoc omnes. Non aliud ergo quàm panis & vinū esse potuit, quod illos edere, bibere præcepit Christus.*
  - Quòd *Christus corpus suum, Paulus communionem appellat corporis, nō varietate verborum à Christi mente dissentiens, sed Spiritu intelligentiæ Christum exponens. Nempe eos qui panem dignè edunt, participes esse corporis eius.*
  - Christus *prius quam poculum vini Discipulis tradidisset, dixerat illis: Accipite hoc, & diuidite inter vos: iam cùm sanguis Christi diuidi non possit, sed integer in Sacramento Spiritualiter sumatur, nulla alia de re, nisi de vino, quod illis diuideretur, quod ab illis biberetur, hæc intelligi possunt.*
  - Christus *communione finita dixerat Apostolis: Non bibam de fructu vitis, &c. Constat autem nec Christi sanguinem, nec vini accidentia (quæ sola remanere putant Papistæ) fructum vitis esse, sed vinum. Nam propter vinum fructus vitis alius nullus est.*
  - Paulus 1. *Cor.* 11. *vbi de Cœna agit, quater panem ac poculum nominauit, nec vllius vnquam transsubstantiationis, aut accidentium sine substantia permansionis mentionem facit: manet ergo panis & vinum etiam post consecrationem. Vnde perspicuum est, Papisticam hanc de transsubstantiatione doctrinam verbo Dei apertè repugnare.*
- Ordine *naturæ & ratione, & seq. Vide literam A.*

A. Ordine

Ordine *naturæ & ratione, quæ verbo Dei annexa, magnum ad veritatis confirmationẽ momentum adfert. Quia*

- Naturalis *ratio à vacuo abhorret, & sustinere non potest, vt locus aliquis sit, qui corpore non compleatur. Atqui, detracto pane & vino, locus in quo antè erant, & vbi nunc etiam accidentia existunt: contra vniuersum naturæ ordinem, nulla substantia repletur, sed vacuus existit.*
- Vinum *etiam consecratum, vt vocant, si diutius seruetur, in acetum conuertitur, & panis mucidus fit. Quod vtique non fieret, si nullum ibi vinum, aut panis esset, quod acescere, aut mucescere posset.*
- Contra *naturam accidentium est in nulla re subiecta consistere. Si enim sunt accidentia in aliquo hærere illa necesse est. Si verò nulli rei insunt, nec ipsa accidentia sunt.*
- Contra *naturam est substantias ex accidentibus gigni, & accidentia in substantias conuerti, vt cùm panis mucidus fit, & in vermes conuersus, aut vbi vinum acescit. Item corpus in loco esse, & locum non explere: Rei alicuius generationem esse, sine cuiusquam corruptione, aut ex nihilo aliquid fieri, & in nihilum aliquid mutari.*

Sensuum *iudicio. Quæ enim in conspectum cadunt quotidianum, auditione accipimus, quæ manibus tenemus, his fidem derogare non iubemur. Quanquam enim fidei altitudinem sensus non attingant, in his tamen, quæ quotidie sensibus comprehenduntur, fides sensibus non aduersatur, sed sensus potius fidei stabilitatem confirmant. Id in Thoma, Ioan. 20. manifestum est. Iam verò si oculi testes citentur, panem & vinum se videre dicunt, & nares odorari, ora gustare, manus tractare se panem & vinum asseuerant.* 4.°

Absurdis, *quia*

- Si *corpus Christi in Sacramento ex pane sit, non est idem corpus, quod natum est ex Virgine, & passum: atq; ita Christus non vnus est, sed alius ex Maria, alius ex pane natus.*
- Si *panis & vinum non remanent, sed sola accidentia, fateri coguntur Papistæ, accidentia frangi, edi, bibi, diglutiri sine vlla prorsus substantia.*
- Si *transsubstantiatio est, fateri coguntur Papistæ panis & vini accidentia, absque vlla cui nitantur substantia in aëre pendere, vt candor maneat, sed nihil sit album, color maneat, sed nihil sit coloratum, rotunditas maneat, sed nihil sit rotundum, magnitudo maneat, sed nihil sit magnum, suauitas adsit, sed nihil sit suaue, mollities sine aliquo molli, fractio sine re fracta, diuisio sit, & nihil diuidatur: Reliquæque qualitates & quantitates absque vllo omnino subiecto per se subsistant.*
- Fateri *coguntur transsubstantiatores, substantiam corporis Christi ibi reipsa & naturaliter sine vllis accidentibus adesse.*
- Coguntur *fateri transsubstantiatores, locum, vbi panis & vini accidentia sunt, nullam habere ad se explendum substantiam, sicq; vacuum confitentur.*
- Asserere *coguntur, cùm panis mucidus & in vermes conuersus, aut, vbi vinum acescit, substantiam ex accidentibus effici.*
- Coguntur *fateri, substantiam solis accidentibus, sine vlla substantia metiri, si quando felem, murem, canem, aut aliud quoduis animal sacramentalem panem deuorare contingat.*
- Si *sacramentum comboreretur, cogerentur fateri Papistæ, Christi corpus verũ combustum esse, non panem.*
- Si *vinum consecratum, adhibito veneno aliquem necaret (quemadmodum ex Episcopis Romanis complures testificari possunt, qui partim alios veneno sustulerunt, partim ipsi veneno sublati sunt) sanguini Christi hoc veneficium assignabitur, non vino. Quod quidem illi tribuere impiissimum est.*

Vltra *Spiritum Sanctum homines etiam censebuntur formatores corporis Christi.*

Veræ ac Papisticæ doctrinæ de præsentia Christi in Cœna antithesis per circumstantias tractata.

TABVLA II.

DOCTRINA PAPISTICA.	DOCTRINA VERA.
Vbi sit corpus Christi in Sacramento.	
Dicunt illi, *Christum in pane & vino esse: id est, sub speciebus panis & vini.*	Nos *dicimus, Christum in illis esse, qui dignè panem hunc & vinum percipiunt.*
Dicunt illi, *Christi corpus multis in locis vno atq; eodem tempore simul esse, asserentes Christum reuera, & corporatè præsentem, vbicunque panes consecrati sunt.*	Nos *dicimus, Corporatè Christum in cœlo esse, figuratè in pane & vino, spiritualiter in his, qui panem & vinum dignè percipiunt, & in Christum credunt.*
Corpus Christi in quam partem hominis ingrediatur.	
Docent illi, *Vbi quis hæc elementa perceperit, Christum in os, fortasse etiam in ventriculum, sed non vlterius ingredi.*	Nos *dicimus, Christum in toto homine esse, tum in corpore tum anima eius, qui dignè hæc elementa percipit, nedum in ventre, aut ore.*
Quomodo percipiatur, & intret.	
Illi *dicunt, Christum ore percipi, & cum pane intrare.*	Nos *dicimus, Mente tantùm & anima percipi, & per fidem intrare.*

Quamdiu sit corpus Christi in pane.

Illi *dicunt, Christum in sacramentali pane etiam integrum annum asseruato, vel quamdiu forma panis maneat, re ipsa inesse, sed post perceptionem sacramenti, vbi panis ore teritur, & in ventre mutatur, in cœlum auolare asserunt.*

Nos *dicimus, Christum in homine dignè panem percipiente remanere, quamdiu homo membrum Christi manet.*

Quo membrorum situ & compositione corpus Christi in pane sit.

Illi *dicunt, In Sacramento corporata Christi membra minimè locis inter se disclusa esse, sed vbicunq; caput sit, ibi pedes, & vbicunq; brachia fuerint, ibi tibias: ita vt in singulis panis frustulis integrum caput, integros pedes, carnem, sanguinem, cor, pulmonem, latera, omniaque confusa, sine vlla partium vel distinctione, vel differentia esse dicant.*

Nos *dicimus, stolidam ac anilem cogitationem esse, sanctissimum ac perfectissimum Christi corpus in tam prauum turbatum & monstrosum corpus conuertere.*

Qui edant corpus Christi.

Illi *dicunt, Tàm bonos, quàm malos, quosque Christi corpus edere: imò canem etiam & catum corpus Christi edere, si fortè sacramentalem panem edant.*

Nos *dicimus, Bonos ac malos sacramẽtalem panem & vinum percipere: sed neminem verum Christi corpus & sanguinem sumere, nisi qui verum corporis Christi membrum fuerit, nec vllam terrenam creaturam praeter hominem carnem & sanguinem Christi percipere posse.*

Illi *dicunt, Patres & Prophetas non percepisse corpus & sanguinem Christi.*

Nos *contrà dicimus, Corpus & sanguinem Christi illos percepisse fide in venturum.*

Quando edatur corpus Christi.

Illi *dicunt, Bonos corpus & sanguinem tum solùm percipere, cùm sacramentalem percipiunt.*

Nos *dicimus, Illos tam diu vesci & ali Christo, quamdiu membra corporis illius sunt.*

Quomodo adsit corpus Christi.

Illi *dicunt, Corpus Christi in Sacramento suam propriam formam & quantitatem habere.*

Nos *dicimus, Ibi Christum sacramentaliter & Spiritualiter adesse, sine vlla vel forma, vel quantitate.*

Illi *dicunt, Corpus in loco esse, & locum nõ explere, eò quòd panem euanescere putent, manentibus tantùm accidentibus sine subiecto.*

Nos *dicimus, hoc contra vniuersum naturæ ordinem esse, locum aliquem esse, qui corpore non compleatur. Natura enim à vacuo abhorret.*

Corpus Christi quoties, & vnde efficiatur.

Illi *dicunt, Corpus Christi quotidie toties effici, quoties missatur, & ex pane effici, sanguinem ex vino.*

Nos *dicimus, Christi corpus semel tantùm effectum, idque non ex panis & vini, sed virginis Mariæ substantia.*

De Antichristo.

DESCRIBITVR in Scripturis sacris Antichristi

Aduentus, vbi dicit:

Quando *venerit. In viuis fuit etiam Apostolorum temporibus, verùm donec Imperator Romanus fuit, potentia Romana præditus, Antichristi regnum emergere non potuit. Vbi destructum fuit, tunc vacantem Imperij principatum inuasit, & tentauit ad se rapere, & hominũ, & Dei imperium. Huc respicit illud 2. Thes. 2. c. 9. Tantum qui vsque nunc detinet è medio fiat: id est, tollatur. Vide 1. Ioan. 2. c. 18. & 3. 4. 7.*

Ex *quo ordine prodierit Romanus ille Antichristus: In Iuda, qui Ioan. 17. c. 12. Filius perditionis à Christo, vt à Paulo Antichristus vocatur, satis monstratũ fuit, ex ipso ordine eorum, qui se pro successoribus Apostolorum haberi volunt, prodituros Antichristos, qui Christum ipsum vendant, & quantũ in ipsis est ad crucifigendum pro vili precio tradant. Hanc maculã Romana sedes, quæ se iactat Apostolicã, in sempiternũ nõ delebit. Non est sedes Petri Romæ, sed Iudæ proditoris, filij perditionis, q palã vendit claues, altaria, Christũ.*

A quo *missus. Neq; missus est, nec vocatus à Deo, sed vltrò, instinctu Satanæ in Ecclesia Christi, diuersa ab Euangelio Christi docendo, subingressus, cuius operatione ad miraculũ vsq; instructus est. Vt sicut Euangelium Christi multis miraculis confirmatũ est, ita Euangelium suũ miraculis quibusdam, operatione Satanæ stabiliat. Vide 2. Thess. 2. c. 9. Propterea Paulus 2. Cor. 11. c. 13. Pseudapostolos Ministros Satanæ vocat.*

An *vnus sit Antichristus, q venturus prædicatur ab Apostolis. Etsi Apostolus 2. Thes. 2. de vno ac certo quodam homine loqui videatur, qui malitia sua excellat cæteros peccatores, vt non sibi tantùm, sed & alijs sit perditionis autor: si tamen consulantur vaticinia Danielis, & quæ in Apocalypsi habẽtur de Antichristo, manifestum erit, nõ posse ea in vno homine compleri, quamuis in singulari vox Bestia, Draco, & Cornu patur, sed referenda esse ad integrũ illius regnũ, in quo multæ personæ dominiũ exerceant, sicut & quarta bestia, quæ Romani Imperij typũ in Daniele gerit, non vnius tantũ, sed multorũ Regum personas complectitur. Vide 1. Ioan. 2. c. 18. Et nunc Antichristi multi cœperũt esse, &c. Falluntur ergo veteres quidam Scriptores, qui sentiunt notari in Paulo, 2. Thes. 2. c. 9. vnũ quendã hominẽ, qui paulò ante Christi aduentũ insigniter malus, venturus sit, & quosuis ad se partim imposturis suis illecturus, partim violenter adacturus. Et de hoc tradunt, q prodituras sit ex populo Iudæorum, de Tribu Dan, & totus in peccato concipiendus, & nasciturus, & q in ipso conceptionis illius initio, matris eius vterũ ingressurus sit Diabolus, ac virtute sua illum imbuturus, atq; ita cũ eo semper futurus, quo totus fiat iniquus & perditus. Et de loco nativitatis eius tradunt. Hunc dicũt fore ciuitatẽ Babyloniæ. Educationi illius tribuũt ciuitates Bethsaidã & Chorozaim, Regno verò Hierosolymam. Hæc si vera essent, sequeretur apostasiam illam, de qua loquitur Apostolus, 2. Thes. 2. c. 9. nondum cepisse, atq; ita nec Mahometicam, nec Papisticam ad illam esse referendam.*

Nomen, *appellatio, &c. Vide literam A.*

A. Nomen

Nomen, appellatio, & epitheta: vocatur tenim

- Aduersarius *Christi*, 2. *Thess.* 2. c. 9. *Per impostu*ram *enim aduersatur Christo, venditans se pro vicario Christi.*
- Homo *sceleros*us, *vel homo peccati*, 2. *Thess.* 2.
- Ἄνομος, *iniquus*, 2. *Thess.* 2. *quia nullis legibus vult esse subiectus, nec diuinis, nec imperialibus, sed secundum scrinium pectoris sui facit omnia, liberaq; tyrannide dominatur in Ecclesiis.*
- Vicarius *Christi*: *Vtrumque enim sonat Antichristus, & aduersarium, & vicarium Christi, nam* præpositio ἀντὶ *& contra, & pro significat, vt Antichristus sit & is, qui aduersatur Christo, & vicarius Christi, qui locum Christi teneat. Sicut* ἀντιβασιλεὺς, *& proregem, vt vocant, & aduersarium Regis, &* ἀντιπάτρος *tam propatrem, quàm aduersarium patris, &* ἀντικύριος *non solùm aduersarium, sed & vicarium domini sonat. Quemadmodum igitur, qui seipse proregem facit, cùm nihil à rege potestatis acceperit, hoc ipso regi aduersatur, & Regiæ maiestatis reus efficitur, etiãsi omnia se pro rege facere iactet, & vbique regis nomen factis suis prætexat. Ita omnino Romanus Antichristus hostis est Christi, & verus Antichristus, dũ non solùm aduersarius est, sed & vicarium se illius esse iactet, omnem sibi potestatem illius summa temeritate vendicat, & nomen illius suis nequitijs ac præceptis prætendit. Rectè igitur se vicarium Christi appellat.*
- Inimicus *crucis Christi*, *Phil. p.* 3. *c.* 18. *quòd doctrinam crucis Christi impugnet.*
- Filius *perditionis*, 2. *Thess.* 2. *c.* 12. *eò quòd perditioni æternæ destinatus sit, sicut & Iudas, qui & ipse Filius perditionis à Christo, Ioan.* 17. *c.* 12. *appellatur.*

Sacerdotium, *vbi consideretur, &c. Vide literam B.*

Ecclesia. *quæ est cœtus impurissimorum nebulonum, Cardinalium, Monachorum, Sacerdotum, quæ non habet viuos, sed mortuos Sanctos, ac propterea omnino profana est.*

A.

Regnum: vbi disce:

Quæ sit Regni huius

- Sedes. *Sunt enim huius Antichristiani Regni duæ sedes: Vna in Oriente, altera in Occidente, vt etiam hoc nomine conferri possit bicorni bestiæ, cui in Apocal.* 13. *c.* 11. *duo cornua dantur. Romanus Antichristus non dementauit Orientales, sed Mahometes, Mahometes non seduxit Occidentales, sed Orientales.*
- Lex, *quæ est, hæreticis datam fidem publicam seruandam nõ esse. Hanc legem perpetuò obseruat, vt plures hac ratione perdere possit.*
- Lingua: *Nam in hoc regno quæ lingua incognita recitantur, & canuntur in Templis pluris æstimantur, quam verbum doctrinæ, quod prorsus à Prælatis ac Episcopis neglectum iacet.*
- Potentia, *quæ quidem non Apostolica aut Euangelica est, sed quæ cum Regum ac Principum potentia iam olim certare cœpit.*
- Pompa *fastuosissima, qua Antichristus nõ vt Minister, ac seruus Dei, Templum Dei, vt ibi Domino seruiat, & Euangelium prædicet secundum Christi exemplum ingreditur, sed instar idoli humeris Leuitarum, ac si Deus esset, magna præcedentium ac sequentium purpuratorum caterua baiulatur, inq; Templum Dei suspiciendus & adorandus collocatur. Non erat satis regium fastum imitari, talis placuit, qui diuinitatem quandam præferret, qualis est pompa idolorum, quæ (sicut Baruch.* 6. *legitur) primò humeris baiulorum portantur: deinde per turbam præcedentium & sequentium adorantur: tertiò, auro, argento, serico, purpura, coronis, &c. ornantur: quartò, præstantiori loco in Templis collocantur, non vt ibi aliquid agant, sed vt adorentur. Tale idolum Satan è Pontifice Romano fecit. Atque hoc est quod Paulus* 2. *Thess.* 2. *dicit, adeò vt in Templo Dei sedeat.*

Quamdiu *Regnum hoc emergere nõ potuerit. Quamdiu videlicet Imperator Romanus fuit potentia Romana præditus.*

Quibus *rebus fundatum. Prætextu, videlicet doctrinæ Christi, veritatis & salutis Christianorum.*

Cur *triplex diadema in vertice habeat Antichristus Romanus. Quia vindicat sibi omnem potestatem in cœlo, terra, & inferis.*

Quomodo *consummabitur hoc Regnũ. Verbo Euangelij, & claritate aduentus Christi,* 2. *Thess.* 2. *c.* 9. *Regnum Christi in medijs persecutionibus & morte piorum promouebit, ita Regnum Antichristi sæuiendo interibit.*

Virtutes, *vt sunt, &c. Vide literam C.*

B. Sacerdotium, vbi consideretur

- Doctrina, videlicet
  - Qualem *Christum annuntiet. In quo videlicet possit seculariter diteſcere, otiari, regnare, & turpiſsimum exercere quæſtum, vendere claues, altaria, merita Sanctorum, & Christum ipſum.*
  - Quale *Euangelium prædicet. Hiſtoricum ſcilicet, à quo fidem & ſpem ſeparat, non Apoſtolicum, imò nugas traditionum humanarum pro Euangelio.*
  - Qualia *decreta illius. Qualia 1. Tim. 4. a. 3. à Paulo deſcribuntur.*
  - Quales *Doctores. Quales videlicet 2. Tim. 3. a. 3. & 4. a. 1. à Paulo deſcribuntur.*
  - Quo *prætextu doctrinam ſuam Romanenſem propaget. Quòd videlicet Romana ſedes mater ſit Eccleſiarum, ex qua fides in Chriſtum in totum orbem promanauit. Ideóque iure ac poteſtate primatus excellat omnes Eccleſias, vt nulla in re cuipiam traditionibus ac decretis illius contradicere liceat. Ex eo igitur quòd profuit orbi, tandem ingens & perniciosiſsima peſtis per aſtutiam Satanæ conflata eſt.*
  - Qualia *miracula, quibus doctrinã ſuam confirmare conatus eſt. Ea ſunt triplici nomine mendacia,*
    - Actu, *quatenus non verè ſic agebantur. ſicut ſpectantibus apparebant, ſed fingebantur, vt eſſent præſtigia. Eiuſmodi miraculorum artifices abundare cœperunt in Papatu, vbi cultus idolorum, & quæſtus Eccleſiaſticorum inualuerunt, cui nequitiæ magicæ illuſiones ſubſeruierunt.*
    - Prætextu, *quia cum operatione Satanæ ſigna faciat, nomen & virtutem Chriſti prætexit.*
    - Scopo, *quia cùm inſtituta eſſent ad ſubuertendum Euangelium Chriſti, & confirmandam doctrinam & regnum Satanæ, ſeducendosq; eos, qui in Chriſtum credunt, prætexitur aſſertu doctrinæ Chriſti, veritatis, ac ſalutis Chriſtianorum.*
- Sacrificium, videlicet
  - Miſſatio,
  - Boatus,
  - Hoſtiæ *adoratio.*

C.

- Virtutes, vt ſunt,
  - Tyrannis *& ſæuitia, de qua Dan. 7. c. 19. Apocal. 13. c. 12.*
  - Superſtitio, *Coloſſ. 2. d. 23. qua religio Chriſtiana coram Iudæis & Turcis infamis redditur.*
  - Spes, *beata Virgo, ſanctus Michaël, non Deus.*
  - Puritas, *quæ eſt in cœlibatu impuriſsimo. Hæc puritas Turcica ac Sodomitica eſt. Hinc Apocal. 13. c. 17. Meretrici comparatur Antichriſtus.*
  - Adulatio, *qua auditores ſuos inescare ſolet.*
  - Studium *perueſum, vt*
    - Poteſtatem *Chriſto abripiat.*
    - Communicationis *inſtitutionem infringat.*
    - Supra *Deum ſe efferat.*
    - Ab *omnibus ſuſpiciatur, & adoretur.*
    - Poteſtatem *diſpenſandi contra vetus & nouum Teſtamentum ſibi ſumat.*
  - Superbia. *Huius Antichriſtianæ ſuperbiæ ſeptẽ ſunt gradus.*
    1. Epiſcopalis *honor, quo cæteris præeſſet Epiſcopis.*
    2. Ambitio *primatus, pro quo contenderunt principalium Eccleſiarum Epiſcopi, videlicet Conſtantinopolitanus, Antiochenus, Romanus, & Alexandrinus, non contenti titulo Epiſcopatus, niſi & Patriarchæ poſtea, & vniuerſales Epiſcopi vocarentur. Ambitio hæc tandem in Romano tanquam Occidentali Antichriſto peruicit, ac ſupremas obtinuit.*
    3. Quòd *ſe dominum, & caput, & ſedem ſuam dominam, & matrem omnium Chriſti Eccleſiarum conſtituit, non vt eas regeret, & paſceret verbo, ſed vt ad omnem ſibi libidinem, quæſtum & dominatum ſubiectas haberet. Id quod obtinere nequiuiſſet, niſi primum reliquorum Epiſcoporum miniſterium, officium, curam & poteſtatẽ enerualſet, ac ſuo dominatui ſubiecisſet, diſtinct. 22. can. omnes.*
    4. Subiectio *Imperatorum, Regum, ac Principum: vnde hãc ſibi temeritatem ſumſit, vt Imperatores deponeret, ac ſubditos illorum à fide & obedientia debita abſolueret.*
    5. Conciliorum *conuocatio: negat enim licere vocari Concilium, niſi per Romanum Pontificem: deinde contendit Concilium non eſſe ſupra Papam, ſed Papam ſupra Concilium. De vtroque vide diſt. 17. per totum. Item 97. can. 1. & 2. & cauſ. 2. q. 6. can. ideò. & can. ſignificaſti. de Electione. & diſt. 15. can. ſicut Sancti. Sic ſibi pulcrè cauit, ne vlla poteſtate impediri queat, quominus perpetuum agat Antichriſtum.*
    6. Plenitudo *poteſtatis: eò enim vſque effertur, vt Chriſto etiam Domino eam poteſtatem abripiat, quam ille à Patre accepit, vindicat ſibi poteſtatem in cœlo, terra, & inferis.*
    7. Conatus *quo ſe etiam ſupra Deum extollit, 2. Theſſ. 2. Daniel. 11.*
- Reuelatio *Antichriſti, &c. Vide literam D.*

D. Reue-

D. Reuelatio Antichristi. Hic dissice:

- Quando reuelandus fuerit. *Videlicet suo tempore, 2. Thess. 2. Iniquitas quidem Antichristi, temporibus etiam Apostolorum non fuit ociosa, sed agere cœpit, 2. Thess. 2. verùm non palàm, sed occultè. Palàm autem tum maximè agere cœpit, cùm Imperium Romanum, magnum illius impedimentum, destructum fuit. Neque tamen putandum est, destructo statim Imperio, perfectè Antichristum reuelatum fuisse: paulatim enim magis ac magis emersit, donec nostra hac ætate sic patefactus sit, vt obtegi amplius illius iniquitas nequeat, quantumuis Reges & Principes, lucem reuelationis illius, omnibus viribus & artibus extinguere conentur.*
- Quomodo *reueletur Antichristus, vt quis sit cognoscamus. Per lucem Euangelij, quæ reuelat abscondita tenebrarum, 1. Cor, 4. 4. 5.*
- Quæ *nota externa Antichristi*
  - Orientalis, *quòd manifestè aduersatur Regno, doctrinæ, ac fidei Christi.*
  - Occidentalis: *id est, Papæ, quòd nomen Christi suis nequitijs ac præceptis prætendit, & sub nomine Christi, Regnum, doctrinam, ac fidem Christi destruit, quo nomine detestabilior est idolo Turcarum Mahomete. Nota huius est & elatio, superbia, diuinitatis affectatio, 2. Thess. 2. c. 10.*

De Papistis.

PAPISTARVM

- Titulus. *Iactant enim titulum Ecclesiæ, & successionis ordinariæ, vt huius prætextu dominentur in Ecclesia: in qua tamen non, vt oportet, versantur solo titulo contenti.*
- Doctrinę: *vbi obseruanda:*
  - Quomodo *Christi doctrinam peruertant. Ita enim omnia peruersa sunt in Romanensi Ecclesia, vt quod Dominus probibuit ne facerent in omnibus Ecclesiis, vt impunè, ita & sine omni timore & pudore, quasi ita conspiratione, dominando, negotiando, & cogendo faciant. Quod verò vt facerent, præcepit, in diuersum peruertant.*
  - Quibus *loquantur aut prædicent suã doctrinã. Non hominibus, sed sibijpsis, nec cantãt, nec missant, aut orant, vt salui fiant homines, sed vt consulatur ipsorum aqualiculo.*
  - Quomodo *& quando verbum Dei tractent. Quando videlicet in Templis illud intermissandum, non quidem prædicant, sed adhibitis cereis ardentibus, lingua incognita decantant. Interea verò lucem verbi, ac veritatem illius, quibus possunt modis, obscurant, imò extinguunt.*
  - Qualem *doctrinam annuntient: doctrinam videlicet operum, quæ iubet homines in suis operibus confidere.*
  - Qualem *Christum annuntient: Annuntiant quidem vnigenitum Dei, verum Deum, Patri consubstantialem, & verum hominem: verùm in eo deficiunt, quòd non prædicant illum vnicam nostram iustitiam, & vnicum Mediatorem, sed in causa iustitiæ & salutis nostræ adiungant illi, partim intercessiones & merita Diuorum, partim sacrificia vnctorum & rasorum, partim bona opera nostra, & præterea Romani Simonis indulgentias. Ac talem prædicant Christum, in quo possint seculariter ditescere, otiari, regnare, & turpissimum in Ecclesiis exercere quæstum, vendere claues, merita Sanctorum, Altaria, sacra, & Christum ipsum. Non prædicant igitur talem Christum, qualem prædicauit Apostolus, & post Apostolum fideles verbi Ministri prædicant, ob quam causam pro hæreticis habentur, & grauissimis odijs & persecutionibus exagitantur. Negant item Christum tradidisse omnia, quæ ad salutem pertinent.*
  - Qualem *fidem prædicent, ac requirant. Historicam scilicet: eam verò, quæ cordis est in Christum credentis, fiduciam, vnà cum spe vitæ æternæ non prædicant, ac negant hominem sola fide esse iustum.*
  - Qualem *spem prædicent. Spem videlicet in creaturas, vbi in beatam Virginem, quã solenni cantico vitam, dulcedinẽ, ac spem suam vocãt. Docent item spem ponere in indulgentias Papales, largo ære coemtas, vel in missarum nundinationes, vel ieiunia, & consimilia alia opera, vel fictam Monachorum sanctimoniam, vel Diuorum patrocinia.*
  - Qualem *satisfactionem annuntient. Non Christi videlicet passionem, & mortem, sed compensationem, quæ fiat à nobis sponte ex operibus non debitis pro peccatis & pœnis.*
- Cultus: *qui Sanctorum sit, non Dei. Putant enim eos multum posse coram Deo, propter ipsorum summam iustitiam, quam ex suis operibus, dum viuerent, sunt consecuti.*
- Mores: *qui tales sunt, vt forma sint omnium, non virtutum, sed vitiorum & scelerum. Mores sunt, ne quis pauper sit, ne pannosus, vt Romæ debita bene persoluat, bene seruiat, gestibus & verbis sciat applaudere, & bonum Gnathonem agere, de Pontifice, Cardinalibus & Episcopis bene sentire, se creaturam, non Dei, sed Papæ appellare, in cæremonijs peritum esse, &c.*
- Puritas: *Hæc est, esse cœlibem, & interim in omni genere libidinum, perinde atq; sues in volutabro luti, volutari.*
- Consuetudo: *vt, lingua incognita canere, non vesci quibuslibet, audire Missam, peregrinari, aspergi aqua lustrali, &c.*
- Imitatio: *Romana enim sedes prætexit Petrum, quem nunquam vidit, nunquam est imitata, sed nec hodie imitari conatur, & huius nomine vrget, vt se omnes Ecclesiæ Christi imitentur, cùm ipsa nec Christum, nec Petrum imitetur.*
- Cæremoniæ, *&c. Vide literam A.*

- Cæremoniæ: *vanæ scilicet & inutiles, ad hoc ipsum propositæ, vt obstupefaciant imperitos.*
- Missa *abominanda est & sacrilega.*
- Mysteria: *etsi enim histrionicè in sua Missa, & alijs insulsis ritibus ludant, mysteria tamen comminiscuntur, vt persuadeant nihil illic esse nisi diuinum.*
- Concilia: *in quibus Christus ipse cum sua doctrina damnatur.*
- Visiones: *quæ confictæ sunt, omnia autem errorum deliria, quæ olim fuerunt, & hodie regnant adhuc sub Papatu, ex somniis, spectris, falsis reuelationibus, & visionibus nata sunt.*
- Asylum: *non esse disputandum cum hæreticis, & ex Scripturis nihil certò posse statui, atqui si verbo Dei conficitur Sathan ipse, cur non ad profligandos hæreticos valebit?*
- Scripturis: *dum negant ex Scripturis quicquam certi posse colligi, & his adiungunt Pontificum decreta.*
- Præceptis: *dum ex præceptis consilia faciunt, & ex consilijs præcepta, & propter traditiones hominum transgrediuntur præcepta Dei.*
- Sacramẽtis: *vt dum*
  - Noua *Sacramenta fabricârunt.*
  - Baptismo *ritus quosdam, ac nugas addiderũt, vt* (*A.*)
    - Oleum, Sputum,
    - Sal, Saliuam,
    - Interulam,
    - Candelam,
    - Crucis *signacula,*
    - Exorcismos, *&c.*
    - Vanis *etiam quibusdam opinionibus adiectis.*
  - Cœnæ *Domini multa nihil ad rem faciẽtia adiecerunt, vt*
    - Introitum,
    - Canticum *Angelorum,*
    - Tractus, Sequentias,
    - Offertorium,
    - Præfationes,
    - Preces *malè consutas,*
    - Imagines,
    - Vasa *aurea,*
    - Vestes *sacras,*
    - Altaria *ad Orientem,*
    - Aquam *vino admixtam,*
    - Horam *certam,* Canonem, *&c.*
  - Abusus. *Abutuntur enim*
    - Quædam *illi detraxerunt, vt*
      - Vsum *poculi,*
      - Verba *consolantissima.*
    - Opiniones *quasdam impias adiecerunt, vt*
      - Gratiam *Dei externis elementis affixam esse.*
      - Missam *esse opus applicatiuũ, qđ viuis & mortuis prosit.*
      - Missam *in honorem Sanctorum, & pro mortuis celebrandam.*
      - Panem *in corpus transsubstantiari, &c.*
- Miraculis: *Miracula enim à verbo separant, & in alium finem detorquent, quàm deberent: nempe vt obscurent Dei nomen, & puram Euangelij veritatem suis commentis inficiant: vnde enim tot superstitiosi & impij Sanctorum cultus, nisi ex miraculorum abusu?*
- Angelica *salutatione: dum crassa inscitia salutationem hanc quasi magico exorcismo in precem vertunt, atq; eò prorupit vesania, vt Concionatoribus fas non sit, Spiritus gratiam pro suggestu petere, nisi per suum Aue Maria. Atqui præterquam quod sola gratulatio hîc habetur, temerè sibi alienum officium vsurpant, quod Deus non nisi Angelo iniunxit: bis autem stulta inuocatio, quod absentem salutant, atque hac ratione & in virginem Mariam contumeliosi, & præposteri illius cultores sunt.*
- Clauibus: *imaginarias enim claues stultissimè fabricârunt, quasi sint magica quædam Sacrificulorum potestas absque verbo Dei, cùm non alij vtantur clauibus, quàm qui doctrinæ ministri sunt, id quod ex voce Scientiæ, cuius meminit Lucas, cap. 11. g. 52. colligi potest.*
- Regno *Dei, quod in rebus externis situm esse docent.*
- Exemplis *Sanctorum: dum eorum exempla sine iudicio imitantur, cùm exempla non sint cernes rerum agendarum, sed verbum Dei omnium rerum canon sit. Propterea rectè Augustinus lib. 2. contra Gaudentij Epistolam, cap. 23. scribit: Non debemus, quicquid in Scripturis etiam Dei testimonio laudatos homines fecisse legerimus, consentiendo comprobare, sed considerando discernere, adhibendo iudicium, non sanè nostræ autoritatis, sed Scripturarum diuinarum, quæ nos, nec illorum hominum, quibus illic bonum ac præclarum testimonium perhibetur, omnia vel imitari, vel laudare facta permittit. Et Hieronymus: Ergo nec parentum, nec Seniorum error sequendus est, sed autoritas Scripturarum, & Dei docentis imperium.*
- Scripturæ *vocabulis, & seq.* *Vide literam B.*

Scripturæ vocabulis: vt
- Ecclesiæ: *dum Ecclesiam cœtum Cardinalium, Abbatum, Episcoporum, ac aliorum impurissimorum nebulonum appellant, cui præsit Papa: cùm ea demum Ecclesia sit, quæ cum Dei verbo coniungitur.*
- Mercedis: *dum somniant mutuam esse relationem inter mercedem & meritum, cùm promissio mercedis sit gratuita.*
- Pœnitentiæ: *dum illud ad externos nescio quos ritus transferunt, cùm pœnitentia sit spiritu mentis innouari hominem.*
- Ieiunij: *dum non ad acuendum precandi ardorem, sed alio aliud referunt, & ciborum tantùm vetitorum abstinentiam illud definiunt.*
- Clauium: *dum illud à verbo separant, vt suprà diximus.*
- Orationis: *cuius præcipuam virtutẽ loquacitatem esse existimant, & Sanctos, non Deum inuocant.*
- Fidei: *dum fidem historiam tantùm passionis, & bonos mores significare putãt. Vide dist. 11. can. consuetudo. Fides præcipua Curiæ Romanæ est, credere in Papam, vt Deum terrenum suspicere, et, si sit pessimus, tamen non dubitare illum esse caput Ecclesiæ, errare non posse, remittere plenariè, esse glãdio vtroq; decorum, posse in conscientias, in Purgatorium, omnia esse in scrinio pectoris eius.*
- Sanctorum: *eos enim solos pro Sanctis habent, qui in cœlestibus iam vnà cum Angelis agunt, quos & inuocant, & colunt.*
- Legis: *dum somniãt Legem externa tantũ opera requirere, & ex illis hominẽ iustificari & saluari.*
- Peccati: *dum peccatum mala tantùm actualia & externa significare putant.*
- Gratiæ: *dum distinguunt inter primam & secundam gratiam, quam operibus deberi putant, contra Apostolum, Rom. 11. a. 6. Quòd si per gratiam, iam non ex operibus.*
- Iustitiæ: *putant enim iustitiam nostram in perfectione virtutum constare, cùm Sanctorum iustitia in hoc mundo peccatorum remissione magis constet, quàm virtutum perfectione.*
- Bonorum operum: *dum bona opera vocant Obseruationem traditionum humanarum, cùm sint opera præcepta à Deo, & ex fide facta: nam sine fide sordent Deo omnia.*
- Confessionis: *dum nomine confessionis, vbiq; confessionem auricularem intelligunt.*

Conciliis, *diebus, nominibus Sanctorũ, cibis, templis, cæreis, lectionibus sacris, coniugio, & rebus ferè omnibus.*

Antithesis de Christi & Papæ operibus.

Opera Christi sunt actiones virtutum, vt

Iustitiæ.

NAM *ius suum cuique reddidit, vt Deo, Magistratibus, Parentibus, Israelitis, patriæ, religioni, &c. Nam, ne quemquam offenderet, vectigal etiam Principibus pendit.*

Docet *vnum Deum esse colendum.*
Idola *ac sculptilia non esse colenda.*
Nomen *Domini non esse temerè vsurpandum.*
Sabbata *esse sanctificanda: id est, Sanctis cogitationibus & operibus transigenda.*

Parentes *esse honorandos pietatis officijs.*

Non *esse furandum, adulterandum, occidendum, falsum dicendum, aliena non concupiscenda.*

Mansuetudinis.

Vindictam *non expetiuit, offensiones remisit, peccata condonauit, lites & contentiones non amauit.*

Fortitudinis & Constantiæ.

Euangelium *intrepidè annunciauit, Pharisæos, hypocritas constanti animo increpauit, sed & mortis periculo se exposuit, laboris patientissimus, vt mandatum Patris exequeretur, & Euangelium propagaret.*

Ementes *& vendentes intrepidè ex Templo expulit.*
Bellum *gessit cum Sathana, peccato, &c. omni patientia & fortitudine armatus.*

Modestiæ.

Christus *corporis delitias non est admiratus in rebus ad-*

Opera Papæ sunt actiones vitiorum, vt

Iniustitiæ.

NAM *Papa nulli ius suum tribuit, non Deo, non Potestatibus, non suis, non patriæ. Nihil non in Deum, & sanctas eius Leges confingit, eas peruertit, pios interimit, impios defendit contra ius sanctum, omnibus offendiculo est & oneri, nihil non extorquet.*
Docet *se ac mortuos Sanctos esse colendos.*
Sculptilia *ac imagines in Templis erigendas & colendas.*
Nomen *suum in primis esse colendum: si quid verò in nomen Dei delinquatur, consecrata aqua fugari.*
Omnes *festos dies à Pontificibus institutos obseruandos esse, idq; additione Missæ & otio.*
Deserendos *esse parentes propter religionem, imò & vxorem, & liberos.*
Si *sis occisor, fur, falsus testis, adulter, fitiens alieni, ære dato protinus te purum esse.*

Crudelitatis, ac Morositatis.

Nam *Papa proclivis ad iram, morosus & difficilis, ad vindictam paratissimus, pusilli ac abiecti animi.*

Mollitiei & Inconstantiæ.

Nam *Euangelij gratia periculis se exponere recusat, omnem docendi laborem refugit, de Euangelio populis tradendo nullam facit vnquam mentionem, facinorosos non increpat, imò eos defendit, voluptatibus indulget, & mauult turpiter seruari, quàm honestè mori.*
Ementes *& vendentes in ædem sacram intromittit.*
Papa *cum Sathana, peccato & morte fœdus iniit.*

Immodestiæ.

Nam *corporis delitijs studet, summum bonum in voluptas*

nersis perinde se gessit, ac secundis, rectè præsentia incommoda tulit.
Arguit modestè, à quo vocabatur bonus.

Temperantiæ.

Nam famem, sitim, frigus, æstus, fastigia, iniurias, penuriam, &c. æquo animo passus est.

Liberalitatis & beneficentiæ.

Nam omnibus auxilium tulit, benefecit omnibus ægrotis, dæmoniacis, claudis, cæcis, &c. idq; ex bonitate tantùm sua, nulla habita ratione lucri.

Sua bonitate Paradysum pollicetur.

Humilitatis.

Vrbem ingreditur insidens asello.
Pœnas mille dedit, & crucem tulit pro nobis miseris.
Submissus & abiectus venit, vt nobis ministraret.

Pedes Discipulorum lauit.
Regiam coronam ab offerentibus respuit, spineam non recusauit.

Neminem vi, vt Euangelio credat, cogit.
Gloriam Patris quæsiuit.

Verum Deum ac Patrem nostrum in cœlo esse docet.
Simplices delegit, vt eum sequerentur.
Prohibet iurare, nec per cœlum, nec per terram, nec per Ciuitatem sanctam.

Pacis.

Paci studuit semper, & dissidentes in concordiam reuocauit.

Veritatis.

Nam mittit suos, vt veritatem Euangelicam annuncient.
Pascit oues verbo veritatis.
A Lege mortales immunes reddit.
Docuit lotis animis esse oportere, interiora mundanda.

Docuit fide nos iustificari.

tibus collocat: risus, scommatum ac scurrilitatis amens, impudens & immodestus.
Papa cùm omnium quos terra sustinet pessimus sit, vult optimus & sanctissimus haberi.

Intemperantiæ.

Papa nihil horum non grauiter fert, ac leui etiam offensus iniuria, blasphemias in Deum euomere solet, vt Iulius III. sæpissimè ira commotus dicebat: Al dispetto di Dio: in contemtum Dei.

Auaritiæ.

Turpis lucri auidissimus est, in suos sectatores prodigus, in veros Dei cultores tenacissimus, vndiquaque victum quæritans, prædæ inhians, nihil non pollicetur, lucricupidus, acerrimus in quoslibet vectigalium exactor, immisericors, cuilibet infensus, ab omni liberalitate alienus.
Pro pecunia vitam æternam falsò promittit.

Superbiæ.

Papa ferox feroci insidet equo.
A quatuor eleuatur, & se præbet populo colendum.
Papa etsi se Seruum Seruorum nominat, omnibus tamen imperiosè leges præscribit.
Reges etiam ipsos crepidam suam deosculari iubet.
Coronam spineam, id est, tribulationes & angustias respuit: coronam autem huius mundi ita ambit, vt nõ simplici, sed triplici diademate delectetur.
Grauiter interminatur eis, qui suas nugas non recipiunt.
Gloriæ suæ tantùm studet, non Dei, iactat se posse damnare, absoluere pœna & culpa.
Loco veri Dei triticeũ Deũ fingit, ac se pro Deo venditat.
Eligit astutos, cautos, & versutos homines.
Iurat per suam maiestatem, seu claues Petri, per gladium quoq; Pauli, & triplicem coronam, per Sanctos, &c.

Dissidij.

Omnis dissidij & belli autor, contentionum & bellorum, quæ inter Principes fiunt, alumnus.

Mendacij.

Mittit suos, vt meras nugas populo proponant.
Oues veneno interficit.
Innumerabilibus legibus homines deuincit.
Externis ritibus homines mundari docet, vt candelis, imaginibus, altaribus, Missis, vestibus sacris, festis, boatibus, ciborum delectu, &c.
Papa operibus hominem saluari docet, præcipuè inuentis hominum, idq; propter eius meritũ ac sanctitatem. Nam Claues Regni sibi datas esse asserit, vt quos velit intromittat, quos nolit intromittere, reijciat.

De voce Christi & Papæ contraria, vnde constare facilè potest, Papam Antichristum esse.

VOX

CHRISTI.	ANTICHRISTI.
Nemo venit ad Patrem nisi per me, Ioan. 14.	Nulli ad Deum patet aditus nisi per Sanctos & Pontificem Romanum.
Ego sum Pastor bonus, Ioan. 10. c. 11.	Papa est pastor, & caput Ecclesiæ.
Ego sum Lux mundi.	Fecit Deus duo luminaria magna: Solem, id est, Papam: & Lunam, id est, Cæsarem.
Ego sum Veritas.	Papa errare non potest.
Sanguis meus effunditur in remissionem peccatorum.	Aqua benedicta delet omnia peccata.

Bibite *ex hoc omnes.*
Hoc *facite in mei memoriam.*
Non *quod intrat in os, coinquinat hominem.*
Quæ *de corde exeunt, vt cogitationes malæ, homicidia, &c. coinquinant hominem.*
Non *mœchaberis.*
Non *concupisces.*
Qui *verbum meum audit, &c. in iudicium non venit, sed transibit à morte ad vitam, Ioan. 5. d. 24.*
Oues *meæ vocem meam audiunt.*
Super *hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.*

Dicite, *Serui inutiles sumus.*

Oportet *prædicari remissionem peccatorum in nomine meo.*
Quis *vestrûm arguet me de peccato.*

Venite *ad me omnes, qui onerati estis.*

Ego *& Pater vnum sumus.*
Ite, *prædicate Euangelium.*
Nisi *abundauerit iustitia vestra, plus quàm Scribarum, &c.*
Fides *tua te saluam fecit.*
Beati, *qui persecutionem patiuntur.*
Regnum *Dei non venit cum obseruatione.*

Misericordiam *volo, & non sacrificium.*

Ego *rogabo pro his, qui credituri sunt.*
Orantes *nolite multum loqui.*
Nolite *timere, pusille Grex: Sic enim placuit Deo dare vobis Regnum cœlorum.*
Diues *difficile intrabit in Regnum cœlorum.*

Petite, *& accipietis.*
Non *omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in Regnum cœlorum.*
Vnus *est Magister vester.*

Qui *maior est vestrûm, erit Minister.*
Qui *credit Euangelio, saluatur.*
Si *quis dixerit, Ecce hic, aut illic Christus, nolite credere.*

Non *potest solui Scriptura.*
Beati *mundi corde.*
Vos *mundi estis propter sermonem.*
Ecce, *Ego vobiscum sum, vsq; ad consummationem seculi.*

Sequimini *me.*
Si *quis vult post me venire, abneget semetipsum: Tollat crucem suam, & sequatur me.*
Nemo *immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus.*
Nolite *possidere aurum.*
Ecce, *Ego mitto vos sicut oues in medio luporum.*
Tradent *vos in Concilijs.*
Omnia *mihi tradita sunt.*
Tollite *iugum meum.*
Qui *dixerit verbum contra Spiritum Sanctum, non remittetur.*
Qui *fecerit voluntatem Patris mei, hic meus frater & soror est.*
Qui *acceperit gladium, gladio peribit.*

Non *omnes, sed Presbyter tantùm de poculo bibere debet.*
Missa *est sacrificium pro viuis & mortuis.*
Carnes *feria sexta coinquinant hominem.*
Cogitationes *liberæ sunt.*

Si *non castè, cautè.*
Concupiscentia *non est peccatum.*
Nemo *ad vitam ingreditur, nisi prius igni purgatorio laestretur.*
Oues *meæ mea decreta seruent.*
Non *super Petram, sed petram, & successores eius Pontifices Romanos fundatur Ecclesia.*
Opera *merentur remissionem peccatorum, & vitam æternam.*
Ego *habeo potestatem remittendi peccata.*

Nemo *Papæ dicere audeat: Domine, cur ita facis. Nemo Papam iudicare præsumat.*
Venite *Romam omnes, qui onerati estis: nunc enim Iubilæus est.*
Papa *non homo, sed Deus.*
Ite, *prædicate somnia, traditiones nostras, missate.*
Scribarum *& religiosorum iustitia est, vt alij, non nisi per illas saluari possint.*
Non *fides, sed opera iustificant, & saluant.*
Qui *persecutionem patiuntur, non sunt in gratia Dei.*
Regnum *Dei ex obseruatione cæremoniarum cognoscitur.*
Missam, *quæ est sacrificium, maiult Deus, quàm misericordiam.*
Sancti *orant pro nobis.*
In *multiloquio exaudimur.*
Dubitandum *semper est, an simus in gratia.*

Diues *facilius intrabit: nam si moriatur, multæ pro illo Missæ celebrabuntur, quibus saluari potest.*
Cum *dubitatione semper orandum.*
Qui *horas canonicas obseruat, & preces murmurat, saluatur.*
Papa, *si velit, totam Scripturam abijcere, & eam pro arbitrio suo interpretari potest.*
Papa *est super omnes Ecclesias.*
Qui *credit Ecclesiæ determinationi, saluatur.*
De *necessitate salutis est, Romanum credere Pontificem esse caput Ecclesiæ, & Romã primã omnium Ecclesiarũ.*
Papa *articulos etiam fidei soluere potest.*
Beati *& mundi sunt, qui non ducunt vxores.*
Mundi *sunt, qui seruant Pontificum decreta.*
Christus, *cùm in cœlos ascendit, Papæ resignauit officiũ, ac totum Ecclesiæ regimen.*
Qui *me pro capite suo agnoscit, & sequitur, saluabitur.*
Si *quis vult post me venire, abneget Euangelium, tollat cucullam, & characterem meum, & sequatur me.*
Sacra *Scriptura bene exponitur per Aristotelem.*

Sacerdotes *diuites prouentus habere debent.*
Ecce, *ego mitto vos sicut lupos in medio ouium.*
Trahite *vos eos in Concilia.*
Papa *plenitudinem obtinet potestatis.*
Seruate *decreta mea.*
Qui *dixerit verbum contra Papam, qui Spiritu Sancto regitur, non remittetur ei in æternum.*
Quicunque *meis traditionibus obtemperat, hic frater meus est.*
Papa *iure diuino obtinet vtrumque gladium.*

De epithetis Sacrificulorum, ac Miniſtrorum Chriſti.

Sacrificulorum Pontificiorum appellationes ex veteri Teſtamento, vt ex Prophetis: nempe ex

ESAIA.

Caupones, *qui vinum aqua vitient, Eſaiæ 1.d. 22.*
Exactores, Fœminæ, *Eſaiæ 3.c.12.*
Vineæ *Domini pernicies, ibid.*
Raptores *ſubſtantiæ pauperum, ibid.*
Iuſtificantes *impium pro munere, Eſaiæ 5.d.20.*
Dicentes *malum bonum, & econtrà, ibid.*
Sapientes *in oculis ſuis, ibid.*
Potentes *ad bibendum vinum, ibid.*
Viri *illuſores,* Ambitioſi, Ebrioſi, *Eſaiæ 28.c.14.*
Speculatores *cæci,* Canes *muti, Eſaiæ 56.c.10.*
Amantes *ſomnia,* Canes *impudentiſſimi, ibid.*

HIEREMIA.

Aucupes *inſidiantes, Hierem.5.d.26.*
Dolo *plenı, Idem 6. c.13.*
Facientes *offendicula in domo Dei, Idem 7.c.11.*
Conculcatores *partis Domini, Idem 12.c.11.*
Diſsipatores, *ibid.*
Gregis *Domini diſperſores, Idem 23.a.1.*
Prophetantes *mendacium,* Somniatores, *ibid.*
Nomen *Domini delere cupientes, ibid.*
Peruertentes *verba Dei viuentis, ibid.*
Suffurantes *verba Dei, ibid.*

EZECHIELE.

Vulpes *in fouea, Ezech.13.a.3.4.*
Sequentes *ſuum ſpiritum, ibid.*
Mendacium *pro veritate obtrudentes, ibid.*
Paſcentes *ſemetipſos, non oues, Idem 34.a.2.*
Leones *rugientes & rapientes prædam, Idem 22.a.24.*
Animarum *deuoratores, ibid.*
Viduarum *multiplicatores, ibid.*

DAVIDE.

Sepulcrum *coloratum foris, Pſal.5.c.10. & 13. a.3.*
Deuoratores *plebis Domini, Pſal.13.a.4.*
Comedentes *ſacrificia mortuorum, Pſal.15.d.18.*

MICHEA.

Comedentes *carnem Domini, Mich.3.a.3.*
Seductores *populi Dei, ibid.*
Diuinantes *pro pecunia, ibid.*

AMOS.

Vaccæ *pingues, 4.a.1.*

HOSEA.

Peccata *populi comedentes, 4.c.8.*

BARVCH.

Venditores *ſacrificiorum, 6.d 30.27.*
Ornatores *meretricum.* Rugientes, *ibid.*
Capita *raſa, & barbam habentes, ibid.*

Ex nouo Teſtamento, vt ex

EVANGELISTIS.

Fures *& latrones, Ioan. 10.a.1.*
Lupi *rapaces, Matth.7.c.15.*
Deuorantes *domos viduarum, Luc.20.g.47.*
Progenies *viperarum, Matth.3.a.7. & Luc.3.a.7.*

PAVLO.

Ventres *pigri, Tit.1.c.12.*
Canes, Mali *operarij, Phil.3.a.2.*
Adulterantes *verbum Dei, 2.Cor.4.a.2.*
Operarij *ſubdoli, 2.Cor.11.c.13.*

PETRO.

Fontes *ſine aqua, 2.cap.2.c.17.*
Nebulæ *turbinibus exagitatæ, ibid.*

IVDA.

Arbores *autumnales, infructuoſæ.*
Mirantes *perſonas quæſtus cauſa.*
Queruloſi. Secundum *deſideria ambulantes.*
Fluctus *maris.* Sydera *errantia, &c.*

Miniſtrorum Verbi appellationes.

Ex veteri Teſtamento.

Vir *Dei, 3.Reg.13.a.1.19.c.18.*
Propheta *Dei, Num.12.a.6.3.Reg.18.d.22.*
Speculator, *Ezech.3.d.17. Act.20.d.28.*
Saluatores, *Abdias.*

Ex nouo Teſtamento, vt ex

EVANGELISTIS.

Sal *terræ,* Lux *mundi, Matth.5.c.13.14.*
Operarij, *Luc.10.a.2.*
Fidelis *diſpenſator, Luc.12 g.42.*
Teſtes *Chriſti, Ioan.15.d.27. Act.1.c.8.*

PAVLO.

Miniſtri *Chriſti, 1. Cor.4.a.1.*
Diſpenſatores *myſteriorum Dei, ibid.*
Dei *cooperarij, 1.Cor.3.c.9.*
Serui *Ieſu Chriſti, Rom.1.a.1. &c.*
Homo *Dei, 1.Tim.6.c.11.*

Appendix Epithetorum prouerbialium.

Antichriſti, ſeu Pſeudoapoſtoli.

Aper *ex ſylua, Pſal.79.c.14.*
Homo *peccati,*
Aduerſarius, } *2.Teſſ.2.a.4.*
Filius *perditionis.*
Beſtia, *Apoc.13.a.1.16.a.2.17.a.3.*
Beel *imperterritus, Hier.50.*
Belial, *2.Cor.6.d.15.*
Coluber, *Iob.26.c.13.*
Clibanus, *Oſeæ 7.a.4.*
Canis *impudēs, animal nō ſciens ſaturitatē, Eſa.56.d.10.*

Apoſtoli, ſeu veri Concionatores.

Iudices, *Matth.12.d.27.*
Piſcator *hominum, Matth.4.c.19.*

Angelus, *Malach.2.b.7.*
Epiſcopus, *Hierem.20.d.28.*
Presbyter, *1.Tim.5.c.17.*
Concionator, *Eccleſ.1.c.17.*
Pedes *Euangelizantium pacem & bona, Rom.10.c.15.*
Vox *Dei, Mar.1.a.3.*

Draco

Draco, *Apoc.12.a.3. Esaiæ 27.a.1.*
Rex *impudens facie*, *Daniel.9.a.8.*
Meretrix *magna sedēs super aquas multas*, *Apoc.17.c.16.*
Pastor *dispergens*, *Hierem.2.b.8.&c.*
Seminans, *Esaiæ 32.d.20.*
Architecton, *ædificans*, *1.Cor.3.c.10.*
Agricola, *Mar.12.a.2.*
Columba, *Esaiæ 60.b.8.&c.*

Syntagma Pontificum Romanorum, iuxta diuersas eorum operationes in Apocalypsi Ioannis, per Angelum Dei de ipso Antichristo reuelatas.

PONTIFICVM alij

Pastores, *simplices, absque mythris, & in messe Euangelij ad martyrium vsq; laborantes. Hi sunt,*

- LINVS *Thuscus.*
- Anacletus *Atheniensis.*
- Clemens *Romanus.*
- Euaristus *Græcus.*
- Alexander *Romanus.*
- Sixtus *Romanus.*
- Telesphorus *Græcus.*
- Higinus *Atheniensis.*
- Pius *Aquileiensis.*
- Anicetus *Syrus.*
- Soter *Campanus.*
- Eleutherius *Græcus.*
- Victor *Africanus.*
- Sepherinus *Romanus.*
- Calixtus *Rauennas.*
- Vrbanus *Romanus.*
- Pontianus *Romanus.*
- Antherus *Græcus.*
- Fabianus *Romanus.*
- Cornelius *Romanus.*
- Lucius *Romanus.*
- Stephanus *Romanus.*
- Sixtus II.
- Dionysius *Græcus.*
- Felix *Romanus.*
- Eutichianus *Thuscus.*
- Caius *Dalmata.*
- Marcellinus *Romanus.*
- Marcellus *Romanus.*
- Eusebius *Græcus.*
- Milciades *Afer.*

Hi nec pedo, nec triplicata mythra insigniti, sed industrij in vinea Domini excolenda operarij fuerunt ab ipsis Apostolis ad Sylvestrum vsq;. Hi Stellæ in Christi dextera permanētes meritò dici poterunt. Apocal.1.

Episcopi *mythrati, qui etsi non pessimi fuerunt, traditionibus tamen suis, ac decretis Antichristo magno sedem parauerunt. Horum alij sunt,*

Archiepiscopi *Romani, vt sunt,*

- SYLVESTER I. *Romanus.*
- Marcus *Rom.* Iulius *Rom.*
- Liberius *Romanus.*
- Felix II. *Romanus.*
- Damasus *Hispanus.*
- Syricius *Romanus.*
- Anastasius *Romanus.*
- Innocentius *Albanus.*
- Sozimus *Græcus.*
- Bonifacius *Romanus.*
- Cœlestinus *Campanus.*
- Sixtus III. *Romanus.*
- Leo I. *Thuscus.*
- Hilarius *Sardus.*
- Simplicius *Tyburtinus.*
- Felix III. *Romanus.*
- Gelasius *Afer.*
- Anastasius II. *Romanus.*
- Symmachus *Sardus.*
- Hormisda *Campanus.*

Patriarchæ *Romani. Hi sunt,*

- IOANNES I.
- Felix IIII.
- Bonifacius II.
- Ioannes II. Agapetus I.
- Syluerius *Campanus.*
- Vigilius *Romanus.*
- Pelagius *Romanus.*
- Ioannes III.
- Benedictus I.
- Pelagius II.
- Gregorius I. *& Magnus.*
- Sabinianus *Thuscus.*

Papæ, *seu Antichristi Rom. Satanæ vicarij, à patris sui vestigijs in omni superbiæ, tyrānidis, mēdacij turpitudinisq; genere nō recedentes. Horū alij fuerunt*

In *Regno magnæ Bestiæ, quod ita appellatur, propter Bonifacium III. primum in hoc Regno Regem. Hic enim, vt ambitiosa Bestia, os rugientis Leonis accepit, & loquebatur vt Draco, Apocal. 13. Huius Regis exemplū imitati sūt successores. Sunt autem hi 39.*

- BONIFACIVS III. & IIII.
- Theodatus I.
- Bonifacius V.
- Honorius I.
- Sepherinus II.
- Ioannes IIII.
- Theodorus I.
- Martinus I.
- Eugenius I.
- Vitellianus *Signinus.*
- Theodatus II.
- Donus I.
- Agathon I.
- Leo II.
- Benedictus II.
- Ioannes V.
- Conon *Thracius.*
- Sergius I.
- Ioannes VI.
- Ioannes VII.
- Sozimus II.
- Constantinus I.
- Gregorius II.
- Gregorius III.
- Zacharias *Græcus.*
- Stephanus II.
- Paulus I.
- Constantinus II.
- Stephanus III.
- Hadrianus I.
- Leo III.
- Stephanus IIII.
- Paschalis I.
- Eugenius II.
- Valentinus I.
- Gregorius IIII.
- Sergius II.
- Leo IIII.

In hoc Regno Pontifices sine scientia ac Dei cognitione fuerūt vt bestiæ: ppterea etiā Regnum Bestiæ appellatur. Atq; hæc Bestia bicornis est, Apoc.13. Regiā enim & Ecclesiasticam potestatē sibi vendicauit. Et licet Bestia sit, se tamen adorari cupit: sicut & Draco, qui Diabolus est, à quo hæc Bestia missa est.

In *Regno Meretricis, &c. Vide literam A.*

	IOANNES VIII.	Anastasius III.
	Benedictus III.	Lando I. Ioannes XI.
	Nicolaus I.	Leo VI. Stephan. VII.
Apocal. 17.	Hadrianus II.	Ioannes XII. Leo VII.
In *Regno Meretricis magnæ, qđ ita appellatur, propter meretricem mulierem, Ioannem* VIII. *primum in hoc Regno Regem. Sunt autẽ hi* 41.	Ioan. IX. Martinus II.	Stephanus VIII.
	Hadrianus III.	Martinus III.
	Stephanus V.	Agapetus II.
	Formosus I.	Ioannes XIII.
	Bonifacius VI.	Benedictus V.
	Stephanus VI.	Leo VIII. Ioan. XIIII.
	Romanus I.	Benedictus VI.
	Theodorus II.	Donus II.
	Ioannes X.	Bonifacius VII.
	Benedictus IIII.	Ioan. XV. Bened. VII.
	Leo V.	Ioan. XVI. & XVII.
	Christophorus I.	Gregorius V.
	Sergius III.	Ioannes XVIII.

In *hoc Regno Pontifices primum huius Regni Regem imitati in omni libidinis ac turpitudinis genere, præcipuè verò fornicatione spirituali, id est, idolatria, vixerunt: facilis enim exit ignoratione Dei ad idolatriam, atque aliud turpitudinis genus adsumes est. Propterea hoc Regnum Meretricis magnæ dicitur, Apocal. 17. Hi tamen impurissimi, Sanctissimos se appellari volunt.*

	SYLVESTER II.	Gelasius II.
	Ioan. XIX. Ioan. XX.	Calixtus II.
	Sergius IIII.	Honorius II.
	Benedictus VIII.	Innocentius II.
Apocal. 20.	Ioannes XXI.	Cœlestinus II.
In *Regno Draconis magni, quod ita appellatur, propter Sylvestrum II. magũ, primum in hoc Regno Regem, q se Satanæ devovit. Sunt autem* 39.	Benedictus IX.	Lucius II.
	Sylvester III.	Eugenius III.
	Gregorius VI.	Anastasius IIII.
	Clemens II.	Hadrianus IIII.
	Damasus II.	Lucius III.
	Leo IX. Victor II.	Vrbanus III.
	Stephanus IX.	Gregorius VIII.
	Benedictus X.	Clemens III.
	Nicolaus II.	Cœlestinus III.
	Alexander II.	Innocentius III.
	Gregorius VII.	Honorius III.
	Victor III. Vrban. II.	Gregorius IX.
A.	Paschalis II.	Cœlestinus IIII.

Hoc *Regnum Papas Mages diabolicos, necromanticos, furiosos, tyrannos, impostores, adulteros, homicidas, fures, latrones, ac lapos, habuit, per quos oues Christi raptæ, discerptæ, ac dispersæ sunt: propterea Draconis Regnum appellatur, qui post mille annos solutus de carcere, seduxit multas gentes, Apocal. 20. Draco iste imaginem sui horrendam Eremitæ cuidam in Benedicto* IX. *ostendit.*

	INNOCENT. IIII.	Innocentius VI.
	Alexander IIII.	Vrbanus V.
	Vrbanus IIII.	Gregorius XI.
Apocal. 9.	Clemens IIII.	Vrbanus VI.
In *Regno Locustarum, quod ita appellatur propter Innocent. IIII. primum in hoc Regno Regem, q quatuor Mendicantium ordines recenter natos firmauit, qui uelut locustæ agrũ Domini deuastarũt. Sunt autem* 41.	Gregorius X.	Clemens VII.
	Innocentius V.	Bonifacius IX.
	Hadrianus V.	Benedictus XIII.
	Ioannes XXII.	Innocentius VII.
	Nicolaus III.	Gregorius XII.
	Martinus IIII.	Alexander V.
	Honorius IIII.	Ioannes XXIIII.
	Nicolaus IIII.	Martinus V.
	Cœlestinus V.	Eugenius IIII.
	Bonifacius VIII.	Felix V. Nicolaus V.
	Benedictus XI.	Calixtus III.
	Clemens V.	Pius II. Paulus II.
	Ioannes XXIII.	Sixtus IIII.
	Benedictus XII.	Innocentius VIII.
	Clemens VI.	Alexand. VI. Pius III.

Hoc *Regnum Papas expilatores, seu devoratores domus Dei, ac vastatores Ecclesiæ Christi habuit. Exorti enim sunt in hoc Regno Fraterculi, quatuor videlicet Mendicantium Monachorum Ordines, qui Locustæ à Ioanne appellantur, Apocal. 9. Quorum falsa doctrina, ac corruptissimis moribus præsidio Regis Abbadonis, seu Satanæ, ac Pontificum, Ecclesia Christi vastata est.*

In *occasu Regni Papistici à Iulio* II. *ad postrema vsq; tempora, & Christi Iudicis vltionem. Iulius enim* II. *cum exercitu egrediens vrbem, Petri clauem in Tyberim proiecit, hisce verbis: Quia clauis S. Petri non amplius valet, valeat gladius Pauli: quo quidem rubiginoso accinctus, in pugnam aduersus Gallum & alios Principes Christianos prodiit. Quo quidem facto inclinationem ac casum Regni Papistici significauit, idque per Dei verbum, 2. Thess. 2. a. 7. Signa casus, aut ruinæ Papistici Regni plura Iulium hunc præcesserunt: nam & in synodo Romana post Missam de Spiritu Sancto, cùm Ioannes* XXIIII. *in sublimiori cathedra præsideret, mox aderat Bubo, quæ supra Templi trabem horrifica sua voce iniectis in Papam oculis, Episcopum monstrifico more salutauit. Factum hoc est in altera etiam sessione, nec poterat Bubo vel clamoribus abigi, aut fustibus terreri: ita vt in ea synodo nihil prorsus actum sit. In itinere verò versus Constantiam ex rheda sua cecidit Ioannes hic* XXIIII. *ac ignominiosè depositus illic erat. Sub Alexandri* VI. *regimine, Angelus apud Adriani molem terrifico fulmine detectus, in Tyberim cecidit: quod in Papatu casum prænunciabat.*

De Sa-

De Satana Christianorum aduersario.

DESCRIBVNTVR passim Satanæ

- Nomen, *appellatio, seu epitheta: vocatur enim*
  - Christianorum *aduersarius*, 1. *Pet.* 5. c. 8.
  - Tentator, *Matth.* 4. a. 3.
  - Draco, *Apocal.* 12. a. 3. Serpens, *Genes.* 3. c. 13.
  - Diabolus, *id est, calumniator & delator, seu accusator fidelium, Matth.* 13. d. 30. *Iob.* 1. a. 6. *Zach.* 3. a. 1.
  - Inimicus, *Matth.* 13. d. 25.
  - Princeps *mundi, Ioan.* 14. d. 30. *eò quòd impios veritati resistentes captiuos teneat ad suam voluntatem*, 2. *Tim.* 2.
  - Deus *huius seculi*, 2. *Cor.* 4. a. 4.
  - Pater *mendacij, Ioan.* 8. g. 44.
  - Princeps *aëris, Ephes.* 6. c. 12. & 2. a. 2.
  - Spiritus *immundus, Luc.* 8. d. 29. 11. d. 24.
  - Rector *tenebrarum huius seculi, Ephes.* 6. c. 12.
  - Serpens *antiquus, Apocal.* 12. c. 9.
  - Homicida, *Ioan.* 8. g. 44. Leo *rugiens*, 1. *Pet.* 5. b. 8.
- Desiderij, & operatio: vt
  - Cum *iustis bellum perpetuum gerat. Eos enim maximè, quorum facies versa est versus cœlestem Hierusalem, pro hostibus habet, & per suos milites hostiliter impugnat, & vel impedire à transitu, vel prorsus à facie terræ delere conatur.*
  - Occidere & *perdere, Ioan.* 8. g. 44.
  - In *mendacium pertrahat, ibid.*
  - Dispergat *Christi oues, Luc.* 11. d. 26.
  - Tentet *fideles ad suam ipsorum perniciem.*
  - Cruciet, *Mar.* 9. c. 18. Cribret, *Luc.* 22. d. 31.
  - Excæcet *mentes*, 2. *Cor.* 4. a. 4.
  - Inuadat *hominem, Ioan.* 13. d. 27.
  - Consiliis & *conatibus Sanctorum remoras injciat, &c.*
- Impostura, *malitia, insidiæ, ac multiformis astutia. de quibus* 2. *Thess.* 2. 1. *Pet.* 5. b. 8. *Coloss.* 2. c. 11.
- Regnũ: vbi dicse,
  - Quomodo *per Christum Regno suo exutus sit. Quod enim ad impios attinet, dominatum suum in illis obtinet, agitq; in illis pro sua malitia & voluntate*, 2. *Tim.* 2. d. 26. *Quod verò ad fideles & electos attinet, Satan per Christum dominatu ac Regno exutus, ac spoliatus est, Coloss.* 2. c. 18. *Vt nihil iam in illos possit, nisi ad tentandum.*
  - Vbi *dominetur & regnet. In tenebris videlicet mentium & cordium humanorum: id est, in cæcitate ignorantiæ Dei, quam ipse ingerit, perinde atq; Christus in luce regnat, quam ipse nobis confert, dum mentes nostras & corda, cognitione voluntatis & veritatis Dei illuminat. Propterea regnum Satanæ, regnũ noctis: regnum Christi, regnum lucis, ac diei est*, 1. *Thess.* 5. a. 5. *Coloss.* 1. c. 13.
  - In *quibus Satan efficax, ac potens sit ad seducendum. In his videlicet, qui pereunt: id est, reprobis*, 2. *Thess* 2. c. 8. *Operatur in his omnis generis immunditiam, simoniam, idolomaniam, cæcitatem, superbiam, auaritiam, odium veritatis, crudelitatem in gregem Domini, &c.*
- Tentatio, *ac quos potissimùm tentet. Quos videlicet maioribus ac pluribus donis cumulatos, & in superioribus gradibus constitutos viderit, perinde atq; venti sublimiora quæque subnixiùs impetunt.*
- Vigiliæ *contra Christianos*, 1. *Pet.* 5. b. 8. *Iam verò cum talem habeamus hostem, qui semper contra nos vigilet, debemus & nos contra illum & illius astutias vigilare, ne securos nos & incautos adoriatur, & opprimat. Quomodo verò illi resistendum, & qua armatura muniri debeamus, vide* 1. *Pet.* 5. b. 8. *Ephes.* 6. c. 14.

¶ De Dæmonibus lege plura apud PETRVM MARTYREM 1. Sam. 28. fol. 161.

De Dæmonibus.

Loci sex.

- An *sint Dæmones. Dæmones esse multa Scripturæ testimonia probant: Diabolus enim vexauit Iobum: In historia Achab Spiritus mendax erat in ore Prophetarum: Satan tentauit Christum: Diabolus orauit Christum vt liceret sibi migrare in porcos, &c.*
- An *Dæmones sint spiritus. Spiritus esse testimonia Scripturæ testantur. In historia de Achabo ita Diabolus loquitur: Ero spiritus mendax, &c. Christus eiecit spiritum immundum: Spiritus autem & corpora opponuntur. Vt enim Spiritus non est corpus, ita corpus non est Spiritus. Dæmones ergo non sunt corporati, id est, non habent corpora propria. Sunt qui animas hominum Dæmones fieri putant: qui videlicet animas immortales esse arbitrantur. Qui verò animas volunt mortales esse, putant Dæmones tantùm in hac vita esse, eosq; homines ipsos opinantur, vt boni & intelligentes viri sint boni genij, & Dæmones: mali verò Cacodæmones, qui turbent omnia. Sacræ verò literæ testantur certam & constantem esse Dæmonum naturam.*
- De *scientia Dæmonum, &c. Vide literam A.*

- De scientia Dæmonum. Vbi discit:
  - An & vnde futura cognoscant Dæmones. Cognoscunt quidem, idq; multipliciter. Ex
    - Causis *rerum necessarijs, ex quibus colligunt effecta, quæ postea sint secutura.*
    - Diuturnitate *& experientia. Nam si senes plura multò vident, quàm iuuenes: dæmones, qui æternùm viuunt, credibile est nouisse plurima.*
    - Agilitate, *qua possunt vbique terrarum spacio breuissimo volitare, & quid vbique agatur, nuntiare. Ea de causa Tertullianus eos Volucres vocat. Ea cùm faciunt, videri possunt Prophetæ: prædicunt enim illa, quæ postea nobis significantur literis.*
    - Reuelatione *Dei. Possunt enim ea prædicere, quæ Deus illis, vt sæpè fit, imperat facienda. Sæpè enim Deus eos iubet perdere, & vastare regiones, vt 1. Sam. 28. c. 19. Diabolus prædicit Saulem postridie esse moriturum. Ille enim erat iam in mancipio, & peculio Diaboli. Cùm autem vident sibi præstitum esse finem, pollicentur, modò sibi detur aliquid munusculi, se nolle sæuire longiùs.*
    - Loco *vbi Dæmones positi sunt. Collocati enim sunt in aëre, & ex illa regione, tanquam è specula, faciliùs sentiunt influxus & euentus rerum q̃ nos.*
    - Eo, *quòd vident, quid geratur in Ecclesiis.*
    - Prædictionibus *Prophetarum.*
    - Eo, *quòd vocantur à Deo ad imperia facienda.*
  - An *in prædictionibus Dæmones falli possint, cùm tot modis futura scire possint. Maximè: primùm, quia nesciunt voluntatem Dei: deinde quia non possunt penitùs mtueri in animum nostrum. Boni Angeli idcircò non falluntur, quia semper omnia referunt ad voluntatem Dei. Ad hæc sæpè ambitione fallitur Diabolus. Videri enim vult nihil nescire. Itaq; non dubitat ea prædicere, quæ vires ipsius superant, & ob id admiscet fucos & insidias, vt quicquid acciderit, videri possit vera dixisse.*
  - An *Dæmones cogitationes nouerint. Id quidem solius Dei est: ex signis tamen Diabolus potest suspicari, quid agitemus in animo: at in quem finem, & quorsum quidq; cogitemus, intelligere certò non potest. Nam haud dubiè si certus esset de fide & constantia Sanctorum, nunquam eos tentaret.*
  - Quot *modis, seu medijs possint Dæmones responsa de futuris dare. Sunt rei huius varij modi: habet enim oracula, omina, insomnia, geomantiam, hydromantiam, necromantiam, sortes, auguria, extispicia, & alia multa huius generis. Indicat autem ista hominibus, non in alium finem, quàm vt ab illis oblationem aliquam, aut cultum extorqueat.*

- A. De potestate ac viribus Dæmonum. Vbi discit:
  - An *possint multa Dæmones. Posse multa ex Lege Dei probatur, Leuit. 20. a. 6. Deuter. 18. c. 10. Leges verò non feruntur, nisi de rebus, quæ existunt, & solent euenire. Ne sit, inquit Dominus, inter vos Diuinus, Mathematicus, vel Magus, &c.*
  - Quot *modis Dæmones aliquid agant, & possint.*
    - Reipsa, *& reipsa fiunt, ea quæ videtur. Tria autem hoc modo Dæmonibus tribuuntur: possunt*
      - Colligere *semina & initia rerum, ex quibus sciunt aliquid posse fieri, eaq; inter se componere, & agentia cum patientibus coniungere, atq; ita res mirabiles efficere. In his tamen nihil possunt, nisi quantum Deus permittat.*
      - Aliquid *mouere, &c. Vide literam B.*
      - Induere *corpora, & in illis cum hominibus versari familiariter: neq; enim dubitari potest Diabolum, cùm sit spiritus, penetrare posse in corpora solidissima. Hoc pacto indit se sæpè in statuas: locutus est in serpente. Assumit etiam humana corpora, vel viua, vel mortua, eaq; agit, & vexat, & impedit eorum opera naturalia. Induit interdum corpus aëreum, sed illud non formal, aut viuificat, vt anima corpus nostrum, nec vt trãseat in eandem hypostasim, vt verbum Dei cum humano corpore: & aptat sibi corpus aliquod tanquam vestem.*
    - Illusione, *&c. Vide literam C.*

An *liceat consulere Diabolum, & eius opera vti. Hic adhibenda est distinctio. Vtimur enim Dæmonibus, aut ex autoritate & præcepto, vt cùm aliquid illis imperamus nomine Dei, aut commercio, societate, pacto, obsequio, precibus. Ex pacto igitur aliquo, & commercio, aliquid ab illis exigere, aut expectare non licet. Est enim idolatria, & Diabolus nihil aliud quærit, quàm vt nos abducat à Deo ad cultum suum.*

An *liceat vti excantatione ad tollenda maleficia. Minimè: neq; enim faciendum est malum, vt eueniat bonum: si tamen sciamus pacta illa constare plumis, lapillis, & radicibus, & ea possumus inuenire, licebit ea tollere, & comminuere. Alioqui excantatio excantatione tollenda non est.*

B. Aliquid

Possunt *excitare ignes & tempestates, & omnia vastare. Quod factum legimus in historia de Iobo, & in Apocal. 8. Potestas datur Spiritibus perdendi segetes & arbores. Repressi tamen sunt, ne nocerent. Aiunt lepores quosdam in Norvegia magnam habere cum Dæmonibus consuetudinem. Cumq; habeant tres nodos in barba, si vnum dissoluant, sequi magnam tempestatem in mari: si alterum, fluctus iactari multò adhuc vehementius: si tertium, cœlum terrasq; misceri, & certissimum impendere naufragium.*

Iaciunt *interdum lapides.*

B. Aliquid *mouere, & impellere.*

Possunt *efficere, vt Magi videantur per aërem equitare in canna. Id enim fit vi occulta Dæmonum: nam & Simon Magus per aërem volare potuit, sed ad preces Petri repente ex alto corruit.*

Possunt *tollere homines, & auferre in nemora: ibiq; illis spectacula proponere illusionibus. Accidit aliquando, vt quidam, qui harum rerum studio tenebatur, repente ablatus domo, sisteretur in loco amœnissimo, vbi cùm totam noctem spectasset choreas, & indulsisset epulis, manè cùm illa omnia disparuissent, videt se hærere in spinis, inter densissimas vepres, & quamuis antea visus sibi fuisset comedere, tamen tum miser moriebatur fame.*

Possunt *vel catorum, vel canum specie ingredi, & occidere, vel exuere pueros: potest enim Diabolus vel hominibus profundè dormientibus ita illudere, vel corpus aliquod induere, & ista efficere. Quamquam nocere non potest, nisi quantum Deus illi permittat. Permittit autem interdum ob graue peccatum occidi liberos.*

Vtuntur *rebus existentibus in natura, vt admisceant colores, aut formas, ac magnitudines rerum immutent. Ita enim res aliæ longè videntur esse, quàm sunt.*

Induunt *aliquod corpus, & oculis hominum sese obiciunt.*

Interdum *obscurant medium, vt res maior videatur, quàm sit, aut interponunt nubem & caliginem, ne omninò videri possit.*

Immutant *organa sensuum, & oculis sanguineos humores offundunt, vt omnia videantur sanguinea.*

Interdum *perstringunt aciem oculorum, ne videant.*

Interdum *imagines phantasiæ, aut sensu obiciunt. Cùm autem imagines à memoria reuocantur ad phantasiam, aut ad sensus, referunt secum eadem sigilla, atque ita fortiter feriunt, & afficiunt, vt ea iam sentiri, & præsentia esse videantur. Potest enim vis tanta esse phantasiæ, vt quæ longè absunt, ea quispiam se certissimè putet videre & tangere. Ista accidunt vigilantibus interdum, vt arreptitijs & phrenuticis: interdum etiam dormientibus. Quod ergo naturali ratione fit, id potest etiam fieri à Diabolo. Is enim potest imagines rerum à memoria reuocare ad phantasiam, aut ad sensum, atq; ita hominum oculos ludificare.*

Quib⁹ medijs hîc vtantur Dæmones, vt sensus fallant.

Interdum *Diaboli ostendunt se tanquam Gygantes, ac magnos quosdam bellatores. Nec mirũ: possunt enim fingere sibi corpora ex aëre, & hominum sensibus illudere.*

Quandoque *specie catorum vel canum ingrediuntur in ædes, & occidunt pueros, idq; permittente Deo, ob graue aliquod parentum crimen.*

Interdum *sic illudunt hominibus, præsertim mulieribus vetulis, vt credant & profiteantur, se cum Diana Paganorum Dea, vel Herodiade, vel Helena, & cum innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multarũ terrarum spacia intempestæ noctis silentio pertransire, eiusque iussionibus obedire, velut dominæ: & certis noctibus ad eius seruitium euocari, cùm hæc illusionibus tantùm fiant, non reipsa. Satan enim cùm mentem alicuius mulieris ceperit, & hanc per infidelitatem sibi subiugauerit, illicò transformat se in species diuersarum personarum, & mentem, quam captiuam tenet, insomnijs deludens: modò læta, modò tristia, modò cognitas, modò incognitas personas ostendens, per quæq; deuia deducit: & cum solus spiritus hoc patitur infidelis, hoc non in animo, sed in corpore euenire opinatur. Quis enim insomnijs & nocturnis visionibus non extra seipsum feratur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam vigilando viderat? Quis autem tam stultus, & hebes sit, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur? Lege de hoc caus. 26. quæst. 5. can. Episcopi. Sagæ etiam mulieres & viri malefici, vt spiritus hos ad se inuitarent, solebant se perungere vnguento soporifero, deinde se conijcere in lectum, vbi ita profundè dormiebant, vt nec aculeis, nec ignibus possent expergefieri. Interim Diaboli, illis ita dormientibus, multa proponebant ludicra, conuiuia, choreas, & omne genus voluptatum.*

C. Illusione. Hîc disce:

Qui *illusionibus maximè valeant, illisq; inseruiant. Vetulæ mulieres, quales sunt Empusæ, Lamiæ, Mormolyciæ, Stryges, Sagæ, Incubi & Succubi. Omnes autem huiusmodi, tàm viri, quàm mulieres, sequuntur maximè libidines. Ideò Satyri dicuntur, à sati, id est, pudendo: Incubi & Succubi, & Ephialtes ab insiliendo. Nec tantùm ad libidinem mouentur, sed & ad crudelitatem. Occidunt enim sæpe pueros, idque propter graue aliquod parentum peccatum. Quidam Magi eò crudelitatis abducuntur, vt occidant pueros. Putant enim animas illorum abituras in Dæmones, & sibi obsecuturos. Ita in Itinerario Clementis legitur, Simonem Magum occidisse homines, & illorum animis vsum esse pro seruis.*

De Hæresi.

TABVLA I.

- Quid *sit hæresis.* *Est enim cùm homines mali, vani, & sibi ipsis impensiùs indulgentes, à communi aliorum sententia, non iudicio, sed studio dissentiendi abhorrent, & opiniones eligunt, quas & ipsi sequantur, & alios sequendas obtrudant, nec vllis se rationibus ac Scripturis ab illis abduci sinant.*
- Quis *sit hæreticus.* *Qui videlicet non ex horrore & ignorantia falsum eligit pro vero, sed ex agnato morbo, quo rebus nouis, rarıs, insolitis, & à communi sensu alienis impensè studet, illasq; mordicus vt tales apprehendit, & pertinaciter, quantumuis sint falsæ, defendit. Hic morbus reddit hæreticos, & culpabiles, & noxios vehementer.*
- Quæ *sit origo, vel causa hæreseos. Ea est duplex:*
  - Generalis, *quæ locum habet in quauis mala hæresi, vt Satan & caro nostra.* *Hinc sunt omnes malæ hæreses, quantumuis à se inuicem varient. Ex Satana sunt tanquam mendaciorum, errorum, pertinaciæ, discordiarum, ac perditionum autore. Hic primos nostros parentes hæreticos, & scismaticos, non ipsorum tantùm, sed & nostro malo, mendaciorum suorum lenocinio constituit, & à Deo separauit. Pestifero huius afflatu sic est & caro nostra infecta, vt prona sit ad quasuis malas hæreses, & occultas quadam innata qua proclinitate ad mendacia propendeat.*
  - Specialis, *quæ in quibusdam tantũ habet locum: vt sunt,* Superbia, Sophistica scientia, Inuidia, Impatientia. — *Quæ velut matrices quædam sunt, vnde nascuntur hæreses.*
- Loci sex.
- Qui *potissimũ homines per hæreticos seducantur.*
  - Ignorantes. *Ignorantia enim non solùm recto iudicio destituta est, sed & nequitiæ astutorum hominum obnoxia.*
  - Fluctuantes. *Fluctuatio mentis ostium aperit omnis generis erroribus & hæresibus, dum multitudinem imperitam nequitiæ hæreticorum reddit obnoxiam.*
  - Curiosi, *apud quos quæuis hæretica seductio locum habet. Mox enim atq; noui aliquid & insoliti profertur, qui curiosi sunt, quidnam & quale sit scire cupientes, cupidè audiunt, & legunt, atq; ita facilè capiuntur.*
  - Desideriorum *suorum serui. Illi, vbi doctrinam audiunt, desideriis suis indulgentiorem, quàm sit ea, quam antea veram audierunt, statim aduertunt ad illam, & animum & aures, illiq; se totos addicunt. De his 2. Tim. 4. a. 3.*
  - Instabiles, *de quibus Petrus, 2. Pet. 2. Hoc genus hominum non veritatem modò, sed & quamuis opinionem facili momento abijcit, & aliam atq; aliam amplectitur, vt nulla sit arundo leuior.*
  - Negligentes. *Qui enim negligenter in cœtum veniunt, negligenter verbum audiunt, vt rant, &c. omnino sunt impostoriũ hæreticorum expositi. Nascitur autem hæc negligentia vel ex præpostera persuasione de gratia Dei ac salute, sufficientes diuinarum rerum cognitione, vel ex fastidio rerum sacrarũ, quã copia & abundantia illarum gignere solet.*
  - Admiratores *personarum, quas cæteris aliquantò, vel eruditionis, vel sanctimoniæ gratia præstantiores esse cernunt. Hinc enim fieri solet, vt eos, qui vera quidem docent, sed culpabiliter viuunt, præ istis fastidiant, & contemnant, ac deserant.*
  - Peccatorum *pondere onerati. Hi enim, vbi in subdolas hæreticorum suadelas incidunt, confestim irretiuntur. De his 2. Tim. 3. a. 2.*
- Quomodo *culpabiles sint hæreses.*
  - A materia, *in qua culpa est mendacij & erroris. Sunt enim dogmata hæreseos, vel falsa in se, vel his, quæ falsa sunt, seruientia.*
  - Ab *autore. Habet enim hæresis autorem Satanam. Huius instinctu excitantur contra veritatem hæretici.*
  - Ab *hæreticis, in quibus multa ad hæresim facientia concurrunt: vt sunt, superbia, inuidia, libido dissentiendi, &c. quæ vitia, quis non videt esse damnabilia?*
- Quá *sint hæreses noxiæ*
  - Hæreticis.
    - Abducunt *eos à via veritatis.*
    - Reddunt *illos hostes, ac blasphematores veritatis.*
    - Excludunt *eos Regno Dei, Galat. 5.*
    - Reddunt *eos mente corruptos, 2. Tim. 3. 4.*
    - Coniungunt *eos cum Diabolo, & reddunt consortes reproborum, 2. Timoth. 3.*
  - Aliis.
    - Turbant *Ecclesiam vehementer, dum excitant rixas, altercationes, &c.*
    - Seducunt *incautos, 2. Tim. 3. a. 5.*
    - Labefactant *sacrarum Scripturarum autoritatem, & vtilitatem, dum illarum aliquando sensum, aliquando literam peruertunt.*
    - Religionem *Christianam apud exteros infamant.*

TABVLA

TABVLA II.

Quid agendum cũ hæreticis. Hîc quęritur, an

Corrigendi sint hæretici. Hîc disce:

Quomodo.

Quali correctione sint corrigendi. Neque enim simpliciter à pristino errore abducendi, & aliter quàm anteà fuerant, instituendi, quod fieri potest, etiamsi ab errore suo ad aliud genus erroris abducantur. Sed ab eo, quod est falsum, ad veritatis cognitionem perducendi, nec ex Iudæo Papista fiat, &c. Duæ enim correctionis partes sunt: vna, qua qui errat, ab errore suo abducitur: altera, qua ad veritatis rectitudinem amplectendam perducitur.

A quibus corrigendi. A veris Christianis, præcipuè Doctoribus & Ministris in vera religione exercitatis, à quibus hæreticus non solùm de errore suo, sed & de veritate Dei doceri, atque ita salubriter corrigi potest.

Ad certam & infallibilem veritatis regulam, quæ sumitur neque ex insolita consuetudine, neque ex placitis Pontificum, sed ex verbi Dei Scripturis, quas Paulus vtiles esse dicit ad doctrinam, redargutionem, correctionem, &c.

Christi Spiritu, qui Spiritus dilectionis est, mansuetudinis, humilitatis, ac beneficentiæ. Multum enim refert, quo animo hæreticum hominem corrigere coneris, qui non illius salutem, sed propriam gloriam, vel vltionem quærunt, alieni sunt à Christi Spiritu, nec opus correctionis salubriter perficere poterunt. Disputabunt & contendunt acerbè, ac verbosè, quo animus errantis irritatur magis, quàm ad veritatem perducitur.

Æquitate, vt quæ in hæretici cùm doctrina, tum vita Christianus deprehenderit esse bona & inculpabilia, non modò non reprehendat, sed & approbet. Sunt enim qui odio magis, quàm charitatis affectu moti, confusionem & perditionem hæreticorum quærunt, & non errores solùm, sed & quæ bona sunt, impugnant, quæ improbitas tam abest, vt ad correctionem errantis faciat, vt hanc magis impediat.

Cogẽdi ad abnegationem hæreseos, cũ per doctrinam verbi, & Christianã mansuetudinem corrigi non sustinẽt. Hîc disce:

A quibus. Nec à Plebe, nec à Ministris, sed à Magistratu, qui potestatem hanc coactionis habet, cogi possunt.

Quando. Vbi diligentiâ suâ nihil efficit Minister, vel si periculum sit, ne oues morbidæ reliquum gregem inficiant: aut si hæresim suam docendo propagare incipiant. Ibi enim tempestiuum est, vt potestate sua vtatur Magistratus, & pertinaces in ordinem cogat.

Quomodo cogendi. Vt sunt alij aliter animati, ita alij aljs modis cogendi veniunt. Prudentis Magistratus est, sic attemperare suam in hac causa potestatem, quo quos cogere ad bonum instituit, efficacius & salubrius cogat. Magistratus animaduertet quidem in hæreticos, verùm sic moderatè, vt sint, qui resipiscere possint. Non patietur, vt de fide doceant, nec permittat, vt Ecclesias colligant, Episcopos & alios Ministros ordinent. Alios priuet honoribus, alijs adimat ciuitatis communicationem, alios proscribat, alios mulcta pecuniaria puniat, quod Augustini temporibus factum esse legimus. Ipsos impostores ac seductores, ne illi, postquam incorrigibiles apparent, vltrà quemquam seducant, carceribus inclusos tamdiu coërceat, ac detineat, donec in se reuersi resipiscant. Hac pœnarum moderatione ad scopum pertingi potest, ad quem collimare debet Christianus Magistratus: Is est, vt conuertantur hæretici, & saluentur.

TABVLA III.

Loci duo.

Quid in pœnis hæreticorum constituendis agendum. Hanc beda enim est ratio

Quod hæretici blasphemi, &c. Vide literam A.

Personarum. Hic enim magna diuersitas est: sunt quidam duces peruicaces in erroribus, qui audaces sunt, hypocritæ, loquaces, & idcirco ad seducendum appositissimi: ipsi quidem citra emendationem in propriam ruentes perniciem, & alios secum pertrahentes. Et hi modis omnibus sunt coërcendi, velut Ecclesiæ pestes, ne contagio ipsorum serpat latiùs. Sunt deinde seducti quidam, & dementati ab alijs, qui errant, sed non malitia, neq; pertinaciter, sed resipiscunt in tempore. Hos non oportet damnare protinùs, sed orare Dominum, ac sustinere, errantesq; spiritu lenitatis erudire, donec redeant ad mentem meliorem.

Errorum: nam in erroneis dogmatibus alia alijs sunt grauiora. Sunt quædam adeò blasphema, & impia, vt ne audiri quidem, nedum ferri possint. Sunt quæ rectà tendant in subuersionem Reipubl. nisi in tempore sopiantur. Oportet autẽ Scripturis illa euincere, ac comperta veritate, licebit in blasphemos et euersores Ecclesiæ, Reipublicæq; grauissimè animaduertere. Sed leuior pœna decernatur cõtra errantes in leuibus, nõ in capitalibus erroribus.

Pœnarum: nam & in pœnis insigne est discrimen. Pertinaciter errantes, & alios secum in errorem adducere, & in erroribus retinere contendentes, blasphemi & perturbatores, seu euersores Ecclesiarum, iure cædi possunt. Ideò tamen capitis supplicio non protinùs afficiendus est omnis qui errat. Imò non nisi extremis malis extrema remedia adhiberi debent. Quæ minis & increpationibus curari possunt, non debent acerbioribus elui & puniri. Est mulcta pecuniaria, sunt carceres, in quos includi possunt, ne alios inficiant. Sunt & aliæ corporum afflictiones, quibus coërceantur errantes, & vt minùs noceant alijs sanis, & vt ipsi seruentur, non toti pereant, sed resipiscant. Sed timor Dei, æquitas, & prudentia iudicis intelliget ex circumstantijs quomodo punienda sint in seductoribus & seductis praua dogmata, aut peruicax rebellio, aut stolida, & minimè malitiosa credulitas.

Ab *autoritate verbi Dei, Deut.13.b.9. 17.b.7.Leuit.24.c.14.Cùm enim defectio à religione, quæ verbo Dei constituta est, & sollicitatio ad defectionem, his legibus à Deo per ciuilem Magistratum, apud Iudæos punita sint, nunc quoque eadem scelera à Magistratu in sua ditione punienda sunt. Nulla enim idonea ratio afferri potest, cur Dei maiestas, & Ecclesiæ autoritas minoris apud nos ponderis esse debeat, quàm olim apud Iudæos fuerit. Imò etiam Christiani, si veram religionem assperentur, aut minori studio tuentur, quàm olim Iudæi, eò minus excusari possunt, quò clariùs sese Dominus per Filium suum, quàm per Prophetas, patefecit. Neque est putandum, quòd de potestate ciuili, quod ad religionis conseruationem attinet, per Euangelium aliquid sit detractum.*

A criminis *qualitate & natura. Constat enim apud omnes, cùm de supplicij modo quæritur, eam demum æquam videri, quæ criminis magnitudini, quoad eius fieri potest, respondeat. At maius aut sceleratius crimen ipsa hæresi existere non potest, nec vllum hominum genus magis exitiale & pestiferum inueniri potest, quàm hæreticorũ blasphemorum, & Reipublicæ pertubatorum. Quare siue gloriam Dei vindicandam, siue societatem humanam conseruandam suscipit Magistratus, in nullos vsquam homines seuerius, quàm in hæreticos blasphemos, impios & pertinaces debet animaduertere.*

A.
Quòd *hæretici blasphemi et perturbatores Reipublicæ iure cædi possunt, probatur*

Ab *exẽplis*

Veteris *Testamenti, vt*

- Mosi, *qui quidem licet clementissimus esset, in religionis tamen violatæ crimine seuerissimum exemplum edidit, tribus hominum millibus ipsius mandato, sine vllo vel ætatis, vel sexus, vel sanguinis discrimine, Leuitarum opera propter idolatriam vituli, interfectis, Exodi 32.d.35.*
- Asæ *Regis, qui fœdus Domini cum populo instauravit, hac addita formula: Quicunque non quæsierit Dominum Deum Israelis, interficietur, siue paruus sit, siue magnus, vir vel mulier, 2.Paral.15.c.13.*
- Iehu, *qui à Domino electus totam Achabi familiam propter idolatriam penitùs excidit, & Sacerdotes Baalis ad vnum trucidauit, 2.Reg.10.d.25.*
- Iosiæ *Regis, qui Sacerdotes excelsorum mactauit super Altaribus, 2.Reg.23.a.6.*
- Heliæ, *qui, cessante Magistratu, extraordinaria potestate fretus gens, Sacerdotes Baalis ad torrentem Kison interfecit, 1.Reg. 18.g.40.*
- Ioiade *Sacerdotis, qui à Deo excitatus, Athaliam illam impiam occidit, iure Magistratus extra ordinem defunctus, 2.Regum 11.c.16.*
- Nebucadnezaris *& Darij, qui edicta de colendo Deo Israelis proposuerunt, Daniel.3.g.96. Esdræ 6. quorum formulas Spiritus Sanctus extare voluit, vt Principes Christianos pudaret, in vindicanda religione profanis Regibus priores concedere. Lege eorum Decreta. Iam quod à præstantissimis Heroibus ac Principibus gestum est, & Spiritus Sancti testimonio laudatum, imitandum & nostris Magistratibus erit.*

Noui *Testamenti, vt*

- Petri, *qui extraordinaria potestate vsus, Ananiam interfecit: certè propter hypocrisin saltem, & impudens mendacium, Actorum 5.a.5.*
- Pauli, *qui Elymam Magum & erroneum, quòd vias Domini rectas inuerteret, excæcauit, Act.13.c.11.*

Ecclesiasticę *historiæ exemplis, vt*

- Constantini, *sub quo primùm Imperatore Ecclesia pacem habuit. Hic post coactam illam Nicænam Synodum, ita est Ario aduersatus, vt eius etiam libros publicè cremari, & qui id facere neglexissent, capite puniri iusserit. Idolatras autẽ, ipsosque adeò Prouinciarum Rectores, qui eos vindicare neglexissent, vltore gladio sterni imperauit. Vide Ecclesiasticæ histor. lib.8. cap 18.apud Nicephorum.*
- Valentiniani, *Gratiani, & Theodosij, qui eandem, aut nõ multò leuiorem pœnam in idolatras statuerunt. Vide Nicephorum lib.18. cap.4.*
- Martiani, *qui eos, qui tentant illicita docere, vltimo supplicio coercet. In Cod.de Hæreticis & Manichæis.*
- Iustiniani, *qui in eos, qui Seueri scripta sibi [illegible] sent, capitalem pœnam constituit. In Cod.de Hæreticis & Manichæis.*

TABVLA

TABVLA IIII.

Loci duo.

- An interficiendi, seu comburendi hæretici, qui tamen non sunt blasphemi aduersus Deũ. Non esse interficiendos probant hæc: Quia
  - Errores interficiendi, non homines. Homines diligendi, errores abominandi sunt, teste Augustino contra Cresconium Grammaticum lib. 3. cap. 50. & lib. 1. contra literas Petiliani, cap. 29. & contra Epistolam fundamenti.
  - Sine sæuitia pro veritate certandum est.
  - Illorum est sæuire, qui nesciunt, quo labore inueniatur verum, quàm difficilè caueantur errores, cũ quanta difficultate sanetur oculus mentis, quibus gemitibus & suspiriis fiat, vt ex qualicunq; parte possit intelligi Deus, aut qui nullo prorsus errore se decipi posse putãt.
  - Qui errantem in errore suo occidit, aut non credit, quòd perniciosè & damnabiliter coram Deo erret, aut si id credit, parum est de salute illius sollicitus.
  - Satanæ seruit, qui, quos potest seruare, perdit.
  - Perdere, interficere, comburere Antichristo, nõ Christiano tribuitur: de eo enim iam olim dici cœpit, quòd non obtemperantes sibi combusturus sit igni.
  - Christus, Matth. 13. d. 29. prohibet, ne Zizania euellantur. Non enim ita homo constitutus est in hac vita, vt certus esse possit, qualis quisque futurus sit postea, cuius in præsentia cernit errorem. Vel quid etiam error eius conferat ad profectum bonorum. Non esse igitur tales auferendos de hac vita, docet Christus, ne, cùm malos conamur interficere, bonos interficiamus, quòd fortè futuri sunt, aut bonis obsit, quibus & inuitis fortè vtiles sunt. Sed tunc opportune fieri, cùm iam in fine non restat vel tempus commutandæ vitæ, vel proficiendi ad veritatem: tunc autem hoc non ab hominibus, sed ab Angelis fieri. Vide hæc apud Augustinum super Matthæum.
  - Colligendorum Zizaniorum ad comburendum, non nostra, sed aliorum sunt ministeria, nec quisquam Ecclesiæ filius debet arbitrari ad se hoc officium pertinere. Quare non dicit Christus: Dicam vobis, colligite primùm Zizania: sed, Dicam Messoribus.
  - Christus, Luc. 9. g. 55. ostendit combustores non Spiritu Dei bono, sed prauo ac corrupto animi affectu agitari. Nescitis cuius Spiritus estis, &c.
- Quòd si nulla coactione poterunt hæretici in ordinem cogi & coërceri, eò quòd multitudo infecta sit hæresi, vel Magistratus ipsi ac potentiores sint hæretici, quid tum faciendum? Respondeo. Quod vtiliter ad bonum fieri non potest, non debet sic præsumi, vt in peius euadat. Omnia namque ad ædificationem fieri debent, non ad destructionem. Non potest autem salubris esse coactio, nisi cùm ille cogitur, qui non habeat sociam multitudinem. Cùm verò idem morbus plurimos aut potentiores, ipsumq; Magistratum occupauerit, nihil aliud, inquit Augustinus, bonis restat, quàm dolor, gemitus & oratio. Hic sanè res ipsa monet, opus esse pauciorum & infirmiorum fidelium, quàm qui multitudinem & errantem Magistratum corrigere valeant, vt tolerẽt hæreticos, & interim sibi ab hæresi illorum caueant, licet externam illorum conuersationem declinare nequeant. Si quid enim hîc tentare velint Christiani, cùm eorum detrimento fieret. Secùs verò vbi non multi, sed vnus & alter corrigendi veniunt, cum quibus nemo præterea in errore communicat, vt sine discrimine sic vitari queant, vt ne cibus quidem cum ipsis capiatur.

TABVLA V.

Loci quatuor.

- Quid sit discriminis inter
  - Seductores hæreticos: in his duo sunt improbanda:
    - Falsitas doctrinæ & error.
    - Falsitatis propagatio, qua quoslibet seducere student: propter hæc non tàm excusat seductores ignorantia, quàm accusat seductionis pernicies. Hoc igitur genus hominum vel est carceribus coërcendum, vel longiùs proscribendum, quo & multitudini à seductionibus illorum caueatur, & simul fieri queat, vt aliquando resipiscant.
  - Seductos, in quibus damnanda est præpostera credulitas. Multum autẽ refert, si
    - Scienterne quisquam, aut ignoranter seducatur. Nam id vtroque modo fieri potest. Grauius autem errat, qui scienter errat, vt qui scit eam, quam audiuit veram esse religionem, eam tamen postea per seductores abiecit.
    - In ea sint constituti Ecclesia, in qua verbum Dei purè docetur, & tamen seductoribus hæreticis aurem præbent. Horum maior est culpa, quàm eorum, qui in Ecclesiis, luce verbi Dei destitutis existentes, per impostores seducuntur.
    - Initio hæreseos, dum adhuc rarus quisque illius sectator est, seducuntur. Nam & hi grauiùs peccant, quàm qui tum demũ & ipsi à vera religione discedunt, quando & multitudinem & ipsos principes declinandi autores habere possunt.
    - Eos seductores audierint, qui veritati Dei & doctrinæ derogant: hi enim grauiùs peccant, q̃ qui eos audiũt, & ob id illis credunt, q̃ veritati haud palàm detrahunt.
    - Solis & nudis hæreticorum verbis sine aliquo probabilitatis & miraculorum testimonio mox temerè credunt. Nam hi grauiùs peccant, quàm illi, qui miraculis decepti seducuntur.
    - Per curiositatem, ac sanæ doctrinæ fastidium, aut aliam consimilem causam ad credendum seductoribus mouentur. Hi enim minùs habent excusationis, quàm qui bono quodam zelo moti mendacio credunt, dum se obedire veritati putant. Iuxta hoc discrimen & pœnæ discernendæ sunt.
- Quomodo recipiendi hæretici, &c. Vide literam A.

A. Quomodo *recipiendi hæretici. Aliter recipiatur seductor, aliter seductus: aliter solus, aliter multi. Recipiantur autem amanter, tanquam à fratribus, non fastidiosè, velut ab hostibus: & vbi res poscit, cum reuocatione erroris, & sanæ doctrinæ Christi confessione.*

Quid *faciendum sit de libris hæreticorum, an & hi comburendi cum hæreticis. Libros curiosos, plenos magicis artibus, incantationibus, diuinationibus, seruientes cultibus Dæmonum, nemo negat esse comburendos. Verum alia ratio est librorũ hæreticorũ. In illis multa bona sunt prauis immixta, quorũ non est negligenda ratio. Imò etiamsi insita sint paucis plurima praua bonis, tamen ne paucorum quidem bonorum contemnenda est vtilitas, & plerumque fit, vt ex veris, quæ libris hæreticorum immixta inueniuntur, ea, quæ falsa sunt, refutari queant. Id quod Augustinus studiosè præstitit. Quare & Augustinus lib. 3. de Doctrina Christiana, cap. 30. monet hæreticorum libros legendos esse, sed cautè: neque tamen ab omnibus sine discrimine, sed iudicio valentibus, vt quæ bona sunt, vtiliter teneant: quæ mala, irrefragabiliter refutent.*

Sitne *patiẽter ferenda hæreseos insimulatio. Hic disce:*

- Non *esse vllum calumniæ genus, quo nostra innocentia petitur, quod non sit à pio & innocentissimo quoque homine patienter ferendum.*
- Ad *comprobationẽ innocentiæ non requiri impatientiam, sed moderatam veritatis assertionem, quæ à patientissimo quouis fieri potest.*
- Multum *referre à quibus hæretici vocemur, & quorum nos collatione pro hæreticis habeamur. Aliud enim est hæreticum esse Christianis, & aliud, hæreticum haberi ab hæreticis.*
- Orandum *esse Dominum, vt animos illorum, qui nos pro hæreticis habent, à tentatione, qua laborant, luce veritatis liberet, mentes illuminet, &c.*

De Magia.

TABVLA I.

Quotuplex *Magia: videlicet*

- Naturalis, *quam Philosophiæ totius apicem esse volunt, quæ naturalium virtutum admiraculo, astrorum, herbarum, lapidum, gemmarumq; ex mutua earum & opportuna applicatione, opera edit supra omnem admirationis captum. Et hac Indi & Æthiopes maximè vsi traduntur, vtpotè apud quos herbarum, lapidum, Astrologiæ studium, cæterorumq; ad id spectantium facultas suppetebat. Cuius quidem generis Magos videtur fuisse eos, qui Christum natum muneribus inuisentes adorauerunt. In hac imbuebantur Persarum Regum filij. De qua re copiosiora inuenies apud Sabellicum Enneade 2. lib. 2.*
- Mathematica, *qua miracula quædam præter naturam fiunt, qualis fuit Architæ Tarentini columba lignea, quæ volabat, vt extat apud Plinium & Plutarchum. In hac arte excelluit maximi ingenij vir Boëtius, de quo Aurelius Cassiodorus. Hæc Deuter. 18. c. 11. & Esaiæ 47. c. 12. prohibetur.*
- Venefica, *quam alij φαρμακείαν vocârunt, quæ poculis, philtris, varijsq; veneficiorum medicamentis constat, cui & Metamorphosin, Circes artẽ adscribunt. Huius meminit etiam Augustinus in libris de Ciuitate Dei, vide & caus. 26. q. 5. can. Episcopi. item, nec mirum. Eiusdem quoque generis videtur Ægyptiorum fuisse incantatio, qua baculos vertebant in colubros.*
- Ceremonialis & Vulgaris. *Vide literam A.*

Loci duo.

- Deus *omnes magicæ vanitatis species prohibet, & damnat, Deuter. 18. d. 11. Leuit. 19. d. 31. 20. d. 27. & Psal. 31. a. 7. dicit Dauid: Odio habui fines vanitatis obseruantes: id est, deditus magicis artibus.*
- Christiani *ac Ethnici etiam Imperatores Magiam damnârunt. Diocletianus, quanquam Christi persequutor, hanc artem, imò impostoram damnabilem, & omnino interdictam pronunciauit. Constantinus verò Cæsar hanc artem consulentibus capitis pœnam statuit. Cod. de Maleficis & Mathematicis.* A.
- Magia *Gentium abominatio est, à qua Christianum longè discedere oportet, ac propter istas abominationes Deus Gentes sedibus suis eiecit, Deut. 18. c. 12. Abominatur enim Dominus quicunque ista facit.*

An *Magia sit licita. Non esse licitam hæc probant: quia*

- Decreta *etiam piorum Pontificum Magiam improbant, & Magos anathematis fulmine feriunt. Vide caus. 26. q. 5. can. si quis. & caus. 26 q. 7. can. si quis.*
- Scriptores *Ecclesiastici & profani Magiam detestantur. Lege Augustinum in libro Quæstionum veteris & noui Testamenti, & de diuersis quæstionibus ad Simplicianum, q. 3. item de octo Dulcitij quæstionibus, q. 6. Item caus. 26. q. 1. 2. 3. 4. 5. 7. & c. Plinium lib. 30. cap. 1. & 2. vbi & magiæ species recenset. Item lib. 26 cap. 4. lib. 29. cap. 4 lib. 37. cap. 9. & 10. & lib. 28. cap. 8. in quibus locis mirè Magos, ac Magiæ vanitatem insequitur Plinius.*
- Magiam *Concilia damnant, vt Anchiritanum, cap. 34. Martini Papæ, Laodicense, cap. 30. Toletanum 11 11. cap. 30. Agathense, cap. 48. Aurelianense, Carthaginense, cap. 39. De quibus lege caus. 26. q. 5.*
- Magicis *artibus dediti, fiducia Dei carent.*
- Nulla *re Deus æquè contemnitur, atq; dum nõ agnoscitur esse Deus, quod fit, dum nõ creditur gubernante ea omnia rectè casura, & cura futurorũ scientia alijs, q̃ ipsi soli tribuitur.*

A. Cere-

Malefici, *qui permissu Dei elementa concutiunt, conturbant mentes hominum minus confidentium in Deo, ac sine vllo veneni hausiu, violentia tantùm carminis interimunt, vnde Lucanus:*

Mens hausti nulla sanie polluta veneni
Incantata perit.——

Dæmonibus enim accitis, audent ventilare, vt quoscunque suos perimant malis artibus inimicos. Hi etiam sanguine vtuntur, & victimis sæpè contingunt mortuorum corpora. De his lege Augustinum de Consecrat. 26. q. 5. can. nec mirum, &c.

Incantatores, *qui verbis solis, vel etiã rebus quibusdam adiunctis, aliquid supra naturam moliuntur. Vide caus. 26. q. 3. 4. can. igitur, &c. Porrò carminibus cogi serpentes & aspides, vt virus ponant, & mansuescant, apud omnes ferè scriptores celebre est, & Marsis præcipuè ea facultas tribuitur, Psal. 58. a. 5. Sicut aspidis surdæ, quæ non audit vocem incantantium. Lege Volaterranum fol. 326. Huc pertinent omnes ligaturæ, atque remedia, quæ Medicorum quoque disciplina condemnat, siue imprecationibus, siue in quibusdam notis, quas characteres vocant, siue in quibusdam rebus suspendendis atque ligandis, vel etiam saltandis, quodammodo non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes, &c. Lege Augustinum caus. 26. q. 2. can. illud. & caus. 26. q. 7. can. non obseruetis.*

Præstigiatores, *id est, illusores, qui illusiones exercent, quæ secundùm apparentiam tantùm fiunt, quibus Magi phantasmata edunt, multáque miracula circulatorijs fraudibus ludunt, & somnia immittunt, quod non tàm Goëticis incantamentis, quàm etiam certis fumigiorum vaporibus, luminibus, collyrijs, alligationibus & suspensionibus, præterea & annulis, Specularibus, & alijs id genus Magicæ artis instrumentis fit.*

Epodi, *qui excantant pueros, & in eloquium oraculi eliciunt, & qui Dæmones parædros, quos Famulantes Spiritus vocant, iactitant, quique, vt dicitur Spiritus pascunt in vitro, per quos se prophetare mentiuntur: & hi bifariam procedunt. Nam alij Dæmones malos virtute quadam, maximè diuinorum nominum adiurator, aduocare & cogere student. Alij autem omnium nefandissimi se Dæmonibus submittentes, illis sacrificant, eosque adorant. Ex hac hominum fece profluxerunt nobis characterum & prodigiosorum nominum genera, ad quæ mali Dæmones Sponte comparent, nimirum vt astu suo decipiant, vt adorentur. Dicuntur Epodi & qui fruges excantant, & malum carmen incantant: vbi videlicet singulis versibus singulæ clausulæ subijciuntur, & quasi accinuntur, cuiusmodi sunt apud Pindarum & Horatium.*

Arioli, *qui circa aras idolorum nefarias preces emittunt, & funesta sacrificia offerũt, bisq; celebritatibus, Dæmonum accipiunt responsa. De his caus. 26. q. 4. can. igitur.*

Diuini, *&c. Vide literam B.*

Goëtia, *id est, fallacia, impostura, quæ immundorũ Spirituum familiaritate et auxilio constat. Huc pertinet*

Ceremonialis, *huius species sunt,*

A.

Theurgia, *quæ consistit in munditia, cùm animi, tum corporis seruanda: item eorum, quæ circum corpus sunt, vt in cute, vestibus, habitaculis, vasis, peluibus, securibus, instrumentis, hostijs, & id genus superstitionibus. Dæmon enim ad decipiendum callidissimus, imposturas suas Specie sanctitatis inuoluit, vt imprudentiores capiantur facilius.*

Dirum *esse, si quis manè calceum perperam, ac sinistrum pro dextro indueret, vt Cæsar etiam Augustus indicabat.*

Infelicem *consiliorum euentum esse eo die, quo nobis præsentibus sal in mensa effundatur.*

Infaustum *esse buccellam ex ore cadere, aut baculum è manu.*

Faustum *esse cernum transire à dextris, vulpem à sinistris.*

Infaustum *esse, lapidem, aut puerum, aut fœminam mediam interuenire.*

Calcare *limen cùm ante domum tuam transis.*

Redire *ad lectum, dum si quis se calceat, sternutauerit.*

Redire *ad domum si quis procidens offenderit, vel si vestis à soricibus roditur. De his lege Augustinum lib. 1. de Doctr. Christ. & caus. 26. q. 2. can. illud. &c. & caus. 26. q. 7. non obseruetis, &c.*

Vulgaris, *qua vulgus vti cõsueuit, vt sunt*

B. Diuini, seu diuinatores. Hac pertinent

- Haruſpices, *quaſi horarum inſpectores: dies enim & horas in agendis negotijs cuſtodiunt, & quid per ſingula tempora obſeruare debeat homo, intendunt. Hi etiam exta pecudum inſpiciunt, & ex eis futura prædicunt. Vide cauſ. 26.q.4 can.igitur.*
- Aſtrologi, *ſeu Planetarij, qui ex aſtris futura prædicant. Hi & Mathematici appellantur. Nobis ſatis ſit curſum aſtrorum, & motum obſeruaſſe, vt temporum ratio nobis conſtet, & eas res agendi, ad quas ſeruire obſeruationem motus illorum Dominus voluit, datis certiſſimis experimentis: qualia, agricolationem & nauigationem exercentes habent. De alijs rerum euentibus nihil ſimus ſolliciti, cùm omnia optimè cadere oporteat, diligentibus Deum.*
- Sortilegi. *Hic diſce:*
  - Qui *ſint. Qui videlicet ſub nomine fictæ religionis, per quaſdam, quas Sanctorũ & Apoſtolorum vocant ſortes, diuinationis ſcientiam pollicentur, aut quarumcunque ſcripturarũ inſpectione futura promittunt. cauſ. 26.q.1. & cauſ.26.q.7.can.non obſeruetis.*
  - Quotuplex *ſit ſortiendi genus. Duplex: aliud eſt*
    - Politicum, *cuius vſus eſt in agris & poſſeßionibus diuidendis, ſicut terra ſancta ſortibus diuiſa eſt, de quo Num.33. & 34. & Pſal.78. Ioſ.14.15. Quin & Pontifices ſorte eligebantur, & Reges. Nam Saul ſorte electus eſt, 1.Reg.10. voluntate Dei priùs conſulta, per quam latens Saul, populo indicatus eſt. Sic & Matthias ſorte eligitur. De ſortibus vide Pet.Martyrem in 1.Sam.cap.10. & Gualterũ in Ionam. De hoc genere dicitur Prouerb. 16. In ſinum deijciuntur ſortes, at omne iudicium earum pendet à Domino. De hoc plaribus Feneſtella de Magiſt.Rom. & Cælius Antiq.lect. lib.12.cap.18. Lucianus quoque in Dialogo, qui Erotinus inſcribitur. Lege & Ioſ.7. 1.Reg.14. Ion.1.Luc.1.*
    - Superſtitioſum, *infame, & prohibitum, quo euentus quærũtur de rebus futuris. Huius autor extitit Numerius Preneſtinus. Vſus illius erat & in dubijs diſcernendis, de quo lege cauſ.26.q.2. & in gl. De hoc genere lege Cic.lib.2. de Diuinat. Crinitum lib.de Honeſta diſcipl.22.cap.3. & Polyd.de Inuent.rer.lib.1.cap. Vlt. Lege & cauſ.26.q.2.can.1.in gl. & q.5. can.ſortes. Fit autem hoc ſortilegium diabolica incantatione ad fortunæ, aut infortunij inueſtigationem, quod fit tactu & inſpectione alearum, oßium, librorũ, & quarumcunque ſcripturarum, & extorum inſpectione. Lege Ezech.21. & cauſ.26.q.1.3.et 4. can.igitur.*
- Pythoniſſæ, *à Pythonio, vel Pythio Apolline, vt quidam tradunt, qui dicunt ſe habere ſpiritum, per quem poſſint futura prædicere. Vide cauſ.26.q.4.can.igitur.*
- Geneſiani, *vel Genethliaci, qui geneſes, id eſt, natiuitates hominum per duodecim cœli ſigna deſcribunt, ac per hos mores, actus & euentus prædicere conantur. Lege cauſ.26.q.4. & 5.*
- Salitores, *qui dum eis membrorum quæcunque partes offenderint, vel ſalierint, aliquid ſibi exinde proſperum, ſeu triſte ſignificari prædicunt. cauſ.26.q.4.can.igitur.*
- Horoſcopi, *qui horas natiuitatis ſpeculantur, diſſimili & diuerſo facto. Ibid.*
- Necromantici, *quorum præſtantionibus videntur reſuſcitari mortui, diuinare, & ad interrogata reſpondere. de quo 1.Reg.28.*
- Hydromantici, *qui in aquarũ inſpectione vmbras Dæmonum euocant, & imagines eorum ludificationes vident, ibiq; ab eis aliqua audiunt. cauſ.26.q.5. nec mirum.*
- Geomantici, *qui ex terræ inſpectione futura prædicunt. cauſ.26.q.4.can.igitur.*
- Pyromantici, *qui ex ignis inſpectione futura prædicunt.*
- Aëromantici, *qui ex aëris inſpectione futura prædicunt.*
- Chiromantici, *qui ex manus inſpectione futura prædicunt.*
- Ornimantici *auium obſeruatores. Hic diſce:*
  - Quot *ſint genera vaticiniorũ, quæ gentes ex auibus obſeruârunt. Alterum enim ex auium garritu, quod Augurium vocârunt, alterum ex auium volatu, quod dictum eſt Auſpicium.*
  - Vnde *obſeruatio auſpiciorum nata ſit. Quòd videlicet gentium ſuperſtitio putauerit aues eſſe interpretes Deorum. Ridet Homerus hanc gentium ſuperſtitionem in Iliade, dicens:*

    Seu dextra ſpectentur aues Phaëtontis ad ortum,
    Siue ſiniſtra petant obituri limina Solis,
    Nil rationis habent, cùm ſint ratione carentes, &c.
  - Obſeruationes *ex auibus varias eſſe. Aliæ ſunt phyſicæ, vt noctua, continenter p noctem clamans. Cornix, interdiu leniter vociferans, ſerenitatem ſignificat. Hirundines circa paludes cum clamore volantes, pluuiam ſignificant. Aliæ ſunt ſuperſtitioſæ, vt obſeruare volatus, aut garritus auium iuxta diſciplinam gentium, vt cornicem & picum à ſiniſtra: coruum & aquilam à dextera videre, ratum facere auſpicium. Huiuſmodi res obſeruare, planè impium eſt.*
- Chronomantici, *id eſt, obſeruatores tẽporum ſuperſtitioſi. Eſt autẽ duplex temporum obſeruatio. Alia eſt*
  - Phyſica, *qualis eſt obſeruatio dierum Criticorum apud Medicos: item obſeruatio dierum, quos vocant Caniculares: de quibus extat Aphoriſmus Hypocratis, Sub cane & ante canem periculoſæ ſunt purgationes. Qualis eſt obſeruatio temporum, phlebotomiæ, plantandi, ligna incidendi, & multa id genus alia, quæ non ſunt excogitata humana ſuperſtitione, ſed inuenta naturali ratione & experientia, quorum obſeruatio non eſt prohibita.*
  - Superſtitioſa, *quæ nõ habet cauſam in natura, ſed eſt humana ſuperſtitione excogitata, & Sathanæ præſtigijs confirmata, qualis eſt obſeruatio dierum Ægyptiacorum. Sunt enim qui dicũt, in quolibet menſe duos eſſe dies, quos ægros & Ægyptiacos vocãt, in quibus infauſtum ſit quicquam operis inchoare. cauſ.26.q.7.non obſeruetis. De his & ſimilibus, vide Volaterranum fol.lio 322.1. Alij obſeruant tempus ineundi coniugij, induendæ nouæ veſtis, amandandi nuntij, & aliarum id genus rerum. Huiuſmodi ſuperſtitioſæ obſeruationes ſunt prohibitæ. cauſ.26.q.7. non obſeruetis.*

TABVLA II. quæ Quæstiones quasdam continet.

An exemplo Apostolorum sortiri liceat. Quod omnibus à constitutione mundi Sanctis licuit, idem nobis quoque licet: fiat tamen id modo Apostolico, facta precatione, & collecto fratrum cœtu, Act.1.d.26.& cauſ.26. q.2. can.non exemplo: non ſtatim. Fiat item neceſſitatis cauſa, vt ſi contentio eſſet de electione aliquorum, & eſſet paritas vtrique in omnibus, exemplo Apoſtolorum, poſſunt fieri ſortes. Non licet autem ſortiri per Magicas incantationes, vel ad exercendas vanitates, vel ad inquirēda occulta. De quo lege cauſ.26.q.2.in gl.

An credendum ſit diuinis, cùm ea contingant, quæ ab illis prænunciantur: non eſſe illis credendum, etiamſi quædam prænunciârint. Dominus Deuter.13.a.3.demonſtrat: Non audies, inquit, verba Prophetæ illius: quia tentat vos Dominus Deus veſter, &c. Lege de hoc & cauſ.26.q.2.can.intelligi voluit.& ſequenti. & q.5.in fine. Lege Gellium lib.14.cap.1.& Plutarchum, & Cælium in 5.cap.10.

An Planetarijs & Mathematicis credendum ſit, qui ex aſtris futura colligunt. De hoc lege cauſ.26.q.2.can. illos Planetarios.& ſequenti. & cauſ.26.q.7. can.non obſeruetis. & ſequenti. & cauſ.26.q.2. ſed & illud. Quatenus verò aſtrorum curſum obſeruare liceat, habes Tabula priori, dictione Aſtrologi.

An Dæmones per ſuos futura prædicere poſſint. Prædicunt ſæpè, quæ ipſi facturi ſunt: accipiunt enim poteſtatem morbos immittendi, &c. Prædicunt etiam, quæ naturalibus ſignis futura præno ſcunt, teſte Auguſtino de Natura Dæmonum. Lege de hoc & cauſ.26. q. 4. can. ſciendum eſt. Item lib.2. Retract. cap 30. de Diuinatione Dæmonum.

An Dæmones per ſuos Miniſtros mortuos excitare poſſint, vt per Necromanticos & Pythoniſſas. De quo 1. Reg.28. Vbi Pythoniſſa Samuelem excitaſſe dicitur. Reſpondeo, Dæmones mortuos reſuſcitare non poſſunt. Neque Pythoniſſa Samuelem ipſum excitauit, ſed hoc ludibrium Satanæ erat. Primum quòd non ſit credibile animas iuſtorum in manu Dei poſitas, etiam ſub poteſtate Satanæ eſſe, & Pythoniſſæ mulieris Satanæ ſpiritu plenæ, quia & Saul & mulier faciebant contra mandatum Dei, Deut.18.c.12. Nec credendum eſt, quòd Spiritus Sanctus per Moſen præceperit veritatem à mortuis non quærendam, & poſtea Sauli permiſerit, vt ex Samuele reſuſcitato diſcat, quid ſit futurū. Tertiò, quòd in tota Scriptura nullum proditur exemplum de mortuis interrogandis. Adeò rigidè Spiritus Sanctus obſeruat hoc mandatum, Deut.18.c.11. Quartò, quia ſi Samuel vir iuſtus apparuiſſet, non vtique permiſiſſet ſe à Saule adorari, qui prædicauerat Deum ſolum eſſe adorandum. Quintò, quia homo Dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, non dixiſſet ad virum impium, dignum ardore gehennæ: Cras mecum cris. Sextò, quia hiſtoricus ibi ſignanter dicit: Intellexit autem Saul quòd Samuel eſſet, quibus verbis non ſignificat virum illum Samuelem fuiſſe, ſed Saulem ita cognouiſſe, ac ſi Samuel eſſet. Lege de hoc Auguſtinum de Ciuitate Dei, & cauſ.26.q.5.can.nec mirum.

Loci nouem.

An curatio, quæ fit per veneficos & diuinos, expetenda ſit. Sanitas non niſi à Deo. ac licitis mēdijs expetenda eſt, non magicis artibus, non pactaciolis ſcriptis, ac ſuper homines & an malia poſitis, &c. Lege cauſ.26.q.7. Non obſeruetis.& cauſ.26.q.5.can.nec mirum.in fine.& cauſ.26.q.2.qui ſunt.

An verum ſit, quòd mulieres quædam credunt, ac profitentur, ſe cum Diana Dea Ethnicorum, vel Helena, vel cum Herodiade, vel cum innumera multitudine mulierum, equitare ſuper quaſdam beſtias, & multarum terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſilentio pertranſire, Dianæque iuſſionibus obedire, & certis noctibus ad eius ſeruitium euocari. Satan, cùm mentem mulieris cœperit, & hanc per infidelitatem ſibi ſubiugauerit, illicò transformat ſe in diuerſarum perſonarum ſpecies, & mentem, quam captiuam habet in ſomnijs deludens, modò læta, modò triſtia, modò cognitas, modò incognitas perſonas oſtendens, per quæque deuia deducit, & cùm ſolus ſpiritus hoc patitur infidelis, hoc non in animo, ſed in corpore euenire opinatur. Quis enim in ſomnijs & nocturnis viſionibus non extra ſeipſum deducitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam vigilando viderat? Lege de hoc cauſ.26.q.5. can.Epiſcopi, &c. Sic veneficæ videntur ſibi quandoque intereſſe conuiuijs & ludis, cùm ſæpè compertum ſit, eas nuſquam abiiſſe, ſed dormientes geſtu & clamore ſomnia conuiuiorum ac ſaltationum ſignificaſſe.

An faſcinari poſſint infantes. Sentiendum eſt maleficas opera Dæmonum, Deo permittente, infantulis nocere poſſe in pœnam infidelium, & probationem fidelium. Sic & adulti, præcipuè impij, Deo permittente, Diaboli maleficio & inſidijs, infici, intoxicari, infeſtari, ligari & lædi poſſunt: in his enim efficax eſt Satan, qui Deo contumaces ſe præbent, Epheſ.2. Pios lædere nō poteſt, niſi permittēte Deo, ad ſuum ipſorum profectum. Non autem fit faſcinum intuitu, aut laudatione, ſicut vulgus putat, ſed Diaboli maleficio & maleficarum venenis. Infici quidem infantes poſſunt ſpiritu fœtido, oculis venenoſis mulierum, ſicut & adulti, verùm inde faſcinari non poſſunt. Nam faſcinum propriè læſio eſt, & defectus, qui Satanæ maleficio fit.

An incubi Dæmones ſint, qui homines quieſcentes inuadant, & opprimant. Incubus morbus eſt, cum externa quædam vis quieſcentes ſolet inuadere, & pondere ſuo preſſos grauare, vel eſt redundans euaporatio in caput ex voracitate ac cruditate nata. Græci Ephialten vocant. Accidit ſæpius ſupinis. Vbi pulmo comprimitur, & vitalis ſpiritus ſuffocatur. Imago ſi quæ apparet, ea ex cerebro compreſſo, ac nimia euaporatione grauato fingitur. Ea compreſſio mouet imaginationem, vt cogitet premi thoracem ab aliquo alio.

De Superstitione.

TABVLA I.

Quid *sit.* Est opinio, quæ nec habet mandatum Dei, nec Physicam rationem. Vel est nimia & superabundans pietas, seu religio, vt si quis non solùm timet, ne à Deo propter adulterium affligatur, sed etiam timet ne à Deo condemnetur, si vescatur carnibus feria sexta. Aut si non solùm creditur, Christum esse satisfactionem pro peccatis, sed etiam opus ieiunij, aut eleemosynæ, aut certarum precularum esse peccatorum satisfactionem: vt de Lex dicit: Quod ego præcipio, hoc tantùm facito, ne addas quicquam, nec minuas. De Superstitione Eccles. 7. c. 17. Noli esse iustus multùm, & c. ne impiè egeris multùm. Tam enim malum iudicatur nimium esse iustum: id est, superstitiosum, quàm nimium esse sceleratum. Vel superstitio est vitium religioni oppositum, secundùm excessum.

Vnde dicitur superstitio. A superstitibus liberis, teste Cic. lib. 2. de Nat. Deor. cuius verba sunt hæc: Qui totos dies precabantur, vt sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati. Quod nomen patuit postea latiùs. Porrò superstitiosi vocantur apud Lactantium lib. 4. cap. 28. non qui filios suos superstites optant: omnes enim optant: sed aut hi, qui superstitem memoriam defunctorum colunt, aut qui parentibus suis superstitibus celebant eorum imagines domi tanquam Deos penates. Nam qui nouos sibi ritus assumebant, vt in Deorum vicem mortuos honorarent, quos ex hominibus in cœlum receptos putabant, hos superstitiosos vocabant. Eos verò, qui publicos & antiquos Deos colerent, religiosos nominabant. Vnde Virgilius:

Vana superstitio, veterumq; ignara Deorum.

Sed cùm veteres quoque Deos inueniamus eodem modo consecratos esse post obitum; superstitiosi ergo sunt, qui multos, ac falsos Deos colunt, nos autem religiosi, qui vni & vero Deo supplicamus.

Quid *interfit inter religionem & superstitionem. Vide Cic. lib. 2. de Nat. Deor.* cuius hæc sunt verba: Non Philosophi solùm, verùm etiam maiores nostri superstitionem à religione separauerunt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, vt sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati: qui autem omnia, quæ ad cultum diuinum pertinent, diligenter retractarent, & tanquam relegerent, dicti sunt Religiosi à relegendo. Et lib. 1. de Diuinat. Non enim sunt hi aut scientia, aut arte diuini, sed superstitiosi vates, impudentes q; arioli, aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat, qui sibi somniant non sapiunt, alijs monstrant viam, quibus diuitias pollicentur, ab his drachmam ipsi petunt. Item lib. 2. de Diuinat. Vt religio propaganda est, sic superstitionis stirpes omnes eijciendæ.

LOCI sex.

- Quę causæ superstitionis.
  - Prauitas *naturæ.*
  - Ratio *humana: homo enim carnalis Deum pro carnis suæ captu cognoscere cupit.*
  - Auaritia *Sacrificulorum, qua superstitio aucta est.*
  - Timor: *superstitiosi enim illic trepidant, vbi non erat timor.*
  - Romana *sedes.*
- Qui *effectus.*
  - Parit *dissidia.*
  - Ex *Sanctis mortuis idola facit.*
  - Ad *sanguinem fundendum prosilit, ita vt superstitio cæco & præcipiti furore sanguinaria sit.*
  - Proteruè *ludit in stulta & inconsiderata Sanctorum æmulatione.*
  - Miracula *arripit, doctrinæ veræ non auscultat.*
  - Perturbat *conscientiam: nam teste etiam Ethnico Cicerone lib. 1. de Finibus, bonorum & malorum: Qui superstitione imbutus est, quietus esse non potest.*
  - Deo *illudit, dum illi gratificari tentat: nam ea fere sola, quæ sibi curæ non esse testatus est, arripiens, quæ præscribit, ac sibi placere docet, aut contemtui habet, aut etiam nõ dissimulante, reijcit, sua deliramenta colens & adorans.*
- An *ferenda sit superstitio. Nõ est ferenda: dãnatur enim testimonijs*
  - Scripturarum, *vt Leuit. 19. Deut. 18. Ierem. 27.*
  - Doctorum, *vt Augustini, Chrysostomi, Bedæ, Gregorij, Hieronymi. Vide caus. 26. q. 7. can. admoneant. & caus. 26. q. 3. de his in sequenti Tabula.*
  - Conciliorum,
    - Martini *Papæ, de quo caus. 26. q. 5. can. non licet.*
    - Laodicensis, *cap. 39. de quo caus. 26. q. 5. can. non oportet.*
    - Toletani IV. *cap. 30. ibid. can. si quis. item, quicunque, & c.*
    - Agathensis, *cap. 38. ibid. can. aliquanti.*
    - Aurelianensis, *ibid. can. si quis.*
    - Carthaginensis, *cap. 39. can. augurijs, & c.*
  - Põtificum *Romanorum, vt*
    - Gregorij *iunioris, caus. 26. q. 5. can. si quis.*
    - Leonis IV. *ibid. can. sortes.*
    - Gregorij, *ibid. can. contrà.*
    - Martini, *caus. 26. q. 7. can. non licet, & c.*
    - Zachariæ, *ibid. & c.*
  - Philosophorum *& Poëtarum. Vide Cic. de Diuinat. in fine lib. 2. & lib. 1. de Finibus bonorum & malorum. & lib. 2. de Nat. Deor. de quibus vide super Virgilium:*

Vana superstitio, veterumq; ignara Deorum.

TABVLA

TABVLA II.

Cultu Dei. *Superstitiosus enim deligit sibi cultum Dei voluntarium ex proprio arbitrio, sine verbo Dei excogitatum, qui cultus Deo nõ probatur. Vide Coloss. 2. d. 23. Mirum autem est, quàm placeant, quæ à nobisipsis consinguntur Deo seruiendi formulæ, sordent præ his, quæcunque præscripsit Dominus. Inde est, quòd multam apud nos autoritatem speciemq; tàm veri, quàm boni habeant traditiones humanæ. Huc pertinent traditiones omnes de sacrificijs, cibis, ferijs, vestitu, preculis, votis, indulgentijs, austeritate vitæ, flagellatione, incisione corporis, de quo 3. Reg. 18. d. 27. externis gestibus, incessu, conuersatione, peregrinatione, extructione altarium, statuarum, &c. Omnis enim inanis cultus superstitio vocatur. Graue profectò peccatum est, huiusmodi traditionibus nomen religionis applicare. Tales enim traditiones religionem Catholicam, & cultum Deo gratissimum esse volunt, vero Dei cultu, qui in verbo Dei proponitur, prorsus neglecto.*

Religionis, vt in

Cultu *Sanctorum Angelorum & hominum, quem cum diuino cultu immiscet. Sanctis enim templa, sacrificia, sacerdotes, & altaria instituit, quod, teste Augustino 1. ad Cor. 6. sacrilegium est: Sacrilegium, inquit, est, cuicunque creaturæ templum extruere. Et de Ciuitate Dei lib. 8. cap. vltimo: Martyribus, inquit, nostris neq; Sacerdotes instituimus, nec offerimus sacrificia, quia incongruum indebitum, illicitum, atque vni tantùm debitum. Et Psal. 94. Templa, sacrificia, instituti Sacerdotes, hæc omnia non nisi vni magno debentur. Cyrillus contra Iulianum lib. 6. Sanctos, inquit, Martyres, neque Deos esse dicimus, neque eos adorare consueuimus, &c. Item: Superstitio Sanctos, ac corũ etiam imagines inuocat, cùm Deus creator omnium, non creatura, inuocandus erat. Atq; ita ex Sanctis mortuis idola facit, colit eos ieiunijs, Missis, precibus, &c. Vide Coloss. 2. d. 23.*

Coacta *& legali temporum, annorum, mensium, & dierum, imò & rituum legalium obseruatione, vt Paulus ad Galat. 4. c. 10. scribit: Dies obseruatis & menses, &c. De hoc lege & caus. 26. q. 7. can. non licet. si quis. non obseruetis, &c.*

Stulta *& inconsiderata Sanctorum æmulatione: imitatur enim quædam externa eorum opera, neglecta doctrina, fide, & cæteris magis necessarijs.*

In quibus rebus superstitio dominetur. In quibus,

Mysteriis *Baptismi & Cœnæ Domini, quibus multa p superstitionẽ addiderũt Papistæ.*

Rerum *euentibus: vt an diutiùs viuat aliquis, quando moriatur, an multo tempore ægrotet, qualem habiturus sit vxorem, quid illi vel prosperi, vel aduersi accidat, &c. In his inquirendis vtuntur vel chiromantia, vel necromantia, vel somniali, vt vocãt, Danielis, vel sortibus, vel augurijs, vel physiognomia, quæ corpus & eius partes considerat, ac ex eis futura colligit, contra expressum mandatum Dei, Leuit. 20. d. 27. Deut. 18. c. 11. Vtuntur & superstitiosis quibusdam somnijs, quæ malis & vanis artibus procurãtur, & cultu Dæmonum solent impetrari. Apud Ethnicos oracula fuerunt, vbi homines ad visiones & insomnia impetranda pernoctabant. Tale fuit Amphirai, Amphilochi, Trophonij, Æsculapij. His in locis dormientibus Cacodæmon ostendebat pharmaca & medicinas, quibus ægroti sanarentur, simulq; de alijs rebus futuris respondebat. Vt autem visiones & insomnia huiusmodi impetrarẽtur, imperabantur sciscitantibus, nescio qui delectus ciborũ, speculationes, & quidem puri castiq; dies. Satan enim ad decipiendum callidissimus, impostoras suas specie sanctitatis inuoluit, vt imprudentiores fallat facilius.*

Collectionibus *barbarum, in quibus vel carmina dicũt, vel Symbolum, aut Orationem Dominicam recitant. De hoc lege caus. 26. q. 7. can. non obseruetis. & caus. 26. q. 5. can. non licet. De hoc infrà copiosius in quæst. 3. & 4.*

Ciuilibus, vt in

Ethnica *obseruatione dierum, quibus aut domum extruant, aut coniugia copulent, aut iter suscipiant. De quo lege caus. 26. q. 5. can. non licet. & caus. 26. q. 7. can. non obseruetis. Hæc superstitio Dei prouidentiam negat.*

Curatione *ægrotantium. Hic vtuntur mensurationibus & quantitatibus qualitate carentibus, quarum nulla planè est efficacia. Vtuntur & preculis, & verbis ad hoc delectis, & characteribus, seu notis, aut suspensione picturatiolarum scriptarum, quas super homines & iumenta ponunt. De quo caus. 26. q. 7. can. non obseruetis. Vide de hoc infrà in quæstionibus.*

Luctu, *in quo vtuntur quidam laceratione genarum, rasura pilorum, incisione corporis, &c. De quo Leuit. 19. d. 28.*

Corporis *læsione. De quo quæst. 2. infrà. Vtuntur hic fascinatione & incantatione.*

Tollendis *serpentibus, domandisque animalibus quibuslibet, vbi carminibus vtuntur, vel preculis. De hoc infrà in q. 3. & 4.*

Ratione *conceptus.*

Die *natali, funebri & sepulturæ.*

Liberandis *hominibus à quibusuis malis.*

Defensione *sui, aut aliorum, vt à gladio, peste, &c. tuti permaneant.*

Copula *nouorum coniugum.*

Loci quinque.

Ancuratio, *quæ fit mensurationibus, & seq. Vide literam A.*

An curatio, quæ fit mensurationibus, &c. sit superstitiosa. Maximè: Sanitas enim à Deo datore bonorum omnium, ac licitis etiam medijs petenda est. Ab hoc expectanda sunt bona omnia, à quo & creata sunt. Lege caus. 26. q. 7. can. admoneant. & caus. 26. q. 3. can. qui sine. Psal. 103. a. 3. qui sanat omnes infirmitates tuas. Et Psal. 107. d. 22. admonet Psaltes eos, qui diuino auxilio grauissimis morbis liberati & sanitati restituti sunt, vt Deo sacrificium laudis offerant. Deus enim est, qui & morbos immittit, & à morbis liberat, quare prouidentiæ Dei medijs in quærenda sanitate vtendum, non superstitione, aut Magia, &c.

Quomodo ergo superstitiosi, quando à Deo non sint, possunt tamen ægris præbere medelam, & futura prædicere, sanos lædere, &c. Respondeo, etsi aliquando eueniant, quæ prædicunt, & sanare videantur languidos, aut lædere sanos, propterea tamen illis credere non debemus, quia hoc permissu Dei fit, vt ipsi, qui hoc audiunt, vel vident, probentur, & appareat qua fide sint erga Deum. De quo lege Deut. 13. & caus. 26. q. 2 can. intelligi. & caus. 26. q. 3. can. nec mirum. circa finem. Fit hoc etiam in pœnam infidelium, vt qui veritati non credunt, credant mendacio. De qua re vide ad Rom. 1. d. 21. & 2. Thess. 2 c. 10.

A. Quid hîc peccati est, cùm sententia aliqua ex Scripturis desumpta, ac pictatio scripta circa collum suspenditur, aut ægrotanti insuarratur. Respondeo, Graue peccatum esse: probatur

- Testimoniis Doctorum, vt
  - Chrysostomi in opere imperfecto super Matth. 23. Dic, inquit Sacerdos insipiens, nónne quotidie Euangelium in Ecclesia legitur, & auditur ab omnibus? Cui ergo posita in auribus Euangelia nihil prosunt, quomodo possunt circa collum suspensa saluare? Deinde: Vbi est virtus verbi, in figuris literarum, an in intellectu sensuum? Si in figuris, benè circa collum suspendis. Si in intellectu, ergo melius in corde posita sunt, quàm circa collum suspensa.
  - Bedæ, 1. Cor. 10. Ad superstitionẽ & molimina Magicarum artium pertinent omnes, etiam ligaturæ atque remedia, quæ Medicorum quoque disciplina condemnat.
  - Augustini libro de Ciuitate Dei, cuius verba vide & caus. 26. q. 2. can. qui sine. Vide & Hieronymum, ibidem.
- Rationibus. Quia
  - Sic profanatur verbum & nomen Dei: profanatur enim Dei nomen & verbum, incredulitate, impietate, idolatria, hæresi, superstitione, magia, hypocrisi, arrogantia, præsumtione, & impura populi Dei vita.
  - Sic verbum Dei adulteratur. Adulteratur verbum Dei cum vitiatur & non syncerè proponitur.
  - Verbum Dei sic violenter tractatur, & ad alium finẽ destinatur, quàm à Deo nobis propositum est. De quo & Sophoniæ cap. 3. v. 4. conqueritur: Sacerdotes Legem: id est, Verbum Dei violenter tractant, &c.
  - Virtus verbi in figuris literarum & pronuntiatione verborum à superstitiosis locatur, non in intellectu sensuum.
  - Etsi sententia aliqua Scripturæ recitetur, cùm tamen verbi vis non intelligatur, ipsa res arguit eos, qui hoc faciunt, & facientibus consentiunt, fiducia Dei carere.
  - Curatio literis, & characteribus, & pronunciationi verborum, non Deo tribuitur. Id quod Dei contemtum respit.
  - Superstitio hæc ad gentes, non ad populum Dei pertinet. De quo Deut. 18. c. 14. Gentes istæ, quas tu iam occupabis audiunt Mathematicos & diuinos, tibi verò sic facere non permittit Dominus Deus tuus.
  - Fit hîc verbi Dei abusus, qui eò magis est impius, quò verbum Dei est sanctius. Quare, vt nõ valet Missarij argumentatio: Non nisi bona verba in Missa dicuntur & leguntur, ergo Missa bona est: ita non valet, verbum Dei bonum est, ergo curatio, quæ fit verbo, bona est. Hîc enim verbum aliò transfertur, non manet in suo genere. Talis est & ebrios argumentatio: Vinum est bona Dei creatura: ergo ebrietas non est mala. Nam eò magis ebrius peccat, quò magis bona Dei creatura abutitur. Sic non valet. Diuitiæ bonæ Dei sunt creaturæ: ergo Auaritia peccatum non est. Quod verò vulgo dicitur, in verbo, herbis, & lapidibus remedium esse, & adducitur locus Sapient. 16. c. 12. Non herba, aut malagma, sed verbum tuum, ô Domine, sanauit eos. Concedimus quidem, at non eodem respectu. In lapidibus & herbis remedium est corporis, in verbo verò animæ, non quia dicitur, sed quia intelligitur, creditur, & nobis Spiritus virtute applicatur. Porrò verbum in loco adducto bonam Dei voluntatem, seu gratiam & operationem illius internam significat: Nam docere & velle Dei, est facere, vt non necesse habeat adhiberi herbas & malagmata, seu emplastra. Omnipotens enim sermo Dei, & quicquid vult facit, sine medijs prouidentiæ suæ.

An peccatum sit orationem, &c. Vide literam B.

B. An

An peccatum sit, orationem Dominicam & Symbolum in colligendis herbis ad curationem, & in curatione ægroti recitare. Respondeo, Oratio non ad herbas, vel infirmitates, sed ad Deum Patrem referenda est, quam quidem non rebus aliquibus occupati, sed animo & corpore quieti, & non nisi vni huic rei dediti recitare debemus. In Symbolo verò confessionem fidei nostræ, qua ab Ethnicis & Pseudochristianis differimus, exponimus, vt videlicet rationem nobiscum ineamus, quantum sit veræ fidei in nobis, quantum in confessione Deo Patri & Seruatori IESV Christo tribuamus: deinde vt perturbationes animi sedemus, quæ oriuntur terrore peccati, legis, mortis & inferorum: postremò, vt Dominum glorificemus in omnibus operibus suis. Libet hîc adscribere Chrysostomi verba in cap. 3. ad Coloss. Homilia 8. tomo 10. Etsi, inquit, nihil prosint superstitiosa illa remedia, sed seductio sunt, & ludibrium, sunt tamen qui prodesse suadeant. At fidelis mauult mortuum videre puerum, quam idolatriæ locum dare. Et post: Superstitiosa illa, quæ ægrotis applicantur, etiamsi mille modis philosophentur, quicquæstum ex ipsis faciunt, dicentes: Deum inuocamus, & præterea nihil facimus, & quicquid eiusmodi prætendunt, idolatriam tamen sapiunt. Dic mihi, si Medicus ad ægrotum accedens, relictis medicinæ pharmacis, incantatione vteretur, an hunc Medicum diceremus? Nequaquam: Non enim videremus medicinæ pharmaca: ita neque hîc quæ sunt Christianismi. Quid igitur? Moritúrne puer, inquis? Si hoc pacto viuit tum mortuus est, si verò sine his mortuus fuerit, tamē reuixit. Iam si videris filium scortis deditum, mox velles defossum & sepultum: ac dicis, Quid mihi profuerit eum viuere? Cum verò videas salutis illum subire periculum, vis ita viuentem videre? Dic mihi, si diceret quispiam, duc ægrotum tuum in templum simulacrorum, & viuet, ferres istum? Non inquis. Quare? Quia ad simulacrorum cultum adigeret, inquis. Hic vero non est simulacrorum cultus, sed simpliciter incantatio. Hæc Satanica cogitatio est, istæ sunt insidiæ diabolicæ ad occulendam seductionem, & ad porrigendum sub melle venenosum pharmacum. Sciens enim te ad simulacrorum templa persuaderi non posse, hac via ingreditur ad aniles fabulas abducens. Lege plura ibidem.

B.

De Diuinationis ac Astrologiæ Iudiciariæ varitate.

Loci quatuor.

Quid sit diuinatio. Est enim ars, qua curiosi per illicita media res futuras & occultas inquirunt.

Quæ causæ.
- Hominum temeritas, qua extra Dei præscriptum feruntur.
- Nimia cupiditas futura & occulta sciendi. Hæc ipsa cupiditas primos quoque parentes seduxit. Naturâ enim omnes ea scire cupimus, quæ communē hominum cognitionem superant.

An ars diuinandi Christiano licita sit. Non esse licitā probatur: Quia
- Lex diuina damnat, Leuit. 20. d. 27. Deut. 18. c. 11.
- Christus hanc temeritatem damnat, cùm Discipulis dicit: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit, &c.
- Grauissimæ leges Imperatoriæ extant, quibus impietatem istam damnauerunt. Vide in Cod. lib. 9. d. tit. 18.
- Temeritas inexcusabilis est ea inuestigare, quæ Deus occulta esse voluit.
- Diuinæ gloriæ & bonitati derogat, quasi ille non bona fide in Scripturis omnia tradiderit, quæ nobis cognitu necessaria sunt.
- Christo suum honorem aufert, qui nobis Doctor à Deo datus est, & in quo Paulus omnes scientiæ & sapientiæ thesauros reconditos esse dicit.
- In rebus cognoscendis non licet vti opera & ministerio Diaboli: id enim à Christi professione alienum est.

An Astrologia Iudiciaria Christiano licita sit. Non esse licitā probatur: Quia
- Astris tribuitur quod solius Dei est.
- A diuinæ prouidentiæ consideratione hominum mentes auocantur, dum ex siderū motu & positione omnia prouenire credunt. Quæ deinde causa est, vt in secundis rebus minùs feruidi sint, in precibus & religionis studio: in aduersis verò non Dei manum, peccata punientis, cognoscant, sed illa sibi ex astris necessariò contingere arbitrentur.
- Hieremias, cap. 10. a. 2. Astrologiam viam Gentium vocat, & eos Gentium similes esse dicit, qui astra obseruant, aut metuunt, quasi illa nobis aliquid mali vel boni ex seipsis portendere possint.
- Per Astrologiam Deus ipse quodammodo astris subijcitur, & abolitæ dudum Gentium superstitiones reducuntur. Quid enim illæ olim plus tribuerunt Ioui, Mercurio, Phœbo, Veneri, Marti, Saturno & Dianæ, quàm hodie illorum astris vanissimi homines tribuunt, quando inspecta natiuitatis hora de toto vitæ cursu, imò & de animi vitijs & virtutibus audacissimè vaticinantur.
- Amos Propheta cap. 5. d. 26. Astrologiam cum Gentium idolis coniungit, vt eandem astrorum & idolorum rationem esse doceat.
- Astrologi olim (vt ex Augustino in Psal. 61. & 91. patet) in inimicorum Dei numero habiti sunt, & non sine publica & solenni pœnitentia, si quando conuerterentur, in Ecclesiæ gremium recepti sunt.

Leges Imperatoriæ Astrologos Ariolis, Auguribus & maleficis connumerant.

¶ Vide ARETIVM FELINVM, seu BVCERVM, super Psal. 148. & GVALTHERVM multis in locis.

De Somniis.

Locus duo.

Quid sit. Est enim somnium imaginatio facta in somno, variè scilicet in cerebro discurrentibus spiritibus, qui sunt cogitationum instrumenta & efficiunt simulacra.

Quot sint genera somniorum. Aliud enim est, si largè sumatur,

- Physicũ, cuius species sunt,
  - Insomnium, cùm offeruntur imagines his de rebus, quas vigilantes sæpè cogitamus: de hoc Claudianus: *Iudicibus lites, aurigæ somnia currus.*
  - Ephialtes, cùm crassus humor siue in cerebro, siue in thorace impedit motum thoracis, eaq; compressio mouet imaginationem, vt cogitet premi thoracem ab aliquo alio.
  - Certis humoribus respondens, vt qui abundant vitioso phlegmate, somniant se natare. Hoc genus nihil omninò significat. Huic igitur credi non debet.
- Præsagiens. Multi enim naturali quodam dono habẽt præsagientia somnia quibusdam, quasi allegorijs pingentia futuros euentus. Tale est somnium Ioseph, Genes. 37. a. 3. Pharaonis, Genes. 41. a. 1. Astyagis de Cyro, Philippi de Alexandro, &c. Lege de eodem & Genes. 40. a. 8. Huius generis somnia etsi sin[illegible]co ie tura, tamen affirmatio prohibita est, & plerumque aliqua mest ambiguitas: Vnde non est eis habenda fides.
- Diuinũ, quod Deus inserit mentibus, vel per sese, vel p Angelos. Huius species,
  - Oraculum, dum aliud videtur, aliud autem significatur. Hoc Numerorum 12. ænigma appellatur.
  - Visio, dum aliquid Prophetæ oculis corporalibus obijcitur.
  - Somnium, pro specie, non sine imaginaria visione. De his speciebus Num. 12. a. 6. Sunt autem hæc prophetiarum genera, quæ vel de Christo, vel de gubernatione Ecclesiæ, vel de imperijs & eorum ordine exhibita sunt. Iam vt prophetia de Christo desijt: ita & hæc somniorum, seu prophetiarum genera post exhibitum Christum cessárunt. Talia erant somnia Iacob, Genes. 28. c. 12. somnium Madianitæ, Iudic. 7. c. 13. Daniel. cap. 2. a. 1. & 4. a. 2. De hoc & Ioelis 2. g. 28. Matth. 1. d. 20. & 2. c. 12.
- Diabolicum, quod omninò detestandum est: cuius species,
  - Terrificum.
  - Phantasma, cùm aliquis ex principio somnij videt formas diuersas & alienas à natura rerum, ac spectra terribilia.
  - Impium ac superstitiosum, quod aut scelus iubet, aut confirmat errores.
  - Veneficum, vt cũ Veneficæ videntur sibi interesse conuiuijs, aut ludis, cùm sæpè compertum sit eas nusquam abijsse, sed dormientes gestu & clamore somnia commentorum, ac saltationũ significasse. De his satis multa ac dilucidè Ioan. Vierius in lib. de Præstigijs Daemonum. De hoc genere somnij lege Leuit. 19. d. 26. Deut. 13. a. 1. Ier. 23. d. 27. Eccl. 34. a. 1. 2. 3.
- Somnia placida, quæ contingunt dormientibus, vel ex
  - Docta & tranquilla cogitatione præcedente, ac pia meditatione, de quo Prouerb. 3.
  - Salubri ac moderato cibo ac potu, de quo Cic. lib. 1. de Diuinatione.
  - Mentis tranquillitate, Eccles. 5. a. 2. Multas curas sequuntur somnia.
  - Labore, Eccles. 5. c. 11. Dulcis est somnus operanti. Vnde & Horatius lib. 3. Carm. Ode 1. Somnus agrestium lenis virorum, &c. Lege Polyanthea, dictione Somnium.

De Schismate.

Locus quinque.

Quid sit. Est enim Ecclesiasticæ vnitatis dissecatio, qua fidelium societas in partes & studia scinditur, vt schisma erat, quo Corinthij in partes diuisi dicebant: Ego sum Pauli, ego Cephæ, &c. Et schisma erat Regni Israëlitici, quo decem Tribus sub Roboam, à Iuda separatæ fuerunt.

Quid intersit inter hæresim & schisma. Hæresis est, quando falsum aliquod dogma in causa fidei contra communem Ecclesiæ sensum pertinaciter asseritur, etiamsi fiat hoc sine schismate: schisma verò quando vel dogmatis alicuius gratia, vel aliam ob causam scinditur Ecclesia. Si fieri potest, vt sit schisma in Ecclesia sine hæresi, & rursus hæresis sine schismate. Vt cùm Ioan. 9. c. 15. Pharisæi dicebant: Non hic est homo à Deo, qui Sabbatum non custodit. Alij contrà: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere, &c. Vtique erat inter eos schisma. Sicut & Euangelista meminit: verùm in eo schismate non erat hæresis. Sicut nec in eo, de quo cap. 10. legitur. Deinde vbi sic inualuit hæresis aliqua in Ecclesia, vt iam sit Catholica, nemine contradicente, annon est illic hæresis sine schismate? Quæ tamen initio cùm nasceretur, sine schismate esse non potuit, vt in hæresi Papistica.

Quotuplex: aliud

- Bonum, quo mala scinditur vnitas. Vt mala erat Iudæorum vnitas, antequã doctrinam Christi audissent, illaq; post auditum Christum schismate oborto scindebatur. Lege Ioan. 10. Schisma hoc excitauit inter Iudæos doctrina Christi. Eiusmodi schismate totus postea diuisus est orbis per Euangelij prædicationẽ, quem diuisionem sibi Christus ipse diserte vindicat. Veni enim separare hominem, &c. Ex bono erat hoc schisma, videlicet verbo salutis, & ad bonum tendebat: salutem scilicet generis humani, & malam vnitatem, quæ erat in catholica cæcitate, dissoluebat, & ad veram quosuis vocabat.
- Malum, quo bona scinditur vnitas, de quo 1. Cor. 1. & 11. & est triplex:
  - Sententiarum, vbi de aliquo sententiæ variant, vt de Christo quidam dicunt, Bonus est: alij, Non est bonus. Et de festo Paschatis, & pane Cœnæ Domini schisma maximum olim erat.
  - Cõmunionis, quo non solùm in sententijs diuiduntur Ecclesiæ, sed & in ipsa sacrorum communione, ita vt aliæ aliarum communionẽ quasi damnabilem fugiant. Has duas species schismatis recipit suo modo & bonum schisma.
  - Nuncupationum & disciplinarum, quo diuisæ sunt Monachorum sectæ, quarum aliæ aliis sunt magistris nuncupatæ, quorum sibi disciplinas sequentes elegerunt.

Vnde sint schismata, & seq. Vide literam A.

A. Vnde

A.

Vnde *sint schismata.*

- Generaliter, *ex diuersitate coniunctorum. Schisma enim fieri non potest, vbi nulla est coniunctio. Verùm quoniam bonis sunt in Ecclesiastica congregatione immixti, mali externa tantùm, quæ nominis est & cæremoniarum, societate, non interna veræ pietatis & eiusdem spiritus communicatione aliquatenus cohærentes, fieri non potest, quin aliquando per occasionem oriatur inter eos schisma, quo à se inuicem dissiliant. Si omnes boni essent, vel mali, possent boni in bono, vel mali in malo pertinaciter cohærere. Iam cùm in hac vita nec mali omnes, nec omnes boni, sed coniunctim boni & mali sint in Ecclesia, perinde atq; triticum & zizania in agro, obtineri non potest, vt nulla incidat schismatis occasio, per quam externa illa societas dissiliat.*
- Specialiter, *vt*
  - Bonum *schisma ex bonis & propter bona, quibus mali consentire non possunt.*
  - Malum *schisma ex malis & propter mala, quibus boni subscribere non possunt. Mali ergo schismatis culpa non est tribuenda bonis, sed malis. Qui verò præcipuè sint illi, disertè expressit Hieronymus in Hos. 9. Nempe Sacerdotes. caus. 24. q. 3. can. transferunt.*

Quàm *graue sit peccatum schismatis mali.*

- Schismaticus *se ipse in discrimen salutis conjcit, dum à communione gregis dominici discedit, eo enim discessu non solùm à societate fidelium externa, sed & à communicatione spiritus & sanguinis Christi, in qua vita & salus nostra est, separatur, & nequit communicare Christo, qui non communicat Ecclesiæ Christi.*
- Schismaticus *integrum Christi corpus, quantum in ipso est, scindit, dum vnitatem illius soluit.*
- Contemnit *Ecclesiam, cuius communionem respuit.*
- Condemnat *etiam Ecclesiam, quasi non sit vera, & impugnat etiam, & iniquis modis proscindit.*
- Vinculum *pacis: id est, charitatem dirumpit, qua Ecclesiam suam Christus ipse connectit.*

De Desperatione.

Loci tres.

Quotuplex. *Alia enim est, qua de*

- Deo *desperatur, idq; fit dupliciter: de*
  - Potentia, *quæ crassissima desperatio est, cùm constet omnibus Deum omnipotentem esse.*
  - Voluntate, *idq; multipliciter: de*
    - Bonitate,
    - Misericordia,
    - Gratia,
    - Iustitia,
    - Veritate.

  Nam *qui de voluntate Dei desperant, de his omnibus desperant.*
- Proximis *desperamus: facilimè enim de proximorum nostrorum emendatione, adeoq; & salute desperatur. Verùm longè diuerso ingenio est charitas, quæ omnia credit, omnia sperat, 1. Cor. 13. Quare præter rationem non est, quod Augustinus aliquot locis de nullius adhuc in hac vita constituti conuersione desperandum esse contendit, eò quòd crastinus dies ignoretur.*
- Nobis *ipsis desperamus, eò quòd quæ vel agenda sunt, vel ferenda, non diuina gratia, sed nostra imbecillitate metimur, ac secundum hanc de nobis ipsis desperamus.*
- Rerum *vel sperandarum, vel faciendarum possibilitate desperamus.*

Quæ *causæ desperationis primæ, &c. Vide literam A.*

Quàm *noxia & perniciosa sit desperatio incurabilis.*

- Si *quid fidei fuit, aufert, facitq; vt quæ antea asserebantur, iam prorsus negenter: quæ laudabantur, iam vituperentur.*
- In *afflictionibus gignit omnimodam impatientiam, idq; cum blasphemijs coniunctam.*
- Reddit *homines deploratè malos, qui se ipsi scienter & prudenter in omne genus impietatis, immunditiei tradunt, de quibus Paulus Ephe. 4. Hierem. 18.*
- Adigit *ad id insaniæ miseros, vt sibi ipsis manus inferant cum Iuda proditore, instigati à Diabolo.*
- Excludit *à vera felicitate, & æternæ damnationi reddit obnoxios.*

¶ De hoc Articulo non est nobis temerè iudicandum.

A. Quæ causæ desperationis primæ, qua de Deo in causa salutis desperatur. Hæ iuxta desperationis discrimen variant: alia enim est

- Finalis, inemendabilis, incurabilis desperatio. Huius causæ aliæ
  - Occultæ, vt reprobatio. Sicut occulta veræ spei causa est electio, & vt spei donum est gratiæ Dei, ita desperatio indicium reprobationis est omnino insitum, licet nobis sit incognitum.
  - Manifestæ, vt
    - Increduitas,
    - Impœnitentia,
    - Durities cordis pertinax, & ad finem vsq; obstinata.
    - Cognitæ veritatis non simplex & coacta abnegatio, sed quæ fit cum blasphemia coniuncta.
- Temporaria desperatio. Huius causæ sunt:
  - Ignorantia Dei, quæ in electis quoq; ad tempus vocationis reperitur.
  - Conscientia peccatorum, quæ in animis, nondum de gratia Dei in Christo IESV instructis, desperationem allicit.
  - Inueterata peccandi consuetudo, quæ in nonnullis tam est tenax malum, vt citiùs desperationem salutis gignat, quàm emendationem recipiat. Talis enim vbi conuersis tantùm salutem promitti intelligit, quia peccandi consuetudinem se abijcere posse desperat, simul & de salute sua desperat, donec gratia Dei mutatus ex animo respiscat.
  - Ignauia à studio veræ pietatis abhorrens, ac castigationem corporis peccati refugiens.
  - Pudor ille Papisticus. Quoniam enim audiunt nullum posse peccatum remitti, cuius non sit in aures Sacerdotis facta confessio, pudore à peccati sui enormis confessione abhorrente, de remissione illius, adeoq; & salute desperant, ignorantes vnde peccatorum remissio pendeat.
  - Doctrina satisfactionis & satisspassionis, quam se peccator pro singulis suis peccatis implere posse desperat.
  - Enormitas singularis alicuius peccati, quod tam sit graue, vt peccator tam Caino dicat: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear.
  - Nimia propriæ indignitatis consideratio, cui nisi cognitio bonitatis Dei succurrerit, in desperationem salutis desinat, necesse est.
  - Coacta per tyrannicam violentiam cognitæ veritatis abnegatio, qua carnis infirmitas periclitatur, & in desperationem gratiæ conijcitur.

De Traditionibus humanis in genere.

LOCI septem.

- Quid sint traditiones. Traditiones hîc vocamus eas maximè, quas tribuunt Apostolis.
- Quot sint genera traditionũ Apostolicarum. Aut eorum, quæ à Dño
  - Accepta tradiderunt Ecclesiis Apostoli, vt 1. Corinth. 11. d. 23. constituerat mortis suæ rememorationem. Hanc ab illo acceptam Ecclesiis Apostolus fideliter tradidit.
  - Non accepta, suapte potestate ac diligentia posteris commendârunt. Non possumus autem certò statuere, quinam ritus Ecclesiæ, Apostolica sint autoritate traditi. Quare sine illorum scriptis de illis iudicare non possumus.
- Quorum sit tradere aliquid. Hîc disce:
  - Non esse quorumuis tradere quicquam in domo Dei: nam res ipsa clamat, tradere non posse eos, qui nihil, quod tradendum sit, habent. Aliud enim est habere, quod tradi possit, & aliud habere, quod tradere debeas. Multi sunt in Ecclesia fideles, qui licet intelligant vtilia multa, id tamen potestatis non habẽt, vt quæ intelligunt, alijs seruanda tradant.
  - Alia esse, quæ traduntur ad credendum, alia quæ seruanda præscribuntur. Quæ credenda sunt, ab illis tradi possunt, qui veritatis sunt cognitione præditi, modò accedat vocatio diuina. Quæ seruanda sunt, tradi nec possunt, nec debent, nisi ab illis, qui autoritate sunt præditi, vel propria, vel concessa: Propria, qualem Christus: concessa, qualem Apostoli habuerunt. Vbi propria est autoritas, nemo est, qui contradicere præsumat, vbi illa deest, requiritur cõcessa. Nam omnino necesse est, vt quibus traditũ sit aliquid, respectus autoritatis obijciatur, cui obediendum sibi esse agnoscant. Quæ credenda sunt verbo veritatis reddi possunt authentica. Quæ verò seruanda traduntur, vbi expresso verbo commendari non possunt, opus habent autoritate, vel propria Christi, vel concessa Apostoli.
- Traditionum in genere aliæ
  - Diuinæ, quæ vel immediatè sunt ab ipso Domino, vel mediatè per Apostolos consilio Spiritus traditæ. Nam & eas, quæ per Apostolos traditæ sunt Ecclesijs, diuinas vocamus, propterea quòd sunt ex Spiritu Dei.
  - Humanæ, quæ non modò per homines, sed & humano sunt consilio traditæ, vel ex instinctu Satanæ: quales sunt nuptiarum, ciborũ interdictio, &c. Possunt huiusmodi traditiones vocari diabolicæ, ab autore vnde proueniunt, licet p̃ homines tradãtur.
- Quæ traditiones sint seruandæ, &c. Vide literam A.

A. Quæ

- Quæ traditiones sint seruandæ.
  - Quæ non sint illicitæ, ac verbo Dei repugnantes.
  - Vtiles, vel ad fidei, vel charitatis & pietatis exercitium.
  - Quæ sunt honestæ, decoræ, moderatæ, & seruatu faciles.
  - Quæ nihil superstitionis, imò ne speciem quidem superstitionis præ se ferunt. De talibus Paulus Philip. vlt. Quæcunq; sunt vera, honesta, iusta, pura, &c. hæc facite, &c.
- A. Quomodo seruandæ sint traditiones. Hic disce:
  - Respiciendas esse causas traditionum, propter quas sunt institutæ.
  - Vnamquamque traditionum sic seruandam esse à fidelibus, vt rationibus illius respondeatur, & ad propositam finem collimetur.
  - Requiri hic Ministrorũ diligentiã, qua plebi Christi rationes ac fines traditionũ exponantur.
  - Traditionum diuersam esse rationem. Alia seruit fidei, alia pietati, alia charitati, alia disciplinæ morum, & sanctimoniæ vitæ. Intelligat hæc populus Ministrorum diligentia instructus, quò se singulis competenti possit obseruantia accommodare.
  - Cauendum esse ne quid vel seruiliter, vel superstitiosè, vel scrupulosè, aut negligentim, aut contemtim fiant.
  - Par esse, vt si qua traditio singulari autoritate vel Domini ipsius vel Apostolorum commendatur, singulari quoq; reuerentia seruetur. Si cuius autor ignoratur, inspiciatur qualis sit, vel in se, vel in vsu populi, seruiatne vtilitati Ecclesiæ, vel honestati, & pro qualitate sua seruetur, vel negligatur.
  - Charitati studendum in traditionibus. Nam si quis eò vsq; in religione promouit, vt vel nihil, vel parum vtilitatis ex traditione aliqua capere possit, imperitæ tamen multitudini ad ædificationem seruire possit, seruet eam & ipse studio charitatis.
  - Quoniam homines sumus, & inter homines in Ecclesia quoq; viuimus, non conuenire, vt in humanis moribus, ritibus, ac traditionibus morosi inueniamur: seruentur diuina, vt diuina: humana, vt humana, quoad vsq; libera & pura possunt conscientia obseruari.
  - Papisticas traditiones, quæ vel natura sua, vel abusu, impietati, superstitioni, idolatriæ, falsis cultibus, quæstui, nundinationi, ac cæcitati Papisticæ seruiunt, summoperè auersandas esse.
- Quàm sint pernicioſæ traditiones cùm in abusum degenerant, vt si accedat opinio cultus, fiducia meriti propriæ iustitiæ, satisfactionis & remissionis peccatorũ. Item opinio necessitatis, vnde conscientiarũ diuexatio nascitur.

De Discrimine & errore Patrum.

- PATRES alij sunt
  - Pij, ac religiosi. Hic disce:
    - Qui sint. Patriarchæ scilicet & Prophetæ Dei, ac Apostoli Christi, & qui horum doctrinæ adhærentes, vestigia sequuntur diuinæ Legis.
    - Quotuplices sint pij Patres. Alij enim fuerunt
      - Ante Legẽ, & hi vel
        - Ante diluuiũ: vt sunt.
          - Adam, Seth, Enos,
          - Kenan, Malalehel,
          - Iared, Enoch,
          - Mathusalem, &c.
        - Post diluuiũ: vt sunt,
          - Noe, Sem,
          - Arphaxat, Sela,
          - Eber, Palegh,
          - Reu, Sarugh,
          - Nachor, Thare,
          - Abraham, Isaac, Iacob, &c.
      - In Lege, vt Prophetæ: Hic quæritur,
        - An Patres Deum spiritualiter in Lege coluerint. Maximè: Deus enim semper sui similis est, & non alium ab initio cultum probauit, quàm spiritualem, qui eius naturæ congruit. Cæterùm ita spirituales fuit sub Lege cultus Dei, vt tamen implicitus externis tot cæremonijs, carnale aliquid & terrenum in specie saperet. Ideò cultum Legis aptè dicemus fuisse in sua substantia spiritualem, formæ respectu, carnalem quodam modo ac terrenum. Quale Paulus Galat. 4. d. 29. Cæremonias carnem appellat, & egena Mundi elementa. Et autor Epist. ad Hebræos, Sanctuarium vetus, cum suis appendicibus, terrenum fuisse dicit, Hebr. 9. d. 24.
        - Quò respexerint pij Patres in Lege. Non aliò, quàm ad Christum promissum, in quo Deum rectè coluerunt, per quem cum Deo coniuncti sunt, in quo remissionem peccatorum, iustitiam, & salutem per fidem consecuti sunt.
        - Pij Patres sub Lege, quomodo Christum cognouerint. Singulari scilicet reuelatione, & mentis illuminatione, ex promissione de Messia.
      - Post Legem, vt sunt Apostoli, & Apostolorum Discipuli, ac successores, pijq; Doctores, vsq; ad Antichristi tempora.
    - Quid pijs Patribus, &c. Vide literam A.
  - Impij & superstitiosi, & seq. Vide literam B.

A. Quid *pijs Patribus cuiuscunque temporis debeamus.*

- Noſtrum *eſt eos pro Patribus habere, quos certò conſtat Dei fuiſſe filios: deinde qui pietatis ſuæ excellentia hunc honoris gradum promeriti ſunt.*
- Imitandæ *nobis ſunt præclaræ Patrum virtutes: item, doctrina vera, fides, exercitia, &c.*
- Honorandi *nobis Patres propter imitationem, non adorandi propter religionem. Honorandi charitate, non ſeruitute, non Templorum exſtructione, non precibus, non ieiunijs, &c.*
- Honorandi *ſunt Patres, quòd pro veritate ſtrenuè & conſtanter certârint, & fidei ſinceritatem ſeruauerint.*
- Patres *non ſunt ita honorandi, vt iuſtitiam illorum faſtidiamus.*
- Deo *agendæ gratiæ pro victorijs eorum, & animi noſtri ad imitationem coronarum & palmarum ex eorum memoriæ renouatione excitandi.*
- Ritus, *ſacrificia, & cæremoniæ Patrum non ſunt imitandæ.*

B. Impij *et ſuperſtitioſi. Hîc diſce:*

- Qui *ſint. Qui videlicet relicto Dei verbo, ac traditionibus Prophetarum, ac Apoſtolorum, pro animi ſui libidine regulas, cæremonias, ac noua vitæ inſtituta condunt.*

Quotuplices *ſint impij Patres. Alij enim fuerunt*

- Ante *Legem, vt*
  - Cain,
  - Lamech, *Geneſ. 4.*
  - Eſau, *&c.*
- In *Lege, vt falſi Prophetæ, &c. De his dicitur Pſal. 77. a. 8. Ne ſint ſicut Patres eorum. & Ezech. 20. c. 18. In ſtatutis Patrum veſtrorum nolite ambulare. Item Pſal. 94. c. 9. Hebr. 3. 1. Cor. 10. a. 6. Ne ſimus concupiſcentes malorum, ſimulacrorum cultores, neque ſtupris inquinemur, neq; tentemus Chriſtum, ſicut illi, &c. Hierem. 9. c. 13. Deſeruerunt Legem meam, & ſecuti ſunt peruerſam libidinem cordis ſui, & poſt Baalim, quos docuerunt eos Patres eorum. Petrus vero 1. Pet. 1. Iudæos ſui temporis nihil ex Patrum inſtitutione didiciſſe diſſerit, præterquam vanitatem. Vide & Matth. 15.*
- Poſt *Legem, & hi vel*
  - Priores, *vt*
    - Origenes *pleriſq; in locis. Errores Origenis de Filio Dei, de Spiritu Sancto, de animabus hominum, de Diabolis, de reſurrectione corporum, &c. recitat & confutat Hieronymus tomo 3.*
    - Montanus,
    - Manichæus,
    - Arius, *&c.*
  - Poſteriores, *ſeu Papales, de quib. 2. Tim. 4. vt ſunt,*
    - Scotus,
    - Occa,
    - Gerſon,
    - Durandus,
    - Herugus,
    - Ataxanus,
    - Pelbartus,
    - Corteſius,
    - Oſualdus,
    - Raimundus,
    - Godefridus,
    - Pigius,
    - Brulefer,
    - Richardus,
    - Hugo,
    - Holcot,
    - Briccot, *&c.*

    Adde *his Pontifices Romanos, à Gregorij 1. tempore, qui nouas ſubinde inſtituta excogitarunt.*

Quid *hiſce Patribus debeamus. Id nobis vſitatæ Doctorum ſententiæ ſatis demõſtrant, vt ſũt,*

- Patrum *mores & longa tempora nihil probant in religione.*
- Noli *errantium maiorum tuorum ſequi veſtigia. Auguſtinus lib. 3. contra Cresconium, cap. 36.*
- Nec *parentum, nec ſeniorum error ſequendus eſt, ſed autoritas Scripturarum & Dei docentis imperium. Hieronymus ſuper Hieremiam, cap. 9.*
- Sana *ratio & veritas exemplis etiam Patrum anteponenda eſt. Auguſtinus ad Caſulanum. Vide & diſt. 9. can. ſana.*
- Nihil *prodeſt maiorum exemplum, vel factum, ſi non ſit cum honeſto, iuſto & vero coniunctum.*
- Nulla *valet Patrum contra veritatem autoritas.*
- Veritati *nulla præiudicat conſuetudo, nulla vetuſtas.*
- Antiquitas, *vel longa conſuetudo non dat priuilegium. Vide diſt. 93. can. illud. in gloſſ.*
- Antiquitas *ac multitudo errantium non parit errori patrocinium.*
- Diuturnitas *temporum non minuit peccatum, & errorem, ſed auget magis. Gregorius lib. 4. Decretal. tit. 14. can. non debet.*
- Nulla *longinquitate quiſquam defenditur annorum. Gregorius lib. 4. Decretal. tit. 14.*
- Patrum *decreta verbo Dei non præferenda. Vide Matth. 15.*
- Patrum *ignorantia poſteros non excuſat.*
- Scripturæ *ſacræ Angelis etiam, nedum Patribus præponendæ.*
- Scripturæ *ſacræ obloquens quiſquis tandem ſit, etiamſi Abrahamum atauũ ſuũ peret, pro inſano ac furibundo habendus, ac vitandus eſt.*

- Patrum *exempla, &c. Vide literam C.*

C. Patrũ exempla, neglecto verbo Dei, quot modis sint pernicio sa. Quòd

- Ignari stulto quodã zelo cõmoti, q à Patribus factũ audiũt, protinus sine iudicio in exemplũ trahant.
- Imperiti suis erroribus colorem inducent ex factis Patrum, vt in Papatu cernere licet.
- Sine delectu pro Patribus maior pars habeatur, qui minimè omnium habendi erant Patres. Ita hodie Papistas videmus, cùm inflatis buccis Patres decantant, nullum Prophetis & Apostolis locum dare. Vbi autem paucos nominauerint honore dignos, coaceruare ingentem hominum sui similium cateruam, vel saltem descendere ad corruptiora secula.
- Temerè ex Patrum factis communis lex statuatur. Vulgus enim non satis honoris se Patribus habere putat, nisi eos eximat hominum numero. Ita dum nobis in mentem non venit, homines fuisse, qui labi poterãt, vitia virtutibus promiscuè miscemus. Vnde sequitur pessima in viuẽdi ratione confusio.
- Non eodem præditi spiritu nec eodem instructi mandato, trahamus in exemplum quòd Patrum aliquis fecit, vt si quis priuatus gladio vlcisci velit fratrum iniurias, quia hoc fecerit Moses. Si quis de scortatoribus pœnas sumat, quia fecit hoc Phinees. Hinc natus est immanis ille furor mactandi proprios filios, q hoc fecerit Abraham. Quasi verò hoc ad omnes ex æquo pertineat. Huiusmodi prauam imitationem, vt plurimũ fastus & nimia confidentia parit, dum sibi plus nimio arrogant homines, nec suo modulo se quisq; metitur. Ex hoc etiam fonte fluxisse bonam partem veteris Monastices fatebuntur, qui prudenter veterum scripta expendent. Ergo nisi sponte errare libeat, videndum est quo quisq; spiritu dotatus sit, quid ferat cuiusq; vocatio, quid singulis conueniat, & quid singulis sit mandatum.
- Imperiti homines tempora non distinguunt, ac diuersam agendi legem sibi à Domino præscriptam esse non cogitant. Huic inscitiæ acceptum referri debet, imm nsa cæremoniarum congeries, quibus obruta Ecclesia in Papatu. Statim ab exordio Ecclesiæ in hac parte peccari cœptum est, quia plus valuit stulta Iudaismi imitatio, quàm decebat. Habebant Iudæi sua sacrificia, ne tali pompa carerent Christiani, inuentus est immolandi Christi ritus. Quasi verò deterior futura esset Ecclesiæ conditio, si cessassent omnes vmbræ, quibus obfuscari poterat Christi claritas, sed postea longiùs erupit, ac sine modo grassatus est furor. Olim suffitus, luminaria, vestes sacræ, vasa & similes ritus Deo placebãt, nunc à Christi aduentu mutata est ratio: nam quæ tunc fuit pia sacrorum obseruatio, hodie sceleratum fit sacrilegium. Ne ergo temerè sequamur, quod sub Lege Patres seruârunt.

De Fabulis.

Loci quatuor.

- Quid sit. Res scilicet ad vtilitatem, seu delectationem conficta, vt sunt Poëtarum fabulæ & Æsopicæ, quæ ab Hesiodo initium sumserunt. Vel ad salutem hominum, à Pseudochristianis excogitata, & vt res vera Christianis proposita.
- Vnde dicta fabula: videlicet à fando, quia non sunt res factæ, sed tantummodo loquendo dictæ.
- Quotuplices sint fabulæ. Aliæ sunt
  - Iudaicæ, de quibus Tit. 1. c. 14. quas fabulas Thalmudicas appellant, in quibus multa dicuntur de tempore Messiæ venturi admodum fabulosa, quòd videlicet promissionis terra tempore illo germinatura sit, ac productura panes coctos, ac formatos, ac si pisti sint in clibano, & vestes sericias, secundùm conuenientiam vniuscuiusq;. Item de generatione suarum originum & Patriarcharum, &c.
  - Ethnicę, quarum aliæ
    - Nihil habent veri, sed merum & inane figmentum sunt.
    - Aliquid habent veri: sic tamen illud est ænigmatico inuolucro opertum, vt haud facilè possit intelligi.
    - Inutiles ac vanæ, vt spernendæ sint magis, quàm cognoscendæ.
    - Vtiles quidem, quales sunt Æsopicæ, quas pueris in ludo literario discendas proponunt, vel hoc tamen nomine arcendæ sunt à doctrina Christi, quòd sunt fabulæ.
  - A falsis Christianis confictæ, quarum aliæ sunt
    - Impiæ,
    - Absurdæ,
    - Quæstuosæ.

    Quas fabulas sub Papatu introduxerunt, fabulosi quidam Doctores, testantur libri Exemplorum & Legendarum, cùm interea S. Scripturæ canonicæ Biblia prorsus neglecta iacerent. Inuenti sunt etiam, qui fabulas Iouis prædicaret, vt videre est dist. 86. can. cùm multa. Id quod à Glossatore Canonis illius multùm laudatur.
- An fabulæ in Ecclesia, et doctrina Christi, et Philosophia etiã in genere omnes fugiendæ sint. Omnes fabulas in genere fugiẽdas esse, probatur
  - A testimoniis sacræ Scripturæ, 1. Tim. 1. a. 4. 4. a. 7. 2. Tim. 4. a. 6. a. 5. Tit. 1. a. 14. 2. Pet. 1. c. 16.
  - A testimonio iuris Pontificij. de quo dist. 37. can. ideò.
  - A testimoniis Philosophorum, vt Senecæ libro de Beneficijs, vbi inquit: Istæ ineptiæ Poëtis relinquantur, quibus aures oblectare propositum est, & dulcem fabulam nectere. Sed qui ingenia sanare, & fidem in rebus humanis retinere, ac memoriam officiorum animis ingerere volunt, seriò loquantur, ac magnis viribus agant. Cicero lib. 2. de Diuinat. Nihil debet esse in Philosopho commentitiis fabulis loci. Commentator super 2. Metaphys. Consuetudo audiendi Apologos, ac maximè fabulas, magnum impedimentum est in cognitione veritatis.
  - Quia in fabulis est vel vanitas, vel nugacitas, vel absurditas, vel ænigmatica obscuritas, quæ omnia à luce & veritate doctrinæ Euangel. q̃ longissimè abesse debent.
  - Quia experientia docet, quòd sit caro proclivior ad fabulas, quàm ad manifestam veritatem audiendam & cognoscendam.

De Imaginibus.

TABVLA I.

LOCI quatuor.

- Quotuplex. *Alia est in*
  - Homine *Christiano, in quo imago Dei est. Dei enim in æternum viuentis simulacrum viuum & sensibile esse debet, non digitis hominis ex ære, lapide, aliáue materia fabricatum, sed ipse homo. Lege de hoc Lactantium lib.2.cap.2. de Origine erroris. & Clementem lib.5. ad Iacobum Domini.*
  - Templo: *Hæ imagines duplices sunt:*
    - Christianorum, *quæ sunt viuæ quædam icones, seu actiones, quæ in oculos incurrunt in cœtu Dei sacro, vt sunt, Baptismus & Cœna Domini. Hi & ornatus sunt Templorum, non Pontificiæ imagines.*
    - Papistarum, & *hæ duplices:*
      - Dei,
      - Sanctorum.

      Fabricatæ *ex ære, trunco, lapide, vt nihil Dei habeant tales imagines, sed impietati ac vanitati subserviant.*
- Quæ *causæ:*
  - Efficiens:
    - Otium *fabrorum materiariorum apud Gentiles. Fuerunt enim, qui cùm ex ligno vas vsui vitæ profuturum artificiosè fabricassent, opisci verò recisamentis apparando cibo consumtis satiati fuissent, reliquum inde nullius vsus ineptum sumserunt truncum, ramis & nodis sum per otium sculpserunt diligenter, atq; hominis effigie figurârunt: deinde minium & fucum illinendo, conciliauerunt ei ruborem, ac postea Deum appellârunt. De hoc lege Sap.13.c.10.*
    - Ambitio, *seu amor inordinatus parentum erga filios mortuos apud Gentiles. Luctu enim acerbo pater ob mortem filij affectus, imagine facta, iam antea mortuum hominem, nunc vt Deum cœpit colere, & sacra illi exhibuit, Sap.14.c.8.*
    - Ambitio & *mandata Tyrannorum Ethnicorum. Præcipiebant enim Tyranni quidam populo, vt quos præsentes honorare propter locorum internalla non possent, eorum è longinquo petitam, ad imaginem honorandi Regis expressam, figuram repræsentarent, vt absentem tanquam præsentem studiosè colerent, Sap.14.c.11. Eusebius Ecclesiasticæ historiæ lib. 7.*
    - Mala *de Deo opinio.*
    - Verbi *defectus.*
  - Formalis, *effigies expressa.*
  - Finalis, *vt colantur, & sint biblia laicorum, cùm Abac. in 20. a.4. doctrinam mendacij, & Hierem. in 10.a.3. doctrinam seu disciplinam vanitatis, sculptile appellat.*
- Qui *effectus imaginũ Pontificiarum:*
  - Scortari *à Domino.*
  - Corruptela *vitæ.*
  - Omne *malũ.*

  De *quo lege Sap. 14.d.23.*
- An *imagines Pontificiæ tolerandæ. Non esse tolerandas probatur*
  - A testimoniis *S.Scripturæ:*
    - Exodi 20.a.4. Deuter. 4.c.16.
    - Esaiæ 40.c.19. 42.c.17. 44.a.9.
    - Sap.14.c.11. Baruch.6.a.3.
    - Hierem.10.a.3. *Vbi imagines doctrinam vanitatis appellat.*
    - Abac.2.a.3. *Vbi docet conflatile esse demonstrationem mendacij.*
    - Ioan.4.d.22. Actor.17.d.23.
    - Rom.1.d.21. 1.Cor.8.a.1.
    - Galat.5.c.9. 1.Ioan.vlt.&c.
  - A testimoniis *Doctorum: vt*
    - Clementis *lib.5. ad Iacobum Domini.*
    - Athanasij *aduersus Gentes.*
    - Augustini *in Epist. ad Rom. cap. 1. & lib.4. de Ciuit. Dei, cap.31. in Psal.113. & Epist.49.*
    - Tertulliani *de Corona militis.*
    - Epiphanij.
    - Lactantij *de Origine erroris.*
    - Cypriani, Chrysostomi, &c.
  - A testimoniis *Conciliorum: vt*
    - Toletani XII.
    - Elibertini.
    - Constantini VI. *eius nominis.*

    Quæ *contra imagines statuerunt. Leg. & caus.12.q.2.can.gloria.*
  - Ab *autoritate, & seq. Vide literam A.*

A. Ab

- Ab *autoritate & decreto Cæsarum Christianorũ: vt,*
  - Philippici, Constantini *Leonis filij*, Leonis III., Leonis LIIII., Nicephori, Stauratij, Valentis *& Theodosij, &c.* — Qui *imagines exemplo Dei ejciendas esse præceperunt.*
- Ab *origine: imagines. n. ab Ethnicis sumtæ sunt, de quibus videatur*
  - Sapient. 14. c. 12.
  - Eusebius *Ecclesiast. hist. lib. 7.*
  - Macrobius *lib. 1. Saturnal.*
  - Diodorus *lib. 4.*
  - Lactantius *lib. Diuinarum instit. 2.*
  - Plinius *lib. 34.*
- Ab *imaginum nouitate apud Christianos. Paulinus enim primùm apud Christianos templa depinxit. Hic fuit Episcopus Nicolaus, & vixit sub Theodosio Imperatore.*
- A. A vanitate *simulacrorum: id quod cognoscitur*
  - A materia: *nam simulacra singula id sunt, quod sunt ex sua quæque materia, vnde constant. Quid enim est aliud, quàm argentum, quod est ex argento? Quod ex ligno fabricatum est, lignum est, non aliud, & non mutatum in formam Dei. Vnde & Vates: Simulacra Gentium sunt aurum & argentum.*
  - Ab *opificio. Vates enim ibidem: Opera manuum hominum vocat, non Dei: ergo viliora sunt, quam vel minutulum animalculum, de quo prædicari potest, quod sit opus Dei.*
  - A formæ *inefficacia. Habent enim membra humana, sed vsum membrorum non habent, quia vitam non habent, quam nec ipsa sibi dare, nec à manibus hominum opificum suorum accipere possunt. Vana igitur figmenta sunt, mortua & inefficacia: vnde Vates, Os habent, & non loquuntur, &c.*
- Ab *incõmodis, seu damnis, q̃ ex vsu imaginum obueniunt.*
  - Ipso *aspectu alliciunt ad cultum.*
  - Auocant *animos à contemplandis viuis Dei operibus.*
  - Animos *imperitorum ad idolatriam prouocant.*
  - Insumunt *ea, quæ debebant viuis Dei imaginibus impendi.*
  - Auocant *ab amore Dei, & odium Dei gignunt. Simulacrorum enim cultus odio Dei deputatur: iuxta illud: Ne feceris tibi statuam, &c. vbi additur: Persequens iniquitatem in filijs, in tertijs & quartis, odientibus scilicet me, &c.*

¶ De his vide PETRVM MARTYREM in lib. 1. Reg. cap. 7. fol. 50.

TABVLA II. continens Canones.

CVM *simulacrum à similitudine nomen habeat, non possunt simulacra, quæ nihil sentiunt, nec mouentur, Deo similia iudicari. Lactantius de Origine erroris, lib. 2. cap. 2.*

Deus *supra hominem est, nec in ima positus, sed in summa regione quærendus est: quare non est dubium quin religio nulla sit, vbicunque simulacrum est.*

Religio *ex diuinis rebus est: diuini autem nihil est, nisi in cœlestibus rebus. Carent ergo religione simulacra: quia nihil potest esse cœlesti in ea re, quæ fit ex terra.*

Nihil *potest esse maius homine, nisi quod fuerit supra hominem: Deus autem maior est homine: suprà ergo, non infrà est. Lactantius lib. 2. cap. 18. 19.*

Indignum *est, vt imago Dei viui, imagine idoli & mortui fiat. Tertullianus de Corona militis.*

Deus *nec ex materia, nec forma imaginis cognoscitur. Athanasius aduersus Gentes.*

Deus *propterea rectum fecit hominem, vt ad cœlum atq; Deum vultus eius erigatur, illuc intueatur, illuc oculos suos erigat, in supremis quærat Deum, vt carere inferis possit. Cyprianus tract. 1.*

Indignum *est, vt qui vocem habent, & aures, & sermonis sunt participes, ad ea, quæ nullum sensum habent adducantur. Chrysostomus Homil. 17.*

Impium *est & ingratum, à Deo beneficium consequi, & reddere lignis & lapidibus gratiam. Clem. lib. 5. ad Iac. Domini.*

Peruersa *res est, & indecens, vt simulacrum hominis à simulacro Dei colatur. Lactantius lib. 2. cap. 2. de Orig. erroris.*

Simulacrum *humana forma circumscriptum, nefas est etiam Deo Patri in Templo Christianorum collocari. Augustinus in Epist. ad Io. cap. 1.*

Deus *non ex imaginibus, sed ex Scriptura, seu ex verbo Dei discitur.*

Christus *non iussit Apostolos imagines erigere, qui certè docendi prouinciã absolutissimè tradidit, sed docere Euangeliũ.*

Imagines *sunt occasio idolatriæ. Sapient. 14.*

Intuitus *imaginum intentus facit nos hærere in imagine, cogitationibus non subuolare in imaginatum.*

Imagines *excitant mala desideria.*

Si *volumus Dei imaginem colere, homini benefaciendo veram in eo Dei imaginem colimus. Dei enim in æternum viuentis simulacrum viuum & sensibile esse debet, non digitis hominum fabricatum ex ære, lapide, aliáue materia, sed ipse homo. Clemens lib. 5. ad Iacobum Domini. & Lactantius de Origine erroris, lib. 2. cap. 2.*

Religio *non imaginibus deauratis, sed in fide ac iustitia consistit.*

Nusquam *religio visui, aut intuitu oculorum, sed auditione ac amore commendatur.*

Impius *est ergo vsus imaginum, siue ad cultum, siue ad memorandum adhibentur.*

De Mendacio.

TABVLA I.

Loci septē.

- Quid *sit*. *Est falsa vocis significatio, cum intentione fallendi. Seu est dissimulata veritate falsum dicere. Ex gl. caus. 22. q. 2.*
- Quotuplex *mendacium. Mendaciorū alia sunt*
  - Licita, *& bona, quæ commendātur vel*
    - Timore *Dei, vt quod obstetrices Pharaoni mentiebātur. Ob hoc mendacium benefacit Deus illis, Exodi 1. d. 19. 20.*
    - Charitate, *vt quot Michol mentiebatur patri Sauli ad liberandum Dauidem, 1. Reg. 19. c. 13. Item quod Ionathas patri suo pro Dauide mentiebatur, 1. Reg. 20. d. 28. Charitatis etiam est, cùm ægroto dicitur mendacium vt curari se sinat.*
    - Fide, *vt quod Rahab meretrix de absconsis exploratoribus dicebat, quòd vrbem egressi essent, Ios. 2. a. 4. Hebr. 11. d. 31. & quod Iudith mentiebatur Holoferni.*
  - Excusabilia, *quæ per ignorantiam dicuntur, sine leuitate & temeritate: vt dicere*
    - Factum, *quod non est factum.*
    - Esse, *quod non est.*
    - Futurum, *quod non est futurum.*
  - Leuia, *quæ veniam merentur, vt quæ nascuntur ex*
    - Metu, *vt quod Sara se risisse negabat, Genesis 18. c. 15. Quod Abraham negabat Saram vxorem suam esse, & quòd Samuel ad immolandum se venisse dicebat, cùm venisset ad vngendum Dauidem, 1. Reg. 16. a. 5.*
    - Pudore, *Genus hoc mendacij commune est pueris, seruis & mulieribus.*
  - Viciosa, *quæ fiunt vel*
    - Ad *irritandos simpliciores, vel ad mouendos risus. Damnat ea Christus, cùm nos de omni verbo otioso reddituros esse dicit rationem.*
    - Ex *leuitate quadam & consuetudine mentiendi absq; vlla ratione, necessitate, pudore, metu.*
    - Studio *placendi & assentandi. Hoc mendacij genere gaudent magnates huius seculi, ideoq; omnium rarissimè, quæ vera sunt, audiunt.*
    - Ex *tentatione Satanæ, non tamen animo nocendi, quale erat mendacium Ananiæ.*
  - Diabolica, *quæ ex odio & inimicitia nascuntur, & ad nocendum destinantur. Tale erat quod Iudas ad Christum dicebat: Aue Rabbi. Hoc genere delectantur falsi testes, delatores, detractores, inuidi, quia Diaboli semine imprægnantur.*
- Quæ *causæ:*
  - Diabolus,
  - Naturalis *inclinatio,*
  - Assuefactio.
- Qui *effectus.*
  - Odium *Dei & hominum,*
  - Diuitiæ *iniustæ,*
  - Interitus, *&c.*
- Quæ *circumstantiæ mendacium aggrauent.*
  - Quis *sit, qui mentitur. Inde eorum est, si vir honestus mentitur, aut Christianus, aut Magistratus, aut paterfamilias.*
  - Cui. *Deo mentiens magis peccat, quàm si mentiatur hominibus. Item maius peccatū est, si ciuis mentiatur Magistratui, quàm conciui: si filius mentiatur patri, aut matri, quàm fratri, vel sorori: si iuuenis seni, quàm coætaneo: simplici, quàm peruerso: si Christianus Iudæo, vel Turco: facit enim hoc ad ignominiam nominis Christi.*
  - Qua *in re. Minus peccatum est mentiri in rebus terrenis, quàm in diuinis: minus est, si in his terrenis mendacium dicas, quæ restitui possunt, quàm in illis, quæ restitui non possunt: vt, nomen, fama, &c.*
  - Quare, *quo animo, & quo fine mendacium dicat.*
  - Sub *quo nomine. Accidit enim plerumq;, vt qui mentitur, quò plus habeat fidei, mendacia sua sub alieno nomine obtrudit: extremè autem hic peccatur, si sub nomine Dei mendacium dicatur, vel peierando, vel prædicando ea, quæ Deus non dixit.*
- Quæ *vitia hîc oriantur.*
  - Hypocrisis: *mendacium enim est Episcopum, Sacerdotem, vel Clericum se profiteri, & contraria huic ordini operari.*
  - Prauitas.
  - Præcipitatio *sermonis.*
- Quomodo *fugiendū: si videlicet cogitemꝰ*
  - Mendacem *non alijs tantùm, sed sibijpsi maximè nocere.*
  - Duo *esse sapientis opera: alterum non mentiri: alterum, mentientem manifestare posse.*
  - Mendacium *non diu durare, sed citò patefieri.*
  - Mendacium *maximum impedimentum esse ad veniam impetrandam.*

¶ De Mendacio lege PETRVM MARTYREM 1. Samuel, lib. cap. 21.

De Periurio.

Loci quatuor.

- Quid *sit periurium. Cùm quis temerè, falsò, ac in re illicita iurat, additis nonnũnquam Sanctorum quòque nominibus, quo ipso vel Deus iniuria afficitur, vel proximus læditur, vel in bonis, vel in fama, vel in corpore, vel anima.*
- Quotuplex *periuriũ. Aliud enim est in*
  - Deum: *quoties*
    - Nobis *Deos alios fingimus: vni enim Deo ex fœdere obstricti sumus, illi nomen in Baptismo dedimus.*
    - Quacunque *ratione illum suo honore & cultu spoliamus.*
  - Proximũ, *vt cùm pximus periurio læditur, vel in*
    - Bonis,
    - Fama *& existimatione.*
    - Corpore *& vita.*
    - Anima *& vera salute.*
- Quæ *causæ.*
  - Odium *erga Deum & proximum: quem enim quis odit, illum lædere cupit, amicis gratificatur.*
  - Auaritia *& cupiditas, qua fit, vt periuri nolint persoluere quod debent, nolint restituere deposita, aut damna data compensare, vnde periurio se liberare contendunt.*
- Quantũ *malum periurij. Quòd inde liquet, q periurus*
  - Iuret
    - Temerè.
    - Falsò, *mendaciter, idque scienter. Capitale erat apud Ægyptios, si quis per salutem Pharaonis peierasset: qui per nomen Dei iurat falsò, quomodo insontem haberi pateretur.*
    - Cum *incommodo proximi.*
    - Sæpè *in re illicita.*
    - Quandoque, *additis Sanctorum nominibus.*
  - Deum *iniuria afficiat.*
  - Sapientiam *Deo adimat, non putans Deo omnia esse conspicua, ac nuda.*
  - Iustitiam *illi adimat, quasi malitiæ, ac sceleribus impiorum connniveat.*
  - Iusiurandum, *quod ad honorem & gloriam nominis Dei institutum est, periurus in Dei contumeliam vertat.*

De Homicidio.

TABVLA I.

Loci quatuor.

- Quotuplex *sit homicidiũ. Triplex:*
  - Cordis, *vt*
    - Ira,
    - Inuidia,
    - Odium, *&c.*
  - Oris, *vt*
    - Conuitia, Diræ,
    - Calumnia, Probra,
    - Imprecationes,
    - Iurgia, Contentiones,
    - Doctrina *falsa.*

    } Ex *quibus existit cædes.*
  - Manus, *cuius species sunt,*
    - Læsio *quæ nis, quæ variis modis pficitur, vt*
      - Verberando, Impellendo,
      - Prosternendo, Trahendo,
      - Diuexando, *etiamsi nullum infligas vulnus.*
      - Vulnus *infligendo, quouis id modo instrumentóue fiat.*
      - Resecando *membrum aliquod corporis, vt si effoderis oculos, si excusseris dentem.*
      - Ac *increscit peccatũ p nobilitate membri amputati, aut luxati: vnde haud dubiè lex talionis originem trahit.*
    - Cædes, *quæ fit vel*
      - Imprudentia, *vt cùm aliud instituenti prouenit cædes. De hoc lege Deut. 4. d. 42. 19. a. 5. Num. 35. c. 10. Exodi 21. c. 13.*
      - Malitia *cũ cupiditate priuata fit cædes. Huius species sunt*
        - Parricidium *dirum,* Matricidium,
        - Fratricidium, Homicidium *vulgare.*
        - Homicidium *p iumentum, vt taurũ cornua petam, vel lupum, vel canem, quem domi tuæ alis, vel per instrumentũ quodpiam, aut ædificium, quod sit in tua potestate. Si videlicet sciuisti animalis ferociam, aut instrumenti, aut ædificij vitium: de quo vide Exo. 21. d. 28.*
- Quot *modis cædes perpetratur. Per*
  - Nos *ipsos palàm, vel occultè.*
  - Alios, *quod fit*
    - Silentio,
    - Dissimulatione, Consilio,
    - Approbatione, *seu consensu.*
    - Auxilio, Instigatione.
- Quantum *scelus sit homicidium, & seq. Vide literam A.*

A. Quantum *scelus sit homicidium.*
- Pugnat *rectà cum ipso Deo æterno, qui salus & vita est mundi. Homicidium enim ipsam Dei imaginem extinguit: videlicet hominem ad imaginem Dei conditum.*
- Repugnat *naturæ humanæ. Homo enim sese fouet, & caro seipsam non destruit: summa autem vnius massæ, ac carnis, quotquot viuimus homines.*
- Pugnat *cum ipsa humanitate. Sunt enim omnes homines vnius Patris filij, eiusdem generis & propagationis.*
- Pugnat *cum religione Christiana, quæ charitatem requirit, & talem quidem, quæ sustineat mori pro proximo.*
- Quòd *sanguis per cædem effusus ad Deum clamat pro vindicta.*
- Cædes *pariunt ignominiam perpetuam, & perditionem sempiternam.*

A. Propter *quas causas mors vltronea accersatur.*
- Impatientia, *quæ est calamitatis alicuius acceptæ, vel instantis metus, vt qui amissionem eorum, quos charos habuerunt, vel terreni alicuius commodi dispendium ferre non valent, aut qui seruitutem fugiunt, aut qui diutinam ægritudinem amplius ferre recusant.*
- Alienum *peccatum, quod vel sit illatum cuiquam, vel ne inferatur, timetur: vt in Lucretia apparet, & in mulieribus quibusdam, de quibus Augustinus de Ciuitate Dei, lib. 1. cap. 26. quæ ne in libidinem persecutorum inciderent, in fluuium se præcipitârunt. Hæ dum alienum peccatum cauere volunt, incidunt in proprium.*
- Desideriũ *futuræ vitæ, id quod de Cleombroto scribit Augustinus, qui, lecto Platonis libro de Immortalitate animæ, vt statim illam consequeretur, de muro se præcipitem dedit.*
- Pœnitudo *vehemens de proprio peccato, si desit fides, & accedat Satanæ instinctus.*
- Ardens *studium conseruandæ & acquirendæ inanis gloriæ, vt in Donatistis cernitur: de quibus Augustinus epist. 61. ad Dulcitium.*
- Metus *pudoris.*

¶ An liceat cuiquam sibi manus inferre, vide PETRVM MARTYREM in 1. Sam. lib. cap. 31. fol. 178.

¶ An sepeliendi sint, qui seipsos occidunt. Ibidem.

De Homicidio & eius discrimine.

TABVLA II.

HOMICIDIVM fit vel

Opere, & est vel

Voluntarium, & hoc duplex est:
- Legitimum, *quod fit per legitimum Magistratum, iuxta leges. Hoc non prohibetur.*
- Illegitimum, *quod fit, quando*
  - Occidit *aliquis præter iustam causam.*
  - Is occidit *hominem, ad quem nulla lege potestas occidendi pertinet.*
  - Seipsum *aliquis quacunque de causa interimit: de quo Augustinus epist. 61. ad Dulcitium.*

Inuoluntarium, *quod est, vel*
- Casuale, *vt si quis inter secandum ligna elapsam securim sine voluntate abijceret in proximum, non est homicidij reus, qui nec voluntate, nec scientia quempiam occidit, quamquam rerum & personarum diuersitas factum ipsum aggrauat, vt si ebrius casu quemquam occidat, &c. Vide Deuter. 4. d. 42.*
- Casuale, *quando mulierculis philtro, & eiusmodi pocula dantur, quibus vel impediantur à concipiendo: vel si conceperint, fœtus extinguatur. Qui hoc faciunt, ab homicidij reatu excusari non possunt, etiamsi abessint præcisè à voluntate occidendi. Sicut & de illis sentiendum est, qui crapula, ebrietate, otio & luxu seipsos conficiunt.*
- Defensorium, *quando necessitate defensionis adigitur aliquis, vt salutem suam, vel suorum aduersus vim iniustam armis tueatur, quamuis mallet non occidere aduersarium, si citra necem vim illius reprimere posset. Excusatur hoc genus homicidij, necessitate coactionis, quandoquidem deest voluntas occidendi.*

Verbo, & *hoc vel in*
- Corpore, *quod fit*
  - Consilio, Mandato,
  - Sententia, *quæ fit prætextu officij.*
  - Proditione, Falsis *testimonijs.*
- Nomine, *vel fama, quod fit*
  - Conuitiis, Calumnijs,
  - Probris, Maledicentia,
  - Detractione.
- Anima, *quod fit*
  - Falsa *doctrina,*
  - Hæresi,
  - Erroribus, *&c.*

Corde, *quod fit*
- Ira,
- Inuidia,
- Odio, *&c.*

De Bla

De Blasphemia.

Loci quinque.

- Quid *sit*. *Est enim maledictum & conuitium, qua scilicet de aliquo dicuntur ea, quæ flagitiosa sunt, & probrosa, qua fama proximi læditur, & nigratur, qua aliquid execramur, ac detestamur: vt, Blasphemia erat, quod Christum vocabant socium Publicanorum, vini potorem, comedonem, Samaritanum, &c.*
- Quid *interſit inter peccatũ, et blaſphemiã.*
  - Peccatum *est, quicquid delinquitur contra iustitiæ rectitudinem: Blasphemia verò est, quando non solùm delinquitur contra quod rectum & æquum est, sed etiam vituperatur illud, contra quod delinquitur.*
  - Peccatum *est, quicquid contra doctrinam veritatis delinquitur: at non mox blasphemus est, qui hoc facit, nisi etiam hoc accedat, vt & probris, & conuitijs infectetur doctrinam veritatis, vt hæreticam, erroneam, & diabolicam.*
  - Quæuis *blasphemia peccatum, sed non quoduis peccatum blasphemia est.*
- Quotuplex *blasphemia. Alia enim est in*
  - Deum, *vel*
    - Patrem,
      - Cùm *quod Creatoris est, creaturæ datur, vt remissio peccatorum, iustificatio, regeneratio, &c.*
      - Quando *creatura sibi tanquam proprium tribuit, quod ipsius est Creatoris.*
      - Quando *falsi Dij & superstitiones præferuntur vero Deo & religioni veræ, Apocal. 13. a. 1.*
      - Cùm *aliquis in magnis ærumnis constitutus, Deum iuuare posse negat.*
      - Quando *in tormentis ex carnis imbecillitate Deus blasphematur.*
    - Filium, *quæ in Filij personam humilem committitur per ignorantiam, vt qua à Phariseis dicebatur Samaritanus, homo peccator, qui Sabbatum non curet, seductor, vini potor, &c. Nam his non petebatur factum aliquod apertum Spiritus S. sed Christi humilitas, qua tegebatur Filius Dei. Hæc blasphemia similis est ei, cùm quis ignotum Regis filium, laceris vestibus indutum, vocet erronem, ac vagum, ignorans esse Regis filium. Hic quidem blasphemus est in filium Regis, sed veniam meretur, propter ignorantiam. Sic Paulus in Christum & Ecclesiam blasphemus, veniam inuenit propter ignorantiam, 1. Tim. 1. c. 13. & Christus: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Vide & Act. 3. c. 17. Scio quod per ignorantiam feciſtis, &c.*
    - Spiritũ. *Hîc dissce:*
      - Non *quoduis peccatum in Spiritum esse blasphemiam in Spiritum irremißibilem. Nam alioqui in Spiritum Sanctum peccant, quotquot prædicationi gratiæ Dei resistunt ignoranter: quibus tamen non denegatur pœnitentiæ locus, vt videre est Act. 7. vbi Stephanus persecutoribus suis objcit, quòd semper Spiritui Sancto resistant: & tamen postea cum lapidaretur, orat pro eis.*
      - Blasphemiam *in Spiritum S. esse conuitium in agnitam veritatem, quo scilicet manifesta veritas contra conscientiam ex inuidia blasphematur.*
      - Quare *blasphemia pertinax dicitur peccatũ in Spiritum Sanctum. Quia illius opera, vel miraculo, vel sermone sapientiæ, vel alia quapiam ratione veritas mortalium mentibus ita clarè & dilucidè innotescit, vt negari nequeat. Quæ si fuerit illius virtute ita manifestata, & blasphemijs à quopiam contra conscientiam impetita, rectè dicitur blasphemari Spiritus Sanctus.*
      - Quare *blasphemia in Spiritum non remittitur. Quia blasphemos non pœnitet delicti vnquam: habent cor pœnitere nescium: sunt enim reprobi, ac captiui Satanæ, vasa iræ, &c.*
  - Homines: *vt*
    - Magistratus,
    - Parentes,
    - Viros *bonos.*
      - Quando *illis non tãtùm non paremus, debitúmue honorem deferimus, sed insuper conuitijs proscindimus, nuncupãtes illos tyrãnos, sanguinarios, sceleratos, etc.*
    - Ecclesiã *Christi, cùm*
      - Christiana *Ecclesia appellatur ab impijs impia, stulta, seditiosa, sacrilega, Apoc. 2. c. 9. 13. a. 1.*
      - Sancti Dei, *qui è viuis excesserunt, vocantur seductores, impostores, impij, turbatores pacis, blasphemi, hæretici, qui tanquam pestes orbis è medio sunt sublati, & cæsi: & damnata quoq; eorum memoria & doctrina, vt Prophetarum & Apostolorum.*
- Quæ *sit origo & causa blasphemiæ.*
  - Peccatum *originis.*
  - Suggestiones *diabolicæ.*
  - Peruersi *affectus, vt*
    - Indignatio,
    - Inuidia,
    - Spes,
    - Metus,
    - Pertinax *malitia, &c.*
- Quot *sint genera blasphematorum veritatis. Vide suprà de Peccato. 235*

De Odio.

- Quid *sit*. *Est ira inueterata, ex pluribus causis profecta, ad malum semper impellens.*
- Loci quinque.
  - Quotuplex. *Aliud est*
    - Iustum, *quod iustis de causis fit, de quo Psal.* 138. *d.* 21. *Nonne qui oderant te, Domine, oderam illos, &c. Hoc dicitur etiam odium meritum, eò quòd malefactis conciliatur.*
    - Iniustum, *quod nullis de causis fit, & dicitur etiam immeritum, quòd nullis malefactis, imò nonnunquam benefactis conciliatur, & est vel*
      - Satanę, *erga*
        - Christum, *cuius gloriæ inuidet Satan.*
        - Ecclesiam, *q. Christum, q. caput illius contriuit, cõfitcatur, & gloriã eius illustret.*
        - Euangelium, *quod Christi gloriam ac beneficia celebrat, cui si quis crediderit, salutem consequatur.*
      - Mundi, *erga*
        - Christum, *qui speciali odio mundi obnoxius est, Ioan.* 15. *c.* 18.
        - Ecclesiam, *Matth.* 10. *d.* 22.
        - Euangelium.
      - Malorum *erga bonos viros.*
  - Quæ *causæ*
    - Iusti *odij*,
      - Gloria *Dei*,
      - Veritatis *amor*,
      - Falsi *odium*.
    - Iniusti *odij*,
      - Satanæ
        - Malitia,
        - Superbia,
        - Inuidia.
      - Mundi, *erga*
        - Christum, *eò quòd vnus sit Christus, qui malitiam mundi detegat, & testimonium ferat de ipso, quòd opera illius mala sint.*
        - Ecclesiam.
          - Furor *diabolicus.*
          - Defectio *à mundo, id est, traditionibus hominum: electi enim de mundo non sunt, Ioan.* 15. *c.* 18.
          - Quia *electi non loquuntur hominibus placentia, Esaiæ* 30. *c.* 16.
          - Quia *mundus terrena tantùm suspicit, & admiratur, cœlestia negligit, quæ quærunt electi.*
          - Quia *mundus non vult argui de peccato, cum totus in peccato sit positus.*
          - Quia *electi ad Christum pertinent, quem odit mundus.*
        - Euangelium, *quòd malitiam mundi in lucem pertrahit.*
      - Malorũ *erga bonos*
        - Diabolus,
        - Virtus, *vel felicitas bonorum.*
        - Superbia *odientium.*
  - Qui *effectus*
    - Iusti *odij*,
      - Zelus *Dei*,
      - Defensio *gloriæ Dei*,
      - Ecclesiæ *reformandæ studium.*
    - Iniusti *odij*,
      - Aufert *sinceram rerum iudicandarum intelligentiam.*
      - Efficit, *vt qui filij Diaboli sint, agnoscantur.*
      - Impellit *ad persequendos iustos, ad rixas, contentiones, ac cædes.*
      - Veritatem *detestatur.*
      - Veritatem *delere conatur.*
      - Amicitiam *disrumpit: odium enim amicitiæ venenum est.*
  - Quomodo *fugiendum. Si videlicet cogitemus,*
    - Odientem *proximum homicidam esse.*
    - Odientem *fratrem, reum esse gehennæ.*
    - Odium *velut gladium esse, cuius mucrone ipsa viscerum occulta perforantur.*
    - Vt *Rex in imagine sua honoratur, sic Deum in homine vel diligi, vel odio haberi. Non potest hominem odisse, qui Deum amat: nec potest Deum amare, qui hominem odit.*
    - Hanc *pugnam periculosam, hanc victoriam gloriosam esse, cùm quis potest odisse quod amat, & amare quod odit.*
    - Homines *ea parte, qua creatura Dei sunt, amandos esse, in illa iniquitate, in qua se polluerunt, horrendos.*
    - Odium *venenum amicitiæ esse.*
    - Odium *veritatem ipsam comitari.*
    - Non *fratrem, sed vitia, ac animam nostram, iuxta Christi doctrinam, odio habendam esse: quod fit, dum eius appetitus frangimus, voluptatibus reluctamur, membra nostra mortificamus, vt iam non nobis, sed Deo viuamus: dum veritatem Dei omnibus rebus mundanis præferimus: parati etiam pro veritate vitam amittere.*

De Aud-

De Auaritia.

Quid *sit Auaritia. Est enim quarumlibet rerum insatiabilis & inhonesta cupido. Sic definit Augustinus lib.3.de Libero arbitrio.*

Quę *causæ.*
- Diabolus,
- Auersio *à Deo,*
- Opinio *vehemens de pecunia, quasi valdè expetenda sit, inhærens, & penitùs insita: vt testatur Cicero lib.4.Tuscul.quæst.*

Qui *effectus.*
- Egestas, *Prouerb.11.d.28. 13.d.26.*
- Ruina, *ibid.*
- Conturbatio *domus, Prouerb.15.a.6.*
- Metus, *ne fame pereat, ne amittat acquisita.*
- Mors, *Prouerb.21.a.6.*
- Pericula,
- Immodica *sollicitudo,*
- Interitus *animæ, Eccles.10.c.10.*
- Amissio *Regni cœlorum, 1.Cor.6.c.10.*
- Tentatio *& laqueus Diaboli, 1.Tim.6.a.9.*
- Interitus *& perditio, ibid.*
- Cruciatus, Mœror,
- Cæcitas, Insania,
- Reipublicæ *labefactatio,*
- Euersio *domus,*
- Euersio *fidei, probitatis, & bonarum artium,*
- Corporis *animiq; labefactatio,*
- Libertatis *amissio,*
- Deducere *à bono in malum,*
- Malè *parta, malè dispergere.*

Loci quinque.

Quæ *vitia ex auaritia oriantur.*
- Deum *non timere,*
- Hominem *non reuereri,*
- Patri *non parcere,*
- Matrem *non agnoscere,*
- Fratri *non obtemperare,*
- Amico *fidem non seruare,*
- Viduam *opprimere,*
- Pupillum *inuadere,*
- Liberos *in seruitium reuocare,*
- Testimonium *falsum dicere,*
- Res *mortui occupare,*
- Furtum, Rapina,
- Fraus, Vsura,
- Violentia, Fallacia,
- Periurium, Proditio,
- Turpe *ac iniustum lucrum,*
- Sollicitudo *nimia,*
- Latrocinium,
- Luxuria: *quæ enim auaritia congregat, luxuria interdum consumit.*
- Adulatio, Mendacium,
- Pusillanimitas, Inhumanitas,
- Contemtus *Dei,*
- Odium, Discordia,
- Seditio, Bella,
- Vana *gloria,*
- Idolatria.

Quomodo *fugienda auaritia. Si videlicet cogitemus,*
- Deo *nos non posse inhærere, nisi cupiditatem aspiciamus.*
- Beluas *etiam modum habere in acquirendo. Rapiunt enim cùm esuriunt, parcunt prædæ, cùm satietatem sentiunt.*
- Quantum *malum sit auaritia.*
- Aurum *& argentum nobis subiecta esse, nos verò ei seruire non oportere.*
- Mortem *instare, & nihil hinc auferri posse.*
- Auaritiam *auaro negare, quod alijs abstulit.*
- Auaritiam *idolatriam esse, & originem omnium vitiorum.*
- Mandatum *Dei, quod præcipit cauēri auaritiam.*
- Comminationes *Dei contra auaros.*
- Auarum *egere semper.*

De Ebrietate.

TABVLA I.

Quid *sit Ebrietas. Est enim appetitus bibendi vltra mensuram, ex quo prouenit rationis vriuatio: vel, vt Isidorus inquit: Ebrietas est, per quam menti quædam sui oblivio generatur, ex superfluorum potuum indulgentia. Augustinus ad sacras Virgines, ebrietatem ab effectibus definit: Ebrietas, inquit, est flagitiorũ omnium mater, culparumq; materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, subuersio sensus, tempestas linguæ, procella corporis, naufragium castitatis, amissio temporis, insania voluntaria, ignominiosus langur, turpitudo morum, dedecus vitæ, honestatis infamia, animæ corruptela. Idem in Sermone: Ebrietas est blandus Dæmon, dulce venenum, suaue peccatum, quam qui habet, seipsum non habet: quam qui habet, peccatum non facit, sed ipse totus est peccatum. Bernhardus de sex alis Seraphim: Ebrietas, inquit, est parens litium & furoris, mater petulantiæ, deformitatis magistra, rabies voluntaria, illecebra voluptatis & pudoris iniuria, quam nullus nouerit Christianus.*

Quotuplex *sit. Alia enim*
- Habitualis, *cùm subinde quis sit ebrius, hæc etiam Eriosítas appellatur, atque hæc præcipuè malè audit in Scriptura.*
- Fortuita, *cùm nimio potu, à mente quis alienatus est, id quod plerisque hominibus aliquando contingit.*

Hinc *igitur apparet, inter ebrium & ebriosum plurimùm interesse. Nam, vt Valla docet, nomina quæ exeunt in osus, habitionem, siue vehementiam, copiámve significant, & affectionem.*

Quę *causæ ebrietatis*
- Diabolus,
- Mandati *Dei oblivio,*
- Securitas *profana,*
- Infidelitas,
- Assuetudo.

LOCI sex.

Qui *effectus, seu fructus ebrietatis, &c. Vide literam A.*

Quæ *vitia ex ebrietate nascantur.*
- Libido, *Ephes. 5. c. 18. Nolite inebriari vino, in quo est luxus. Dist. 35. can. 6. ibi, legimus. Lege Augustinum super Genesim, lib. 5. Hieronymum ad Oceanum, in Epistolam ad Titum. Item Epistola 33. 37. 83. Chrysostomum super Matthæum. Quare non licebat fœminis vinum bibere Romæ, vt testatur Plinius, ne in aliquod dedecus prolaberentur. Lege & Valerium lib. 2. de Institutis antiquis.*
- Rixæ, *contentiones, contumacia, Eccles. 31. d. 38.*
- Contumelia: *vnde Anacharsis Scytha prodidit, vuas tres ferre vitem: primam, voluptatis: secundam, ebrietatis: tertiam, contumeliarum.*
- Inimicitiæ, *acerbitas animi, Eccles. 31. d. 38.*
- Homicidia: *multi enim, Augustino teste ad sacras Virgines, vino impellente iniusta homicidia commiserunt.*
- Secretorum *reuelatio: Vt enim ebrij cibum nõ continent, ita ne secretum quidem suum & alienum.*
- Neglectus *officij & operum Dei, Esaiæ 5. c. 12. Negligitur enim verbum Dei per ebrietatem: Item, eleemosyna, oratio, gratiarum actio, laudes diuinæ: Item, labor iniunctus à Deo, &c.*
- Gestus *inhonesti: omnes enim ebriosorum motus ferales sunt.*
- Superbia,
- Inuidia,
- Crudelitas, *violentia: vinolentiam enim violentia sequitur, vt testis est Seneca Epistola 84.*
- Mendacium.

Quo *pacto quis ebrietatẽ fugiat. Si*
- Mandatum *Dei intueatur.*
- Comminationes *Dei, ac pœnas ebrietatis cogitet.*
- Turpes *ebriosorum motus sibi ante oculos ponat, vt testatur & Anacharsis.*
- Incommoda, *quæ hinc proueniunt, diligenter consideret.*
- Se *hominem non brutum esse cogitet.*
- Brutorum *exemplum intueatur. Bruta enim non plus bibunt, quàm ratio postulat.*
- Cogitet *turpe esse stomachi sui non nosse mensuram. Seneca Epist. 84. ad Licilium.*

A. Qui effectus, seu fructus ebrietatis. Quod ad

- Animam.
  - Grauedo *cordis, Luc.21.d.34. Neque enim grauat tantùm caput ebrietas, sed & cor.*
  - Ablatio *cordis, Hos.4.c.11. Ebrietas enim tollit timorem Dei, reddit animos securos, accendit appetitus pugnantes cum Lege Dei, admit notitiam Dei, reddit ineptos ad inuocationem, ac imaginem Dei, lucentem in animis per verbum & fidem, prorsus, tanquam cœno, inuoluit.*
  - Peccata *grauissima, quæ vino ipso cõcepta, etiam sine vino durãt, vt testis est Seneca, epist.84.*
  - Insania, *seu obliuio, vt Prouerb.20.a.1. dicitur: Ludicra res est vinum, tumultuosa ebrietas, quicunque in hoc errat, nunquam sapiet. Eccles.19.a.2. Vinum & mulieres etiam cordatos auferunt. Isidorus de Summo bono, lib.1. Gulæ saturitas nimia, acium mentis obtundit, ingeniúm; euertere facit. Boëtius de Scholastica disciplina: Vinum modicè sumtum acuit ingenium, & intellectui videtur adferre acumẽ: Non modicè autem sumtum, rationem perturbat, intellectum hebetat, memoriam eneruat, obliuionem immittit, &c. Seneca Epist.84. Ebrietates continuæ animos in furorem adducunt, &c. Macrobius lib.1. super Somnium Scipionis: Comes ebrietatis obliuio est, &c.* ¶ *Vide dictum Sapientis de quatuor crateris.*
  - Obliuio *Legis diuinæ, Prouerb.31.a.5. Ne des Regibus vinum bibere, ne poti obliuiscantur Legis constitutæ, & peruertant causas afflictorum.*
  - Secretorum *patefactio, Augustinus ad sacras Virgines: Nullo alio cogente præter vinum, cordis sui secreta patefacit. Seneca Epist.84. Omne vitium detegit ebrietas, & intendit, &c. Horatius lib.1. epist.5. Quid non ebrietas designat? operta recludit, &c.*
  - Amissio *Regni cœlestis, 1.Cor.6.c.10.*
  - Perditio *inferni, quæ impios & contemtores Dei manet, Esaiæ 5.c.12.*
- Corpus.
  - Morbi *exitiales, ac interitus, Eccles.31.d.40. & 37.d.33. vt rectè dicatur, Non tot gladio corruisse, quot crapula.*
  - Virium *corporis debilitatio. Lege Virgil. in lib. de Vino & Venere.*
  - Membrorum *debilitatio, vt*
    - Titubatio *linguæ,* Oculi *incerti,*
    - Pedes *errantes,*
    - Vertigo *capitis, ac dolor,*
    - Stomachi *tormenta,* Trepidatio *manuum.*
  - Cita *senectus: nam teste Macrobio lib.1. Saturnal.7. Qui fiunt crebrò ebrij, citò senescunt.*
  - Formæ *ac ætatis corruptio, Propertius lib.2. eleg. vlt.*
    Vino forma perit, vino corrumpitur ætas.
  - Inopia, *Prouerb.21.c.17. Eccles.19.a.1.*
  - Vinci *ab hoste. Vide Augustinum ad sacras Virgines, & Epist.140. Valdè turpe est, inquit, vt quem non vincit homo, vincat libido, & obruatur vino, qui non vincitur ferro. Lege Eccles.31.d.40. & Senecam Epist.84. vbi & Alexandri exemplum adducit, qui vino victus est. Lege & Augustinum ad sacras Virgines.*
  - Captiuitas, *Esaiæ 5.c.13.* Ignominia.
  - Ignobilitas. *Multi enim, teste Augustino, amissis honoribus, ignobiles remanserunt, & sedibus paternis profugi, vitam finierunt.*
  - Fames *ex crapula.* Sitis *ex vinolentia, Esaiæ 5.c.13.*
  - Seruitus. *Lege dist.35.can.6.*

TABVLA II.

Loci duo. Quotuplex *sit ebrietas. Alia enim est*

- Bona, *et hæc duplex:*
  - Cœlestis, *et hæc vel*
    - Cognitionis *diuinæ, per quam (teste Marsilio Ficino in argum. Dialogi 2. de Iusto) Animus extra ac supra se positus morborum mortalium obliuiscitur, & diuina suspicit, quorum splendore primùm caligat, sed illorum saporem gustans, calore nouo è priori habitu permutatur: vnde mox perspicuè cernit spiritualia, & illa dum salubriter gustat, summo cum fructu nutritur.*
    - Refectionis, *quando Dominus sitientem & mœstam animam satiat, ac reficit. Ieremiæ 31.c.14. Inebriaui animam lassam, & omnem animam mœstam expleui.*
  - Terrena, *vbi abundè omnia suppeditantur, ex benedictione diuina. De hac Psal.36.a.9. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. & Psal.65.c.11.*
- Mala, *& hæc vel*
  - Corporalis, *quæ fit ex nimio vini potu, & est vel* Habitualis, / Fortuita. — Vide *in altera Tabula.*
  - Spiritualis, *& est vel*
    - Compunctionis *iræ Dei, vel tremoris, de qua Psal.60.a.5. 75.c.9. Apoc.17.a.2. Esaiæ 29.c.9. Hierem.48.d.26.*
    - Sanguinis, *Esaiæ 49.g.26. Hostes tui sanguine suo, ceu musto inebriabuntur.*
    - Gladij, *Hierem.46.c.10. Inebriabitur gladius sanguine eorum.*
    - Lacrymarum, *Esaiæ 16.c.9. Inebriabo te lacrymis meis, ô Hesbon.*
    - Soporis, *Esa.51.d.22. Abstulit de manu tua calicẽ soporiferũ, & fæcẽ calicis, &c. Sic & Hierem.51.f.57. Inebriabo Principes eius, & dormient somnum sempiternum, & non euigilabunt, &c. Et Nahum.3. Hæc ebrietas est afflictionum.*
    - Prostitutionis, *de qua Apocal.17.a.2,18.*

De vituperatione, *seu detestatione ebrietatis, &c. Vide literam A.*

A. De vituperio, seu detestatione ebrietatis, quæ ita propriè appellatur. Vituperatur autem

- A testimoniis Scripturarum, vt
  - Esaiæ 5.c.11
  - Lucæ 21.d.34.
  - Hoseæ 4.c.11.
  - Ephes.5.c.18.
  - Eccles.31.d.38.
  - Prouerb.23.d.30.
- A testimoniis Ethnicorum, vt
  - Platonis, *qui lib.7.de Legib.scribit, Minoa suis legibus prohibuisse Cretensibus, ne simul compotarent ad ebrietatem. Vide Assueri edictum, Esther.1.*
  - Senecæ, *qui Epist.84.inquit: Nihil aliud est ebrietas, quam voluntaria insania. Et mox: Habitus ebrietatis extensus in plures dies, est furor. Adhæc, qui certant poculis, etsi vincunt alios, plus vini capiendo, vincuntur tamen, velint, nolint, à dolijs. Et turpe est quempiam sibi plus ingerere, quam cupiat, & stomachi sui non nosse mensuram.*
- Ab exemplis.
  - Noah, *qui plus vini bibendo, quàm par esset, iacuit nudatus, quàm fœdissimè, ac pudenda, quæ solent contegi, aperta, ac denudata præbuit spectanda: & qui solebat esse Magister virtutum, magno fuit scandalo suis liberis.*
  - Lothi, *qui sanè non bibit immodicè, vt filiabus abuteretur, sed vt curas deponeret, & molestias, quas conceperat, ex quinque vrbium subuersione, amissione, charissimæ coniugis, & suarum facultatum, verùm potus nimia copia impulit in fœdissimum concubitum, hominem alioqui senem, & iustum, & alieno admodum tempore, cùm iudicia Dei aduersus libidinem quinque vrbium sese declarabant.*
  - Ammonis *filij Dauidis, qui occisus est ab Absalone, non vtique sobrius: verùm cùm in conuiuio esset plus æquo hilaris, vino liberiùs sumto, 2.Samuel.13.d.28.*
  - Simonis *summi Pontificis, qui cum duobus filijs occisus est à genero, cùm in conuiuio propemodum ebrij essent, 1.Machab.vlt.*
  - Holofernis, *qui à muliercula facilè obtruncatus est, quòd ebrius esset, Iudith.14. Item Indi, Lydi, Iberi, Thraces, Galli, Scythæ: vnde Scythisare, maximi vinipotores. Lege plura exempla apud Volaterranum in Philologia, fol.342. & apud Plin. lib.14.cap.22. vide & Adagia Erasmi, titulo Luxus.*
- Ab effectibus. Quod ad
  - Corpus, *& membra corporis, &c. Vide literam B.*
  - Animam, vt sunt
    - Vitia *ex ebrietate confluentia, vt*
      - Libido, *Ephes.5.*
      - Contentiones, Rixæ, } Eccles.31.d.38.
      - Contumeliæ,
      - Inimicitiæ, Superbia,
      - Inuidia, Crudelitas,
      - Homicidia,
      - Mendacium,
      - Neglectus *officij, & operum Dei.*
    - Incommoda *animi, vt*
      - Grauedo *cordis, Luc.21.d.34.*
      - Ablatio *mentis, Hos.4.c.11.*
      - Obliuio *Legis diuinæ.*
      - Amissio *Regni cœlestis, 1.Cor.6.c.10.*
  - Facultates: *Ebrietas enim damnum infert substantiæ, ac facultatibus. Vide Prouerb.21.& 23.*
  - Proximum: *Ebrij enim*
    - Sibi *obuios conuitijs & contumelijs afficiunt.*
    - Polluunt *sponsas, vxores, & alienas.*
    - Scandalo *sunt ciuibus, Rom.14.d.21. Bonum est non edere carnem, nec bibere vinum, per quod frater tuus scandalizatur.*
    - Domui *suæ non prospiciunt de rebus necessarijs.*
    - Pauperes *defraudant eleemosynis, quas parcus victentes illi possent impertiri.*
    - Reddunt *se inutiles Reipublicæ, quia nec Magistratus possunt gerere homines ebrios, nec benè imperantibus valent obsequi.*
    - Ecclesiam *turbant, & infamant, & ab ea separantur, 1.ad Cor. 5.c.11.*
- A comminationibus *diuinis: Væ enim horrendum intonat ebrijs Spiritus Sanctus, Esaiæ 5.* Item *2. Prouerb.23.29*
- A nomine vini: *Dictum enim putant vinum ab οἰομαι, quod est, puto: quòd opinionum vanitate mentem sine iudicio impleat: qui enim copiosiùs bibunt, multa, quæ non sunt, imaginantur. Alij à vi dictum putant, quòd vim inferat menti. Nominatur autem vinum etiam sanguis terræ, & veneni venenum, vt est apud Plin. lib.14.cap.5. Vocatur & sanguis vuæ, Genes.49.b.11. Deut.32.b.14. Eccles. 39.d.31. 50.c.16.*

B. Corpus

B. Corpus & membra corporis. Vt

- Casus miserandi.
  - Ebriis *terra plana fouea est, cadunt sæpe ebrij.*
  - Frangunt *crura, brachia, ceruicem, nares, &c.*
  - Comburunt *se cadentes, dum in ignem cadunt.*
- Incommoda *externa, vt*
  - Ignominia, Captiuitas, *Esaiæ 5.*
  - Cita *senectus, ibid.*
  - Fames, Sitis,
  - Seruitus, Inopia,
  - Gladius *hostium, &c. Eccles. 19. Prouerb. 21.*
- Morbi *innumeri, vt*
  - Apoplexia, Dissolutio *membrorum,*
  - Inflammatio *hepatis,*
  - Dolor *capitis,*
  - Languor *membrorum,*
  - Corruptio *virium & sensuum, Eccles. 31.*
  - Defectus *& corruptio caloris naturalis,*
  - Dolor *stomachi ex cruditate,*
  - Pallor, Genæ *pendulæ,*
  - Furiales *somni,* Inquies *nocturna,*
  - Inflammatio *totius corporis,*
  - Suffusio *oculorum,*
  - Gradus *errantes,*
  - Vertigo *capitis,*
  - Trepidatio *manuum,*
  - Fœtor *oris,*
  - Formæ *corruptio, &c. Vide Prouerb. 23. d. 30. Vide & Plin. lib. 14. cap. 22.*
- Linguæ *vitia, vt*
  - Verba *impudica, stulta, inepta, scelesta.*
  - Secretorum *patefactio,*
  - Detectio *vitiorum intus latentium,*
  - Conuitia,
  - Contumeliæ,
  - Blasphemia,
  - Derisio, *&c.*

} Volaterranus *fol. 343.*

De Acedia.

Loci quinque.

- Quid *sit. Est enim acedia tædiũ bene operandi, & tristitia de re Spirituali: vel, recessus mentis à bono Spirituali, cui oportet mentem inhærere ex necessitate: vel, vt Cicero definit, est pigritia & inertia, & fatigatio animi, qua quis bonum inchoatum fastidit.*
- Quotuplex. *Alia enim est*
  - Corporalis, *cuius species*
    - Otiositas,
    - Somnolentia,
    - Verbositas, *qua laborem quis refugit.*
    - Inquietudo *corporis.*
  - Spiritualis, *cuius species,*
    - Desperatio, *qua receditur à bono spirituali.*
    - Pusillanimitas, *qua quis refugit ardua.*
    - Torpor *mentis, qua quis verbi auditum refugit.*
    - Rancor, *qui est indignatio in personas inducentes ad bona.*
    - Malitia, *cum quis non tantũ tristatur super Spiritualibus, sed etiam detestatur ea.*
    - Euagatio *mentis, dum propter tristitiam Spiritualium transfert se aliquis ad delectabilia externa, fastidio Spiritualium.*
- Quę *causæ.*
  - Diabolus, Epicureismus,
  - Securitas *profana,*
  - Præceptorum *Dei obliuio.*
- Qui *effectus Acediæ.*
  - Corporalis,
    - Fames, Sitis, Infamia,
    - Mœror, Amissio *rerum, ac dominij,*
    - Corporis *corruptio,*
    - Pericula, Odium,
    - Peccata *grauissima, in quæ Diabolus otiosum præcipitat.*
  - Spiritualis,
    - Teneri *à Diabolo,*
    - Obtemperare *Diabolo,*
    - Verbum *Dei fabulam putare,*
    - Nihil *scire de Deo,*
    - Recedere *à Deo,*
    - Amittere *vitam cœlestem,*
    - Corruptio *animi.*
- Quomodo *Acedia fugienda, &c. Vide literam A.*

A.
Quomodo *Acedia fugienda: Si videlicet cogitemus,*
- Quàm *turpe sit temporalia præponere æternis rebus.*
- Nos *ad Deum glorificandum, laudandum, diligendum conditos esse, non ad voluptates.*
- Negligentem *Diaboli mancipium esse.*
- Quantum *malum sit negligentiæ vitium.*
- Negligentes *ac otiosos inutile terræ pondus esse.*
- Otiosos *amittere vitam æternam.*
- Mandatum *Dei contra otiosos, item comminationes Dei.*
- Omnes *creaturas in suo ordine manere, hominem non agnoscere suum officium, turpe esse.*

De Ira.

TABVLA I.


- Quid *sit. Est enim irrationabilis perturbatio mentis, vel libido puniendi eius, qui videtur læsisse iniuria, vt Cicero in Tusculana quæstione definit.*
- Quotuplex. *Est enim alia*
  - Iusta, *quæ ex amore iustitiæ, & odio peccati proficiscitur.*
  - Iniusta *huius spe cies,*
    - Fellea, *vel acuta, quæ nimis citò & ex leui causa insurgit.*
    - Mania, *vel amara, quæ diu in memoria manet, ex qua tristitia oritur.*
    - Grauis, *vel difficilis, quæ non remittitur, donec puniat.*
- Quę *causæ.*
  - Despectus *aliorum.*
  - Excellentia *irascentis, vt si sit sapiens, bellicosus, Magistratus, Iudex, Præceptor, &c.*
  - Defectus
    - Irascentis, *vt*
      - Infirmitas,
      - Fames,
      - Sitis, *&c.*
    - Eius, *contra quem irascimur.*
- Qui *effectus.*
  - Delectatio *in*
    - Spe *vindicandi in futurum.*
    - Vindicta *præsenti.*
    - Continua *vindictæ cogitatione.*
  - Feruor *sanguinis & Spiritus circa cor, ex quo apparere solent*
    - Cor *palpitans.*
    - Corpus *tremens.*
    - Lingua *præpedita.*
    - Facies *igneſcens.*
    - Oculi *exasperati.*
    - Verborum *ignorantia.*
  - Perturbatio *vsus rationis.*
  - Rixæ, Scandalum,
  - Stultitia, Inordinatio,
  - Amissio *Spiritus Sancti,*
  - Infelicitas, Reipublicæ *labefactatio,*
  - Dedecus, *&c.*

Loci sex.

- Quæ *vitia ex iræ vitio oriantur.*
  - Impatientia,
  - Iniustitia: *nam iustitia ab irato non agnoscitur.*
  - Discordia, Odium,
  - Inimicitiæ, Superbia,
  - Crudelitas, Homicidium,
  - Audacia, Clamor,
  - Tumor *mentis, quo irascens varias vindictæ vias excogitat.*
  - Blasphemia,
  - Contumelia.
- Quomodo *fugienda ira. Si videlicet cogitemus*
  - Christum *multa pro nobis passum.*
  - Nos *etiam maximos peccatores esse.*
  - Non *esse turbandam Rempublicam.*
  - Ira *interturbari precationem.*
  - Ira *impediri opera necessaria.*
  - Ignem *non extingui igne, sed aqua: nec iram, quæ ignis est, nisi patientia extingui.*
  - Turpe *esse animalia ferocia frenari humana cura, nos ratione non posse frenari.*
  - Magnam *iræ deformitatem esse: cor enim irati palpitat, corpus tremit, lingua titubat, facies igneſcit, exasperantur oculi, non cognoscuntur noti, &c.*
  - Fœdum *esse eius animum, cuius imago extrà tam fœda est.*
  - Tempus *expectandum, donec iræ feruor langueſcat, & caligo mentis decidat.*
  - Finem *iræ initium pœnitentiæ esse.*
  - Irasci *in quibus non oportet, insipientis esse.*
  - Iram *in puniendo neſcire modum.*
  - Eam *vitam optimam esse, in qua quis iræ imperat.*

TABVLA

TABVLA II.


Loci quatuor.
Quid sit. Est enim affectus, quo quis vel improbitati irascitur, vel læsus ab eo, qui læsit, vindictam, quascunque id ratione possit, expetit.
Quomodo appelletur ira corrupta.
Fera & bestia truculenta, Chrysostomus tomo 1. 3. & 5.
Canis impudens.
Ignis, Idem tomo 3.
Mater homicidij, Idem tomo 2.
Ebrietas, Idem tomo 5.
Leo, Idem tomo 4.
Tenebrosa res, Idem tomo 3.
Quotuplex. Est enim alia
Recta, & sancta. Hic disce:
Quid sit. Videlicet qua quis improbitati vt improbitati irascitur.
Quę causæ.
Efficiens Deus, qui indidit nobis affectus quosdam, sine quibus natura humana consistere non potest.
Finis, cur ira nobis indita sit.
Non vt aduersum corpora nostra stringamus & impellamus gladium, sed vt vniuersam machæram in ipsum Diaboli pectus immergamus.
Non vt contumeliam proximo inferamus, sed vt peccantes conuertamus: vt excitemur, ne hîc socordes & segnes simus.
Vt ira hac instructi vehementiores contra veritatis aduersarios simus.
Vt aduersus nostra ipsorum peccata irascamur, animam nostram obiurgemus, conscientiam nostram flagellemus.
Quem deceat hæc ira. Hæc iusto Iudici conuenit: neq; enim esset iustus Iudex, qui nec malis vt malis irascatur, nec bonis vt bonis delectetur.
Quotuplex. Alia enim est in
Corrupta. Hic disce:
Quid sit. Qua quis vt læsus, non vt iustus, non malo, sed aduersario suo irascitur. Huc pertinet locus secundus.
Deum, de quo Reg. 19. Ionæ 4. a. 1.
Homines, & hoc vel propter
Beneficia, vt irasci Pastoribus, Magistratibus, parentibus, benemeritis, &c.
Illatâ iniuriam. Huius species sunt
Fellea,
Mania,
Grauis, vel difficilis.
Quę causæ.
Efficiens,
Despectus aliorum.
Excellentia irascentis, &c.
Finis,
Rixæ, Scandala,
Stultitia,
Perturbatio rationis,
Dedecus,
Discordia, &c.
Quibus rebus ira sedari possit.
Sobrietate,
Mansuetudine,
Patientia,
Mora. Hoc enim iræ remedium optimum est, moram interponere, ne quid iratus vel dicat aliquis, vel faciat. Nam sibi restitutus, videbit, quæ iratus videre nõ potuit. Theodoretus lib. 5. cap. 16. & 17. scribit, seditionem fuisse Thessalonicæ exortam, in qua Magistratus aliquot saxis obruti sunt. Theodosium re cognita immisisse suos milites, qui ad septem millia sontes & insontes interficerent. Ambrosius, Episcopus Mediolanensis, cùm hoc audisset, Imperatorem aditu Templi prohibuit, & cum eo expostulauit: Tandem Imperator reconciliationem petijt, & suasu Ambrosij legem promulgauit, vt supplicia illorum, qui capitis damnati essent, ad triginta dies protraherentur, vt sedata ira Imperatoris, sententiam capitalem reuocare posset. Athenodorus Philosophus, cum ab Augusto impetrata missione patriam repeteret, rogatus vt insigne aliquod præceptum apud eum relinqueret, præclarè admodum respondit: Antequam iræ indulgeas, & ad vindictam accedas, percurre tecum Alphabetum Græcum, vt vel tantilla mora interposita impetus animi sedari possit. Plato iratus famulo suo: Castigarem te, aiebat, nisi succenserem.
Gubernatione recta affectuum.
Consideratione commodi nostri & Reipubl. si minus iræ indulgeamus.
Consideratione incommodorum iræ.

De Inuidia.

Loci sex.

- Quid *sit*. *Est enim Inuidia tristitia de bonis alienis.*
- Quæ *species*.
  - Zelus, *cùm tristamur de bono alterius ex eo, quod nobis deest bonum, quod alius habet.*
  - Nemesis, *cùm tristamur de bono alterius, quod ille eo indignus videatur.*
  - Cùm *quis tristatur de bono alterius, quòd eum excedat in bonis.*
- Quę *causæ*.
  - Diabolus,
  - Mala *hominis voluntas*,
  - Superbia, Inertia,
- Qui *effectus*.
  - Ruina, Corruptio,
  - Cruciatus *de bonis alterius.*
  - Ignominia, *&c.*
- Quæ *vitia ex inuidia oriantur.*
  - Homicidium, Contentio,
  - Seditio, Perturbatio,
  - Susurratio, *cùm quis quærit minuere gloriam alterius in occulto.*
  - Detractio, *cùm quis apertè gloriam alterius minuere conatur.*
  - Exultatio *in aduersis proximi.*
  - Afflictio *in prosperis proximi.*
  - Odium, *cùm non simpliciter tristatur quis de bono & excellentia alterius, sed vult simpliciter eius mala.*
- Quomodo *inuidiam fugere debeamus. Si videlicet cogitemus,*
  - Mandatum *Dei, quod præcipit cauere inuidiam.*
  - Comminationes *Dei aduersus inuidos.*
  - Inuidiam *consumere inuidum, vt tineâ vestimentum consumitur, rubigine ferrum.*
  - Inuidum *sibi ignominiam parare, ei cui inuidet gloriam.*
  - Quantum *malum sit inuidia: sensum enim comedit, pectus vrit, mentem affligit, cor bonis, vt pestis quædam depascit.*
  - Eum, *cui inuidetur, maiorem esse: qui inuidet, minorem.*
  - Felicitatem *subiectam esse inuidiæ.*
  - Inuidos *nihil esse aliud, quàm ipsorum tormenta.*

De Gula, seu Crapula.

Loci sex.

- Quid *sit*. *Est enim immoderata cibi auiditas, vel inordinatus appetitus cibi & potus.*
- Quæ *species*.
  - Hæ *continentur in hoc versiculo:*
    Præpropere, lautè, nimis, ardenter, studiosè.
  - Præpropere, *cùm videlicet nimium præuenitur tempus cibi.*
  - Lautè, *cùm cibaria nimis preciosa quæruntur.*
  - Nimis, *cùm maior debito quantitas sumitur.*
  - Ardenter, *cùm non seruatur debitus modus edendi,*
  - Studiosè, *cùm nimis accurata cibaria quæruntur.*
- Quę *causæ*.
  - Diabolus,
  - Mala *hominis voluntas*,
  - Segnities.
- Qui *effectus*.
  - Ægestas, Libido,
  - Corruptio *corporis*,
  - Morbi *subiti*,
  - Interitus,
  - Infelicitas,
  - Linguæ *effrenatio*,
  - Sæua *somnia*,
  - Fames *verbi*,
  - Tyrannis *Diaboli*,
  - Vanitas *mentis*,
  - Hebetudo *sensus*,
  - Æstuare, Tremere, Sudare,
  - Olere, Ructare.
- Quæ *vitia ex gula nascantur*.
  - Intemperantia, Libido,
  - Omissio *omnium operum bonorum, seu acedia.*
  - Inepta *lætitia*,
  - Multiloquium,
  - Turpiloquium,
  - Iocularitas, *vel scurrilitas, quæ à filijs huius seculi, id est, gulosis, Curialitas appellatur.*
- Quomodo *gula fugienda sit, &c. Vide literam A.*

A. Quomo

A. Quomodo gula fugienda sit. Si videlicet cogitemus

- Mandatum *Dei, quod præcipit caueri gulam.*
- Comminationes *Dei contra gulosos.*
- Hominem *etiam primum propter gulam ex Paradyso expulsum esse: sic expelli è regno Dei gulosos.*
- Ethnicos *etiam crapulam detestatos esse, ac frugaliter vixisse.*
- Gulosos, *non Apostolos, non Prophetas, sed porcos immundos imitari.*
- Quantum *malum sit gula.*
- Frustra *nos in alijs vitijs vitandis cum Satana pugnare, si ille in nobis per gulam habitet: sicut frustra geritur in campo bellum, si intra ciuitatis mœnia insidians ciuis habeatur.*
- Turpe *esse Christiano non Deo, sed ventri, ac gulæ seruire.*
- Gulam, *somnum & otium è mundo virtutes expellere.*
- Laborem, *sudorem, cursum, famem & sitim ciborum condimenta esse. Talibus Lacedæmoniorum epulæ condiebantur.*
- Vt *nautæ nonnùm onerantes nauem, deinde in exhaurienda sentina laborant, ita qui corpus cibis onerant, clysteribus deinde indigere, quibus gulosorum ægrotantium aluus purgetur.*
- Quàm *breuis sit vita hominis. Est enim velut umbra, Psal.144.a.4. Flos agri, dies mercenarij, Iob.7. a.7. Fumus à vento dispersus, Sap.2.a.4. Nubes Solis radio discussa, Sap.2.a.4. Nuntius transcurrens, Sap.5.c.9. Ros manè decidens, Solis calore siccatus, Sap.11.d.29. Vt vapor, Iac.4.c.14. Tabernaculum, seu tentorium, 2.Cor.5.a.1. Nauigans, qui impulsu nauis ducitur, &c.*

De Superbia.

TABVLA I.

Loci sex.

- Quid *sit. Est enim inordinatus appetitus excellentiæ, cui debetur honor & reuerentia.*
- Quotuplex. *Alia enim coram*
  - Deo. *Huius, teste Gregorio, species sunt, quando*
    - Bonum *à semetipsis se habere homines existimant.*
    - Etsi *donum sibi datum desuper credunt, pro suis tamen hoc accepisse meritis putant.*
    - Iactant *se habere quod non habent.*
    - Despectis *cæteris, singulariter videri appetũt habere quod habent.*
  - Hominibus, *cùm in visione, passibus, colloquijs, sessione, in dicendis sentẽtijs, in rebus temporalibus, in cœtu hominum, quis se alijs præfert.*
- Quę *causæ.*
  - Diabolus, *qui superborum omnium Rex dicitur, Iob. 41.d.25.*
  - Defectio *à Deo,*
  - Naturalis *inclinatio,*
  - Res *secundæ.*
- Qui *effectus.*
  - Contumeliæ, Iurgia,
  - Discordia,
  - Odium *Dei & hominum,*
  - Clamor *in locutione,*
  - Amaritudo *in silendo,*
  - Dissolutio *in hilaritate,*
  - Furor *in tristitia,*
  - Inhonestas *in actione,*
  - Erectio *in incessu,*
  - Rancor *in responsione,*
  - Interitus *animæ.*
- Quæ *vitia ex superbia nascantur.*
  - Inuidia, Ira,
  - Inanis *gloria,*
  - Tristitia,
  - Ventris *ingluuies,*
  - Contemtus *aliorum,*
  - Auaritia,
  - Blasphemia.
- Quomodo *fugienda superbia. Si videlicet cogitemus*
  - Nos *terram & cinerem esse.*
  - Superbiam *etiam in rectè factis vitandam esse.*
  - Quantum *se Christus humiliauerit, vt tumor superbiæ nostræ sanaretur.*
  - Quàm *simus nos infirmi, qui à minimis etiam & abiectissimis creaturis torqueamur, quibus resistere non possumus, vt pulicibus, pediculis, cimicibus, culicibus, &c.*
  - Turpia *esse vitia, cum virtutum specie celantur: nam & superbia sub quibusdam humilitatis signis latet.*
  - Primum *hominem, imò & Angelos, superbia à Deo deciſſe: principium enim cadendi fuit maledicta superbia, Eccles.10.c.14.*
  - Vt *humilitatem electorum, sic superbiam euidentissimum reproborum signum esse.*
  - Magnum *etiam hominem vel à paruo incommodo cadere posse.*
  - Deum *superbos odio habere, & subuertere, Eccles.10.c.16.*

TABVLA II.

LOCI quatuor.

- Quid *sit. Videlicet cordis elatio ad sublimia sese erigentis, & externis cum gestibus oculorum, ac cervicis, tum studijs vitæ elationem suam in apertum exerentis: vel, est amor propriæ excellentiæ, & appetitus celsitudinis illicitæ & inconcessæ.*
- Quotuplex.
  - Interior, *quæ est in corde.*
  - Exterior, & est duplex:
    - Gestus, *qua videlicet impij insolescunt,*
      - Incessu,
      - Oculorum *elatione,*
      - Confessu, Vestitu,
      - Pectoris *inflatione, & reliquo corporis gestu.*
    - Linguæ, *qua videlicet impij lingua tument, de omnibus contemtim loquuntur, sese prædicãt, grandia minantur, & quibus imperant. Hæc superbiæ species iactantia dicitur, vel grandiloquentia, cuius tria sunt genera. Quando*
      - Ea *iactantur, quæ in se aliquid laudis habent, vt potè facta fortitudinis, vel scientiæ alicuius, vel industriæ, vel beneficentiæ, vel pietatis.*
      - Sublimium *dignitatũ iactantur honores. Quale est, quando insignibus titulis alius se iactat summum Pontificem Christi Vicarium, Episcopum vniuersalem, alius Cardinalem, alius Episcopum, alius Patriarcham, alius Abbatẽ, &c.*
      - Ea *iactantur, quæ mala sunt, iniusta, iniqua, illicita, vel iniustam vim, vel fraudem referentia. Quod iactantiæ genus omnium est execrabilissimum.*
- Quę *causæ superbiæ.*
  - Satan, *qui primus contra Deum elatus est, propterea etiam Rex superborum appellatur.*
  - Peccatũ *originis, vnde omnibus mortalibus agnatũ est hoc superbiæ vitium.*
- Quare *superbia Deo & hominibus abominabilis, ac detestabilis sit.*
  - Respectu *originis: quia superbia ex Satana est, qui primus contra Deum elatus, haustum hoc venenum consequẽter effudit in originis nostræ parentem.*
  - Respectu *miseræ nostræ conditionis. Hinc illud est: Quid superbit terra & cinis?*
  - Respectu *ingenij superbiæ, quo fit, vt non solùm in sublime sese erigat superbus, sed & reliquos præ se fastidiat, imò contra superiores insurgat. Id quod Satan contr. Deum primus fecit, & perpetuò facit.*
  - Quia *Deus superbos ferre non potest, & singulari quadam abominatione detestatur.*
  - Quia *superbia prona est ad illudendum, ac deridendum alios: vnde superbi, derisores appellantur.*

De Vestium discrimine, & Luxu nimio in Vestitu.

VESTES sunt duplices, vel sunt

- Spirituales, & hæ sunt vel
  - Fidelium, *quæ sunt*
    - Nuptialis, *quæ est Christus, vel fides in Christum, Matth.22.c.11. Rom.13.c.14. Induamini Dominum* IESVM, *Apocal.3.d.4. 19.c.8. Ante lapsum fuerunt nudi parentes nostri, sed citra dedecus & erubescentiam à lapsu erubuerunt, quia peccatum abstergit ignominiam, nos pijq; bonorum operum, & conuersatio prava, probrosissima est nuditas. Cæterùm Christus, qui ex verbo veritatis discitur, ex fide vera percipitur. Est vestis fidelium candida, iustitia & innocentia ipsorũ, contegit is omnes nostras maculas, abolet ignominiosam nuditatem, ornat virtutibus omnigenis, vt honestè & decenter coram Deo in conuersione sancta appareamus. Hoc enim præcipuum vestis vsũ habet, vt contegat pudendas corporis partes, ornet corpus & inornatam celare pellat. Ideoq; Christus vestis Christianorum dicitur. Polluunt hanc vestem, qui nec fide, nec conuersatione sancta professioni Christianæ respondent. Facessat hinc pallium Diuæ Virginis, sub quod colligunt ferè conscleratos & impœnitentes omnes Papistæ.*
    - Vulgaris, *seu communis, iustitiæ scilicet & sanctitatis vitæ: de qua Psal.132.a.2. Ephes.4.b.c.14. Coloss.3.b.8.*
    - Salutis, *seu liberationis & bonitatis Dei: de qua Esaiæ 61.d.10. Cum induerit me vestimentis salutis. Idem 2. Paralip.6.g.41. Psal.132.c.16. Sacerdotes eius induantur salute.*
  - Infideliũ, *quæ est, vel*
    - Gloriæ *Dei, Eccles.45.a.8. Gloria vestiuit eum, &c.*
    - Iræ *Dei, & maledictionis, Psal.109.c.18. Induet maledictionem sicut vestimentum. Item Esaiæ 59.d.17.*
    - Confusionis, *Psal.132.d.18. Inimicos eius induam confusione.*
- Corporales, *& hæ vel, &c. Vide literam A.*

A. Corpo-

A. Corporales, & hæ vel
- Ciuiles, quæ sunt vel
  - Decoræ, q̃ personis, & suæ cuiusque vocatione, conditione, ætate & sexu conuenirũt: vt sunt
    - Principum: bi splendidiori veste pro conditione sua vtuntur, vt Psal. 45. c. 15. dicitur de Regina, quæ vestibus acu pictis deducitur ad Regem. Id ostendit & Christus Matth. 6. d. 29. de Solomonis vestibus. Nam cùm Principes ab omnibus suspici ac reuereri deceat, ad id præsertim apud vulgus, non parum habet momenti externus ille vestium splendor. Nec licuit olim pretiosas Principum vestes quibusuis hominibus induere per leges ciuiles. Quare & in Cantico Deborah versicolores & acu pictæ vestes tantùm Principi dicuntur attribuendæ, Iudic. 5. Nunc quilibet etiam priuatus splendidioribus vestibus vtitur, vt inter Magistratum & priuatum parum, aut nihil distinguere possis. Ludouicus XI. Galliæ, & Alphonsus Siciliæ, ac Matthias Pannoniæ Reges, vili amicti panno à vulgo non agnoscebantur.
    - Ministrorum: conuenit enim, vt dignitatis ac verecundiæ ratione habita, ita incedant vestiti, vt inter Concionatorem & militẽ gregarium, aurigam aut nautam distinguere possis.
    - Senatoriæ, Militares. } Erant olim leges vestiariæ, quæ nunc prorsus iacent.
    - Pueriles & Iuueniles. Lycurgus Philosophus & Princeps Lacedæmoniorum, vt tradit Diogenes Laërtius, iuuenibus non amplius vna veste toto anno vti permisit, nec aliquem cultiùs altero progredi, nec lautiùs epulari.
    - Seniles & aniles, Tit. 2. a. 3. Anus sint habitu, qui religionem deceat.
    - Muliebres, &c. Deut. 22. a. 3.
  - Indecoræ, vel
    - Virorum, vt vestitus
      - Varicolor, qui indicium est inconstantis animi.
      - Laceratus & conscissus, qui corrupti animi indicium est.
      - Plus nimio exquisitus, qui animi arrogantis & superbi indicium est. De hoc lege Iac. 2. a. 2. 3.
    - Mulierum, quæ constant in
      - Contextu, seu plicatura capillorum, cui addunt mitras thiarasq; è byssо contextas, & acu varie pictas, insertis passim auri, argenti, gemmarumq; pigmentis. Vide 1. Pet. 3. a. 3.
      - Pretiosis & exquisitis vestibus, quas ætates varie mutant. Mollia indumenta animi mollitiem indicant, Matth. 11. a. 8. Num hominem mollibus vestibus indutum?
      - Pigmentis & fucis, quibus naturæ effigies mutatur. De hoc Prouerb. 11. d. 22. Mulier formosa, sed immodesta, non dissimilis est porco, naribus aureum torquem gerenti. Et Prouerb. 31. d. 30. Vana est forma, mulier timens Deum laudanda est. Ambrosius: Deles picturam Dei, mulier, si vultum tuum materiali candore obliniſti. Tertul. lib. de Cultu fœminarum: Depingantur oculi verecundia, inferentes in aurem sermonem Dei, annectentes ceruicibus iugum Christi, caput maritis subijcientes, manus lanis occupate, pedes domi figite, vestite vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitiæ: Taliter pigmentatæ Deum habetis amatorem. Vide de Consecr. dist. 5. can. fucatæ, & 6.
- Religiosæ, vel sordidæ, vt Monachorum. Monachi enim videntes multos nimio hic luxu peccare, ad dexteram nimium declinantes sordidis se polluunt, dum in veste vili ac sordida se tegunt, atq; ita magnam se hypocrisim exercere produnt.

De Choreis impudicis.

TABVLA I.

Quid sit Chorea. Est effusio eius vanitatis, quæ latet in animis, quæ insana gesticulatione proditur.

Vnde dicta Chorea. Ἀπὸ τοῦ χαίρειν videlicet, quod est lætitia, vt docet Plato lib. 2. de Legibus, vel dicta à choro, quod à χορὸς deducitur. Vnde saltationi Dauidis lætitia, & tubilus iunguntur, 2. Reg. 6. c. 14. lege de hoc in Clement. lib. 3. tit. 14. can. in gloss.

Loci sex.
- Spiritualis, ex sensu rerum spiritualium, & animæ delitijs nata, qualis erat Dauidis. Hæc laudabilis chorea est.
- Quotuplex.
  - Corporalis, impudica, ex crapula nobili & spurca compotatione nata: & est duplex:
    - Simplex, ex vno tantum sexu constans, & est vel
      - Puellaris, in qua puellæ tantùm saltant.
      - Muliebris, in qua mulieres tantùm.
      - Virilis, vbi viri tantũ, & est vel
        - Ciuilis: hæc tolerari magis potest, quàm aliæ saltationis species.
        - Rustica: rustici enim aliter saltant quàm ciues, subsiliendo scilicet, & voce ferãdo.
    - Mixta, ex vtroque sexu constãs, & est vel
      - Nobilium: nobiles enim alios saltationis modos habent, quàm vulgus. De saltatione armata & pyrrhica, quæ lasciua quaedam vertigine fiebat, lege Plin. lib. 7. can. 56. Polyd. lib. 2. can. 13. De speciebus saltationis legatur Pollux in Onomastico libro 4. can. 14. & Volaterranus in Philologia.
      - Vulgi, & hæc est vel
        - Circularis,
        - Recta,
        - Obliqua, &c. pro diuersitate locorum ac regionum. Vide Chrysostomum tomo 4. ad Coloss. 4. Homil. 12.

Quæ causæ, & seq. Vide literam A.

Diabolus, *qui huiusmodi illecebris animos hominum ad omnem immundiciam incitauit.*

Hetrusci *populi. Hos enim primùm impulit Satan, vt huiusmodi saltationibus sese oblectarent. His postea ad Romanos choreas profectas esse testatur Liuius, apud quos Stephanio primus togatus saltare instituit, vt testatur Plin. lib. 7. cap. 48. De Romanorum choreis Virgilius:*

Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. Idem:
Immemores nostri festas duxêre choreas.

A Romanis postea ad alias gentes choreæ peruenerunt, sicut & Bacchanalia, & alia ludicra. Sed & Gregorij 11. tempore excitauit Satan mirabilem sectam Dæmoniacorũ quorundam, tàm virorum, quàm mulierum, præter omnem verecundiam chorizantium. His videbatur, quòd in sanguinis flumine saltarent, quamuis astantes nihil tale viderint. Vulgus interpretabatur, quòd populus ille malè baptizatus esset à Sacrificulis meretrices tenentibus, & parum abfuit quin Sacrificulos occideret, & bona eorum diriperet. Factum hoc est 1370.

Ebrietas, Crapula, Abiectio *timoris Dei.*

Ablatio *rationis. Tum enim maximè choreas ducere solent homines, cùm illis erepta est ratio, nec iam amplius homines sunt. Nam ea etiam tum placent, quæ illis sana ventibus ratione abominanda viderentur.*

Mollities. *Chrysostomus tomo 4. in cap. 4. ad Coloss. Homil. 12. Cic. pro Luc. Murena, causas saltationis posuit, turpe conuiuium, commessationem, libidinem, &c.*

Quę *causæ.*

Quid *in choreis spectandum. Non id solùm quid res ipsa sit, sed & quid ex ea consequatur, & vnde proueniat. Sed & illud obseruari oportet, quòd sit ingenium carnis nostræ, quomodo videlicet caro nostra ex illa re affecta reddatur. Nimirum ita, vt abiecto omni timore Dei, præceps ruat in omnis generis flagitia. Quare & Iob magna cura tenebatur, si quando sciebat liberos suos conuiuijs indulgere, ne quid contra Dominum delinquerent. Iob. 1. 5. Fortassis, inquit, filij mei peccauerunt, & indigna cogitârunt de Deo. Misso igitur nuntio, accersebat eos à conuiuijs, & ad rem diuinam præparabat.*

Scripturæ *sacræ omnem scurrilitatem & obscœnitatẽ in dictis & factis, ac eorũ etiam occasionem prohibent. Vide Rom. 13. c. 13. Ephes. 5. a. 4 Eccl. 9. a. 4. Cùm saltatrice & cantatrice ne sis assidua.*

Et *Concilia choreas damnant, vt Basilienſe, Carthaginenſe IV. Agathenſe, &c. & decreta prohibent. Lege institutum Zachariæ, cauſ. 26. q. 7. can. ſi quis, &c. De Concilijs lege diſt. 34. can. Presbyteri. & de conſecr. diſt. 1. can. qui die. & de conſecr. diſt. 5. can. non oportet.*

A.

Choreę *& lætitiæ ineptæ à sacris & profanis Scriptoribus vituperãtur. Hinc Auguſt. lib. de Conflictu vit. & vitior. inquit: Inepta lætitia dicit, Vt quid animi gaudium intus abſcondit? Ingredere in publicum, lætus, dic & fac aliquid foris vnde vel tu, vel proximi tui rideant, fac eos lætos tua lætitia. Gregorius lib. 20. Moral. Sæpè à diſciplinæ metu reſoluimus ſubditos, ſi noſtro regimini hilaritatis frena relaxamus, quia dum nos quaſi licenter lætos aſpiciunt, audatius ipſi ad illicita reſoluuntur. Lege & Caſſiodorum lib. 4. Epiſt. Seneca Epiſt. 60. Oblectamenta fallacia & breuia homines decipiunt, ſicut ebrietas, quæ vnius horæ hilarem inſaniam, longi temporis tædio penſat. Cic. lib. 4. Tuſcul. quæſt. Geſtiens lætitia turpis eſt. Ibidem: Animi elati lætitia iure indicantur leues, &c. Item pro Murena. Vide Volaterranum in Philologia de Saltationibus.*

An *ſint licitæ choreæ Chriſtianis. Eas nõ eſſe licitas, hæ rationes probãt.*

Damnant *& Philoſophi choreas, ſaltationes & tripudia. Quare Plato in Protagora vel Sophiſta lib. 17. de Choreis ſic ſcribit: Videtur, inquit, mihi diſputatio de rebus poëticis perſimilis eſſe conuiuijs imperitorum, plebeiorumque hominum, qui cũ propter inſcitiam nequeant inuicẽ propria voce ſuiſque ſermonibus colloqui, mercede exhibita tibicines & ſaltatrices introducunt, & aliorum voce, id eſt, tibiarum flatu, conuiuium tranſigunt. Vbi autem boni, præclarique, & eruditi viri conueniunt, neque tibicines ibi, neque ſaltatrices, neque cantatrices vllas videbis, ſed eos propria voce, remotis his nugis iocisque, conuiuium celebrare, & alternis interrogationibus reſponſionibuſq; modeſtè diſſerere, etiamſi vinum abundè biberint. Et alibi: Quòd ſi quis aliter quàm conſtitutum ſit cantu choreisq; vtatur, Sacerdotes tàm viri, quàm mulieres, cũ legum cuſtodibus eum ſanctè & legitimè arceant.*

Ab *Ethnicis ad Chriſtianos chorea deducta eſt. Lege cauſ. 26. q. 7. can. ſi quis, &c. imò apud Ethnicos etiam ſaniores abominabilis erat chorea, & homini libero indigna putabatur. Quare Ptolemæus Auletæ hoc etiam inter reliqua flagitia, propter quæ regno expulſus erat, impingebatur, quòd choragum, ſeu choraulem egerit, quod homini ingenuo, nedum Regi malignum putabatur.*

Multa *vana hîc committuntur, quæ cuiuis ſunt manifeſta, & quid domum hinc reportetur, nisi runt hi, qui choreas exercent.*

Talibus *illecebris adoleſcentes & adoleſcentulæ, quæ choreas ducunt, imò & ſpectatores adulitiam ad impudicitiam incitantur.*

Sæpè *hîc virginitas, decus illud & theſaurus ingens puellarum amittitur.*

Ex *crapula & compotatione, ac animi leuitate naſcitur.*

Res *diuinæ propter huiuſmodi illecebras negliguntur, ac dies rebus diuinis dedicatus his lusibus impudicis profanatur. Imò nulla alia cauſa gratior eſt feſtus dies iuuentuti, quàm vt otium ſit illi ad choreas ducendas, & cùm primis apud Italos, vt non ab re dixerit Auguſtinus in enarratione tituli Pſal. 91. Melius eſt arare die Dominico, quàm ſaltare. Lege de hoc Concilium Carthaginenſe IV. de conſecr. diſt. 1. can. qui die, &c.*

Commune *omnium hominum iudicium eſt, choream ſine animi inſolentia fieri non poſſe: id quod experientia ipſa etiam demonſtrat.*

TABVLA

Loci quatuor.

TABVLA II.

Loci quatuor.

- De ortu & origine choreæ, de quo variæ sunt opiniones. Alij
  - Putant homines, cùm spectarent diuersos motus stellarum oberrantium, & fixarum, saltationem inuenisse, qua illa motuum varietas repræsentaretur.
  - Arbitrantur choreas potius ductas fuisse à religione: quoniam apud veteres Ethnicos nulla erant ferè sacra, quibus non saltaretur. Ducebant quippe tripudia à sinistra parte Altaris ad dextram, quò motum cœli ab Oriente in Occidentem referrent, postea redibant à dextris ad sinistram, vt errantium stellarum cursum exprimerent. Quin & Salij Sacerdotes Martis summo in pretio habebantur. A sacris ergo saltationes ad publicam lætitiam accommodatas esse censuerunt. De Salijs Sacerdotibus, qui sint, & vndè dicantur, lege Plutarchum in vita Numæ Pompilij.
  - Saltationis originem ad Hieronem Siculum Tyrannum referunt, eum quippe, aiunt, vt suam tyrannidem stabiliret, populo interdixisse mutuis colloquijs. Quare cœpisse homines in Sicilia sensus & cogitationes nutibus & gestibus exprimere, idq; postea in vsum & consuetudinem abijsse.
  - Coribantes Cretensium populos, genus hominum insanum & maleficum. Hinc coribantisare, pro saltare & insanire. Alij Hetruscos saltationem inuenisse testantur.
- Quotuplices sit choreæ. Aliæ enim
  - Hymnidicæ, quæ ex sensu rerum spiritualium, & animæ delitijs nascuntur, quales sunt Dauidis, 2. Sam. 6. c. 14. qui coram Arca Domini publicè saltauit: Mariæ sororis Mosis, quæ strato Pharaone cum exercitu suo, cum alijs mulieribus choreas duxit, & epinicion cecinit. Exodi 15. a. 1. Item puellarum & mulierum, quæ victoriam Dauidis de Goliatho choreis & cantibus celebrabant, 1. Reg. 18. a. 7. Vide de hoc & Iudic. vlt.
  - Conuiuales, & sunt hæ vel
    - Licitæ, si viri inter sese sine mulieribus & puellis, mulieres seu puellæ inter sese sinè viris in tempore moderatè, sobriè, & citra offensionem saltent. Nam nec Maria soror Mosis saltauit cum iuuenibus, verùm seorsim inter mulieres. Nec Dauid cum mulieribus choreas duxit: & puellæ, quæ victoriam eius celebrabant, inter sese, non cum viris saltabant.
    - Illicitæ, cùm viri cum mulieribus permixti saltant: hæc enim fomenta & incitamenta sunt libidinum & luxuriæ. Promiscuæ hæ virorum & mulierum saltationes in diuinis literis non leguntur.
- Vituperatio saltationum lasciuarum.
  - A testimoniis
    - Scripturarum, vt Eccl. 9. a. 4. Cum saltatrice ne sis assiduus. Et Paulus Eph. 5. a. 3. 4. prohibet omnem obscœnitatem in dictis & factis, & eorum etiam occasiones. Populus Hebræus propter saltationem reprehenditur, Exodi 32. a. 6. Herodi vitio vertitur, quòd saltatio puellæ illi placuerit, Matth. 14. a. 6. Samson contumelia afficitur ludendo, Iudic. 16. Hiercm. 15. c. 17. Non sedi in concilio ludentium. Sara quoq; filia Raguelis innocentiam suam asserens, inter cætera dicit: Nunquam ludentibus immiscui me, Tob. 3. c. 17.
    - Doctorũ Ecclesiasticorum, vt
      - Augustini, qui cõtra Petilianum, cap. 6. dicit: Nugaces & lasciuas saltationes Episcopi semper solebant coercere: at hodie sunt nonnulli Episcopi, qui choreis intersunt, & vnà saltant cum mulieribus, tantum abest vt hoc vitium coerceant. Idem in Psal. 32. Melius est toto die fodere, aut arare, quàm saltare die Dominico. Idem de Conflictu vitiorum & virtutum. Vide Tabulam 1.
      - Chrysostomi, Homil. 56. super Genes. Nuptias, inquit, audistis, sed non choreas, quas ille appellat diabolicas. Vide tom. 1. Ibid. Sponsus & sponsa corrumpitur saltando, & tota familia fœdatur. & Homil. 48. Vides nuptias, choreas non vides. Idem tom. 4. ad Col. 4. Homil. 12. In Græcorũ mysterijs saltationes sint: in nostris verò silentiũ, decorũ, pudor & modestia. Idem in 14. Matth. vbi de saltatione filiæ Herodiadis ad populũ loquebatur, inter cætera dicit: Hodie Christiani homines non dimidiũ Regni, non caput alienũ, sed suam ipsorũ animam tradunt in perniciem. Et subdit: Vbi lasciua saltatio instituitur, ibi Diabolus vnà saltat. Idem tomo 2. Saltationẽ baratrum Diaboli. Tom. 4. ad. Col. cap. 4. Hom. 12. Opus Satanicum, & pompam Satanicam, & animarum perniciem appellat.
      - Augustini Marlorati super cap. 14. Matth. Certè quicunq; habuerunt curam honestæ grauitatis, damnarunt saltationes.
      - Caluini in cap. 14. Mat. Etsi plerisq; saltandi licentiã tunc sibi permitterent, meretriciæ tamen lasciuiæ turpis nota fuit nobilis puellæ saltatio.
      - Gualtheri, qui multis & vehementissimis choreas taxat, cap. 6. super Marcum, fol. 75.
    - Conciliorum, &c. Vide literam A.
  - A causa, & seq. Vide literam B.
- Quæ circumstantiæ in choreis ducendis obseruandæ: videlicet
  - Modus: videlicet vt moderatè, sobriè, citra offensionem saltetur.
  - Tempus: est enim tempus lugendi, est & saltandi tempus, Eccles. 3.
  - Locus,
  - Gradus,
  - Ætas, Sexus, &c.

A.
- Cõciliorum, vt
  - Laodiceni, *in quo ita statuitur: Non conuenit hominibus Christianis saltare in suis nuptijs prandeant & cœnent grauiter, & moderatè, gratias Deo agentes de nuptiarum beneficio. Idem Concilium sic statuit: Clerici non accedant ad spectacula, vel in theatro, vel in nuptijs. Possunt quidem nuptijs interesse, at postquam accesserint Cantores & Cytharœdi, qui saltationibus inseruiunt, surgant, & abeant, ne sua præsentia videantur eam lasciuiam probare. Lege de hoc de Consecrat. dist. 5. can. non oportet.*
  - Agathensis, *quod ferè idem instituit. de quo dist. 34. can. Presbyteri.*
  - Ilerdiensis, *quod habitum est sub Symmacho & Hormisda Papis, ac Rege Theodorico, circa annum 500. in quo idem statuitur, ne Christiani saltent in nuptijs.*
  - Altisiodorensis, *quod fuit sub Papa Deusdedit, circa annum 600. In hoc etiam idem statuitur.*
- Canonum, *de quibus caus. 26. q. 7. can. si quis. Item lib. 3. Decretal. Gregorij, can. cùm decorem, & c. & lib. 3. Clementinarum, tit. 14. cap. 1.*
- Philosophorum, vt
  - Platonis *in Protagora lib. 17. vbi choreas insciticæ populi attribuit. Indocti enim cùm propter insciticm nequeant inuicem propria voce colloqui, mercede exhibita, tibicines & saltatrices introducunt, & aliorum voce conuiuium transigunt.*
  - Ciceronis *in Oratione pro Murena: Nemo, inquiens, saltat sobrius, nisi fortè insaniat, neque in conuiuio, neque in solitudine.*
  - Æmilij *Probi in vita Epaminondæ, vbi ait, canere & saltare apud Romanos parum honorificum fuisse, cùm apud Græcos summo in precio haberetur.*

A causa, *seu inuentoribus. Choreæ enim ab Ethnicis ad Christianos deductæ sunt, & ex compotatione, enimique lenitate nascuntur. Homerus in Odyssea: Vinum enim iubet stolidum faciens, quodque impulit prudentem valdè canere, & tenerum ridere & saltare, & aliquod verbum emittere fecit, quod non dictum melius erat. Idem:*

Insanire facit sanos quoq; copia vini.

Hinc prouerbium: Vinum senem etiam vel nolentem saltare compellit. Item: Vinum caret clauis, id est, obruit rationem (quæ clauis vice sobrios moderatur) & facit insanire.

B.
- Ab *effectibus. Quia*
  - Choreæ *laquei sunt & scandala, non tantùm saltatoribus, sed & spectatoribus. Irritamenta enim & inflammant cor hominum, satis alioqui prauum ab ipsa origine, quod magno studio & reprimendum magis erat, quàm chorearum illecebris excitandum.*
  - Pericula *animæ aluntmagis, quàm cauent, & ex choreis viri minus boni, & mulieres minus castæ domum redibunt. Quare & Salustius in Catilinario dixit, hæc duo, cantum & saltum instrumenta luxuriæ esse.*
  - Sine *animi insolentia & insania non fiunt choreæ, id quod vulgus etiam fatetur.*
  - Ex *saltatione secutum est, vt Ioannis caput amputaretur.*
  - Res *diuinæ propter huiusmodi illecebras negliguntur.*
  - Hîc *sæpè virginitas decus illud puellarum amittitur.*
  - Choreæ *lasciuiæ occasiones sunt quandoq; euersionis Regnorum.*
- A pœna *saltatoribus constituta. Sic enim Plato alicubi inquit: Si quis aliter, quàm constitutum est, cantu choreisque vtatur, Sacerdotes, tàm viri, quàm mulieres, cum legum custodibus eum sanctè & legitimè arceant, Matth. 18. a. 7. Væ homini, per quem scandalum venit. De pœna vide Exodi 32.*

A non *necessario. Chrysostomus tomo 4. cap. 4. ad Colos. Homil. 12. Si neq; virgines saltabunt, neq; nuptiæ, quis ergo saltabit? Nemo. Quæ enim saltandi necessitas?*

Ab *inutili. Prouerb. Ne quære mollia, ne tibi contingant dura.*

Ab *exẽplis saltatorum, qui à viris bonis, propter saltationem reprehensi, & ludibrio habiti sunt.*
- Populus *Hebræus reprehenditur, quòd ederit & biberit, & surrexerit ad ludendum, Exodi 32. a. 6. vbi nihil aliud fuisse videtur ludere, quàm saltare. Vide 1. Paral. 15.*
- Aristippus *propter saltationem reprehensus est.*
- Herodi *vitio vertitur, Matth. 14. a. 6. quòd saltatio filiæ Herodiadis valdè ei placuerit.*
- Ptolomæo *Auletæ inter cætera flagitia, propter quæ Regno expulsus erat, hoc etiam impingebatur, quòd choraulem egerit, quod homini ingenuo, nedum Regi, indignum putabatur.*
- Salustius *in Catilinario, Sempronium vt lasciuum & impudicam vituperat, quòd didicisset probè canere & saltare.*
- Cicero *in Oratione, quam habuit post reditum ad Senatum, Aulum Gabinium, inimicum suum, vocat saltatorem, calamistratum, contumeliæ causa.*
- Regi *quoq; Deiotaro idem obiectum est. Vide Cic. Orat. 43.*
- In *Philippicis Cicero exprobrat Antonio, inter cætera vitia saltationem.*

¶ De Choreis vide Prouerbia: Omnia secunda saltat senex: Anus cothonissat: Anus hircissat: Anus saltat: Anus bacchatur: Titus saltat: Sus saltauit: In toga saltare: Camelus saltat.

De ge-

De generibus saltationum veterum Ethnicorum, à quibus nos choreas accepimus.

TABVLA III.

- Saltationum aliæ
  - Scenicæ, quarum alia est
    - Tragica, *quæ harmonica & eumeles dicebatur: & erat genus saltationis à congrua & decenti motione corporis appellatum. Eumelos enim dicitur, quod ad μιλῶ- ritè mouetur. Plato hanc honestam saltationem vocat, & pacatam.*
    - Canonica, *vt cordacea, genus lasciuæ, ridiculæ, ac rusticanæ saltationis in Comœdia.*
    - Satyrica, *vel Sicinnis, genus saltationis militaris: vnde & armata & bellica dicebatur. In armis enim pueri saltabant cum celeritate quadam fugiendi, & persequendi. Hæc saltatio ab inuentoribus Pyrrhica & Telesia dicta est.*
  - Lyricæ, vt
    - Pyrrhica, *similis Satyricæ, quæ Sicinnis dicebatur.*
    - Gymnopedica, *saltationis genus: à nuditate pedum dicta, in qua saltabant pueri numero motu agitati, palestræ speciem præbentes.*
    - Hyperchematica, *saltationis genus, in quo viri puellis captiosè se submittebant.*
  - Sacræ, quæ fiebant vel in
    - Sacris *ferculis, vt*
      - Xyphismus, *vel xyphisma, saltatio quædam cum ensibus, quæ & Polemica dicitur.*
      - Podismus, *genus saltationis per pedum dimensionem factum.*
    - Thesmophoriis, *i. Cerealibus, seu sacris Cereris, vt*
      - Ædion, *genus saltationis, in quo testiculi saltando exponebantur.*
      - Cnismus, *genus saltationis, in quo alter alterum pungit, fricat, & vellicat.*
      - Holoclasmus, *in quo frangebatur quicquid ad manum esset.*
      - Baucismus, *genus lasciuæ saltationis, à Bauco quodam institutæ.*
    - Sacris *Dianæ, vt*
      - Ionium, *genus saltationis molle & luxuriosum: hinc prouerbium, Choreæ Ionicæ.*
      - Baryllica, *genus saltationis, quæ à pueris & puellis, & mulieribus peragebatur in honorem Apollinis & Dianæ.*
    - Sacris *Liberi Patris, vel Dionysij, vt Ithymbi, genus saltationis ridiculæ in honorẽ Liberi Patris.*
  - Imitatoriæ, *in quibus aliquorum fit imitatio, vt*
    - Geranion, *genus saltationis, quam Latinè Gruem dicere licet. Numeroso erat saltantium turba, per ordinem partibus inæqualibus Labyrinthum imitantes, quadam volantium gruum similitudine. Fertur hæc saltatio instituta à Theseo apud Aram Deliam, dum exitum de Labyrintho imitaretur.*
    - Angelicæ, *in quibus nuntiorum figuram imitabantur.*
    - Morphasmus, *in quo omnium animalium erat imitatio, & repræsentabantur animalium diuersorum gestus.*
    - Scopia, *in qua collum circumuolutabant ad eius auis, id est, bubonis similitudinem, quæ attonita ad eam capitur saltationem. Scopes enim per ω bubones significant.*
  - Seniles, *vt Hypogeron, senum cum baculis saltatio.*
  - Laconicæ, *vt Ceuma, cui præmia proponebantur, non solùm pueris, sed & puellis.*
  - Gyraonicæ, *Gyraones enim cum ligneis suffulti pedibus saltabant.*

TABVLA IIII. per circunstantias tractata.

- Loci decẽ.
  - Choreæ, *quibus, quamque inhonestis appellationibus vocentur. Appellantur enim à*
    - Scriptura *sacra,*
      - Ludus *saltatorius, qui graues viros & Christianos minimè deceat, Exodi 32. Hierem. 15. Tob. 3.*
      - Leuitas, *Tob. 3.*
    - Sacris *Doctoribus, vt*
      - Augustino,
        - Nugæ, Vitium, *lib. 6. contra Petilianum.*
        - Inepta *lætitia, lib. de Conflictu vitiorum & vitiorum.*
      - Chrysostomo,
        - Corruptelæ *morum, Homil. 56. in Genesim.*
        - Familiæ *totius defædatio, Ibid.*
        - Diaboli *saltatio, in cap. 4. Mat.* Baratrũ *diaboli, tom. 2.*
        - Opus *Satanicum,* Pompa *Satanica,* Animarũ *pernicies.* — In *Epist. ad Col. cap. 4. Homil. 12.*
        - Merę *iniquitatis fomẽta, tom. 2.* Donum *Diaboli, Ibid.*
      - Petro *Martyre, Laquei & scandala, in lib. Iudic. cap. vlt.*
      - Erasmo *Roterodamo, Hircissare, in Prouerb. Lethale mulsum.*
      - Erasmo *Sarcerio, Incitamenta, occasiones & prouocamenta ad amorem illicitum, in cap. 9. Eccles.* (1. Hier.
      - Pellicano, *Irritatio spurca sensuũ. &, Concupiscentiæ adulterinæ, in cap.*
      - Caluino, *Meretriciæ lasciuiæ nota, in cap. 14. Matth. Vide & Gualtherum super Marc. 6.*
    - Profanis *autoribus,* Pontificibus & Conciliis. *Vide literam A.*
  - Saltatores, *quibus, &c. Vide literam B.*

A.
- Profanis autoribus, vt
  - Platone, *Inscitia, in Protagora lib.17.*
  - Aristotele, *Dionysiaca, id est, sacra Bacchi, in Problem. & Bassarica, id est, meretricia.*
  - Cicerone,
    - Insania, *In Orat. pro Murena.*
    - Intempestiui conuiuij, ac immoderati ioci comes, *Ibid.*
    - Gestiens lætitia turpis, *lib.4. Tuscul. quæst.*
    - Animi elati lætitia, *Ibid.*
  - Seneca, Oblectamenta fallacia & breuia, *Epist.60.*
  - Plauto *in Mustell. Pergræcari: quòd choreæ apud Græcos summo in precio haberentur.* Vide Æmilium Probum in Vita Epaminondæ.
  - Macrobio,
    - Ludus saltatorius, quem maiores probro duci voluerunt, *lib.3. Saturn. cap.14.*
    - Turpe,
    - Probrum, *Ibid.*
  - Salustio, *Instrumenta luxuriæ, in Catilinario.*
  - Horatio *in Odis, Motus, Ionicus: id est, lasciuus.*
    - ——motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo. Lude Ionicè, id est, molliter.
  - Diogeniano, Risus Chius, id est, mollis, lasciuusq; lusus, qualis Chiorum erat. Dicitur & Risus Megaricus.
  - Polluce, *lib.4. Cnismus, id est, pruritus vel fricatio.*
  - Volaterrano *in Philologia, Psaltriarum impudicarumq; officium.*
- Pontificibus Romanis, vt
  - Clemente v. *Transgressio & insolentia, lib.3. Clement. tit.14. cap.1.*
  - Innocentio III.
    - Ludibrium, *lib.3. Decretal. Gregorij, can. cùm decorum.*
    - Corruptela, *Ibid.*
  - Zachariæ, *Ritus Paganorum, caus.26.q.7. can. si quis.*
- Conciliis, vt
  - Laodiceno, *Lasciuia, de Consecrat. dist.5. can. non oportet.*
  - Agathensi, *Obscœni motus, & turpia spectacula, dist.34. can. Presbyteri.*
  - Ilerdiensi, *Motus indecorus.*

B.
- Saltatores, quibus, quamque inhonestis nominibus vocentur: à
  - Sacris Doctoribus, vt
    - Scriptura, *Vanitati dediti, Tob.3. Impij, Iob.21.c.11. His enim choreæ tribuuntur.*
    - Chrysostomo, *Homines scelerati, Tomo 1. de verbis Esaiæ, Vidi Dominum. Homil.2.*
    - Pellicano, *Discurrentes, nec domi consistentes, in lib. Iudic. cap. vlt.*
    - Erasmo,
      - Histriones, *in Prouerbio, Disertè saltare.*
      - Cothonissantes, *in Prouerbio, Anus cothonissat: id est, tumulenta saltat.*
      - Sues, *in Prouerbio, Sus saltauit, ex Diogeniano.*
  - Profanis autoribus, vt
    - Aristotele, *Dionysiaci, id est, Bacchanales, qui vix vnquam bonæ frugis esse consueuerunt, In Problem. Item, Impetuosi, lib.8. Polytic.*
    - Martiali, *Personati. Vide Prouerbium, In toga saltantis inducere personam.*
    - Macrobio, ex M. Catone,
      - Fescennini, *id est, molles & delicatuli, lib.3. Saturnal. cap.14. Vnde Fescennina licentia, apud Horatium.*
      - Spaciatores, *id est, delitijs assueti, Ibid.*
      - Probrosi, *iocosi, Ibid.*
    - Cicerone, *Calamistrati, In Oratione post reditum in Senatum.*
  - Concilio *Laodiceno, Themelici, dist.5. can. non oportet, & c.*

Cui seruiant saltatores. Hi vno ac vero Deo non contenti, pluribus, bisque falsis Dijs, ac Deabus seruiunt: Videlicet Cereri, Baccho, Veneri, & Como. Nam vt Venus sine Cerere & Baccho friget, ita lasciuis saltationibus, quibus Comus præesse dicitur, carere ea non potest. Est autem Comus ebriosorum, libidinis, ac nocturnarum saltationum Deus, cuius mystæ probè poti, nocte cum facibus & instrumentis Musicis ad amicarum fores prodibant saltatum: vnde & cantiones, & lasciuæ saltationes à suo Deo Græcis κῶμοι dicuntur: vnde & Comœdia dicta est. Et apud Paulum, comessare & comessatio: licet hæc nonnulli ad esum magis transferant. Hinc verò & saltationum causæ probè colligi possunt: vbi enim Cereri Baccho q; seruitur, calescit Venus: id est, cibo potuque repleti adolescentes deliciantur: Venus verò accensa calore, saltare ac canere desiderat. Verum enim est illud Homeri in Odyss. Vinum enim iubet, stolidum faciens: quodque impulit prudentem valde cantare, & tenerum ridere, & saltare: & aliquid verbum emittere fecit, quod non dictum melius erat. &c. Et illud, quod prouerbio iactatur: Vinum senem etiam vel nolentem saltare compellit. Hoc quidam versu expressit, ad hunc modum:

Vina senem, vt nolit, cogunt ductare chorcas.

Huc facit & illud, quod Athenæus ex Eripho Comico adducit:

Rectè vetusto dicitur prouerbio:
Quòd vina senibus persuadent, ô pater,
Et velint, nolint, choreas ductitent.

De his & alijs saltationum causis, vide Chrysostomum in Epistolam ad Colossenses, cap.4. Homil.12. & Ciceronem pro L. Murena.

Qui sint, qui saltare desiderant, & seq. Vide sequens A.

Qui *sint, qui saltare desiderant. Comici, id est, Comos, Deo saltationum seruientes: id est, iuuenes, immodestiæ, intemperantiæ, libidini, & comessationi dediti: Vnde κῶμος iuuentutem etiam comessationi & libidini deditam significat. Qualis enim saltatorum Deus est, tales & cultores illius esse necesse est.*

Quorum *sit propriè saltare. Id non hominum est, sed animalium irrationabilium, vt ferarum, Iob. 40. c. 15. Esaiæ 35. a. 6. auium, Leuit. 11. d. 20. vitulorum saginatorum, Iob. 21. c. 11. Malach. 4. a. 2. caprarum, Cantic. 2. a. 8. ouium & agnorum, Ouidius:*

Læta salit ouis & tauro quoque læta iuuenca.

Item, Satyrorum: id est, Syluanorum, Faunorum, & Pilosorum, Esa. 13. d. 21. qui videlicet in lucis consulti à Paganis futura prædicebant: id quod Satanæ fiebat astutia, qui Faunorum ac Satyrorum specie gentibus sæpè apparebat, vt eas ad idolatriam prouocaret. Quàm verò fœdum est, Christianos, non solùm homines in puris naturalibus constitutos, sed & bruta animantia, gestibus, ac alijs etiam actionibus referre? Scriptum enim est: Ne fitis sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

Vbi *saltent Comici. In conuiuio procaci, immoderato & iuuenili, quod ipsum etiam ab immodestia κῶμος appellatur. Item in conuiuio nuptiali, vbi de nuptiarum bono Deo gratias agere ac grauiter prandere ac cœnare debebant. Item in vicis & plateis, de quo caus. 26 q. 7. can. si quis. Item in Templis, Dei cultui non choreis deputatis. Item in Cœmeterijs. de quo lib. 3. Clement. tit. 14. cap. 1. & lib. 3. Decretal. Gregorij, can. cùm decorem.*

Quando *saltent. In festis maximè, cùm Dei verbo, orationi, ac pijs actionibus insistere deberent. Hinc & festa saltationum Græcis κῶμοι appellatur. Item, cùm non saltandi, sed lugendi magis tempus esset, vt est tempus hoc calamitosum. vide Eccles. 3. a. 4.*

Quomodo *saltent. Comicè: id est, procaciter, immodestè, nulla vel temporis, vel loci, vel gradus, vel ætatis, vel sexus habita ratione.*

Cum *quibus saltent. Cum virginibus, puellis: quod Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 14. dictu etiam nefas esse putat. Volaterranus verò in Philologia, cùm de saltationū generibus & vituperio dixisset, mores seculi sui respiciens, magna cum exclamatione velut ingemiscens ait: O mores, ô tempora: quod officium psaltriarum & impudicarum fuerat, nunc virginalis ac matronalis pudor Christianorum in laudibus ducit, magistrosque eius adhibent artis.*

Qui *sint saltationum comites.*
- Irritatio *spurca sensuum.*
- Laquei *& scandala.*
- Corruptio *mentis.*
- Neglectus *rerum diuinarum.*
- Casus *turpis.*
- Euersio *regnorum, &c.*

De vana Gloria.

Quid *sit. Cùm videlicet quis gloriatur de virtutis operibus, vel de transitorijs, vel de peccato, ac pro glòria acquirenda non recusat facere etiam ea, quæ sunt contra Deum. Vel, teste Augustino, est huius seculi fallax suauitas, infructuosus labor, perpetuus timor, periculosa sublimitas, initium sine prouidentia, finis cum pœnitentia.*

Loci quinque.

Quæ *species.*
- Iactantia, *quæ fit per verba.*
- Præsumtio *vanitatum, quæ fit per facta, aliquam admirationem habentia.*
- Hypocrisis *per facta falsa.*
- Pertinacia, *cùm quis meliori sententiæ non accedit.*
- Discordia.
- Contentio, *cùm quis non vult verbis ab alio superari.*
- Inobedientia.

Quæ *causæ.*
- Diabolus,
- Mala *hominis voluntas & inclinatio.*
- Res *prosperæ.*

Qui *effectus.*
- Labor, Timor,
- Pericula,
- Sollicitudo,
- Imprudentia,
- Pœnitentia, *seu mœror.*
- Cupido *pecuniæ.*

Quomodo *fugienda. Si videlicet cogitemus,*
- In *rectè factis timendum esse, ne mens despectis cæteris de gloria singularitatis eleuetur.*
- Non *esse tuba canendum, si quid rectè faciamus.*
- Pompam *mundi & fauorem populi fumum esse, & auram, seu ventum subitò euanescentem, quæ si plerumque placeant, pœnitudinem inducunt.*
- Gloriam *in millibus hominum nihil aliud esse, quàm auritum inflationem magnam, vt Tragicus exclamabat.*
- Gloriam *esse velut herbæ colorem, quæ venit & abit.*
- Superbi *gloriam citò ignominiam fieri.*

De Luxu venereo.

- Loci quatuor.
  - Quid *sit*. *Est enim luxus inordinatus appetitus venereorum.*
  - Quæ *species*.
    - Fornicatio, *quæ fit in vsu viduarum & concubinarum.*
    - Stuprum, *quod propriè fit in virgine.*
    - Adulterium, *quod est coitus cum maritata.*
    - Raptus, *illicitus concubitus cum violentia.*
    - Incestus, *est coitus cum consanguinea, vel affini.*
    - Vitium *cõtranaturam, à quo impossibilis est generatio prolis, & fit quatuor modis. Si*
      - Procuratur *pollutio venerea delectationis causa absq; concubitu, & dicitur mollities.*
      - Fiat *cum illicito concubitu ad rem non eiusdem speciei, & dicitur bestialitas.*
      - Fiat *per concubitum ad indebitum sexum, & dicitur Sodomia.*
      - Non *seruetur naturalis modus concumbendi, aut quantum ad instrumentum inconueniens, aut quantum ad alios bestiales concumbendi modos.*
  - Quæ *causæ*.
    - Diabolus,
    - Securitas *profana*,
    - Ocium,
    - Ingluuies *ventris*,
    - Successus *felix*.
  - Qui *effectus*.
    - Cæcitas *mentis*,
    - Hebetudo *sensus*,
    - Amissio *substantiæ*,
    - Inquietudo,
    - Timor, Cædes,
    - Virium *corporis amissio*,
    - Interitus *animæ*.
  - Quomodo *luxus fugiendus: si videlicet cogitemus*,
    - Luxuriam *Deo & virtutibus inimicam esse*.
    - Luxuriosum, *viuentem mortuum esse*.
    - Ventri *non esse seruiendum. Distento enim ventre, distenduntur & quæ ventriab hærent.*
    - Nulla *à nobis bona opera fieri, si luxuriæ scelus non abluatur.*
    - Diabolum *his maximè vitijs humano generi dominari, superbia mentis, & luxuria carnis.*

De impuro & detestabili Sacerdotum Cœlibatu.

- Detestatio cœlibatus Sacerdotum. Ab
  - Inhonesto, *qđ sumitur, seu demonstratur*
    - A legibus: *videlicet à*
      - Lege *naturæ, quæ cœlibatum detestatur. Vis enim propagationis indita est homini, quæ certo modo & lege fieri debet.*
      - Lege *Mosaica, quæ sterilitatem matrimonij execratur, quanto magis cœlibatum? Proinde Dominus inquit: Non est bonum hominem solum esse. Ac propterea Lex Mosis Pontifices ac Sacerdotes vult esse maritos, Leuit.21.a.7. Ezech.44.d.22. Ita & Paulus ad Timotheum & Titum.*
      - Legibus *Romanis, quæ cœlibes damno multabant: bis autem pi Rempubl. liberis auxissent, tanquam benemeritis præmium è publico statuebant.*
      - Legibus *Lycurgi. Hic enim legem tulerat, Vt qui vxores non ducerent, hi & æstate arcerentur à ludis & spectaculis. Hyemevo rò nudi forum circumirent, seq; execrati insita pati dicerent, quid legibus non paruissent.*
    - A testimonio, *& seq. Vide literam A.*
  - Inutili: *quod sumitur*
    - Ab *incommodo*
      - Famæ,
      - Vitæ,
      - Fortunæ,
      - Corporis,
      - Animæ.
    - A pœnis *scortationis, & maledictione Legis. Item à defectu bonorũ matrimonij.*
  - Impossibili. *Nam, vt Ambrosius de Virginibus lib.1.inquit: Doctor gentium de virginibus præceptum non habuit, quis ergo habere potest? Et Chrysostomus super Matth.cap.25. Virginitas rei naturâ sublimis est, quia nec apud veteres priscis illis, sanctisq; viris coli potuit. Item: Votum cœlibatum, est viribus confidere, quod fieri nequit.*

A. A testi-

- A testimonio
  - Philonis, *cui tribuitur liber Sapientiæ, Sap.14.d.24. Neq; connubia tuentur munda, sed alius alium adulterando contristat.*
  - Salomonis, *Eccles.4.c.10. Væ soli, cùm enim ceciderit, non est qui erigat.*
  - Pauli, *qui prohibitionem matrimonij doctrinam Dæmoniorum vocat, 1. Timoth.4.a.3.*
  - Doctorum.
    - Ignatij, *qui in Epistola ad Philadelphienses, eum, qui legitimam commixtionem execratur, socium ac hæredem Draconis illius vocat.*
    - Cypriani, *qui de singularitate Clericorum, cœlibatum Sacerdotum, virginitatem probrosam appellat. Idem: Pejus, inquit, est, quàm mœchari, continentiam ducere criminosam, & infamem ferre sanctimoniam.*
    - Bedæ, *qui 1. Tim. 4. inquit: Quid enim si sit corpore integro & mente corrupta? Melior est maritata humilis, quàm virgo superba.*
    - Augustini *de Fide & operibus, cap. 4. sic inquientis: Quidam intuentes in Scripturis, sanctæ virginitatis laudem, connubia damnauerunt.*
    - Hieronymi, *qui ad Oceanum caninas nuptias vocat promiscuam illam Sacerdotum Venerem in cœlibatu impurissimo. Idem Cainam hæresim vocat, asserere coniugatum non esse in episcopum creandum. Vide eundem in Epistolam ad Tit. cap. 1. Ad Oceanum tomo 3.*
- A decretis Conciliorum: *vt,*
  - Anchiritani, *dist.28.can. Diaconi.*
  - Constantinopolitani, *dist. 31. can. quoniam.*
  - Niceni, *ibid.* Gangrensis, *dist.30.*
  - Elibertini, Toletani,
  - Carthaginensis & cæterorum.

  } Hæc enim Sacerdotibus vxores permiserunt, ac cœlibatum Sacerdotum damnauerunt.
- Ab *Hæreticorum dogmatibus: vt,*
  - Tatiani,
  - Manichæi,
  - Cerdonis,
  - Marcionis.

  } Qui nuptias damnauerunt, vt Papistæ. Damnare igitur matrimonium hæresis est.

Ab *Ethnicorum ritu. Nam vt Hieronymus lib. 2. ad Iouinianum inquit: Ægyptij Sacerdotes mulierum commercio abstinuerunt. Et Iosephus lib. 2. de Bello Iudaico dicit: Esse nos, qui Ethnicis similes erant, ab vxoribus & vino abstinuisse. Ab his igitur, vt multa alia, & cœlibatum Sacerdotum Papistæ sumserunt, non ex verbo Dei.*

De Adulterio. TABVLA I.

Loci quatuor.

- Quæ *sit. Est enim adulterium illicitus concubitus coniugati & coniugatæ.*
- Quæ *causæ.*
  - Diabolus,
  - Securitas *profana,*
  - Ocium, Comessatio.
- Qui *effectus.*
  - Inopia, Dedecus,
  - Amissio *bonorum,*
  - Mors, *&c.*

  } Vide *suprà de Luxu.*
- Quomodo *fugienda. Si videlicet cogitem?*
  - Nos *Dei esse templa.*
  - Satius *esse decedere sine liberis, quàm ex illicito concubitu stirpem quærere.*
  - Matrimonium *remedium infirmorum esse.*
  - Castitatem *viri mulieris honorem esse.*
  - In *adulterio plus mali esse, quàm voluptatis, &c.*

TABVLA II.

Loci tres.

- Quot *modis fiat adulterium. Fit hoc dupliciter, vel*
  - Corporaliter, *quod fit vel*
    - Opere, *vbi considerentur circumstantia*
      - Personarū: *multũ enim refert cum quibus pecces: vt si*
        - Rem *habeas cum maritata, quod propriè adulteriũ dicitur.*
        - Commiscearis *cognatæ, affini, consanguineæ. Hoc incestus dicitur.*
        - Congressus *fiat cum virgine, quod stuprum dicitur.*
        - Vi *constupres virginem, vel vim inferas, aut maritatæ, aut viduæ. Id raptus dicitur.*
        - Solutus *cum soluta congrediatur, & hoc fornicatio est.*
        - Naturæ *ordo inuertatur, quod fit vel per Sodomiam, vel per congressum cum bestijs.*
      - Modi: *quia & hoc plurimùm refert quomodo pecces.*
    - Verbo, *in quo sunt*
      - Concupiscentiæ *declaratio,*
      - Consensus *petitio,* Pollicitatio,
      - Coniugij *promissio.*
    - Signis, *vt*
      - Nutibus *oculorum,* Manibus,
      - Munusculis, Literis.
    - Corde, *de quo Matth.5. Exc.6.9.*
  - Spiritualiter, *in negotio religionis, & hoc est discedere à vero Deo, & idolis adhærere: id quod Prophetæ scortationem passim appellant. Vide Hos.1.a.2. 4.c.11. 5.a.4. &c.*
- Quæ *causæ adulterij, &c. Vide literam A.*

A.
- Quæ causæ adulterij. Est hæc vel
  - Primaria: videlicet originalis immundities cordis, vnde signa, verba, vel opera internam immunditatem referentia prodeunt.
  - Secundaria: qua malum in corde latens, vel
    - Saginatur, vt sunt,
      - Ceres,
      - Bacchus,
      - Otium,
      - Mollities.
    - Excitatur: & hoc vel
      - Obiectis externis: vt
        - Visu,
        - Auditu,
        - Tactu,
        - Lectione lasciua, & impura.
      - Impunitate,
      - Occasione, quæ multum præstat incitamenti, siue illa sit ex cohabitatione & conuersatione, siue ex solitudine, qua solus cum sola conuersatur.
- Quantũ malum sit adulterij.
  - Fontem ac radicem generis humani contaminat.
  - Publicam honestatem violat.
  - Hoc malo in proprium corpus peccatur.
  - Per hoc malum homo dementatur.
  - Hoc malo perpetuum peccandi studium inditur.
  - Homo per hoc malum fit leuis & inutilis.
  - Coniicit hominem in maxima discrimina.
  - Duas personas peccato inuoluit.
  - Ex membris Christi facit membra scorti.
  - Templum Spiritus Sancti profanat.
  - Facit peccare in sanguinem redemtionis. Emti, inquit, estis pretio magno, non estis vestri. 1. Cor. 6. d. 20.

De Adulatione.

TABVLA I.

Loci quinque.
- Quid sit. Est enim peccatum ex sermone vanæ laudis alicui exhibitæ intentione complacendi.
- Quæ species. Cum
  - Aliquem laudamus de aliquo peccato.
  - Quis adulatur alicui, vt ei fraudulenter noceat.
  - Quis adulatione sua alteri occasionem dat peccandi.
  - Quis laudat alterum sola auiditate placendi.
- Quę causæ.
  - Diabolus,
  - Naturalis inclinatio,
  - Paupertas, Assuefactio.
- Qui effectus.
  - Ira Dei,
  - Odium veritatis,
  - Superbia,
  - Captare hæreditates,
  - Opes congregare,
  - Nocere alijs,
  - Turpitudo,
  - Gaudium immoderatum,
  - Falsa præconia famæ,
  - Domorum emunctio,
  - Prælatorum delusio,
  - Ciuitatum ac domorum destructio.
- Quomodo fugienda. Si cogitemus:
  - Vt amara salubria sumenda sunt, sic semper vitandam esse pernitiosam adulationem.
  - Melius esse reprehendi à quolibet, quàm ab adulante laudari.
  - Adulatores esse hostes, & Diaboli scintillas.
  - Adulatoris linguam plus nocere, quàm gladium persecutoris.
  - Adulantibus præbentes aures, ignominiam comitari.
  - Non esse ibi veram amicitiam, vbi sit fallax adulatio.
  - Adulatorem scorpionem esse, qui palpando incedit, sed cauda ferit.
  - Adulatorem omnis virtutis inimicum esse.
  - Aures claudendas esse adulatoribus.
  - Plus nobis ipsis credendum esse, quàm alijs.
  - Venena etiam non dari nisi melle circumlita.
  - Præstantius laudabilem esse, quàm laudari.
  - Amatores adulationis iniustos esse.

TABVLA II.

Loci quatuor.

- Adulationis *nomen vnde sumtum sit. A catellis videlicet, & ad homines translatum, qui instar catellorum ventris gratia adblandiuntur illis, à quibus aliquid sperant emolumenti. Vel dicitur adulor, quasi adaulor, quòd hoc in Aulis maximè fieri soleat, iuxta illud:*
  Aula domus Regis verbum componit adulor.
- Quot *modis fiat adulatio.* Verbo, Gestu, Opere. } Ad *gratificandum illis, quorum beneuolentiam ambimus.*
- Quotuplex *sit adulatio. Alia est in negotijs* Ecclesiasticis. *Hic adulantur Doctores falsi, ac loquuntur placentia hominibus.* Secularibus. *quod fit maximè in Aulis Principum.*
- Quatenus *fugienda adulatio. Hactenus scilicet, vt non interim in Pharisaicam seueritatẽ incidamus.*

De Detractione.

TABVLA I.

Loci quinque.

- Quid *sit. Est enim proximum malitiosè animo nocendi deferre. Detractor non est, qui nequitiam ac scelera proximi, si ille aliquoties ab ipso admonitus non resipiscit, prodit alijs, vt corrigatur: hoc enim non nocendi, sed sanandi causa facit.*
- Vnde *sit detractionis origo: plurimùm enim facit ad huius vitij detestationem, considerata illius origo. Ea non est aliunde, quàm à Satana, qui & Deo statim initio coram Eua detraxit, dicens: Nequaquam moriemini, sed scit Deus, quòd quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, &c. Genes. 3. a. 4. Et rursus filijs Dei coram Deo detrahit, sicut in historia Iob patet, cap. 1. c. 9. Sicut igitur in illis, quos sibi subiectos habet, mentitur, ita & detrahit, atq; ea nequitia fratrum concordiam disturbat, sicut Christus spiritu charitatis animos suorum conciliat.*
- Qualis *sit detractor.*
  - Est *plerunq; mendax: nam vel falsum defert, fingens quod nec dictum est, nec factum: vel si veri aliquid defert, detrahit aliqua, quæ delato poterant commodare, & adijcit de suo, quæ illi incommodare queant, quo calumniam in speciem grauẽ, & vero similem struat, vel sensum verborũ ac rationes factorũ peruertit. Sic fingebat Aman cõtra Iudæos coram Assuero Rege, quod verũ non erat, & simul quod verũ erat, inuidiosè adm scebat, Hest. 3.*
  - Est *malitiosus & iniquus. Defert enim non simpliciter quæ bona in se sunt, & proximo conducere possunt, sed quæ mala sunt: idq; non ad emendationem illius, sed ad detrimentum. Malitiosus est oculus, qui non quæ bona, sed quæ mala duntaxat sunt, obseruat. Malitiosæ sunt aures, mala tantùm audientes, ad bona surdæ. Malitiosa est lingua, mala duntaxat deferens, de bonis tacens.*
  - Simulator *& hypocrita. Simulat enim vel beneuolentiam, vel fidem erga eum, cui proximum defert, vel zelum iustitiæ ac pietatis, & interim se excusat, quòd non malè velit delato.*
  - Insidiator, *occultus, mordens veluti serpens in abdito, vt qui defertur, nesciat à quo sit delatus. Et huc pertinet, quod fidem silentij postulat, ne prodatur.*
- Quæ *sint circumstantiæ grauantes hoc vitium.*
  - Refert *scire, quis sit delator, si amicus, si frater, si subditus, discipulus, seruus, &c. Talis enim plus peccat, quàm si nulla sit ratione delato coniunctus.*
  - Refert *scire quem deferas: si publicam personam, plus peccas, q̃ si priuatam: si integram familiam, ciuitatem, regionem, enormius peccas, q̃ si vnum tantum hominem deferas.*
  - Auxesim *peccati habet, si deferas marito, hero, Magistratui, Principi, amico, fratri, hosti: nam hinc plus est incommodi delato.*
  - Refert *etiam qua de re proximum deferas, vtpotè vel bona illius, vel famam, vel amicitiam, vel vitam concernente.*
  - Considerandum *etiam est, quo animo deferas. Sunt qui deferant ex consuetudine tantùm & incogitantia, non expendentes apud quẽ loquatur, & quid ex eo poterit euenire incommodi delato. Videntur isti leuius peccare: verũ excusari nõ possunt. Alij obloquuntur proximo studio gratificandi ei, ad quẽ illum deferunt, illi plus peccant. Alij deferunt proximũ, ad consequẽdum proprium quoddam emolumentũ. Pessimi sunt, qui perditionem proximo detrahendo machinãtur, etiamsi nihil ipsis ex eo commodi sperari possit.*
- Quàm *sit noxium detractionis vitium.*
  - Læditur *charitas in eo, qui defert: est enim charitatis regula: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*
  - Læditur *conscientia: malam enim conscientiam gignit illi erga delatum.*
  - Læditur *charitas in eo, cui proximus defertur. Charitatis est benè sentire de proximo, nec aliquid mali de illo suspicari. At per delationem charitas illa vitiatur.*
  - Labefactatur *charitas in delato, qui vbi delatum se sentit, partim siniſtris suspicionibus afficitur, partim amicitiam eius, cui se delatum esse intelligit, declinat, & omnia illius studiosè cauet.*
  - Per *delationem bonorum virorum vitæ insidiæ struuntur, vt non immeritò iam gladio, iam carbonibus ignitis comparetur.*

TABVLA II.

- Quid *sit*. *Est enim denigratio alienæ famæ per occulta verba, quod fit per impositionem falsi, per adductionem mali, per reuelationem mali occulti, & per deprauationem intentionis.*
- Loci quinque.
  - Quæ *causæ*.
    - Diabolus,
    - Naturalis *inclinatio*,
    - Assuefactio.
  - Qui *effectus*.
    - Coinquinare *animam detrahentis*,
    - Interitus,
    - Ignominia.
  - Quæ *vitia hîc oriantur*.
    - Odium,
    - Inimicitia,
    - Contumelia, *quæ fit per aperta dicta*.
  - Quomodo *fugienda detractio. Si videlicet cogitemus,*
    - Occultè *detrahentem serpentem esse in silentio mordentem.*
    - Detractionum *tumultus non abscondi.*
    - Redarguendum *potius esse proximum ex charitate, non illi detrahendum.*
    - Detractorem *Diaboli ministrum esse.*
    - Detractionem *plus autori interdum nocere, quàm ei, cui detrahit.*
    - Vitam *tuam potius ornandam esse, non carpendam alienam.*
    - Non *in hoc esse sanctitatem declarandam, quòd alios laceras, sed quòd sanctè vivas.*
    - Detractores *sua sententia iudicandos. Detrahentes enim in puluerem, iuxta prouerbium, sufflant, & in oculos suos excitant.*
    - Detrahere *& detrahentes audire, æquale peccatum esse.*
    - Detrahere *alicui, & hominis incommodo suum commodum quærere, magis esse contra naturam, quàm omnia incommoda subire, vel externa, vel corporis.*

De Conuitiis & Maledicentia.

TABVLA I.

- Quid *sit*. *Maledictum cum contumelia: maledictum autem (teste Cicerone) nihil habet propositi præter contumeliam, quæ si petulantius iactatur, conuitium: sin facetius, vrbanitas nominatur.*
- Vnde *dicatur conuitium*. *Non hîc assentiendum Labeoni Iurisconsulto, qui conuitium putat à vocum concitatione, vel conuentu deriuari, vt conuitium sit quasi conuocium, mutata litera. Festus à vicis, in quibus primò habitum est, deriuat. Sed rectius conuicium à vicio deriuari dicemus. Vicium autem pro defectu hîc accipitur, vt conuicium sit, cùm alter alteri propter defectum aliquem maledicit, vt cùm vel cæcitatem, vel claudicationem alicui quis exprobrat.*
- Quomodo *differant hæc, Susurro, Detractor, Contumeliator, Derisor, & Conuiciator. Susurro intendit discordiam seminare: Detractor bona minuere, vel negare: Contumeliator, quod est contra honorem alicuius deducere in notitiam eius & aliorum per signa & verba: Derisor, malum vel defectum alicuius personæ, vt erubescat, in ludum, vel risum ponere: Conuiciator dicit importantia defectum, sicut contumeliator, importantia culpam. Quare si quis dicat alicui iniuriosè eum esse cæcum, vel claudum, cùm sit, Conuitium dicit, sed non contumeliam. Si autem iniuriosè dicat eum furem, non solùm conuitium, sed & contumeliam dicit. Sæpè tamen vnum pro alio ponitur.*
- Loci octo.
  - Quæ *causæ, ex quibus nascitur conuitium.*
    - Ignorantia *sui*,
    - Odium *proximi*,
    - Superbia.
  - Qui *effectus, hi sunt vel*
    - Vitia, *vt sunt*
      - Furor,
      - Inimicitiæ,
      - Rixæ,
      - Contentiones,
      - Corruptio *bonorum morum*, 1. Cor. 15. d. 33.
    - Incommoda, *vt sunt*
      - Ruina, *Prouerb. 12. b. 13.*
      - Dolor,
      - Euersio
        - Vrbium,
        - Populorum, *Eccles. 28. c. 17.*
      - Amissio *vitæ*.
      - Terror, *Prouerb. 13. a. 3. Qui laxat labia, terrebitur.*
- Quàm *sit difficile frenare linguam, & à conuitijs abstinere. Nam & Iacobus in cap. 3. a. 2. eum perfectum esse dicit, qui lingua non labitur, vt significet contimentiam linguæ virtutem esse præcipuam, ac vnam ex præcipuis. Incontimentiam verò linguæ, malum esse nimis pernicio-sum. Vt enim multi & varij lapsus sunt in vita hominũ, ita membro isto lubrico, lingua videlicet, peccamus frequentissimè, nec quicquã est in vita mortalium difficilius, q̃ sic vndiq; moderari linguam, vt nunquam labatur. Est aliquid imperare ventri, oculis, atq; manibus. Est aliquid continere manus, sed omnium difficillimum est perfectè moderari linguam.*
- Quàm *tetrum ac noxium malum sit maledicentiæ, &c. Vide literam A.*

A. Quàm

- Non *conuenit his, qui fidem in Christum confitentur.*
- Lingua *nihil perniciosius, si præceps, petulans, & ad loquendum facilis, minusq; sit rationi obtemperans.*
- Conuiciator *abominatio est Dei & hominum, Prouerb. 24.*
- Maledici *ingenium & naturam referunt propriè Diaboli, calumniatoris omnium primi & præcipui.*
- Conuiciatores *maledicentia sua testantur in omnibus quoq; alijs non agi, nisi spiritu Diaboli, à quo captiui tenentur.*
- Nemo *saluatur, nisi à conuicijs abstineat, quandoquidem maledici Regnum Dei non possidebunt, 1. Cor. 6. a. 8.*
- Linguæ *non ad nugas, res friuolas, & conuicia, sed ad laudandum Deum, ad exprimendum mentis nostræ voluntatem, & ad hominum institutionem formatæ sunt.*
- Non *potest esse pius in Deum, qui crudelis & maledicus est erga proximum.*
- Nulla *potest esse Dei inuocatio vera, & laudes eius cessare necesse est, vbi regnat maledicentia.*
- Hypocrisis *execranda est, vertere eandem linguam in laudem Dei, & execrationem hominum.*
- Impia *est nominis Dei profanatio, cùm lingua in fratres virulenta ipsum sub laudis specie vsurpat.*
- Nullius *hymni Deo grati sunt, quos lingua virulenta promit.*
- Si *Deus benedicendus est in omnibus operibus, certè magnum malum est homini, in quo præcipuè relucet imago & gloria eius, maledicere.*
- Teste *Iacobo, plena est veneno mortifero lingua maledica.*
- Conuiciis *læditur charitas conuiciatoris, & eius, qui conuicijs afficitur, læditur & conscientia vtriusq;.*

Quàm *tetrũ, ac noxiũ malum sit maledicentiæ vitium. Id quod ex his facilè constat, quia* — A.

- Eligendum *est quid lingua loquatur, sicut eligis quibus venter vescatur.*
- In *lingua grauitas conspici debet, ac propterea non debet ea esse libera, aut vaga, sed velut vinculis, rationis indicio constringenda.*
- Lingua *instar thesauri habenda, nec promenda, nisi vbi opus fuerit.*
- Videndum *non solùm quid, sed & cui, de quo, & qua ratione loquaris.*
- Lingua *parciùs quàm auribus vtendum.*

Qua *cautione hoc pusillo linguæ membro vtendum, vt à conuicijs eam reuocemus:*

TABVLA II. de Conuitiorum discrimine.

Conuitia *quotuplicia sint. Alia fiunt in*

- Deum,
  - Patrẽ, videlicet
    - Dum *quod Creatoris est creaturæ datur, vt remissio peccatorum, iustificatio, &c.*
    - Quando *creatura sibi tanquam propriũ tribuit, quod est Creatoris.*
    - Quando *Dij falsi & superstitiones præferuntur vero Deo, & religioni veræ.*
    - Dum *aliquis in magnis tormentis constitutus, Deum iuuare posse negat.*
    - Quando *in tormentis ex carnis imbecillitate blasphematur Deus.*
    - Quando *aliquis à persona Dei Creatoris vituperatur, vt cùm creatorem alicuius quis bestiam appellat.*
    - Dum *Deus in operibus suis vituperatur, quod variis modis fit.*
  - Filium, *vt quæ in Filij personam humilem, committuntur per ignorantiam, vt cùm à Pharisæis Christus Samaritanus dicebatur, homo peccator, vini potor, seductor, &c. Nam his non petebatur factum aliquod apertum Spiritus Sancti, sed Christi humilitas, qua tegebatur Filius Dei.*
  - Spiritum *Sanctum, cùm fit conuitium in agnitam veritatem, quo scilicet manifesta veritas contra conscientiam blasphematur.*
- Verbum *Dei, cùm Euangelium contumelia afficitur.*
- Homines, Ecclesiam, *& seq. Vide literam A.*

Loci duo.

Quando *est conuitiorum refutatio necessaria. Tunc certè est necessaria, cùm Deus in verbo ac operibus eius conuitijs afficitur, aut cùm conuitia in homines vel Ecclesiam facta inurunt notas scandali, quæ deformant Ecclesiam, aut cùm nocent paci, vel amicorum concordiæ. Sicut Athanasius refutauit obiecta crimina Magiæ & machinationum contra Imperatorem. In talibus defensio necessaria est, & talis defensio congruit cum hoc dicto: Benedicite maledicentibus. Nam refutatio est sine cupiditate nocendi, & benedicit prius, id est, vel docet aduersarios, vel etiam pro aliquibus orat, & tamen cogitur interim conuitium aliorum causa, tanquam excitatum incendium restinguere. Sed alia multa sunt conuitia, vt insciticæ, ignobilitatis, & similia, quæ nec lædunt Euangelium, nec scandali notas inurunt, nec nocent paci. Hæc non necesse est refutari. Ac plerunque ex superbia & fastu oritur confutatio. Et contentio paulatim crescens auget dissidia, quæ cùm latius vagantur, sæpè totas Respublicas euertunt.*

- A.
  - Homines, eosq; vel
    - Benemeritos, vt
      - Magistratus,
      - Verbi Ministros,
      - Parentes,
      - Bonos viros.

      Quando illis non tantùm non paremus, sed insuper eos conuitiis proscindimus, nuncupantes illos tyrannos, sanguinarios, indoctos. Ministros autem vel in seipsis, vel in alijs vituperamus, vt cùm aliquē ab eo qui illum baptizauit, vituperamus.
    - Malè meritos, vt inimicos & homines malos, & hæc concernunt vel
      - Personas, vt sunt conuitia inscitiæ, ignobilitatis, cæcitatis, stultitiæ, & similia, aut cùm aliquem bestijs assimilamus.
      - Facta, & hæc sunt vel
        - Bona: nam conuitiatores etiam alicuius bona in conuitium vertunt.
        - Mala.
        - Ambigua, vbi incertum est, quo animo quid factum sit.
        - Conficta à conuiciatore.
  - Ecclesiam Christi,
    - Dum Christiana Ecclesia appellatur ab impijs, impia, stulta, seditiosa, sacrilega, &c.
    - Cùm Sancti Dei, qui è viuis excesserunt, vocantur seductores, impij, turbatores pacis, hæretici, blasphemi, qui tanquam orbis pestes è medio sunt sublati, vt Prophetæ & apostoli.
  - Rem possessam, quæ à persona possessoris vituperatur.
  - Conuitiatorem, quæ ab eodem, vel in seipsum, vel parentes suos, vel posteritatem omnem, solennis iuramenti vice, adhiberi solent.

De Seductione.

- Quid sit. Est enim actio non naturalis, sed voluntaria, qua contenditur inter multos, tàm de rebus ciuilibus, quàm religionis, inducitur q; priuatio tum ordinis, tum vnitatis, ob propensionem animi ad litigandum, aut iram ex accepta offensione, aut cupiditatem gloriæ, vel lucri, aut voluptatum, maximè omnium ob diuersam fidem, vel nimiam copiam, vel paupertatem, tdq; ad euersionem rectorum institutorum, & vt sancti homines ea occasione magis magisq; fulgeant.
- Quis sit seditiosus. Qui dissensionem animorum facit, & discordias gignit, & qui sequitur, iuuat, fouet, ac tuetur seditiosos: quamuis illi, qui se duces præbent, & turbas excitant, multò grauius peccant.
- Loci sex.
  - Quæ causæ.
    - Efficiens, —
      - Propensio ad certamina & lites.
      - Cupiditas gloriæ, quæ multos ad contentionem impellit.
      - Desiderium voluptatum & lucri.
      - Diuersitas fidei: nam, Hieronymo teste, ad fidem Christi totus orbis est contra se diuisus, & nullus est fidus eorum affectus, quorum diuersa est fides.
      - Nimia copia, vel inopia: qui enim facultatibus vndiq; affluunt, elati sunt animo, & pauperes præ se contemnunt. Pauperes ediuersò spreti, contra diuites irritantur, & vna ciuitas in duas diuiditur.
    - Materialis, vel subiectum. Est multitudo, vel cœtus hominum, qui est idoneus vt ordinetur instruatur, vel vt eo priuetur.
    - Finalis, si speciales
      - Turbatores, vt rectè instituta euertantur, propter lucrum, honorem, voluptatem, &c.
      - Deum, & quæras in quem finem Deus hæc fieri patiatur: finis est, vt qui probati sunt in turbis & seditionibus manifesti fiant, & cùm astu latuerint, præluceant alijs.
  - Qui effectus. Inducit enim priuationem præstantißimarum rerum, ordinis videlicet, & vnitatis, quibus ad conseruationem humanæ societatis, opus nobis est. Vbi enim omnia inordinata sunt, & ciuium animi à se inuicem diuelluntur, tota Respublica labefactatur.
  - Quàm graue sit seditionis crimen. Id colligitur ex
    - Bonorum excellentia, quæ per seditionem auferuntur. Quid enim peius multitudini accidere potest, quàm si ordo & vnitas illi auferantur.
    - Pœnis, vt Paulus ad Galatas: Vtinam excindantur, qui vos conturbant. Est ergo seditio digna excidio. Seditio item Chore, Dathan & Abiron, morte punita. Sic seditio Absolonis.
  - An qui in seditione contendunt, omnes hi accusandi sint seditionis. Minimè: cùm enim sint duæ partes, quarum vna pugnat aduersus alteram, necesse est, vt cùm de contradictoriis, vel pugnantibus certent, vnius causa sit bona, alterius verò mala. Qui defendunt iustum, bonas leges & communem vtilitatem, non sunt habendi seditiosi. Alij econtrà grauandi sunt, qui hæc oppugnant. Vide contentionem Heliæ & Achab, 1. Reg. 18. c. 17. 18.

De Discordia.


- Loci quinque.
  - Quid *sit. Est enim ira acerbior intimo odio & corde concepta.*
  - Quæ *causæ.*
    - Diabolus,
    - Nobilitas *generis,*
    - Diuitiæ.
  - Qui *effectus.*
    - Euersio *domus,*
    - Euersio *ciuitatum, Regnorum, &c. Interit enim quod vnum esse desierit.*
    - Labefactatio *Reipublicæ,*
    - Timor,
    - Veritatis *impugnatio.*
  - Quæ *vitia hinc oriantur.*
    - Inuidia,
    - Superbia,
    - Contumelia,
    - Contentiones.
  - Quomodo *fugienda. Si videlicet cogitemus,*
    - Discordes *nihil boni operis facere posse.*
    - Satanæ *filios esse, qui pacem conturbant, vt pacifici filij Dei vocantur.*
    - Magna *ex dissensionibus incommoda oriri.*

De Scandalo.

TABVLA I.


- Loci quinque.
  - Quid *sit. Est enim scandalum offensio, qua conscientiæ à suscepta sua doctrina & vitæ moribus deterrentur, & ad imitationem alterius doctrinæ & vitæ morum abducuntur: vel est, quicquid occasio lapsus existit.*
  - Quotuplex. *Alia enim est*
    - Datum, *& fit quatuor modis:*
      - Cùm *infirmæ cõscientiæ falsa doctrina à simplicitate verbi abstrahuntur.*
      - Quando *infamamus proximum innocentem.*
      - Quando *crimine publico, ac malo exemplo proximũ offendimus.*
      - Quando *infirmum abusu libertatis Christianæ à Christianismo absterremus: aut, cùm non in loco nostra libertate vtimur.*
    - Acceptum, *et fit cùm quis*
      - Doctrina *recta offenditur.*
      - Operibus *necessarijs, & in verbo præscriptis offenditur.*
      - → Hoc *scandalum Pharisaicũ est, ac propterea nõ est curandum.*
  - Quæ *causæ scandali*
    - Dati.
      - Principales,
        - Iudicium *Dei super impios, vt erat offendiculum, quod dabatur Pharaoni à Magis, & Regi Achab à falsis Prophetis, in quibus erat Spiritus mendax.*
        - Iudicium *Dei propter bonos, de quo Apostolus 1. Cor. 11. c. 19. Oportet sectas esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant.*
        - Conditio *veritatis, et corruptio mundi: ea enim est veritatis in mundo conditio, ea humilitas & vicissim ita corruptũ est iudicium mundi in sua sapientia, vt impossibile sit non venire offendicula, dum mundus, quæ Dei sunt, non agnoscit, imò ne potest quidem agnoscere, quòd stultitia illi sint.*
      - Instrumentales,
        - Satan,
        - Falsi *Doctores,*
        - Dissidium,
        - Imperitia, Arrogantia & Impatientia → Doctorum.
    - Accepti.
      - Sana *doctrina.*
      - Necessarium *opus.*
      - Cùm *peccatur contra constitutiones hypocritarum.*
  - Qui *effectus scandali*
    - Dati.
      - Infirmos *auocare à verbo.*
      - Reddere *conscientias dubitantes de veritate Euangelij.*
      - Efficere, *vt infirmi mala exempla sequantur.*
    - Accepti.
      - Perire,
      - Indurari,
      - Furere, *&c.*

TABVLA II.




De Furto.

TABVLA I.



TABVLA

TABVLA II.


Loci quatuor.
Quotuplex. Aliud enim est
Vulgare: vbi dicitur:
Quid sit. Est enim cùm res aliena inuito & inscio domino clanculum auferetur.
Quotuplex, vel quæ species. Hæ variant iuxta rerum & personarum discrimina, & sunt
Furtum simplex, quo res hominis priuati furtim interuertitur.
Sacrilegium, quo res sacræ Ecclesijs, ac cultui Dei deputatæ defraudantur.
Peculatus, quo bona publica furtim auferuntur.
Plagiatus, quo homo furtim interuertitur.
Abigeatus.
Minus notum, vbi dicitur:
Quid sit. Quando videlicet in negotio quisquam fraudulenter, malitiosè, atque ita circumuenitur, vt non intelligens patiatur fraudem, & damnum accipiat.
Quotuplex. Aliud enim est in negotijs
Ecclesiasticis, vt dum
Bona Ecclesiastica Episcopi in profanos vsus transferunt.
Principes bona Ecclesiæ in priuatos vsus transferunt.
Sacerdotes, prætextu longæ precationis, domos viduarum deuorant.
Aliundè ascendunt Sacerdotes, non per ostium, & se pro veris Pastoribus venditant.
Nominis ac verbi Dei prætextu corda simplicium furantur Sacerdotes, decipiunt, & ad se trahunt.
Secularibus, vt dum
Mercatores merces suas vel adulteratas, vel corruptas pro veris & integris vendunt.
Artifices manuarij non bona fide operantur, & tamen integrum pretium pro labore exposcunt.
Præfecti clandestina perfidia, vel Principum suorum, vel Reipublicæ bona interuertunt.
Viduarum & orphanorum tutores de bonis illorum quæstum faciunt, & ditescunt.
Famuli perfidè agunt in absentia dominorum suorum.
Quę causæ furti.
Cordis malitia,
Incredulitas,
Perfidia,
Auaritia, Otium,
Crapula, Egestas,
Occasio: nam occasio inuitat animum furacem, vt manum mittat ad furandum.
An quodcunq; furtum sit culpabile. Non est culpabile furtum
Obedientiæ: vt dum Israëlitæ ab Ægyptijs aurum, argentum, & vestes accommodato iussu Domini acceperunt, & abstulerunt, Exodi 12. d. 36.
Iustitiæ: vt dum quis aliquem, qui ad mortem quæratur iniustè, surripit, vt defendat. De hoc 4. Reg. 11. a. 2.
Industriæ, vt si prudens vxor marito prodigo subinde interuertat, quæ in futuram necessitatem reponat.
Cautionis, vt si quis furioso, vel ebrio gladium clàm abstulerit.
Diligentiæ, vt si adolescens studiosus ex bonis autoribus furetur, quæ lucubrationibus suis scitè & argutè inserat.
Quot modis fiat aliquis partiteps furti.
Cooperatione,
Iussione,
Consilio,
Consensu,
Laudatione, vt dum furtum in aliquo laudatur.
Occultatione & conseruatione.
Participatione,
Permissione,
Non reuelando vbi scias rem furto ablatam.

De Raptu.

Quid *interſit inter furtum & raptum. Furtum* clàm *committi poteſt, & citra violentiam: Raptus verò fit per violentiam, & dicitur de rebus mobilibus: poteſt tamen raptus dici furtum, ſed ita, vt addatur violentia. Raptor enim omnibus modis furtum facit.*

Quid *ſit raptus. Cùm videlicet puellæ, nuptæ, viduæ, libertinæ, nécnon & pueri rapiuntur à cuſtodia, vel parentis, vel tutoris, vel curatoris, vel patroni, vel domini, vt illegitimi congreſſus habeãtur, ſiue ſequatur, ſiue non ſequatur matrimonium. Poteſt enim raptor velle puellam habere pro concubina, vel abuti ad voluptatem, quamuis non ducat eam in vxorem.*

Quotuplex *ſit raptus. Alius enim*

- Perſonarum, *vt puellarum, nuptarum, libertinarum, viduarum, ancillarum, puerorum, &c. Meretrices rapi non dicuntur, etiamſi vi tollantur, & ſanè tunc non eſt actio raptus, ſed tantum iniuriarum. Committitur etiam raptus in ſponſam propriam, vt ſi eam, quam nondum vxorem duxerit, per vim auferat aliquis.*
- Rerum *mobilium, vt inanimatarum pecorum, &c.*

Loci quinque.

- Chriſtiana *Reſpublica non patitur, vt quis hoſtili more vxorem ducat.*
- Vxores *duci, non abduci, aut rapi debent.*
- Si *per raptum coniugij ſpes fiat raptoribus, feneſtra ſatis ampla furioſis inuenibus ad raptus aperietur. Non enim dubitabunt rapere, ſi ſperent ſe raptam poſſe habere vxorem.*
- Hac *ratione parentes, quorum conſenſu matrimonium contrahi debebat, magna afficiuntur iniuria, fit & puellæ iniuria. De quo vide cauſ. 36. q. 1. can. de Raptoribus.*
- Leges *diuinæ & humanæ raptoribus pœnam graniſſimam conſtituunt. Sic enim Exodi 21. c. 16. dicitur: Qui furatus fuerit hominem, morte multetur. Iuſtinianus raptum perſonarum capitalem facit, ita vt ſocios etiam, & qui raptori opem tulerunt, eadem pœna comprehendat. Decernit autem vt non tantùm à Magiſtratibus & Iudicibus, verùm etiam à parentibus, fratribus, cognatis, tutore, curatore, domino patrono, vel ab alio, in cuius poteſtate eſt rapta, raptor in ipſo facto, vel in ſia granti crimine, vt vocant, poſſit interfici: Sed & illi, qui raptorem in turpi actione defendunt, aut raptori conſilium dederunt, aut poſtea raptorem in domum ſuam receperunt, ſceleris conſcij. Vide de hoc cauſ. 36. q. 2. can. de puellis. Atque id quidem de raptoribus libertarum & ancillarum ſtatuit Iuſtinianus. Verùm ſi ingenua mulier rapiatur, bona etiam raptoris, & eorum, qui adfuerunt, raptæ adiudicat, niſi rapta nubat raptori. Parentes autem raptui conſentientes, iubet deportari.*
- An *liceat alicui rapere puellam, vt corruptã poſtea ducat vxorem. Non licere probatur, quia*
- Nihil *habetur in ſacris literis de firmitate & conſtantia talis matrimonij.*
- Canones *excommunicationis pœna feriunt raptores, & illis etiam fauentes. Vide cauſ. 36. q. 2. can. Eos, Raptores, Si quis, Nullus, &c.*
- Concilia *etiam, vt Calcidonenſe, Cabilonenſe, Meldenſe, & Aquiſgranenſe, huiuſmodi coniugia damnant, etiamſi parentes conſenſerint. De quibus vide cauſ. 36. q. 2. can. Eos, de Puellis, Si autem, Placuit, &c. Vide & Toletanum Concilium, cauſ. 27. q. 2. can. Statutum, &c.*
- Semper *malè ceſſit raptoribus, vt filijs illis Dei, de quibus Geneſ. 6. a. 7. Sichemitis propter raptum Dinæ. Geneſ. 34. d. 25. vbi Simeon & Leui à Patre reprehenſi, raptum ſororis rem ſceleratam nominant. Io Argus abducta eſt à Phœnicibus, Europa à Cretenſibus, Medea à Iaſone, Helena à Paride, quæ omnia excitârunt bella & diſſidia, nécnon Rerumpublicarum, & Regnorum euerſiones. Etiam Sabinæ cum ſpectaculis voluiſſent curiosè intereſſe, raptæ ſunt à Romanis. Vnde talia bella conſecuta ſunt, vt vterque populus ferè conciderit, vt à Tito Liuio & Augſtino de Ciuitate Dei ſcribitur. Quare cùm Deus hæc ſcelera noluerit eſſe impunita, talia matrimonia conueniret poſthac euitare.*

An *Beniamitæ, Iudic. vlt. raptum commiſerint, cùm non legamus eos propter raptum ſupplicio affectos eſſe. Non commiſerunt propriè raptum, quia puellas abduxerunt, non ſuo tantùm conſilio, ſed Seniorum voluntate. Nam proprius raptus infauſtum ſemper habuit exitum.*

De Do-

De Dolo.

Quid *sit. Est enim machinatio quædam alterius decipiendi causa, cùm aliud agitur, & aliud simulatur.*

Quotuplex. *Alius enim*

- Bonus, *qui est innoxius, cumq; nulli noceat, interdum prodest, vt dolo bono vtuntur Nutrices erga paruulos, quos placant, cùm eis permulta simulant, & fingunt. Medici quoque sic decipiunt ægrotos, vt sanentur. Quin & Chrysostomus de Sacerdotio lib. 1. scribit, quendam Medicum febricitantem hominem ita circumueniisse, vt bibendo aquam putauerit se vinum bibere. Dauid hoc genere doli manus euasit Regis Palæstinorum: se enim stultum finxit, ita vt Rex indignum iudicauerit, in quem animaduerteret, 1. Sam. 21. c. 13. Vsus est & Hieremias hoc doli genere, Hierem 38.*
- Malus, *qui alicui officit, vt quod Hebræi fecerant, cùm Ægypto egrederentur, vt pretiosas vestes, aurea & argentea vasa, tùm à vicinis, tum ab amicis mutuò peterent, quæ tamen ab illis penitùs auferre volebant, id quod Dominus præceperat, Exodi 3. de quo lege caus. 14 q. 5. can. dixit. Tale fuit Ehud factum, Iudic. 3. qui dolo malo vsus aduersus Principem suum, eum interemit. Item quod Simeon & Leui perpetrârunt aduersus Æmor & Sichemitas, Genes. 34. Sed & Dominus præcepisse scribitur, vt Hebræi contra ciuitatem Hai ex insidijs pugnarent, quod minimè dubium est ad dolum pertinere. Vide Ios. 8. & caus. 23. q. 2. can. Dominus.*

Loci tres.

An *dolo malo vti liceat. Dolo malo cum amicis, fratribus, at Christianis agendum non est: sed contra hostes vel religionis, vel Reipublicæ, & contra criminosos ac notorios, talesq;, vt ordinaria vi coërceri nequeant, vt latrones, viarumq; grassatores. Dolus enim in hoc casu instar armorum est. Vnde si aduersus eos liceat armis iustis agere, doli quoque admittuntur, iuxta illud Poëtæ:*

——*dolus an virtus quis in hoste requirat?*

Quam sententiam etsi Hieronymus super 17. Ezech. vt secularem adducit, ei tamen acquiescit. Vide factum Iehu cum Sacerdotibus Baal. Fingebat enim se velle colere Baal multò studiosius, quàm Achabum, atq; ita ad vnum omnes interemit. Non potuissent autem omnes interficere, si ab aliquibus eorum cædem fuissent auspicatus. de quo lege 4. Reg. 10. d. 25. & caus. 22 q. 2. can. Vtilem. Cæterùm dolus malus locum non habet etiam contra hostes, vbi iuramentum, vel fœdus interpositum fuerit, nisi iuramentum de re iniusta fuerit, aut res scelerata intercesserit, aut altera pars, cui iuratum est, a conditionibus & pactis prior discesserit: siquidem tunc sententia vulgo iactata locum habet:

Frangenti fidem, fides frangatur eidem.

Quare & Paulus 1. Corint. 7. dicit: Si infidelis discedit, discedat, non est seruitute subiectus frater, aut soror in eusmodi. Quot etsi de fide in coniugio data dixerit, rectè tamen ad pacta, & alia iuramenta referri poterit, cùm de similibus idem sit iudicium.

De Proditione.

Quid *sit. Est enim actio, qua dolo, patefactione & traditione proximi, aut res eorum produntur, ab his potissimùm, qui eas tueri debuerant.*

Loci quatuor.

Quotuplex. *Alia enim est*

- Licita, *quæ fit in causa iusta. Huc pertinent exempla plurima in sacris literis, vt*
  - Gabonitæ *cæteros Chananæos prodiderunt, cùm ab ipsis ad Hebræos deficerent, Ios 9. c. 8.*
  - Rahab *suam Rempublicam, seu Regem prodidit, recipiendo, occultando, & dimittendo capitales eius hostes: quæ tamen in Epistola ad Hebræos fide ista fecisse scribitur. Vide de hoc Ios. 2. a. 4.*
  - Iahel *Sisaram prodidit: nam eum ad se inuitatum, & benè celatum, astu mirabili peremit, Iudic. 4. d. 22.*
  - Ionathas *voluntatem & consilium patris Dauidi prodidit, 1. Sam. 20. g 42.*
  - Chusai *Absalonis voluntatem & consilium prodidit, 2. Samuel. 17. c. 15.*
  - Vir *quidam de Luz prodidit vrbem Hebræis, Iudic. 1 d. 24. & c. Vir quoque Ægyptius prodit Amalechitas Dauidi, 1. Sam. 30. c. 14.*
- Illicita, *quæ fit in re iniusta.*

Quot *sint genera proditorum malorũ. Sunt enim proditores mali, qui*

- Dolo *malo fratrum crimina patefaciunt. Vide de hoc Augustinum, & habetur caus. 2. q. 1. can. si peccauerit.*
- Alium *circumueniunt, & in discrimen adducunt. Vide caus. 24. q. 3. can. transferunt.*
- Hostibus *munitiones & arces tradunt. Qua de re vide caus. 22. q. 5. can. de forma.*
- Arcana *sibi commissa publicant, atq; ea potissimùm, quæ magni momenti sunt, & fratrum vitam, existimationem, aut fortunas lædunt. De hoc vide in Decretis de Pœnitentia, dist. 6. can. Sacerdos.*
- Loco *veritatis mendacium dicunt.*
- Veritatem *minùs liberè profitentur. De quo vide caus. 11. q. 3. can. nolite timere.*

Quæ *cautiones licitæ, &c. Vide literam A.*

A.
Quę cautiones licitæ proditioni adhiberi debeant.
- Vt qui prodit fide, & quidem certa, norit se iustam causam promouere.
- Vt iustitiæ & honestatis tantùm amore incitetur, non mercedis aut præmij spe, vel alicuius infortunij timore, quod euitare cupiat: vel, vt odio & susceptis inimicitijs satisfaciat.
- Ne quis ad proditionem veniat, nisi cum alia remediorum genera defuerint.
- Ne mendacia proditionibus hisce quis admisceat.

De Ingratitudine.

LOCI quatuor.
- Quid sit. Est enim Ingratitudo accepti beneficij non meminisse, imò pro bonis mala reddere, quod Deo, ac hominibus inuisum est.
- Quę causæ.
  - Diabolus,
  - Obliuio accepti, [illegible],
  - Cupiditas accipiendorum.
- Qui effectus.
  - Odium acceptorum, & extenuatio,
  - Iniuriæ dilatatio,
  - Concordiæ dissociatio,
  - Pernicies ingrati.
- Quomodo fugienda ingratitudo. Si videlicet cogitemus
  - Ingratitudinem esse hostem gratiæ, inimicam salutis.
  - Quantum nobis Deus ex sua immensa gratia donauerit: bona scilicet corporalia & spiritualia.
  - Ingratum in modico, non censeri dignum munere ampliori.
  - Non in necessitate tantùm nostra Dei recordari nos debere, sed & in rebus prosperis.
  - Nihil concordiam hominum magis dissociare, quàm ingratitudinem.
  - Sapientem non cupere debere gratiam, sed referre.
  - Malum virum dolium esse perforatum, in quod immittens aliquis, gratias omnes in vnum effundit.
  - Improbum esse virum, qui beneficium sciat accipere, & reddere nesciat.
  - Ingrati spem tanquam glaciem hyemalem tabescere.
  - Non solum bona pro bonis, sed etiam pro malis bona reddenda esse.

De Hypocrisi.

LOCI sex.
- Quid sit. Aliud corde agere, aliud ore tenere.
- Quotuplex. Alia enim est
  - Satanæ, qua poscit sibi tanquam Deo, offerri ea, quæ mortalibus sunt charissima.
  - Hominum, qui, quod corde cogitant, & ipsa vitæ conuersatione exprimunt, verbis egregiè dissimulant, non dicentes ore: Non est Deus, sed eam impietatem in corde volutant. Psalmo 10. a. 4. Impius elato vultu nihil curat. Non est Deus in omnibus cogitationibus ipsius.
- Quod sit ingenium, & proprium hypocrisis.
  - Doctrinæ gratiæ semper resistere.
  - Euangelij cursum sistere cupere.
  - Coram mundo gloriam quærere.
  - Gloriam, lucrum & quæstum quærere, & tamen videri velle summoperè Deum colere.
  - Omnia instituere ad externam speciem, & ore nihil aliud sonare, quàm Deum & cultum Dei.
  - Non sustinere correptionem.
  - Externa ad speciem pietatis formare, internis in omni impietate relictis.
  - Oculatum esse ad obseruandum aliorum vitam, ad suam verò talpa cæciorem esse.
  - Non doctrina, sed violentia rem agere.
  - Odio habere Christum & verbum eius.
  - Traditiones Patrum maiori diligentia custodire, quàm præcepta Dei.
- Quę sint notæ hypocriseos, vt
  - Quicquid faciunt, in publicis locis faciunt, vt spectentur ab hominibus, Matthæi 6. a. 5.
  - Quicquid faciunt, omnibus notum id esse volunt.
  - Grauiora omittant, minora sectentur, Matth. 23. a. 4.
- Quid sit hypocrita. Quisquis appetit videri, quod non est. Augustinus in Sermone Domini in monte.
- Qualis sit hypocrita.
  - Iniquus: quia nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo.
  - Auarus: quia dum iniquè agens desiderat de sanctitate venerari, laudem vitæ rapit alienæ. Augustin. Iob. 27.
  - Veritatis osor: quia strepitu labiorum benedicit Domino, & mente veritati interius contradicit.
  - Mendax: quia non solùm in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus mendacium est.
  - Superbus: quid enim in cunctis suis operibus requirit, quàm reuerentiam honoris?
  - Crudelis in pios omnes: eò quòd veram pietatem ex animo detestatur, quicquid tandem simulet.

De In-

De Iniuria.

Loci quinque,

- Quid *sit.* Est enim Iniuria, omne quod non fit iure: vel, vt Vlpianus inquit, iniquitas, atq; iniustitia. Nam cum quis iniquè, vel iniustè sententiam dixit, dixisse iniuriam manifestum est, quasi non iuriam. Isidorus sic definit: Iniuria est verbo vel facto cum aliquo iniustè agere.
- Quotuplex. Alia enim fit
  - Vi,
  - Fraude.

  Vtrunque *ab homine alienissimum est, sed fraus odio digna maiore: totius enim iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui cùm maximè fallunt, id agunt, vt boni viri videantur.*
- Quæ *causæ.*
  - Diabolus,
  - Opulentia,
  - Naturalis *inclinatio.*
- Qui *effectus.*
  - Contentio,
  - Discordia,
  - Inuidia.
- Quomodo *fugienda. Si videlicet cogitemus,*
  - Christiani *esse nulli nocere, prodesse velle omnibus.*
  - Non *repellere iniuriam ab aliquo, cùm possumus, nihil esse aliud, quàm iniuriam inferre.*
  - In nostris *iniurijs benignos nos esse debere: iniurias autem Dei nec ad auditum vsq; sufferre. Nam si in iniurijs proprijs patientiam tenere laudabile est, iniurias Dei sustinere nimis impium est.*
  - Viri *boni esse scire pati, non facere iniuriam.*
  - Iniuriam *cum patientia minimè conuenire.*
  - Iniuriarum *remedium obliuionem esse.*
  - Iniuriam *iniustè irrogatam, eius esse ignominiam, qui facit.*

De Vindicta priuata.

Loci quatuor.

- Quid *sit. Est enim iniuriæ, contumeliæue illatæ punitio sine legibus.*
- Quæ *causæ.*
  - Diabolus,
  - Superbia,
  - Auaritia.
- Qui *effectus.*
  - Contentio,
  - Perturbatio *societatis humanæ.*
  - Impediri *precationem & alia opera necessaria.*
  - Vltio *diuina.*
- Quomodo *fugienda. Si videlicet cogitemus,*
  - Vindictam *solius Dei esse.*
  - Vindictam *iustitiæ relinquendam.*
  - Infirmi *atque muliebris animi esse, vindicare velle. Vindicta enim nemo magis gaudet, quàm fœmina.*

De Vsura.

TABVLA I.

Loci quatuor.

- Quid *sit. Est enim vsura, quodcunque solutioni rei mutuatæ accedit, ipsius rei vsus gratia, pactione interposita: vel, Vsura est, quicquid præter sortem accedit, siue iusto titulo, siue sit in nummis, siue in contractibus alijs. Putant enim quidam, vsuras tantùm esse in pecunia, ac pro pecunia fœnerata solent munuscula diuersi generis accipere, & non intelligunt Scripturam, vsuram appellare & superabundantiam, quicquid illud est, si eo, quod dederint, plus acceperint. Ergo esca vsura est, vestis vsura est, & quodcunque accedit sorti, vsura est, Deuter. cap. 23. c. 19. Lege Hieronymum & Ambrosium caus. 14. q. 3.*
- Quæ *causæ.*
  - Diabolus,
  - Auiditas *pecuniæ,*
  - Odium *proximi.*
- Qui *effectus.*
  - Incommodo *alterius ditescere.*
  - Societatem *perturbare.*
  - Trucidare *pauperem fœnore.*
  - Inuidere *alijs vitam, etiam tenuiorem.*
- Quomodo *fugienda. Si videlicet cogitemus,*
  - Mandatum *Dei, quod prohibet vsuras, Psal. 15. a. 5. Luc. 6. Leuit. 25. c. 36. Deuter. 23. c. 19. Exodi 22. d 25.*
  - Trucidare *pauperem fœnore non minus esse peccatum, quàm subtrahere aliquid, vel detrahere diuiti.*
  - Alienum *esse quicquid malè possidetur.*
  - Lucrum *fœneratoris damnum publicum esse.*
  - Accipientem vsuram *rapinam facere.*
  - Vbi *ius belli, & seq. Vide literam A.*

A. Vbi *ius belli, ibi ius Vsuræ esse. Ab hoc enim Vsuram exigere debemus, quem non sit crimen occidere. Vsura enim pœna est, caus.14.q.4 Ab hoc illo.*
Deo *fœnerandum, non egenti, iuxta Solomonem. Deo enim fœnerari, pietatis est: egenti proximo fœnerari, crudelitatis & auaritiæ. Fœnus hoc solùm aspicere & exercere debemus, vt quod hic misericorditer tribuimus, à Domino, qui multipliciter & in perpetuum mansura tribuit, recipere valeamus.*
Pecuniam *Vsurarij morsui Aspidis simil em esse. Percussus enim ab Aspide, quasi delectatus vadit in somnum, & per suauitatem soporis moritur, quia tunc venenum latenter per omnia membra decurrit. Sic qui sub vsura accipit, sub tempore, quasi beneficium sentit, sed Vsura per omnes suas facultates decurrit, & totum conacrtit in debitum. Chrysostomus super cap.5. Matth. Aristoteles lib.4. Ethic. Cicero lib.2. Offic.*
Vsurarios *vnde non oportet, accipere quantum non oportet.*
Fœnerari, *esse hominem occidere, vt Cato dicebat.*
Vetera *Romana iura, vt ait Cato, punijsse fœneratorem quadruplo, furem tantùm duplo.*
Fœnus *exercere, contra naturam esse. Vide Philippum in Epitome Philosophiæ Moralis. Vnde & Ezech.18.b.8. dicit, Hunc non esse iustum, qui det ad Vsuram. Iniustum enim est pro nihilo exigere pecuniam: fit enim inæqualitas, & pauci fœneratores exhauriunt ciuitatum facultates.*
Vsurarium *super omnes Mercatores maledictum esse, Chrysostomus tomo 2.*
Vsuras *vocari sordes, Idem ibid.*

¶ An vsuras exigere sit licitum: An peccet ille, qui soluit vsuras, docet Philippus in Epitome Philosophię moralis. Item, quare Deus Iudæis à Gentibus vsuras exigere permiserit. Lege Rhegium de Vsura.

TABVLA II.

Quid *sit Vsura. Est enim non solùm accipere, sed & sperare, & expectare aliquid vltra sortem, vt vocant: hoc est, vltra id, quod datum est, quocunq; tandem illud nomine pallietur. Neque enim nominis mutatio permanentis vitij malitiam tollit. Vide Ezech.18.c.17. & Leuit.25.c.36.*

Vnde *dicta vsura. Ab eo, quod pro Vsu pecuniæ, quasi quædam compensatio accipiatur, quæ aliquid emolumenti ad fœneratorem redeat. Chrysostomus tomo 2. Græci vocant eam τόκον, tanquam quendam sortis pecuniariæ partum. Hebræi à mordendo nomẽ illi imponunt, quòd postremò mordeat illum, qui fœnus persoluit. Chrysostomus morsum, alibi naufragium & ignem. Ambrosius rapinam. Cato homicidium. Augustinus furtum, caus.14.q.4.*
Quotuplex. *Est enim alia, &c. Vide literam A.*

An *sit licita Vsura inutilis, seu humana. Non esse licitam probatur, quia*
- Turpissimum *est auaritiæ vitium, etiam apud Ethnicos. Hoc verò ratio Vsuræ est.*
- Iniquum *est lucrum sectari alieno labore partum.*
- Fœnerator *sine vllo pecuniæ suæ dispendio lucrum accipit, vtcunque cadat ea lea, sed solus miser dispendium ferre cogitur, qui Vsuram persoluit.*
- Vsura *conscientiam illius, qui accepit pecuniam, perpetuò excruciat & facultates illius extenuat. Lege caus.14.q.4. & dist.47.*

Loci octo. Quibus *pœnis, vltra diuinam animaduersionẽ digni sint Vsurarij. Canonistæ quatuor pœnas assignant præcipuas. Quòd*
- Vsurarij *sint infames infamia iuris, etiam de iure ciuili, nedum de iure Canonico.*
- Ad *communionem Ecclesiasticam non sint admittendi.*
- Ab *Ecclesiæ sepulcra excludi debeant.*
- Illorum *testamenta sint nullo iure rata.*

Verùm *ista manserunt in chartis, & interim Vsurarij omnia genera honores vnà cum illustribus ipsis in Ecclesia consecuti.*

An *sit liberum dare mutuum, vel non. Filij enim huius seculi putant sibi esse liberum mutuũ dare, vel non dare, nec credunt se peccare si petenti denegẽt, cùm illi succurrere possent. Si enim cogitat Vsurarius: Si habebit causa Vsuræ, vt peccem illam accipiendo, scio quid faciam: Nemini de pecunia mea dabo mutuum quicquam: seruabo eam mihi, ne sim Vsurarius. Sed vtrumlibet fecerit, peccat. Siue detrectat dare mutuum fratri petenti cùm possit, siue sic dat mutuum, vt Vsuram accipiat. Perinde peccat & in Christum, & in proximum. Si proximus nihil dat mutuò, Vsuræ quidem vitio non tenetur, verùm radicem Vsuræ, Auaritiam videlicet in corde suo habet, & transgressor est verbi Christi, Matth.5.g.42. Luc.6.c.34. Si dat ad Vsuram rursus peccat contra præceptum Christi, Luc.6. In summa, quantum in se est, æquè perdit proximum nõ dando mutuum, atq; dando ad Vsuram. Si detrectat dare mutuum, peior est Ethnico peccatore. Nam & peccatores dant mutuum peccatoribus, vt recipiant paria, Luc.6. Si dat respectu Vsuræ, & sic deterior est Ethnicis innumeris, qui lege naturæ ab hoc sibi vitio cauent. De præcepto de dando mutuo, lege Deuter.15.a.8. Matth.5.g.42. Luc 6.d.34. Vbi significat Christus eos alienos esse à regno Dei, & vera iustitia, quæ filiorum Dei: id est, qui egenti ac petenti mutuum dare detrectant. Ideò suos admonet, ne id faciant, si ad se pertinere, & filijs Dei annumerari velint. Id quod ex Matth.5. satis constare potest.*
Quomodo & Quibus *dandum mutuum, &c. Vide literam B.*

A. Quotu-

A. Quotuplex. Est enim alia

Inutilis, seu humana, quæ est duplex:

Vtilis, seu diuina, q̃ duplex est:

Terrena, Vsura scilicet telluris, per quam multò plus recipitur, quàm fuerat telluri seminando concreditum. Hanc Vsuram reddit ille, qui omnia dat omnibus. Hæc nihil nocet danti, & plurimum emolumenti adfert accipienti, per hanc Abraham, Isaac, & c. diuites euaserunt: huic Vsuræ olim maiores nostri studiosissimè incubuerunt.

Cœlestis, quam Christus ipse fidelibus suis, tanquam fideiussor loco Patris sui pollicetur, dicens: Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, & c. centuplum accipiet.

Quotuplex.

Simplex. Hic dijsc:

Quid sit: qua videlicet plus accipitur, quàm datum est, siue id multum sit, siue parum, sive in pecunia, siue in rebus alijs, quam quidam putant non esse illicitam in se, nisi per circumstantias illicitas fiat illicita.

Tolerabilis, & est triplex:

Diuitum, qui pecuniam suã dant fœnoris gratiâ Mercatoribꝰ, vel Principibus, quæ tamen reprehensione non caret, etiamsi hac Vsura non pauperes, sed diuites mordeantur, quia

Ista vsura fomentum est proprij commodi. Nam enorme quidem est proprij commodi studiosum esse cũ aliorum detrimento: in se tamẽ etiam sine aliorum damno proprijs commodis imbiare, alienũ debet esse à Christiano.

Incredulitati ac diffidentiæ serui, neque enim satis est Christiano sic agere cũ proximo suo, vt ille nõ habeat quod queri possit, sed considerandum illi est, qua fide sit erga Deum, & quomodo quæ facit, fidei sinceræ conueniant, vel aduersentur.

Ad multos abusus, pecunia ad Vsuram data famulatur. Si autem ille cui pecuniam das ad id incumbit, vt pecunia tua abutatur, vel ad opes quærendas, vel ad fastum & luxum, vel ad exercendum tyrannidem, vel ad pauperum oppressionem, tu qui accipis Vsuram ab eo, eius peccatis seruis.

Studio hoc colligendæ pecuniæ, charitatis opera pessundantur. Nam quod tollit Vsurarius ex Vsura, partim Vsibus necessarijs, partim quæstui Vsurario deputat, vt sortem singulis annis, quibus poterit auctibus, cumulatiorem reddat. Quo igitur iuuabit proximos?

Pupillorum & Viduarum, qua tutores pupillorum & Viduarum pecunia ad illorum vsus vtuntur. Olim infamis erat omnis Vsura, præterquam Viduarum & pupillorũ, tandem omnes valuæ sunt huic malo apertæ, & c. quibusuis permissus Vsuræ quæstus. Hæc Viduarum & pupillorum Vsura tolerari facilè posset, si modò reliquum Vsurarum genus tolleretur è medio, & tutores non sibi magis quàm pupillis prospicerent hac Vsura: Verùm qua fide hoc nostro seculo necessitati viduarum consulatur, omnibus notum est satis.

Legis Cæsareæ, vt pro centum florenis rependantur singulis annis quinque, Legislator necessitate coactus fuit id statuere, non vt Vsuræ patrocinaretur, sed vt auaritiæ excrescenti modum aliquem poneret. Id quod textus Legis conuincit.

Intolerabilis, qua pauper ditiori est obstrictus, & tenuium egenorũ facultates absorbentur. Est autẽ planè inhumanum sectari lucrum ex sudore & labore pauperũ.

Detestabilis, seu Iudaica, Vsura videlicet Vsurarum, qua Iudæi vtuntur, quam nemo dubitat detestabilem ac damnatam esse.

B. Quibus dandum mutuum.

Quomodo dandum mutuum. Christus requirit à suis, vt non solùm sine suo emolumento (cùm id faciant alias quando & peccatores, vt est Luc. 6.) sed & cum suo damno, & pecuniæ mutuo datæ dispendio proximo ac fratri succurrant, ac sic mutuum dent vt gratiam sibi à Deo concilient. Discernit autem Christus inter suos & reliquos ad se non pertinentes. Tribuit verò & peccatoribus tantum iustitiæ, vt sine Vsura dent mutuo, & nihil recipere cupiant, sed tantùm id quod mutuo dederunt. Non enim dicit Luc. 6. Vt recipiant Vsuram, superabundantiam, aliquid vltra summam mutuo datam, sed vt recipiant paria. Ex hac igitur collatione, nobis qui ad regni Christi iustitiam, verborum Christi præscriptum, & Christianæ religionis professionem, respicimus, facillimum est iudicare, quomodo dandum mutuum fratri egenti, & an vsura licita sit illis, qui Christo nomen dederunt, & Christiani videri volunt.


Illis etiam, qui tantùm facultatum non habent, vt restituere possint. Nam & Ethnici dant mutuum, sed his, à quibus se recepturos, quod dederunt, sperant, Luc. 6. vide Eccles. 8.

Et illis, qui nec vnquam dederunt mutuo quicquam, nec vicissim dare possunt. Nam & Ethnici dant mutuum illis, qui mutuum aliquando & ipsi vel dederunt, vel dare possunt.

Non solùm amicis, sed & inimicis: non solùm cognatis, sed & alienis, & exteris. Quare Christus Lucæ 6. inquit: Diligite inimicos vestros, & benefacite, & mutuò illis date, & c. vide & Matth. 5. Ethnici dant amicis & cognatis.

A quibus nulla etiam gratiarum actio, nedum gratia aliqua sperari potest. Vbi istis etiam mutuum damus, reipsa declaramus nos eius esse filios, qui Solem suum producit super malos & bonos, & pluit super gratos & ingratos: id quod etiam Christus à suis requirit, dicens: Vt sitis filij Patris vestri, & c.

TABVLA III. de discrimine Vsuræ.



¶ Hæc negotiatio vlura est, quia accipit aliquid pro nihilo: quia nihil illa ad cultum Dei, aut salutem populi pertinent.

TABVLA

TABVLA IIII.

Loci duo.

An Vsura damnãda. Damnatur Vsura

Testimoniis.

Iuris.

Naturalis. *Est enim vsura* τὸν ἐκ φύσεως: *id est, præter naturam, id quæ hæ rationes probant:*

- Iniustum *est exigere pecuniam, vbi nullius rei commutatio est. Fœnerator salua sorte exigit vsuras, non pro aliqua re, quia sors est salua, sed tantùm pro officio mutuationis: ergo iniustum est Vsuras exigere.*
- Res *non fructificans naturâ, non est transferenda tanquam fructificans, vt pro agro elocato cùm naturâ fructificet, licet aliquid recipere, etiamsi ipse ager non amittatur. Pecunia non est res naturâ fructificans. Ergo pro pretio non est aliquid exigendum, cùm sors maneat salua.*
- Pretium *non debet esse merx: Pecunia est pretium: Ergo, &c. Maior probatur, quia cùm pretium sit merx, semper accedit aliquid fœneratori supra pretium. Ita additur aliquid pro nihilo, & sit inæqualitas.*
- Pecunia *instituta est propter commutationem, non vt numus numum gignat. In vsura non sit commutatio: Ergo Vsura est illicita.*

Diuini, *vt Leuit. 25. d. 37. Ne des pecuniam tuam fratri tuo ad fœnus. Exodi 22. d. 25. Ne inferes populo meo morsum. Deut. 23. c. 19. Alienum mordebis fœnore, fratrem tuum non mordebis, &c.*

Ciuilis, *Vt in Auth. Eccl. Col. 9. Vide lib. 5. Decretalium Gregorij, tit. 19. de Vsuris, capite 3.*

Canonici. *Vide decreta Iulij, Gelasij, Martini, Leonis, caus. 14. q. 4. Item Gregorij IX. lib. 5. Sextorum, tit. 5. de Vsuris. Item Clementis V. in Clementinis. lib. 5. tit. 5. de Vsuris. Item Alexandri III. Vide Decretales Gregorij lib. 5. tit. 19. de Vsuris.*

Doctorum, *præcipuè verò Augustini, Ambrosij, de quibus vide caus. 14. q. 4. Gregorium. Vide dist. 47.*

Conciliorum, *vt Arelatensis, Terraconensis, Agathensis III. Niceni & Martini. De quibus vide caus. 14. q. 4. Item Elibertini dist. 47. can. si quis clericorum. Item Turonensis, Lateranensis. De quibus vide in Decretalibus Gregorij lib. 5. tit. 19. de Vsuris. Item Laodicensis. De quo dist. 46. can. non licet.*

Poetarum, *vt Lucani:*

Hinc Vsura vorax, auidumq; in tempore fœnus.

De hoc vide in lib. Sextorum 5. tit. 5. de Vsuris.

Philosophorum, *vt Aristotelis lib. 4. Ethic. Vsurarij, inquit, vnde nõ oportet, accipiunt quantum non oportet. Lege Cic. lib. 2. Offic. de quo in Polyanthea.*

Rationibus, *seu argumẽtis sumptis ab*

- Inhonesto, *quia radix Vsuræ est turpissimum auaritiæ vitium.*
- Impio, *seu iniquo. Iniquum est enim lucrum sectari alieno labore partum.*
- Inutili, *quia miser ille dispendium ferre cogitur, qui Vsuras persoluit: fœnerator verò sine vllo pecuniæ suæ dispendio lucrum accipit, vtcunque cadat alea.*
- Effectu, *quia Vsura conscientiam illius, qui accipit pecuniam, perpetuò excruciat, & facultates illius extenuat.*

A pœna *vsuræ,*

Canonica, *quòd*

- Vsurarij *sint infames, Infamia iuris Canonici.*
- Ad *communionem Ecclesiasticam non sunt admittendi.*
- Ab *Ecclesiastica sepultura excludi debeant.*
- Illorum *testamenta sunt nullo iure rata. De his vide in Decretalibus Gregorij libro 5. tit. 19. de Vsuris. & caus. 14. q. 4. &c.*

Ciuili. *Vetera enim Romanorum iura puniebant fœneratorem quadruplo, furem duplo. Postea tamen vicit leges cupiditas malorum, & fœneratores ita grassati sunt, vt cogerent etiam obæratos dedere corpora in seruitutem. Prouerb. 22. d. 7. Qui accipit mutuum, seruus est fœneratoris. Inde Romæ magni motus exorti sunt, & Athenis Solon lege prohibuit, ne liceret propter æs alienum, aut Vsuras, ciuem rapere in seruitutem. Deinde Imperatores in Codice moderati sunt Vsuras, & vetuerunt recipi centesimas Vsuras.*

Quantum *malum & peccatum sit Vsura. Id ex hoc manifestum esse potest, quòd*

- Dauid *Psal. 15. d. 5. Vsurarios non esse Ecclesiæ membra iam antè præcinuit.*
- Dauid *Psal. 54. b. 12. Vsuram & dolum, seu iniquitatem coniungit, eò quòd Vsura non sit sine dolo. Sic & Psal. 71. c. 14.*
- Ezechiel, *cap. 18. b. 8. eum iniustum esse pronunciat, qui det ad Vsuram.*
- Dominus *per Ezechielem cap. 22. c. 12. minatur mala omnia Iudæis, cùm propter alia flagitia, tum propter Vsuram & excessum.*
- Solomone *teste auferet Deus à fœneratore, quod Vsura corrasit, & largitur ei, qui pauperibus benefaciat, Prouerb. 28. b. 8.*

De Vsura, quòd sit illicita, damnata, & exitialis.

TABVLA V.

PROBATVR id argumentis ex omnibus ferè locis Dialecticis sumtis.

A definitione rei. *Nam omne lucrum, quod contra expressum Dei verbum, propter nudum mutuationis officium in mutuo, vltra sortem exigitur, est fugiendum & damnandum: Vsura est tale lucrum: Ergo Vsura fugienda & damnanda. Probatur maior testimonijs Scripturæ, Exodi 22.d.25. Leuit.25.d.37. Deut.23.c.19. Ezech.18.b.8. Psal.15.b.5. Luc.6.d.34. & c. Minor manifesta est.*

Ab etymologia, seu appellatione Vsuræ. *Vocabula enim sunt notæ rerum. Significatio vocabulorũ Neschech, Tarbis, & Techochim, quibus nominibus in veteri Testamento appellatur, noxia & turpis res: Ergo res ipsa, quæ his notis indicatur, videlicet Vsura, talis est. Minor probatur. Nam Neschech morsum, seu corrosionem significat. Id quod à verbo Naschach deriuatur, quod mordere, arrodere, & corrodere more serpentis, aut rabiosi canis, aut voracis muris significat. Vt enim venenosus serpens suo morsu pestilentissimum venenum corpori instillat, quo totum corpus inficitur, & celerrime veneni vehementia & prauitate vita ei eripitur. Et vt rabiosus canis corpus lædens ad insaniam adigit: & sicut vorax mus panem intrinsecus corrodens, parè ab vsu hominum remouet: ita Vsurarius credibili celeritate hominis substantiam corrodit, absumit, & corpus præsentibus pœnis onerat: animam verò contagione æternæ damnationis pollluit, ac perdit, quod scilicet ad fœneratores attinet. Ipsa appellatio ista haud dubiè huic peccato imposita est, vt turpitudinem eius exprimat, quæ omnibus pijs diligenter consideranda & expendenda est, vt cane peius & angue vsuram oderint, & omni cura totaq; mente ab ea sibi caueant, ne facultates aut amittant, aut iniustè acquirant, ac sic iram Dei accersant, pœnis implicentur, & æternæ damnationis rei fiant. Altera appellatio Tarbis multiplicationem notat: quòd videlicet rei non fructificanti appellationem tribuant Vsurarij, quod est, vel Ethnicis substantibus contra naturam. Tertia appellatio Hebraica Techochim vsuras significat, eò quòd dolo & fraude agant Vsurarij. In nouo autem Testamento vocatur τόκος, quod à verbo τίκτω (quod pario, seu gigno significat) descendit, quod quidem vsuræ turpitudinem non obscurè explicat: quod videlicet contra naturã pecuniæ, quæ res infructifera est, sobolem ex se gignere cogatur, inde & nomen Tarbis apud Hebræos sortita est, cũ qua & Latina appellatio fœnus, quasi tu dicas fœtum, conuenit.*

A coniugatis. *Fœneratores ex tentorio Iehouæ excluduntur, Psal.15.a 5. Ergo fœnus est res impia, & damnata.*

A toto & partibus. *Vsuræ deest pars substantialis contractus: videlicet merx: non est igitur contractus. Valet consequentia: Destructa vna principali parte, totum destruitur. Sunt enim hæc tria substantialia, contractus, merx, pretium, consensus. Vbi merx non est, nullus ibi potest esse contractus. Sed cùm in vsurario contractu ea non sit, certum est Vsuram, contractum appellari non posse.*

A diuisione. *Damnare ea, quæ iure diuino, naturali, ciuili, canonico, & multis piorum Principum constitutionibus veteribus & recentibus prohibita sunt, necessarium, pium, & iustum est: Vltra sortem de mutuo aliquid exigere, propter nudum mutuationis officium, his omnibus prohibitum est: Ergo damnatio vsurarum necessaria, pia & iusta est. Valet consequentia à sufficienti specierum enumeratione.*

A causis. *Cuiuscunque rei causa mala est, ipsa quoque res mala: At causæ vsuræ malæ sunt: Ergo & res ipsa mala. Causæ Vsuræ sunt: Efficiens, Satanæ dementatio, & fascinatio. Formalis, Bonarum corporalium turpissimum aucupium. Finalis, Vt fœneratores sua bona cum detrimento aliorum augeant, & otiosam ac voluptuariam vitam agant, vt aliena ope & auxilio indigentes, ad extremam inopiam & miseriam redigantur. Imò vt plurimi exhausti facultatibus, mœrore ac fame pereant.*

Ab effectibus. *Cuiuscunque rei effectus mali sunt, ipsa quoque res mala est: Effectus Vsuræ mali sunt: Ergo & Vsura mala. Sunt autè vsuræ effectus, paupertas exhibentis vsuras, fames, mœror, & mors. Accipientis verò vsuras, opes dolo malo, seu rapinis & furto coaceruatæ, sacrilegia, latrocinia, humanæ societatis euersio, ira Dei, maledictio, mala conscientia, tyrannis Satanæ, & damnatio æterna animæ, ac opum etiam post eius obitum relictarum infelicitas & tragica dilapidatio. Quare merito à Chrysostomo Vsura, sordes, morsus Aspidis, naufragium, ignis, maledictio. Ab Ambrosio, rapina: ab Augustino, furtum: à Bernhardo idolatra legalis & auaritiæ filia: à Catone verò gladius, seu homicidium appellatur. Inde & fœneratores vocantur oppressores. Nehem.5.a 8. deuastatores, raptores, sacrilegi, fures, homicidæ, idolatræ, mordentes, inuidi, & c. Comparantur denique venenatis serpentibus, canibus rabidis, harpyjs, hirundinibus, vermibus omnia corrodentibus, [illegible] vasis, & alijs animalibus crudelissimis, vasis denique repletis stercore. Lutherus, quod ad nocendi imposturas & malitiam fermè ipsi Satanæ similes pronunciauit, Tomo 7. Super sunt alij Vsuræ effectus. Vsura enim Deum offendit, iramq; eius grauissimam, nisi fiat conuersio, accersit, dilectionem proximi extinguit, maledictioni facultates obnoxias facit, tristissimæ impiorum seruituti subijcit, hominesq; serpentum & canum more corrodit.*

Ab absurdis, & seq. *Vide literam A.*

Ab *absurdis*. *Doctrina, quam multa sequuntur absurda & inconuenientia, non potest esse vera, certa & firma: Illam verò doctrinam, quòd aliquid de mutuo vltra sortem exigere propter ipsum mutuationis officium, sit licitum, sequuntur multa absurda & inconuenientia. Est enim contra manifestam Scripturam Veteris Testamenti & noui, extinguit fidem & dilectionem proximi, tollit ius naturæ, abolet politiarum constitutiones, prædicationem pœnitentiæ nobis adimit. Necesse est ergo eam esse falsam, & in Ecclesia non ferendam.*

A necessario. *Necesse est obtemperare Deo præcipienti: Sed Deus præcipit, vt gratis, sine spe lucri, mutuò demus pecuniam, aut alia, proximo: Ergo necessariò id faciendum est.*

Ab *impossibili*. *Impossibile est fidem & malam conscientiam vno eodemq; tempore esse coniunctam: Omnes Vsurarij habent malam conscientiam: Ergo fidem non habent. Et per consequens, Impossibile est eos saluari, quatenus in hoc peccato scientes & volentes perseuerant, nec pœnitentiam agunt. Minor est manifesta, cùm expressa mandata Dei scientes & volentes violent.*

A minori *ad maius*. *Furtum est capitale: Ergo multò magis vsura. Valet consequentia: Quia Vsurarij extra necessitatem indesinenter sine vlla cessatione rapiunt, fures necessitatis tantùm temporibus, sæpè necessitate impulsi, in tanta hominum immanitate furantur: Maiori ergo pœna digni sunt. Hinc est, quod vetera iura Romana furem duplo, Vsurarium verò quadruplo puniebant.*

A. A contrario. *Opem ferre, & dare damnum, sunt duo immediatè contraria: Ergo non possunt simul eidem vno eodemq; respectu tribui. Est ergo impudentissimum mendacium gloriatio Vsurariorum, quod proximo in sua necessitate mutuando ad Vsuras succurrant. Constat enim Vsuris exhauriri alteram partem. Nam plus petunt Vsurarij, quàm dederunt. Ergo pro officio dilectionis nequaquam cognoscenda est Vsura.*

Ab *oppositis*. *Tantùm duo sunt Regna, Dei & Diaboli: Sed in Regno Dei nullum peccatum mortale regnat. Cùm ergo constet Vsuram esse mortale peccatum, sequitur Vsurarios eatenus esse, & manere in regno Satanæ, quatenus non agunt pœnitentiam.*

A natura *relatiuorum*. *In mutuatione nulla est merx: Ergo nullum solui debet precium. Petens verò precium, non exhibita merce, Vsurarius damnatus est.*

A contradictione. *Deus prohibuit Vsuras: Ergo Deus non concedit, nec approbat. Valet consequentia. Impossibile est enim duas contradictorias, in quibus non est ambiguitas, simul veras & simul falsas esse.*

Ab *exemplo*. *Nehemias, Nehem. 5. a. 7. rectè & laudabiliter fecit, prohibens Vsuras: Ergo Magistratus, qui Vsuras prohibent, & publico mandato tollunt, rectè & laudabiliter faciunt.*

Ab *autoritate S. Scripturæ*. *Nec Prophetæ, nec Christus, nec Apostoli Vsuram approbauerũt, vel concesserunt Vsuras, sed potius prohibuerunt aliquid sumi de mutuo vltra sortem à Christianis & fratribus: Ergo temerario & nefando Vsu à Scriptura discedunt, quicunq; aut approbãt, aut permittũt, aut ipsi aliquid vltra sortem requirunt.*

De temerario Iudicio.

Loci quatuor.

Quid *sit*. *Est enim cũ aliquis indicat de his, quæ sunt dubia, vel occulta, ꝓpter aliquas leues coniecturas.*

Quæ *causæ*.
- Superbia,
- Inuidia,
- Felix *successus alterius*.

Qui *effectus*.
- Molestia,
- Discordia,
- Contentio,
- Iudicari *à Deo & hominibus*,
- Pericula *indicantis*.

Quomodo *fugienda. Si videlicet cogitemus,*
- Non *esse iuxta faciem iudicandum*.
- Iudicium *Christo relinquendum esse: omnes enim stabimus ante Tribunal Christi*.
- Iudicantem *fratrem Legem iudicare: id est, peccare contra Legem, quæ vetat, ne iudicemus*.
- Iniquum *esse, vt quis de alio iudicare velit, & iudicari de se nolit*.
- Duo *esse, in quibus iudicium vitare debeamus, cùm incertum est, quo animo quid factum sit, vel incertum est, qualis futurus sit, qui nunc vel bonus, vel malus apparet*.
- Ignorantiam *iudicis plerunq; calamitatem esse innocentis*.
- Emendandum *esse proximum, non vituperandum*.
- Iudicium *à nobis ipsis incipiendum esse*.
- Illi *permissum esse iudicium, qui ad iudicandum, nullo odio, nulla leuitate ducitur*.
- Durum *esse, vt qui nesciat moderamina vitæ suæ, iudex fiat vitæ alienæ*.

De Præsumtione.

- Quid *sit*. *Est enim præsumtio immoderatio spei, dum id quod supra vires proprias, aut contra iustitiam Dei sit, audemus.*
- Loci quatuor.
  - Quæ *causæ*.
    - Diabolus,
    - Superbia,
    - Contemtus *aliorum*.
  - Qui *effectus*
    - Odium *præsumtuosi*, Ruina,
    - Deum *tentare*,
    - Superbire *de propria iustitia*,
    - Superbire *de scientia*,
    - Velle *docere sapientiorem*,
    - Reuerentiam *exigere à seniore*,
    - Superbire *de commisso vitio*,
    - Iudicare *alium*,
    - Bene *ordinata aliter ordinare*.
  - Quomodo *fugienda. Si videlicet cogitemus*,
    - Pernicioſam *præsumtionem esse superbire de propria iustitia & scientia*.
    - Immenſam *præsumtionem esse à seniore reuerentiam exigere*.
    - Omni *culpa grauius esse, superbire de commisso vitio*.
    - Præsumtuoſum *amittere id quod arripere festinat*.
    - Humiles, *dum infima petunt, cœlestibus iungi, præsumtuoſos, dum se eriguni à superioribus diuidi*.
    - Præsumtuoſos *non esse aptos officijs*.
    - Ad *casum tendere, qui ascendat nimium*.

De Lucro turpi & inhoneſto.

- An *sit lucrum licitum. Licitum est, si sit honestum ac moderatum, sicut Menander inquit : Lucrum puta lucrum, si iustum sit.*
- Quid *sit. Est incrementum, seu fructus negotiationis.*
- Loci quatuor.
  - Quotuplex. *Aliud enim est*
    - Iuſtum, *seu honestum, & est vel*
      - Chriſtianum, *quod duplex est.*
        - Animorum, *quod sit ministerio verbi, dum Ministri verbi studeut Deo lucrari infirmos.*
        - Corporis, *vbi corpus multis laboribus, periculis & affectibus liberatum, & æternæ quieti redditum gaudebit æternum, Philip. 1. c. 18.*
      - Politicũ, *quod fit, si*
        - Illo *quis non lædituv.*
        - Iuſtis *laboribus fiat, & rebus iustè acquisitis.*
        - Sit *moderatum & æquum.*
        - Perſonarum *conditioni conueniat.*
    - Iniuſtum, *seu inhonestum, quod est vel*
      - Eccleſiaſticum, *&c. Vide literam A.*
      - Ciuile, *quo quis lædiſtur, & est vel ex*
        - Scelere, *vt*
          - Mendacio, Fraude,
          - Vanitate, Calumnia,
          - Homicidio, Rapina,
          - Vſura, Sacrilegio,
          - Iniuſta *exactione*,
          - Quæſtu *meretricio*,
          - Chorea *laſciua, &c.*
        - Rebus *vilibus, minimis & nullius precij, ex quibus etiam lucrum magnum quæritur, ex quibus quidam boni viri nunquã lucrari auderent. Rectè Menander inquit: Optimè noli lucrum in omnibus consideraue.*
        - Rebus *precioſis, vbi lucrum vel immoderatum est, vel conditioni perſonæ minus conuenit.*
  - Qui *effectus. Lucri*
    - Honeſti,
      - Commodum,
      - Laus,
      - Suſtentatio *familiæ, pauperum, &c.*
    - Inhoneſti, *vel turpis,*
      - Incommodum, *damnum.*
        - Heſiodus: *Mala lucra æqualia damnis.*
        - Menander: *Turpia lucra calamitates pariunt.*
        - Idem : *Parvum lucrum maiora damna fert.*
      - Infamia : *Iuuenalis Satyra 14. Lucriones vituperans dicit : Lucri bonus odor ex re qualibet.*

A. Eccle-

- A Ecclesiasticum, quod est vel ex
  - Scelere, vt
    - Idolatria,
    - Missa,
    - Peregrinationibus meritorijs,
    - Indulgentiis,
    - Cultu diuorum,
    - Reliquiis, vt vocãt Sanctorum.

      → Quibus certè nihil spectarunt aliud, quàm vt sibi plurimùm auferant lucri.
    - Exactione tributi, non à viuis tantùm, sed & mortuis.
    - Charactere bestiæ, seu rasura verticis.
    - Traditionibus humanis & hæresibus, 2. Pet. 2. a. 1.
    - Boatu in Templis. Imaginibus, &c.
  - Rebus medijs, vt
    - Terra sepulturæ, non sua quidem, sed aliorum, quam vendunt his, ad quos ea propriè pertinet.
    - Aqua, Igni, Thure, Sale, &c.
    - Vestitu Abbatis, aut Episcopi: quam enim Episcopus in sua veste decantat Missam, multò illa constat maioris, quàm alicuius Presbyteri simplicis. Atque in hac re nihil differunt isti à meretricibus ornatioribus, quæ turpitudinem suam vendunt carius.
    - Rebus vilibus, quas maximo vendũt, vt sunt,
      - Cera, Plumbum, Pileus Episcoporum.
      - Aspectus crucis, imaginum, reliquiarum, luminis, vt hîc nihil ad emptorem perueniat, præter aspectum rei venditæ.
      - Sonitus campanarum, qui vbi auditur, accurrunt mox illi, nec discedunt, nisi ablata præda.
      - Cadauera, &c.
      - Neque contentantur Mercatores isti viles qualescunq; res, & alienas etiam vendere, nisi cogant etiam inuitos emere, & eodem temporis puncto pluribus easdem res diuendunt: & si quis emere recuset, hæreticum nominent.
  - Rebus sacris, vt
    - Verbo Dei: nam Pseudoprophetæ corrupta vera doctrina, verbum Dei per malam interpretationem adulterant, 2. Cor. 2. c. 17.
    - Sacramentis diuenditis. Condonatione peccatorum.
    - Precibus, Cœlo, imò & Deo: Hæ enim illis venalia sunt.
    - Templis, Episcopatibus, & alijs beneficijs Ecclesiasticis.

De Diuitiis colligendis.

- Loci septẽ
  - Quid sint diuitiæ. Sunt enim res ad necessarium vsum acquisitæ, quibus & nos vtimur, & alijs opitulamur. Hinc enim & opes dictæ sunt, ab opitulando. Diuitiæ autem non per se malè audiunt in Scriptura, sed studium coacernandarum opum. Nam hac ratione diuitiæ nocent: non suo, sed hominum vitio.
  - Quibus nominibus diuitiæ appellentur.
    - Spinæ, Deceptio, Matth. 13. a. 7.
    - Periculum possidentium pretiosum, Augustinus de Verbis Domini.
    - Malus Dominus. Proditor seruus, ibid.
    - Viscus spiritualium pennarum, Augustinus de Verbis Domini, Homil. 33.
    - Pater adulatorum.
    - Doloris & curæ filius. → Pallades.
    - Timor habenti, non habenti dolor.
  - Quotuplices sint diuitiæ. Aliæ sunt
    - Externæ, quæ sunt vel
      - Iustæ, quæ iustè acquiruntur, & iustè possidentur, ad necessarios vsus. Ac hæ etiam duplices sunt:
        - Naturales, vt rerum possessiones.
        - Artificiales, vt pecuniarum possessiones.
      - Iniustæ, quæ iniustè acquiruntur, & iniustè retinentur, & animos diuitum implicatos tenent.
    - Internæ sunt, considere in Domino, abundare bonis operibus, sensu rerum spiritualium. Hæ veræ diuitiæ sunt, quas cùm habuerimus, perdere non possumus.
  - Quàm vanæ sint diuitiæ. Quia sunt
    - Fallaces: nam Matth. 13. d. 22. illis à Christo datur fallacia, eò quòd insipientibus plura polliceantur, quàm præstare queant. Non enim est vita hominis in substantia & facultate diuitiarum, nec possunt auertere vlla corporis vel animi incommoda.
    - Incertæ, 1. Tim. 6. c. 10. idq; triplici ratione.
      - Acquirendo: fit enim, vt multi opes quærendo perditionem inueniant, & quod ante habuerant, amittant.
      - Possidendo: quia mobiles, mutabiles, corruptibiles, & multis insidijs furum, latronum, & calumniatorum obnoxiæ, Matth. 6. c. 19. Psal. 49. c. 11. Relinquent alijs diuitias suas.
      - Amittendo: neq; enim quisquam mortalium est, qui certò sciat, cui facultates suas relinquat, Psal. 39. a. 7. Colligit, & ignorat cui colligit ea. Vide Luc. 12. d. 22. de diuite, & Eccles. 2. d. 23.
  - Quàm sint periculosæ, & seq. Vide literam A.

A.

Quàm *sint periculosæ diuitiæ.*

- Animos *emolliunt, vt nihil aduersi constanter ferre queant.*
- Cor *hominis ad se rapiunt, Matth. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum.*
- Cor *captiuum reddunt, & seruum constituunt, vt Deo seruire nequeat.*
- Curis *& solicitudinibus premunt, 1. Tim. 6. c. 10. Eccles. 2. d. 23.*
- A Regno *Dei impediunt, Matth. 19. d. 23.*
- Semen *verbi Dei suffocant, Matth. 13. d. 22.*
- Horam, *imò memoriam mortis terribiliorem reddunt, Eccles. 41. d. 2.*
- Mentem *alienant à Deo.*
- Demergunt *homines in exitium, & interitum, 1. Tim. 6. c. 10.*
- Aberrare *faciunt à vera fide, Ibid.*

Quæ *vitia ex diuitiarũ cupiditate oriantur.*

Discordia,	Inimicitiæ,	Augustinus *lib. 2. de Ciuitate Dei.*
Lites, Bella,	Fallaciæ,	
Æmulatio,	Adulatio,	
Fraus,	Homicidia,	
Furtum,	Parricidia,	
Rapina,	Crudelitas,	
Perfidia,	Nequitia,	
Calumniæ,	Falsa *testimonia,*	
Oppressiones *innocentum,*	Iniqua *iudicia,*	
	Impudentia,	
Superbia,	Sacrilegia,	
Auaritia,	Hæreses,	
Luxus,	Blasphemia,	
Insidiæ,	Periuria,	
Ambitio,	Violentia,	
Inuidentia,	Latrocinia,	
Iracundia,	Adulteria, *&c.*	

Quæ *de diuitijs obseruanda.*

- Fidentem *in diuitijs corruere.*
- Diuitias *nihil prodesse in die vltionis.*
- Melius *esse parum, cum timore Domini, quàm thesauros magnos.*
- Non *esse illum à delicto immunem, qui diuitias optet.*
- Diuitem *incidere in tentationes multas, cupiditates & stultas, ac noxias, quæ in exitium & interitum demergant homines. Non sunt autem diuitiæ bonæ, quæ nocent habenti.*
- Pecuniæ *studium malorum omnium radicem esse.*
- Auaritiam *simulacrorum cultum esse.*
- Ditescere *cupientem procul esse à Regno Dei.*
- Christianum *hominem non debere extolli, si diuitiæ accedant, nec frangi, si recedant. Morbus diuitiarum superbia est.*
- Diuitias *amanti se nihil de sua possessione permittere.*
- Diuitias *non appetendas esse propter seipsas, sed propter salutem corporis, & congruentem habitum personæ hominis.*
- Diuiti *sua primordia agnoscenda esse. Nihil enim intulimus in hunc mundum, nec quicquam efferre possumus.*
- Eum *qui bonis abundat, bonum esse oportere.*
- Diuiti *nihil sua prodesse bona, si Deum non habeat.*
- Diuitem *aut iniquum esse, aut hæredem iniqui.*
- Nihil *miserius esse, quàm propter nummum Deum contemnere.*
- Naturam *nescire diuitias, quæ pauperes generat.*
- Diuites *nisi vacent à terrestribus, nihil cognoscere de cœlestibus.*
- Diuitias *retentas perdi, manere erogatas: nam terrena omnia, quæ seruando amittimus, largiendo seruamus.*
- Permultis *indigere eos, qui multa possident.*
- Magnam *Conditori fieri iniuriam, cùm animal rationale, ab inanimatæ supellectilis possessione, & rebus infimis ornamenta captat, dignitatem suam infra quæque infima detrudens.*
- Illa, *quæ putamus lætitiam, ac voluptatem nobis dare, causam dolorum esse.*
- Turpe *esse beatam vitam in auro & argento reponere.*
- Eos, *qui multum habent, aut auaros, aut prodigos esse.*
- Diuitias *esse maximas, non desiderare diuitias.*
- Non *esse nostrum, quod auferri & eripi possit.*
- Nihil *esse honestius, quàm non cupere pecuniam, si non habeas: si habeas, ad beneficentiam & liberalitatem conferre.*
- Non *facere equum meliorem aurea frena.*

De Am

De Ambitione.

Quid *sit. Est enim ambitio dignitatis appetitus immoderatus, ratione honoris: Vel, Vt Bernardus ab effectibus definit, est subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, tinea sanctitatis, ex cæcatrix cordium, ex remedijs morbos creans, ex medicina languorem generans.*


Loci quatuor.

- Quæ *causæ.*
  - Diabolus,
  - Superbia,
  - Contemtus *aliorum,*
  - Naturalis *inclinatio.*
- Qui *effectus.*
  - Molestia,
  - Cruciatus *animi,*
  - Timor,
  - Adulatio,
  - Liuor,
  - Dolus.
- Quomodo *fugienda. Si videlicet cogitemus,*
  - Ambitiosum, *nec Deum, nec se, nec homines rectè agnoscere.*
  - Ambitionem *Diaboli etiam ruinam fuisse, quod elegerit præesse potius, quã subesse.*
  - Ambitionem *mentis æruginem esse.*
  - Pollentem *etiam virtutibus, coactum ad regimen venire debere.*
  - Locum *regiminis desiderantibus negandum, fugientibus offerendum.*
  - Locum *regiminis multis curis & sollicitudinibus plenum esse.*
  - Primatum *honoris concupiscere vani hominis esse.*
  - Desiderantem *primatum in terra, confusionem habiturum in cœlo.*
  - Ambitiosos *iudicandos potius, non iudicaturos esse.*
  - Asperam *dignitatum viam esse.*
  - Ambitiosos, *superbos, & stultos esse, ac minus aptos officijs.*
  - Ad *res quaslibet iniustas ambitiosum impelli.*

LOCORVM COMMVNIVM
STEPH. SZEGEDINI
FINIS.

DOCTRINAE PAPISTICÆ SVMMA, EX VARIIS DOCTORIBVS SCHOLASTICIS EXCERPTA, AC IN TABULAS per certum ordinem digesta: cuius cognitio propter doctrinæ veræ antithesim, pietatis studiosis vtilis, ac necessaria est: ac primùm,

De Angelis.



A. Custo-

- Custodia. *Hic docet*
  - Non *electos tantùm, sed etiam reprobos habere proprios Angelos.*
  - Christum *& Mariam non habuisse Angelos custodes, sed ministros tantùm.*
  - Cuique *provinciæ deputandum esse suum Angelum.*
  - Vltimam *Hierarchiam solam habere officium custodiendi, & dirigendi homines.*
  - Angelos *custodire particulares homines, id est, Prælatos: Archangelos provincias: principatus, totam naturam humanam: virtutes, corpora: potestates agere in Dæmones: dominationes super bonos spiritus habere custodiam.*
  - Singulis *gentibus duos præponi Angelos, bonum & malum.*
- Mora *Angelorum, quæ varia esse dicitur, in qua*
  - Fuerunt *omnes Angeli in naturalibus.*
  - Omnes *fuerunt in gratia & in gloria. Dicunt enim eos in instanti creationis nec gratiam, nec gloriam habuisse.*
  - Boni *meruerunt stantes in gratia, & mali deliquerunt.*
  - Boni *præmiati, & mali damnati sunt.*
- Actibus *superiorũ, respectu inferiorũ, qui sunt tres:*
  - Purgare *inferiorem, non à fœditate peccati, sed ab ignorantia negationis.*
  - Illuminare, *scilicet noua cognitione & notitia.*
  - Perficere, *id est, meliorare.*
- Cognitione, *quæ duplex esse dicitur:*
  - Matutina, *vel supernaturalis, quæ est cognitio rerum in verbo, qua videlicet cognoscunt verbum, & se, & creaturas sibi in verbo relucentes vna indistincta cognitione in lumine gloriæ. Matutina dicitur, quia ista cognitio est in Creatore, qui est principium omnis creaturæ, sicut mane principium diei.*
  - Vespertina, *vel naturalis cognitio videlicet rerum in lumine naturæ, quæ triplex est. Qua*
    - Cognoscunt *per species sibi creatas, Deum, se & alia.*
    - Cognoscunt *per species à rebus cognitis acceptas. Hæc dicitur vespertina, quia cognoscitur res in creatura, quæ de se tendit in occasum.*
    - Maiores *indicant minoribus, quæ per diuinas reuelationes acceperunt.*
- Motibus. *Motus autem triplex esse dicitur.* A.
  - Circularis, *est ab eodem ad idem, & circa idem centrum immobile. Hunc motum habent Angeli, quia immediatè recipiunt illuminationes à Deo, & per illas reuertuntur ad Deum, quod superiori Hierarchiæ tantùm conuenit.*
  - Rectus, *quando procedunt ad prouidentiam subiectorum, rectè omnia transeuntes. Hîc non reuertuntur ab eodem ad idem, sed de vno ad aliud.*
  - Obliquus, *quando cognitionem inferiorum, quibus prouident, reflectunt in Deum, principium & finem pulcri & boni.*
- Attributis. *Hæc enim Angelis tribuuntur:*
  - Essentiæ *subtilitas.*
  - Intelligentiæ *perspicacitas.*
  - Liberi *arbitrij facultas.*
  - Discretio *personalis.*
- Cõfirmatione *Angelorum, quam habent ex*
  - Natura, *quòd natura spiritualis semel tantùm vertibilis futerit in bonum, vel malum.*
  - Gratia.
  - Gloria, *qua fruuntur cum Deo.*
- Formis *Angelorum. De his docent,*
  - Vnum *Angelum simpliciorem esse alio.*
  - Superiores *Angelos subtiliores & clariores.*
  - Formas *superiorum Angelorum vniuersaliores esse formis inferiorum.*
- Potentia. *Hîc docent Angelos*
  - Superiores *minus habere potentiæ, sed plus cognitionis.*
  - Mouendo *cœlos esse causam generationis inferiorum & superiorum.*
  - Ex *virtute naturæ posse transmutare omnia corpora naturalia, etiam nostra: omnes potentias organicas, sensus etiam interiores & exteriores.*
  - Inferiores *exercere officia superiorum in virtute superiorum.*
  - Superiores *ordinare actus inferiorum.*
  - Posse *immutare voluntatem nostram.*
  - Posse *dupliciter agere, in animos nostros confortando intellectum, illuminando phantasmata.*
- Numero *Angelorum. Hîc docent,*
  - Angelos *bonos plures esse, quàm malos, ac omnes damnatos homines.*
  - In *quolibet ordine multos Angelos esse.*

B. Mali. *Hîc docent multa de*

- Casu: *vbi tradunt*
  - Malos *spiritus*
    - Corruisse, *vel in Infernum, vel in aërem caligino sum, qui est in medio interstitio aëris.*
    - Non *corruisse in superiorem partem aëris, ne lumine gaudeant, nec esse in parte inferiori, ne nimis contra nos sæuiant.*
    - Cecidisse *secundo die, vel secundum alios, primo die, subito post creationem.*
  - Tot *Angelos cecidisse, quot poterant facere chorum vnum.*
  - Ruinam *Angelorum restaurari per saluandos, ac tot homines saluari, quot Dæmones ceciderunt. Secundùm alios: Ruina Angelorum restaurabitur per Virgines: id est, Sacerdotes, Monachos & Moniales.*
  - Primum *Angelum fuisse alijs occasionem peccandi.*
  - Angelos *in primo instanti non potuisse cadere.*
  - Supremum *omnium ordinum Angelorum primum peccasse, qui Lucifer dictus sit, cui tanquam principi de singulis ordinibus magna multitudo adhæserit, quam ille secum traxerit: vnde post lapsum Lucifer dictus esse creditur.*
- Prælatura. *Sicut enim inter bonos certos faciunt ordines & prælaturas, ita etiam inter malos: ita vt superiores mali Angeli habeant prælaturam super inferiores, & vnus vni præsit prouinciæ: alter vni homini: tertius duobus, vel tribus.*
- Abiectione *Diaboli ab anima hominis, quæ fit tribus modis: cum*
  - Erubescentia & *confusione: quia refutat sibi ad magnam confusionem, quando videt se victum & confusum, & expulsum ab homine, qui sit minoris naturæ & nobilitatis.*
  - Magna *vehementia, quia omnes vires adhibet, ne à domo, quam diu possedit, expellatur.*
  - Generandi *velocitate, quia homo peccator, qui diu in peccato fuit, iustificatur in instanti per pœnitentiam.*
- Fide *Dæmonum. Hîc docent Dæmones credere*
  - Fide *actuali ex signis & coniecturis, etiam ex Scriptura, quam nouerunt, & ex illis actibus credendi generari in illis habitum.*
  - Sed *coactos, & velut cum quodam murmure.*
- Scientia, *quæ triplex esse dicit: ex*
  - Subtilitate *naturæ, & hæc per cognitionem vespertinam. Hac dicunt intelligere naturalia præsentia.*
  - Experientia *temporum. Hac dicunt cognoscere Dæmones naturalia futura.*
  - Reuelatione *spirituum superiorum, qua cognoscunt & voluntaria.*

De Homine.

Hic tractatur de

- Imagine *Dei. Hanc dicunt esse conuenientiam cum Deo, intus & extrà, quod Angeli non habeant. Sicut enim à Patre Filius procedit, sic ab homine homo eiusdem naturæ. Præterea sicut Deus præ latus est omnium in suo vniuerso, ita homo prælatus est omnium in suo vniuerso.*
- Viribus *hominis. Hîc docent,*
  - Hominem
    - Ex *se intelligere res Dei.*
    - Ex *se præstare posse omnia mandata Dei.*
    - Absque *fide posse operari opera placentia Deo.*
  - Hominis *carnem tantùm non intelligere res Dei, nec mandata Dei præstari, nec operari opera placentia Deo. Animam autem intelligere, præstare, & operari posse, etsi non fuerit regenerata.*
- Regeneratione *hominis. Hîc docent hominem regeneratum, tantùm partem iustitiæ recipere in Christo generalem. Vt autem saluus fiat, opus habere speciali iustitia, ex bonis operibus parata.*
- Prærogatiua *hominis. Docent enim inter homines coram Deo prærogatiuam esse, & falsum esse, nos omnes æquales esse.*
- Anima, *vel*
  - Cõiuncta *cor pori. Hîc docent de*
    - Pollutione *animæ, quæ dupliciter fiat: macula*
      - Mortalis *peccati, quæ quidem expellit nitorem gratiæ.*
      - Venialis *peccati, quæ quodammodo retardat actum dilectionis gratuitæ.*
    - Cognitione *animæ, quæ est vel cognitio rerum*
      - In *verbo,*
      - Infusa,
      - Acquisita.
  - Separata *à corpore, &c. Vide literam A.*

A. Sepa-

A. Separata à corpore. Hic docent de

- Loco animarum post hanc vitam: videlicet animas
  - Statim post mortem ire vel in Paradisum, vel Purgatorium, vel Infernum.
  - Separatas à corpore, statim habere locum immobilem.
- Apparitione animarum: videlicet
  - Animas separatas posse exire de locis suis, & apparere.
  - Apparitionem animæ bonæ, vel malæ, esse ad vtilitatem nostram.
  - Vti collatione & discursu, esse connaturale omnibus animabus beatorum.
- Præmiis: videlicet
  - Animas separatas à corpore ante resurrectionem, & præmiari & puniri, etiam pœnis corporalibus.
  - Post resurrectionem puniri animas pœnis æternis.
- Cognitione. Hic docent, animas
  - Quasdam separatas cognoscere quædam, quæ hîc sunt, sed non omnia, idque vel per animas nouiter decedentium, vel per Angelos, vel per Dæmones, vel Deo reuelante.
  - Separatas cum solo originali peccato cognoscere omnia naturaliter cognoscibilia à ratione, & multa alia.
  - Intelligere multa per species infusas.

De Prædestinatione.

Hic docent:

- Quid sit. Definitur hoc modo: Prædestinatio est ratio transmissionis creaturæ rationalis ad vitam æternam in mente Dei, quæ quidem ex parte Dei est æterna, sed quantum ad id, quod importat, scilicet vitam æternam, vel collationem gratiæ, possit dici temporalis.
- Quæ causæ.
  - Voluntas Dei, causans contingenter, vt qui à Deo prædestinatus sit, contingenter prædestinatus sit, & ita potuit non prædestinari & prædestinatus damnari in sensu diuiso, sed non in composito.
  - Præscientia meritorum.
  - Meritum & dignitas hominis, vnde dicitur, prædestinationem ex parte prædestinati aliquid importare.
  - Preces ac intercessiones Sanctorum.
- Quid interest inter prædestinationē et prouidentiā. Quòd
  - Prædestinatio respiciat exitum & euentum ordinis, prouidentia ordinem tantùm.
  - Prouidentia pertineat ad speculationem, prædestinatio ad scientiam practicam.
- An prædestinati certi sint de prædestinatione. Hîc docent prædestinatos non posse esse certos de sua prædestinatione communiter, nisi quibusdam ex singulari priuilegio reueletur: non conuenire tamen omnibus, vt reueletur.

De Libero Arbitrio.

Hic tractatur:

- Quid sit. Definitur hoc modo: Liberum arbitrium est potestas seruandi rectitudinem: id est, conformandi se rectitudini primæ, seu increatæ, quantum est ex sui natura. Vel, Liberum arbitrium est dominus actuum nostrorum à principio vsq; ad finem. Ac dicunt liberum arbitrium non tàm à debito, quàm à facto dici.
- Quę partes liberi arbitrij.
  - Arbitrium in rebus verè intelligendis.
  - Facultas voluntatis liberæ ad tendendum in quodlibet secundum rationem boni sibi ostensum.
  - Appetitus liber, qui possit in vtrumque oppositorum.
  - Facultas in præstandis mandatis Dei sine renouatione spiritus. Hoc dicunt Scholastici facere, quod in se est, cuius hæ sunt species: remouere obstacula gratiæ: id est, deserere actum peccati, non ponere obicem gratiæ Dei: id est, deserere voluntatem peccandi, & conari in bonum, vt est possibile.
- Quotuplex liberum arbitrium, &c. Vide literam A.

A. Quotuplex liberum arbitrium. Est enim vel hominis
- In puris naturalibus constituti. Hic docent multa de
  - Facultate: videlicet
    - Deum, præter conari & posse nostrum, nihil requirere amplius ad iustitiam.
    - Homines per se suis naturalibus viribus posse Legi Dei satisfacere, quod ad substantiam actuum attinet; respectu verò meriti gratiæ tribui, quod ad naturalia.
    - Naturam & rectum dictamen habere, & bonam voluntatem.
    - Christum meruisse tantùm nobis primam gratiam, seu habitum quendam, cuius sit nos facilius ad seruanda præcepta Dei inclinare, cætera esse liberi arbitrij.
    - Ex actu elicito dilectionis posse homines seruare præcepta Dei.
    - In potestate nostra esse saluari, vel damnari.
    - Hominem habere liberum arbitrium in vtramq; partem versibile.
    - Prædestinationem non inferre necessitatem saluti, sed libero arbitrio.
  - Merito liberi arbitrij: vbi docent:
    - Liberum arbitrium iuuari quidem à Spiritu Sancto, sed tamen liberum arbitrium mereri iustitiam.
    - Liberum arbitrium, dum facit quod in se est, promereri ad iustitiam, & peruenire ad gratiam & remissionem peccatorum.
    - Habitum illum seruandi præcepta Dei, quē meruit nobis Christus, parari per præcedentia nostra merita.
    - Ex solo libero arbitrio homines à peccato mortali liberari.
- Regenerati: vbi docent de
  - Facultate hominis regenerati: videlicet
    - Hominem regeneratum tale accipere liberum arbitrium, vt ex libera voluntate perfectissimè satisfaciat Legi.
    - Non posse ei contingere gratiam, qui se ad gratiam non habilitet, faciendo quod in se est.
  - Merito: videlicet,
    - Per opera Legis mereri nos incrementum habitus illius, & vitam æternam.
    - Post habitum dilectionis homines de condigno mereri.

De Peccato in genere.

HIC tractatur:
- Quid sit. Definitur hoc modo: Peccatum est cogitatum, dictum & factum contra Legem Dei.
- Quotuplex. Dicitur enim aliud esse
  - Commissi, quod est præuaricatio præceptorum negatiuorum.
  - Delicti, quod est præuaricatio præceptorum affirmatiuorum.
- Quale sit peccatum. Hic docent:
  - Peccatum non esse nisi voluntarium.
  - Non omne peccatum esse mortale secundùm naturam.
  - Peccatum non esse naturale, propterea affectus illos prauos, qui nobiscum nascuntur, non esse peccata.
- Peccatum in quibus rebus sit. Hic docent:
  - In dictis & factis externis esse peccata, & propterea ea facilè vitari posse.
  - In ignorantia etiam inuincibili nullum esse peccatum.
  - Peccata etiam in his esse: vt cibis, diebus, vestitu, & similibus rebus.
  - Peccatum non esse in cogitationibus, nec cogitationes esse peccata, nec primos motus.
- Quomodo remittatur peccatum. Hic docent:
  - Ad deletionem peccati regulariter requiri pœnam, vel punitionem voluntariam.
  - Peccatum quodlibet remitti, quoad duo: scilicet quoad culpam, & quoad reatum: secundum remissionem verò posse esse sine prima.
  - Peccatorum remissionem primò attribui fidei, secundò charitati, tertiò pœnitentiæ.
- Quomodo transeat. Hic docent, peccatum quandoq; transire actu, & remanere reatu: aliquando transire reatu, & remanere actu: aliquando transire actu & reatu simul.
- Quæ in peccato sint. Hæc videlicet, actio mala, habitus, reatus & pœna. Hic docent peccati actum aliquid esse: sed quando non amplius fit, desinere esse etiam sine gratia. Sed peccati habitum, qui ex malis actionibus relinquitur, etiam aliquid esse, & remanere interdum etiam ipsis cessantibus actibus, etiam post infusam gratiam, & peccati remissionem. Peccati verò reatum, sine macula, secundùm rem nihil esse, deformare tamen animam, non per modum positionis, sed sicut truncato membri per modum priuationis corpus deformat, & maculat.

De Peccato originis.

Tractatur hîc:

- Quid *sit. Hîc docent, peccatum originis*
  - Esse *tantùm fomitem & qualitatem corporis, qua corpus, non anima, infectum sit, cuiq; ex nobis medela adhiberi possit.*
  - Seu *fomitem adiaphoron esse.*
  - Esse *tantùm reatum, qui in Baptismo tollatur, quantum ad effectum, quem consuevit causare in anima, scilicet peccatum.*
  - Actum *esse concupiscendi, non primum vitium ab Adam contractum.*
  - Non *esse puram priuationem, sed tantùm habitum corruptum.*
  - Seu *fomitem, non esse actualem priuationem eius rei, quæ adesse debuit, nec esse rem quotidie mouentem ad peccatum.*
  - Non *esse actualem quandam prauam cupiditatem.*
  - Esse *imbecillitatem in natura, quæ fomes dicitur, & non esse peccatum, sed tantùm pœnam peccati.*
  - Esse *voluntarium per voluntatem Adæ tantùm.*
- Quæ *causæ*
  - Efficiẽtes. *Hic docent:*
    - Qualitatem *illam corporis, seu fomitem, vel contagione pomi, aut ex afflatu serpentis contractam.*
    - Peccatum *fuisse in Adamo, vt in causa principali, in semine verò instrumentaliter: sed in anima subiectiuè: in carne autem, vt pœnam, non vt culpam.*
    - Peccatum *originis, quoad culpam, esse à Patre: quoad pœnalitatem, esse à Matre.*
  - Materiales. *Hic docent, peccatum originis præcipuè esse in membris genitalibus, quantum ad originem, sed consummari operationibus malis, quoad rationem culpæ.*
- Qui *effectus. Hic docent:*
  - Peccatum *originis*
    - Quod *fomitem appellant, non remorari ab ingressu cœli animam è corpore exeuntem, nec esse rem dignam morte.*
    - Non *impedire homines, quominus possint seruare omnia mandata ex se.*
    - Non *impedire cognitionem Dei, fidem, &c.*
    - Minimum *esse grauitate reatus pœnæ, esse tantùm communitate maximum.*
  - Concupiscentiam *non esse peccatum, sed pœnam peccati originis.*
  - Paruulos *damnatos, pro solo originali peccato, nullam habere pœnam sensus in corpore, sed tantùm pœnam damni: id est, carentiam visionis & fruitionis Dei, & teneri eos in loco vili: corpora enim paruulorum impassibilia esse, non ex virtute illorum, sed ex ordinatione Diuinæ iustitiæ.*
- Qui *fuerint sine peccato originis. Hic docent:*
  - Mariam *& Ioannem sine peccato fuisse originali & actuali.*
  - Christum *pro Maria & Ioanne non fuisse mortuum, quòd tantùm pro peccato originis mortuus sit, quo illi caruerint.*
  - Fomitem *in beata Virgine in conceptione, & post conceptionem totaliter sublatum fuisse.*

De Peccato actuali mortali.

Hoc loco docent Scholastici:

- Quid *sit. Hîc docent:*
  - Affectus *& cogitatus prauos non esse peccata, etiam in impijs.*
  - Peccatum *actuale mortale esse formaliter corruptionem rectitudinis moralis in actu elicito, non qui infuit, sed qui inesse debuit, quia voluntas libera debitrix est, vt omnem actum suum conformiter eliciat regulæ superiori, secundùm præceptum diuinum.*
  - Non *omne, quod est factum contra præceptum, aut votum, aut iuramentum, aut etiam contra Dei interdictum, esse peccatum mortale: quia in quolibet horum fiat, peccari posse per surreptionem quandam, & absque perfecto rationis consensu.*
  - Peccatum *mortale esse deordinationem quandam, & deuiationem ab ordine necessario, ad salutis consecutionem.*
  - Consensum *in delectationem motuum, qui est ex deliberatione rationis, esse peccatum mortale.*
  - Mortale *peccatum esse libidinem, vt voluptatem in creatura supra Deum, vel æquè Deo.*
  - Non *omne peccatum mortale esse contra præceptum Dei.*
  - Peccatum *mortale esse, quod contrariatur charitati, non autem fidei, spei, &c.*
- Quotuplex *sit, &c. Vide literam A.*

- Quotuplex *sit. Hic docet:*
  - Mortalia *esse alia carnalia, alia spiritualia. Carnalia maioris esse infamiæ, spiritualia maioris culpæ. Peccata purè carnalia esse gulam, ebrietatem, &c. Purè spiritualia, inuidiam, iram, &c. Media inter vtraq;, sicut auaritiam, &c.*
  - Quædam *committi in Patrem, quædam in Filium, quædam in Spiritum Sanctum. Peccatum in Patrem esse, cùm quis peccat ex passione, seu imbecillitate carnis: hoc peccatum esse in Patrem, quia illi tribuitur potentia. Peccatum in Filium esse, cùm quis peccat ex ignorantia, quòd Filio tribuatur sapientia. Peccatum in Spiritum esse, cùm quis ex libertate propria, seu malitia peccat, quia Spiritui bonitas tribuatur.*
- Quot *sint. Docent esse septem peccata mortalia: vt sunt, superbia, auaritia, luxuria, ira, inuidia, gula, acedia.*
- Quæ *causæ. Hic docent non contrahi peccatum mortale*
  - Quantumcunque *sit eius sensatio, nisi sit eius consensus.*
  - Nisi *accedat delectatio. Nam primos motus non esse peccata.*
- Qui *effectus. Hic docent:*
  - Non *omnia peccata mortalia damnabilia esse.*
  - Peccatum *mortale perdere omnia præcedentia opera & merita, eò quòd mortale peccatum non tantùm necet animam, sed & bona opera perire faciat.*
  - Actum, *qui de se est peccatum mortale, fieri sæpè virtuosum, propter aliquam circumstantiam.*
- A. Quomodo *dimittatur peccatum mortale. Hic docet:*
  - Peccatum *mortale dimitti per confessionem & absolutionem clauium.*
  - Peccatum *dimitti per pœnitentiam.*
  - Quandoq; *peccatum remitti quoad culpam, quandoq; quoad pœnam, quandoq; quoad vtrumq;.*
  - Sine *peccato mortali nunquam dimitti veniale, mortale autem dimitti sine veniali.*
  - Vnum *peccatum mortale non dimitti sine altero. Quia peccata mortalia habent connexionem ad inuicem ex parte auersionis. Peccata tamen venialia non semper esse connexa.*
- Quotupliciter *quis sit in peccato mortali. Videlicet vel quia adhuc sit in affectu, vel actu peccandi, vel quia de commisso peccato non est absolutus, quia non sufficienter contritus sit, vel quia licet in foro conscientiæ, non tamen in foro pœnitentiæ absolutus est, quia non sit confessus.*
- Quomodo *cognosci possit peccatũ mortale: est enim peccatũ mortale, iuxta Scholasticos, vbi*
  - Adsunt *affectus animæ & complacentia.*
  - Quid *citra vel supra Deum, vel æquè Deo diligitur.*
  - Factum *contrariatur charitati Dei & proximi.*
  - Factum *est directè contra aliquod præceptum Dei.*
  - Est *transgressio contra quodcunq; præceptum Ecclesiæ.*
  - Iniuria *est in Deum & proximum.*
  - Sacramentum *indignè sumitur.*
  - Et *alius facto aliquo scandalizatur.*
  - Quis *superiori non obtemperat.*
  - Quis *non resistit peccato, quando potest.*
  - Fit *aliquid ignoranter, dubitando vtrum illud, quod agitur, sit mortale, an veniale peccatum.*
  - Si *aliquid sit animo deliberato, etiamsi opus non consequatur.*

De Peccato actuali veniali.

TRACTATVR hîc à Scholasticis:

- Quid *sit. Hic docent:*
  - Peccatum Veniale
    - Esse *complacentiam seu voluptatem in creatura, infra vel citra Deum: id est, q̃ non plus, quàm Deo, nec æquè sicut Deo, quia nollet, q̃s ei finaliter adhærere, vel ꝓpter illud Deo displicere.*
    - Esse *deuiationẽ ab ordine non necessario, sed vtili: id est, ab obseruatione consiliorum Euangelicorum. Hunc ordinem dicunt esse nõ necessarium ad salutẽ, sed compendiosum tñ & vtilem.*
    - Esse, *quod hominẽ vsq; ad reatum perpetuæ mortis non grauat, sed pœnam meretur, & facilè indulgetur.*
    - Non *contrariari virtuti, nec charitati.*
    - Non *esse contra præceptum Dei, sed præter præceptum.*
  - Consensum *subitum, non præhabita deliberatione, sed ex sola corruptione rationis, quam præcedit appetitus sensualitatis in primo motu, dicit surreptionem & esse peccatum veniale.*
  - Consensum *in veniale ex genere esse peccatum veniale.*
- Quotuplex. *Docent hîc:*
  - Peccatum *veniale esse triplex. Quoddam veniale ex sola surreptione: id est, sine aduertentia, quod præuenit deliberationem, & illud sicut vitari non potest, ita nunquam esse mortale, quamdiu manet in illo genere & surreptione. Quoddam verò veniale, quod sit cum cogitatione, sine aduertentia & pleno consensu, vt in cogitatione de muliere, & in delectatione citra consensum in delectationem. Tertio est veniale cum ratione & consensu, quia non sit contra præceptum, vt verbum otiosum & mendacium iocosum, risus superfluus, &c.*
  - Vnum *veniale posse esse capitale, respectu duorum venialium.*
- Qui *effectus, & seq. Vide literam A.*

A. Qui

Peccatum veniale
- Non auertere à fine, sed impedire aliquantulum progressum ad finem.
- Non separare nos à consortio Dei, vt peccatum mortale, non tollere virtutis habitum, sed impedire ipsius actum.
- Non tollere gratiam, sed stare posse cum ea.
- Non habere propriè rationem offensæ & peccati simpliciter & perfectè.
- Quamuis Deo displiceat, cùm inordinatum sit, non facere tamen ipsum peccantem displicere Deo, quia non priuetur gratia, sed obnubiletur in quantum eius processus impeditur ad exteriora, & propter hoc vnum veniale non impedire, quin aliud remitti possit.

Qui effectus: vbi docent:
- Veniale peccatum non habere contemptum Dei, sed habere quandam desidiam pro quanto plus adhæret creaturæ, quam proficit ad adhærendum Deo.
- Veniale peccatum non puniri pœna æterna, sed temporali tantùm.
- Peccata venialia non habere connexionem ad inuicem, nec parte auersionis, quia non auertunt à summo bono, nec ex parte conuersionis. Ideò vnum remitti posse sine alio. In mortalibus secus esse.
- Per veniale peccatum non omnino auerti mentem à Deo.

In quibus sint venialia peccata. Hic docent:
- Etiam in impijs posse esse veniale peccatum.
- Homines quosdam in hac vita sine venialibus etiam esse posse.
- In parvulis primùm surgere venialia, postea mortalia.
- In parvulis naturaliter non esse peccatum, nec veniale, nec mortale.

Quomodo remittantur peccata venialia. Hic docent:
- Peccatum veniale remitti per aquam benedictam, Purgatorium, &c.
- Ad venialium peccatorum expiationem non opus esse gratia, vel Christo.
- Venialia peccata non pertinere ad confessionem & absolutionem clauium.
- Vnum veniale posse remitti sine alio.
- Quodlibet opus meritorium habere vim remittendi peccatum veniale.
- Veniale peccatum remitti in Baptismo, non tanquam repugnans gratiæ, sed tanquam repugnans gloriæ.
- Venialia peccata remitti confessione generali, quantum ad culpam & pœnæ diminutionem.
- Ad peccati venialis remissionem non exigi nouum charitatis habitum, sed sufficere nouum motum.
- A. Peccatum veniale aboleri in præsenti à gratia finali in ipsa dissolutione corporis & animæ in salvandis, sed non quantum ad pœnam, quæ soluatur in Purgatorio.
- Pœnitentiam per accidens requiri ad deletionem venialium, & hoc tribus modis: Primùm, ratione dubij, vt quando creduntur esse mortalia. Secundò, ratione statuti, vt est, quando homo, qui tenetur confiteri semel in anno, non habet nisi venialia. Tertiò, ratione periculi, vt quando venialis delectatio ad hoc perducta est, vt nisi homo se auertat ab ea, trahitur in mortale.
- Peccatum veniale non dimitti sine contritione, cuius hæc sit ratio: quia quandiu manet voluntas in aliquo veniali, nunquam dimittitur.
- Tolli peccata venialia per hæc potissimùm: Primò, per ea, quæ gratiam conferunt, vt sunt Sacramenta Ecclesiæ. Secundò, quibus impedimenta feruoris tolluntur, vt sunt aqua benedicta, quæ virtutem inimici reprimat, & Episcopalis benedictio. Tertiò, exercitium humilitatis ex parte nostra: vt sunt, tonsio pectoris, oratio Dominica, eleemosyna, ieiunium, &c.
- Vnum actum charitatis posse delere omnia venialia.
- Statim post mortem remitti peccata venialia.
- Ingressum Ecclesiæ consecratæ delere peccata venialia.
- Peccatum veniale remitti post mortem in Purgatorio, quo ad culpam & pœnam.

Quot modis sit peccatum aliquod veniale. Primùm, ex genere, vt verbum otiosum. Secundò, ex euentu, secundum quod per pœnitentiam de mortali fit veniale. Tertiò, ex causa, vt quando fiunt quædam ex infirmitate & ignorantia, quæ licet quandoque sint mortalia, tamen dicantur venialia ex comparatione ad peccatum, quod fit ex certa malitia.

In quibus casibus non remittatur peccatum veniale. Docent Papistæ in duobus non remitti. Primùm, si talis habeat peccatum mortale, quia sine peccato mortali nunquam dimittatur veniale, licet econtrà possit fieri, scilicet, quòd mortale dimittatur sine veniali; cùm enim mortale peccatum tollat charitatem, quæ vniuersa delicta operiat, constare satis, quòd existenti in peccato mortali, nullum remittatur veniale. Secundò, quando voluntas fixa est in affectu alicuius peccati venialis determinati, quod idem tolli non possit.

De Lege.

TRACTATVR hîc à Scholasticis discrimẽ Legis, quòd alia sit

Diuina, quæ est vel

Naturalis. *Hîc docent:*

Quid sit: videlicet

- Naturalem *cognitionem Dei ante lapsum aliquam fuisse Dei notitiam, sed nõ perfectissimam: id est, talem quòd Deus creet, gubernet, & conseruet omnia.*
- Legem *naturalem esse signum naturaliter habitum, notificatiuum rectæ ratiocinationis diuinæ, volentis creaturam rationalem ligari ad aliquid agendum, pro consecutione finis naturalis, qui est felicitas humana, siue Monastica, siue œconomica, siue politica.*
- Non *omnia præcepta Decalogi esse legis naturalis: quia non omnia præcepta sint principia practica ex terminis euidentia, aut conclusiones ex illis necessaria consequentia illatæ.*
- Secundæ *Tabulæ præcepta, tàm affirmatiua, quàm negatiua de lege naturæ esse non strictè, sed largè sumta. Non strictè, quia eorum, quæ ibi præcepta sunt, aut prohibita, non sint principia practica simpliciter necessaria, nec conclusiones simpliciter necessariæ, sed sint de lege naturæ communiter accipiendo.*
- Præcepta *naturæ esse tantùm de necessarijs ad salutem, sed non esse satisfactoria.*

Qui effectus. Hic docent:

- Naturalem *notitiam habere eandem efficaciam in cognoscendo & colendo Deo, quam habuit ante lapsum.*
- Quę *lex naturalis dicitur, quasi deriuata ex primis principijs eius, non habere vim coactiuam per modum præcepti, nisi diuina aut humana lege sancita sint.*

Moralis. *Hîc docent:*

Quid sit: videlicet

- Leges *Dei morales consilia tantùm esse pro perfectioribus data.*
- Legem *Dei moralem externa tantùm opera exigere.*
- Legem *diuinam moralem esse signum verum creaturæ rationali reuelatum, notificatiuum rectæ ratiocinationis diuinæ, volentis teneri seu ligari illam ad aliquid agendum, vel non agendum, pro consecutione felicitatis æternæ.*
- Legem *diuinam moralem esse, quæ per diuinam reuelationem, per finem beatitudinis sit principaliter ordinata.*
- Traditiones *Ecclesiæ leges esse diuinas.*

Quotuplicia sint præcepta legis moralis. Hæc dicũt esse quadruplicia:

- Primæ *necessitatis, sine quibus imago Dei, quæ homo est, nõ saluatur.*
- Secundæ *necessitatis, quæ à primo & naturaliter obligant in generali, & non in spirituali, vt esse satisfacere pro peccatis.*
- Tertiæ *necessitatis esse, quæ ex actu humano obligent, sicut, votum: vel quæ obligent quosdam, sed non omnes, aut etiam omnes in casu, sicut consilia.*
- Quartæ *necessitatis esse, quæ Prælati Ecclesiarum instituant, vt Papa, &c.*

Qui sint gradus legis diuinæ. Hîc plures illi gradus cõstituunt: in

- Primo *gradu ponunt leges immediatè reuelatas à Deo pro tota communitate hominum, aut principaliori parte, vt quæ scriptæ sunt in Biblijs.*
- Secundo *ponunt leges diuinas, quæ ex præcedentibus solis deducuntur in consequentia euidenti.*
- Tertio *ponunt leges diuinas, ex prædictis deductas, per successiuam reuelationem Apostolorum & aliorum, æquiualentem scripturæ canonicæ, sicut sunt determinationes Ecclesiæ.*
- Quarto *ponunt leges specialiter inspiratas quibusdam singularibus personis pro se, aut pro paucis ad hoc electis.*

Qui effectus: videlicet,

- Lege *Dei non damnari concupiscentiam.*
- Hominem *credentem Euangelio posse satisfacere Legi Dei, & iustificari per legem, sicut antea per legem naturæ & Mosaicam.*
- Præcepta *affirmatiua obligare semper, sed non ad semper: negatiua obligare semper, & ad semper.*
- Inducere *homines ad propriam eorum virtutem.*
- Leges *diuinas ordinatas esse ad purificandum cor, & ad bonam conscientiam.*
- Moralia *præcepta non esse tantæ efficaciæ, vt sufficiant ad verum & perfectum Dei cultum.*

Ceremonialis. *Hîc docent, leges ceremoniales in veteri Testamento iustificasse homines, quia continuerint sub se sacrificia pro peccatis. Item Christianos non ab omnibus ceremonialibus Mosaicis esse liberos.*

Iudicialis. *Hîc docent, has leges non esse propriè leges diuinas, quia non immediata, nec directa intentione ordinent ad finem vltimum & supernaturalem.*

De Euan-

De Euangelio.

Hic tractatur:

- Quid *sit. Hic docent, Euangelium non*
  - Esse *gratuitam, sed legalem & conditionalem promissionem.*
  - Præcepta *tantùm, sed & consilia plurima habere. Magnum autem discrimen esse inter præcepta & consilia.*
- Quot *sint. Hîc docent, non esse plura Euangelia, nec plures Euangelistas, quàm quatuor, nec vllius alterius scripta Euangelia dici posse. Non esse verum quod quidam dicunt, Euangelij rationem per veteris & noui Testamenti libros sparsam esse.*
- Quibus *datum sit Euangelium. Populo scilicet noui Testamenti: homines enim ante Legem, loco Euangelij, legem naturæ habuisse: Iudæos legem Mosaicam: nos Christi Euangelium habere.*
- Quantę *autoritatis. Hic docent,*
  - Doctrinam *Euangelij non esse digniorem doctrina Legis.*
  - Patrum *scripta & Concilia illa quatuor cum Euangelijs conferenda esse.*
  - Frustra *seruare aliquem Euangelium, nisi seruet Canones Conciliorum.*
  - Euangelio *& iuri Canonico optimè conuenire.*
  - Euangelium *imperfectum esse, & pauciſsimas habere traditiones: quia Christus promiserit Spiritum Sanctum, qui debuit Ecclesiæ necessarias ceremonias reuelare & ordinare.*
  - Non *omnia, quæ credenda sunt, doceri in Euangelio. Vnde, Christum descendisse ad inferna, non doceri in Euangelio, & tamen credendum esse, sicut articulum fidei. Item multa alia de Sacramentis Ecclesiæ nõ esse expressa in Euangelio, & tamen Ecclesiam tenere illa esse tradita certitudinaliter ab Apostolis.*
  - Dignitatem *Euangelij sicut & Sacramentorum, ex Ministris etiam pendere.*
  - Euangelium *esse digniorem doctrinam, quàm cæteras, ideò à Diacono tantùm cantari, Epistolam à Subdiacono.*
- Quę *causæ.*
  - Conditio *impletæ Legis.*
  - Iustitia *nostra.*
- Qui *effectus. Hic docent,*
  - Euangelium *etiam dubitantibus promittere remissionem peccatorum.*
  - Euangelium *dubitationem non reijcere.*
  - Præcepta *Euangelij vrgentia esse, quæ vrgeant opera ad iustitiam necessaria.*
  - Euangelium *remissionem peccatorum non gratis, sed propter Legem adferre.*
  - Euangelium *triplicitèr iustificare hominem. Primùm, per fidem, in quantum credit esse Christum verum Deum & hominem, & Redemtorem totius generis humani. Secundò, per charitatem perfectam erga Deum & proximum. Tertiò, per Spem, in quantũ contemtis rebus terrenis, ponet finem suum in cœlestibus à Christo promissis, & sic non operatur propter aliquod præmium temporale, sed propter vitam æternam.*
  - Legem *veterẽ non contulisse gratiam sed legem Euangelij nouã gratiam conferre.*
  - Legem *Euangelicam immediatè ducere ad vltimum finem.*

De Fide.

TRACTATVR hîc à Scholasticis,

- Quid *sit: videlicet fidem*
  - Esse *qualitatem in nobis.*
  - Esse *principium, seu causam adferentem alias virtutes, propter quas iustificemur.*
  - Et *dubitationem non esse oppositam.*
  - Aliquando *accipi pro actu, aliquando pro habitu, aliquando pro obiecto. Pro actu, esse assensum reuelatæ veritatis. Pro habitu, esse habitum ex huiusmodi assensibus frequentatis acquisitum, vel immediatè à Deo infusum, inclinantem ad assentiendum reuelatis veritatibus. Pro obiecto, esse veritatem creditam. De primo dici, fides ex auditu: de secundo, sine fide impossibile est placere Deo: de tertio, enuntiatus verbo fidei, 1. Tim. 3. id est, veritatum credendarum.*
  - In *paruulis nec habitum, nec actum fidei esse elicitum, aut imperatum.*
  - Accipi *pro intentione faciendi. Non enim aliter requiri fidem ad efficaciam Sacramenti, nisi quòd exhibeatur intentione hoc faciendi, quod Deus instituit, & talem intentionem dici fidem, & esse Sacrificulorum.*
  - Esse *virtutem, qua creditur, quod non videtur, quod ad religionem pertinet, quod de habituali formata intelligatur.*
  - Esse *habitum informatum charitate ad iustitiam.*
  - Scientiam *& opinionem posse esse de eodem materialiter simul.*
- Quotuplex: *videlicet, fidem, & seq. Vide literam A.*

- Quotuplex: videlicet, fidem
  - Duplicem esse, acquisitam & infusam: Acquisitam esse, quæ paratur institutione & vsu: Infusam, quæ à Deo infundatur, & per fidem acquisitam pronocetur. Fidem acquisitam ad credendos articulos fidei esse necessariam, fidem infusam non item.
  - Acquisitam duplicem esse: alteram formatam, quæ charitati iungatur: alteram informem, quæ & mortua dici possit, quòd sit sine charitate.
  - Aliam habitualem, aliam actualem, ac credere nos actuali fide formaliter: habituali, tamquam dispositione nos disponente, & concausante, & inclinante ad actum credendi firmiùs eliciendum.
  - Aliam esse generalem, aliam specialem.
  - Aliam esse explicitam, aliam implicitam. Explicitam esse actualem assensum catholicæ veritatis, siue vniuersalis, siue particularis. Implicitam esse habitualem, vel actualem assensum propositionis generalis, multas particulares veritates includentis. Vt omne contentum in Scriptura Canonica est verum. Quicquid credit Ecclesia, est veritas Catholica, &c.
- Quorum sit fides explicita & implicita. Hîc docent,
  - Omnia Ecclesiæ membra pro statu legis Euangelicæ teneri eadem credere, non quidem explicitè, sed implicitè: maiores verò, vt Pastores Ecclesiæ, Prælatos, &c. explicitè.
  - Minores, id est, laicos non teneri credere, quod Clerici literati, nisi fide implicita.
  - Minores quidem non teneri circa singula credibilia particularia explicitam habere fidem: teneri tamen omnes particulares errores, ne pertinaciter eis adhæreant, cauere.
  - Obtusis, qui articulos in Symbolo ordinatos non possunt credere, sufficere, quòd omnes credunt, dum coram eis recitantur.
- Quæ causæ.——
  - Dilectio nostra.
  - Scientia Theologica.
  - Opinio vehemens.
- A.
  - Fidem informem & infusam non iustificare, sed formatam.
  - Iustificare fidem acquisitam ex opere operato.
  - Fidem magis principaliter iustificare, opera minùs principaliter.
  - Fidem esse principium iustificationis, seu præparationem ad iustificationem.
  - Fidem non habere aliam functionem ab aliis virtutibus distinctam.
- Qui effectus: videlicet
  - Specialis fidei hos esse actus. Primus, credendo, amare: secundus, credendo, in Deum ire: tertius, credendo, ei adhærere: quartus, credendo, membris eius incorporari.
  - Fidem solam non habere meritum, reliquas virtutes habere.
  - Fide formata à peccatis emundari homines.
  - Fidem dirigere intentionem, sed charitatem facere intentionem meritoriam.
  - Fidem non reijcere dubitationem.
- Vbi sit. Hîc docent, fidem
  - Esse posse in eo, qui sit in peccato mortali.
  - In pijs & in impijs esse possit.
- Quomodo fide à Patribus veteris Testamenti differamus: videlicet,
  - Eandem fuisse Patrum & nostram fidem, quòd ad infusam fidem attinet, acquisitam non eandem, nisi respectu certorum articulorum, puta, articuli creationis, lapsus, futuri iudicij: sed non quoad omnes articulos fidei.
  - Propositiones creditas à Patribus distinguendas esse à creditis à nobis.
  - Credere generaliter & implicitè necessarium fuisse omni homini ad salutem post lapsum, sed in Lege Mosi particulariter: in Lege Euangelica adhuc magis particulariter.

De Iustificatione.

DOCETVR hîc à Scholasticis,

- Quid sit: videlicet
  - Iustificationem significare qualitatem in nobis, aut virtutem, seu infusionem habitus, vt facilius per opera ad Iustitiam perueniamus.
  - Iustificationem non esse gratuitam, sed legalem.
  - Iustificare, significare nouas habere virtutes, propter quas iustificemur.
  - Iustificationem obseruationem esse certorum rituum.
  - Iustitiam hominis esse rectitudinem, qua homo iustificatur in conspectu Dei, & sic sumi pro charitate.
  - Iustitiam esse habitum, per quem iustorum operationes fiant.
  - Iustificationem esse motum ab iniustitia ad iustitiam.
- Vnde dicatur iustificatio. Hîc docent dici iustitiam à iuxtà, vt illa operatio dicatur iusta, quæ fiat iuxta Legem.
- Quis sit iustus, seu iustificatus. Is videlicet, qui præditus sit iustitia, vel qui seruat iustitiam, vel qui custodiat mandata Dei.
- Quotuplex: videlicet iustitiam, &c. Vide literam A.

A. Quo-

Quotuplex: videlicet iustitiam
- Aliam esse generalem, aliam specialem: per Christum autem accipere nos generalem iustitiam: verùm vt salui fiamus, opus esse nobis speciali ex proprijs operibus parata. Iustitiam verò rationes Mosis & Euangelij nihil inter se differre, aut parum admodum.
- Esse triplicem: innatam, acquisitam, & infusam. Innatam esse rectitudinem naturalem: acquisitam, virtutem moralem, per quam possumus rectè agere: infusam, esse gratuitam: id est, charitatem, & hanc dicunt esse Theologicalem.

Quæ causæ. Hic docent
- Nostra opera, meritum congrui & condigni, actum elicitum faciendo, quod in se est, conuersionem voluntatis ad Deum, dispositionē hominis, motum liberi arbitrij, qui prior sit gratia Dei, contritionem, Legis impletionem, charitatem, &c. esse causas iustificationis.
- Deum, secundùm speciale priuilegium, posse hominem iustificare sine omni præparatione: Verùm secundùm Legem communem non iustificare, nisi eos, qui se præparant. Hanc præparationem esse per efficacem displicentiam peccati, & per affectum & feruens desiderium ad Deum, ideò sequi infusionem gratiæ & iustificationem.
- Deum esse principalem causam iustificationis, passionem Christi meritoriam causam. Sacramenta instrumentales causas, fidem contingens instrumentum causæ principali.

Qui effectus. Videlicet iustificatum per pœnitentiam posse mereri augmentum gloriæ per bona opera, quæ fecit dum erat in peccato, & hoc per nouam oblationem in virtute nouæ gratiæ.

A. An vna sit ratio iustificationis. Hic docēt,
- Patres ante datam Legem, lege naturæ fuisse iustificatos: Iudæos, lege Mosaica: nos, lege Euangelica iustificari.
- In habentibus vsum rationis non sufficere meritum Christi ad iustitiam, seu remissionem peccatorum, sicut in non habentibus, qui merito Redemptoris saluentur & iustificentur, & non proprio merito: sed necesse esse addere etiam proprium meritum.
- Iustitiam Euangelicam excellere iustitiam veteris Testamenti: nam hoc prohibuisse operationem malam, sed istam prohibere animum, & linguam, & manum.
- In habentibus vsum rationis, præparationem, qua facit homo, quod in se est, requiri ad iustificationem, non autem in carentibus vsu rationis.

In quibus consistat iustificatio. Hic docēt,
- Iustificationem, in munditia cordis, operatione bonorum, locutione & patientia, in aduersis, consistere.
- Hæc quatuor necessaria esse ad iustificationem: scilicet gratiæ infusionem, motum liberi arbitrij, contritionem, & peccati expulsionem.
- Quinque esse, quæ iustificent animam: Deum autoritatiuè: Gratiam formaliter, expellentem morbum spiritualem: Sacramenta, in quibus conferatur gratia: impletionem mandatorum: & Sacerdotem in ministerio.
- In iustificatione impij aliquid esse ex parte Dei, aliquid ex parte peccatoris, aliquid ex parte Ecclesiæ. Ex parte Dei duo: scilicet misericordiam & iustitiam, qua emendationem exigit, vel hic, vel in Purgatorio. Ex parte peccatoris duo: dolorem, & amorem. Ex parte Ecclesiæ duo: Meritum Christi: item aliorum Sanctorum, qui fecerunt opera multa supererogationis.

Quot modis dicatur iustificari. Hic docent,
- Iustificare multipliciter accipi. Primùm, effectiuè, & sic solus Deus dicitur iustificare. Secundò, formaliter, & sic gratia dicitur iustificare: id est, charitas. Tertiò, non solum in habitu, sed etiam effectu, vt fides. Quartò, vsu & exercitio, vt mandata Dei, in quibus iustitia exercetur.
- Iustificationem bis tribui. Primum, fidei, vt principio. Secundò, charitati. Tertiò, pœnitentiæ, vt fini Iustificationis.

De Operibus.

TRACTATVR hîc à Scholasticis,

Quid sit: videlicet
- Opus bonum esse, quod fiat opinione iustitiæ & salutis quærendæ per ipsum.
- Opera Sanctorum Ecclesiæ esse bona principalia, quæ vocari possint Thesaurus cœlestis.

Cur bona opera dicantur. Quòd videlicet faciant homines bonos.

Qualia sint. Videlicet facilia & possibilia nostris viribus.

Quotuplex bonum opus: videlicet
- Opera alia esse Decalogi, alia supererogationis, alia traditionū humanarum. Nam opera à Pontificibus præscripta cū operibus Decalogi conferri posse. Opera supererogationis esse peregrinationem ad loca Sanctorum, rosaria, opus consilij, vel quæ fiunt vltra id, quod quis debet. Consilia verò Euangelica decem recensentur: Paupertas, obedientia, castitas, charitas, mansuetudo, misericordia, simplicitas verborum, vitare occasiones peccati, rectitudo intentionis, conformitas operis ad doctrinam.
- In vita Christiana consideranda esse quatuor genera operationū. Nam quædā procedunt ab ipsa charitate & fide formata, vt ea, quæ fiunt ab aliquo iusto, secundùm Legē diuinā. Talia opera dicuntur totaliter bona, & meritoria vitæ æternæ. Quædam fieri ab aliquo, quæ nec fiant ex charitate, nec contra charitatē, nec propter Deum, nec contra diuinam Legem, sed naturaliter, propter aliquod naturale interesse, vt defendere cognatū, & hæc non esse meritoria. Quædam fieri ab aliquo, quæ licet non procedant à charitate, tamen non esse contra charitatē, nec contra Legem Dei, & propter Deum fieri, vt eleemosynæ, & alia opera misericordiæ. Istæ operationes vocantur informes, quibus peccator intendat facere quod in se est, & disponit se ad vitam.
- Opera multiplicia esse, &c. Vide literam A.

Qui effectus, &c. Vide literam B.

Opera multiplicia esse: esse enim opus carnale, Spirituale, satisfactorium, pœnale, formaliter bonum, opus formatum, opus supererogationis, &c. Opus carnale esse opus carnis, vel vitiosum. Opus Spirituale, opus spiritus vel bonum, vel virtuosum, vel meritorium. Satisfactoriũ ad hæc tria reduci: eleemosynam, ieiunium, & orationem, si fiant voluntariè. Pœnale dici dupliciter: vno modo formaliter, scilicet quod infert afflictionem, vel pœnam agenti interiorem, scilicet tristitiam animæ, & dolorem exteriorem corpori, vt contritio, ieiunium, castigatio, labor corporalis, &c. Hoc opus non esse satisfactorium, quia nec virtuosum. Alio modo virtualiter, scilicet quando eminenter includit perfectionem operis pœnalis, & reddit hominem paratum ad subeundam passionem, aut laborem, si occasio adsit. Opera formata dici dupliciter: vno modo per exclusionem deformitatis peccati: alio modo per positionem dignitatis meriti, & sic mandata Decalogi obligare ad opera formata.

Opus aliud morale, aliud meritorium. Moralia illa dici, quæ eliciuntur, vel imperantur ab ipsa voluntate, secundum esse completum dictamen rectæ rationis. Opera meritoria dici, quæ eliciuntur à voluntate, secundùm inclinationem charitatis, vel gratiæ.

A. Opus virtuosum & laudabile triplex esse. Quoddam simplex, pertinens ad vitam contemplatiuam, cuiusmodi est amare Deum, audire Missam, orare Deum, &c. Aliud simplex pertinens ad vitam actiuam, sicut est recipere hospites, ministrare infirmis, &c. Tertium item pertinens ad vitam actiuam, deriuatum à plenitudine contemplationis, vt est, prædicare, docere.

Opera quædam dicuntur viua, quædam mortua, quædam mortificata. Viua, quæ fiunt ex radice Spiritualis vitæ, quæ est charitas, propter quæ operãs remunerandus est vitâ æternâ. Mortua, quæ facta sunt à carente vita gratiæ, quæ reuiuiscunt per pœnitentiam. Mortificata, quæ à principio erant meritoria, sed per consequens mortale peccatum ab assecutione præmij impedita. Bona enim opera quamdiu sunt coniuncta radici merendi, viuere dicuntur: quando verò ab illa separantur, dicuntur mori: quando reuertuntur, dicuntur viuificari.

Opus aliud esse operans, aliud operatum. Opus operatum esse opus, vel signum exterius exhibitum, quod fit ad significandum aliquid, & valet ex institutione & pacto, sicut Sacramenta nouæ legis valent ex opere operato: id est, ex vi Sacramenti conferunt gratiam, si suscipiens non ponat obicem, &c. Opus operans est motus ipsius agentis interior, & fructus est Sacramentorum, vt per ea consequamur gratiam, non solum ex opere operante, sed & ex opere operato.

B. Qui effectus: videlicet

- Opera ex proprio debito mereri tàm Spiritualia, quàm corporalia.
- Opera, quæ præcipuè fidem sequantur, iustificare.
- Opera mereri vitam æternam.
- Per bona opera nos participes fieri passionis & meriti Christi.
- Opera, quæ facit homo ex se, placere Deo, nec esse vitiosa.
- Singulis operibus respondere singulare præmium.
- Etiam dubitantium opera placere Deo.
- Per opera accessum patere ad Patrem, & mereri nos habitum.
- Per opera extra gratiam facta mereri nos ex pacto diuinam gratiam.
- Bonum opus impositum in confessione à Sacerdote, magis satisfacere pro peccatis, quàm opus Spontè susceptum.
- Opera meritoria esse trium: vitæ æternæ, quod præmium substantiale vocatur, augmenti gratiæ, quod est præmium accidentale, & remissionis pœnæ.
- Opera mortua esse meritoria, nõ ex condigno, sed congruo, & valere ad habilitatem gratiæ, abundantiam bonorum temporalium, honestatem, iucunditatem, pulcritudinem, &c.

De Merito.

TRACTATVR hîc à Scholasticis,

- Quid sit: videlicet meritum
  - Esse actionem, qua iustum est, vt agenti aliquid detur.
  - Esse operationem aliquam liberè à voluntate elicitam ad præmij retributionem alteri, vel alteri acceptam.
  - Dici respectu æternorum bonorum.
  - Esse æquale præmium vitæ æternæ, æqualitate quantitatis, imò æqualitate proportionis.
- Quotuplex. Docent Scholastici, meritum esse triplex: congrui, digni, & condigni. Meritum congrui esse, per quod disponitur subiectum, vt possit recipere gratiam, secundùm rationem diuinæ iustitiæ, & istud vocari dispositionem materiæ, quando quis facit quod in se est. Quando autem facit quis quod in se est, dicunt illum mereri formaliter primam gratiam: id est, charitatem de congruo, & hoc meritum inniti misericordiæ Dei. Meritum digni esse identitatem operantis ad assequendum id, quod meretur. Meritum condigni esse, quod non misericordiæ, sed iustitiæ Dei innitatur, vt hominem possit habitum illum, seu primam gratiam, quam meruit nobis Christus, vt facilius seruemus præcepta Dei, de condigno mereri asserant æternæ videlicet beatitudinis præmium.
- Quæ causæ meriti, &c. Vide literam A.

A. Quæ

- A. Quæ causæ meriti: videlicet
  - Gratia, *quæ sit principium merendi remotum, charitas verò proximum.*
  - Contritio.
  - Facere *hominem quod in se est, seu dispositio hominis.*
  - Perfecta *charitas. Dicunt enim Scholastici, totam vim merendi consistere in charitate, nō autem totum effectum, quia merendi effectus consistat etiam penes magnitudinem operis.*
  - Difficultas *operis, quæ multum faciat ad meritum. Nam labor maior magis fit meritorius, quàm labor minor, & hoc tripliciter: ratione maioris charitatis, ratione nobilioris operis, & ratione magis difficilis operis.*
  - Timor *pœnæ æternæ, qui per se sit meritorius, vt est in voluntate: per accidens autem, vt est passio.*
- A. Qui effectus: videlicet
  - Merito *Sanctorum nos iuuari.*
  - Meritum *congrui & condigni media, & scalas esse, quibus transeatur ad gratiam.*
  - Merita *nostra honorem & meritum Christi commendare.*
  - Merita *superflua & effluentia alijs vendere, & pecunias hinc corradere.*
  - Induere *mortuis cucullum, quod sit testimonium meriti Monastici, & aliena merita applicari posse alijs minùs merentibus.*
  - Vnum *mereri alteri bonam inclinationem ad primam gratiam, sed non primam gratiam per se. Item mereri alteri augmentum gratiæ, & dimissionem pœnæ.*
  - Existentem *in gratia mereri ex condigno vitam æternam, ratione gratiæ, sed ex congruo tantum ratione liberi arbitrij.*
  - Præmium *duplex habere meritum: scilicet delectationem & gloriam.*

Ad *meritum acquirendum quæ requirantur. Quædam ex parte hominis, vt subiectum, id est, anima, liberum arbitrium, & intentio, siue finis. His tribus docent respondere tria ex parte Dei, gratiam, virtutem & charitatem. Gratiam reddere subiectum Deo gratum, virtutem habilitare liberum arbitrium, charitatem intentionem dirigere ad finem debitum. Sunt qui ad meritū hæc tria requiri dicant: statum vitæ, dominium operis, & charitatem.*

De Sacramentis in genere.

TRACTATVR hîc à Scholasticis:

- Quid *sit: videlicet*
  - Sacramenta *esse medicamenta perfecta, & pigmenta odorifera, & vnguenta salutifera: salutifera, respectu ægroti curandi: odorifera, respectu Dei placandi.*
  - Sacramentum *esse corporale, vel materiale elementum, foris sensibiliter propositum, ex similitudine repræsentans, in institutione significans, ex sanctificatione continens aliquam inuisibilem & spiritualem gratiam.*

Vnde *dicatur Sacramentum. Videlicet à sacrando passiuè, sicut medicamentum à medicando, ornamentum ob ornando: sic sacramentum, quo quis sacratur.*

Quot *modis accipiatur Sacramentum. Docent tripliciter accipi: Vno modo pro sacro mysterio diuinitatis, incarnationis, &c. Secundo, pro sacro signo, & hoc modo extendere se ad sacrificia & cæremonias veteris Testamenti. Tertio modo, pro signo gratiæ efficaci & certo, & sic noui Testamenti signa dici Sacramenta.*

Quotuplicia *sint Sacramenta. Videlicet quadruplicia: Paradysi, legis naturæ, legis Mosaicæ, & legis Euangelicæ. Paradysi tria fuisse Sacramenta: Legis naturæ item tria, Matrimonium, Primogenituram, & Decimas. Veteris Testamenti varia fuisse signa, quædam fuisse medicinalia, vt Circumcisionem, & Sacrificium pro peccatis: quædam præparatoria, quibus præparabantur Iudæi ad cultum Dei exequendum: quædam significatoria, veritatis in nouo Testamento reuelandæ. Sic Iudæis loco Baptismatis fuisse Circumcisionem: loco Pœnitentiæ, communia Sacrificia: loco Ordinis, Sacerdotium, &c. Legis verò Euangelicæ septem esse sacramenta, quæ hoc versu comprehendantur:*

Parba carem pilis, est omni tempore vilis.

- Quæ *causæ: videlicet*
  - Institutio *Christi.*
  - Vulnera *Christi.*
  - Sacerdotis *intentio & idoneitas.*
- Qui *effectus: videlicet*
  - Sacramenta *noui Testamenti iustificare, & conferre gratiam ex opere operato: Sacramenta verò veteris Testamenti ex opere operante.*
  - Sacramentum *fidei, non fidem Sacramenti iustificare.*
  - Sacramenta *remissionem peccatorum semper dedisse.*
  - Sacramenta *à peccatis mundare, in bono confirmare, corpori Christi mystico incorporare, ad futuram vitam præparare, erudiendo illuminare, à malo reseruare, &c.*
- Quæ *pertinēt ad Sacramenta. Hic docent:*
  - Tria *pertinere ad Sacramenta: Verbum, rem, & intentionem conferentis.*
  - In *Sacramento duo esse: Opus operans, id est, vsum Sacramenti: & Opus operatum, id est, ipsum Sacramentum.*
- Quantæ *sint dignitatis, & seq. Vide literam A.*

- Quantæ *sint dignitatis & excellentiæ Sacramenta noui Testamenti. Hic docent:*
  - Simpliciter *tantùm non esse colenda Sacramenta, sed & adorranda.*
  - Sacramenta *præstantiora longè esse, quàm* Verbum Euangelij.
- Qui *sint, qui dignè accipiant Sacramenta. Videlicet, qui præparationibus suis, vt ieiunio, oratione, lectione oris, &c. se dignos faciunt.* *A.*
- Quid *interſit inter Sacramenta* Veteris *& nouæ Legis. Videlicet, Sacramenta*
  - Veteris *Legis nihil commune habuisse cum Sacramentis nouæ Legis.*
  - Nouæ *Legis valere ex opere operato:* Veteris *Legis, ex opere operante.*
  - Nouæ *Legis impleri amore:* Veteris *Legis impleta esse timore. Illa esse signa gratiæ, hæc non item. Illa esse signa & causas: hæc signa tantùm. Illa conferre & dare gratiam, quam continent: hæc verò nec contulisse, nec dedisse.*

De discrimine ac diuisione Sacramentorum.

- SACRAMENTA, iuxta Scholasticos, vel sunt legis
  - Naturę: *vt*
    - Matrimonium, Primogenitura,
    - Decimæ, *quæ remissionem peccatorum significent, propter numerum.*
    - Sacrificia *& oblationes.*
  - Mosaicę, *q̃ sint vel*
    - Medicinalia, *vt Circumcisio & sacrificia pro peccatis.*
    - Præparatoria, *quibus Iudæi ad cultum Dei exquendum præparabantur.*
    - Significatoria *veritatis in nouo Testamento reuelandæ, vt Circumcisioni respondet Baptismi veritas, &c. vide in priori Tabella.*
  - Nouæ, *vel Euãgelicæ, quæ sint duplicia:*
    - Baptismus.
    - Confirmatio: *vel*
      - Papalis, *cuius maior sit effectus.*
      - Episcopalis.
    - Pœnitentia, *cuius partes sint:*
      - Contritio, *quæ sit duplex,*
        - Attritio, *imperfecta videlicet, & informis contritio.*
        - Compunctio, *perfecta videlicet displicentia peccatorum, charitate coniuncta.*
      - Confessio *auricularis, cuius proprietates, seu virtutes quædam sint*
        - Necessitate, *vel*
          - Enumeratio *peccatorum.*
          - Enumeratio *circumstantiarum.*
          - Præmeditatio,
          - Humilitas,
          - Discretio,
          - Integritas,
          - Obedientia,
          - Puritas,
          - Fidelitas.
        - Congruitate, *vt sũt*
          - Nuditas *confessionis.*
          - Verecundia,
          - Simplicitas,
          - Lacrymæ,
          - Frequentia,
          - Celeritas, *&c.*
      - Satisfactio, *&c. Vide literam A.*
    - Corpus *Christi, seu Eucharistia.*
    - Extrema Vnctio.
    - Necessitatis, *quod sine his homo saluari non possit, vt sunt:*
    - Voluntaria: *quæ omittere non est peccatum. Hæc vocantur etiam dignitatis Sacramenta, vt sunt:*
      - Ordines, *seu gradus ordinis.*
      - Matrimonium, *q̃d duplex habeat Sacramentum,*
        - Separandorum, *& hoc sit quadruplex:*
          - Accusatoris.
          - Synodalium testium.
          - Testium *simplicium.*
          - Separationis, *seu separandorum.*
        - Non *separandorum, & hoc duplex:*
          - Animorum,
          - Carnis.

A. Satisfa-

- *S.* Satisfactio, *vel pro*
  - Venialibus.
  - Mortalibus: *q̃ sit duplex:*
    - Meritoria, *seu reconcilians Deum: ad hanc requiritur*
      - Fundamentum *satisfactionis, vt abstinere à peccato, & restituere ablata.*
      - Perfectio *satisfactionis, vt sunt opera supererogationis.*
    - Solutiua *pœnæ: ad hanc requiritur*
      - Expeditio *satisfactionis, vt vitare malorum consortia.*
      - Substantia *satisfactionis, vt*
        - Ieiunia,
        - Vigiliæ,
        - Oratio,
        - Eleemosynæ,
        - Peregrinatio,
        - Asperitas *vestium,*
        - Flagella.

HANC Sacramentorum diuisionem lege caus. 1. q. 1. can. Remissionem. vide & gl. Item si iustus. in gl. Et lib. 1. Decretal. Gregor. de transactionibus. tit. 36. can. Veniens. & in gl.

De Baptismo.

- Quid *sit. Videlicet esse*
  - Ablutionem *in aqua, non aquam.*
  - Ianuam *omnium Sacramentorum, in quantum sit causa characteris & gratiæ.*

Quot *sint genera Baptismi. Ponunt quidam nouem Baptismata: Baptismum diluuij, Maris rubri, Lustrationis, Ioannis, Christi, Pœnitentiæ, quæ purget à pœna & culpa, fluminis, seu aquæ à Christo institutum, ex linguis igneis & sanguinis: & hunc dicunt esse perfectissimum, quòd faciat homines auolare ad cœlos. Damascenus ponit octo Baptismi genera.*

Quotuplices *sint ceremoniæ Baptismo additæ. Videlicet Antesacramentales, Sacramẽtales, & Postsacramentales. Antesacramentales, vt Exorcismus & Catechismus, quæ præmittuntur Baptismo, tanquam præparatoria, vt in Baptismo gratia efficacius operetur. Sacramentales, quæ formæ verborum addantur. Postsacramentales, orationes aliquot, &c. Has autem omnes sub peccato conscientiæ seruandas esse dicunt, ac omnes has ceremonias ad dignitatem, reuerentiam, & solennitatem Baptismi, cultumque Dei, item ad deuotionem & institutionem pertinere, docent Papistæ. Sunt autem huiusmodi, quæ non ad essentiam, sed solennitatem Baptismi pertinent, octo, quæ hisce versibus comprehenduntur:*

Sal, oleum, chrisma, cereum, chrismale, saliua,
Flatus, virtutem Baptismatis ista figurant,
Hæc cum patrinis non mutant esse, sed ornant.

TRACTATVR hîc à Scholasticis:

- Qui *effectus. videlicet*
  - Iustificare, *vel conferre gratiam ex opere operato: non propter fidem, sed propter dignitatem fideiussorum.*
  - Tollere *reatum: id est, maculam, non pœnam.*
  - Primam *conditionalem consequi, non secundam.*
  - Tollere *originis peccatum.*
  - Infundere *& imprimere animæ signum, seu characterem, qui non possit extingui aut auferri ab anima. Hic character significat, quod quis Sacramentum Baptismi accepit, quo etiam in inferno Christianus pro Iudæo ac Gentili cognoscatur.*
  - Remittere *culpam & pœnam.*
  - Præparare *ad alia Sacramenta.*
  - Rationalem *vim animæ illuminare.*
  - Communionem *Ecclesiæ præstare.*
  - A satisfactione *externa liberare.*
  - Ianuam *cœli aperire.*
  - Facere *iustum, &c.*

Baptizatus *quot locis inungi debeat. Videlicet in fronte, vertice, inter scapulas, & in pectore.*

Qui *baptizandi. Omnes videlicet in lucem hanc editi, in necessitate & casu periculi, etiam in vtero matris existentes & dormientes.*

Quid *requiratur à baptizatis adultis. Docent hîc non requiri voluntatem absolutam, sed sufficere conditionatam per minas & flagella. Non esse de necessitate Baptismi actum interiorem, nec charitatem, nec contritionem, sed sufficere in baptizandis attritionem.*

Paruuli *sine Baptismo decedentes, quò veniant. In Lymbum videlicet, in quo nec benè, nec malè habeant: vbi habeant pœnam damni, sed non sensus.*

Vbi *paruuli sine Baptismo decedentes sepeliendi. Videlicet non in Cœmiterio, seu Polyandrio benedicto, sed extra, nisi sint in vtero matris baptizati.*

De Missa, seu Cœna.

- In Missa hæc spectantur:
  - Substantia, *quæ in his tribus consistat: quòd*
    - Sacerdotes *per Missam suam officium Mediatoris inter Deum & Ecclesiam peragant.*
    - In *Missa offerant Christi corpus & sanguinem.*
    - Opere *oblationis huius impetrent à Deo omnis generis bona, & remissionem peccatorum, tàm vivis, quàm mortuis, & meritum passionis Christi applicet, quibus ipsi voluerint, & primùm quidem specialissimè celebranti, generalissimè toti Ecclesiæ, specialiter cui per celebrantem specialiter applicetur.*
  - Accidentia, *quæ necessaria esse dicunt, vt sine peccato mortali omitti nō possint: hæc dicunt esse duplicia: necessaria*
    - Sacerdoti, & *hæc faciunt duplicia:*
      - Simpliciter *necessaria, sic vt sine illis panis & vinum in corpus & sanguinē consecrari non possint: vt sunt,*
        - Potestas *consecrandi ab Episcopo accepta, & foris per tonsuram & vnctionem declarata.*
        - Facultas *sermonis, vt singula verba distinctè proferat.*
        - Intentionis *integritas, vt Sacerdos habeat intentionem virtualem faciendi illud, quod intendit Ecclesia.*
      - Necessaria *de congruo, quæ præter necessitatem sine peccato omitti non possunt: horum duo sunt genera:*
        - Impedimē torū *remotio: vt sunt,*
          - Culpæ *mortales,*
          - Pœnæ *canonicæ,*
          - Pura *irregularitas,*
          - Excommunicatio,
          - Suspensio.
        - Applicatiō *conuenientium: vt sunt,*
          - Ieiunium *Sacrificuli,*
          - Munditia *corporalis,*
          - Manuum *lotio,*
          - Capillorum *compositio,*
          - Precum *matutinarum et accessus Altaris præmissio.*
          - Induere *vestes sacras: vt, albam, cingulum, manipulum, stolam, &c.*
    - Actioni *Missæ, & hæc dicunt esse duplicia:*
      - Simpliciter *necessaria, vt*
        - Oratio *Dominica,*
        - Verba *institutionis,*
        - Canon.
      - Necessaria *de congruo: vt,*
        - Cantus, *vt*
          - Introitus,
          - Kyrie *Eleyson,*
          - Gloria *in excelsis,*
          - Collectæ,
          - Gradualia,
          - Offertoria, *&c.*
        - Locus *consecratus ab Episcopo.*
        - Altare *lapideum consecratum.*
        - Candelæ *in Altari ardentes.*
        - Tempus *congruum: vt, publicæ Missæ hora nona: privatæ verò ab initio diei vsque ad nonam.*
        - Canonis *recitatio sub silentio.*
        - Aqua *vino mixta.*
        - Calix *aureus, aut argenteus.*
        - Hostiæ *diuisio in tres partes.*
        - Gestuū *& signaculorū crucis obseruatio.*
        - Caput *& barba rasa.*
        - Coma *Spherica.*
        - Seruitor *respondens.*
        - Orationes *meritoriæ.*

De Confirmatione.

Tractatur hîc à Papistis:

- Quid *sit. Videlicet Baptismum alterum.*
- Quibus *rebus Confirmatio Baptismum excellat. Primùm, quia à digniori Ministro detur: videlicet Episcopo. Nam simplicem Sacerdotem non posse dare Confirmationem: deinde, quòd in Confirmatione Deus plus gratiæ det hominibus, quàm in Baptismo: quia homines in Confirmatione confirmentur Spirituali militia contra tentationes Satanæ.*
- Quæ *causæ. Videlicet vel Christi institutio, vel Apostolorum traditio: docent enim verisimilius esse, ab Apostolis institutam esse Confirmationem, quàm Concilijs: quia Apostoli fuerint columnæ Ecclesiæ.*
- Quæ *debeat esse forma Confirmationis. Hæc scilicet: Ego signo te signo sanctæ crucis, & vngo te chrismate sanctificationis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Docent enim non esse Confirmationem, nisi crux fiat in fronte.*
- Qui *effectus. Videlicet*
  - In *Confirmatione Spiritualem compaternitatem inchoari.*
  - Peccatum *originis in Baptismo minui, in Confirmatione tolli.*
  - In *Confirmatione conferri gratiam & remissionem peccatorum.*
  - In *Confirmatione imprimi characterem, qui signum sit singularis militiæ, & fortitudinis.*
  - In *Confirmatione conferri Spiritum & gratiam in corroborationem.*
  - Confirmationem *facere hominem nitidum, & feruentem in conscientia.*
  - Confirmationem *dari contra infirmitatem originalis peccati, non actualis.*
- Qui *sint confirmandi. Qui videlicet nõ sint excommunicati, qui iustæ ætatis sunt, confessi sunt, & ieiuni.*
- Qui *non sint capaces Confirmationis. Infantes, excommunicati, impœnitentes, insani.*
- Qualis *sit Episcopus confirmans. Videlicet ieiunus, confessus, & habens gratiam.*
- Qui *debeant esse Compatres confirmandi. Qui videlicet sint confirmati, & non fuerunt Compatres in Baptismo confirmandi.*
- Vnus *Compater quot possit ducere ad Confirmationem. Non vltra duas personas.*
- Confirmatus *quomodo se gerat. Videlicet*
  - Portet *ligam capitis vsque chrisma explicatum fuerit.*
  - Caput *ne lauet, nisi post septimum diem.*
  - Ligam *capitis comburere debet.*
  - Non *debet abire confirmatus, nisi priùs omnes in commune benedictionem ab Episcopo accipiant.*

De Vnctione extrema.

Tractatur hîc à Papistis:

- Quid *sit. Videlicet,*
  - Extremam *Vnctionem esse sacramentũ ab ipso Christo institutũ, à S. Iacobo Apostolo proclamatum: vt sicut in nostro ingressu in hunc mundum Christus nobis Sacramentum dedit Baptismi: ita in nostro egressu ex hoc mundo hoc sacramentum instituat.*
  - Esse *Vnctionem huius infirmi pœnitentis, factam in determinatis corporis partibus, cum Deo ab Episcopo consecratam, ministratam à Sacerdote, simul verba certa, cum intentione debita proferẽte ex instituto diuino, efficaciter significantem, curationem finalem venialium peccatorum.*
- Quę *causæ.*
  - Efficiens: *Christi institutio & intentio Sacerdotis.*
  - Materialis: *oleum oliuarũ, consecratum ab Episcopo, & in vase consecrato seruatum, eò quòd oleum oliuarum foueat, & sit salutare. Igitur significare benè internam salutem conscientiæ, vel ipsum conscientiæ nitorem: vel quia oleum oliuarum significet lætitiam, vnctio verò extrema sacramentum sit lætitiæ.*
  - Formalis: *hæc scilicet, Ego vngo te oleo sancto, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, in hoc, vt quicquid peccaueris per indecentem visionem, tibi remittatur, & purgetur per hanc vnctionem. Dicunt autem pertinere ad formam vnctionis, vt vnctio & forma simul procedat, & fiat. Quando verò dubitatur de vita alicuius, hac forma vti solum esse dicunt: Si es mortuus, non vngo te: si verò mortuus non es, vngo te hac sanctificatione.*
- Qui *effectus. Videlicet,*
  - Tollere *venialia, tentationes Satanæ, & infirmitates animæ.*
  - Conferre *gratiam & iustitiam ex opere operato.*
  - Purgare *à macula.*
  - Armare *& animare hominem, vt cum Diabolo tentante confligere possit.*
  - Dare *spei confirmationem.*
  - Tollere *magnam partem temporalis pœnæ, quam quis ferre cogeretur, propter suà peccata, siue hîc, siue in Purgatorio. Vt si quispiam sine vnctione discedens, deberet ad sexennium pati in Purgatorio, accipiens vnctionem, minueretur & tempus pœnæ, & pœna simul.*
  - Aliquando *etiam sanitatem corporis dare, vnà cum sanitate animæ.*
  - Captiuos *ducere malos Spiritus, quominus nocere & tentare possint.*
  - Habere *vnctionẽ vim illuminatiuã, & purgatiuã, licet non ita plenã vt Baptismus.*
- Quæ *membra, & seq. Vide literam A.*

Quæ membra inungi debeant. Docent septem esse capitalia membra, quæ vngi debeant: quinque sensus, lumbos, pedes, oculos, aures, nares, manus. Vbi hæc defecerint in aliqua parte, proximam partem corporis loco deficientis membri vngi debere dicunt. Scotus, ac alij quidam, vndecim partes, quæ vngi debeant, enumerant. Manus autem Sacerdotis in extrema vnctione non intus, sed foris vngi debere, eò quòd Sacerdotis manus priùs in ordinatione vnctæ sint.

Quomodo quis vnctionem accipere debeat. Videlicet vt ad aliquot dies contineat, ne post acceptam vnctionem nudis pedibus terram attingat, quod spectet ad dignitatem tanti Sacramenti.

A quo dari debeat. Videlicet à non excommunicato, & existenti in gratia Presbytero.

Qui sint vnctionis extremæ participes. Videlicet pœnitentes: impœnitentibus enim non posse dari hoc Sacramentum. Item sani animo: insanos enim semper non posse participes fieri huius Sacramenti. Item adulti, non infantes. A. Item viui, non mortui. Item lethali morbo laborantes.

An naturâ cæcus vngi debeat. Respondent affirmatiuè: quia licet cæcus operatiuo visu non peccauerit, peccasse tamen mala ad videndum concupiscentia.

An vna vnctio sufficiat. Hîc quidam dicunt, vnam vnctionem in vita factam, sufficere. Alij putant post annum primum iterandum esse, si quis rursus in morbum incideret. Quidam post tres menses concedunt repetitionem. Quidam toties repetendam permittunt, quoties quis in lethalem morbum inciderit.

Quæ ætas sit apta vnctioni extremæ. Eam æstimandam docent ex ratione, ad quam qui venit & nouit, quid bonum, & quid malum sit, posse illum vnctione vti.

An omnes vnctiones sint Sacramenta. Duæ vnctiones, vt illi docent, Sacramenta sunt; vt sunt, vnctio in Confirmatione, & extrema vnctio. Vnctio autem in Baptismo, & in ordine, non sunt Sacramenta, sed res sacramentales, vt illi docent.

De Sacerdotio, seu Ordine.

TRACTATVR hîc à Scholasticis:

Quid sit. Videlicet
- Esse certum ordinem hominum delectorum ad aliquod opus pro alijs faciendum, ad placandum Deum.
- Sacerdotium esse, ad quod Sacerdotes vocantur, vt pro populo sacrificent, & mereantur alijs remissionem peccatorum.

Quis sit Sacerdos. Is videlicet, qui Deo dicatus sit ad sacrificia facienda, vt dicatur Sacerdos, quasi sacra dans. Sicut enim Rex à regendo dicitur, sic Sacerdotem à sacrificando dici arbitrantur.

Cur Sacerdotium ordo dicatur. Quòd videlicet Ministri Ecclesiæ non omnes habent æqualem potestatem in Ecclesia.

Quot sint ordines, seu gradus ordinis. Hos dicunt esse septem, quia sint septem dona Spiritus: vel quia sint septẽ respectus ad Eucharistiam.
1. Gradus Ianitorum est, quorum officium sit cauere, ne intromittant in Templum malos: vt, excommunicatos, hæreticos, &c.
2. Lectionariorum, quorum officium sit populo prælegere Prophetas, & benedicere panes, & omnes nouos fructus. Hunc ordinem ex clamore Prophetarum sumptum esse dicunt, & Christum eo vsum, Lucæ 4.
3. Exorcistarum, quorum officium sit adiurare, & eijcere Dæmonia, & hoc gradu Christum vsum esse docent, quando eiecit Dæmonia.
4. Acoluthorum, quorum officium sit portare cereos, incendere candelas, parare panem & vinum ad Sacramentum. Dicunt & hunc gradum ex veteri Testamento desumptum esse. Fuerunt enim, qui aureis candelabris & lampadibus præessent. Sed & hunc gradum Christum habuisse affirmant, cò quòd lux mundi fuerit.
5. Subdiaconorum, quorum sit ministrare aquam ad Altare, seruire Diacono, lauare corporale, & linteamina Altaris, porrigere calicem & patinam. Legere Epistolam in officio Missæ, &c. Docent hunc gradum ex 3. Esdr. 1. desumptum esse, vbi legitur, à Dauide & Principibus datos esse quosdam in adiutorium Leuitis. Et Christum hoc gradu vsum esse, quando post Cœnam præcinxit se, & lauit Discipulorum pedes. Neminem verò ad hunc gradum promouendum esse, nisi diuitem, aut aliquo beneficio prouisum.
6. Diaconorum, quorum sit, seruire Altari, baptizare, prædicare. Hunc gradum ex Leuitarum ordine desumptũ esse docent, & Christum hoc gradu vsum, cùm suis Sacramentum corporis & sanguinis sui porrexit.
7. Sacerdotum, quorum sit accipere potestatem consecrandi Sacramentum Altaris, offerendi & celebrandi Missam pro viuis & mortuis. Docent hunc ordinem ex ordine filiorum Aaron, & successorum illorum desumptum esse, & Christum hoc gradu vsum, quando post Cœnam consecrauit panem & vinum, & transtulit in corpus & sanguinem suum.

Non negant Scholastici, in primitiua Ecclesia tres tantùm ordines fuisse, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos: sed addunt hoc ex eo fuisse, quòd Ecclesia angustior fuerit: nunc verò, quia Ecclesia amplior sit, pluribus gradibus opus esse.

Qui effectus Sacerdotij, & seq. Vide literam A.

A. Qui

Qui effectus Sacerdotij.
- Conferre ordinatam gratiam, vel gratiam gratum facientem, idq; ex opere operato.
- Dare statum perfectionis.
- Imprimere characterem. Vbi docent:
  - Quid sit character. Videlicet signum distinctiuum, speciale, indelebile, quo Clerici à Laicis discernuntur, vel potentia, qua renati in vitam spiritualem possunt facere operationes similes virtutibus, quibus Sacramenta efficaciam habent.
  - Quotuplex sit. Videlicet Baptismi, ordinis, & vnctionis: docent enim nõ conferre posse in Sacramentis, quæ iterari possint. Characterẽ verò dicunt esse vel interiorem, vel exteriorem: & characterem interiorem, potestatem clauium, potestatem conficiendi Eucharistiam, idem esse per essentiam: exteriorem verò confessionem Papisticam, vnctionem, confirmationem, rasuram, &c.
  - Characterem semper manere, etiam in damnatis, & esse indelebilem, ad hoc ordinatum, vt in illis iustior damnatio appareat, quòd tantum gratiæ munus neglexerunt.

A. Ordines minores quomodo & qua ætate dari possint. Docent in septennio dari posse omnes ordines, Subdiaconatum in tempore discretionis: Diaconatum circa vigesimum primum annum, præcipuè in religiosis: Sacerdotium in vigesimo quinto anno: Episcopatum in tricesimo.

Quot sint potestates Sacerdotum. Sex videlicet, quæ dentur Sacerdotibus in ordine. Prima, potestas consecrandi Sacramentum Altaris in officio Missæ, & quicquid Missæ adhæret. Secunda, distribuendi Sacramentum. Tertia potestas iurisdictionis. Quarta, potestas prædicandi. Quinta, potestas puniendi. Sexta, potestas sumendi necessaria ad sustentationem corporis.

Quæ sit forma consecrandi & ordinandi Ministros. Hanc dicunt in tribus consistere, ieiunio, oratione, & impositione manuum, &c. Addunt his etiam plurima.

Collatio Sacrificiorum, quæ erant olim apud Gentes, & nunc sunt apud Papistas.

De Discrimine Sacrificiorum.

GENTIVM.	PAPISTARVM.
FEBRVA: id est, sacrificia & purgationes, quæ fiebant pro animabus defunctorum mense secundo, qui Februarius à Februis appellatur. Nam apud Ethnicos Februa per 12. dies Februarij celebrabãtur, bisq; diebus pro impetranda mortuorum animabus quiete, piaculis sacrificijsq; omnis populus circa sepulcra, accensis facibus certisq; intentus erat. Hæc & Dauid sacrificia mortuorum appellat, Psal. 106. d. 22. Hæc & Feralia dicta sunt, Ouidius in Fastis:	SVNT sacrificia pro mortuis, id quod Felicem. & Gregorio III. tribuitur. Hic enim scripsit ad Bonifacium, legatione apud Germanos fungentem, Christianos prosutis mortuis verè Christianis posse offerre, Sacerdotesq; mortuorum debere facere memoriam, præcepit. Alij id Pelagio adscribunt: alij Concilio Gabinensi, de quo lege de Consecr. dist. 1. can. Visum. Huic instituto repugnat Concilium Carthaginense, can. 18. Instituit enim defunctis Sacramentum distribui non debere, quia Christus iubeat edere, quod defunctis non conuenit.
Hanc quia iusta ferunt dixêre feralia lucem *Victima placandis manibus ista dies.*	
Sed Parentalia dicebantur, cùm sacrificarent pro animabus parentum. Erant & Parentalia iusta & conuiuia, quæ in funere & ad sepulcra parentum cognatorumque celebrabantur à filijs & cognatis. Quorum autor Æneas fuisse fertur, qui eo pacto Anchisen parentem primus omnium honorauit, supplicationibus coluit, atque memoriam eius nominis consecrauit, vt Virgilius libro 5. discribit: ——atque hæc mea sacra quotannis *Vrbe velit posita templis sibi ferre dicatis.* Lege de his Cic. in Philip. & in Oratione pro Flacco, 2. de Legibus. Platonem 2. de Republ.	
Anniuersaria sacra: id est, sacrificia, quæ quotannis ad honorem mortuorum, vel parentũ, vel cognatorum, vel aliorum fiebant. Nam Macrobius & Cato tradunt, Laurentiam annuo parentationis honore dignatam. Lege Ciceronem ad Atticum: Cuius, inquit, Laurentiæ vos Pontifices ad Aram sacrificium facere soletis.	Sunt sacrificia annua ad Sanctorum honorem instituta, quæ quidem ab Odilone præfecto Monachorum Cluniacensium, sedente Ioanne XVII. Pontifice, excogitata sunt. De occasione huius instituti vide Polydorum lib. 6. cap. 11. Hoc institutum Pontifices postea approbarunt.
Nouendialia, quæ erant sacrificia pro mortuis nono die, quo quis sepultus fuisset. Horatius in Epod. Nouendia-	Sunt sacrificia Septendialia, mortuorũ iusta, septimo die à funere, demtis ex veteri Ethnicorum instituto duobus

les dissipare puluerès. Hæc sacrificia cœperunt instituì Tullio Hostilio Rege. Cùm enim Romam esset nunciatum in Albano monte lapidibus pluisse, placuit vt nouem dierum feriæ celebrarentur.

Saturnalia *sacra, quorũ dies lætitia pleni erant, & mense Decembri magnificè celebrabantur, in quibus amici inter se munera mittebant, quæ Xenia vocabant. Hæc autem sacra Ianus, teste Macrobio, Saturno primus instituit. Quidam è Pelasgis, alij ab Atheniensibus ortum habuisse volunt.*

Vinalia, *quæ causa vini fiebant.*

Robigalia, *quæ frugum causa, Deo, qui Robigus dicebatur, celebrabantur 7. Cal. Maij, quia tunc ferè segetes robigo occupat, vt ait Plinius. Similia his erant Cerealia: id est, Cereri deæ sacra, quæ Triptolemus primus instituit. Sacerdotes vestibus vtebantur albis, noctu cum facibus currebant, vinum non bibebant.*

Bacchanalia, *quæ apud cunctas ferè gentes vberrimum libidinis seminarium fuêre. Quorum (vt testatur Herodotus) autor fuit Melampus Amythaonis filius, primúsque ad Græcos detulit ex Ægypto. Non multò pòst Græcus quidam, homo ignobilis, eiusmodi sacrorum antistes, in Hetruriam venit, docuitq; ritus. Ex Hetruria ea labes Romam penetrauit, vbi mirum in modum morbi contagione matronarum pudicitiam corrupit. Hæc Bacchanalia postea ex Senatusconsulto, teste Liuio, vt bonis moribus pestifera, Roma expulsa sunt, Sp. Postumio Albinio, & Q. Martio Philippo Consulibus, anno Vrbis conditæ 568. Noctu enim fiebant, vbi nudus vterq; sexus impurissimè commiscebatur. Hæc & Satyrici reprehendebant, Iuuenalis:*

Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt.

Solitaurilia, *quæ tribus hostijs diuersi generis immolabantur, Tauro, Ariete, & Verre.*

Apollinis *sacra contra pestem: pesti enim Apollo præesse dicebatur.*

Mercurialia, *quæ Mercurio à studiosis literarum celebrabantur.*

dicbus. Sunt tamen qui tertium, sunt qui vigesimum nonum, sunt qui tricesimum, sunt qui quadragesimam diem à funere obseruent. De hoc lege dist. 44. can. nullus. can. caus. 13. q. 2. can. quia alij de consec. dist. 5. can. nullus.

Sunt *sacrificia natalitia Christi & Sanctorum, in quibus munera amicis mittuntur, &* GAVDEAMVS *illud solenni ritu decantari solet.*

Sunt *Vrbani sacra à bibulis celebrari solita.*

Talia *sacra fuerunt die Marci celebrata in agris circa segetes. Fortassis hæc sacra ab Amburuali sacrificio petita sunt, de quo Virgilius:*

Terq; nouas circum felix eat hostia fruges.

Et Plinius refert, Romulum aruales sodales instituisse, qui pro frugibus sacrificarent, & arua fruges ferrent, & propterea eius sacerdotij insigne fuit spicea corona.

Sunt *Bacchanalia eodem ferè modo vt ab Ethnicis celebrata. Quantum hîc peccent Christiani Magistratus, facilè videre est, cùm Magistratus etiam Ethnici foeditatem hanc ferre non potuerint. Conniuent isti ad tam enormia flagitia, quæ in Bacchanalibus fiunt. Hæc Papistica Bacchanalia ante initium Quadragesimæ fiunt, vt sint quædam præparatio ad ieiunium. Hæc scilicet Christianorum ad ieiunium præparatio, qualis præparatio, tale est & ieiunium. Quod verò personas, scilarnas induunt Papistæ in Bacchanalibus, id etiam ab Ethnicis sumserunt. Veteres enim Romani in Quinquatrijs maioribus & Megalensibus personati per Vrbem ludendi incedebant.*

Talia *erant sacra Sophiæ, lucernis aliquot, panibus & gallinis insignia.*

Sunt *sacrificia contra pestem Sebastiano & Rocho instituta.*

Catharinæ & *Gregorij sacra sunt pro studiosis celebrata.*

De Ritibus Sacrificiorum.

GENTIVM.	PAPISTARVM.
Aquam *vino admiscere Staphilus Sitheni filius instituit, Plinius in 7. & Diodorus in 5.*	Aqua *vino miscetur. Quod Alexandro quidam tribuunt.*
Manus *in sacrificio lauare. Nam (teste Hesiodo) lege vetitũ erat, ne quis mane vinũ libaret manibus illotis, ne sacrorũ puritas commacularetur. Vide Polyd. lib. 5. cap. 10.*	Hinc *sunt illæ apud Papistas lotiones.*
Huc atq; illuc *se in sacrificio vertere. Hoc enim Ethnicorũ Sacerdotes facitabant circa aras, cũ præsertim responsa daturi, diuini (vti credebãt) spiritu afflati agitarentur.*	Hinc *sunt apud Papistas huiusmodi in Altari vertigines.*
Ad *Orientem sacrificare.*	Hunc *ritum vsurpârunt & Papistæ, de quo dist. 11. can. Ecclesiasticarum. Id Sixto II. adscribunt quidam.*
Cereos *accendere circa imagines, dum sacrificatur, de quo Baruch. 6.*	Hunc *ritum Sabinianus introduxit.*
Gestare *imagines dum sacrificatur, de quo Apuleius lib. 11. Asini.*	Inuexit *hunc ritum Paschalis I. & Clemens V. circumfertur & hostia ex Vrbani IIII. & Martini V. statuto,*
Thus *incendere & offerre.*	Thus *incendere, quod Leoni III. tribuitur.*
Vendere *hostias, Baruch. 6.*	Venduntur *hostiæ, quoties emtor occurrit.*
Induere *vestes sacras dum sacrificatur.*	Introduxit *hunc ritum Stephanus I. Syluester, Zacharias I. de quo dist. 1. de consecr. can. vestimenta. & dist. 23. can. sacratas.*
Sacrificare *ad Altare. De quo lege Herodotum & Strabonem lib. 17.*	Inuexit *hoc Sixtus II. Vigilius, &c.*

De Pœnitentia.

TRACTATVR hîc à Scholasticis:

- Quid *sit. Videlicet esse*
  - Cessationem *ab externis vitijs.*
  - Secundam *tabulam post naufragium.*
  - Quandam *dolentis vindictam, punientem in se quod doleat se commisisse.*
  - Præterita *mala plangere, & plangenda iterum non committere.*
  - Dolorem *cordis & amaritudinem animæ pro malis, quæ quisq; commisit. Docent autem pœnitentiam Sacramentum esse, etsi careat sensibili signo.*

Quid *sit pœnitere. Detestari scilicet, & odisse peccatum, & vindicare peccatum à se commissum, vel pœnam inflictam pro peccato commisso gratanter acceptare, patienter sufferre.*

Vnde *incipit pœnitentia. Videlicet à timore.*

Quid *interfit inter timorem & pœnitentiam. Videlicet pœnitentiam esse dolorem de peccato præterito, timorem seu verecundiam de peccato futuro.*

Quot *sint partes pœnitentiæ. Dicunt tres esse: videlicet contritionẽ, confessionem & satisfactionem.*

- Qui *effectus. Videlicet*
  - Conferre *gratiam, & iustificare ex opere operato.*
  - Tollere *actualem culpam, & non pœnam, quæ expietur satisfactione, vel tollere totam culpam, sed non semper totum reatum: id est, debitum totius pœnæ: idq; principaliter ex vi clauium in Ministris: secundariò ex vi actus ipsius pœnitentiæ.*
  - Dare *salutem etiam sine fide.*
  - Reparare *bona opera, quæ per mortale peccatum perdita, ac mortificata erant, ac viuificare illa*
  - Dare *remissionem culpæ & Spiritum Sanctum.*
  - Commutare *pœnam æternam in temporalem, & per consequens conferre vitam æternam.*
  - Lugere *pro peccatis & pro bonis æternis, qui sit actus tertiæ beatitudinis.*
  - Delere, *lauare, & mundare. Delere scilicet superbiam, vel iniquitatem à Dei memoria. Lauare scilicet luxuriam, vel sensualitatem à turpitudine concupiscentiæ & materiali habitu. Mundare scilicet ab auaritia, vel mundare conscientiam à macula.*
- Quotuplex. *Videlicet*
  - Interior, *quæ sit de iure naturali, seu contritio. Hanc dicunt non esse propriè sacramentum, nec habere efficaciam aliquam contra peccatum sine exteriori.*
  - Exterior, *quæ fit ad arbitriũ hominis, & sit vel*
    - Publica, *vel solennis. Vbi docent:*
      - Quid *sit: quæ videlicet fiat propter peccatum publicum, vt sit terror alijs, & ne desperent grauibus peccatis onerati.*
      - Pœnitentiam *solennem*
        - Exire *forum occultum, quoad executionem, non quoad confessionem & iniunctionem.*
        - Non *debere iterari, ne exiteratione vilescat.*
        - Imponi *posse fœminis & viris laicis, sed non Clericis.*
      - Solenniter *pœnitentem non debere ordinari.*
    - Priuata, *quæ priuatim propter peccatum occultum imponatur.*

Canones *pœnitentiales an viuentibus tantùm imponi debeant. Hîc docent non viuentibus tantùm, sed & morituris, secundùm Canones pœnitentiales debere aliquid imponi, & receptos esse canones pœnitentiales in Ecclesia, vt illorum opera gratiam mereantur homines.*

Pœnitentia *quando fieri debeat. Tempore videlicet quadragesimali, antequam sumatur Sacramentum Cœnæ, quia sic instituerit Ecclesia, cui per omnia sit obediendum.*

In *quo consistat Sacramentum pœnitentiæ. In absolutione scilicet Sacerdotis. Vnde dicunt pœnitentiam sine confessione non esse Sacramentum, & pœnitentiam per se susceptam non dici Sacramentum, sed iniunctum à Sacerdotibus in confessione auriculari.*

De Contritione prima Pœnitentiæ parte.

DOCETVR hîc à Papistis:

- Quid *sit. Videlicet esse*
  - Dolorem *voluntariè assumtum pro peccatis, cum proposito confitendi & satisfaciendi.*
  - Perfectam *displicentiam omnium peccatorum simul in minutissimas partes, quæ tum fiat verè, quando de omnibus peccatis, & secundùm omnes circumstantias requisitas, pertingimus ad remissionem peccatorum.*
- Quotuplex. *Videlicet*
  - Attritio, *quæ sit imperfecta & informis contritio.*
  - Compunctio, *quæ sit perfecta contritio, charitati coniuncta, quæ sit vel*
    - Prima: *dolor scilicet moderatus.*
    - Secunda: *quæ sit maximus dolor de peccato, sed tamen non nimius.*
- Quæ *causæ & originis contritionis.*
  - In *seipsum descendere.*
  - Meditari *magnitudinem & multitudinem peccatorum.*
  - Reputare *omnes annos vitæ suæ, in amaritudine.*
  - Cogitare *de ira Dei super peccata.*
- Qui *effectus.*
  - Remitti *peccata per contritionem, sed non per attritionem: ita tamen, si adsit propositum confitendi.*
  - Delere *culpam & pœnam: culpam ratione charitatis, pœnam ratione doloris, sed non totum.*
- Quomodo *paretur contritio. Videlicet per discessionem, collectionem & detestationem peccatorum, etiam sine motu Spiritus Sancti.*
- In *qua re versetur contritio. Videlicet secundùm essentiam in corde: secundùm virtutem, externè, in confitendo & satisfaciendo.*
- Quibus *sit necessaria. Morituris scilicet, sed non valdè necessaria confessio.*
- Vnde *incipiat contritio. Videlicet à nostra exploratione, diligentia, & attritione, idq; vi clauium.*
- Quot *debeant esse in contritione. Tria videlicet, gratia, dolor, & effectus meriti satisfacientis.*

De Confessione auriculari.

DOCETVR hîc à Papistis:

- Quid *sit. Videlicet peccati latentis manifestatio, per quam videlicet morbus spe veniæ aperitur: vel confessio sacramentalis est secreta delinquentis accusatio suorum commissorum peccatorum coram Sacerdote, iurisdictionem in eum habente, spe veniæ consequendæ.*
- Quare *confessio sit necessaria. Vt videlicet pœnitens, seu confitens, satisfactionem accipiat pro peccatis.*
- Qui *effectus.*
  - Remitti *culpam non pœnam, pro qua satisfaciendum est, idq; vi clauium, etiam sine fide.*
  - Conferre *gratiam.*
  - Iustificare.
  - Liberare *à pœna æterna, & minuere pœnam temporalem.*
- Qualis *debeat esse confessio, & seq. Vide literam A.*
- Quæ *peccata confitenda. Mortalia scilicet & venialia.*
- Quoties *confitendum. Bis in anno.*
- Quando *confitendum. Tempore videlicet Paschatis & Pentecostes.*
- Quomodo *confitendum. Iuxta omnes peccatorũ circumstantias, quæ his versibus comprehenduntur:*

  Aggrauat ordo, locus, mora, causa, scientia, tempus,
  Lucta pusilla, modus culpæ, sic & status altus,
  Conditio, numerus, ætas, & scandala, sexus.
- In *quibus casibus teneatur peccator confiteri in actu. Primus est articulus mortis, vel vbi periculum mortis timetur. Secundus, quãdo quis vult cõmunicare. Tertius, quãdo vult alia Sacramenta suscipere. Quartus, ex statuto Ecclesiæ tempore Paschatis. Quintus, ratione scrupuli. Sextus, ratione voti.*
- Quot *sint casus communes, in quibus confessio iteranda est. Primò, propter enormitatem sceleris. Secundò, propter ignorantiam Sacerdotis. Tertiò, propter malitiam fictionis, vt si scienter aliquod peccatum retinuit. Quartò, propter contemtum satisfactionis.*
- Qui *obligentur ad confessionem. Omnes vtriusq; sexus: etiam muti, nisi qui ex dispensatione non opus habent confiteri.*
- Cui *confitendum. Proprio Sacerdoti, docto, taciturno, non suspecto, etiam ei, qui linguam confitentis non intelligit. Item, non existenti in peccato originali: aliàs non dicunt esse Sacramentum, nisi forte Sacerdos sit vagus, loquax, sollicitans ad peccatum, aut si aliquis, confiteri volens, in extrema necessitate.*

A. Quæ

A. Qualis *debeat esse confessio.*
- Integra, *ne quid reticeatur. Integra erit, si omnia peccata mortalia numerentur, etiamsi venialia non enumerentur. Item, si omnes peccatorum circumstantiæ recenseantur, illæ potissimùm, quæ peccata non minuunt, sed aggranant.*
- Humilis & verecunda. *Dicunt autem humiliationem & pudorem tollere partem pœnarum pro peccatis.*
- Præmeditata.
- Aperta, *non obscura.*
- Simplex, *ne quid admisceatur, quod ad extenuandum peccatum pertineat.*
- Pura, *cum recta intentione.*
- Fidelis & vera.
- Discreta, *vt quod maius est confiteatur cum maiori pudore.*
- Libens. Secreta.
- Lacrymabilis. Accelerata.
- Fortis, *vt constanter omnia enumeret.*
- Accusans. Obediens.

De Satisfactione.

Quid *sit. Videlicet*
- Esse *quæ constet non debitis operibus, sed supererogatiuis, quibus redimantur pœnæ Purgatorij, aut certè aliæ pœnæ temporales. Remitti autem pœnas Purgatorij partim potestate clauium, partim satisfactione.*
- Esse *precium, seu compensationem pro peccatis & pœnis.*
- Esse *compensationem, quæ sponte sit ex operibus non debitis pro peccatis & pœnis.*
- Esse *operationem exteriorem laboriosam, seu pœnalem voluntariè assumtam ad puniendum peccatum à se commissum, & ad placandam diuinam offensam, vel passionem & pœnam voluntariè toleratam in ordine ad peccati remissionem.*
- Deo *debitum honorem pro commissa culpa impendere.*
- Esse *damni vel iniuriæ illatæ recompensationem secundùm æqualitatem iustitiæ: id quod satisfactioni conuenit, non hominis, sed Christi.*

Quotuplex. *Videlicet*
- Christi, *quam dicunt esse generalem pro tota natura humana; verùm oportere quemq; per se speciali satisfactione satisfacere pro suis peccatis. Ita enim nos satisfactionis Christi participes fieri. Hæc Christi satisfactio dicitur etiam plenaria, eò quòd satisfactio de iniuria & damno, & pro peccato originali, quod purus homo facere non possit, propter hoc, quòd offensa & iniuria excedat puram creaturam.*
- Nostra, *vel pro venialibus vel mortalibus: & hæc sit vel*
  - Deo. *Hanc vocant semiplenam, quòd possit tantùm pro actuali peccato satisfacere, sed non pro originali, pro quo satisfecerit tantum Christus.*
  - Proximo. *De hoc docent peccatum non dimitti, nisi restituatur ablatum, nisi forte detur Sacerdotibus id quod ablatum est.*

TRACTATVR hîc à Papistis:
- Quot *modis simus participes meriti, seu satisfactionis Christi. Primò, ex mera præuenientia gratiæ: Secundò, per Sacramenta: Tertiò, per bona opera, præsertim supererogatiua.*

Qui *effectus satisfactionis:*
- Tollere *culpam & pœnam.*
- Valere *satisfactionem, etiamsi fiat in peccato mortali, idq; ex natura operis & vi clauium.*
- Placare *Deum.*
- Tollere *calamitates, etiam præsentis vitæ.*
- Mereri *gradum æternæ salutis.*

Quomodo *redimantur satisfactiones. Videlicet indulgentijs, pecunia, Missis, &c. præsertim mortuorum satisfactiones.*

In *quibus consistat satisfactio. Videlicet in*
- Ieiunio, *ad quod reducuntur omnia corporis macerativa, ordinata ad reprimendam carnis rebellionem: vt sunt vigiliæ, peregrinationes, vestium asperitates, nuditates corporis, flagellationes, &c.*
- Oratione, *ad quam reducitur quicquid pertinet ad partem contemplatiuam, & meditationes: vt, Scripturarum lectiones, prædicationes, ac verbi auditiones, studium Theologicum, disputationes, errantium impugnationes, &c.*
- Eleemosyna, *ad quam reducuntur opera misericordiæ corporalia pro Christo, propter Deum impensa, & quæcunq; erogationes bonorum temporalium in pias causas, ac sublenationem miseriæ fratrum.*
- Passionibus voluntarijs.

Quomodo *imponenda satisfactio, &c. Vide literam A.*

- Quomodo *imponenda satisfactio. Videlicet cum discretione pro ratione personarum.*
- Quæ *Sacerdos satisfactionis loco confitenti imponere debeat. Videlicet quædam ad satisfactionis fundamentum: sicut abstinere à peccato, & restituere ablata: quædam ad satisfactionis expeditionem: vt est, vitare consortia malorum: quædam ad substantiam satisfactionis: vt, ieiunare, vigilare, dare eleemosynam, peregrinari, & huiusmodi opera pœnalia: quædam ad perfectionem & securitatem satisfactionis: [illegible] sunt opera supererogationis.*
- Quibus *imponenda satisfactio. Omnibus in peccato mortali existentibus, sed non nuper baptizatis, ei quòd pro peccato originali non debeat satisfactio imponi.* (A.)
- Quot *modis fiat satisfactio. Primò, per fletum & gemitum cordis, vt inde veniat pietas & humilitas, vnde processit iniquitas. Secundò, per ieiunium ad puniendam carnem & animam. Tertiò, per orationem, vt inde egrediatur laus & benedictio, vnde egressa fuit blasphemia, aut stultiloquium, aut vaniloquium. Quartò, per eleemosynam, vt mitigemus Deum aliquo munere, & vt pauperes deprecentur Deum, vt dimittat nobis peccata. Quintò, per contritionem, confessionem & restitutionem.*
- Satisfactio *in quibus culpæ respondere debeat. In his tribus: scilicet numero, pondere, & mensura.*

De Matrimonio.

TRACTATVR hîc à Scholasticis:

- Quid *sit. Videlicet sacramentum diuinitùs institutum, ac status perfectionis, à quo exemti sunt Clerici & Sacerdotes. Docent autem legitimum matrimonium esse, quando duæ personæ tantum propter mutua officia inter se contrahunt, & si coniunctio carnalis nunquam sequatur. Item, docent Matrimonium non tantum esse sacramentum, sed etiam contractum Ecclesiæ. Quare Matrimonium magis subiacere statutis Ecclesiæ, quàm alia Sacramenta.*
- Qui *effectus. Videlicet*
  - Conferre *gratiam & iustitiam ex opere operato.*
  - Remedium *adferre contra peccatum.*
  - Tollere *turpitudinem culpæ, manente turpitudine pœnæ.*
- Quæ *sint Matrimonij impedimenta. Hæc videlicet, quæ his versibus comprehendantur:*
  Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
  Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
  Si sit affinis, si fortè coire nequibit.
- Quæ *sint impedimenta coniunctionem matrimonialem prohibentia. Prohibitio scilicet Ecclesiæ, & tempus feriarum. Nam ex edicto Ecclesiæ non licet celebrare nuptias ab Aduentu vsque ad Octauam Epiphaniæ: à Septuagesima vsq; ad Octauam Paschæ: & à tribus diebus ante Ascensionem, vsque ad Octauam Pentecostes.*
- Matrimonium, *quoad thorum, quot modis possit dissolui. Primò, per mutuum dissensum coniugum, vt si ambo dissentiant à carnali copula, possint concorditer facere continentiæ votum, quo facto vnus alteri non debeat obedire, quantum ad carnalem copulam. Secundò, ex mutuo consensu per religionis ingressum, altero etiam remanente in seculo, si non sit suspectus de incontinentia. Ita tamen, vt votum castitatis emittat, antequam alter profiteatur.*
- Quid *diuortium matrimoniale illis dicatur. Separatio videlicet à lecto & mensa, & cohabitatione: manente interim vinculo matrimonij: ita vt vtraque persona ius suum retineat in corpus alterius: vnde dictum Scholasticorum est: Habent ius sopitum, sed non extinctum.*

De Indulgentiis.

TRACTATVR hîc à Scholasticis:

- Quid *sit. Videlicet*
  - Esse *relaxationes pœnæ, quam iustè pro culpa propria pateremur, de Thesauro Ecclesiæ ad diuinam iustitiam persoluendam sumtas.*
  - Esse *remissiones satisfactionum.*
  - Esse *thesauros gratiarum.*
  - Indulgentias *nunc remissionem pœnæ significare, nunc concessionem gratiæ, nunc dispensationem.*
  - Esse *remissionem pœnæ debitæ pro peccato post contritionem habitam.*
- Quotuplex. *Videlicet*
  - Papalis, *& plenaria, seu generalis. Docent autem solum Papam supremum, vnà cum Patre, Filio, & Spiritu Sancto dare plenaria autoritate omnimodam indulgentiam à pœna & culpa: quam dum conferat, dare innumerabiles & infinitas indulgentiarum dies. Posse autem Papam hoc facere cui vult, ex diuina autoritate, eò quòd Deus Thesaurum meritorum Christi & Martyrum & Confessorum & Virginum recommendauerit Ecclesiæ ac Prælatis Ecclesiasticis dispensandum & valere indulgentiam, etsi conferens sit in peccato mortali, quia non remittat ex vi suorum meritorum, sed ex vi meritorum reconditorum in Thesauris Ecclesiæ.*
  - Episcopalis, *quæ non sit generalis & plenaria, sed limitata, & non nisi per summi Pontificis dispensationem. Hi & legati eorum de licentia illorum possunt dare indulgentias.*
- Quæ *causæ, &c. Vide literam A.*

A. Quæ causæ. Videlicet
- Meritum passionis Christi, & Sanctorum eius, qui plus passi sint, quàm peccata illorum exigebant. Inde velut ex opulentissimo ærario indulgentias deprom. docent.
- Honor Dei.
- Vtilitas Ecclesiæ.
- Pecunia. Docent hic non vendi indulgentias pro pecunia, sed expendi tantùm pecunias, vt ad spiritualia ordmentur.

Qui effectus. Videlicet
- Valere ad remissionem pœnæ pro peccatis actualibus, debitæ ad diuinam iustitiam.
- Corporalia disponere ad spiritualia.
- Liberare animas ex Purgatorio duas vel tres, virtute clauium.
- Certos nos reddere de salute nostra.

Quibus sint vtiles & necessariæ. Hîc docent:
- Vtiles esse mortuis, seu morituris in gratia, & non in gratia infirmis, legitimè impeditis, non crimina publica habentibus, crimmosis, &c.
- Vtiles esse diuitibus, sic exœctatis, vt ad restitutionem malè partorum nullo modo compelli possint.
- Contritis & confessis.

Quantæ dignitatis sint indulgentiæ. Hîc docent, indulgentias Papales tantæ esse virtutis,
- Operibus misericordiæ præferendas.
- Vt soluere possint hominem, etiamsi quis per impossibile Dei Genitricem violasset.

Ad indulgentias, vt valeant, quid requiratur. Requiritur aliquid ex parte donantis, vt potentia honesta, & rationabilis causa. Ex parte recipientis, confessio, cum vera contritione, & fides, cum vera deuotione, credens quòd indulgentia sibi prosit.

De Ecclesia.

TRACTATVR hîc à Papistis:

Quid sit. Videlicet esse
- Ciuile regnum, quod brachio seculari opus habeat, mundanis armis, humanis traditionibus, & ciuilibus legibus ad salutem animæ.
- Monarchiam extremam & supremam totius orbis terrarum, in qua Papa irrefragabiliter habeat potestatem, tàm in Laicos, quàm Clericos, cui resistere siue verbis, siue factis, nemini mortalium est integrũ, de quo disputare, iudicare, nemini liceat, qui habeat potestatem condendi articulos fidei, abolendi Scripturas, quas velit, instituendi cultus & sacrificia, condendi leges, quas velit, dispensandi & soluendi quibuscunq; legibus velit, diuinis, canonicis & ciuilibus, à quo Imperator & omnes Reges accipiant potestatem, & ius tenendi regna, &c.
- Societatem externarum rerum & rituum.

Ecclesia Romana quot modis capiatur. Aliquando videlicet pro summo Pontifice, & quibusdam Presbyteris & Diaconis: quandoq; pro solis Cardinalibus: quandoq; pro omnibus, credentibus fidem Apostolicam prædicatam Romanis: quandoq; pro omnibus Clericis Romanis: aliquando pro omnibus fidelibus Romanæ diœcesis.

Quotuplex. Videlicet
- Militans cõgregatio, scilicet omnium fidelium viatorum sub Christo militantium contra Diabolum, carnem & mundum. Vel, Ecclesia militans, dicuntur omnes homines fideles actu vel habitu, implicitè vel explicitè credentes, vel ænigmaticè cognoscentes omnes Catholicas veritates, quibus quilibet viator actu vel habitu explicitè vel implicitè firmiter assentiri teneatur: Dicunt autem sex esse arma Ecclesiæ militantis, quibus instructus proculdubiò à morte corporis ad Ecclesiam triumphantem venire possit. Hæc dicunt esse septem Ecclesiæ Sacramenta.
- Triumphans, in sede beatorum.

Quod sit caput Ecclesiæ militantis. Hîc docent Christum triumphantis Ecclesiæ caput esse: militantis verò Papam, qui sit distributor Thesauri Ecclesiæ, ac de necessitate salutis esse credere Romanum Pontificem esse super omnes Ecclesias, esse caput Ecclesiæ, & Episcopum vniuersalem totius orbis.

Quæ sit potestas Ecclesiæ: id est, Papæ. Videlicet potestas
- Condendi articulos fidei.
- Statuendi præcepta bonorum operum.
- Approbandi articulos & præcepta, & Scripturas Sanctas, idq; autoritate iudiciali.
- In Cæsares, Reges, &c.
- Ordinandi ceremonias in feriis, cibis, ieiunijs, precibus, vigilijs, nuptijs, &c.
- Instituendi cultus & sacrficia, &c.

De Clauibus, seu potestate Ecclesiastica.

TRACTATVR hîc à Papistis:

- Quid *sint Claues.* *Condere videlicet & statuere leges, nouos cultus instituere, & quosdam casus reseruare, &c.*
- Quotuplex. *Videlicet*
  - Potestatis: *& hæc quadruplex:*
    - Ordinis: *& hæc duplex:*
      - Scientiæ: *ad quam pertineat potestas definiendi, iudicandi, discernendi, &c.*
      - Christi, *q̃* triplex *sit:*
        - Autoritatis, *qua ex se, & non ex alio superiore potest remittere peccatum, vt Deus.*
        - Excellentiæ, *quæ sit potestas Christo delegata, cum prærogatiua, quæ in his quatuor consistat: videlicet mereri efficaciam Sacramentis, conferre effectum Sacramentis, instituere Sacramenta, & in eius nomine conferre Sacramenta.*
        - Ministerij, *quæ sit potestas dispensandi, vel etiam ministerialiter Sacramenta instituendi.*
      - Papæ: *quæ est vel clauis Regni*
        - Cœlestis, *ad quam pertinet potestas in Ecclesiam, articulos Fidei, Leges, Concilia, Cœlos, Purgatorium, in rerum naturam, &c.*
        - Terreni, *ad quam pertinet dominatio in Reges & Principes, Episcopos, & excommunicatio.*
        - Inferni, *quæ sit potestas, qua possit, quos vult, ad Inferos detrudere.*
      - Episcoporum: *quæ sit potestas regiminis & coercitiuæ correctionis, ad dirigendos subditos ad finem beatitudinis æternæ. Huc pertinet potestas coactionis, reseruationis casuum, &c.*
      - Sacerdotũ vulgariũ: *quæ sit septuplex: potestas*
        - Consecrationis,
        - Administrandi *Sacramenta,*
        - Prædicationis,
        - Iudiciariæ *correctionis,*
        - Puniendi,
        - Accipiendi *vitæ necessaria. Hæ potestates communes sunt & Episcopis.*
        - Ligandi & soluẽdi, *quæ sit duplex: quædam*
          - Confertur *ex vi ordinationis, quæ est potestas officij.*
          - Executionis, *sine qua habens potestatem neminem soluit, nec ligat, & hæc aliquando cum ordinem non accipitur, vt quando quis ordinatur ab Episcopo non suo, sine licentia sui Episcopi, vel quando ordinatur ab excommunicato degradato, vel suspenso.*
    - Iurisdictionis. *Hîc docent:*
      - Quid *sit. Quæ videlicet requirat prælationem super aliquam plebem vel personam, tanquam materiam, super quam exerceri debet tàm prima potestas, quàm secunda.*
      - Quotuplex. *Videlicet*
        - Ordinaria, *quæ scilicet alicui conuenit ratione beneficij, aut dignitatis, in qua constitutus est ipso iure. Talis est potestas prælationis & Curatorum, & hi possunt vices suas alijs committere.*
        - Delegata, *siue extraordinaria: & hæc duplex: quædam*
          - Limitata *solùm ad arbitrium committentis & per se nullo iure fulta, vt est potestas adiutorum, quos Curati adsumunt in subleuamen laboris audiendi confessiones.*
          - Est *quasi media inter ordinariam & delegatam, qua seruata forma in iure statuta, ampliari potest committentis arbitrio, & non restringi. Qualis est potestas Fratrum Mendicantium, seruata forma expressa, in can. dudum. de Sepulturis, in Clementinis.*
      - Clauem *ordinis esse quid sacramentale: clauem verò iurisdictionis non item. Idcò effectum eius subiacere arbitrio hominis, non autem primæ.*
      - Collegium *posse habere clauem iurisdictionis, non autem ordinis, quam soli Sacerdotes habeant.*
- Potestas *clauium in quo fundetur. Non in fide & gratia, sed in charactere baptismali & sacerdotali.*
- Quot *sint claues spirituales, quibus cœlum possit reserari hominibus. Videlicet sana doctrina, vera pœnitentia, sanguis Christi, & potestas collata à Deo supernaturaliter sacerdotali dignitati.*
- Vnde *habent Sacerdotes claues. Videlicet à Papa, non ab Ecclesia.*
- Quomodo *Sacerdotes clauem habeant. Hîc docent Deum habere claues per autoritatem, Christum per excellentiam, Sacerdotes per ministerium.*
- Qui *Sacerdotes habeant vsum clauium. Videlicet non excommunicati, non schismatici, hæretici, suspensi, degradati, &c.*
- Quando *erret clauis. Quando Sacerdos abutitur, vel claue potestatis, vel scientiæ potestatis, quando Sacerdos absoluere tentat non suæ iurisdictioni subiectum, aut quem nouit non contritum. Claues scientiæ errant, quando Sacerdos omittit inuestigare necessaria: vt, an confitens sit contritus, aut circumstantias necessariò confitendas. Inquirit autem quæ audire delectat, non pertinentia ad hoc forum.*

De Ora-

De Oratione.

TRACTATVR hîc à Papistis:

- Quid *sit*. *Videlicet actus potentiæ, voluntatis, & intellectus.*
- Quot *modis capiatur oratio*. *Videlicet propriè, communiter, & communissimè. Propriè oratio est ascensus ad Deum, ad aliquid degustandum, impetrandum, vel exoluendum. Communiter oratio dicitur, secundum quod comprehendit omnem actum contemplatiuè ad Deum relatum. Communissimè secundum quod comprehendit omnem bonum actum, secundum quod dicitur, non cessat orare, qui non cessat benefacere.*
- Quotuplex. *Generalis & specialis, vel publica & priuata: publica, quæ conuenit alicui ex officio: priuata, conueniens alicui ex merito vitæ. Docent autem speciales orationes applicatas, vni personæ per Prælatos, vel etiam religiosos plus prodesse eidem quàm generales, etiam non paribus cæteris.*
- Quæ *causæ*.
  - Charitas.
  - Intentio *bona*.
- Qui *effectus*. *Videlicet*
  - Impetrare *etiam cum dubitatione orantem exauditionem, iustitiam, ex opere operato, non opere operantis.*
  - Reficere *mentem,*
  - Expellere *tristitiam,*
  - Impetrare *etiam alijs vitam æternam,*
  - Satisfacere *pro peccato mortali & veniali.*
- Quæ *requirantur ad orationẽ, vt valeat. Videlicet*
  - Intentio *bona,*
  - Humilitas,
  - Frequentatio,
  - Discretio,
  - Perseuerantia,
  - Eleuatio *mentis,*
  - Lacrymæ,
  - Suffragia *Sanctorum,*
  - Meritum *proprium, &c.*
- Quis *orandus. Sancti, licet propriè, vt illi docent, ad Sanctos oratio non fiat, sed deprecatio. Docent hîc soli Deo porrigendam esse orationem, vt per eum impleatur: Sanctis verò, & Angelis, & hominibus, vt per eos impetretur, quod petitur. Item orationem non debere fieri ad Sanctos, qui sunt in Purgatorio, vel in hoc mundo, sed tantùm supplicationem & petitionem.*
- Quæ *vtilitas sit orare Sanctos diuersos.*
  - Quia *aliquis quandoque maiorem habet deuotionem ad Sanctum aliquem, quàm ad Deum.*
  - Propter *fastidium tollendum, quia assiduitas vnius rei fastidium pariat, & propterea diuersos Sanctos orare, prosit, vt nouus feruor excitetur.*
  - Quia *quibusdam Sanctis datum est in aliquibus specialibus causis, præcipuè patrocinari, vt Anthonio ad ignem infernalem, &c.*
  - Vt *omnibus honor debitus exhibeatur à nobis.*
  - Quia *plurium orationibus aliquando impetretur, quod vnius oratione non impetraretur.*
- Quare *orent pro nobis Sancti. Videlicet*
  - Quia *hoc meruerint.*
  - Vt *plus nobis innotescant.*
  - Propter *fidem resurrectionis insinuandam.*
- Quomodo *orent. Dupliciter, expressè & interpretatiuè.*
- Quando *nobis orandum. Etiam tum, cùm nullam necessitatem habemus: horis tamen & temporibus à Romana Ecclesia constitutis.*
- Vbi *orandum. Videlicet in Templo, vel locis consecratis vocaliter, sed mentaliter in omni loco.*
- Pro *quib⁹. Hîc docent:*
  - Etiam *pro damnatis orandum esse, quia latro in morte pœnituerit, sed non publicè, verùm in secreto.*
  - Pro *hæreticis, Paganis, & Iudæis mortuis non esse orandum.*
  - Orandum *esse pro eo, qui subitò mortuus sit, qui prius fuerit bonæ & honestæ vitæ, & hoc in publico.*
  - Pro *beatis, & pueris in lymbo existentibus non esse orandum.*

fol. 370. De Ieiunio. Pag:

TRACTATVR hîc à Papistis:

- Quid sit. Videlicet
  - Ieiunium dici abstinentiam à cibis vetitis & vitijs.
  - Esse subtractionem prandij, & post cœnam cuiuslibet cibi vsq; in sequentem diem vnicam comestionem cœnam appellant.
  - Esse carnificem, quo mens ad superarum rerum contemplationem efferatur, & satisfaciat pro scelerum genere.
  - Esse actum virtutis: scilicet temperantiæ elicitiuè, & aliarum rerum imperatiuè.
- Quot modis accipiatur Ieiunium. Videlicet propriè, communiter, & communissimè. Propriè, pro afflictione carnis, secundùm gustum. Communiter, pro afflictione omnis carnis, quæ consistat in vigilijs, flagellis, ieiunijs propriè dictis. Communissimè, pro abstinentia ab omni peccato mortali.
- Quotuplex.
  - Corporale. Hîc docent:
    - Quid sit. Videlicet abstinentia à cibo & potu, intuitu satisfaciendi, vel vitandi peccatum, vel acquirendi vitam æternam.
    - Quotuplex. Videlicet
      - Naturæ, quod sit abstinentia cibi ac potus integro die naturali. Hoc dicunt requiri ad dignè communicandum, licet nec sit virtus, nec actus virtutis.
      - Virtutis, est actus temperantiæ, vel refrenatio delectationum gustus in cibo & potu, secundùm regulam rectæ rationis, vel habitus ad hanc inclinantis.
      - Ecclesiæ, quæ sit abstinentia à cibo & potu, secundùm regulam ab Ecclesia institutam, vt semel tantum & hora certa edatur & cibus concessis ieiunans vtatur.
  - Spirituale: abstinere à vitijs.
- Quæ excusent à ieiunio Ecclesiæ. Videlicet
  - Paupertas,
  - Labor,
  - Infirmitas vel languoris, vel ætatis, vel conditionis.
- Qui effectus.
  - Animas defunctorum ex Purgatorio soluere.
  - Placare Deum.
  - Seruire ad honorem Dei & fidelium emendationem.
  - Illustrare libertatem & vim Euangelij.
  - Satisfacere pro peccatis.
  - Reprimere concupiscentiæ delectationem.
- Quousque non edendum die ieiunij. Docent hîc laudabilem morem esse ieiunare, donec appareant stellæ in cœlo, vel edendum esse post vesperas, non diei, sed officij, vt fit in Quadragesima, hora videlicet vndecima, vt in Concilio Gabilionensi statutum legitur.
- Quot modis soluatur, seu frangatur ieiunium.
  - Sæpius comedendo.
  - Cibo non concesso vtendo, vt est esus
    - Carnium,
    - Casei,
    - Lactis,
    - Butyri,
    - Ouorum, &c.
  - Negligendo tempus comestionis, vt in quadragesima hora regularis sit post vesperas dictas, vt scilicet antequam celebretur officium vespertinum non edatur.
- Ieiunium in vigilijs Sanctorum quare fieri debeant. Videlicet causa præparationis ad deuotionem, & causa significationis, quòd Sancti per afflictiones peruenerint ad gloriam.

De Con-

De Conciliis.

Tractatur hîc à Papistis:

- Quis *sit Præses, Iudex & arbiter Conciliorum. Videlicet Papa, eò quòd sit indubitatus Christi Vicarius. Quare Concilium, quod Voluntati Papæ in aliquo refragatur, Conciliabulum potius, quàm Concilium dicendum esse docent, neq; interfuisse Cæsares, aut Principes Concilijs, nisi prius à Romano Pontifice petita licentia, & interfuisse eos, non vt cognitores, aut iudices, sed tantum pro seruanda tuendaq; Concilij autoritate, vnitate & concordia, nec supremum locum eos occupasse, sed infimum in sella humiliore.*
- Qui *post Papam præsint in Concilijs. Hîc docent:*
  1. Romanum *Pontificem primum locum sibi vendicare in Concilio, eò quòd sit caput Ecclesiæ.*
  2. Proximum *locum vendicare sibi Cardinalem Hostiensem, ex priuilegio, quò Romanum Pontificem præ cæteris consecrat.*
  3. Quòd *tertium locum habet Patriarcha Constantinopolitanus.*
  4. Quartum *obtinere Alexandrinum.*
  5. Quintum *locum obtinere Antiochinum.*
  6. Sextum *locum obtinere Hierosolymitanum.*
  7. Septimum *locum obtinere Aquilegensem.*
  8. Biturícensem.
  9. Grandensem *Patriarcham nonum locum obtinere.*
  10. Locum *obtinere Risangensem.*
  11. Archiepiscopos *suum locum obtinere.*
  12. Episcopos *suum obtinere locum.*
  13. Abbates, *&c.*
- Quotuplex *sit. Videlicet generale & particulare. Docent autem generale Concilium errare non posse, quòd Spiritu Sancto Rectore dirigatur.*
- Concilium *quantæ sit autoritatis. Hîc docent tantam esse Conciliorum autoritatem, vt nemini liceat illis, aut illorum gestis contradicere.*
- Vnde *habeant autoritatem suam Concilia. Hîc docent, omnibus Synodis vniuersalibus, & Synodalibus, earundem decretis, definitionibus & sententijs, vt iustis, ac pijs, autoritatem ac robur dedisse semper Apostolicæ sedis autoritatem.*
- Cuius *sit conuocare Concilium. Videlicet summi Pontificis, eò quòd summus sit post Christum Pastor ouium, in rebus præcipuè spiritualibus & Ecclesiasticis.*
- Quorum *scriptis innitendum sit in Concilijs. Sanctorum videlicet scriptis, præcipuè quatuor Doctorum, vsque ad vltimum iota.*

De Traditionibus humanis.

Tractatur hîc à Papistis:

- Quid *sint traditiones. Opera videlicet exteriora, vel ceremoniæ ad cultum Dei pertinentes.*
- Quotuplices. *Videlicet*
  - Vniuersales, *quæ necessariæ sint ad iustificationem.*
  - Particulares, *quas varias esse oportet, vt magna varietate colatur Deus.*
- Qui *effectus.*
  - Promereri *iustitiam, gratiam, & remissionem peccatorum.*
  - Placare *Deum.*
  - Seruire *ad honorem Dei, & fidelium emendationem.*
  - Satisfacere *pro peccatis.*
  - Illustrare *libertatem Christianam.*
- Quomodo *seruandæ traditiones. Hîc docent humanas traditiones*
  - Seruandas *esse, vt cultum Dei.*
  - Et *ceremonias sub eadem pœna & pari præmio seruandas esse, vt præcepta Dei.*
  - Pro *articulis fidei habendas esse, esse immutabiles, ex solius Pontificis autoritate & potestate pendentes.*
- Quorum *sit tradere cæremonias. Hîc docent in potestate Papæ esse condere humanas traditiones, similes præceptis Dei.*

De Papa seu Pontifice Romano.

TRACTATVR hîc à Papistis:

Quid *sit Papa. Videlicet Vicarius Christi, & successor Petri, super omnes totius orbis Ecclesias à beato Petro constitutus: vel, Papa est homo cœlestis, & Angelus terrestris.*

Que & quanta sit Papæ potestas. Hic docent:

Papam
- Ius *conferendi Ecclesiasticam potestatem penes solum Papam esse, aut eam, cui Papa commiserit.*
- Papæ *maiorem esse autoritatem, quàm Sanctorum.*
- In *potestate Papæ esse,*
  - Non *solùm morum, sed & fidei articulos constituere.*
  - Remittere *omnes pœnas, quas arbitrio, vel suo, vel Canonum imposuit.*
  - Hominem *saluare.*
  - Condere *traditiones similes præceptis Dei.*
  - Concedere *indulgentias omnibus contritis & confessis, in remissionem peccatorum, maximè pia loca visitantibus, & qui manus suas adiutrices porrigentibus.*
- In *soluendo & ligando maiorem esse autoritatem Papæ, quàm aliorum.*
- Sedem *Apostolicam habere ius iudicandi de omni Ecclesia, nec de eius licere iudicare iudicio.*
- In *causis fidei non licere à summo Pontifice appellare, seu eius iudicium declinare.*
- Posse *remittere animabus in Purgatorio omnem pœnam, quam debuissent in hac vita, secundùm Canones, soluere.*
- Omnis *iuris fontem esse.*
- Extra *aleam humanorum iudiciorum esse, vt qui supra humanis conditionem euolans, omni iuri autoritatem tribuat.*
- Habere *autoritatem Scripturas interpretandi pro se, & non contra se.*
- Agere *posse quod vult.*
- Habere *potestatem canonizandi Sanctos, idq; iure diuino.*
- Solum *habere potestatem confirmandi Episcopos.*
- In *quinque pœnas potestatem habere: in pœnam æternam, purgatoriam, castigatoriam, canonicam, & satisfactoriam.*
- Esse *distributorem thesauri Ecclesiæ.*
- Posse *applicare satisfactiones in Ecclesiæ thesauris repositas suo iudicio, ad pœnas luendas criminum eorum, qui tanti sceleris sunt, vt pœnitentiam pro suis peccatis condignam agere valeant.*
- Posse *aperire Regnum cœlorum quibus velit.*
- Habere *plenitudinem Pontificalis potestatis, sicut Reges in Regno suo: sed Episcopos suscipi in partem sollicitudinis, quasi Iudices singulis ciuitatibus præpositos.*
- Posse *naturam rerum immutare, de nullo facere aliquid, de iniustitia posse facere iustitiam, corrigendo iura, & mutando: posse supra ius dispensare, necesse quenquam, qui ei dicere audeat: Domine, cur ita facis? lib. 1. Gregorij, tit. 4. can. quanto.*

Papa *quotuplicem gerat gladium. Duplicem scilicet, vt vtriusq; gladij maiestate formidabilis sit vrbi & orbi. Corporalem vnum, quo interdum hostes Ecclesiæ absterreat. Spiritualem, quo in sede Petri omnia Regna territat.*

Papæ *iurisdictio quousq; se extendat. Hîc docent extendi eam ad Inferos, & in Purgatorium vsque. Nam Angelus quidam Parisiensis palàm scribit, animas in Purgatorio esse sub iurisdictione Papæ, &, si vellet, Papa posset Purgatorium euacuare: proinde docent Papæ iurisdictionem longam, latam, & profundam esse.*

An *Papa maior sit Petro & reliquis Apostolis. Hîc docent, omnibus Apostolis maiorem esse Papam, non quidem quod ad sanctitatem, sed quod ad ordinis & iurisdictionis claues attinet. Item, quod Apostoli errare potuerunt, Papa non possit errare.*

An *maior sit Papa Cæsaribus ac Regibus. Hîc docent Papam de iure Romano, & de facto, maiorem potentioremq; esse omnibus Regibus & Imperatoribus terræ, & absq; mendacio & adulatione posse appellari Sanctissimum, & posse ab omnibus adorari cultu duliæ vsq; ad oscula pedum.*

Contra

Contra Papistarum doctrinam de Primatu Papæ.

- Loci duo.
  - Quòd Petrus non habuerit primatum. Id probatur
    - Scripturis.
      - Quòd *Christus aliquoties contendentibus Apostolis de Primatu, negauit eos debere imperare & regnare, Luc.22.d.26. Mar.10.g.42.*
      - Christus *inquit Ioan.20.d.21. Sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos. Christus autem non missus est à Patre, vt constitueret Regna, &c.*
      - Paulus *aliquoties in Epistola ad Galatas testatur, se quidem esse Apostolum Gentium, Petrum Iudæorum, Galat.2.a.7. Petrus ergo non fuit Episcopus in tota Ecclesia.*
      - Paulus *1.Corinth. 2. c. 9. dicit Petrum & Paulum, & omnes Apostolos Ecclesiæ esse, & non esse Ecclesiam ipsorum, eos esse tantùm Ministros, 1.Cor.4.c 11.*
      - Paulus *in Galatis ostendit, se nullam prorsus superioritatem vel Petri, vel aliorum agnoscere, & docet, se sine Petri ordinatione, aut permissione prædicare, se nihil ab eo didicisse, imò coram plurimis cum obiurgasse.*
      - Petrus *(1.Pet.5.a.1.) se Presbyterum appellat: non ergo vsurpauit tantam potestatem, quantam Romanus Pontifex. Sic & Ioannes sese vocat, 2. & 3. Epistola.*
      - Petrus *dominium Ministrorum prohibet, 1.Pet.5.a.3. Noluit ergo & ipse dominari.*
      - Ioannes *Diotrephem accusat, quòd primatum amabat: accusasset certè & Petrum, si primatum gessisset, Epist.3.c.9.*
    - Argumẽtis et rationibus.
      - Actor.8.c.14. *legitur, quòd Apostoli miserint Petrum ac Ioannem in Samariam: Inferior est qui mittitur: Non enim mittit inferior superiorẽ, sed econtrà: Ergo, &c.*
      - Paulus *cùm multa de sua, Petri, aliorumque vocatione disserat, nusquam de Petri primatu vnquam docuit.*
      - Non *constat planè Petrum fuisse Romæ. Falsum enim est quod Papistæ scribunt, Petrum Romæ 25. annis docuisse.*
      - Petrus *non tenuit imperium: Petrus tenuit claues Ecclesiæ: Ergo claues non sunt imperium.*
  - Quòd Pontifex Romanus non sit vniuersalis Episcopus. Id probatur
    - Scripturis.
      - Christus *dicit, vnum Ecclesiæ suæ esse Pastorem: Papa ergo non est Rector, seu Pastor Ecclesiæ vniuersalis.*
      - Paulus *dicit, Christum summum esse Pontificem, ac Sacerdotem: Ergo, &c.*
      - Petrus *Christum Episcopum, seu animarum nostrarum Curatorem vocat, 1.Pet.2.d.25. Ergo, &c.*
      - Christus *dicit, Nemo potest duobus dominis seruire, Matth.6.d.24. Vide & locos superiores ex Scripturis.*
    - Ex *Doctoribus.*
      - Gregorius *in Registro lib.4.can.8. & 82. & lib.7.can.30. hanc vniuersalitatis appellationem sacrilegam, nefariam & scelestam, prænunciamq; Antichristi, item superbam, temerariam, & erroneam esse dicit.*
      - Cyprianus *Romanum Episcopum Stephanum in ordinem cogit, erroris ac inscitiæ & præfractæ obstinationis damnat.*
      - Hieronymus: *Superbia diuitiarum, vel paupertatis humilitate superiorem, vel inferiorem fieri negat Episcopum. Ad Eugenium Episcopum.*
      - Augustinus *de Baptismo contra Donatistas lib.2.cap.2. dicit: Neq; quisquam nostrum Episcopum se esse Episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adegit.*
      - Bernhardus *de Consideratione, ad Eugenium libro 3. scribit, communem suo tempore fuisse querimoniam: Truncari & mutilari Ecclesias, quòd Romanus Episcopus omnẽ potestatẽ ad se trahendo ordines confunderet.*
      - Pius II. *in Epistolis scribit, ante Concilium Nicenum ad Romanam Ecclesiam parum admodum habitum esse respectum. Hic enim primùm ei suburbanas Ecclesias subiectas esse.*
    - Ex *Decretis.* Vt
      - Distinct.99. *can primæ sedis.*
      - Distinct.96. *can. cùm ad verum, &c.*
      - Distinct.88. *can decreuit.*
      - Caus.12. *quæst.2. can. gloria.*
      - Distinct.93. *can. legimus.*
      - Distinct.95. *can. olim.*
      - Distinct.21. *can. Cleros.*
      - Caus.8. *quæst.1. can. illud inserendum.*
    - Ex *Conciliis, &c. Vide literam A.*

A. Ex Concilijs.
- In sexta Synodo Calcedonensi oblatus est primatus Romano Pontifici, non iure diuino. Lege dist. 17. can. Concilia. Vide & gl. Item caus. 3. q. 6. dudum. caus. 9. q. 3. can. aliorum. Nec est tamen ab eis concorditer Pontificatus assumptus, vt scribit Gregorius lib. 4. Registr. epist. 32.
- Nicena Synodus statuit, vt Episcopus Romanus tantùm suburbanarum Ecclesiarum curam haberet: alij verò aliarum.
- Concilium Africanum statuit, ne quis Princeps Sacerdotum, vel summus Sacerdos diceretur, nèue Romanus Pontifex vniuersalis appellaretur. Lege dist. 99. can. primæ.
- Concilium Carthaginense tertium statuit, vt Episcopus non rebus secularibus, sed electioni, orationi, & verbo prædicationis tantummodò vacet, dist. 88. an Episcopus.

A. Argumẽtis, seu rationib⁹.
- Vna est Ecclesia: Ergo vnus Princeps & caput Ecclesiæ est.
- Vt terra duos Soles ferre non potest, ita nec Regnum duos Reges: Ecclesia Dei Regnum est: Ergo
- Impossibile est vnum hominem, etiamsi donis Petrum superaret, omnes causas, controuersias, dissidia, hæreses, &c. cognoscere.
- Impossibile est hominem, etiam verè pium, in tanta potentia & opibus, non corrumpi, & insolescere.
- Christus ipse vult regere Ecclesiam, vult nobiscum esse, excitat Doctores, dat Spiritum, &c. Vult Doctores audiri, non Papam, &c.

De Primatu Papæ vide PETRVM MARTYREM in 1. Reg. cap. 12. fol. 106. &c.

De Excommunicatione.

TRACTATVR hîc à Papistis:

- Quid sit. Videlicet censura à Canone, vel Iudice Ecclesiastico prolata, priuans à communione hominum & Sacramentorum.
- Quotuplex. Videlicet
  - Maior, quæ separet à communione fidelium, & perceptione Sacramentorum.
  - Minor, quæ sit duplex:
    - Que separat à perceptione Sacramentorum, & non à communione fidelium.
    - Ab homine, quæ non contrahitur à iure, sed infligitur ab homine tantùm, & separat à communione fidelium aliquorum, & non Sacramentorum.
- Que causæ excommunicationis. Videlicet
  - Hæresis,
  - Decretorum Papæ contemptus.
  - Debitum non solutum.
  - Contumacia, vel non obedire Pontifici, aut Prælatis.
  - Damnum illatum.
  - Non soluere Monachis ac Presbyteris à mortuo legatum.
- Qui effect⁹. Videlicet priuare
  - Hominem communibus Ecclesiæ precibus.
  - A consortio & consuetudine hominum.
  - Aliquem, vt Prælatum, vsu iurisdictionis, non autem ipsa iurisdictione.
- Ius excommunicandi apud quem sit. Videlicet apud Papam & Prælatos in sua iurisdictione, nõ apud Ecclesiam.
- Qui sint excommunicandi. Hæretici aliquid contra fidem Romanam docentes, nec viui solùm, sed & mortui, quorum hæresis post mortem deprehensa sit, & hoc quantum ad suffragia generalia Ecclesiæ & sepulturam. Docent autem excommunicandos non ipsos tantùm hæreticos, sed & eos, qui illum errore, colloquio & actibus prohibitis communicârunt.
- In quibus debeat vitari excommunicatus. In crimine, in diuinis, vt si intraret Templum tempore diuinorum, deberet reijci, & si nollet exire, Clerici deberent cessare, donec exiret. Item in colloquio, oratione, salutatione, in cibo & potu: vnde versus,

  Os, orare, vale, communio, mensa negatur.
- In quibus casibus potest quis sine peccato communicare cum excommunicato excommunicatione maiori. In
  - Consulendo ei.
  - Petendo consilium.
  - Petendo debitum.
  - Conueniendo coram Iudice.
  - Casu matrimonij.
  - Astrictione, vt filij, serui, ancillæ, & generaliter qui ante excommunicationem fuerunt excommunicato astricti, per excommunicationem à debito non absoluuntur.

De Cœli-

De Cœlibatu Sacerdotum.

TRACTATVR hîc:

- Quid *sit. Videlicet angelicum vitæ genus, gratißimum Deo sacrificium, quod mereatur remißionem peccatorum, meretur aureolas, fert centesimum fructum, & alia infinita.*
- Cur *Sacerdotes cœlibes esse debeant. Quia videlicet semper orare ac sacrificare debeant.*
- Quę *causæ.*
  - Reuelatio *diuina.*
  - Traditiones *Sanctorum.*
  - Statutum *Ecclesiæ, eò quòd potuit, quia licuit, quia decuit, quia expediens fuit, & Latini tale statutum libenter receperint. Græci verò dederint tergum, nec in tam nobile statutum consensum, ideò ablatum sit ab eis regnum.*
- Qui *effectus.*
  - Mereri *remißionem peccatorum, & reconciliationem.*
  - Addere *perfectionis statum.*
  - Carnis *munditiam conseruare.*
  - Animam *decorare.*
  - Angelis *assimilare.*
  - Christo *desponsare.*
  - Odorem *bonæ famæ spirare.*
  - Ad *nuptias æternas inuitare.*
  - Deo *adiungere.*

De Sepultura.

TRACTATVR hîc à Papistis:

- Quid *sit. Videlicet locus concauus in loco Ecclesiastico, vel Cœmeterio factus, in quo corpus Catholici conquiescat.*
- Vbi *debeat fieri sepultura. Videlicet apud Ecclesiam consecratam in loco magis religioso. Vocatur autem locus magis religiosus, in quo frequentius, & honestius, & deuotius, pro viuis & mortuis celebratur, vt sunt loca, in quibus sunt conuentus fratrũ religiosorum. Docent hîc quemlibet liberè posse eligere locum sepulturæ magis religiosum, si tamen religiosis fratribus aliquid legauerit.*
- Cur *sepultura inuenta sit. Ne videlicet horror & fœtor sit viuis, & ad fidem resurrectionis futuræ, & oretur pro defunctis.*
- An *sepultura prosit mortuis. Docent hîc locum sacrum sepulto prodesse, non ex opere operato, sed ex opere operante, in quantum ipse dum viueret, hoc meruit, vel alij pro eo, vt sancti illius loci & Ministri orantes pro eo. Alij docent sepulturam prodesse mortuis in charitate decedentibus, aliquid purgabile secum deferentibus, & prodesse, non per se, sed per accidens, in quantum scilicet inspicientes sepulturam, memoriam retinent defunctorum, vt pro eis orent.*
- An *sepultura in loco sacro impio prosit. Docent non nocere impio sepulturam in loco sacro, nisi in quantum eam sibi indignam procurauit propter humanam gloriam.*
- Quibus *rebus inuentur sepulti in loco sacro.*
  - Anniuersariis,
  - Vigiliis *mortuorum ab Ecclesia institutis.*
  - Depositionibus,
  - Septima,
  - Tricesima,
  - Fraternitatibus,
  - Suffragiis: *id est, Missis & precibus Sacerdotum.*
  - Precibus *Sanctorum illius loci vbi est sepultura alicuius.*
  - Eleemosynis *charorum.*
  - Ieiunio *cognatorum, & quibuscunque afflictionibus.*
  - Indulgentiis *Prælatorum.*
- Suffragia *viuorum propter quid prosint mortuis. Videlicet propter charitatis vnionem, & sic omnia bona bonorum prosint mortuis, etiamsi fiant pro viuis sicut Missa, & prosint, non ad meritum vitæ, sed ad absolutionem pœnæ.*
- An *suffragia per malos facta prosint sepultis in loco sacro. Docent prodesse ex opere operato, vt Missa mali tantùm, quantũ boni. Item ex opere operante vniuersalis Ecclesiæ. Item, ex opere operante eius, qui vel rogat, vel mãdat prosse aliquid fieri, sicut bonus dominus per malũ seruũ faciens eleemosynã.*
- An *sepulto in loco sacro prosint hæc Cæremonialia, vt curatio funeris, conditio sepulturæ, pompæ exequiarum, cera, oleum, oblationes, serica, &c. Docent hæc mortuo prodesse, quia cedant in honorẽ Dei, & vtilitatem pauperum, vel Ministrorum, vt si de panno serico fiat Altaris paramentum, vel Ecclesiæ ornamentum, vel in pecuniam redactum detur pauperibus. Docent alij hæc magis esse viuorum solatia, quàm subsidia mortuorum. Alij dicunt hæc prodesse mortuis per accidens, in quantum per talia excitantur homines ad compatiendum et orandum, & in quantũ pauperes fructum inde capiunt, & Ecclesia propter Deum honoratur.*
- Quibus *prohibeatur sepultura. Excommunicatis, manifestis vsurarijs, raptoribus, blasphematoribus Dei & Sanctorum, non confessis, Iudæis, Paganis, corporibus exenteratis, vel diuisis.*
- An *sepultura vendi possit. Docent vendi posse ratione materiæ, non ratione consecrationis & officij.*

De Vita æterna.

TRACTATVR hîc:

- Quid *sit. Videlicet operatio vltima, & perfectio.*
- Quæ *causæ vitæ æternæ.*
  - Efficacia *doni Spiritus Sancti cooperantis in merito.*
  - Veritas *Dei promittentis.*
  - Persuasibilitas *liberi arbitrij consentientis, & finaliter perseuerantis.*
  - Difficultas *status merendi.*
  - Dignitas *Christi nostri capitis, quod glorificari debeat cum suis membris.*
  - Liberalitas *Dei tribuentis, quem non decet parua reddere.*
  - Obsequium *sibi fideliter obtemperantis.*
  - Nobilitas *operis, quod ex charitate procedit, & ideò non potest sufficienter, nisi summo bono remunerari.*
- Quotuplex *sit præmium hominis in vita æterna. Videlicet*
  - Præmium *essentiale, seu substantiale, quod Aurea dicitur, & est vita illa æterna, & est triplex: quoddam ad*
    - Animam *tantùm spectat,*
    - Solum *corpus spectat,*
    - Vtrumque.
  - Accidentale, *& sit quadruplex:*
    - Crinale, *quo coniugati castè viuentes coronabuntur, & dicitur fructus tricesimus.*
    - Sertum, *quo homines existentes in viduitate continentes, in æterna patria coronantur, & dicitur fructus sexagesimus.*
    - Aureola, *fructus centesimus, q̃ est triplex:*
      - Quæ *debetur Martyribus ex magnitudine passionũ, & causis pugnæ, quæ sunt veritas & bona voluntas ad patiendum.*
      - Quę *debetur Virginibus propter singularẽ victoriam, quam de carne obtinent, cõtra quam continuè bellum geritur, & hæc propriè Aureola dicitur.*
      - Prędicatorum, *quia perfectissima victoria obtinetur contra Diabolum, quando aliquis non solùm Diabolo impugnanti non cedit, sed etiam eũ de regno ipsius expellit, & nõ solùm à se, sed etiam ab alijs, inde versus:*

        Aureolam Martyr, Doctor, Virgoq́ meretur
        Fructus centenus, sexagenusq́, tricenus
        Virginibus, viduis & coniugibus tribuetur.
    - Palma *est, quod nec radici, nec operi debetur, sed voluntati: Tale præmium dicunt habuisse Martinum, eò quòd Martyrium desiderauerit, licet opus non fuerit subsecutum.*
- In *quo consistat essentia beatitudinis. Videlicet in actu intellectus, sed delectatio eius in voluntate.*
- Quomodo *mereatur aliquis vitam æternam. Videlicet appetendo, & benè operando.*
- Quæ *potissimùm vita, æternæ vitæ apta sit. Docent hîc in vita contemplatiua plures beatos fieri, quàm in actiua.*

De Absolutione.

TRACTATVR hîc à Papistis:

- Quid *sit. Videlicet Sacramentum iudiciale.*
- Quotuplex. *Videlicet*
  - Ordinaria, *vt Papæ, quæ excellentior sit absolutione aliorum.*
  - Delegata, *seu commissa, ac limitata, vt aliorum Sacrificulorum.*
- Quę *causæ.*
  - Contritio,
  - Meritum *congrui, digni, & condigni.*
  - Pœnæ, Satisfactiones,
  - Sacramentorum *perceptio.*
- A quo *fieri possit absolutio delegata. Ab ordinato, non laico, non restricto, non excommunicato, non hæretico, sed habente absoluendi potestatem.*
- Quis *possit absolui. Videlicet contritus, non fictus.*
- Papa *solus in q bus casib. absoluere potest. Videlicet quando*
  - Aliquis *injcit manum violentam in Clericum, vel religiosum.*
  - Quis *incendit Ecclesiam, & est denuntiatus.*
  - Quis *frangit Ecclesiam, & est denuntiatus.*
  - Quis *scienter communicat excommunicatis nominaliter à Papa, in diuinis.*
  - Quis *falsificat sedis Apostolicæ literas.*
  - Quis *excommunicatis in crimine communicat.*
- Qui *sint casus, &c. Vide literam A.*

- Quid *sint casus, in quibus oporteat simplicem Sacerdotem mittere absoluendum ad superiorem. Videlicet*
  - Solennis *pœnitentia,*
  - Excommunicatio *reseruata,*
  - Irregularitas,
  - Incendium,
  - Consuetudo *in aliquo Episcopatu.*
- Quomodo *homines absoluantur. Videlicet potestate clauium, & impositione manuũ in signum reconciliationis.*
- Quæ *sit forma absolutionis. Hæc scilicet, Passio Domini nostri* IESV *Christi, merita beatissimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, sint tibi in remissionem peccatorum tuorum.*
- A. An *Sacerdos à quolibet peccato absoluere possit. Docent in casibus reseruatis, non posse quenquam absoluere, nisi accesserit autoritas reseruantis.*
- An *seipsum quis absoluere possit. Dicunt posse de veniali peccato.*
- An *Sacerdos eam, cum qua peccauit absoluere possit. Docent posse quidem, sed non debere.*
- An *excommunicatus possit absolui. Docent non posse absolui à peccatis, nisi priùs præcesserit absolutio ab excommunicatione.*
- An *inuitus possit absolui. Docent inuitum posse absolui ab excommunicatione, non autem à peccatis.*

De Cultu Dei & Sanctorum.

TRACTATVR hîc à Scholasticis:

- Quid *sit. Videlicet summa veneratio potentialis, vel virtus cardinalis, vt religio, pietas, seruitium.*
- Quotuplex. *Videlicet*
  - Dei. *Hîc docent:*
    - Quid *sit. Cultus videlicet soli Deo debitus, & dicitur latria.*
    - Quotuplex. *Triplex: videlicet secundum triplicem statum:*
      - Veteris *legis,*
      - Nouæ *legis,*
      - Status *gloriæ.*
    - Quæ *complectatur cultus Dei: videlicet*
      - Fidem,
      - Sapientiam,
      - Reuerentiam,
      - Sacrificium,
      - Orationem,
      - Receptionem *diuinorum, & institutionem.*
    - Quibus *rebus colatur Deus. Non spiritu tantùm & fide, sed & humanis traditionibus, Ecclesiasticis ritibus, ceremonijs, & obseruationibus.*
  - Sanctorũ: *cultus huius species sũt,*
    - Dulia. *Hîc docent:*
      - Quid *sit. Est enim, vt illi dicunt, cultus, qui debetur creaturæ, in quantum est imago Dei.*
      - Quibus *competat cultus duliæ.*
        - Sanctis: *quare & beatæ Virgini, in quantum est persona sancta, debetur dulia: sed in quantum Dei mater est, hyperdulia illi debetur.*
        - His *quæ Sanctorum sunt, vel sunt partes illorum, vt sunt,*
          - Imagines *Sanctorum, quibus eandem reuerentiam exhiberi volunt, quam illis, quorum sunt imagines, tàm capiendo speciem illas propriè, quàm communiter & analogicè.*
          - Reliquiæ *Sanctorum, vel puluercs, in quos redacta sunt corpora, quæ adorantur tanquam ea, quæ fuerunt partes corporum Sanctorum, quæ adorandæ sunt cum toto. Quod nihil est aliud, quàm recognitio eorum, vt partium, vel coniunctarum Sanctis. Adoranda igitur hæc dicunt habitudine specialis coniunctionis, sicut & crux Christi, flagella, claui, &c.*
          - Vestes, *arma triumphalia, sepulcra: generaliter autem omnia coniuncta eadem specie adorationis adoranda esse volunt, qua ea, ad quæ coniuncta fuerunt, adorantur propriè.*
          - Animæ *Sanctorum, quibus debeatur eadem adoratio quæ Sanctis. Nam propter animas sanctas totum compositum sit sanctum.*
          - Corpora *Sanctorum, quibus eadem veneratio debeatur, quæ animabus, idque propter animas Sanctorum.*
    - Hyperdulia. *Hîc docent, &c. Vide literam A.*

- Quid *sit*. Quæ videlicet debeatur creaturæ excellenti & singulariſſimæ.
- A. Quibus cõpetat. Videlicet
  - Chriſto, vt homini, & his, quæ Chriſti ſunt: vt ſunt,
    - Crux *Chriſti, in qua pependit, non vt imago, ſed vt tale lignum membris Chriſti in eo ſuſpenſis conſecratum: hanc dicunt adorandam eſſe hyperdulia, quòd non pertineat ad perſonam verbi, ſicut pars eius. Crucem verò Chriſti, ſiue ſculptam, ſiue pictam, prout eſt imago Chriſti, latria adorandam eſſe dicunt.*
    - Caro *Chriſti, flagella, claui.*
    - Præputium *Chriſti, quod ſeruatur in Eccleſia Lateranenſi vrbis Romæ, & in die Paſchæ populo adorandum oſtenditur, adoratione hyperduliæ.*
    - Sanguis *Chriſti: & hîc diſtinguunt inter ſanguinem effuſum & manentem ſuper terram poſt reſurrectionem: ſanguinem in Altari, & ſanguinem Chriſti miraculoſum. Sanguinem Chriſti effuſum, docent adorandum eſſe hyperduliæ: ſanguinem in Altari latria, ſanguinem miraculoſum effuſum ab vna beſtia, hyperdulia.*
    - Aſinus *Chriſti, quem hyperdulia adorandum eſſe dicunt, ſed abſtinendum tamen eſſe ab eius adoratione, vt vitetur ſcandalum, & irriſio infidelium.*
  - Diuæ *Virgini, & eius imagini. Docent huic deberi hyperduliam, eò quòd ſit mater Chriſti.*

De Voto.

TRACTATVR hîc à Papiſtis:

- Quid *ſit. Videlicet ſatisfactio pro peccatis, obſeruatio præceptorum & conſiliorum: vel, eſt de bono ſupererogationis, vt ſunt conſilia Chriſti, & omnia opera, ad quæ non tenemur, ſicut eſt peregrinatio, ieiunium, &c. vel, teſtificatio quædam promiſſionis ſpontaneæ, quæ debet fieri Deo de bũ, quæ Dei ſunt.*
- Vnde *dicatur votum. A voluntate videlicet, quaſi à primo mouente rationem ad promittendum.*
- Quotuplex *ſit votum. Videlicet*
  - Tacitum: *quod eſt conceptio melioris propoſiti, animi deliberatione firmata. Hoc fit Deo per interiorem locutionem.*
  - Expreſsũ: *& hoc duplex:*
    - Generale, *& hoc vel*
      - Temporale. *Docent hîc omne votum temporale factum in ſeculo ſolui poſſe per ingreſſum religionis, etiam votum crucis in ſubſidium terræ ſanctæ, quod votum religionis includat, omnia alia vota ratione perpetuitatis & obedientiæ.*
      - Perpetuum
    - Religioſum, *quod perpetuũ eſſe debeat. Hoc Deo magis acceptum eſſe dicunt, quàm votum ſeculariſ hominis, eò quòd detur hîc Deo tota arbor cum fructu.*
- Quę cauſæ.
  - Bona *intentio.*
  - Caſti *animi: nam quantò à caſtioribus animis proficiſcuntur vota, tantò magis Deo placere docent, quare adoleſcentum vota prævalere votis ſeniorum.*
  - Amor *religionis Monaſticæ.*
- Qui *effectus. Videlicet*
  - Mereri *remiſſionem peccatorum, & vitam æternam.*
  - Plus *mereri vota peregrinationum, ieiuniorum, religioni, quàm mandata Dei.*
  - Firmare *voluntatem in bono.*
  - Aſsimilare *beatis.*
- Quomodo votum fieri debeat. In
  - Veritate,
  - Iudicio, &
  - Iuſtitia.
- Quę vouenda.
  - Etiam *illa, quæ ſunt contra charitatem.*
  - Etiam *impoſsibilia. Non enim verum eſſe, quòd ad omne votum requiratur poſsibilitas, voluntas ſpontanea, & conſenſus.*
  - Opera *ſupererogationis, vt opera peregrinationum, ieiuniorum, conſilij, &c. quæ ponderent operibus mandatorum Dei.*
- Quæ *requirantur ad votum. Deliberatio, propoſitum, & remiſsio.*
- An votum *ſit diſpenſabile. Docent hîc votum eſſe indiſpenſabile, reſpectu circumſtantiæ perſonarum. Diſpenſabile verò eſſe autoritate Papæ, quia in his, quæ Deo vouentur, liceat ſummo Pontifici diſpenſare, etiamſi tale votum ſit iuris diuini.*
- Quando *fieri debeat. Ante & poſt pubertatem: quare dicunt, votum caſtitatis etiam ante pubertatem emiſſum, tenere ac ligare.*

De Statu Perfectionis, seu Monachatu.

DOCETVR hîc à Scholasticis:

- Quid *sit. Videlicet qui consistat in deserendis ciuilibus officijs, obseruatione feriarum, rituum, ieiuniorum, votorũ, vestitus, &c. Quarum rerum professio maior sit, quàm Baptismus. Vel, est vitæ genus institutum ad promerendam remissionem peccatorum.*
- Cur *vita Monastica status perfectionis sit. Quòd in illa non solùm religiosi seruant præcepta Dei, sed etiam consilia Euangelij.*
- Substantia *perfectionis in quibus consistat. Videlicet in consilio paupertatis, quæ est abdicatio proprietatis, in consilio obedientiæ, & in consilio castitatis.*
- Quot *sint genera perfectionis. Videlicet*
  - Religionis, *quæ consistat in obseruantia consiliorum.*
  - Sufficientiæ, *quæ consistat in adimpletione mandatorum Dei.*
  - Prælationis, *quæ consistat in religione subditorum.*
  - Operationis, *quæ consistat in ostensione exemplorum.*
  - Tranquillitatis, *quæ consistat in consummatione rerum difficillimarum & optimarum.*
- Qui *effectus. Videlicet*
  - Satisfacere *pro peccatis.*
  - Magis *mereri remissionem peccatorum, quàm alia vitæ genera.*
- Summa *perfectionis regula in quo dependeat. Videlicet, vt quæ quis vouit, diligenter adimpleat: vt Prælati custodiant subditos suos, subditi Prælatis benignè obediant, deuoti sint senes, iuuenes laboriosi, sit honestas in habitu, mediocritas in victu, sint assiduo in claustro, & ad iniuriam quoque rasi, non sint ciuiles, sed claustrales, &c.*

De Consiliis Euangelicis.

TRACTATVR hîc à Scholasticis:

- Legem *veterem dare præcepta: Euangelium autem persuadere consilia.*
- Consilia *pertinere ad perfectos: præceptum autem ad perficiendos, promissionem ad imperfectos: prohibitionem ad peruersos.*
- Præcepta *separare nos ab illicitis: consilia à concessis.*
- Per *præcepta declinare nos peccatum: per consilia verò occasiones peccandi.*
- Quod *sit discrimen inter præceptum et consilium. Videlicet*
  - Per *præcepta maximè negatiua fugere nos pœnam: per consilia præmia cumulare.*
  - Consilium *seruatum adferre præmium: præceptum non seruatum adducere supplicium.*
  - Ad *præcepta constringi nos ex debito: ad consilia non nisi ex voto.*
  - Consilium *per votum fieri præceptum. Docent enim nullum actum perfectionis cadere sub consilio, qui in aliquo casu non cadat sub præcepto.*
  - Consilium *nunquam nos obligare nisi per hoc, quod in præceptum transit ex alio quo accidente.*
  - Consilia *Euangelica supra præcepta esse, ita vt consilijs seruatis, seruentur & præcepta.*
  - Obseruationem *consiliorum difficiliorem esse, quàm præceptorum.*
- Quæ *sint consilia Euangelica:*
  - Paupertatis, *quæ consistat in abdicatione proprietatis.*
  - Obedientiæ, *iuxta illud: Super Cathedram Mosi, &c.*
  - Castitatis, *iuxta illud Matth. 19. Sunt Eunuchi, &c. Hæc tria consilia vocant substantialia omnis perfectæ religionis, eò quòd suos obseruatores elongent à malo, non solùm quantum ad culpam, sed etiam quantum ad causam.*
  - Charitatis, *iuxta illud: Diligite inimicos vestros, quod quidem quantum ad dilectionis affectum, sit præceptum: sed quantũ ad dilectionis effectum, sit consilium. Quia inimico velle gratiam & gloriam necessitatis sit, sed ostendere illi signa benuolentiæ, hoc perfectionis & consilij sit, ad quod non omnes teneantur.*
  - Mansuetudinis, *iuxta illud: Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe illi & alteram, &c. Quare repetere sua coram Iudice, imperfectorum & infirmorum esse docent: perfectis verò id non licere.*
  - Misericordiæ & erogationis, *iuxta illud: Omni petenti tribue.*
  - Simplicitatis verborum, *iuxta illud: Sit sermo vester, est, est: non, non. Ad hoc pertinere dicunt & illud: Non iurabis, &c.*
  - De vitanda occasione peccandi, *iuxta illud: Si oculus tuus scandalizauerit te, &c.*
  - De rectitudine intentionis, ac simplicitate finis, *iuxta illud: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Item, Nesciat sinistra tua, &c.*
  - De conformitate operis ad doctrinam, *iuxta illud: Alligant onera grauia, &c. Eijce primùm trabem ex oculo tuo, &c.*
- Consilia *Euangelica ad quæ reduci possint. Docent omnia consilia ad hæc tria reduci posse velut spiritualia & substantialia omnis perfectionis: videlicet ad paupertatem, continentiam & obedientiam.*
- Hæc *tria consilia Euangelica vt substantialia perfectionis quibus prosint. Docent hæc secundùm se, omnibus prodesse, si seruentur: sed quorundam affectum ac dispositionem ad hæc non inclinari.*

De Purgatorio.

TRACTATVR hîc à Scholasticis:

- Quid *sit*. Videlicet *locus, in quo est pœna sensus & damni, vtraque temporalis.*
- Vbi *sit Purgatorium. Dicunt esse super lymbum, seu Infernum puerorum: nam Infernum quadruplicem faciunt: damnatorum, puerorum, purgandorum, & Sanctorum Patrum. Docent autem locum Purgatorij dupliciter assignari: aut secundùm legem communem, & sic esse in vno loco, in parte Inferni circa lymbum Patrum, aut secundùm dispensationem specialem, & sic purgari animas aliquando in diuersis locis, in quibus peccauerunt. Hoc autem fieri propter aliquam suam reuelationem, propter suffragia eorum, quibus apparent in illis locis, vel etiam propter aliquam viuentium ædificationem.*
- Qualis *sit ignis Purgatorij. Dicunt alij esse corporalem, per quem tantummodò Spiritus inferorum, qui in hac vita non impleuerunt pœnitentiam, nec satisfactionem condignam, affligantur. Alij de hoc igne dupliciter loquuntur: Quantum ad id, quod primò affligat, & sic esse corporeum, quantum ad illud, quod proximè affligat & immediate, & sic esse incorporeum. Prior ignis dicitur Ignis naturæ: secundus Ignis metaphoricus, vel similitudinarius, sicut dicitur Leo verus, & Leo pictus: incorporeum verò ignem dupliciter considerari posse dicunt. Primò, vt est instrumentum naturæ, & sic agere posse in corpus. Secundò, prout est instrumentum diuinæ iustitiæ, & sic agere in animam, imprimendo illi speciem suam, per quam affligatur, quia violenter specie illa informetur.*
- Quotuplex *sit pœna in Purgatorio. Eam dicunt esse duplicem: Pœnam damni, quæ sit carentia diuinæ visionis, & pœnam sensus de afflictione ignis: & quantum ad vtramque, minimam pœnam Purgatorij maiorem esse maximâ pœnâ mundi.*
- Quis *sit status animarum in Purgatorio. Hic docent:*
  - Animas *in Purgatorio quærere requiem & horrere pœnas.*
  - Animas *in Purgatorio securas esse de sua salute.*
  - Animas *in Purgatorio non peccare, etiamsi quærant requiem, & horreant pœnas.*
  - Animas *in Purgatorio esse extra statum merendi & augendæ charitatis.*
  - Animas *in Purgatorio satisfacere pro peccatorum pœnis, à quorum culpis absolutæ, hîc satisfacere non potuerint.*
  - Animas *in Purgatorio cupere viuorum suffragia.*
  - Animas *in Purgatorio iudicio Dei reseruari ad certum tempus.*
  - Animabus *in Purgatorio solatium esse ex certa spe beatitudinis, & Ecclesiæ Spiritualibus subsidijs, & pijs amicorum suffragijs, & quia charitas in eis congaudet veritati correctiuæ.*
  - Animas *in Purgatorio spem habere euasionis, quòd sciant se non esse in Inferno, & tamen propter pœnarum magnitudinem hoc aliquando non animaduertere.*
  - Animas *in Purgatorio nō posse peccare venialiter, quòd non habeant fomitem, ex quo caresetur.*
  - Existentem *in Purgatorio esse viatorem secundùm quid, in quantū scilicet retardatur à beatitudine, non autem simpliciter.*
- Quomodo *liberentur animæ ex Purgatorio.*
  - Anniuersariis,
  - Suffragiis *viuentium,*
  - Depositionibus,
  - Vigiliis,
  - Precibus *Sanctorum,*
  - Eleemosynis *charorum,*
  - Ieiuniis *cognatorum,*
  - Indulgentiis, *satisfactionibus, sepultura, &c.*
- Qui *adducant animas ad Purgatorium. Dicunt alij Dæmones illuc adducere animas. Alij, Angelos illuc deducere: Dæmones autem comitari, & assistere.*
- An *pœna Purgatorij eadem ratione omnes cruciet. Docent hîc, ignem Purgatorij plus, vel minus cruciare, secundùm quod quis plus, vel minus decremabilis secum tulit.*
- An *ignis Purgatorij sit æternus. Docent esse æternum, secundùm substantiam: sed temporalem, secundùm effectum purgationis.*
- Qui *diutius in Purgatorio detineantur. Dicunt hîc, aliquem in Purgatorio diutius morari, qui minus affligatur, & econuersò. Item, eos diutius torqueri alijs, qui ad venialia diutius fuerunt immersi.*

De Suffragiis.

DOCETVR hîc:

- Quid *sint. Ea videlicet, quibus animabus in Purgatorio subuenitur. Vel preces Sanctorum & Missæ quæ inter cætera plus valent ad educendum è carcere.*
- Quibus *prosint suffragia. Docet hîc prodesse mortuis in charitate decedentibus, aliquid purgabile secum deferentibus: Non prodesse autem his, qui sunt in lymbo puerorum, quia non sint in statu salutis: imò nec passionem Christi illis prodesse.*
- Quomodo *prosint. Videlicet non ad meritum vitæ: sed ad absolutionem pœnæ: & hoc vel ad pœnarum mitigationem, vel ad celsiorem pœnarum liberationem.*
- Suffragia *viuorum ad quæ valeant. Videlicet ad augmentum gratiæ, ad custodiam virtutum, & defensionem ab hoste.*

FINIS.

CONFES.

CONFESSIO VERAE FIDEI, DE VNO VERO DEO PATRE, FILIO ET SPIRITV SANCTO,

Libris duobus comprehensa, & perpetuis TABVLIS illustrata.

Candido Lectori Salutem.

TRADITI sunt nobis Dei beneficio, libri Prophetarum & Apostolorum, ex quibus solis, velut ex vnico, eoque purissimo nostræ salutis fonte, vera Dei vnius agnitio, iustitia & salus æterna hauriri quodammodo possit. Neque solùm libros illos Ecclesiæ suæ commendatos esse voluit Dominus, sed præcipit etiam grauissimè, vt eos assiduè, attentè, ac diligenter legamus, atque horum veros Interpretes audiamus, ac inde illustria testimonia, de vno vero Deo, de Dei prouidentia, electione, cæterisq; fidei veræ articulis, sumamus. Idque duabus de causis. Primùm, vt nos testimoniis illis illustrioribus confirmemus. Deinde, vt his velut armis hæreticos veritati contradicentes, iugulemus. Hoc enim hæreticorum omnium ingenium est, illustria illa testimonia vel vitiosa interpretatione corrumpere, vel tanquam suspecta, & ab Antagonistis addita, eradere. Imò omnes locos, qui ipsorum commenta refellunt, in dubium vocare. At nos contrà, testimonia illa illustria hæreticis constanter opponamus, atque ea aliis etiam Scripturæ locis probabimus, nec vnquam ea manibus nostris excuti patiamur. Quod cùm plerique nostrûm hoc tempore, hæresi serpente, diligenter pro suo officio præstiterint, id mihi quoq; faciendum esse putaui, ne loquẽtibus aliis, & veritatem asserentibus, solus tacere viderer. Quare testimonia illustria Scripturę ex scriptis Prophẽticis & Apostolicis, pro ingenij mei tenuitate collegi, quibus Ariani noui facilè refelli possint. Et quia vocabula quædam & phrases Scripturæ nonnihil molestiæ afferunt, & legentibus & audientibus in Triadis negotio, eorum quoq; diuersas significationes, & quo quęq; sensu pro locorum ratione capiantur, adiicere libuit, ne quis, hæreticorum falsa interpretatione deceptus, in eorum hęresim labatur. Etsi verò hæc in meum tantùm vsum initio congesseram, amici tamen & fratres quidam, cùm hos meos labores vidissent, rogassentque me plurimùm, vt in lucem ederem: eorũ tandem impulsu potius quàm precibus victus, in publicum emisi. Tu hæc, candide Lector, æqui bonique consules: fruere his, ac benè Vale.

De tribus Personis Diuinitatis, seu mysterio sanctæ Triadis.

Loci duo.

In Deo considerari

Essentiam, quæ vnica est, simplex, pura, inuisibilis, illocalis, incomprehensibilis, immutabilis, indiuisibilis, incorruptibilis, inenarrabilis, perfecta, sempiterna, &c.

Personas. vbi discè:

Quid in hoc mysterio persona significet: Est enim substantia individua, intelligens, & incommutabilis, vitam habens in seipsa. Quòd verò Latini personas, id posteriores Græci [illegible] appellârunt: id est, aspectus, facies, quòd per per illas Deus quasi spectandus ac cognoscendus proponatur.

Quid hypostasis sit. Vox Græca [illegible] etsi pro persona sæpe apud Scriptores Ecclesiasticos vsurpetur, accipitur tamen in hac causa & pro eo quod vnicuique personæ proprium & peculiare est, vt esse Patrem non potest tribui reliquis duabus personis, sed soli Patri. Esse Filium, nec Patri conuenit, nec Spiritui Sancto, sed soli Verbo vnigenito Dei. Item esse ingenitum, non Filio, sed Patri, ac Spiritui Sancto. Progredi verò nec Patri, nec Filio, sed soli Spiritui Sancto datur, qui à Patre & Filio procedit. Sic vtitur nomine hypostasis Gregorius Nazianzenus in libro de laudibus Athanasij.

Tres personas in Scripturis appellari Iehoua, Existens, Verbum & Spiritum. A Christo verò reuelatius, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum.

Sincera fide tenendum esse, Deum videlicet esse vnum, essentia, natura, diuinitate, sententia & operatione: Trinum verò tribus personis, quarum singulis sua est hypostasis & proprietas: quæ tamen sic in Deo sunt, vt essentia, natura, diuinitate, maiestate, operatione, voluntate, potentia, honore & æternitate inter se communicent, sintq; coæssentiales.

Per fidem sanctæ Triadis non constitui tres Deos, sed vnius veri Dei inscrutabiles hypostases, propter Christi vnigenti illius cognitionem & gloriam propagandam, secundum mensuram reuelationis illius exprimi. Etenim fidæ diuersæ naturæ in homine in vnum conunctæ nō constituunt duos homines, sed vnitatem retinent vnius personæ, vt maneat vnus homo, ex anima & corpore compositus, quomodo non intelligetur, tres illas hypostases in Deo nec essentia, nec natura diuersas, sed omnino pares, multò minus impedire, quominus vnitas Dei illibata maneat, nec cogere nos vt tres Deos esse credamus? Quis adeò desipit, vt quoniam in Sole tria hæc reperiuntur, primum indefessis ille lucis fons, deinde Splendor ex illo natus, tertiò calor ex vtroque procedens ac spirans, tres Soles esse dicat, cùm sit non nisi vnicus? Quis adeò demens, vt homini propterea tres spiritus adscribat, quòd tres illius velut distinctæ hypostases reperiantur? Anima qua viuit, & monetur homo, mens qua intelligit, iudicat & discriminat: animus quo vult, vel non vult, odit, diligit, tristatur, lætatur, &c. Hæc reperiuntur in nobis, quibus quasi manu ducti possumus ad cognoscendam in vno ac vero Deo sacram hanc personarum trinitatem, ac in trinitate illibatam diuinitatis vnitatem.

Non conuenire vt secretum hoc Domini curiosius scrutemur. Nam cùm intelligere non possumus, quomodo anima gignat mentem, & animus ab vtroque progrediatur, multò minus hoc mysterium intelligemus.

In vna Dei essetia tres esse hypostases, quod probatur

Testimoniis

Scripturæ, & hoc vel. Vide literam A.

Symboli Apostolici, Niceni, Antiocheni, Constantinopolitani, &c. de quibus vide Augustinum, Hilarium, & Cyrillum contra Arianos.

A nomine Dei proprissimo Iehouah, quod non Patri tantùm, sed & Filio, & Spiritui Sancto tribuitur, de quo alibi.

A ritu benedicendi in sacerdotio Leuitico. Sacerdos enim, testibus Rabbinis, alicui benedicens protensas ante vultum suum palmas vtrasque tenebat. Cùm verò dicebat, Dominus, tres digitos priores, pollicem videlicet, indicem, atq; medium, manus vtriusque erectos altiùs extendebat, & dicto ita Domino, digitos vt priùs remittebat. Hac trium digitorū eleuatione Trinitatis excellentia figurabatur. Huc pertinet Meletij factum, de quo vide lib. 5 tripar. cap. 47. 48.

Ab exemplis, &c. Vide literam B.

A. Scriptu-

A. Scripturę, & hoc vel

Manifestè, vt testimonijs scripturæ noui Testamẽti, quæ interpretatio quædam est veteris Testamẽti. In nouo enim Testamento tres personæ disertè exprimuntur, & coniungantur, vt

- In ceremonia Baptismi, Matth. vlt. d. 19. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Hic enim vt singulæ personæ singulariter exprimuntur, ita diuinitas earũ eadem & cõmunis singulariter in eo docetur, quòd iubet baptizari, non tantũ in nomen Patris, sed & Filij, & Spiritus Sancti. Negat autem Paulus quenquã in Vllius hominis (qui nihil aliud q̃ homo est) nomen esse baptizandum, 1. Cor. 1. b. 13. Audis hîc tres personas, seu hypostases, & vnum nomen in singulari. Non enim dixit, in nominibus, sed in nomine, vt vnitas essentiæ Dei significetur.
- 2. Cor. 13. d. 13. Gratia Domini nostri IESV Christi, & charitas Dei & communicatio Spiritus Sancti sit cum omnibus vobis.
- Galat. 4 a. 6. Misit Deus Spiritum Filij sui in corda nostra.
- Apocal. 1. Gratia vobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est, & à septem Spiritibus, & à IESV Christo, &c. Vide & 1. Cor. 6. b. 11. Iustificati estis in nomine Domini nostri IESV Christi, & Spiritu Dei nostri. Item 2. Cor. 2. d. 11. Ex Deo loquimur vobis coram Deo, de IESV Christo. Item 1. Thess. 3. d. 12. Faxit Dñs vt abundetis, mutua charitate, vt corda vestra inculpata sint corã Deo Patre, in aduentum Dñi nostri IESV Christi cũ omnibus Sanctis eius. Vide & 2. Thess. 3. a. 5. Dñs dirigat viam vestrã in dilectionẽ Dei, & expectationẽ IESV Christi, &c.

Subobscurè, vt testimonijs scripturæ veteris Testamenti, quod fit dupliciter:

Sententiis scripturæ veteris Testamenti, quæ tres hypostases complectuntur, & singulis opera Deo conuenientia attribuunt, vt

- Psal. 33. a. 6. Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum.
- 2. Sam. 23. a. 2. Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam dixit.
- Esa. 63. b. 9. Angelus faciei seruauit eos. c. 14. Spiritus Domini duxit eũ, duxisti populũ tuũ, ô Deus.

Phrasi, seu modo loquẽdi Scripturæ sacræ de Deo, quo mysterium sanctæ Triadis facilè probari potest, vt

- Nomine Deo pluraliter expresso Genes. 1. a. 1. vbi in Hebræo legitur: In principio creauit Elohim, quod est nomen plurale diuinum, & cùm sit coniunctum cũ verbo singularis numeri, videlicet creauit, ostendit vnitatem diuinitatis. Ios. vlt. c. 19. Non poteritis seruire Domino, quia dij sant ipse. Hic ipse in singulari ponitur, Dij in plurali, ad demonstrandam vnitatem & essentiam Dei, & pluralitatem personarũ. Ierem. 23. g. 36. Peruertistis verba Deorum viuentium: sic enim in Hebræo legitur, ad demonstrandam personarum pluralitatem, Malach. 1. b. 6. Si Dominꝰ ego sum, vbi timor meus? Esa. 6. c. 8. Quem mittam, aut quis ibit nobis? vbi notatur mysterium vnitatis & trinitatis Dei: Vnitatis, in eo quod dicit, quem mittam: Trinitatis, in eo quod subditur, Et quis ibit nobis? אלהים
- Sic Ios. 24. e. 19. kedosim, id est, sancti in plurali pro Deo ponitur, propter mysterium Trinitatis. קדושים
- Nomine & actu Dei pluraliter expresso. Genes. 1. c. 26. Faciamus hominem ad imaginẽ nostram. Vbi faciamus dicitur propter personarum pluralitatem, & Nostram, propter vnitatem essentiæ. Quòd si Pater sibi dixisset, vt fieret, & rursus ipse fecisset, inanis & superfluus hic sermo putaretur. Quid enim tam alienum ab eo, qui solus esset, vt sibi faciendum diceret, cùm voluntate tantùm opus esset, vt fieret? Professione ergo consortij solitarij intelligentiam sustulit. Quare Esa. 44. a. 2. 54 c. 5. & Psal. 149. a. 2. Hebræũ Osecha, multitudinis numero ponitur, factores tui: id à personarum nomine Essentiæ respectu. Genes. 35. b. 9. dicitur: Apparuit ei Deus. In Hebræo & nomen Dei, & actus pluraliter efferuntur: Apparuerunt ei Dij, eodem loci. vide & Genes. 11. b. 1. Descendamus & confundamus. Item 2. Reg. 7. d. 25. & c. עשך
- Triplicato Dei nomine. Deuter. 6. b. 4. Audi Israel, Deus, Deus noster, Deus vnus est. Hic ter Dei nomen posuit, vt diuinarũ personarum Trinitatem ostenderet. In dictione autem Vnus, innuit vnum esse Deum essentiâ. Et nota, quod secundo tantùm nomini additur Noster, eò quòd solus Filius, qui secunda est eiusdem diuinitatis persona, per nostræ mortalitatis participationem, noster futurus erat. ,,
- Triplicato Domini nomine. Numer. 6. d. 24. Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat Dominus vultum suũ ad te, & det tibi pacem. Sic Esa. 50. d. 10. Qui Dominum timet, fidat nomini Domini, & innitatur Domino deo.
- Triplicato sancti nomine. Esa. 6. b. 3. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dñs Deus exercituum. Vt antè de Patre nulla est controuersia, sic ista Filio. Ioan. 12. b. 13. & Spiritui Sancto, Act. 28. f. 25. applicatur.

B.

Ab exemplis, quæ à rebus creatis sumuntur. Etsi enim Deus nulli omnino rei comparari potest, Esa.46.b.5. voluit tamen Deus in homine, ac alijs etiam rebus cõspici vestigia sua. Huc igitur pertinẽt sis milia

- Hominis. *Homo enim, teste Augustino, imago Dei est, non donorum tantùm & eminẽtiæ super alias creaturas, sed & substantiæ ratione vt memoria in mente hominis, significet Patrem æternum gignentem Filium: cogitatio scilicet Filium, vnde & Λόγος æterni Patris dicitur: voluntas Spiritum Sanctum significet.*
- Solis. *Vt enim Sol vnus est, gignit tamen ex se radios, tum ex vtroque proficiscitur calor. Ita Pater fons est Filij, & ab vtroque procedit Spiritus. Et sicut radius à Sole non separatur, sic neque à Patre Filius diuiditur. Interim sphæra seu globus Solis non est radius, neque radius globus, & neutrum horum calor globus, aut radius: sunt tamen hæc tria nõ tres Soles, sed vnus Sol. Sic vtique vnus est Deus, non duo, vel tres, etiamsi tres personæ in vnitate diuinæ essentiæ inseparabiliter subsistunt suis substantialibus proprietatibus. Deus Soli assimilatur, Psal.84.d.12. Sol & clypeus est Dominus Deus, & in Sole posuit Tabernaculum suum, Psal.18.a.2. Quemadmodum & in igne apparuit, Exod.3.a.2. Num.9.c.16. Lux Israelis in igne dicitur, Esa.10.d.16. & ignis consumens, Exod.14.e.24. Hebr.12.g.29. In cuius lumine lumen videtur, Psal.36.c.10. & c.*
- Arboris & aquæ. *Hæc enim Tertullianus fingit similia radicis, stipitis & fructus in arbore. Item fontis fluminis & riui in aqua. Basilius Iridis tribus distinctis coloribus, quasi hypostasibus inseparabilis, simile ponit.*

Mysterium Triadis in scriptis etiam Prophetarum adumbratum.

Loci in Prophetis, in quibus de Deo agitur, tres hypostases includunt, idque vel

- Explicitè, vbi expressè triũ personarũ fit mentio, vt Prouer.22.c.20. שלשים
  - Psal.33.a.6. *Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis exercitus eorũ. Vbi Pater, Dominus, Filius, Verbum, Spiritus Sanctus, Spiritus oris Domini appellatur, & creationem his tribus attribuit.*
  - Esaiæ 40.c.10.13. *fit mentio trium personarum, vbi Patrem Dominum Deum, Filium Brachium, Spiritum Sanctum Spiritum Domini appellat, ac his tribus omnipotentiam attribuit.*
  - Esaiæ 63.b.9. *vbi Pater, Deus: Filius, Angelus faciei: Spiritus Sanctus, Spiritus Domini appellatur. Ac quod Moses Deut.32.b.12. vni ac soli Deo attribuit, dicens: Solus Dominus duxit eum, id Esaias tribus hypostasibus tribuit Patri, cùm dicit: Duxisti populum tuum, ô Deus. Filio, cùm dicit: Angelus faciei seruauit eos. Spiritui Sancto, cùm dicit: Spiritus Domini duxit eum.*
  - In *Prouerbijs Salomonis, vbi cùm de vno Deo, vnáq; in Deum fiducia dixisset, subdit: Annón præscripsi tibi triarios? In Hebræo enim legitur Salisim, quod quidem nomen etsi quidam ad tres Scripturæ partes, alij ad tres Salomonis libros, alij ad triplicem hominum statum, videlicet incipientium, proficientium, & perfectorum referant: alij nomen pro aduerbio vsurpent, vt Salisim significet tripliciter, id est, multipliciter, vt numerus finitus pro infinito & perfectionis numero ponatur: certum tamen est nomen Salisim, personæ nomen esse plurale, & ternarium includere. Vt id nominis Deo propter tres hypostases tribuatur. Significat autem Salisim heroas præstantissimos. Atque hoc nomine Iudas Patrem, Filium Esaius, cap.9. appellat.*
  - 2.Sam.23.a.2. *Spiritus Iehouæ locutus est per me, & sermo eius per linguam meam dixit Deus Israëlis mihi, locutus est Petra Israëlis. Hic vides tres personas diuinas, primùm habemus Spiritum Sanctum, qui loquitur in Dauide: deinde subdit, Deus Israël locutus est, hîc intellige Patrem: tertiò Petra Israëlis dixit, Hic est Filius, qui erat adiutor Israëlis, 1.Cor.10.a.4. his tribus verbum vitæ attribuit.*
- Implicitè, vbi fit mentio vel
  - Duarũ hypostasium tantùm, videlicet Patris et Filij, non exclusò tamẽ amborum Spiritu, vt
    - Psal.2.c.11. *Seruite Domino in timore, & osculamini Filium. Vbi Pater Dominus vocatur.*
    - Psal.110.a.1. *Dixit Dominus Domino meo. Vbi vtraque persona Dñs vocatur, sicut & Eccles.5.b.14. Dominũ inuocaui Domini mei Patrẽ.*
    - Daniel.9.e.17. *Deus noster audi supplicationem serui tui propter Dominum. Hic Pater Iehoua, Filius Dominus vocatur.*
    - Prouerb.8.c.22. *vbi Pater Dominus, Filius Sapientia æterna dicitur.*
    - Prouerb. 30. *a.4. Quod est illi nomen? quod nomen Filij eius si modò nosti? Quia enim Deus immensus & infinitus est, proprium nomen nullum habet, quod substantiam seu naturam eius exprimat. Qui enim vnus & solus est, non eget proprio nomine, quo à reliquis distinguatur. Hanc ob causam Iacobo Patriarchæ interroganti, Dic mihi, quod est nomen tuum. respondit: Quid quæris de nomine meo, quod est mirabile. Similis locus est Iudic.13.c.18. vbi ostendit Deus nõ esse curiosè inuestigandum, quod sit nomen eius, id est, quisnam sit.*
    - Eccles.24.a.5. *vbi Pater Altissimus, Filius Sapientia æterna vocatur.*
  - Vnius *tantùm hypostasis, & seq. Vide literam A.*

A. Vnius

Vnius tantùm hypostasis, non excluso inde Filio & Spiritu Sancto. Vbicunque enim adfuerit vna Trinitatis hypostasis, illic & Spiritus adest. Inseparabiliter quippe sibi cohæret ipsa Trinitas, ac exactissimè vnita est. Vt,

Esaiæ 6.a.1. Vidi Dominum sedere in solio sublimi. quod non de Patre tantùm, sed Filio & Spiritu Sancto exponitur, Ioan.12.f.41. Act.28.f.25.

Psal.102.d.26. Et tu initio terram fundasti. quem locum Paulus de Filio, Hebr.1. c.10. idem Hebr. 3. b. 7. de Spiritu Sancto exponit, dum Psalmum 95. b. 7. ad Spiritum Sanctum refert.

Exod.17.a.2. Tentauerunt Dominum. quem locum Esaias cap.63.b.10. & Paulus Hebr.3.b.8.de Spiritu Sancto exponunt. Paulus 1.Cor.10.a.4.de Filio.

Esaiæ 48.c.16. Dominus misit me. & Esaiæ 6.c.8.de Spiritu Sancto & Filio exponitur. Sic enim dicitur: Quemnam mittam, aut quis ibit nobis? Respondebam ego: En ego Domine, mitte me. Hunc locum & Ioannes cap.12.f.41. de Filio, Paulus Act.28.f.25. de Spiritu Sancto exponunt.

יהוה אלהים אלהים קדשים

Cùm nomen Dei singulariter & pluraliter effertur. Vt Exodi 20.a.2. Iehoua Elohim. Iosue 24.e.19. Non poteritis seruire Iehouæ, quia Elohim Kedosim: id est, Dij sancti ipse. Esaiæ 6. c.8. Quem mittam, & quis ibit nobis? Ad hunc modum dicitur Genes.3.d. 22. Ecce Adam factus quasi vnus ex nobis, &c. Quoties ergo has duas voces coniunctas videmus, toties de mysterio Triadis cogitabimus. Nam Iehoua singularis numeri est, Elohim verò pluralis: quasi dicas, Existens dij. In Iehoua mysterium vnius diuinitatis essentiæ, in Elohim verò mysterium trium personarum notatur.

בארא אלהים

Cùm nomen Dei pluraliter exprimitur, verbum verò, quod illi additur, singulariter, vt Genes. 1. a. 1. Bara Elohim, Creauit Dij. Vbi pulcrè sanctæ Triadis mysterium demonstratur, verbo Elohim: vnitatis verò, verbo Creauit. Non enim dicit, Creauit Deus, ne mysterium hoc sanctæ Triadis in opificio mundi prorsus negligeret, & cooperationem Verbi & Spiritus Dei excluderet. Nec dixit, Creauerunt, ne Deorum pluralitatem introducere videatur.

Mysterij Trinitatis certo loquēdi modo exposiți. Vt,

Dum actus Dei singulariter & pluraliter exprimitur, vt facit Deus Genes.1.a.7.26. Et faciamus. Item, Descendam. Gen.18.c.21. Et descendamus: Confudit, confundamus, Genes. 11.a.5.7. Item Ios. 14. b. 23. Et ad eum veniemus, & mansionem faciemus, &c. Obserua autem in verbo faciamus, (quo Triadis mysterium significatur) quanta hominis sit dignitas, eò quòd mysterium Triadis in creatione ipsius aliquantò clarius innuitur, quàm antea, cùm non dicat, Faciat hominem ad imaginem & similitudinem nostram. sed, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Iam vt in hominis creatione mysterium hoc Triadis significatum est, ita postea in illius recreatione palàm, ac disertis verbis, non simpliciter, sed singulariter, ad sanctificationem symboli regenerationis, ab ipso Christo, verbo Dei incarnato, exprimendum erat, vt Matth.28.d.19. legitur.

Cùm & nomen & actus Dei pluraliter efferuntur, vt Genes. 35. b. 9. Eo loci apparuit ei Deus. In Hebræo & nomen & actus Dei pluraliter efferuntur: Apparuerunt ei Dij. 2. Samuel. 7. Cuius Dij irent ad redimendum sibi populum. Ierem. 23. g. 36. Peruertistis verba Deorum viuentium, &c.

קדשים

Dum nomen Kedosim, id est, Sancti, in plurali ponitur, Ios. 24. e. 19. Id enim fit propter mysterium Trinitatis.

עשך

Dum nomen Hebræum Osecha multitudinis numero ponitur, Factores tui: personarum videlicet, non essentiæ respectu. Vide Esa. 44. a. 2. 54. c. 5. Psal. 149. a. 2. Iob. 35. c. 10. Vbi est Deus Factores mei?

Dum Dei nomen explicatur, Deut. 7. b. 9.

Dum Domini nomen triplicatur, Numer. 6. d. 24. 25. 26.

Dum Sancti nomen triplicatur, Esaiæ. 6. b. 3. quod proculdubio propter Triadis mysterium dicitur. Nam hunc locum Esaiæ Ioannes cap. 12. f. 41. de Filio Dei, Paulus verò Act. 28. f. 25. de Spiritu Sancto exponit.

¶ Vide Tabulam de Nominibus Dei.

Assertio Diuinitatis Filij & Spiritus Sancti ex Symboli Apostolici Articulis per collationem aliorum Symbolorum, in quibus nihil omnino mutatum est nec quicquam noui adiectum, quod priùs ex Scripturis sacra Ecclesia non habuit aut credidit, sed vetus fidei confessio & veritas, damnatis erroribus ex scripturis Canonicis illustrata est, adiectis interdum & hæreticorum Symbolis, quæ nostræ confessioni subscribere videbantur.

ASSERTIO

Diuinitatis *Filij*

Cùm *dicimus: Credo in Deum. Orientales Ecclesiæ omnes sic profitentur: Credo in vnum Deum. Sic habet Nicenum Symbolum, de quo lib. 7. tripar. hist. cap. 3. Constantinopolitanum, de quo lib. 7. Trip. hist. cap. 12. &c. Toletanum circa annum 400. de quo Isidorus. Antiochenum post Arium, de quo hist. tripar. lib. 4. cap. 10. Syrmiense de quo lib. 5. tripar. hist. cap. 7. & 8. Sic Tertullianus de præscriptionibus hæreticorum: sic Cyprianus in expositione Symboli Apostolici, sic & Arius apud Constantinum Augustum profitebatur, de quo hist. trip. lib. 3. cap. 6. sic Acatius Cæsariensis Episcopus, hist. trip. lib. 5. cap. 34. sic & Damasus, trip. hist. lib. 9. c. 15. & tomo 2. operum Hieronymi. Toletanum verò Concilium, de quo apud Isidorum & Syrmiense, de quo hist. trip. lib. 5. cap. 20. addunt & Verum. Credimus in vnum ac verum Deum, vt sit hîc distinctio. Primùm enim in genere dicimus: Credo in vnum ac verum Deum, deinde speciatim descendimus ad distinctionem hypostasium, adijcientes: Patrem omnipotentem, &c. Iam cùm vnum verum Deum dicimus, non excludimus incomprehensibilem illam Patris, Filij & Spiritus communionem, sed vanorum deorum pluralitatem. Nam & Filius Deus dicitur, & quidem verus Deus, 1. Io. 5. b. 7. Quare Damasus hunc fidei articulum in Symbolo suo exponens, dicit: Non sic vnum Deum confitemur, quasi solitarium, nec eundem qui ipse sibi Pater sit, qui & Filius, sed Patrem esse qui genuit, & Filium esse qui genitus sit, & Spiritum Sanctum non genitum, non factum, sed de Patre Filioq; procedentem. Cùm ergo Filius quoq; & Spiritus Sanctus Deus sit, Deus autem vnus sit, palàm est, vnius Dei nomine Filium & Spiritum Sanctum non excludi.*

Pronunciatio uitiosa sensum quãdoq; facit hæreticum. De phrasi Deus Pater, uide alibi.

Ex *primo articulo, vnde tria colligũtur diuinitatis Filij testimonia, videlicet*

Cùm *dicimus: Patrem omnipotentem. Hæc enim coniungenda esse omnia Symbola testantur, Syrmiensi excepto non nihil Arianizanti, de quo lib. 5. trip. hist. cap. 7. Primum autem ille vnus ac verus Deus appellatur Pater, non regenerationis, creationis ac prouidentiæ tantùm respectu, sed & Filij, quia ab æterno sibi similem genuit Filium, hinc illi splendor gloriæ & expressa imago substantiæ paternæ appellatur. Qualis autem Pater, talis & Filius: Pater est æternus & omnipotens, ergo & Filium æternum & omnipotentem esse necesse est. Hinc in Sardicensi Symbolo dicitur: Profitemur, inquit, nunquam Patrem sine Filio, nec Filium sine Patre fuisse nec esse posse. Absurdum namque est dicere, aliquando Patrem non fuisse Patrem, Patrem enim sine Filio nec nominari nec esse posse, est ipsum Filij testimonium: Ego in Patre & Pater in me. Vide hist. tripar. lib. 4. cap. 24. Porrò Deus verò Deus est, non solùm quia Deus, sed etiam quia Pater. Quod igitur nunc est, id fuit ab æterno, Deus non mutatur vt homo.*

Cùm *dicimus: Creatorem cœli & terræ. Hanc particulam Arius in Confessione sua apud Augustum Const. & Damasus Episcopus Romanus omittunt. De Arij Confessione vide tripar. hist. cap. 3. de Damasi Confessione vide tomum secundum Hieronymi. Causa est, quòd Creationem vnius Dei nomine comprehendunt. Toletanum Symbolum circa annum 400. Symbolum Apostolorum declarans, ne quid hîc relinqueretur ambigui, sicut veri Dei nomen, ita & hoc epitheton (Creatorem cœli & terræ) tribus hypostasibus attribuit. Sic enim habet: Credimus in vnum verum Deum, Patrem omnipotentem, & Filium & Spiritum Sanctum, visibilium & inuisibilium factorem, per quem omnia facta sunt in cœlo & in terra, vnum Deum, &c. Quare Creatio non ita Patri tribuitur in Symbolo Apostolico, vt Verbum, per quod omnia facta sunt, excludatur. Sed quia prima patefactio Dei facta est per opera, & mundi Creationem, hoc Patri, qui Filij principium est, attribuitur. Nicenum Symbolum addit: Visibilium omnium & inuisibilium. sicut & Constantinopolitanum. Antiochenum: Vniuersorum intelligibilium sensibiliumque, vt est lib. 4. trip. hist. cap. 1. Cum autem & Filio omnium visibilium & inuisibilium conditio tribuatur, Coloss. 1. c. 16. manifestum est Christo tribui à Paulo Creationem primam vt Patri, vnde & Filium necessariò Deum esse consequitur. Vide Io. 1. a. 3. Heb. 1. a. 2. Sapien. 7. 9. b. 9. &c.*

Ex *secundo fidei Articulo, &c. Vide literam A.*

Diuinitatis *Spiritus. Vide literam B.*

Dum *confitemur nos credere in* IESVM *Christum. Profitemur enim nos credere, id est, fiduciam, & spem vitæ, ac salutis perinde collocare in Filium, atque in Patrem. Sicut & Christus in Ioanne docet: Creditis in Deum, & in me credite. & in Ioan. 6. d. 29. Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille.*

Cùm *illum vnicum Dei Filium dicimus. Si Filius est, & Filius quidem Dei Patris: ergo natura & substantia eius, diuina est natura & substantia. Hoc enim nomine appellatur ab Apostolos splendor gloriæ paternæ, & expressa imago substantiæ eius. Hanc fidei nostræ particulam alia Symbola dilucidè, & quidem pluribus verbis declarant. Nicenum sic habet: In vnum Dominum* IESVM *Christum Filium Dei, de Patre natum vnigenitum: hoc est, ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlis, & quæ in terra. de quo vide librum septimum Tripartitæ historiæ, capite tertio. Constantinopolitanum: Et in vnum Dominum* IESVM *Christum Filium Dei, natum ante omnia secula, lumen de lumine, &c. Antiochenum sic habet: Et in vnum Filium vnigenitum, ante omnia secula existentem, & cum suo Genitore manentem, &c. De hoc vide Historiam tripartitam libro quarto, capite decimo. Syrmiense sic habet: Et in vnum vnigenitum Filium Dei, ante omnia secula, & ante omne principium, & ante omne quod cogitari potest tempus, & ante omnem perceptibilem cogitationem natum, impassibilem ex Deo, per quem & secula perfecta, & omnia facta sunt. Natum autem vnigenitum solum ex solo Patre, similem generanti Patri secundùm Scripturas, cuius generationem nullus nouit, nisi qui genuit & genitus est. De hoc vide Tripar. hist. lib. 5. cap. 20. & lib. 5. cap. 7. capite verò octauo sic exponit: Et vnum vnigenitum Filium eius* IESVM *Christum Dominum & Deum Saluatorem nostrum ex eo ante secula genitum, &c. Sed & Arius, licet simulatè, eam particulam sic explanat: Et in* IESVM *Christum Filium eius, qui ex eo ante omnia secula natus est, Deum verbum, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlis & quæ in terra. De quo vide Tripar. hist. lib. 3. cap. 6. Sic & eius sectator Acatius, vt est lib. 5. Trip. hist. cap. 34. Et in* IESVM *Christum Filium eius, ex eo natum impassibiliter ante omnia secula, Deum verbum ex Deo vnigenitum, lumen, vitam, veritatem, sapientiam per quem omnia facta sunt in cœlis & in terra, siue visibilia siue inuisibilia, &c. Rectissimè ergo dicitur Filius & sanctis Patribus consubstantialis Patri. Quo illud etiam pertinet quod dicitur Filius vnicus, aliàs vnigenitus. Nuncupantur enim & nos filij, sed non communione naturæ aut substantiæ æqualitate vel naturaliter, sed per adoptionem. Et proinde non offendebantur Iudæi, quod se Christus nuncuparet Filium Dei, sicut omnes fideles dicuntur & sunt Filij Dei, sed quòd intelligerent ipsum amplius quiddam de se prædicare, nempe quòd sit naturalis Dei Filius Deo æqualis, imò Deus ipse. Vide Ioan. 5. c. 18. & 10. c. 30. Sunt certè hæc clarissima diuinitatis Christi testimonia, quibus qui non credit ne Patrem quidem habet. Nam qui honorat Filium, Patrem honorat, & qui Filio caret, ne Patrem quidem habet.*

Ex *secundo fidei articulo, vnde 4. diuinitatis Filij testimonia colliguntur:*

Cum *dicimus illum Dei Filium, esse* IESVM, *id est, Saluatorem mundi qui remittat peccata & liberet ab omni potestate aduersaria. Quod nullo modo posset nisi esset verus Deus. Etsi autem nomen* IESV *humanitati quoque eius tribuatur, eo quòd salutis ac redemptionis nostræ medium quoddam sit ac instrumentum, id tamen propriè illi ratione diuinitatis tribuitur. Sicut & Patri saluare tribuitur eo quòd Deus sit.*

Ac

Dum *profitemur illum Dei Filium Dominum esse nostrum. Duplici autem nomine appellamus Dominum nostrum, primùm propter mysterium redemptionis. Christus enim Dominus est omnium electorum, quos asseruit à potentia & dominatu Satanæ, peccati & mortis, & fecit sibi nos populum acquisitionis, 1. Pet. 2. b. 9. Deinde Christus appellatur Dominus propter diuinam potentiam & naturam, secundùm quam omnia subiecta sunt Filio Dei.*

Ex *quinto articulo. Cùm confitemur illum resurrexisse à mortuis. Id enim sua ipsius virtute factum est. Propterea in Ioanne dicit destructum templum corporis sui se triduo erecturum. & Ioann. 10. d. 18. Potestatem habeo ponendi animam & rursus sumendi eam. Propterea Paulus Roman. 1. a. 4. docet Christum Filium Dei declaratum esse per resurrectionem. Quod si Filius Dei verus ac proprius, verus etiam Deus sit necesse est. Quod verò Filius à Patre excitatus esse dicitur, Roman. 6. d. 4. 1. Corinth. 15. a. 4. id ratione assumptæ naturæ dicitur.*

Ex octauo fidei articulo, dum profitemur: Credo in Spiritum Sanctum. Sic enim omnia Symbola habent. Sic & Arius de hoc articulo loquitur, vt est libro 3. Tripartitæ historiæ, capite 6. Sic & eius sectator Acatius libro 5. Tripartitæ historiæ capite 34. Credimus autem in Deum, &c. Constantinopolitanum Symbolum hunc articulum sic explanat: Et in Spiritum Sanctum Dominum viuificatorem, ex Patre & Filio procedentem, & cum Patre & Filio coadorandum, & conglorificandum, qui loquutus est per Prophetas, in vnam catholicam & Apostolicam Ecclesiam. quæ quidem particula postrema non ad verbum (credo) referendum est, sed ad Spiritum Sanctum loquentem per Prophetas, in vnam catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Syrmiense Symbolum sic explicat: Et in Spiritum Sanctum Paracletum (Patri & Filio coæternum) quem promittens Apostolis post ascensionem ad cœlos esse mittendum, vt doceret & commemoraret eis vniuersa, transmisit, per quem etiam sanctificantur animæ credentium in eo veraciter. Damasus hoc modo: Spiritum verò Sanctum, non genitum, non creatum, non factum, sed de Patre, Filioque procedentem, Patri & Filio coæternum, & coæqualem, & cooperatorem: quia scriptum est, Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Itaque nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti vnum confitemur Deum, quod nomen est potestatis, non proprietatis. Proprium est Patri Pater, & proprium nomen Filio Filius, & proprium nomen Spiritui Sancto Spiritus Sanctus. &c. Iam vt credimus in Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, ita in nomine Patris, Filij & Spiritus Sancti baptizamur. Nomen enim præter alia significata, notitiam ac fiduciam in Deum declarat. Rectè autem credimus in Spiritum Sanctum, sicut in Patrem & in Filium. Deus enim est cum Patre & Filio Spiritus Sanctus, & rectè sequitur fides in Spiritum Sanctum, fidem in Patrem & Filium: quia per ipsum diuinæ salutis in Filio completæ fructus obsignatur, sanctificaturque, & ablutio nostra nobis per Spiritum confertur, aut in nos deriuatur, vt 2. Corinth. 1. d. 21. Qui vnxit nos, Deus est, qui etiam obsignauit nos, deditq; arrham Spiritus in cordibus nostris. & 1. Corinth. 6. b. 11. Abluti & sanctificati estis, & iustificati per nomen Domini IESV, & per Spiritum Dei nostri. Sanctificat quidem & Pater, sed per sanguinem IESV Christi, & eandem in nos sanctificationem transfundit per Spiritum Sanctum, vt Spiritus Sancti quasi proprium sit sanctificare. Inde & nomen obtinet Sancti, vel Sanctificatoris. Hinc igitur rectè colligitur, Spiritum Sanctum Deum esse, eò quòd sanctificet corda.

B. Diuinitatis Spiritus.

Ex articulo fidei nono, cùm dicimus, Sanctam Dei esse Ecclesiam. Cùm enim de Deo, qui est Pater, Filius & Spiritus Sanctus confessi sumus, confitemur & de populo illius sancto. Cum ergo Populus iste sanctus vnius Dei sit, qui est Pater, Filius & Spiritus Sanctus, sequitur Patrem, Filium & Spiritum Sanctum vnum esse Deum. Contendunt hic imperiti quidam, confitendum esse, Credo in sanctam Ecclesiam: nimirum quod scriptum sit in Symbolo Nicæno, & in Constantinopolitano, Et in Spiritum Sanctum, &c. qui loquutus est per Prophetas in vnam catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Verùm hæc particula, vt suprà diximus, non ad verbum, credo, referenda, sed ad Spiritum Sanctum, quòd is loquutus sit per Prophetas in vnam catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Rectè igitur Cyprianus in expositione Symboli Apostolici: In, inquit, præpositio non additur, vt dicatur, in sanctam Ecclesiam, sed sanctam Ecclesiam credendam esse dicimus. Hac itaque præpositionis syllaba Creator à creaturis secernitur, & diuina separantur ab humanis. Vide de hoc Augustinum de Fide & Symbolo. Paschasium libro 1. de Spiritu Sancto, capite 1. Thomam de Fide, libro 2. Malè igitur addidit Arius præpositionem In, vt est libro 3. Tripartitæ historiæ, capite 6. Sic enim confitetur: Et in Regnum cœlorum, & in vnam sanctam Ecclesiam catholicam Dei Ecclesiam, &c. Quasi verò credere in aliquo commune sit Creatori ac creaturis, & propterea non esse mirum, si profiteamur nos credere in Christum, & Spiritum Sanctum, qui tamen creaturæ sint, vt ille somniabat, cùm hic gradus fidei nec Mosi nec Prophetis, nec Apostolis, imò ne Angelis quidem accommodari possit, aut debeat. Non enim conuenit vt credamus in Mosem & Prophetas: ac illis quidem credimus, sed non credimus in illis, vel in illos.

Ab articulis, decimo, vndecimo & duodecimo. Hic enim Dei beneficia Dei erga populum suum recensentur & fructus fidei. Deus enim vnus ac verus, qui est Pater, Filius & Spiritus Sanctus remittit peccata sui populi (quemadmodum & suprà ex 1. Corinth. 6. b. 11. citatum est) resuscitat eos in die iudicij, & dat illis vitam æternam. Vnde colligitur, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, vnum ac verum esse Deum. Antiochenum Symbolum hunc articulum sic explanat: Credimus & de carnis resurrectione, & vita perpetua, vt est lib. 4. Tripart. hist. cap. 10.

Ad Lectorem autor STEPH. SZEGEDINVS.

Symbola pura tibi, quæ tradunt dogmata vera,
Hæc tu disce, doce: deîn retinere stude.
Articulos fidei demonstrant symbola vera,
Credere quid deceat de deitate pium.
Quid de Patre Deo, Genito, quid Pneumate credat,
Vt tres hos vnum comprobet esse Deum.

Quòd

Quòd Vnitas in Trinitate & Trinitas in Vnitate sit.

Loci duo

- Quòd vnus Deus Essētia, Trinus sit in hypostasibus vel vnus Deus verus, sit Pater, Filius & Spiritus Sanctus, ꝓbatur
  - A testimoniis scripturæ
    - Veteris *Testamenti, de quibus vide Tabulam de Mysterio Triados in Prophetis etiam adumbrato.*
    - Nouî *Testamenti, de quibus vide Tabulam de Tribus Personis.*
  - A phrasibus scripturæ propheticæ, quibus mysterium Triadis significatur, vt cum
    - Nomen *Dei singulariter & mox pluraliter exprimitur, vt Exod. 20.a.2. Ego sum Ieboua Elohim. Psal.19. Nos autem nomen Iehouæ Elohim inuocabimus. Vide & Iosue 23.c.10. In Ieboua mysterium vnius essentiæ, in Elohim mysterium trium hypostasium notatur.* יהוה אלהים
    - Actus *Dei singulariter & mox pluraliter effertur, vt descendit Dominus, & mox, descendamus, &c. Gen.11.a.5.7.*
    - Et *nomen & actus Dei vnius pluraliter efferuntur, vt Gen.35.b.9. eo loci apparuit ei Deus. In Hebræo & nomen & actus pluraliter efferuntur, apparuerunt ei Dij. 2.Sam.7. Cuius Dij irent, &c.*
    - Nomen *quod Deo competit in plurali effertur, vt Kedosim, id est, Sancti, pro Deo, idq; propter mysterium Trinitatis.* קדשים
    - Nomen *Hebræum Osecha, quod vni Deo competit, multitudinis numero ponitur, factores tui, Esa.44.a.2.54.c.5. Psal.149.a.2. Iob. 35.c.10. vbi est Deus factores mei? &c.* עשך
    - Dei *nomen triplicatur, Deut.7.b.9.*
    - Domini *nomen triplicatur, Num.6.d.24. Zach.3.a.2..*
    - Sancti *nomen triplicatur Esa.6.b.3. Apocal.4.c.8.*
    - Nomen *Iehouæ duplicatur, & additur nomen El, id est, fortis, quod nomen Spiritui Sancto qui virtus Dei est, tribuitur. Vide Exod.30.d.37.* אל
    - Vna *ex pluribus personis cum plurium connotatione designatur, vt Gen.3.d.22. Ecce homo iste factus est quasi vnus ex nobis.*
  - A Symboli *Apostolici testimonio vbi primùm confitemur nos credere in vnum Deum. Deinde subiicitur velut enumeratio specierum, dum profitemur nos credere in Patrem, Filium & Spiritum Sanctum.*
  - Ab *exemplis: sunt enim etiam in rebus creatis modi quidam, quibus vnum essentia possit esse multa, seu particeps multitudinis, vt in Anima, Sole, Igne, Arbore, Aqua, &c.*
- Quòd tres hypostases vnũ sint seu vnus Deus non tres Dij, probatur
  - Testimoniis *scripturæ, vt Ioan.10.c.30.1.Ioan.5.b.8.&c.*
  - Phrasibus *scripturæ Propheticæ, vt dum*
    - Nomen *Dei pluraliter exprimitur, verbum verò quod additur, singulariter: vt Gen.1.a.1. Bara Elohim, id est, creauit Dij.* ברא אלהים
    - Actus *Dei pluraliter primùm, mox verò singulariter exprimitur, vt faciamus hominem: fecit vel creauit hominem, Genes 1.c.26. Item confundamus, confundit, Gen.11.a.5.7.* ¶ *Vide Tabulam de Verbo faciamus.*
  - Argumentis
    - Vt *impossibile est præter vnum mundum plures esse mundos: Ita præter vnum solum Creatorem plures esse Deos impossibile est. Filius ergo & Spiritus Sanctus nõ est Deus à Patre alius, sed vnus.*
    - Vt *impossibile est Deum Iehouam Creatorem non adorandum esse: ita impossibile est Deum nouum & recentem adorandum esse: At adoratur Filius & Spiritus Sanctus, Pater ergo, Filius & Spiritus Sanctus sunt vnus Deus.*
    - Sicut *omnes qui in Christo sunt compacti, vnus homo sunt, Galat. 3.d.26. manentibus tamen hypostasibus. Ita hi tres, Pater, Filius & Spiritus Sanctus vnus Deus sunt, manentibus hypostasibus: nulla enim inter eos dissidia vt tres Deos diceremus.*
    - Sicuti *fides Petri, Pauli, Ioannis, hypostasibus tantùm, non autem natura vel essentia, discernitur: ita Pater, Filius & Spiritus Sanctus in Deitate indiuisa hypostasibus tantùm distinguuntur.*

¶ Reliqua argumenta vide in Tabula de vocabulo Quomodo.

Quòd vnus solus & verus Deus sit Pater, Filius & Spiritus S.

PROBATVR id

- A nomine *Dei propriißimo* IEHOVA, *quod quidem propriè & sine figura nulli niſi vni vero Deo & æterno attribui ſolet: quod tamen non Patri ſolùm, ſed & Filio & Spiritui Sancto tribuitur. Ex eo igitur nomine ſic colligi poteſt: Hic eſt ſolus & verus Deus extra & præter quem alius non eſt, cui Scriptura elogium Iehouæ propriè & ſine vlla figura tribuit: Sed hoc nomen Patri, Filio & Spiritui Sancto Scriptura tribuit: Ergo vnus verus Deus Pater, Filius & Spiritus Sanctus. Nuſquam verò vel Angelis creatis vel hominibus in poteſtate conſtitutis hoc nomen datum eſt, ſed El, Elohim, & Adonai.*
- Ab *attributis, quæ non niſi vni vero Deo competunt, vt æternitas, omnipotentia, immenſitas, omniſcientia, &c. quæ omnia communia ſunt Patri, Filio & Spiritui Sancto. Ex his ſic colligimus: Cuicunq; Scriptura, attributa vero Deo propria adſcribit, extra hunc nullus eſſe verus Deus poteſt: Sed hæc adſcribuntur Patri, Filio & Spiritui Sancto: Ergo Deus extra quem & præter quem alius non eſt, Pater, Filius & Spiritus Sanctus.*
- Ab *operibus, videlicet*
  - Creationis, *quod quidem Dei opus Scriptura tribus diuinitatis perſonis commune facit. Vnde ſic colligimus: Cuicunq; Scriptura ſacra opus creationis attribuit, hic vnus & ſolus verus Deus eſt: Sed id Patri, Filio & Spiritui Sancto tribuit: Ergo vnus & ſolus verus Deus eſt Pater, Filius & Spiritus Sanctus.*
  - Conſeruationis *rerũ creatarũ, q opus non Patri ſolũ, ſed & Filio & S.S. tribuitur. Ex eo ſic colligi poteſt: Quicunq; virtute omnipotente res omnes creatas ſuſtẽtat & cõſeruat, hic vnus & verus & ſolus Deus eſt: Pater, Filius & S.S. ſuſtentãt & cõſeruãt res cõditas: Ergo vnus verus & ſolus Deus, Pater, Filius et S.S.*
  - Conſeruationis *Eccleſiæ, quod opus tribus Perſonis commune eſt. Vnde ſic colligimus: Quicunq; colligit & cõſeruat Eccleſiam inde à primo creationis exordio, hic vnus & ſolus verus Deus eſt, extra quem alius non eſt: Pater, Filius & Spiritus Sanctus id faciunt: Ergo, &c.*
  - Miraculorum, *quod opus Scriptura, modò cõmuniter, modò diſtinctè, Patri, Filio & Spiritui Sancto attribuit. Inde ſic colligitur: Quicunq; propria virtute miracula ad oſtendendã Dei gloriam & doctrinæ cæleſtis confirmationẽ, edit, hic vnus & ſolus Deus eſt: Pater, Filius & S.S. propria virtute id faciũt: Ergo, &c.*
- A cultu, *id eſt, adoratione & inuocatione, quæ ſoli æterno Deo competit, quæ non Patri ſolùm ſed & Filio & Spiritui Sancto competit. Inde ſic colligimus: Cuicunque Scriptura adorationis cultum tribuit, is vnus & ſolus verus Deus eſt. At Patri, Filio & Spiritui Sancto adorationem tribuit: Ergo, &c.*
- Ab *inſtitutione Baptiſmi, in qua tres diuinæ hypoſtaſes diſertè nominantur. Vnde ſic colligimus: Hic vnus & ſolus eſt verus Deus in cuius nomine baptizamur: Sed hic Pater, Filius & Spiritus Sanctus eſt: Ergo, &c.*
- Ex *ſymbolo Apoſtolorum & perpetuo Eccleſiarum Sanctarum conſenſu. In quo hic vnus verus Deus, Pater, Filius & Spiritus Sanctus proponitur. Ex hoc ita collige: Hic eſt vnus verus Deus in quem credere iubemur, & quem fides noſtra intuetur, vt enim Deus vnus eſt, ita fides vna eſt: Sed ſymbolum Apoſtolorum credendum proponit in vnum Deum Patrem, Filium & Spiritũ Sanctum: Ergo Pater, Filius & S.S. vnus verus Deus eſt.*

Loci ex nouo Teſtamento duo, quibus Eſſentiæ Dei Vnitas & Perſonarum Trinitas apertiſſimè confirmatur, ac proinde Ariani, quòd ipſorum cõmentis minùs inſeruiant, ex contextu eradere, & ſuſpectos facere conantur.

LOCI duo.

1. Locus *Mat. 28. d. 19. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij et Spiritus Sancti. Hic diſce:*
   - Hunc *locũ non eſſe ſuſpectum ſed formulam eſſe baptizãdi à Chriſto Eccleſiæ traditum. Franciſcus enim Dauidis negat Apoſtolos hac formula vſos eſſe, ſed tantũ in nomine Chriſti baptizaſſe. Quod falsũ eſſe probatur: quia*
     - Nemo *ex ſcriptoribus Orthodoxis inde à priſca antiquitate extitit, cui in mentem venerit vnquam de hac verborum formula dubitandum eſſe.*
     - Nemo *etiam hæreticorum, Franciſco Dauidis excepto, tam temerarius, tam impudens vnquam extitit, qui locum hunc in dubium vocare auſus fuerit. Quare nec Arius (nouorum Arianorum parens) eam baptiſmi formulam ex cõtextu eradere auſus eſt. De Confeßione illius vide Eccl. Trip. lib. 3. cap. 6.*
     - Hæc *baptiſmi formula in omnib. Græcis Cod. vetuſtis & recentioribus extat.*
     - In *nomine Chriſti baptizare, non eſt baptiſmi formula, ſed eſt auſpiciis, inſſu, voluntate, & inſtitutione Chriſti baptizare. Vnde potius ex his cognoſcitur, Apoſtolos formam omnino à Chriſto præſcriptam ſeruaſſe. Alioqui in nomine Chriſti non baptizaſſent, diuerſum faciendo ab eo, quod ille mandauerat. Neq; credendum eſt, Apoſtolos qui tanta pietate & ſtudio religionem propagabãt, formam à Chriſto præſcriptam abieciſſe. Neq; prætermittendum eſt, Scholaſticos, vt in Thoma legimus, quãdo aſſentiuntur formã baptizandi ab Apoſtolis quoq; fuiſſe mutatam, ſcribere, id ex diſpenſatione Spiritus Sancti ad tempus factum fuiſſe, quo nomen Chriſti magis illuſtraretur, & ideo non eſſe trahẽdam inde perpetuam legem, & tamen Domini nomẽ vel Chriſti nomen, ne ſic quidẽ Patrẽ & Spiritum excludere. Non vt Pater emitteretur, inquit Cyprianus, ſed vt Patri Filius quoq; iungeretur.*
     - Si *Apoſtoli in Chriſti tantum nomine baptizaſſent, Chriſtus tantum verus Deus eſſet, quia in ſolius Dei æterni nomine homines baptizandos eſſe omnibus notum eſt. Quod ſi nuſquam Apoſtoli leguntur baptizaſſe in nomine Patris, ergo Pater non erit verus Deus. Si enim non licet nomine Patris baptizare, certè Pater Deus non erit. Quod ſi fateatur, licere tamen in Patris etiam nomine baptizare, non rectè factum eſt ab Apoſtolis qui in ſolius Chriſti nomine baptizaſſe leguntur.*
   - Quæ *in Baptiſmi formula, &c. Vide literam A.*
2. Locus 1. *Ioan. 5. Tres ſunt qui teſtimonium, &c. Vide literam B.*

Quid *sit hoc loco baptizare. Nihil aliud quàm externa baptismi Ceremonia, profiteri vel pronunciare, à peccatis mundari solius esse Dei.*

Quid *sit nomen Dei in quo baptizari nos conuenit. Nomen Dei in scripturis, sæpe pro potestate, auspiciis, iussu, voluntate & institutione, persona & loco Dei ponitur: aliàs pro celebri eius notitia, fiducia nominis Dei & gloria Dei vsurpatur, de quo vide Tabulam de vocabulo Nominis.*

Quid *sit baptizare in nomen Patris & Filij & Spiritus Sancti, cum Minister dicit: Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Hoc perinde est ac si dicat Minister: Ego testificor seu pronuncio hac baptismi Ceremonia quam administro, liberari te à peccatis, nomine, vi, potentia, authoritate & voluntate Patris & Filij & Spiritus Sancti. Vel: Ego te à Deo mundatum esse pronuncio, à Deo inquam, qui est Pater, Filius & Spiritus Sanctus, in hoc vt eum cognoscas verè, invoces, in illum credas, eum glorifices. Neq; enim nisi à peccatis mundatus, illum cognoscere, invocare, & in eum credere potest. Atque ita particula In, causam finalem declarabit.*

Non *esse aliud baptizare in nomen Patris quàm Filij & Spiritus Sancti nomen. Non enim dixit in Nominibus, sed in Nomen Patris & Filij & Spiritus Sancti. Cùm autem hic verus Deus sit in cuius nomine baptizamur & hic Pater, Filius & Spiritus Sanctus sit: consequitur primum, Filium, & Spiritum Sanctum verum esse Deum. Nec dubium est Filium Dei in cœlos conscendere volentem, solidam & perfectam Dei notitiam proponere Ecclesiæ suæ voluisse, quæ in agnitione & invocatione Patris & Filij & Spiritus Sancti consistat. Vnde liquidò apparet, tres vnius diuinæ naturæ seu essentiæ, hypostases esse.*

A. Quæ in Baptismi formula obseruanda:

Aliud *esse baptizare nomine Spiritus Sancti vt in formula baptismi, & aliud baptizare Spiritu Sancto. Nam nomine Spiritus Sancti baptizare ministrorum est, baptizare verò Spiritu Sancto Christi ipsius, Matth. 3. c. 11. Ipse enim sordes nostras purgat, conscientias sanguine suo aspergit, ipse veterem hominem mortificat, & spiritum regenerationis confert. Id aliàs vocatur in Scriptura effundere donum Spiritus Sancti, Act. 10. g. 45. Aduersarij docent in nomine Spiritus Sancti baptizari non aliud esse quàm accipere donum Spiritus Sancti seu virtute ex alto indui. Sed huius falsitatem multa sunt quæ conuincant. Primùm enim nefas est in vllius qualitatis vel motus nomine, extra vnum verum Deum Israelis baptizari, proinde nec in nomine Spiritus Sancti, si verus Deus non sit, initiari licebit. Deinde si verum est quod aduersarij docent, in nomine quoq; Patris baptizari non aliud erit quàm ipsum tanquam donum accipere, quia Spiritus Sanctus Patri & Filio coniungitur. Præterea ociosa etiam erit ταυτολογία si Spiritus Sanctus Patrem mouentem seu dona ipsius significabit. Postremò iuxta aduersariorum interpretationem, reprobi quoque donum adoptionis accipiunt, quia multi ex his etiam nomine Spiritus Sancti baptizantur. At cùm id fieri non possit, aduersariorum detortæ explicationes consistere non possunt.* ¶ *Vide Tabulam de verbo Baptizandi.*

Aliud *esse baptizare in nomen Patris & Filij & Spiritus Sancti, & aliud baptizare in nomen Christi, Act. 2. f. 38. 10. g. 48. In Christum* IESVM, *Roman. 6. a 3. In vnum corpus, 1. Corin. 12. b. 13. in mortem Christi, Rom. 6. a 3. In Mosen, 1. Corin. 10. a 2. In Ioannis baptisma baptizari, Act. 19. a 3. 10. f. 37. 13. d. 29. Matth. 21. c. 25. &c. quas phrases cùm pauci sint qui norint, alij hac, alij verò alia baptizandi formula vtuntur, prout sibi visum fuerit.* ¶ *De his phrasibus vide Tabulã de verbo Baptizãdi.*

Hunc *locum Dei vnitatem & personarum Trinitatem confirmare. Audis enim hîc tres hypostases & vnum nomen in singulari. Neq; enim dixit In nominibus, sed in Nomine, vt trium vnitas significetur. Vt enim impossibile est, vnum Deum plures esse Deos, ita impossibile est Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, Patrem tantùm esse, &c.*

Patrem, *Filium & Spiritum Sanctum vnum ac verum Deum esse. Quia*

- Vt *creaturam inuocare fas non est, ita in cuiusquam qui verus & æternus Deus non sit, nomine baptizari, verbo Dei prohibetur.*
- Vt *omnium sacramentorum author Deus ipse est, qui solus de sua gratia (cuius illa sigilla sunt) dispensare potest. Ita in solius Dei cognitionem baptizari omnes homines conuenit.*
- Cùm *vna sit fides, vnus Deus & baptismus (qui vnius in Deum fidei nota quædam sit & sigillum, qua videlicet testamur nos vni Deo velut Imperatori nostro nomen dedisse in cuius etiam nomine baptizamur, in nomine videlicet Patris, Filij & Spiritus Sancti) facilè conficitur Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, vnum ac verum Deum esse.*

Quia hæc sententia ab Arianis expuncta, habetur in multis vetustissimis exemplaribus Græcis & Latinis, vt Rhodiensi, Britannico quod non ita pridem in Anglia inuentum est. Item Constantiensi vtroque, Hispaniense, &c. Quare Hieronymus in præfatione Canonicarum epistolarum ait, in Græco hæc haberi, sed à Latinis interpretibus omissa.

Quia etsi Cyrillus lib. 14. Thesauri sui totum hunc Ioannis locum recitans, istam particulam omittat: hoc tamen non ideo factum est, quòd in Græcis codicibus non habeatur, sed quòd eius intentioni minus conueniret. Intendit enim probare non mysterium Triadis, sed Spiritus Sancti Diuinitatem. Sic Augustinus & Beda inter Latinos hæc non legunt, eadem prorsus ratione, quòd suo instituto parum conueniret. Ad id enim quod quis probare intendit, locus Scripturæ adducendus est. Constat præterea non solùm Athanasio, Basilio Magno, Hilario, &c. sed etiam Hieronymo Cyrillum recentiorem longè fuisse, vt quod ille asseruit, hunc frustra tacuisse, queri possit.

Quia frustra in altera clausula adderetur particula, In terra: si prior clausula de testibus In cælo expungi deberet. Apponuntur enim hæc, In cælo & in terra.

Quia hoc testimonium Patris, Filij & Spiritus Sancti mox testimonium appellat, quo testificatus sit de Filio. Non ergo omittenda particula quæ de vno Deo teste disserit, vt opponatur particulæ, quæ de testibus creatis loquitur.

Hunc locum non esse suspectum, nec è margine irrepsisse, sed ab Arianis potius expunctum, quod probatur:

Etiamsi demus hanc particulam in Græcis codicibus non inueniri, reiici tamen non posse, quia Ioannes passim in Euangelio horum testium mentionem faciat, Io. 5. g. 37. 8. b. 14. 15. d. 26. &c.

B.

Locus, 1. Ioan. 5. b. 7. Tres sunt qui testimonium perhibent in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres vnum sunt. hîc disce:

Etiamsi demus hanc clausulam è margine irrepsisse, nihil tamen propterea argumenti vim imminui. Quia quod contendimus, ex altera clausula conuincitur, quæ tam apud Græcos quàm apud Latinos extat. Tria sunt, inquit, quæ testimonium dant in terra, sanguis, aqua & spiritus. Augustinus aduersus Maximinum Episcopum Arianorum lib. 3. cap. 14. Hoc loco vtitur & vult Spiritum significare Patrem, quoniam Deus spiritus est, & ipse Pater fons est ac principium totius Diuinitatis. Deinde sanguis (vt ait) Filium repræsentat, quòd humanam naturam susceperit, ac sanguinem pro nobis effuderit. Aqua verò ex illius sententia Spiritum Sanctum designat vt Euangelium ipsum interpretatur. Nam cum Iesus dixisset, Flumina de ventre eius, fluent aquæ viuæ, hoc illum exponitur protulisse de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum: Ioan. 7. e 38 Quare cùm tres personas his tribus nominibus repræsententur, atq; subdatur hos tres vnum esse, apertè demonstratur, tres Diuinas personas eandem habere substantiam. Et Augustinus hunc locum tractans, potissimum vrget illud, vnum sunt. Et constans ac firmum esse vult in scripturis, vt cum aliqua dicuntur vnum esse, substantia non differant. Et illa tria, spiritum, inquam, sanguinem & aquam repræsentare tres personas, his rationibus probatur. Prima sumitur ab Analogia signorum, quam Augustinus recitauit. Deinde animaduertis illa tria dici vnum quod eis non conuenit, nisi respexeris ea quæ repræsentantur: Alioqui spiritus, aqua, sanguis, natura vel specie inter se differunt. Tertio loco illa tria nomina Græcè sunt neutri generis, ὕδωρ, πνεῦμα, αἷμα, quibus postea subijcitur articulus masculinus numero multitudinis, & dicitur οἱ τρεῖς. Non enim posset articulus masculinus quoad signa (quæ sunt neutrius generis) locum habere, nisi ad significata Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum applicaretur. Neque turbet nos quod legitur alicubi quòd hi tres in vnum sint: Quasi faciat id pro Arianis, qui dicebant has personas in vnum esse, quòd in eodem testimonio consentirent, quasi sermo non sit de eadem natura, sed de eadem voluntate: Ea enim phrasis ad Hebraicam accedit, vt idem sit in vnum esse & vnum esse, vt cùm dicitur, Ero ei in Patrem, & ipse erit mihi in Filium, idem est ac si dicatur, Ero ei Pater, & ipse erit mihi Filius. Et alibi, Ipse erit mihi in Populum, & ego ero eis in Deum, &c.

Qui locum hunc, &c. Vide literam C.

C. Qui

C. Qui locum hunc de Patre, Filio & Spiritu Sancto suspectum esse dicunt, aut non facilè pro Triade recipiunt, ij nobis

- Ostendant:
  - Quo *authore vel teste fide digno id faciant?*
  - Quibus *sit suspectus? An non Arianis?*
  - Quando *cœperit esse suspectus? quando hæresis Ariana invaluit.*
  - Cur *cœperit esse suspectus? Quòd videlicet eorum commenta infringat, & vt telum verbi Diuini nobis eripiant, quo ipsi facilè iugulari possint.*
  - An *hic locus verbo Dei vnus conueniat. Ioannes enim passim in Euangelio horum testium mentionem facit, vt Io.1.b.15.5.g.37.8.b.14.15.d.26.&c. Et hos testes sæpe Scriptura coniungit, vt Matt.28.d.19.1.Cor.12.a.3.2.Cor.13.d.13.2.Thes.3.a.5.Apo.1.a.1.&c. Coniungit autem hos Scriptura vt essentiæ vnitatem significet.*
  - An *valeat Argumentum: Cyrillus, Augustinus, Beda, hunc locum non legunt, non interpretantur: ergo locus iste suspectus est. Multi enim sunt loci quos multi interpretum ne attigerunt quidem: at non statim sequitur ex eo locos illos suspectos esse.*
- Respondeant:
  - An *Ioannes, 1.Io.5.b.7. De testibus creatis loquatur, an de vero Deo? Si enim de creatis sermo non sit, vnum Deum testificantem Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum esse conficietur.*
  - An *vocabula hæc Diuina, Patris, Filij & Spiritus Sancti tria sint?*
  - An *possibile sit, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, Patrem tantum esse?*
  - An *solus Pater tres esse possit?*
  - An *sit impossibile tres vnum esse manentibus interim hypostasibus, cùm omnes nos in Christo vnum hominem esse dicat Apostolus, Gal.3.d.28. manentibus interim singulorum hypostasibus.* ¶ Huc pertinet tabula de particula Vnus, & quæstiones de particula Vnus, item de phrasi Vnum esse.

Pater, Filius, & Spiritus Sanctus quomodo sint vnus & quomodo tres.

DEVS dicitur vnus & trinus diuersis respectibus. Dicitur enim

- Vnus
  - Natura *& creatrice rerum omnium Diuinitate, quia horum trium vna est Deitas, quam multiplicem facere impium est. Nam cùm Scriptura non Patrem solum, sed Filium quoque, & Spiritum Sanctum verum Deum & Iehouam exercituum vocet, ac Iehoua exercituum vnus tantùm sit: rectè consequitur Patris, Filij, & Spiritus Sancti vnam esse Diuinitatem. Nam aut plures Deos comminisci oportet, aut horum trium vnam esse diuinitatem necesse est: quia vt Pater, ita Filius, & Spiritus Sanctus perfectè Deus est, Io.5.c.18. Act.5.f.30.32.*
  - Nomine, *quia horum trium vnum est nomen Iehoua ac Dominus exercituum, Esa.6.c.9.Io.12.f.40.Act.28.f.26.&c.*
  - Attributis, *quòd vna sit horum trium*
    - Æternitas,
    - Immensitas,
    - Omnipotentia,
    - Puritas,
    - Immutabilitas,
    - Impassibilitas, *&c.*
  - Operatione. *Nam vt Pater, ita Filius, & Spiritus Sanctus creator, & rerum creaturarum conseruator est secundùm ordinem in Scripturis, Io.5.c.17. Psal.33.a.6. Iob.33.a.4.Io.1.a.3.Heb.1.a.2.Col.1.c.16. Neque enim Filius per Patrem, sed Pater per Filium operari dicitur vinificante res productas Spiritu Sancto. Sed hæc œconomia & ordo agendi nec Diuinitatis nec operationis statuit inæqualitatem, sed actionis monstrat dispensationem.*
  - Maiestate, *gloria & cultu, Ioan.5.d.24.Matt.28.d.19. In Baptismo enim ad vnius Dei Patris, Filij, & Spiritus Sancti agnitionem, inuocationem & celebrationem initiamur.*
  - Sententia *& voluntate, quæ in veteri Testamento consultatione faciendi, descendendi, &c. In nouo autem, aperto Filij testimonio demonstratur. Vide Io.5.e.30.*
- Trinus
  - Reali *& vera Personarum distinctione non diuisione aut confusione. Pater enim semper manet Pater, vt qui nec Filius nec Spiritus Sanctus esse aut dici possit. Filius manet semper Filius, sic & Spiritus Sanctus. Sua enim quenque hypostasis verè distinguit. Io.14.b.16.17. Ego mittam vobis à Patre Spiritum paracletum. Et Ioan.15.d.26.1.Ioan.5.b.7. Tres sunt qui testimonium perhibent, &c.*
  - Proprietatibus *internis. Gignere enim solius Patris est, gigni Filij, procedere Spiritus Sancti.*
  - Officiis. *Pater enim mittit, Filius & Spiritus Sanctus mittuntur. Zach.2.d.11.Ioan.14.d.26.15.d.26. Nulla autem differentia, inquit Cyrillus, substantias separat, nisi quæ naturas definit.*

De æqualitate seu consubstantialitate Patris & Filij: conueniunt enim

Nomine quod soli Deo competit. Vocatur enim

PATER	FILIVS
IEHOVA *passim in Scripturis, quod proprissimum Dei nomen est, ac Hebræi ineffabile esse putarunt. Hoc enim nomen non proferebatur ab Hebræis reuerentiæ causa, nisi à sacerdotibus Domini in Sanctuario, & solum in benedictione sacerdotum à Saterdote magno.*	IEHOVA, *Ierem.23.a.6.Hoc nomen eius quo vocabunt eum Iehoua iustitia nostra, Psal. 45. c.12. Quoniam ipse est Iehoua Deus tuus. Vide Psal.47.a.3.Esa.25.c.9.33.d.22.54.c.5.8. &c. Notandum verò est nomina hæc* IEHOVA & IESVS *nihil vel parum differre, imò & significatione & literis inter se conuenire, nisi quod in nomine Iesus* ש *littera in media & vltima syllaba detrahitur ac pro ea littera* ש *ex Iehosua substituitur: Atque hoc modo Sanctissimum Dei nomen* IEHOVA, *quod Hebræi ineffabile dicunt, mutatione vnius literæ fit effabile: quemadmodum absconditus, incomprehensibilis, & ineffabilis Deus assumto hoc nomine cepit nobis esse cognoscibilis, vocatus Iesus vel Iehosua pro Iehoua.*
Altissimus, *Gen.14.d.22. 18.19. Sacerdos, inquit, erat Dei altissimi. Vide & Psal. 83. c. 19. 92.a. 1. Esa.14.d. 14.Luc.1.c.32.35.*	Altissimus, *Luc.1.g.76. In cantico Zachariæ: Et tu puer propheta altissimi vocaberis, quod nomen Christo Filio Dei tribuit. Addit enim: Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Et mox illum orientem ex alto appellat, idque ad differentiam corporei Solis qui nobis oritur ab inferis, surgens in altum: hic Sol contrà è sublimi exortus descendit ad nos, vt nobis illucesceret. Appellatur autem Christus oriens ex alto ratione Diuinitatis. In alto enim est Christus, id est, super omnes creaturas, vbi nihil altius, sed sola altitudo est, ibi Christus est in sua Diuinitate, æque atque aurora vel oriens. Nascitur enim à Patre velut à Sole radij. Vide Eccl. 1. b. 10. Sermo Dei altissimus. 4. Esdr.7. b. 33. Apparuit pro tribunali sedens altissimus.*
Ex quo, *per quem, & in quem omnia, Ro. 11. g. 36. 2. Cor. 5. d. 18. Gal. 1. a. 1. Per Iesum Christum ac Deum Patrem, &c.*	Ex quo, *per quem, & in quem omnia, Eph. 3.c. 14. Ex quo omnis parentela in cælis & in terra nominatur. Et Ephes. 4.b.6. Item Col.1.c.17.18. Omnia per illum, & ipse est ante omnia, & omnia per illum consistunt. Heb. 2. c. 10. Cum autem præpositiones hæ Ex & A æquipolleant, & Apostoli omnia bona à Christo in suis epistolis prædicent, sequitur Christum Deum esse Ex quo omnia.*
Deus *omnia in omnibus, 1.Cor.15 c.28.*	Omnia *in omnibus Christus, Col.3. b.11. Vide & Ephes.1. d.23.*
Vnus *Dominus, Deut.6.a.4.*	Vnus *Dominus, 1. Cor. 8. c. 6. quod idem est quod vnus vel verus Deus, Luc.2.d.23.*
Solus *bonus, Luc.18.d.19. Nemo bonus nisi solus Deus.*	Id *nominis & Filio tribuitur, Ioan. 10. b. 11. Ego sum Pastor ille bonus. Quod verò Legisperito dicit: Cur me vocas bonum, &c. non sese à bonitate naturali excipit, sed Legisperiti imperitiam redarguit, qui ad Christum velut hominem tantum veniebat, & quod Deo naturaliter inest, sibi tribuebat.*
Æternus *Deus, Ro. 16. d. 26. Iuxta delegationem æterni Dei.*	Et *Christus æternus dicitur, Esa.9.a.6. Nam & gloria eius æterna est, Io. 17. a.3. Et regnum eius æternum, vt Prophetæ testantur, & Spiritus illius æternus est, Heb. 9. c. 14. Vide & Io.1.f.30.*
Dominus *glorioſus, Deut.28.f.58.*	Dominus *& Rex gloriæ, Psal. 23. b.7.9. 1.Cor.2.b.8. Nequaquam Dominum gloriæ crucifixissent. Vide Psal. 23. 68.c.14.&c.*
Dominus *noster seu Dominus omnium, Psal. 8. a. 1. 10. 2.Mach.14.f.35.*	Dominus *omnium, Act.10.*
Spes *nostra, Psal.64.a.6.*	Spes *nostra, Eph.1.c.18.Col.1.a 5. Spes gloriæ Christus, &c.*
Dominus *Deus Sebaot, Esd. 1. c. 9. Vbi de Petra loquitur.*	Hic *locus Esaiæ à Paulo, Rom. 9. c. 29. Christo accommodatur.*
Immortalis, *1. Tim. 1. c. 10. Qui vt corrumpi non pos-*	Immortalis, *eò quòd vita ipsa sit & credentibus vitam largitur*

Vocatur

PATER	FILIVS
est & sempiternus est, ita nullis affectionibus & infirmitatibus obnoxius est, sed perfectus & felix omnibus vitam donans; in quo viuimus, mouemur & sumus, Act.17.f.28.	*largiatur æternam, Ioan. 10. b. 10. 14. a. 6. Inde & à Petro Princeps seu Dominus vitæ dicitur, Act.3.b.15.*
Inuisibilis, *eo quòd immensus sit, & maior quàm qui sensibus nostris in hac vita comprehendi posse, porrò in alia vita videbimus ipsum sicut est, 1. Ioan. 3. a. 2.*	Inuisibilis, *Heb. 1. a. 3. Et Filius quia imago est Dei inuisibilis, Col. 1. b. 15. Imago autem non diuersarum inter se rerum, sed similium ac parium est. Et Christi regnum non est ex hoc mundo, Io. 18. f. 38. sed spirituale.*
Rex *regum & Dominus dominantium, 1. Tim. 6. d. 15.*	Hoc *dictum, Apo. 17. f. 14. 19. e. 16. Christo tribuitur.*
Primus & *nouissimus, Es. 41. b. 4. 44. a. 6.*	Id *dictum, Apoc. 1. b. 8. 2. c. 8. Filio tribuitur, & Apocal. 22. c. 13.*
Saluator *passim in Scriptura.*	Saluator, *Matth. 1. d. 21. Vnde & Iesus appellatur.*
Omnipotens *passim in Scriptura.*	Omnipotens, *Phil. 3. d. 21. Secundùm efficaciam qua potest sibi subijcere omnia. Vide Esa. 40. g. 28. Matth. 11. d. 27. 28. d. 18. Ioan. 5. d. 21. 14. Ego faciam, Heb. 1. a. 4. Apoca 1. 5. &c.*
Omniscius *passim in Scriptura.*	Omniscius, *Io. 2. d. 24. Eo quòd ipse nosset omnes, Io. 16. d. 30. Nunc scimus te scire omnia, &c.*
Redemptor, *Psal. 18. a. 3. 77. d. 49. c. 16. Esa. 42. b. 13. 43. b. 14. 47. a. 4. &c.*	Redemptor *noster, Galat. 3. b. 13. 4. a. 5. Tit. 2. d. 14. Apoc. 5. c. 9.*
Deus *viuus, 1. Tim. 4. c. 10. 6. d. 17. Ier. 10. b. 10.*	Viuens *in sæcula, Apo. 5. d. 24.*
Iudex *omnium, Psal. 7. c. 12. &c.*	Iudex *omnium, Act. 10. g. 42. Io. 5. d. 22.*
Verus *Deus, Ier. 10. b. 10. Io. 17. a. 3.*	Deus *verus, 1. Io. 5 d. 20. Id est, reuera Deus.*
Scrutator *cordium, Psal. 7. c. 10. Ier. 17. b. 10.*	Id *& Filio tribuitur, Apo. 2. g. 23.*
Dominus *Deus Israel, Deut. 6. 4, 4.*	Dominus *Deus Israel, Luc. 1. f. 68. de Ioanne: Multos á filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum. Subjcit enim: Et ipse præcedet ante eum in spiritu & virtute Eliæ. Vide Act. 22. c. 14. Deus patrum nostrorum locutus est, &c. & Apoca. 22. b. 6. Deus patrum nostrorum misit. Et tandem subjcitur: Ego Iesus misi, &c.*
Solus *Deus vel Dominus, Deut. 32. b. 12. Esa. 37. c. 16.*	Solus *Deus ac herus, Iudæ 1. a. 4. Sic enim vetusti quidam Codices Christum qui solus est Deus ac herus.*
Dominus *Deus exercituum, Mal. 1. a. 4. Zach. 13. c. 7.*	Dominus *Deus exercituum, Psal. 68. b. 7. Matth. 25. c. 31. 1. Thessal. 3. d. 13. In aduentu Domini cum omnibus Sanctis eius, &c.*
Ante *quem & post quem non est Deus. Esa. 43. b. 10.*	Præter *quem non est Deus, Esa. 45. a. 5. 14. Tantum in te est Deus præter te nullus est Deus. Nam hæc verba sub typo Cyri ad Filium refert Franciscus Dauidis.*
Laudandus *Deus in secula, 1. Par. 16. d. 36.*	Laudandus *vel Benedictus Deus in secula, Ro. 9. a. 5*
Qui est, *& qui erat, & qui venturus est, Apoca. 1. b. 8. Quibus verbis significatur Patrem æternam esse essentiam, quæ per seipsam subsistat, & esse vitamque conferat hominibus, atque eandem conseruet in omnibus. Eam verò essentiam talem esse vt fuerit semper sine principio. Id enim quod Esse vel existentiæ iungit, erat. Huic subiungit: Et qui venturus est, qui videlicet futurus, & permansurus est in finem vsque & in sempiternitate absque fine.*	Qui est, *& qui erat & qui venturus est, Apo. 1. b. 8. Vbi de Christo loquitur, quo elogio æternitas simpliciter significatur, sicut interdum per verbum præteriti temporis vel futuri, vt Exo. 3. c. 14. vel præsentis, vt Ioan. 8. g. 58. Ante quam Abraham nasceretur ego sum. Si non crediderit is quia ego sum, omnes moriemini in peccatis vestris. Ibid.*
Magnus *Deus, Psal. 95. a. 3.*	Magnus *Deus, Tit. 2. d. 13. Expectantes apparitionem gloriæ magni illius Dei & Seruatoris nostri, &c. Id quod ad solam Christi personam refertur, sicut illud, Deus & Pater Iesu Christi de persona Patris dicitur, Col. 1. b. 15. Eph. 1. b. 9. &c. Nam nomen ἐπιφανείας nusquam in nouo testamento nisi filio tribuitur. Deinde postulat etiam Græci sermonis constructio vt ad vnum idemq; subiectum, id est, ad vnum Iesum Christum referant vtrunque prædicatum, cum vnius tantum sit articulus.*

¶ Exhis ita colligi potest: Vnum sunt in natura, quæ eadem habent nomina naturarum: Pater & Filius eadem habent naturæ nomina. Ergo vnum sunt natura.

Conueniunt opere seu virtute quæ soli Deo competat:

Tribuitur enim

PATRI	FILIO
Quòd *creet, passim in Scriptura.*	Id *& Filio tribuitur, Esa. 54. c. 5. Maritus tuus factor tuus, Psal. 101. d. 26. Heb. 1. a. 2. Colos. 1. c. 16. & c. Iere. 10. b. 11. Dij qui cœlum & terram non condiderunt peribunt: at Christus non perit, sed manet in æternum, Ioan. 12 d. 34. Sap. 7. c. 21. Artifex omnium sapientia me docuit. Sap. 9. b. 9. Vna rerum artifex omnium sapientia, quæ tibi Mundum creanti præsto fuit.*
Quòd *viuificet, Ioan. 5. d. 21.*	Sic *& Filius quos vult viuificat, Ioan. 5. d. 21.*
Quòd *illuminet, Psal. 17. b. 29. Illuminans tenebras.*	Id *& Filio tribuitur, Io. 1. a. 4. 8. b. 12.*
Quòd *sanctificet fideles, Ioan. 17. c. 17.*	Sanctificat *& Filius, Eph. 5. f. 26. Heb. 9. f. 13. Io. 20. c. 22.*
Quòd *reuelet mysteria, Dan. 2. d. 22.*	Tribuitur *hoc & Filio, Matth. 11. d. 27.*
Quòd *peccata remittat.*	Remittit *& Filius, Matth. 9. b. 13.*
Quòd *vbique sit, Esa. 6. a. 3.*	Hoc *& Filio tribuitur, Matth. 18. c. 29. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum, & c. Matt. 28. d. 20. Vobiscum sum vsque ad consummationem seculi, & c.*
Quòd *solus ipse pascat oues, Ezech. 34. d. 15.*	Id *& Christo tribuitur, ibidem & Ioan. 10. b. 11.*
Quòd *nemo possit oues de manu eius rapere, Io. 10. c. 28.*	Id *Filio etiam tribuitur, Ioan. 10. d. 18.*
Quòd *iustificat, Rom. 8. g. 10. 30.*	Iustificat *& Filius, Rom. 3. d. 24.*
Quòd *eduxerit populum Israel ex Aegypto manu potenti, & Pharaonem delecuerit, Exod. 10. 14. g. 30.*	Tribuitur *hoc & Filio, Esa. 51. c. 9. Nam Propheta per Apostrophen ad Brachium Domini, id est, Filium loquens dicit: Excitare brachium Domini: An non tu illudes brachiũ quod concidit feram & dolore conficit draconem? An non tu illudes quod exciccabas mare? Et Esa. 63. b. 9. Angelus faciei seruauit eos. Vide Zach. 13. 1. Cor. 10. a. 1.*

¶ Ex his colligi potest ad hunc modum: Quorumcunque eadem est operatio, eadem naturalis virtus eiusdem essentiæ necessario sunt: (Æqualitas enim virtutis ex æqualitate Naturæ est. Neq; enim Pater per id dicitur Deus, quòd habeat virtuti suæ similem creationem, sed si genuerit non dissimilis aut alienæ à se essentiæ naturam) Patris & Filij vna eademq; operatio est, eadem virtus consubstantialis. Ergo eadem est natura seu essentia.

Conueniunt honore seu cultu qui soli Deo debetur

PATER	FILIVS
Pater *exigit à nobis vt in eum confidamus.*	Hoc *& Filio tribuitur, Ioan. 14. a. 1. Creditis in Deum & in me credite. Esa. 11. b. 10. In ipsum gentes sperabunt. Maledictus autem est qui spem locat in homine, beatus qui fidit Deo. Vnde colligas Deum esse Filium.*
Pater *exigit vt eum inuocemus, Psal. 49. c. 15.*	Et *Filius ad se vocat omnes, Matth. 11. d. 28.*
Patri *tribuitur honor, imperium & gloria, 1. Tim. 6. d. 16.*	Idem *Christo accommodatur, Apo. 1. b. 6. & 5. d. 13. & Io. 5. d. 23. Vt omnes honorent Filium sicut honorant Patrem.*
Patri *adoratio tribuitur passim in Scriptura.*	Hoc *idem Christo tribuitur, Psal. 96. b. 9. Heb. 1. b. 6.*
Pater *exigit vt eum supra omnia timeamus, Deut. 6. a. 2.*	Et *de Filio Dei dicitur, Apoc. 15. Quis non timebit te Domine Deus omnipotens. Vide præcedentia eodem capite.*
Pater *exigit vt eũ supra omnia diligamus, Deut. 6. a. 5.*	Id *tribuit Paulus & Filio Dei, Ro. 8. g. 35. Quid poterit nos separare à dilectione Christi?*
Pater *exigit vt verbum eius audiamus & ei obediamus, Esa. 28. c. 14.*	Pater *è cœlo Filium suum audiri iubet. Vide Apoca. 1. b. 6.*
Tribuitur *Patri gratiarum actio pro omnibus bonis, Eph. 5. d. 20. 1. Thes. 5. c. 18.*	Tribuitur *hoc & Filio, Ioan. 9. f. 37. Luc. 17. d. 15. Vbi quid glorificare Deum sit exponit, dicens: Gratias agens ei scilicet Christo.*
Pater *dicit, Esa. 45. d. 23. Mihi sese flectat omne genu, Ego Dominus & nullus alius.*	Id *dictum Paulus Christo accommodat, Rom. 14. c. 11. Phil. 2. b. 10. sed & illud, Esa. 6. a. 1. Vidi Dominum sedere in solio sublimi, & c. Io. 12. f. 41. ad Christum refert, cum dicit: Hæc dixit Esaias quando vidit gloriam eius & locutus est de eo, scilicet Christo. Hinc est quod Ioannes, Apo. 22. a. 3. Vnam Dei & agni sedem facit, quod Filius vnà cum Patre adoretur: Nulla autem creatura patitur se adorari nisi quæ sese ipsam ignoret: At Christus cupit adorari: Ergo, & c.*

¶ Ex his colligas: Idem cultus debetur Filio qui & Patri, Ioan. 5. d. 13. Vt omnes honorent Filiũ, &c. Pater autem non dat creaturis honorem suum. Christus ergo cui Patris honor debetur, non homo tantùm, sed & verus Deus est.

De

De Æqualitate Patris & Filij, ex libro Apocalypsis.

FILIVM Patri consubstantialē esse probatur ex libro Apocalypsis:

Omnipotens, *Apocal.1.b.8. quod epitheton in Deum vnum competit, sicut eo se insignit, dicens: Ego sum Deus omnipotens, Genes.17.a.1. 35.b.11.*

Qui est, & qui erat, & qui venturus est, *Apocal.1.b.8. 4.c.11.d.17. Quibus verbis æternitas simpliciter significatur, sicut interdum per verbum præteriti temporis, vel futuri, vt Exodi 3.e.14. vel præsentis, vt Ioan.8.g.58. Locum, Apocal.1. b.8. de Christo dici ex præcedentibus manifestum est. Præcedit enim: Ecce venit in nubibus, & videbit eum omnis oculus, &c. locus Apocal.4.c.8. de Christo dicitur: nam sequenti capite eadem ferè Christo tribuuntur. Et sicut hîc dicitur: Dignus es Domine & Deus noster accipere gloriam & honorem, ita cap.5.a.12. Dignus est Agnus accipere virtutem, diuinitatem, & sapientiam, &c. Simili elogio vtuntur Seniores, Apocal.11.d.17.*

Dominus *Deus omnipotens, Apocal,4.b.8. 11.d.17. Quod de Christo dici ex præcedentibus & sequentibus colligitur. Vide & Apocal.15 a.3. Quod de Christo dici ex eo maximè apparet, quòd elogium hoc victorum, Canticum Agni vocatur.*

Viuens *in secula seculorum, Apocal.1.d.18. 4.c.10. 10.b.6. Vbi Angelus Magni conscilij Christus iurat per viuentē in secula seculorū: id est, per seipsum, quando maiorem, per quem iuret, nō habet, quo simul & Deum se esse demonstrat, Hebr.6.c.13.*

Principium *& finis, Apocal.1.b.8. Quia ex illo, & per illum, & in illo sunt omnia.*

Primus *& nouissimus, Apocal.1.b.8. & 2.c.8. Est enim Dominus Patri cœlesti coæternus, qui vt omnibus essendi est initium, ita & cuncta perficit, & immutat, ipse omnino immutabilis perseuerans. Ergo primus est Christus, quia omnia per illum facta sunt: nouissimus verò, quia in eo restaurantur omnia.*

A nominibus *diuinis, quæ Christo dantur, vt*

Principium *creaturæ Dei, Apoc.2.e.14. Quia omnipotēs Dei virtus est, & sermo, per quem facta sunt omnia, Col.1.c.16. Vbi primogenitus vniuersæ creaturæ dicitur, q̄ per illum facta sunt omnia. Ita appellatur secundùm hominē quoq; assumptum, eò q̄ omnia in eo innouantur, & pristinæ dignitati restituūtur, Rom.8.e.20.*

Sanctus, *Apocal.3.c.7. & 4.c.8. Christus enim propriè appellatur, & est Sanctus Sanctorum, quia reliqua omnia si cum eo conferantur, polluta sunt, etiam cœli & stellæ. Nam infinita est illius super omnes creaturas excellentia: solus ipse dignus est, cui omnis honor & gloria tribuatur. Est enim Deus benedictus in secula, Rom.9.a.5.*

Solus *Sanctus, Apocal.15.b.4. Hoc enim Agni canticum est: id est, canticum in honorem Agni compositum quo prædicatur à Sanctis Christi virtus & redemptio.*

Rex *Sanctorum, Apocal.15.a.3.*

Deus *noster, Apocal.4.d.11. quod de Christo dici ex cap.5.c.10. constare potest.*

Rex *Regum, Dominus Dominantium, Apocal.19.e.16. Paulus hunc titulum Deo Patri tribuit, 1.Tim.6.d.15. Vnde colligitur, Christum Patri consubstantialem esse. Sic & Apocal.1.b.5. Princeps Regum terræ dicitur.*

Angelus *fortis, Apocal.10.a.10. eò quòd opem suis laturus est, aduersus impios & crudeles exactores.*

Michael, *Apocal.12.b.7. Quis sicut Dominus? eò quòd admiranda sit eius maiestas, gloria, & potentia.*

Sermo *Dei, Apocal.19.e.13. Qui scilicet erat in principio apud Deum.*

Ineffabilis, *Apocal.19.e.12. Habet enim nomen scriptū, quod nemo nouit nisi ipse. Maior enim est ipsius maiestas, q̄ ab vlla creatura comprehēdi possit. De hoc nomine dicitur: Quicunq; inuocārit nomen Dñi, hic saluus erit, Ioel 2.g.32. Rom.10.c.13.*

Ab *operibus diuinis, &c. Vide literam A.*

Creat, *Apocal.* 4. d. 11. *Quia, inquit, tu creasti omnia. Hæc enim de Christo dicti ex capite sequenti apparet. Vide contextum capitis* 5. g. 12.

Pastores *omnes, seu Episcopos potestate sua regit, defendit, & tuetur: nisi enim eos teneret, caderent & errarent Pastores. Hoc est quod dicit Ioannes, cap.* 1. d. 16. *&* 2. a. 1. *tenere Christum septem stellas in dextera sua.*

Regit *Ecclesiam, & habet curam & rationem eorum, quæ dicuntur & aguntur in Ecclesia. Hoc est quod dicitur, Christum ambulare in medio candelabrorum aureorum, Apocal.* 2. a. 1.

Ab *operibus diuinis.*

Verbo *ac Spiritu suo consolatur credentes, perdit verò impios. Hoc est quod dicitur, Ex ore illius gladium vtrinque acutum exire, Apocal.* 1. d. 16. *&* 2. d. 12.

Largitur *multiplicia dona Spiritus. Hoc est quod Apocal.* 3. a. 1. *Septem Spiritus habere dicitur.*

Largitur *vitam æternam. Introducit enim in Regnum cœlorum. Ipse enim habet clauem, id est, plenam potestatem super Ecclesiam. Hac claue fideles introducit in Regnum cœlorum, impios deijcit ad tartara. Vide Apocal.* 1. d. 18. *&* 3. b. 7.

Mercedem *in Iudicio rependet, Apocal.* 11. d. 18.

A.

Perdit *impios, Apocal.* 11. d. 18.

Virtus *scilicet illa conditrix & viuificatrix, Apocal.* 5. d. 12.

Diuinitas, *quia alijs adoptione, ipsi naturâ hoc conuenit. Nam Deus erat sermo, Ioan.* 1. a. 1. *Apocal.* 5. d. 12.

Sapientia, *quæ in rerum creatarum distinctione, ordine, specie, operatione, & vicissitudine apparet & gubernatione, Apocal.* 5. d. 12.

Fortitudo, *in expugnandis scilicet aduersarijs, potestatibus & iustitia administranda, Apocal.* 5. d. 12.

A cultu *diuino. Tribuitur enim Christo*

Honor, *propter eius beneficia plurima, Apocal.* 5. d. 12.

Gloria, *Apocal.* 1. b. 6. *&* 5. d. 12. 13.

Benedictio, *Apocal.* 5. d. 12. 13.

Potestas, *seu imperium, Apocal.* 5. b. 13. *&* 1. b. 6.

Gratiarum *actio, Apocal.* 11. d. 17.

Timor *omnium, Apocal.* 15. b. 14. *Sic enim in Cantico Agni dicitur: Quis non timebit te Domine, & glorificabit nomen tuum?*

De Æqualitate Patris & Filij, ex cap. 5. Ioan.

A nomine: *vocatur enim Filius absolutè, non adiuncto aliquo: idq; per excellentiam, sicut Ioannes Apostolus, Theologus: Paulus, Apostolus per excellentiam nominatur. Cum enim Filius absolutè ponitur, non nisi Dei Filius significatur, isq; non adoptiuus, sed proprius ac naturalis, genitus à Patre ab æterno, eique coæqualis. Iam verò vt Filius hominis pro homine vsurpatur, more Scripturæ Hebraico, vt Psal.* 8. a. 5. *Quid est homo quòd memor es eius, & Filius hominis quòd visitas eum? Et Esa.* 5. d. 12. *Quis tu, qui timeas ab homine mortali & Filio hominis? Vnum enim alterius membri expositio est. Vide & Ierem.* 49. d. 18. *Ezech.* 2. a. 1. *&* c. *Ita Filius Dei pro Deo ponitur, sicut & filius Leonis pro Leone, filius Equi pro Equo, filij Achiuorum pro Achiuis apud Homerum. Hoc enim vnumquodque naturaliter est, quod natum est. Cum igitur Christus veri Dei Filius sit, eum verum Deum esse necesse est,* 1. *Ioan.* 5. c. 12.

FILIVM Patri æqualem esse, probatur ex capite 5. Ioan.

Ab *operibus Christi, &c. Vide literam A.*

A cultu, *seu honore, vt inquit, Omnes honorent Filium, sicut honorant Patrem, &c. Qui igitur adorare velit Patrem sine Filio, Patrem inquam solitarium, qualem Iudæi, Turci, & hæretici imaginantur, non habentem sibi per omnia similem, aut coæqualem Filium is ne Patrem quidem adorat. Nequit enim Pater esse, qui caret Filio. Particula verò, Sicut, de genere, vt sæpe alias, non de specie intelligenda est. Quis autem sit modus & ratio honoris, mox exprimitur, cùm dicit: Amen, Amen dico vobis, qui sermonem meum audit, & credit ei, qui misit me, &c. Christus enim non quærit externum honorem, quo eum superstitiosi afficiunt, sed quærit fidem. Credere enim summus est honor, quo & Pater & Filius simul affici simili ratione possunt: Credere autem Christo, non est intelligere quid dicat, sed est verbum eius fide excipere, & credere in Christo esse paratam nobis remissionem peccatorum, & vitam æternam.*

A. Ab

A. Ab operibus Christi, de quibus disseritur in

Genere:

Æqualitate *operum Christi. Opera enim Christi non sunt humana, sed diuina. Vel à summa & perpetua huius Mundi administrandi potestate. Hoc enim significatur operandi vocabulo, quod Christus Patri & sibi commune esse dicit: Pater, inquit, meus ad hoc vsque tempus operatur, & ego operor. Iudæi autem rectè intelligebant, Christum non ita appellasse Deum Patrem suum, quemadmodum homines nuncupamus Deum, Patrem nostrum. Ipsi enim Iudæi postea dicunt, Ioan. 8. c. 41. Vnum Patrem habemus Deum, nec quicquam putabant se peccare. Vide Exodi 4. c. 15. Esa. 63. d. 16. Ierem. 31. e. 32. & c. Vocabat enim Christus Deum, Patrem suum, modo quodam singulari, videlicet quòd ex Patre naturaliter proprius ac naturalis Filius sit genitus, Patri per omnia æqualis, eiusdem videlicet essentiæ, gloriæ & potestatis, & non dumtaxat Filius adoptionis, sicut omnes fideles vocantur filij Dei, vnde additur: Æqualem se faciens Deo. Iudæi ergo non ideò irascebantur, & Christum interficere conabantur, quia Patrem suum dicebat Deum: sed quòd longè alio modo quàm homines. Ecce intelligunt Iudæi quod Ariani intelligere nolunt: Rectè, inquam, Christum mentem intelligunt: sed quia Christum ex hominis tantùm specie metiebantur, & impedit ipsorum prauitas quominus Dei gloriam in tanto opere elucentem cernant, ideò Christum blasphemum esse iudicant. Hoc eodem argumento Christus & infrà vtitur, cùm dicit: Neque enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio. Nam iudicandi verbo id ferè significat, quod antea verbo operandi: id est, plenum imperium, ac summam Mundi administrandi potestatem. Quòd verò negat Patrem iudicare quenquam, id est, à Patre Mundum administrari, quod superius etiam Patri attribuit, sciendum est tales orationes negatiuas, non simpliciter aliquid negare, sed secundùm quid, id est, ex eorum hypothesi, ad quos dirigitur oratio. Ita negat Filius Mundum à Patre administrari, vt scilicet Iudæi arbitrabantur, qui Filium à Patre separabant, cùm Pater contrà non nisi per Filium manifestatum in carne, mundum regat. Commodum enim est, vt sicut per verbum suum condidit omnia Deus, ita per idem iudicet quoque & regat, & moderetur omnia.*

Ab *impossibilitate aliud operandi, quàm Pater operetur. Non potest, inquit, Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem; vbi affirmat Christus, Filium cum Patre ita esse æqualem in vnitate substantiæ, vt non possit fieri, Filium alia facere, quàm Patrem. Neque tamen hoc arguit vllam in Christo imbecillitatem, nisi quis hoc accipiat pro imbecillitatis argumento, quod Christus nihil aut velit, aut possit, quod Pater per ipsum, & ipse cum Patre non velit, aut possit. Cùm autem dicit, à seipso, non simpliciter negat se sua vi & authoritate, atque adeò pro suo iure operari: sed ex Iudæorum hypothesi, qui ipsum à Patre separabant, & nihil aliud, quàm hominem esse putabant. Hoc argumentum & infrà repetit, cùm dicit: Non possum ego à me ipso facere quicquam.*

A simili *operandi ratione & virtute. Quæcunque enim, inquit, ille fecerit, hæc & Filius pariter facit: id est, simili ratione atque adeò vnà & coniunctim.*

Specie: à

Virtute *suscitandi & viuificandi quos velit. Sicut, inquit, Pater suscitat & viuificat, ita & Filius quos vult viuificat, vbi de morte & vita Spirituali loquitur. Coniungit autem duo verba simul, suscitare & viuificare, quia non satis est nos à morte esse excitatos, nisi vitam plenè & solidè restituerit Christus. Quòd dicit, Quos vult: plenam ac liberam potestatem Filius sibi vendicat. De hac viuificandi virtute & infrà loquitur, cùm dicit: Amen, amen dico vobis, quia veniet hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierint, viuent. Qui quidem locus non de resurrectione corporum loquitur, sed de resurrectione, quæ fit per fidem, quæ est iustificatio. Redditur autem ratio, quòd mortuos voce Filij Dei resuscitandos & viuificandos dixerit, simulque ostendit, vnde tanta voci suæ efficacia, quòd scilicet ipse sit fons vitæ, & eam voce sua in homines effundat. Neque enim nobis ex eius ore proflueret vita, nisi penes ipsum esset eius causa & origo. Hoc significat, cùm dicit: Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit Filio habere vitam in semetipso. Vbi sciendum est, quòd Christus, quatenus Deus est, omnia à seipso habet; quatenus homo omnia à Patre accipit. Vnde mox sequitur: Et potestatem dedit ei iudicandi, quatenus Filius hominis est. Nam hoc loco ὅτι, pro καθότι, id est, pro quatenus ponitur, vt Cyrillus & Augustinus exponunt.*

Donatione *præmiorum æternorum. Habet, inquit, vitam æternam: In iudicium non veniet.*

Virtute *resuscitandi corpora. Veniet, inquit, hora, qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem eius, &c. vbi vox Christi eius virtutem significat.*

De Diuinitate Filij Dei & Domini noſtri IESV Chriſti.

CHRISTI Diuinitas demonſtratur quadrifariam.

A nomine. *Vocatur enim*

Deus, *& hoc vel*

Absolutè *ſine adiuncto aliquo, iuxta quam rationem non niſi vnus ac verus Deus ſignificatur. Id quod ex ſcriptis Prophetarum & Apoſtolorum manifeſtum eſt. Eſa.9.a.6. inter elogia Chriſti alia, additur Deus. Eſa.35.a.4. Deus ipſe veniet. Tota enim concio eſt de liberatione ab afflictionibus, & lætitia rerum proſperarum, per Chriſtum Redemptorem. Vide Ioan.1.& 20.g.28. Dominus meus & Deus meus. Sunt etiam multa, quæ in Veteri Teſtamento de Iehoua vero Deo dicuntur, quæ Euangeliſtæ & Apoſtoli ad Chriſtum referunt, vt Num.21.b.5. dicuntur Iſraëlitæ murmuraſſe cõtra Deum Iehouam, & tentaſſe eũ, quod Paulus 1.Corint.10.b.9. ad Chriſtum refert. Pſal.68.b.19. ſcribitur de exaltatione Dei, id ad Chriſtum refertur à Paulo, Epheſ.4.b.8. Item Eſa.41.b.4. dicitur: Ego Iehoua primus & nouiſſimus. & 44.a.6. 48.b.10. id ad Chriſtum refertur, Apocal.22.c.13. Viſio Eſaiæ, Eſa. 6.b.9. ad Chriſtum refertur, Ioan.12.f.41. Ierem.17.b.10. Ego Iehoua ſcrutans cor, &c. Apocal.2.f.23. ad Chriſtum refertur, Ierem.9.f.23. In hoc glorietur, qui gloriatur, &c. 1.Cor.1.d.31. ad Chriſtum, Mich.4.b.8. De regno Dei, Luc.1.e.33. ad Chriſtum, Aggæi 2.b.7. de commotione cœli & terræ, Hebr. 12.g.28. ad Chriſtum refertur, Eſa.8.c.19. de Lapide offendiculi, Luc.2.e.34. ad Chriſtum refertur. Hæc autẽ omnia prædicata Patri & Filio, nõ tanquam diuerſis, ſed vt æqualibus Scriptura tribuit.*

Adiuncto *aliquo tali, quo perſpicuum ſit verum Deum ſignificari: vt cum dicitur, Deus*

- Verus, *1.Ioan.5.d.20.*
- Magnus, *Tit.2.d.13.*
- Iſraelis, *Luc.1.f.68. Multosq; filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum. De Chriſto hæc dicit, ſequentia oſtendunt. Hic igitur, qui eduxit populum Iſrael ex Ægypto, Eſa.63.c.11. Pſal.68.c.18. hunc enim Pſalmum Paulus Epheſ.4.b.8. de Chriſto interpretatur. Vide & 1.Corinth.10.b.4. vbi teſtatur Chriſtum fuiſſe populi ducem in deſerto, eumq; tentatum ac ad iram prouocatum, id quod Moſes Deo vero Iehouæ tribuit, Deut. 9.b.7.*
- Laudandus *in ſecula, Rom.9.c.5.*
- Solus *ac heros Iudæ, 1.a.4. Sic enim vetuſti quidam Codices habent: Chriſtum, qui ſolus eſt Deus ac heros, negant. quam lectionem veram eſſe ex Petro etiam, vnde hæc deſumpta ſunt, facilè conſtat. 2 Petri 2.a.5. vbi ſolius Chriſti fit mentio. Id probat & Græci ſermonis vſus, cum vnus tantùm articulus duobus his reſpõdeat, ſcilicet Deus & Dominus.*
- Sebaoth. *Dominus enim, ſeu Deus exercituũ in Eſaia, cap.8.c.10. Lapis offendiculi vocatur, quod Paulus Rom.9.g.33. de Chriſto interpretatur, & Petrus, 1.Pet.2.b.7. vide & Zach.2.b.5. 12.b.4. 13.b.6.*
- Noſter, *Eſa.35.a.2. 40.a.3. Oſe.1. b.7. Pſal.68.d.21. quem Pſalmum Paulus de Chriſto interpretatur, Epheſ.4.d.15. Apocal.4.d.11.*
- Iehoua *iuſtitia noſtra, Ier.23.a.6.*
- Manifeſtatus *in carne, 1.Timoth. 3.d.16.*
- Patrum *noſtrorum, Exodi 3.b.6. Act.22.c.14.*
- Vniuerſæ *terræ, Eſa.54.c.5.*
- Nobiſcum, *Eſa.8.b.10. Zach.8.b.8.*

Etſi *autem nomẽ ipſum Dei apud Græcos et Latinos non ſemper propria ſignificatione accipitur: ſed rebus etiam creatis vel per metaphorã, vel per catachreſim quandam tribuitur, adiuncto interim aliquo, quo à vero Deo diſcernantur, vt Pſal.97.b.7. Angeli Dij nominantur, Principes quoque & Iudices, Exodi 22. Moſes, Exodi 7.a.1. Deus Pharaonis dicitur, Venter quorundã Deus dicitur, Philipp.3.c.19. Et Diabolus huius Mundi Deus, 2.Cor.4.a.4. Idolatriam, & falſi Dij Gentiũ, Dij nominãtur, 1.Cor.8. In Hebræa tamẽ lingua cùm multa ſint Dei nomina, tantùm ferè Elohim & Adonai nomina hominibus communicantur. Nomen autem Iehoua inter omnia vt maximè Dei proprium, tantùm Deo tribuitur, ſed apud Græcos cùm nõ ſit hac varietas nominum, vnum idemq; nomen & vero Deo, & his qui naturâ Dij non ſunt, in nouo Teſtamento tribuitur: hoc tamẽ diſcrimine obſeruato, quòd verus & naturâ Deus, vel abſolutè Deus nominatur, vel tali adiuncto, vt conſpicuum ſit, verum Deum ſignificari. Cæterùm verò hoc nomen datur ita circumſcriptum, vt facilè poſſit intelligi, impropriè nomen Dei accipi. Quòd ſi quis dicat: Nomen Iehoua etiam creaturis tribui, vt vbi, Ezechiel. vltimo. Aræ, Exod.17. Dicimus nec vrbem, nec aram nomine Dei ſic inſigniri, vt Iehoua dicatur: ſed aram extructam eſſe in monumentum, quòd Iehoua ſit exaltatio Moſis, & vrbem de præſentia Dei teſtari, ſicut & Arcam fœderis.*

Filius *Dei. Vide literam A.*

Ab *attributis. Vide literam B.*

Filius *Dei, & hoc vel*

- Absolutè, *sine adiuncto aliquo, vbi Patris etiam fit mentio, vt Ioan.3.5.&c.*
- Adiuncto *aliquo, vt perspicuum sit, verum & naturalem Dei Filium significari, vt cùm dicitur, Filius*
  - Dei, *in quo Pater placatus sit, Mat.17.a.5.*
  - Vnigenitus, *Ioan.3.c.16.*
  - Vnigenitus *à Patre, Ioan.1.c.14.*
  - Vnigenitus *in sinu Patris, Ioannis 1.c.18.*
  - Liberator, *Ioan.8.f.36.*
  - Proprius *Dei, Rom.8.g.32.*
  - Dei *genitus ex semine Dauid secundùm carnem, Rom.1.a.1.*
  - Dei, *in quem credere debeamus, Ioan.3.d.17.18. 14.b.11.*
  - Cuius *nomen sit mirabile, Prouerb.30.a.4.*
  - Cuius *nomen nemo nouit, & incognoscibilis, nisi reueletur vt Pater, Luc.10.d.22. Apocal.19.d.12.*

His *notis ita discernitur Filius Dei naturalis à cæteris filijs Dei, qui non naturâ, sed adoptione & beneficio sunt filij Dei, vt manifestum sit, verum, naturalem, & consubstantialem Patri Filium significari. Naturalis verò filius nemo dici potest, nisi genitus sit de natura eius, cuius dicitur filius. Est enim naturalis filius Paternæ essentiæ particeps. Homo enim non generat lignum, aut lapidem. Λόγος autem est naturalis Dei Filius. Ergo ex natura & essentia Patris eum genitum esse necesse est. Per hanc verò omnes credentes ab origine Mundi fuerunt, & sunt Filij Dei, non quidem naturâ, sed adoptione gratuita. Vnde Act.15. dicitur: Per gratiam Domini nostri* IESV *Christi credimus nos seruatum iri, quemadmodum & illi, nimirum Patres nostri. Vide Hebr.11.*

Dominus, *& hoc vel*

- Absolutè, *vt Psal.110.a.1. Daniel.9.d.15. Eccles. vlt.c.14. Luc.2.b.15.*
- Adiuncto *aliquo, quo perspicuum sit, verum Dominum Deum significari, vt cùm dicitur, Dominus*
  - Vnus, *1.Corinth.8.c.6.*
  - Omnium, *Act.10.f.36.*
  - Exercituum, *Psal.24.c.10. Quis enim ille sit Rex gloriosus, exponit Paulus 1.Cor.2.b.8. & Ioan.12.d.28. Item Paulus Rom.9.g.33. de lapide offendiculi ex Esa.8.b.14. & 28.d.16.*
  - Dominantium, *Apocal.17.d.14. 19.f.16.*
  - Gloriosus, *1.Corinth.2.b.8.*
  - Deus, *Esa.40.c.10. Ioan.20.g.28.*
  - Factor *noster, Psal.94.a.6. Hunc enim Psalmum ad Christum refert Paulus, Hebr.3.b.7. & 1.Cor.10.a.1.*
  - Fortis *& potens, Psal.24.c.8.*
  - Deus *Hebræorum, Exod.3.c.13.*
  - Deus *sanctorum Prophetarum, Apocal.22.b.6.* ¶ *De quo vide de vocabulo Domini.*

Qui est, & qui erat, & qui venturus est, id quod vero & æterno Deo tribuitur. Apocalypsis 1.b.8. de quo vide Marloratum.

Primus & nouissimus. Apocal.1.d.17. & 22.c.13. quo æternitas significatur.

- Æternus: *quia*
  - Est *æterni Dei Filius.*
  - Fuit *ante Abrahamum. Ioan.8.g.58. Imò ante conditum Mundum. Ante conditum autem Mundum esse, est æternum esse. Hoc enim modo Scripturæ æternitatem ostendunt, vt Psal.93. Iam inde ab exordio constitutũ est solium tuum, tuq; ab æterno es. Et Apostolus cùm asserit nos electos esse in Christo ante iacta fundamenta Mundi, quid aliud significat, quàm electionem fidelium æternam esse: sic & gratiam nobis per Christum datam esse ante tempora æterna, ad Timotheum 1.a.1. asserit. Sic & Prouerb.8.d.26. Ab initio ante terram. Vide & Iob. 15.b.7. An tu formatus es ante colles?*
- Immensus *& infinitus, quia simul est in cœlo & in terra, Ioan.3.a.2. Est vbique, Matth.18.d.20. Vbi duo vel tres congregati fuerint nomine meo, ibi sum in medio eorum. Matth.28.a.20. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Habitat in cordibus fidelium, Ephes.3.c.17. Non potest autem natura finita simul multis in locis esse essentialiter.*
- Omnipotens, *Esa.40.c.10. qui locus ad Christum refertur, Ecce, inquit Dominus, Deus veniet in robore, & brachium suum dominabitur per sese. Vide & Ioan.5.c.17. Quæcunque ille fecerit, hæc & Filius similiter facit. Item Matth.28.c.18. Apocal.1.c.18. Philip.3.d.21. Hebr.1.a.3. Regit omnia verbo potenti.*
- Omniscius: *quia*
  - Solus *Deum nouit, Matth.11.d.27.*
  - Cogitationes *& arcana hominum videt, Ioan.2.d.24. Apocal.2.d.23.*
  - Futura *nouit, & alijs ea patefaciendi facultatem largitur, vt Petro, Paulo, &c.*
- Liberrimè *agens. Ioan.5.d.21. Et Filius quos vult viuificat. Ioan.10.d.18. Potestatem habeo ponendi eam, &c.*
- Iustitia, *eaq; perfectissima, Ierem.23.b.6. 1.Cor.1.b.30.*
- Vita, *lux, Ioan.1.b.9.*
- Ab *attributis, quòd sit*
  - Altissimus, *Luc.1.c.16. in Cantico Zachariæ: Et tu Puer Propheta Altissimi vocaberis: quem verò Altissimum vocet, mox explicat, dicens: Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Et mox illum Orientem ex alto appellat, idq; ad differentiam corporei Solis, qui nobis oritur ab inferis, surgens in altum. Hic Sol contrà, è sublimi exortus descendit ad nos, vt nobis illucesceret. Appellatur autem Christus oriens ex alto, ratione Diuinitatis. In alto enim est Christus, id est, super omnes creaturas. Vide 12.Eccles.1. & 4.Esdr.7.c.33. Apparuit pro tribunali sedens Altissimus. Hoc nomine Filium insigniri ex sequentibus apparet. De die enim Iudicij, quod Filij est, loquitur, & de resurrectione.*
  - Inuisibilis, *Hebr.1.a.3. Est enim imago Dei inuisibilis. Imago autẽ non diuersarum inter se rerum, sed similium ac parium est. Item cùm regnum Christi Spirituale, ac proinde etiam inuisibile sit, Christum quoque, quod ad Diuinam naturam attinet, inuisibilem esse necesse est.*
  - Spes *nostra, Ephes.1.b.13. Col.1.d.27.*
  - Salus *nostra, Psal.68.c.20. qui Psalmus ad Christum refertur, Ephes.4.b.8. Saluandi verò gloria non nisi vero Deo conuenit, propterea & saluationum Deus dicitur, Psal.68.d.22.*
  - Iudex *omnium, Actor.10.g.42. Ioan.5.d.22.*
  - Per *quem omnia, 1.Cor.8.b.6. Coloss.1.c.16. Particula autem hæc, Per quem, hîc non instrumentum, sed causam efficientem significat. Sicut Christus exponit, Ioan.5.c.17. Pater meus operatur vsque & ego operor, &c. Non autem instrumentum significare ex eo etiam liquet, quod hæc particula Patri, etiam in Scripturis sæpissimè tribuatur, vt 1.Cor.1.b.9. Fidelis Deus, per quem vocati estis, &c. Rom.6.a.4. Quemadmodum excitatus est Christus per gloriam Patris. Item 2.Corinth.1.a.5. Gal.1.a.1. Rom.11.b.9.*
  - Solus *Sanctus, Apocal.15.b.4. Quod de Christo dici præcedentia ostendunt: est enim Canticum in Agni honorem compositum.*
- B.
- Ab *operibus, quæ sũt triplicis generis. Aliud enim est*
  - Creationis, *vt Esa.43.a.1. Hic enim locus propriè de Christo concionatur. Dicit enim, Seruire me fecisti in peccatis tuis, & negotium nostri fecisti, &c. Vbi Creator Israëlis nominatur. Item Esaiæ 45.c.12. totum enim caput de Christo concionatur, vt Paulus etiam Rom.14.c.10.11. & Philip.2.b.9.10. exponit. Item Esa.49.c.13. Vbi apertè dicitur, Creator cœli & terræ, quod ad Filium Dei pertinere ex Apocal.1.b.8. colligitur. Item Esa.5.c.10. Vbi Brachium Domini Filius dicitur, cui tribuitur Draconis, id est, Pharaonis interfectio, exsiccatio maris & factura cœli & terræ. De hoc in nouo etiam Testamento, Ioan.1.a.3. Col.1.c.16. Apocal.14.c.7. Hebr.1.a.3. 1.Cor.8.b.6. Ephes.3.b.9. Vide etiam Psal.33.a.6. & 101.d.28. quem locum Paulus Hebr.1. ad Christum refert. Et tu, inquit, initio terrã fundasti. Item Esa.44.d.28. 54.a.5. Psal.149.a.2. Hebræum Osecha Multitudinis numero ponitur, factores tui, respectu videlicet personarum.*
  - Miraculorum. *Edidit enim miracula sua ipsius virtute, & alijs etiam potestatem hanc tribuit, Marc.16.c.17. In nomine meo Dæmonia eijcient. Est autem Deus miraculorum autor. Vide Act.3.c.13. & 4.Hebr.2.a.4. Hic igitur est, qui magnis signis & portentis, valida quoque manu populum Israël ex Ægypto eduxit, Esa.63.b.9. Vide Ioan.5.g.46.*
  - Redemptionis, *&c. Vide literam C.*
- A cultu, *&c. Vide literam D.*

C. Redemptio-

C. Redemptionis, seu reparationis Mundi, vt

- Quòd *designat Ministros Ecclesiæ, Ephes.4.c.11. Ioan.15.c.16. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Ioan.20.d.21. Sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos. Vide & Matth.28.c.19. hinc Paulus se vbique Christi Apostolum vocat.*
- Quòd *dona distribuit. Nam Spiritum Sanctum largitur, per quem omnia dona distribuuntur. Vnde Luc.21.c.15. 1.Cor.1.a.5. Ephes.4.d.30. deinde ipse promisit se daturum necessaria dona.*
- Colligit *Ecclesiam, Ioan.10.c.16. Ego sum Pastor ille bonus. Alias etiam oues habeo, illas quoque oportet me adducere, Ioan.11.d.52. Caiaphas vaticinatus est* IESVM *moriturum esse pro Gente, sed vt & filios Dei, qui erant dispersi, cogeret in vnum.*
- Mittit *Spiritum Sanctum, Luc.24.d.49. Mittam promissum Patris mei. Vide Ioan.16.c.13. 20.d.22.*
- Per *Christum Prophetæ & Apostoli doctrinâ sacram literis mandârunt, & futura vaticinati sunt. ipsius siquidem Spiritu loquuti sunt Prophetæ, 2.Pet.1.d.21.*
- Instituit *Sacramenta, 1.Cor.11.d.24. Matth.26.f.26. non est autem creaturæ Sacramentũ instituere.*
- Efficaciter *mouet corda per ministerium verbi & Sacramenta, Luc.3.d.16. Ipse verò baptizabit Spiritu Sancto & igni, Ephes.5.f.26. Vt eam sanctificaret, purgans lauacro aquæ per verbum.*
- Illustrat *mentes agnitione Dei, Luc.24.g.45. Tunc aperuit eorum mentem, vt intelligerent Scripturas, Ioan.8.b.12. Ego sum Lux Mundi. Item Ioan.1.b.9. Erat Lux vera, &c.*
- Regenerat *& sanctificat Spiritu suo. Baptizat enim Spiritu, hinc & sanctificatio dicitur, 1.Corint. 1.a.2.*
- Regit *& gubernat actiones piorum, Ioan.15.a.5. Sine me nihil potestis facere.*
- Tuetur *fideles aduersus vim Satanæ, Genes.3.c.14. 1.Ioan.3.c.14. Hebr.2.d.15.*
- Condonat *peccata, iustificat, & liberat, Matth.9.a.5. Esa.53.a.4. Ioan.8.d.36. Si Filius vos liberauerit, verè liberi eritis.*
- Dat *vitam æternam, Ioan.6.f.54. 10.c.28. &c.*

- Honor *diuinus, Ioan.5.d.23. Vt omnes honorent Filium, sicut honorant Patrem, 2.Pet.3.d.18. Ipsi gloria & nunc, & in diem æternitatis. Vide & Daniel.7.d.14.*
- Fides, *Ioan.14.a.1. Creditis in Deum, & in me credite, Ioan.9.d.26. Tu credis in Filium Dei.*
- Spes, *Esa.11.b.10. In ipsum Gentes sperabunt. Propterea & spes nostra vocatur, Ephes.1.c.12.*

D. A cultu. *Nam omnes cultus Dei species illi tribuuntur, vt*

- Inuocatio. *Inuocandum autem esse Filiũ probatur*
  - A mandato *Christi, Matth.11.d.28. Venite ad me omnes.*
  - A promissione, *Matth.11.d.28. Ego reficiam vos. Ioan.14.b.13. Ego faciam. In nonnullis autem vetustis exemplaribus, & in Aldina editione habetur: Quicquid petieritis me nomine meo, Ego faciam. Quam lectionẽ veram esse facilè ex his colligitur: Primùm quòd, Patrem, non additur, nec in Græcis, nec in vetustis exemplaribus. Deinde quòd superiùs dixerit: Creditis in Deum, & in me credite. Fides autem & inuocatio tres sunt inter se coniunctissimæ, vt in quem credimus, eum etiam inuocare debeamus. Adhæc quòd petenti Philippo, vt ostendat Patrem, Christus de sui cognitione respondet: Tanto, inquit, tempore sum vobiscum, & non cognouistis me, &c. se verò cum Patre vnum esse ostendit, ac idem verbum, eademq; opera admiranda Patri & sibi attribuit. Nihil ergo mirum, si se etiam cum Patre inuocari velit Filius.*
  - A ratione *& forma Baptismi. In Baptismo enim, qui fit iuxta Christi præceptũ, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, est solennis inuocatio Filij, id quod etiam Ananias testatur, Act.22.d.16. Surge, inquit, & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato Domini nomine.*
  - Ab *exemplis. Vide literam E.*
  - A modo *& forma iuramenti. Cùm enim iusiurandum fiat, inuocatione diuini nominis, & Deus iubeat tantùm in suo nomine iurare: rectè iusiurandum per Christi nomen factum veræ inuocationis loco habetur, Rom.9.a.1. Veritatem dico in Christo non mentior.*

  ¶ *Ex his facilè constat, Filio Dei honorem diuinum deberi. Proinde & Vates ille diuinus inquit, Osculamini Filium. Quo verbo adorationem Deo ipsi debitam exigit. Sic enim & Iob.31.c.27. Osculandi verbum ponitur, vbi inter cæteras virtutes, & hoc habuisse se dicit, quòd nunquam aspiciens Cœlum, Solem, Lunam, & Astra, osculatus sit manum suam: id est, adorauerit creaturas. Quid verò osculari sit in Dauide, expracedentibus liquet: dixit enim, Seruite Domino in timore, &c. Vt non sit aliud osculari Filium, quàm seruire illi vt Domino Deo. Vide Col.3.d.24. Christo Domino seruitis, &c.*

- Charitas, *qua Deus super omnia diligitur, Ioan.14.c.23. Rom.8.g.39.*
- Gratiarum *actio, 1.Tim.1.c.12. Gratiam habeo ei, qui me robustum fecit. Vide & Apocal.5.d.12.*

E. Ab exemplis

Patriarcharum. *Constat enim Christum à Patriarchis inuocatum esse, Genes.48.c.15.16. Iacob benedicens filijs suis: Deus Abraham, inquit, & Angelus qui eripuit me de cunctis malis, benedicat pueris istis. Angelus enim hîc non est Angelus creatus, nisi Iacobum idolatriæ damnare velimus, qui creaturam inuocauerit, sed est magni Consilij Angelus Filius Dei, qui officij ratione Angelus quandoque nominatur: extra idolatriam tamen & ara illi extruitur, & sacrificatur, Genes.35.c.14.*

Patrum veteris Testamenti. *Templum enim illud Salomonis, in quo Legis tempore Israëlitæ conuenire solebant, Christo dicatum fuit. Nam Malach.3.a.1. Templum seu domus Christi dicitur. Quare inuocationi ac cultui illius consecratum erat. Vnde facilè constat, Patres etiam veteris Testamenti Christum inuocasse. Deinde etsi expressè Christum non inuocauerint veteres, hoc tamen abundè præstiterunt, cùm dicerent: Memento Domine fœderis, quod cum Abrahamo, Isaaco & Iacobo pepegisti, nec non cum Dauide. Istis vtique Patribus de semine, in quo benedicerentur omnes Gentes, promissio facta erat: id est, de Christo, quemadmodum Paulus ad Galatas interpretatur. Ideò quoties ista veteres commemorabant, non minùs Christum suis precibus admiscebant, quàm nos hodie cùm aliquid nobis condi precamur nomine Christi.*

Apostolorum. *Discipuli enim, Lucæ 17.a.5. petunt sibi fidem augeri à Christo. Thomas à resurrectione Christum adorat, & inuocat, Ioan.20.g.28. Stephanus moriturus Christum inuocat, Act.7.g.60. Ioannes Apostolus vltimo in fine. Illa etiam vota, quibus inchoat Paulus suas Epistolas, & quando que claudit, quid aliud sunt, quàm inuocatio Christi, qua fidelibus salutem, variaque dona dari petit? Vt gratia & pax à Deo Patre, & Domino* IESV *Christo, &c. Et in fine Epistolarum: Gratia Domini nostri* IESV *Christi sit vobiscum, Amen. Similiter alibi in Epistolis Christum inuocat, Vt 1.Thess. 3.d.11. Ipse Dominus* IESVS *dirigat viam ad vos. Item 2.Thess.2.d.16. & 3.a.5. ad Philip. Vlt.c.15.19. 2.Tim.1.c.10. &c.*

Fidelium *omnium. Fideles enim semper Christum inuocasse testantur voces illæ Græcæ Kyrie Eyeson, & Paulus 1.Cor.1.a.2. Vocatis Sanctis cum omnibus qui inuocant nomen Domini nostri* IESV *Christi. Item 2.Tim.2.d.22. Sectare pacem cum his, qui inuocant Dominum. Actor.9.d.21. Nonne hic est, qui grassabatur Hierosolymis in eos, qui inuocant nomen istud?*

De Christi Diuinitate, ex Esaiæ cap.9.

CHRISTI diuinitas probatur

A nominib⁹, quæ regnum, maiestatẽ, & virtutes eius describunt.

Filius, vbi dicitur:

Duplicem *naturam duplici nomine signari, humanitatem in puero, diuinitatem in Filio. Filius enim sine adiectione non potest alius intelligi à Dei Filio, idque per excellentiam, Vt discamus hac insigni nota eum discerni à reliquo genere humano. Nec dubium est, quin ad solenne illud oraculum respexerit Esaias, quod per ora omnium volitabat, Ero ei in Patrem, & ipse mihi erit in Filium. 2.Samuel.7.c.14. & Psal.2.b.7. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Nisi enim res vulgo nota & celebris fuisset, Messiam fore Dei Filium, ineptè & absque sensu Filium simpliciter vocasset Esaias. Quare elogium hoc ab oraculo illo dependet, ex quo Apostolus Christi præstantiam colligit super omnes Angelos efferri, Hebr.1.a.5.*

Eccleſiæ *totius salutẽ in Christi persona inclusam esse. Propterea dicit, Filium datum esse nobis. Parum enim prodesset, Christum natum esse, nisi noster quoque esset. Huc respicit Christus, Ioan.3. b.16. Sic Deus dilexit Mundum, &c. Et Paulus Rom.8.g.32. Qui proprio Filio non pepercit, &c. Multi sunt, qui Christum natum esse credunt, sed non sibi Saluatorem fatentur, quia non in ipso, sed in suis operibus confidunt.*

Hunc *Filium datum esse, vt sit Princeps & Dominus noster: Cuius, inquit, imperium super humerum eius, Esa.9.b.6.*

Huius *Filij principatui, potestatem seruandi, gubernandi, præcipiendi, ac iudicandi annexam esse. Nam Deus omne iudicium dedit Filio, Ioan.5.d.22.*

Magni *Consilij Angelus. Vide literam A.*

Ab *imperio. Vide literam C.*

Magni *Consilij Angelus. Septuaginta enim post Filij nomen, ponunt nomen magni Consilij: illius nimirum, cum quo Deus consilium init, dicens: Faciamus hominem ad imaginem nostram, & qui est æterna Sapientia Patris, Luc.11.g.49. Angelus* vocatur, *quòd quasi intermedius familiarius ad fideles accederet: interea tamen quod suum erat, retinuit, vt Deus esset ineffabilis gloriæ. Huius mysterij fidelis interpres est Oseas, 12. b.5. qui postquam recensuit luctam Iacob cum Angelo: Iehoua, inquit, Deus exercituum Iehoua memoriale nomen eius. Et Iacob inquit, Genes.32.g.30. Vidi Dominum facie ad faciem, &c.*

Admirabilis. *Vbi disce:*

- Cur *hoc elogio ornetur Christus. Propter*
  - Redemptionem *per eum allatam, quæ Mundi etiam creationem superat.*
  - Mirabilem *liberationis modum. Quamuis enim res nostræ deploratæ essent, miro tamen & inopinato modo rerum vices mutauit. Quid enim mirabilius, quàm ex perditissimis inimicis Dei filios facere?*
  - Miracula. *Illuminabat enim cæcos, surdis præstabat auditum, liberabat obsessos, omnes morbos curabat, mortuos suscitabat, multa millia panis panibus pascebat, elementis imperabat, à mortuis & ipse resurgebat, & non minus in animabus operabatur, & operatur adhuc quoque in corporibus.*
  - Incredibiles *inuandi modos.*
- Quis *sit vsus huius tituli. Quoties enim oboritur aliqua diffidentia, & clausi nobis sunt omnes exitus, quoties item confusa omnia nobis esse videntur, tum maximè succurrere nobis debet, Christum admirabilem vocari, quia incredibiles haberet inuandi modos, suaq; virtute sensus nostros longè exuperat.*

A.

Consiliarius. *Hîc disce:*

- Cur *ita vocetur, quòd*
  - Instructus *sit Redemptor omnibus sapientiæ numeris.*
  - Ex *sinu Patris prodiens impleat omnes partes perfectissimi Doctoris, Ioan.1. d.18. vt nobis sapere fas non sit, nisi ex eius Euangelio, in quo omnia ad salutem necessaria aperit, & explicat Christus.*
  - Consulat *rebus nostris, & consilia ac præcepta salutis attulerit.*
  - Per *verbum suum in omnibus periculis consulat, & quid agendum sit, veraciter præscribat.*
- Quis *sit huius elogij vsus. Cùm enim nos consilium deficiet, meminerimus Christum consiliarium esse, qui, quid nobis faciendum sit, consulat.*

Deus *fortis. Vbi disce:*

- Esaiam *non contentum Dei nomine, adhuc epitheton robusti addere, vt significet Christum verè Deum esse. Et certè nisi Deus esset, nefas esset in eo gloriari: scriptum est enim, Maledictus qui confidit in homine. Dei igitur Maiestas in eo nobis occurrat oportet, vt ritè in eo fides resideat, quæ in creatura locari non potest absque sacrilegio. Vnde & Ierem.23.b.6. & plerisque aljs locis Deus dicitur vel Iehoua iustitia nostra.*
- Satis *esse in Christo præsidij ad tuendam salutem nostram, vt nihil præter ipsum appetamus. Est enim Deus, qui vult se nostra causa robustum ostendere.*
- Vbi *vires nos defecerint, cogitandum nobis esse, Christum potentem, ac robustum esse, cui nos tutò fidere possimus.*

Pater *seculi. Vsbi disce:*

- Quid *seculum, & quid Pater hoc loco significet. Seculi enim nomen ad æternum Ecclesiæ statum extenditur, & Patris nomen pro authore ponitur. Christus enim Ecclesiam per omnes ætates propagat, & tàm corpus, quàm singula membra immortalitate donat. Vnde colligimus, quàm fluxa sit extra illum nostra conditio. Nam vt longissimè pro communi omnium more vitam protrahamus, qualis tamen erit nostra diuturnitas. Conferendæ verò mentes in beatam & æternam vitam, quam nondum cernimus, speramus tamen & fide possidemus.*
- Quis *vsus huius elogij. Quotiens enim exorientur noui terrores, nobisq; multæ mortes instabũt, recumbamus in Christum, ac in eius æternitatem, cuius non frustrà vocatur Pater, ac eodem solatio leuire discamus temporales omnes miserias.*

Princeps *pacis, &c. Vide literam B.*

Pacem hîc significare plenam solidamq; felicitatem, vel certè tutam & beatam securitatem. Quicunque ergo se Christi imperio subijcient, tranquillam & beatam vitam sub eius fide acturi sunt. Vnde sequitur sine hoc Rege vitam miseram esse.

B. Princeps pacis. Vbi discе:

Pacem hanc sedem magna ex parte habere in conscientijs, alioquin nos assiduè conflictari, & quotidianis certaminibus exerceri necesse est. Quare non tantùm promittitur pax æterna, sed quatenus redimus in gratiam cum Deo, qui prius ab eo eramus alienati. Vbi autē mentes nostras tranquillauerit Christus, eadem pax palmam tenebit in cordibus nostris, Coloss. 3. c. 15. Vt patienter ferramus res omnes aduersas. Deinde ex eodem fonte fluet externa quóque prosperitas, quæ nihil aliud est, quàm benedictionis Dei effectus. Hac pace mentes nostræ pacatæ redduntur, dum ab omni carnalium affectuum inquietudine per Spiritum illius liberantur. Princeps quoque pacis Christus est, quia sub eo secure aduersus omnes peccati iniurias viuimus, hilari ac læta conscientia, quæ pax est nobis ab ipso Christo relicta.

Filios huius seculi alienos esse ab omni pace. Pacem illi habere non possunt, neque cum Deo, neque cum proximis, neque intra se in suis ipsorum mentibus.

Magnum esse huius elogij vsum. Quoties enim varijs procellis intus agitamur, & conatur Satan conscientias nostras turbare, meminisse debemus, Christum esse Principē pacis, cui facilè sit perturbationes omnes nullo negotio sedare.

Regnum Christi non esse sensibile, temporarium, aut mundanum, sed Spirituale & æternum, quomodo Christus regnat in pectoribus fidelium, & in Ecclesia. Quod diligenter notandum est, ne crebræ Ecclesiæ concussiones fidem nostram labefactent. Stabile enim est Christi regnum, vt toto Mundo inuito ac repugnante, seculis omnibus permaneat.

In Christi regno pacem æternam esse. Nam impossibile est Christum esse Regem, quin & suos contineat in sacra beataq; quiete, & omni benedictione locupletet.

Vbi sit Christus regnaturus. In sede scilicet Dauidis. Sedes enim Dauidis typus erat Ecclesiæ: nec regnum Dauidis nihil aliud fuerat, quàm imago, vel tenuis vmbra perfectionis, & planè beatissimus, quem Deus per manum Filij sui erigere statuerat.

Christo rursus erigendum esse solium, quod aliquandiu euersum esset. Propterea dicit: Vt instauret illud, & fulciat, & c. de quo clarius Amos 9. c. 11. Excitabo Tabernaculum Dauidis collapsum, & sæpè circundabo rupturas eius, demolitionesque eius instaurabo, reædificaboque vt retrò temporibus.

C. Ab Imperio, Regno, & Principatu Christi. Vbi docet Vates:

Quomodo administrabit Regnum suum Christus. Vbi describit Regni Christi qualitatem, sed per similitudinē à terrenis imperijs sumptam. Christum enim Regem fore dicit, qui roboret, & stabiliat Regnum suum iudicio & iustitia. His enim auspicijs feliciter surgent terreni etiam Principatus, & firmas radices agunt. Quæ verò metu & vi solùm administrantur, diuturna esse nequeunt. Verùm hæc dispositio Regni intelligenda non est de externa facie, siue gubernatione mundanæ, siue ciuitatum & munitionum, vel opum, vel exercituum, sed de regimine Spirituali, quod est in Ecclesia, ac mentibus fidelium. Quare iudicium & iustitia hoc loco ad externam politiam non pertinent. Est enim tenenda analogia inter Regnum Christi & eius qualitates. Cum enim Regnum hoc Spirituale sit, virtute etiam Spiritu Sancti stabilitur. Deinde hæc omnia ad æternum hominem referenda sunt, cùm scilicet à Deo in veram iustitiam regeneramur. Externa quidem iustitia postea consequitur, sed necesse est vt illa mentis & animi renouatio antecedat. Non aliter ergo Christi sumus, quàm si recti & æqui fuerimus studiosi, atque impressam animis nostris iustitiam geramus. Notandum est, quòd multa gerantur in regnis huius Mundi, speciem habentia iustitiæ, quæ in Regno Christi probari non possunt. Sic sunt multa in Regno Christi, quæ cum Iustitia regni terreni non conueniunt. Regnum Christi Regnū est admirabile in oculis Mundi, cuius administrationem Sapientia & Iustitia Mundi comprehendere non potest. Iudicat Rex noster quos non iudicat Rex mundanus. Iudicat non credentes, quos nullæ terrenorum regnorum Leges damnant. Poscitur in Regno Christi dilectio, non modò amicorum & benemeritorum, sed & inimicorum, quam non poscunt Leges Mundi. Iustificantur in hoc Regno peccatores fide, quam iustitiam non recipiunt regna Mundi.

Vt Regni, ita iudicij & iustitiæ vim æternam esse, ne similes eius Leges putemus Regum ac Principum edictis, quæ ad exiguum aliquod tempus valent, & subinde renouantur. Sicut enim perpetuum est Christi Regnum, ita iudicij & iustitiæ perpetuitas nullo æuo poterit immutari. Propterea dicit Vates: Ab hinc vsque in æternum.

Assertio

Assertio Diuinitatis Filij, ex cap. 8. Prouerb.

SALOMON hoc capite docet, Sapiẽtiam, seu Filium Dei æternum esse, ac proinde Deũ. Cuius rei testimonia sumit

- Ex quarta capitis parte: Ibi, Dominus acquisiuit me, &c. Vbi de Filio Dei tradit, quòd
  - Exiterit ante condita secula. Huc pertinent quod dicit:
    - Dominus acquisiuit: id est, genuit me initio viæ suæ. Quod exponens ait: Ante opera sua ab antiquo. Sapientia ergo Dei non est opus, vel creatura eius, sed creaturæ omnis principium. Verbum Canah, קנה quod acquirere significat, Græci, poßidendi verbo impropriè transtulerunt, ac Ariani eo rursus verbo, ad impij erroris sui defensionem, abusi legerũt: Dominus ἔκτισε creauit me, pro ἔκτησε possedit me. Porrò verbum Canab pro poßidere, seu gignere ponitur & Genes. 4. a. 1. Possedi virum à Iehoua.
    - Ab æterno principatũ habui. Nasac enim Hebræũ, dominari significat, vt sit sensus: Antequam Mundus crearetur, æqualem cũ Deo potestatem habui. Interpretationis loco subdit: A principio, ante terram. nam Kedem principiũ & antiquitas dicitur.
    - Se ante abyssum enixam, seu genitam esse: quod rursus alio versiculi membro exponit.
    - Se ante montes & colles genitam.
    - Se ante terram extitisse.
  - Apud Deum semper fuerit, perpetuò illi coniunctus, Eccles. 1. a. 1. illum gaudio & lætitia afficeret: Ego, inquit, fui coram eo veluti educata, fuique ei oblectamento per singulos dies, ludens coram eo omni tempore. Qua sermonis figura significatur amor Dei Patris erga Filium suum vnigenitum.
  - Patri mundum creanti præstò fuerit. Vide et Sap. 9. b. 9. Huc pertinẽt qđ dicit, se affuisse,
    - Cùm Deus Pater cœlos & abyssum in figuram sphæricam redigeret.
    - Dum æther, nubes & fontes abyssi firmarentur.
    - Dum Deus poneret mari legem suam, & terræ fundamenta iaceret, Psalmo 24. a. 2. Ipse super maria fundauit eam.
  - Delectatus sit semper societate hominum: Delitiæ, inquit, meæ sunt, vt sim cum filijs hominum. Vnde factum est, vt specie aspectabili Patribus apparuerit, & cum ipsis egerit. In plenitudine temporis humanam naturam assumsit, habitauit & versatus est inter homines: atque ita suam erga homines beneuolentiam multis modis declarauit.

  Ita Salomon de Filio Dei loquens, à summa & infinita æternitate exorsus, & ad creationem progressus, ad nostra vsque secula peruenit, vt hac ratione demonstraret Filium Dei æternum esse. Si enim ante secula extitit, si Patri Mundum creanti præstò fuit, si & nunc societate hominum delectatur, & manet in æternum, quis dubitet illum æternum esse?
- Ex parte 3. capitis, quã ordinis causa secundo loco ponimus. Hic docet, q
  - Apud illum sit essentia, id est, rerum omnium conseruatio. Nam Thusiah, qua voce Salomon hic vtitur, significat id, quod conseruat rem in essentia.
  - Ipse Magistratus instituat, & mutet imperia pro sua voluntate: Per me, inquit, regnant Reges, &c.
- Ex capitis parte vltima, dum dicit: Qui me inuenerit, inueniet vitam. Qui credunt in Christum, vitam assequuntur æternam. Filius dat vitam æternam credentibus: æternus ergo & ipse est. Quomodo enim æternitatis largitor esse potest, qui in seipso æternitatem non habeat? Proinde Petrus, 2. Pet. 1. c. 17. propriam gloriam, id est, propriam & æternam maiestatem Filio tribuit. Sic enim legitur in quibusdam Codicibus, ἰδίαν δόξαν, propria gloria.

Appendix Tabulæ præmissæ.

1. LOCVM hunc Salomonis, Prouerb. 8. de Sapientia Dei, quę Filius Dei æternus est, intelligēdum esse, hæc argumenta probāt: Quia

- Apostolus 1. *Corinth.* 1. d. 30. *Sapientiam Dei* IESVM *Christum esse docet.*
- Euangelistæ & *Apostoli Dei Filio adscribunt, quæ hoc loco Salomon Sapientiæ attribuit. Non hîc quidem dicitur, Sapientia rerum creationi præsedisse: Illi autem, Per Filium secula condita esse docent, Ioan.* 1. a. 3. *Coloss.* 1. c. 16. *Hebr.* 1. a. 2. 11. a. 3.
- Nulla *est genita Sapientia præter Filium vnigenitum. Cùm itaque hæc genita, formata & concepta dicatur, non potest de alia quapiam intelligi.*
- Sapient. 7. c. 21. *sic dicitur omnium artifex, Docuit me Sapientia, quæ omnem habet virtutem, & promanat à maiestate Omnipotentis, quia æternæ lucis splendor est, speculū & imago bonitatis eius. Hæc Coloss.* 1. c. 15. *Hebr.* 1. a. 3. *de Filio Dei æterno dicuntur, per quem secula facta sunt, & qui cuncta verbo suo potenti portat. Sic Sapient.* 10. c. 6. *Hæc Sapientia rerum adfuit, ipsum q; hominem creatum conseruauit. Hæc ipsum Iacob fugientem custodiuit. Hæc Ioseph ex carcere liberauit. Hæc populum iustum liberauit à Nationibus ex Ægypto, &c. Hæc Exod.* 3. a. 6. 14. b. 19. *de Christo Angelo liberante dicuntur, qui & Iehouah nuncupatur, qui præcessit Patres in Nube & Columna ignis, quem Paulus etiam Dei Filium fuisse testatur,* 1. *Cor.* 10. a. 1.
- Sapientia *ordinata ad salutem humani generis nulla est præter Dei Filium, vt Paulus & Petrus manifestè testantur. Quare hæc Sapientia non est imaginaria, aut ænigmatica, sed ipse Filius ab æterno ad salutem nostram ordinatus.*
- Dei *Filius est, cuius delitiæ sunt cum filijs hominum. Quia hic cùm esset in forma Dei, formam serui assumsit, habitu q; compertus est vt homo, vt genus humanū iræ Dei obnoxium, redimeret.*
- Nulla *est Dei Sapientia, quæ vitam æternam conferre posit, præter* IESVM *Christum, qui viam, veritatem & vitam se in Ioanne nominauit.*
- Omnes *ferè saniores Interpretes ind. ab Apostolorum temporibus de æterno Dei Filio locū hunc intelligendum esse docent.*

Quòd Filius Dei propriam habeat Diuinitatis substantiam, non mutuatitiam diuinitatem, vtpotè communicatione vel gradu tantùm aliquo, vel ex certo initio, vt impij Ariani dixerunt, illi à Patre donatam.

QVOD Filius propriam habeat diuinitatis substātiam: probatur: qa

- Vitam *habet in semetipso, Ioan.* 5. c. 26. *Cùm autem tres sint vitæ gradus: Vniuersalis, quæ mutis duntaxat & sensu constat, cuius etiam bestiæ participes sunt: Humana, qua summus filij Adæ: Supernaturalis, quam soli fideles obtinent, quæ fit per Spiritum regenerationis, & à Paulo per excellentiam Dei Vita vocatur, Ephes.* 4. d. 18. *Hic certè locus nec de vniuersali, nec de humana, nec de supernaturali loquitur, sed de vita verè diuina. Aliud enim est Patrem & Filium vitam habere in semetipso, & homines vitam habere à Deo. Atque eadem habendæ vitæ ratio Patri tribuitur, quæ Filio. Dicit enim: Sicut Pater vitam habet in semetipso, &c. Obserua etiam particulam ὡς ἐαυτὸν, in semetipso. Videtur enim alludere ad nomen illud Iehoua, quod significat ens, vel existens, ex semetipso esse, & vitam non ab alio habens, omnibus verò esse conferens.*
- Æqualis, *seu par est Deo Patri per omnia, sine ἁρπαγμῷ, id est, rapina, Ioan.* 5. *Philip.* 2. a. 6. *Pater autem Deo esse sine rapina nullus potest, nisi sit ille omnibus modis Deus.*
- Fuit, *est, & erit. Primus & nouissimus est, Apocal.* 1. a. 8. & 17.
- Genitus *est ab æterno, Psal.* 2. a. 110. a. 3. *Eccles.* 24. d. 29.
- Habet *propriam diuinitatis gloriam,* 2. *Pet.* 1. d. 17. *Vbi pro* τὴν ἰδίαν δόξαν, *quidam vetusti Codices habent* τὴν ἰδίαν δόξη, *propria gloria, & sic melius videtur fluere sententia. Gloria verò hoc loco, sicut & apud Ioan. cap.* 17. a. 5. *pro æterna maiestate, seu diuinitate Filij ponitur, quem Petrus Deum facit, & Seruatorem vnicum. Neque enim gloria Dei potest sine sacrilegio ab ipsa diuinitate separari.*
- Est *verus Deus,* 1. *Ioan.* 5. c. 11.
- Definitio *æternitatis, & omnes ferè æternitatis Dei peripbruses illi tribuuntur.*
- Inuocandus *est. Non autē inuocamus Deum recentem, & qui mutuatitiam habeat diuinitatem. Nam ad inuocationem requiritur, vt qui inuocatur, sit Deus, verè Iehoua, sit Creator, æternus, infinitus, omnipotens, semper cum Patre adorandus.*
- Omnia *quæ Patris sunt, habet, Ioan.* 16. c. 15. 17. b. 10.
- Dominatur *ex seipso, vel per sese, Esa.* 40. c. 10. *Et brachium suum dominabitur per sese. Vbi Brachium Domini Filium significat, sicut & cap.* 51. a. 5.
- Purgationem *facit peccatorum per semetipsum: id est, diuinitate sua & propria virtute, Hebr.* 1. a. 3.
- Deuicit *Satanam propria virtute, Coloss.* 2. c. 15.

¶ Sunt autem negatiuę quædam orationes in Scriptura, quę vel Patris vel Filij impotentiam arguere in specie videntur, quæ tamen non simpliciter aliquid negant, sed κατὰ τὸ πρός τι, id est, ex eorum hypothesi, ad quos oratio dirigitur, sicut Ioan. 5. Negat Christus à Patre iudicari, id est, administrari hunc Mundum,

dum, ita scilicet vt Iudæi arbitrabantur qui Patrem à Filio separabant, cùm Pater contrà non nisi per Filium in carne manifestatum Mundum regat. Ergo non simpliciter remouetur Pater à Mundi imperio, sed corrigitur in eo Iudæorum error. Sic dicit, se non venisse vt suam voluntatem faceret, sed voluntatem Patris, & doctrinam suam non esse suam, Ioan. 7. c. 16. Neutrum simpliciter dicit, sed ex eorum sensu qui eum à Patre separabât, cùm reuera vna sit Patris & Filij voluntas & doctrina. Sic cum dicit, Non potest Filius à semetipso facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem, Ioan. 5. c 19. Ex eorum sensu loquitur qui eum à Patre separabant. Quod verò id non simpliciter neget, sequentia ostendunt. Quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius pariter facit. Obserua particulam, pariter: vt enim Filius Patri coæqualis est eiusdem cum illo essentiæ: ita paria facit cum Patre opera. Eadem enim est potentia Filij quæ & Patris. Deinde à semetipso non posse facere quicquam duobus modis dicitur. Aliàs significat non habere vim & potestatem efficiendi, sed necesse esse vt ab alio moueatur, & regatur, aut vt alio iubente agat: deinde potestas aliquando datur non habenti & ex parte, non integra, & beneficio, non natura. Hac ratione hoc Filio tribui non potest. Alio modo hoc Christo tribuitur cùm significatur naturæ vtriusque æqualitas. Vt enim fieri non potest, vt Deus sit malus vel Deus non sit, sic fieri non potest Filium aliquid facere quod non faciat Pater. Quid quod, non posse, pro nolle in Scriptura vsurpari solet, vt Marc. 6. Significat ergo Christus in Ioanne, Filium nolle aliud facere quàm quod Pater faciat. Vna enim est Patris & Filij voluntas, vna operatio.

Quòd Filius Dei sit, non quia vnctus sit in carne certo creationis initio, sed quòd sit λόγος, ab æterno à Patre genitus.

Ante vnctionem dicitur Deus ille Iehouah, & quidem Creator, Psal. 101. b. 8. Heb. 1. b. 8. &c.

Scriptura testatur eum ante omnia genitum esse, Prouer. 8. d. 22. Psal. 2. 110. a. 3. Ioan. 1. a. 3. Colos. 1. b. 16. Hebr. 1. b. 10. Eccl. 24. c. 14. &c.

Vnctio ad officium tantùm pertinet non ad Diuinitatem, officium autem illius cessabit, Diuinitas nunquam.

Inuocandus est Filius Dei. Vncti autem Dij non inuocantur. Sicut Principes vncti sunt Dij, & tamen non inuocantur.

Deus non potest formare Deum coæqualem sibi vnà adorandum & inuocandum, gignere potest, formare non potest.

Spiritus Sanctus hominem formauit in vtero Virginis & vnxit, non Deum.

Oportet Naturalem Dei Filium vnius eiusdemq; naturæ esse cum Patre. At Pater non est vnctus vel vnctæ naturæ, ergo nec Filius, quatenus Deus est, nisi fortè dixeris aliam esse Patris quàm Filij Diuinitatem. Verùm hac ratione duo hic diuersi Dij constituuntur, alius vngens, alius vnctus, alius æternus, alius temporarius.

Vt Pater ab æterno fuit Pater, ita & Filius ab æterno fuit: Et quia æterni Patris Filius, Deus quoque æternus censebitur: Non ergo Deus vnctus in tempore.

Scriptura vbique discernit Filium Dei æternum à Filio hominis vel secundùm carnem genito & vncto à Spiritu.

PROBATVR hoc: quia

Si propter vnctionem vel conceptionem dicitur Christus Filius Dei vel Deus, hæc inde absurda sequi necesse est: Primùm Patrem habere duas Diuinitates, vnam in seipso manentem, alteram vnctam & temporariam in Christo seu mutuatitiam quam Filio dederit in tempore & ad tempus. Deinde si Diuinitas in Filio ipse Pater est & hanc Filio tradidit, seipsum illi tradidit: Idem ergo erit Filius qui Pater: Et Pater in sese magnus, in Christo minor erit. Ad hæc si Diuinitas in Filio ipse Pater est & hanc Filio suo tradidit: iam Pater seipsam Diuinitate sua priuauit, vel perfectam non retinuit gloriam, si partem eius Filio dedit. Postremò Deum temporali vnctione æqualem sibi formare posse contra illud: Gloriam meam alteri non dabo, cùm tamen gignere possit & genuerit Filium sibi æqualem, fabricare seu formare vel creare naturâ Deum possit: Quia scriptum est, Non adorabis Deum recentem.

Christus non vnctus tantùm, sed & vngens est, vngit & vngitur. Vngitur vt homo, quòd solus Christus vnctus, id est, promotus & consecratus ad hoc est, vt sit Rex, Sacerdos & Propheta noster, solus plenitudine Spiritus donatus est, in eum solum effusa sunt omnia Dona Spiritus. Vide Esa. 11. a. 2. Ioan. 3. d. 34. Non ad mensuram dat huic Deus Spiritum. Ioan. 1. c. 16. De plenitudine eius omnes accepimus. Vngit autem nos vt Deus, quia plenitudinem habet Diuinitatis, id est, perfectissimam Diuinitatem, qua efficit & præstat quicquid est in nobis boni. Et quia in carne etiam plenitudinem habet Spiritus, de hac eius plenitudine omnes accipimus, Ioan. 1. c. 16. Sicut enim vnctio Aaronis manabat à capite in omnes partes corporis, ita à Christo capite in nos dimanat vnctio, vnde & à Christo Christiani dicimur, id est, promoti vt simus reges & sacerdotes. Apoc. 1. b. 2. & 1. Ioan. 2. d. 27. Vnctionem habetis à Sancto illo, id est, Christo qui Sanctus peculiariter dicitur, Luc. 1. d. 35. Interea tamen solus Christus vnctus est Rex, Sacerdos & Propheta.

Scriptura nusquam dicit Filium Dei Diuinitatem habere unctam.

Quòd Filius Dei ſuam habuerit hypoſtaſim ante aſſumtam carnem.

PROBATVR hæc Theſis

A cognitione & patefactione Dei. *Nulla enim vera Dei cognitio eſt, niſi in Chriſto Filio Dei, Matth. 11. d. 27. Nemo nouit Patrem niſi Filius, & cui Filius reuelare voluerit. At multi à condito Mundo Deum cognouerunt, ſicut Sacræ literæ teſtantur. Reuelante ergo Filio Deum cognouerunt. Vnde ſequitur extitiſſe Filium ante aſſumptam carnem; niſi enim extitiſſet, Deum patefacere non potuiſſet: Nulla enim actio tribui poteſt rei, quæ nondum in rerum natura exiſtat.*

A fidelium *prærogatiua. Nam ab origine Mundi credentes fuerunt filij Dei, & Deus Pater eorum, Eſa. 63. c. 14. 64. b. 8. Gal. 3. a. 6. &c. Qui autem fuerunt & ſunt filij Dei, id beneficij à Filio Dei habuerunt, qui cùm ſit naturâ Filius, nos ius Filiorum Dei adoptione per illum accipimus dato nobis Spiritu per fidem. Filius ergo Dei per quem credentes Filij Dei facti ſunt, iam ante aſſumtam carnem extitit. Quare & Chriſtus ipſe ſe ante Abrahamum fuiſſe dicit, Ioan. 8. g. 58.*

A nomine. *Dicitur enim*

- Iehouah *in pleriſque locis, id eſt, exiſtens à ſeipſo non ab alio, omnibus eſſe conferens. Vnde & Paulo Philip. 2. a. 6.* ὑπαρχων, *id eſt, reipſa exiſtens in forma Dei dicitur.*
- Λόγος *quaſi* λέγων, *Perſona videlicet loquens cum Patribus. Filius enim Dei ſub formis & ſignis aſpectabilibus ſe patribus conſpiciendum exhibuit, vt familiariùs ad fideles accederet & quaſi præludio quodam fungi cœpit Mediatoris officio. Hunc enim qui Patribus, Moſi & Prophetis viſus eſt, Filium Dei fuiſſe vetuſtiſſimi ſcriptores vno conſenſu teſtantur. Quare nunc Angelus Iehouah, nunc Iehouah nominatur, Sed & Petrus Spiritum Chriſti in Prophetis locutum eſſe dicit, 2. Petr. 1. d. 21. Fuit ergo ante aſſumtam carnem.*
- Qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, aliàs primus & nouiſſimus, *Apoc. 1. c. 17. qua loquendi forma æternitas ſimpliciter ſignificatur. Huc pertinet & illa loquendi ratio: Ieſus Chriſtus heri & hodie idem eſt etiam in ſecula, Heb. 13. b. 8.*

A Mediatoris *officio. Mediatoris enim artes fuerunt ſemper Eccleſiam ſaluam præſtare. Cùm verò Eccleſia quauis ætate ſeruata ſit, id Mediatoris opera factum eſſe certum eſt. Neq; enim propicius eſſe potuit Deus hominibus abſque Mediatore, neque ſaluari potuerunt Patres niſi per Filium. Vide Act. 15. b. 10. Heb. 10. b. 12. Zach. 11. a. 7. Dicit Filius, Ego paui gregem occiſionis.*

A modo *inuocandi. Cùm enim omnibus ſeculis Deus à Populo ſuo inuocatus fuerit Pater. Inde colligitur fuiſſe in cœlo Filium ex quo & per quem iſta Paternitas ad homines emanaret.*

Ab *operibus quæ Filio tribuuntur: vt ſunt opera*

- Creationis. *Omnia enim per Filium condita ſunt, Ioan. 1. a. 3. Hebr. 1. a. 2. Pſal. 110. b. 3. &c.*
- Miraculorum, *quæ ſua virtute edidit ante carnem aſſumptam: & aliis etiam ea edendi poteſtatem dedit, Marci vltimo, d. 17. Huic tribuitur interfectio Draconis, id eſt, Pharaonis, exiccatio maris, &c. Eſa. 51. b. 9.*
- Conſeruationis, *gubernationis, &c. Vide literam A.*

A cultu, *quia adoratus eſt & inuocatus à ſanctis Patribus. Vide tabulam de vocabulo Angeli.*

¶ Quæſtio, An nomen Immanuelis Chriſto datum certi temporis ſit aut omnium ætatum? Si certi temporis ſit nomen, & Pater etiam Deus ſit nobiſcum, ipſi quoque certo tempori id conuenit non omni tempori: Hæc enim appellatio Deo abſolutè tribuitur, Eſa. 8. b. 8. vbi docet non ſucceſſura per omnia ex voto conſilia hoſtium, propterea quòd ſit Immanuel, id eſt, ſit adhuc cum Populo ſuo Deus.

A. Conſer.

A. Conseruationis, *gubernationis ac liberationis Ecclesiæ: dum huic tribuitur*

- Pax *seu liberatio populi, Mich. 5. a. 4. Vbi significat Propheta sub vmbra Christi tuto latuisse Ecclesiam etiam ante eius aduentum. Vide & Esa. 8. b. 8. 51. a. 3. Zach. 2. a. 5. 14. b. 14. Sic Abacus in oratione sua significat Deum fuisse ab initio liberatorem populi sui, in Mediatoris persona. Egressus, inquit, es in salutem Populi tui cum Christo tuo. Iob Filium Redemtorem ac Deum suum appellat, Iob. 19. d. 15. Vide Esa. 63. b. 8. Sap. 10. a. 6. &c.*
- Prædicatio *in diebus Noe, 1. Pet. 3. d. 29. Idq; spiritu, id est, Diuina Potentia qua postea resurrexit. Hæc prædicatio Christi facta est per Noe spiritibus, id est, iam carne exutis hominibus.*
- Designatio *Ministrorum ante assumptam carnem, Esa. 6. b. 8. Quem mittam & quis ibit nobis. Luc. 11. g. 49. Sapientia Dei dixit: Mittã ad illos Prophetas & Apostolos, &c.*
- Internuncium *in Lege promulganda, Gal. 3. d. 19. Lex ordinata per angelos in vim Mediatoris. Vbi etsi quidam Mosen nomine Mediatoris intelligant, rectius tamen de Christo exponitur. Hic enim sensus melius contextui quadrat. Significat autem hoc loco Mediatoris nomen non Pacificatorem, sed internuncium in Lege promulgand[a]. Paulus ergo Christum internuncium seu intercessorem appellans, declarat quòd [...]te Legem fuerit, ipseq; Legis author sit, cuius ministerio Legem veluti Domino suo inseruientes angeli subministrarent. Sic enim habendum est, Nullam abusq; Mundi initio Dei communicationem fuisse cum hominibus, nisi intercedente Filio. Et sanè angelus qui Mosi apparuit, non potest alius censeri, cùm sibi proprium & essentiale nomen vendicet, Exod. 3. a. 6. quod nunquam ad creaturas transfertur, vbi simpliciter & absolutè ponitur.*

Quòd Filius Dei sit λόγος, Persona videlicet loquens cum Patribus.

PROBATVR hoc

- Ab *Etymologia nominis.* Λόγος *enim dicitur Filius quasi* λέγων καὶ ἐρμηνεύων, *toti Scripturæ natiuum & familiarem, quod videlicet sit persona loquens cum Patribus. Et certè vt sermo, character mentis est, ita Filius expressa est consilij Patris effigies, vt per hunc velut per sermonem suum Deus seipsum exprimere voluerit. Vnde &* λόγος ἐξαγγελλεὺς *à vetustate appellatur. Qua appellatione officium illius quod humani generis respectu susceptum gestumq; ab eo fuit, idq; ab ipsis inde generis humani primordijs exprimere voluerunt.*
- A Testimoniis, *in quibus Filius loquens introducitur.*
  - Prophetarum, *vt*
    - Dauidis, *Psal. 2. b. 7. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, &c. Huc refer & illa, quæ Prouer. 8. & Eccl. 24. a. 2. habentur.*
    - Esa. *51. b. 9. Vbi Filius brachium & Iehouah appellatur ac loquens introducitur. Respondet enim ad preces piorum: Ego, inquit, ego is sum, qui vos consolor, &c.*
    - Zachariæ: *Vbi Filius loquens introducitur & Dominus exercituum appellatur: Propter gloriam, inquit, misit me ad gentes, &c.*
      - *Vbi angelis astantibus mandatur à Domino, vt Iehosuam exuant vestibus sordidis & quid hoc mandato velit, mox ipse interpretatur: Ecce abstuli abs te, iniquitatem tuam, &c. quo dicto Christi Mediatoris officium exprimitur. Huius generis sunt apud Esaiam: Ego maritus tuus factor tuus: Ego feci, Ego feram, Ego portabo. Seruire me fecisti, &c.*
      - *Vbi sic loquitur: Ego paui gregem occisionis.*
      - *Aspicient ad me quem confixerunt, plangentq; super eum, &c.*
  - Apostolorum. *Vide literam A.*
- Ab *apparitione, &c. Vide literam B.*

A. Apostolorum, vt

- 2. Pet. 1. *Vbi Spiritus Christi & Prophetis locutus esse, dicitur. Item 1. Pet. 3. d. 19. Per quem etiam Spiritibus qui nunc in carcere sunt profectus prædicauit, quasi dicat: Christus quem dixi spiritu, id est, potentia sua Diuina viuificatum (& Paulus, 2. Cor. 13. a. 4. exponit) iam olim in diebus Noe cum appararetur arca, aduenies (è cœlo videlicet, ne nunc primum putemus illum Ecclesiæ vitam & administrationem suscepisse) aduenies in quam non capere quod nondum assumserat, sed ea ipsa virtute per quam postea resurrexit, prædicauit spiritibus illis qui nunc in carcere meritas dant pœnas, vtpote qui recta monenti Noe & arcam suam construenti parere olim recusarunt, in qua arca octo duntaxat animæ seruatæ sunt. Huc refer & illud, Luc. 11. g. 49. Propterea & sapientia Dei dixit. Mittam ad illos Prophetas & Apostolos. Notabis verò tempus præteritum, dixit, non dicit in præsenti, vt significet se antea quoque Prophetas, Scribas, aliosq; verbi Dei Ministros misisse ad populum Israel, non eo tempore solum, quo in terris versabatur, vt homo. Vide de hoc pluribus vocabulo Sapientia.*
- Pauli, *Heb. 16. a. 5. Vbi Filius Mundum ingrediens ad Patrem dicit, Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi, &c.*
- Ioannis, *Apoc. 22. b. 6. Vbi Filius dicitur Dominus Deus Sanctorum Prophetarum, qui angelum suum ad mandauerit. Sic autem vocatur quod olim in Prophetis locutus sit: De Filio verò locum intelligi debere consequentia ostendunt. Sic enim sequitur: Ego Iesus misi Angelum, &c.*

B.

Ab apparitione angeli. Filius enim nomine angeli Patribus interdum apparuit, & cum eis locutus est, vt

- Abrahæ, *Gen. 18. a. 2. Hunc enim Dei Filium fuisse hæc probant:*
  - Quia *angelus qui illi apparuit aliquoties Iehouah appellatur.*
  - Quia *Benedicit Abrahæ & Posteris eius.*
  - Quia *Sodomitas se sublaturum esse dicit.*
- Iacobo, *Gen. 32. d. 22. & hunc Filium Dei fuisse probant hæc:*
  - Quia *quem Hos. 12. Cap. 12. Angelum vocat, Moses Gen. 32. Deum appellat.*
  - Quia *benedicit Iacob.*
  - Quia *Angelus hic nomen suum reconditum esse demonstrat.*
  - Quia *Hoseas Cap. 12. a. 4. Quis nam ille Deus aut Angelus fuerit, explicat: Cum illum Dominum exercituum appellat.*
  - Quia *hic Angelus inuocatur à Iacobo, Hos. 12. Vide & Gen. 48. c. 16.*
- Mosi, *Exod. 3. a. 2. Hunc Dei Filium fuisse hæc probant:*
  - Quia *Moses diserte scribit Dominum apparuisse.*
  - Quia *pronunciat hic angelus se Deum æternum esse qui solus sit & in quo omnia subsistant.*
  - Quia *Lucas, Act. 7. d. 31. Postquam eum angelum vocauit, mox inducit illum sic loquentem: Ego sum Deus Patrum tuorum.*
  - Quia *Lucas, Act. 7. d. 31. docet hunc eundem fuisse angelum cuius auspiciis & ductu Moses populum liberauit. Sic enim eum loquentem introducit: Vidi afflictionem populi mei, & descendi vt eripiam eum. Sed & Paulus hæc de Christo interpretatur, 1. Cor. 10. a. 4.*
- Gedeoni, *Iudic. 6. b. 12. Hunc etiam Filium Dei fuisse probant:*
  - Quia *Iehouah dicitur.*
  - Quia *ostendit se illi affuturum, vt eius auspicijs & ductu populum liberare possit.*
  - Quia *offertur huic angelo sacrificium.*
- Samsoni, *Iudic. 13. d. 20. id quod hæc probant:*
  - Quia *Iehouah appellatur.*
  - Quia *nomen suum reconditum esse dicit.*
  - Quia *offertur illi sacrificium.*

Ab *officio Mediatoris. Quia nulla ab initio fuit Dei communicatio cum hominibus, nisi per Christum. Nihil enim nobis cum Deo, nisi adsit Mediator qui illum nobis conciliet.*

Quòd

Quòd Filius Dei sit æternus.

FILIVM æternum esse probatur à

Nomine *quo Scriptura Dei Filium appellat: Vocatur enim*

- Iehouah. *Quod nomen non nisi vero & æterno Deo tribuitur. Significat autem Iehouah Ens, existens, qui videlicet est, ἀυτουσία, existentia, ex semetipso vitam & esse non ab alio habens. Ad hoc nomen alludit Christus in Ioanne: Antequam Abraham fieret, Ego sum, Ioan. 8 g. 58. De nomine Iehoua, Vide Tabulas duas De nominibus Dei.*
- Verus *Deus, 1. Ioan. 5. b. 8. Qui autem nõ est omnibus modis æternus αὐτάρχης vel Saddai, ad omnia videlicet sufficiens, is ne Deus quidem est.*

Definitione *æternitatis. Id enim propriè æternum est, quod nec initium nec finem habet. Filius verò Dei, vt Deus, nec initium dierum nec finem habet, Heb. 7. d. 20. Huc pertinet quod Ioannes Apo. 1. b. 8. 17. Filium Alpha & ω, primum & nouissimum appellat, Item: qui est & qui erat & qui venturus est.*


Periphrasibus *æternitatis. Æternitatem enim Scriptura Sacra variis modis circumloquitur, vt, Per omnia secula, priusquam montes nascerentur, & terra formaretur ac orbis, à seculis vsque ad secula, Psal. 90. a. 2. A die vel de die, Esa 43. c. 13. Iam inde ab exordio, ab æterno, Psal. 93. a. 2. &c. Eædem verò æternitatis Dei Periphrases Filio etiam Dei vt Deo tribuuntur vt ab initio, 1. Ioan. 1. a. 1. ab olim vel ab æterno, ante primordia terræ, ante colles, priusquam montes mergerẽtur, Prou. 8. d. 23. A diebus æternis, Mich. 5. a. 2. ante luciferum, id est, productionem stellarum, Psal. 110. a. 2. ante æuum conditum ab initio, ante omnem rerum naturam, Eccl 24. c. 14. Priusquam hic Mundus esset, Ioan. 17. a. 5. Ante omnia, Col. 1. c. 17. Inde conficitur Filium Dei æternum esse.*

Definitione *Dei æterni. Vnus enim & æternus Deus est qui inuocandus nobis est, cuius nomen habemus, cuius nomen portamus, cuius nomine baptizamur. Christi autem nomen inuocatur. Act. 9. e. 27. 1. Cor. 1. b. 8. Eius nomine portamur Christiani à Christo dicti, Act. 11. d. 26. Eius nomen portamus, id est, illius Veritatem, Iustitiam, Bonitatem, Misericordiam portare seu magnificare debemus, Act. 9. d. 18. Eius etiam nomine baptizamur. Christus ergo verus & æternus Deus est.*

Definitione *Ecclesiæ. Ecclesia enim est veri & æterni Dei Populus, Ecclesia verò Christi est, Eph. 5. d. 24. Act. 20. d. 17. 28. Matth. 5. Neque per Ierosolymam, quia ciuitas est magni Regis. Vbi Ierosolyma Ecclesiam, Magnus Rex Christum declarat, vt ex Psal. 2. b. 11. constat. Ezech. 2. b. 6. Christus dicitur adiunxisse sibi Ecclesiam iacentem in sanguinibus & sordibus. Christus ergo est verus & æternus Deus.*


Attributis *quæ Filio Dei tribuuntur. Omnia enim quæ illi vt Deo tribuuntur æterna sunt, vt*

- Æternum *esse. Nam trium temporum differentiæ de eo vt Patre quoque prædicantur, Apoc. 1. b. 8. 17. Qui est, & qui erat, & qui vẽturus est. Item primus & nouissimus. Hoc est quod Ioannes Verbum apud Deum semper fuisse dicit. Quo loquendi genere significat æternum ac omnibus seculis priorem esse Filium Dei vel semper Deo coniunctum fuisse antequam Mundus extaret. Sic enim hoc exponit Syracides, Eccl. 1. b. 10. Nam cùm dixisset, Apud Deum semper fuit: subdit, Et eidem perpetuò coniuncta est.*
- Æterna *gloria, Ioan. 17. a. 5. 2. Pet. 1. d. 17.*
- Æternus *Spiritus, Heb. 9. c. 15.*
- Æternum *& essentiale seu propriissimum Dei nomen Iehoua, Ier. 23. d. 37. Os. 1. c. 7. Psal. 68. b. 5. &c.*
- Æterna *generatio. Scriptura enim testatur Filium ante omnia genitum esse à Patre, Eccl. 24. b. 14. Psal. 2. b. 7. & 110. a. 3. Prou. 8. d. 23. Mich. 5. a. 2. &c.*
- Æterna *coniunctio cum Patre, Eccl. 1. a. 1.*
- Æternum *viuere. Dicitur enim vita æterna, Ioan. 5. e. 27. Iob. 19. e. 25. Redemptor meus viuit.*
- Æterna *Diuinitas. Nam Paulus Col. 2. b. 9. Deitatem: & Petrus 2. Pet. 1. c. 17. vim Diuinam illi tribuit & gloriam, id est, Diuinitatem & quidem propriam. Sic enim in quibusdam codicibus legitur ἰδίᾳ δόξῃ propria gloria. Gloria verò hîc accipitur, vt Ioan. 17. Pro æterna scilicet maiestate Filij. Vide de hoc De verbo Dandi.*
- Æterna *operatio, Ioan. 5. c. 17. Pater meus ad hoc vsq; tẽpus operatur, & ego operor.*
- Æternum *electionis fundamentum. Elegit nos, inquit Paulus, in ipso antequam iacerentur fundamenta Mundi, Eph. 1. a. 4. quod quidem sic non est solius humanitatis Christi, sicut occisio agni ab origine Mundi, Apoc. 13. b. 8. Non potest esse Diuinitatis in eo, quemadmodum & sanguinem habere, Act. 20. d. 24.*
- Ab *inuocatione, &c. Vide literam A.*



¶ Inepta est igitur disputatio Arianorum veterũ vt Dorotheanorum & Marinianorum De Patre æterno. Nam vbi probatum fuerit Filium æternũ esse: Patrem quoque æternũ esse constabit. Neq; verò pugnât hæc in Filio Dei, æternũ esse & principium habere: Etenim cùm causatũ simul cũ causa existit: si causa fuerit æterna, ipsum quoq; æternum erit, Esa. 63. c. 16. Pater noster es, redemptor noster, hoc est nomen tuum à seculo vel ab æterno. Iam si Pater noster est ab æterno, quanto magis Filij naturalis, propter quem & noster Pater est, Pater est æternus. Excipiunt aduersarij Christum æternum esse Deum, eò quòd Patris Diuinitas, quæ in ipso homine habitat, æterna sit. Quasi verò Diuinitatis paternæ inhabitatio in creatura possit eam in verum & æternũ Deum transformare, cùm scriptũ sit: Post me non erit Deus alius. Item gloriam meam alteri non dabo, &c. Docent etiam Christi Diuinitatem, æternam esse: Quia Patris Diuinitas quæ in ipso habitat, æterna sit. Sed hîc non quæritur De æterna Patris Diuinitate, sed quæritur, Vtrùm Dei Filius vnà cum Patre æternus sit Deus, quod cùm negent, qua fronte affirmare audent, Diuinitatem Christi æternam se non negare? Primùm enim cuiuscunque Diuinitas vera & substantialis æterna est, hunc æternum quoque Deum esse oportet. II. Quia Nulla Diuinitas est extra hypostasim seu subsistentiam. Cùm ergo Diuinitas Filij æterna sit, & hypostasim Filij æternam esse oportet. III. Quia si Patris & Filij Diuinitas vna eademque est, Naturam quoque eandem esse oportet. Quod si natura eadem est, certè non naturæ humanæ respectu Deus æternus dicitur, sed alio respectu, videlicet quia sermo est genitus ante omnia secula à Patre.

Quòd Filius Dei sit Creator.



A. Testimo-

A. Testimoniis Scripturæ desumptis. Ex

Veteri Testamento: Vt

Esaia:

Esa.45.c.18. *sic dicit Dominus creans cœlos: Deus ille qui finxit terrã. Id enim de Filio Dei dici ex consequentibus constat, vbi dicitur: Mihi incuruabitur omne genu. Quem locum Paulus de Christo interpretatur, Rom.14.b.11. Philip.2.b.10.*

Esa.48.c.12. *Manus mea fundauit terram. Ego primus, egoq; nouissimus. Quod ad Filium quoq; Dei pertinere ex Apoc. cap.1.c.17. & 22. d.13. colligitur.*

Esa.51.c.9. *Excitare, excitare ac robur indue Brachium Domini, excitare quemadmodum retrò temporibus per omnia secula. Hunc locum & Franciscus Dauidis de Filio Dei interpretatur. Nam Brachium Domini Filius dicitur & tribuitur ei draconis, id est, Pharaonis interfectio, exiccatio maris, factura cœli & terræ, &c. Cùm enim ad vota piorum respondisset Dominus ac dixisset: Obliuiscaris autem Domini factoris tui, mox subdit: Ego autem Dominus Deus tuus: exponens quid per Dominum factorum nostrum intelligere velit.*

Esa.54 c.5. *Maritus tuus factor tuus. Id quod propriè Christo tribuitur, quod nos sibi coniunxerit, cuius nos sponsa appellamur. Vide Roman.7.a.4.*

Dauide: *Psal.33.a.6. Verbo Domini cœli firmati, Psal.102.d.26. & tu Domine initio terram fundasti. Hunc enim locum Paulus ad Filium Dei pertinere diserte docet, Hebr.1.a.2. præmittit enim illud, Ad Filium autem, &c.*

¶ *Porrò Deus Israelis Creator est. Filius est Deus Israelis, Psal.68.d.29. Luc.1. d.68. Apocal.22.a.6. Ergo, &c.*

Salomone: *Prouerb.8.d.25. vbi Filius dicit se Patri Mũdum creanti & conseruãti præsto fuisse. Huc pertinent: quòd dicit,*

- *Se affuisse cùm Deus Pater cœlũ & abyssum in figuram sphæricam redigeret.*
- *Se affuisse dum æthera, nubes, & fontes abyssi firmarentur.*
- *Se affuisse dum Deus poneret mari legem suam & terræ fundamenta iaceret.*
- *Apud se essentiam, id est, rerum omnium conseruationem. Nam Thusia, qua voce hîc Salomon vtitur, significat id quod conseruat rem in essentia. Idem autem conseruat rem qui & creauit.*

Sap.9.b.9. Vna tecum artifex operũ tuorum sapientia, quæ tibi Mundum creanti præsto fuit.

Nouo Testamento: Vt ex

Ioanne:

Ioan.1.a.3. Omnia per illum facta sunt. Qui locus de humanitate Christi exponi non potest. Primùm quia in principio erat apud Deum antequã iacerentur fundamenta terræ: id quod Christi humanitati non conuenit. Deinde quia Λόγον Deum appellat & quidem verum Deũ. Tertiò quia hunc Λόγον carnem factum esse testatur. Aliud autem assumens, aliud assumtum est. Non potest de noua etiam creatione exponi. Dicit enim Euangelista: Nihil absq; Λόγῳ factum esse quod factum sit, qua re significat hanc creationem de qua loquitur ad omnes res ex æquo pertinere. Secunda autem creatio non ad omnes, sed ad electos tantùm pertinet. Deinde quia dicit hunc non fuisse receptum à Mundo quem fecit. Receptus autem est Christus à suis electis quos ipse recreauit.

Ioan. 5. c.17. Pater meus ad hoc vsq; tempus operatur, & ego operor. Repetenda verò est particula (ad hoc vsq; tempus) cum de se etiam loquitur Filius dicens: Et ego operor, scilicet ad hoc vsq; tempus. Vt enim Creatorem non creaturam Filium intelligeres, non attulit creaturæ operantis exemplum, sed Patris qui omnia creauit. Ideo se Deum Creatorem esse testatur.

Apoc. 14.c.7. Adorate eum qui fecit cœlum & terram: præcedit autem quia venit hora Iudicij eius. Pater autem omne iudicium dedit Filio, Ioan.5.d.22. Locus ergo de Filio intelligendus est. Quod si adorandus est qui fecit cœlum & terram, adoratur autem Filius, Esa.45: d.21. eum Creatorem esse oportet.

Paulo, & seq. *Vide literam B.*

Coloss. 1. c. 16. *Quòd per illum creata sint omnia. Hic locus de humanitate Christi exponi non potest. Primùm quia vocat Filium imaginem Dei per quem omnia visibilia & inuisibilia condita sunt. Secundò quia est ante omnia. Tertiò, quia per illum consistunt & conseruantur omnia, id quod soli Deo conuenit. Non potest autem de secunda etiam creatione intelligi, quia Paulus per visibilia & inuisibilia intelligit res initio conditas à Deo vt ex Symbolo liquido constat. Deinde quia secunda creatio non Angelorum, sed hominum respectu dicitur.*

Paulo, vt B. Heb. 1. a. 2. *Ex Psal. 101. d. 26. Et tu initio fundasti. Hic locus de Patre solum intelligi non potest. Primùm quia expositio hæc instituto Pauli parum conuenit. Est enim consilium excellentiam ac diuinitatem Christi euidenti quadam demonstratione confirmans. Secundò, quia Paulus aperte docet hoc de Filio Dei intelligendum esse, præcedit enim: Ad Filium autem. Tertiò, quia statim initio docuit per hunc facta esse secula. Seculorum autem nomine non electos intelligit, sed res initio à Deo conditas. Vide Heb. 11. a. 3. Quartò quia hîc Propheta Dauid ad Mosi verba respicit: In principio creauit Deus cœlum & terram.*

Petro, 1. Pet. 4. c. 13. *Qui affliguntur secundùm voluntatem Dei tanquam apud fidelem conditorem deponunt animas suas. Conuenit enim hæc Petri exhortatio cum illo Pauli, 1. Tim. 4. b. 10. Affligimur sperantes in Deum viuum qui est seruator omnium hominum, maximè verò fidelium. Item 2. Tim. 1. c. 12. quam ob causam & hæc patior, &c. & de Christo hæc dici præcedentia arguunt. Vide locum in Paulo, ac vtrobiq; afflictionis, creationis, (quæ in Paulo potentiæ nomine designatur) & animæ, quam Paulus depositum vocat, fit mentio.*

Regulæ de Operibus Dei ad extra.

In *his operibus nominata vna persona reliquas non excludi.*

Quoties *Pater & Filius conferuntur, ita vt vtriusq; expressa fiat mentio, & Dei & Creatoris nomen Patri tribui, non vt diuinitas & operatio alterius tollatur, sed vt ordo monstretur. Quia ordine Pater prior est, ideoq; vt diuinitatis, ita operationum fons est. Hæc tamen œconomia nec æqualitatem nec diuinitatem alterius turbat.*

Scripturam *dupliciter de Filio Dei in operationum generibus loqui, videlicet vt authore, quatenus æternus est Iehoua & vnus cum Patre Deus: Secundò, vt συνέργῳ quatenus Filius est per quem omnia facta sunt. Prior loquendi phrasis subindicat Filium, quatenus ratio habetur diuinæ naturæ, quæ vna & eadem est cum Patris diuinitate, non minùs esse Creatorem quàm Patrem, vt Paulum ex Psal. 102. d. 26. docuisse vidimus. Posterior modum & ordinem agendi, quem Spiritus Sanctus in Scripturis nobis patefecit, demonstrat, quòd videlicet à Patre initium sit operationis, atq; is operetur omnia per verbum suum verè subsistens, Spiritu Sancto vitam rebus creatis inspirante.*

Quòd Filius Dei sit Omnipotens.

PROBATVR hoc ex Scripturis:

Psal. 68. b. 15. *Cùm dissiparet omnipotens in ea Reges, candescebat veluti nix in Salmon, &c. Et mox: Ascendisti in altum, cæpisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus, &c. Hunc Psalmum Paulus Eph. 4. b. 8. de Christo interpretatur.*

Esa. 40. c. 10. *Ecce Iehoua Adonai in fortitudine veniet, & Brachium suum dominabitur per sese. Hunc locum de Christo intelligendum esse ex ipso contextu orationis manifestum est. Primùm enim Brachium Domini appellatur, sicut & cap. 51. c. 9. & 1. Cor. 1. d. 25. Deinde quia Pastor dicitur, quo proculdubio respexit Christus, dum in Ioanne dicit: Ego sum Pastor ille bonus, &c. Tertiò quia Christus Apoc. 22. b. 7. eadem planè sibi adscribit, quæ Esaias hîc Brachio & Pastori attribuit. Pro eo enim quod Esaias dicit: Ecce Dominus Deus veniet, Christus Apoc. 22. b. 8. de se loquens, ait: Ecce venio cito. Et quod Esaias dicit: Ecce merces eius cum eo & opus eius ante ipsum: Id Christus in Ioanne sic effert: Merces mea mecum est, vt reddam vnicuiq; vt opus illius erit. Quod verò in Esaia dicitur: Veniet, in futuro, non ideo fit quod antea non extiterit, sed hac ratione manifestatio seu apparitio in carne significatur. Quare ex hoc Esaiæ loco ita colligi potest. Cuiuscunq; potentia certis limitibus inclusa non est, hunc verum & æternum Deum ac omnipotentem esse apparet: Filij Dei potentia non est certis limitibus inclusa. Ergo, &c. Item: Quicunq; per se & in suo Brachio dominatur & imperium exercet, hîc verum & æternum Deum esse oportet. Filius per sese dominatur & imperium exercet, Ergo, &c.*

Ioan. 5. c. 19. *Quæcunq; Pater facit, hæc & Filius similiter facit. Facit verò Pater omnia vt omnipotens, Ergo & Filius quæ facit, facit vt omnipotens.*

Philip. 2. a. 6. *Christus* IESVS *in forma Dei, æqualis Deo Patri esse dicitur, & quidem non per rapinam, sed per naturam. Sicut ergo Pater omnipotens est, ita & Filius.*

Philip. 3. d. 21. *Secundùm efficaciam, qua potest sibi subiicere omnia.*

Hebr. 1. a. 3. *Regit omnia verbo potenti, cùm sit omnia in omnibus, Col. 3.*

Apoc. 1. b. 7. *Ecce veniet in nubibus & videbit eum omnis oculus, & qui eum compunxerunt. Qui est & qui erat & qui venturus est, omnipotens. Hic certè omnipotens nominatur, quem in carne compunxerunt, qui est Dominus noster* IESVS *Christus, vt Zach. 12. b. 10. & Ioan. 19. g. 37. explicatur. Deinde omnipotens dicitur qui ad iudicium venturus est. Hic verò Dei Filius est, quia iudicium illi datum est.*

¶ Iam ex definitione quoque omnipotentiæ sic colligere licebit. Is omnipotens est, qui non tantùm ea potest, quæ naturâ possibilia sunt, sed etiam qui possit miraculis suis naturam ipsam potenter ac per se inuertere. Filius Dei hæc per se potest. Est ergo omnipotens. Idem enim si omnia quæ Patris sunt habet, habebit & omnipotentiam.

Quòd

Quòd Filius Dei ac non Pater tantùm sit Deus Israelis.

Æternus *Iehoua Deus est Israelis. Filius autem est æternus Iehoua, Exod. 3. a. 2. Qui enim Angelus Domini ibi dicitur, hîc se Deum æternum pronunciat ac Israelis Deum. Hic verò Filius est* seu Λόγος, *persona videlicet loquens cum Patribus.*

Deus *laudandus in secula, Deus est Israelis, Psal. 68. g. 36. Vbi scribitur: Deus Israelis ipse dat robur populo laudandus Deus. At hic non Pater tantùm sed & Filius Dei est, Roman. 9. a. 5. Qui est Deus laudandus in secula. Sed & Paulus, Ephes. cap. 4 b. 10. hunc Psalmum de Christo interpretatur.*

Ille *Deus Israelis est, qui populum Israeliticum ex Ægypto eduxit, Exod. 20. a. 2. At hic non Pater tantum sed & Filius est, Esa. 63. d. 16. Sapient. 10. c. 18. 1. Corinth. 10. a. 2. &c. Ergo, &c.*

Creator *cœli & terræ Deus est Israelis, 4. Reg. 19. c. 15. in oratione Ezechiæ Regis. Filius verò Dei Creator est cœli & terræ. Ergo, &c. Vide Tabulam quòd Filius sit Creator.*

Dux *exercitus Domini, Deus est Israelis. Filius est dux, & princeps militiæ virtutum, Ios. 5. c. 14.*

Dominus *Deus sanctorum Prophetarum, Deus est Israelis. At hic* IESVS *Christus est, Apoc. 22. b. 6. Hoc enim elogium de Christo dici consequentia ostendunt. Sequitur enim, Hunc Deum Sanctorum Prophetarum amandasse Angelum suum. Quis verò miserit Angelum suum, post aliquot versus exponitur: Ego, inquit* IESVS, *misi Angelum, &c.*

PROBATVR hoc. Quia

Idem *est Deus Israelis, qui est Patrum seu maiorum Ananiæ. Sed eius verba sunt ad Paulum, Deus Patrum nostrorum delegit te vt cognosceres voluntatem suam, Act. 22. c. 14. Vbi intelligit Christum, particula enim quæ sequitur, vt videres Iustum illum* τὸν δίκαιον *genere masculino, quæ sola pro Christo posset capi, in veteribus & plurimis Codicibus neutro genere legitur, vt videres* τὸ δίκαιον, *id est, quod iustum est seu veritatem, & iustitiam ex ore eius nimirum Christi, quod verum esse Paulus ipse pluribus locis testatur, qui seruum se* IESV *Christi vsitatè appellat, eidemq; gratias agit, quòd se dignum ad ministerium Apostolatus constituerit.*

Petra *Israelis, Deus est Israelis, 2. Samuel. 23. Filius verò Petra Israelis est, Ibidem & 1. Corinth 10. a. 3. Ergo, &c.*

Deus *Israelis est qui ingreditur per portam sanctuarij, Ezech. 44. a. 4. Filius ingreditur per illam portam, Psalmo 24. b. 9.*

Saluator *Israelis Deus est Israelis, Esa. 45. c. 15. Deus, inquit, & Saluator Israelis. Filius est Saluator Israelis, Matth. 1. c. 2. Vocabis nomen eius* IESVM. *Ipse enim saluum faciet populum à peccatis suis. Locum quoque Esaiæ suprà citatum de Christo loqui ex consequentibus apparet.*

Verus *Deus Israelis Deus est, Ierem. 10. b. 10. Filius verus Deus est, 1. Iohann. 5. a. 7. Ergo Deus est Israelis.*

Lucas *Cap. 1. b. 16. Filium apertè Deum Israelis appellat. Vbi Angelus ad Zachariam sic loquitur: Multosq; filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum. De Christo enim hæc dici sequentia ostendunt. Mox enim sequitur: Ipseq; præcedet ante eum. Porrò ante quem præcesserit Ioannes ex Malachiæ cap. 3. a. 1. & Matthæi 3. a. 3. & 11. b. 10. satis notum est.*

Rex *Israelis Deus est Israelis, Soph. 3. c. 15. Filius Dei Rex est Israelis, Ioan. 12. b. 13. Ergo, &c.*

Quòd Filius Dei vnus & ſolus Deus ſit.

PROBATVR hoc. Quia

Verus *Deus ac verus Iehoua eſt. Qui verò verus Iehoua eſt, hic vnus ac ſolus Deus eſt.*

Deus *formatus non eſt. Formatus enim Deus vnus & ſolus Deus eſſe non poteſt. Eſt autem Deus formatus, cuius aliquod poteſt monſtrari principium, vel qui propter donorum & gratiæ collationem vel propter officium ſic vocatur, ac nō eſt vniuerſorum Creator, ſed ipſe potius ſuum eſſe aliunde certo tempore ab illo qui cauſa eſt omnium, accepit. Cùm ergo Filius formatus Deus non ſit, vnum & ſolum Deum eſſe oportet.*

Deus *eſt abſconditus, Eſa. 45. c. 15. ſed manifeſtatus tamen in carne, 1. Tim. 3.*

Paulus, *1. Tim. 6. c. 14. Solum Dominum & Principem appellat, cùm inquit: Sic irreprehenſibilis vſq; ad apparitionem Domini noſtri* IESV *Chriſti, quam temporibus ſuis oſtenſurus eſt ille beatus & ſolus princeps, Rex regnantium & Dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, lucem habitans inacceſſam, quem nemo hominum vidit neq; videre poteſt, cui honor & imperium ſempiternum. Vide ſimile 1. Tim. 1. c. 16. Hæc verò de Chriſto intelligenda eſſe hæ rationes probant. Primùm quia nomen ἐπιφανείας in nouo Teſtamento Filio propriè tribuitur. Secundò quia venturus eſſe ad iudicium Filius Dei vbiq; in Scripturis dicitur. Tertiò quia tàm in præcedentibus quàm in ſequentibus elogium maximè* IESV *Chriſti & gratia eiuſdem prædicatur. Quartò quia non ſubicitur in fine periodi, particula, Per* IESVM *Chriſtum, vel quid ſimile: quod aliàs vſitatum eſt Paulo vbi de peculiari Patris honore loquitur. Poſtremò quia hæc verba, Rex regnantium & Dominus dominantium, Ioan. Apoc. 19. c. 19. de Chriſto interpretatur.*

In *Epiſtola Iudæ a. 4. ſolus Deus & Heros appellatur. Sic enim quidam vetuſti Codices habent: Chriſtum qui ſolus eſt Deus & Heros, negant: Quam lectionem veram eſſe ex Petro etiam, vnde hæc deſumpta ſunt, facilè conſtat, 2. Pet. 2. a. 1. Nam hîc ſolius Chriſti fit mentio & Heros vocatur. Sic enim ſcribit Petrus: Etiam Dominum qui illos mercatus eſt abnegantes. Id probat & Græci ſermonis vſus, cum vnus tantùm articulus duobus his reſpondeat, ſcilicet Deus & Dominus. Deinde quemadmodum Filij præſertim notitiam Apoſtoli & fidem inculcare paſſim conantur: ſic nemo Patrem Deum eſſe negat, ſed Filio vt plurimum contradicitur.*

In *Epiſtola Iudæ circa finem ſic ſcribitur: Ei verò qui poteſt nos ſeruare à peccato immunes & ſtatuere in conſpectu gloriæ ſuæ incontaminatos, ſoli ſapienti Deo Seruatori noſtro, gloria & magnificentia, imperium & poteſtas nunc & in omnia ſecula, Amen. Hæc de Chriſto dici ex præcedentibus & conſequentibus conſtat. Ea enim quæ præcedunt, Paulus Coloſſ. 1. d. 22. Filio attribuit, dicens: Vt ſiſteret nos ſanctos & inculpatos in conſpectu ſuo. Vide Epheſ. 4. d. 22. 5. c. 20. Sed & conſequentia Filio Dei tribuuntur. Dicitur enim Seruator noſter, cui gloria, magnificentia, imperium & poteſtas omnis tribui debeat. Hæc verò 1. Pet. 4. c. 11. Apocal. 5. c. 12. Filio Dei tribuuntur.*

¶ Vnus ergo & ſolus verus Deus in Scripturis bifariam dicitur. Primò hoc nomine cenſetur Pater, Filius & Spiritus Sanctus communiter & ſimul, quia horum trium vna æterna & indiuiſa Diuinitas eſt, vt Deut. 6. a. 4. Audi Iſrael Iehoua, Deus tuus, vnus Iehoua eſt. Item Dominum Deum tuum adorabis & illum ſolum coles. Opponuntur autem hac ratione hæc nomina vnus & ſolus idolis ſeu diis peregrinis, quemadmodum & ex 1. Theſſ. 1. patet, vbi Deo vero & viuo ſeruiendum ſic eſſe dicit, vt Coloſſ. 3. Nos Chriſto Domino ſeruire aſſeratur ab Apoſtolo. Deinde quia tota diuinitas eſt in Patre completè, tota in Filio, tota in Spiritu Sancto, & diſtinctè modò Pater, modò Filius, modò Spiritus Sanctus, vnus & ſolus Deus dicitur. Solus ergo verus Deus gignens Pater eſt, ſolus verus Deus genitus Filius eſt, ſolus verus Deus procedens Spiritus Sanctus eſt. Hoc modo ſolus & vnus opponuntur proprietatibus hypoſtaticis & imperfectioni ſingulorum ex ſeſe vel per ſeſe. quo modo Chriſtus dicitur, quòd ſolus ſit immortalis, inuiſibilis, &c. hoc eſt talis naturæ in ſeſe, per ſe ipſe & perfectè, ſic & Spiritus Sanctus in ſua perſona licet non extra vel ſine Patre. Cæterùm & illud obſeruandum eſt, cùm Pater Filio opponitur, nomen Dei ad Patrem referri, ſicut nomen Domini ad Filium. Non vt aut Pater imperio, aut Filius diuinitate ſpolietur, ſed vt ordo & diſtinctio perſonarum faciliùs conſpiciatur.

Quòd

Quòd Filius Dei sit adorandus & quomodo.

Loci duo.

Quòd *Filius sit adorandus probatur: quia*

- Angeli *iubentur ipsum adorare, Psal. 96. b. 9. Adorate eum omnes Angeli Dei. Lege & Hebr. 1. a 5. Hic enim Psalmus propriè de Christi manifestatione disserit. Nam exordium Psalmi exhortatio est ad lætitiam, neque Iudæos alloquitur Dauid, sed totam terram vsq; ad insulas. Ratio ponitur, quia Dominus regnabit. Si deinde totum Psalmum percurras, nihil aliud videbis quàm regnum Christi, quod ab Euangelij prædicatione cœpit. Et nominatim dicit Apostolus ita locutum spiritum cùm introducitur in orbem. Quod nõ esset verũ, nisi propriè Psalmus de Christi manifestatione dissereret.*
- Omnes *populi, nationes & linguæ iubentur ipsum adorare, eiq; seruire, Daniel 7. d. 27.*
- Reges *& Principes omnes iubentur illum exosculari, Psal. 2. b. 12. Osculamini Filium. Quo verbo adorationem Deo ipsi debitam vates requirit. Sic enim & Iob cap. 3. d. 27. Osculandi verbum ponitur vbi inter cæteras virtutes & hoc se habuisse dicit, quod nunquam aspiciens Cœlum, Solem, Lunam & Astra osculatus sit manum suam, id est, adorauerit creaturas. Quare quod Iob osculandi verbo, id Moses de eadem re disserens verbo adorandi exprimit, Deut. 4. a. 6. Dauid verò Psal. 2. b. 11. seruiendi. Cæterùm osculandi verbum humilem & supplicem subiectionem exprimit, qua solent subditi principum suorum vel pedes prostrati, vel manus incurui in signum omnimodæ submissionis deosculari.*
- Omnes *species adorationis, &c. Vide literam A.*

Quomodo *inuocandus sit. Inuocandus enim est vt Pater fons omnium bonorũ, & vt Deus æternus Creator cœli & terræ. Seruetiani duplicẽ adorationis illius modum excogitarunt: quòd*

- Inuocandus *sit & adorandus vt Mediator tantùm, non vt largitor omnium bonorum. Quod falsissimum esse probatur: quia*
  - Apostoli *non aliter à Filio ac à Patre bona precantur fidelibus quibus scribunt: Gratia vobis & pax à Deo Patre & Domino nostro* IESV *Christo.*
  - Inquit *Christus Ioann. 14. c. 13. Quicquid petieritis nomine meo, hoc faciam. Nota vniuersalem particulam. Nõ enim externa tantũ bona ab illo petimus, sed spiritualia etiã & cœlestia bona, q̃ principes huius Mundi præstare nequeũt.*
  - Ioannis *5. d. 23. dicitur Filius similiter honorandus vt Pater. Pater verò honoratur, vt verus & æternus Deus, ex quo omnia corporalia & spiritualia bona promanãt. Quare & Filius non tantùm vt Mediator, sed vt Deus æternus colendus & inuocandus est.*
  - Si *tantùm vt Mediator inuocandus est, nihil ab eo, sed tantùm per eum petendum est à Patre. At non per illum tantùm, sed & ab eo bona primus, &c.*
  - Patri *Filius in ipsa quoq; baptismi institutione cõiungitur.*
- Inuocandus *sit non vt Deus æternus Creator cœli & terræ, sed quia hominem* IESVM *Christum Pater extulerit & inuocandũ præceperit. Hoc verò falsissimum esse probatur: quia*
  - Deus *cultum suum merce creaturæ nunquam cõfert, cùm dixerit: Gloriam meam alteri non dabo, &c. Ita ergo Deus contrarius sibi erit si illum qui Deus æternus non sit, inuocari præceperit.*
  - Inuocari *non potest qui non sit cœli, terræq; Creator, quia scriptum est Apoc. 14. b. 7. Adorate eum qui fecit cœlum & terram.*
  - Christus, *Ioann. 5. d. 23. ideo se honorari præcipit, quia cum Patre inde à principio creationis operatus sit.*
  - Si *illud dogma aduersariorum verum esset, duplicem, &c. fidem esse oporteret, vnam, quæ Creatorem in inuitatione, alteram quæ non Creatorem, sed creatum Deum respiciat. Fides autem vna est, sicut & Deus vnus est, Eph. 4. a. 5.*
  - Nullibi *fidem, vel Christus ipse vt in hominẽ vel in Filiũ hominis tantùm sibi postulat, sed semper in Filium Dei vt Deum. Vide Ioan. 3. 5. 8. 9. &c. sic & in Symbolo cõfitemur.*

A. Omnes species adorationis diuinitus nobis mandatæ q̃ ad creaturas trãsferri nõ possũt, illi tribuuntur. Sunt autem

- Fides. *Credimus enim in* IESVM *Christum, Ioan.14.a.1. Creditis in Deum & in me creditis, Ioan. 3.g.36. qui credit in Filium Dei, habet vitam æternam, Ioan.9.g.34. Tu credis in Filium Dei?*
- Spes. *Speramus enim in illum, vt Esa.11.b.10. dicitur, In ipsum Gentes sperabunt, Eph.1.c.12. &c.*
- Inuocatio: *Filium verò inuocãdum esse probatur, à*
  - Mandato *Christi, Matth.11.c.28. Venite ad me omnes, &c.*
  - Promissione, *Matth.11.c.28. Ego faciam vos, Ioan.14.b.14. Ego faciam, &c.*
  - Ratione & forma Baptismi. *Cum enim non in Patris, tantùm, sed & Filij & Spiritus Sancti nomen baptizemur, obligamus nos ad agnitionem, inuocationem & confessionem vnius veri Dei, qui est Pater, Filius & Spiritus Sanctus.*
  - Exemplo
    - Patriarcharum. *Iacob enim moriturus Iehouam ac Angelum fœderis deprecatur, Gen.48.c.16.*
    - Patrum veteris Testamenti. *Templum enim Salomonis, Christi erat, teste Malach.cap.3.a.1. quare inuocationi ac cultui illius dictum fuit. Et Zach. cap. 8. d.21. Visitatum loquendi morem fuisse docet, vt vnus ad alterum diceret: Venite ad deprecandam faciem Domini. Hæc verò facies Filius Dei est.*
    - Apostolorum. *Apostoli enim, Luc.17.a.5. petunt sibi fidem augeri à Christo. Thomas Christum adorat & inuocat. Sic Stephanus, &c.*
    - Fidelium *omnium. Vide 1.Cor.1.a.2. 2.Tim.2.a.1. Actor.9.g.35.*
- Gratiarum *actio, 1.Tim.1. Apocal.5.*
- Iusiurandum. *Iusiurandum autem fit inuocatione nominis non solùm Patris, sed & Filij, Rom.9. a.1. veritatem dico in Christo, non mentior.*
- Obtestatio *& confessio. Confiteri autem Christum & eius nomen debemus, Matth.10.d.23. Sic & bonam obtestationem edere, 1.Tim.5.d.21. 6.c.13. 2.Tim.4.a.1. 2.Thess.3.a.4.*

Verus Deus, quo nomine Ioannes Filium Dei appellat, 1.Ioan.5. quis sit, ex Ierem.cap.10.

VERVS Deus quo nomine Filius Dei vocatur, in Ieremia describitur

- A nomine: *Vocatur enim*
  - Iehoua, *quod nomen appellatione Domini apud Latinos reddi solet.*
  - Dominus, *exercituum seu virtutum. Sic vocatur quòd Deo omnes creaturæ militent & ei subiectæ sint.*
- Ab *Attributis. Tribuitur enim vero Deo, quòd sit*
  - Deus *Magnus, id est, Excelsus vel altissimus.*
  - Rex *Gentium.*
  - Rex *Sempiternus.*
  - Deus *viuus. Neq; enim verus Deus esse potest nisi is qui viuens est Deus. Quare Ieremias verum Deum & viuentem coniungit, sicut & Paulus 1.Thess.1. b.9. Ac sit plerumq; vt Deus viuens pro vero Deo vsurpetur, vt Ios.3.c.10. 1.Samuel.17.g.36. Esa.37.a.4. 1.Tim.6. b.13. Viuens autem dicitur Deus, quia viuit ex semetipso & omnibus confert vitam.*
- Ab *operibus: Quia verus Deus*
  - Sua *non aliena virtute per semetipsum condidit terram & totum Mundum. Vide & Esa.44.a.2.d.24.*
  - Sua *Sapientia disposuit, dispensat, regit ac gubernat totum orbem.*
  - Expandit *cælum supra nos instar tentorij.*
  - Dat *vocem, id est, ventum Zephyrum, quo flante conglomerantur nubes & contrahitur aqua quæ depluit in terram.*
  - Eleuat *nubes vel vapores aut exhalationes de terra in sublime, & condensantur in aëre & generantur nubes.*
  - Fulgura *in pluuia facit. Videmus enim erumpere & emicare ex atris nubibus & ex medio imbrium fulgura & fulmina. Ac miraculum est ingens ex aqua exire ignem & in aqua quodammodo latere.*
  - Educit *etiam ventos de receptaculis suis. Nos enim nescimus vnde ventus veniat aut quò vadat. Vnde scimus Deum esse autorem ventorum.*
- A cultu. *Dicit enim Propheta: Quis te non metuat, ô Rex Gentium. Item, Ab ira eius contremiscit terra, nec sustinere possunt Gentes indignationem illius.*

¶ Cæterùm cum Filius Dei verus Deus dicatur, 1.Ioan. 5.a.5. Sequitur hæc omnia veri Dei elogia, epitheta ac attributa illi propriè competere, vt Filius Dei sit Iehoua, Dominus exercituum, Deus magnus vel altissimus, Rex æternus, Deus viuens, rerum omnium conditor, conseruator & gubernator, &c. Dauid Psal. 100 a.3. Cur verus Deus dicatur, explicat: Primò quia ipse fecerit nos Deus: ergo verus non est qui non fecit nos. Secundò quòd Dominus noster sit, nos populus illius. Tertiò quia adorandus sit & colendus. Quartò quòd bonus Dominus sit cuius bonitas non defuerit, non desit, nec defutura sit vlli generationi. Vide & Psal. 95.a.4. Quis sit verus Deus, vide etiam in Tabula: Quòd Ariani Christum Deum titularem & officialem faciunt, &c.

Collatio

Collatio locorum Ioan.17. & 1.Ioan.5. de Cognitione Patris & Filij, quæ ad consequendam vitam necessaria sit.

Summa. *Nam vterque locus modum & rationem consequendæ vitæ æternæ definit, nisi quòd Ioannes in Epistola cognitionis quoque Dei rationem ostendat, cùm dicit: Filius Dei venit, & dedit nobis mentem, vt cognoscamus illum, qui verus est. Deus enim in Christo nobis reuelatur, Ioan.1.b.18. Matth.11. d.27. Dicitur autem Christus intelligentiam nobis dedisse, non modò quia Euangelij doctrina ostendit, quisnam sit verus Deus, & Spiritu suo nos illuminat: sed quia in Christo ipso Deum habemus in carne manifestatum, vt conspicua quodammodo Dei facies in Christo reluceat.*

CONVENIVNT hi loci in

- *Vitæ æternæ meminit. Sed Christus Ioan.17. de modo consequendæ vitæ loquitur: Ioannes verò in Epistola, 1.Ioan.5. de causa vitæ æternæ, cùm dicit: Hic est verus Deus, & vita æterna. Fons enim, ex quo vitam omnes hauire liceat, Christus est, Ioan.1.c.14. 10.d.28. nam vita in Patre quodammodo abscondita, nobis in Christo offertur.*
- *Mysterij crucis, & susceptæ dispensationis ad redimendum genus humanum, mentionem facit, nisi quòd Ioan.17 paternæ missionis, 1.Ioan.5 aduentus Filij meminerit.*
- *Testatur ad rationem consequendæ vitæ, cognitionem Patris & Filij requiri. Verùm de Filio loquens Ioannes, 1.Ioan.5. non cognoscendi, sed essendi verbo vtitur: Et sumus, inquit, in vero in Filio eius* IESV *Christo. Quo verbo non cognitionem tantùm Filij complectitur, sed & fidelium cum illo coniunctionem. Plus enim est esse in eo, quàm nosse illum.*

Verbis & rebus. *Quia vterque locus*

- *Testatur vt Patrem, ita Filium verum Deum esse. Etsi autem locus Ioan.17. solum Patrem verè ac propriè Deum esse testari in specie videatur, syntaxis tamen & distinctio probè obseruata, Patrem & Filium verum Deum esse demonstrat. Nam Te, & quem misisti* IESVM *Christum, subiecta sunt in hac propositione: &, solum verum Deum, prædicata, de vtroque subiecto. Hanc verò verborum veram esse syntaxim, qua videlicet Pater & Filius, vterque Deus esse prædicatur, hæ rationes probant: Quia*
  - *1.Ioan.5 vterque: Pater videlicet et Filius, vnus Deus esse demonstratur.*
  - *Christus Ioan.17. se Patri coniungit, vt per hanc coniunctionem se vnum Deum esse significaret. Non enim potest simul cum natura creata res increata cognosci, nec vnquam res creata cum creatore connumerabitur.*
  - *Si noluisset se etiam Deum intelligi, addidisset: Et quem misisti hominem* IESVM *Christum. Nunc autem neq; addidit, nec se hominem tantùm nobis Christus tradidit, sed se Deo iunxit, vt & Deum per hanc coniunctionem sicut est, intelligi vellet.*
  - *Christus gloriam ante Mundi constitutionem se habuisse testatur. Nemo autem aliquid habere potest, nisi ipse ante fuerit, qui habet aliquid. Sed Christus habet gloriam ante Mundi constitutionem: fuit ergo Christus ante Mundi constitutionem.*
- *Idolatriam, ac falsorum Deorum cultum excludit, non Filium & Spiritum Sanctum. Locus Ioan.17. excludit per particulam Solus: locus verò 1.Ioan.5. expressa antithesi: Filioli, inquit, cauete vobis à simulacris, vel ab idolis. quasi dicat, Quia estis in vero Deo, qui est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, agite nunc, cum vnum verum Deum obseruate & colite, & à simulacris vosmet ipsos puros custodite, &c.*

Vide quæstionem de Collatione locorum, Ioan.14. & 1.Ioan.1. in fine.

Collatio locorum Ierem.9. & Ioan.17. de Cognitione Patris & Filij, qua homines ad vitam & gloriam perueniant.

Summa rei. *Nam vterque locus rationem consequendæ certitudinis salutis, seu vitæ æternæ in cognitione Patris & Filij consistere docet. Hæc Patris & Filij cognitio in sola Ecclesia est, vt testatur Dauid Psal.98.a.3. Deus in Palatijs eius agnitus est. Cognoscitur autem Deus ex verbo suo, vnde qui verbum contemnunt, veram Dei notitiam non habent, Ioan.17.d.27. Mundus te non cognouit. De hoc igitur Dñs apud Prophetas sæpè conqueritur, q impij verbo neglecto, nihil de ipso nouerint, vt Ierem.4. d.22. Stultus populus me non cognouit. Hos.4.a.1. Neq; notitia Dei est in terra. Hos 5.a.4. Dominũ non cognoscunt. Esa.1.a.3. Agnoscit bos dominũ suum, Israel me non agnoscit. Et Christus Ioan.3.c.19. Neq; me nostis, neq; Patrem meum. Ioan.16.a.3. Hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me.*

CONVENIVNT hi loci in

Verbis & rebus, &c. *V. de literam A.*

Beatitudinis, seu vitæ æternæ, quam hîc Propheta suo more gloriam appellat, mentionem facit. Vita enim æterna, aliâs gloria Dei, aliâs gloria nostra vocatur. Gloria Dei vocatur, Rom. 3. d. 23. Omnes peccauerunt, & destituuntur gloria Dei, &c. Eò quòd vita æterna in gloria Dei communicatione consistit, quam qui consequi cupiat, eum aliundè integram puritatem ac iustitiam mutuari oportet. Gloria verò nostra dicitur, 1. Corint. 2. b. 7. Loquimur sapientiam Dei in mysterio, quæ est recondita, quam præfinierat Deus ante secula in gloriam nostram. Vita autem æterna gloria nostra dicitur, quia hæc sola est, in qua acquiescere tutò possimus, & cuius respectu omnia mala patienter feramus. Hinc gloriari, in Hieremia, est beatitudinem collocare, non in rebus externis, ac caducis, non in sacrificijs, operibus, Sanctorum intercessionibus, &c. sed in Deo vero. Cæterùm cùm Paulus 1. Cor. 1. d. 31. hunc Ieremiæ locum Christo, quem ille Dominum appellat, accommodet, facilè conficitur illum verum esse Deum, in quo nobis gloriari, id est, salutem & vitam expectare liceat. Christum autem Domini appellatione insigniri à Paulo, 1. Cor. 1. d. 31. præcedentia probant.

A. Verbis & rebus. Quia vterque locus

Cognitionis Patris & Filij mentionem facit Ioannes cap. 1. a. 3. expressè, Dominus in Ieremia tacitè. Nam cognoscendi verbo vtrumque designat. Cognoscitur enim Pater per Filium. Et certè cognoscere Deum, non est simpliciter, quod Deus sit, cognoscere: sed est cognoscere mysterium crucis & susceptæ dispensationis, quòd videlicet Pater Filium humanæ salutis causa Seruatorem miserit in Mundum, cuius sanguine vita constaret omnibus credentibus. Ideò enim humiliatus fuit Christus, vt nos in altum eueheret. Vbi eò peruentũ est, tunc diuina eius maiestas profert, tunc ipse totus in Patre, & totus in eo Pater cognoscitur. Qui ergo Christum à Patris diuinitate separat, eum nondum agnouit, qui solus est verus Deus, sed alienum potius sibi Deum fabricat. Quare Christus sui ac Patris cognitionem coniungit, vt Ioan. 8. c. 19. 16. a 3. 17. b. 7. 8. vt se vnum ac verũ Deum esse significaret. Non enim potest simul cum natura creata res increata cognosci.

Testatur Patrem & Filium verũ esse Deum. Locus Ioannis expressè, Ieremiæ locus per periphrasim. Cùm enim dicit: Quia ego sum Dominus, qui misericordiam, iudicium, & iustitiam facio in terra, hac periphrasi opera veri Dei describit. Quæ cùm non Patri tantùm, sed & Filio congruant, sequitur Filium quoque verum Deum esse. Fecit enim misericordiam, & dilexit nos, ac tradidit semetipsum pro nobis. Faciet iudicium: Omnes enim sistemur Tribunali Christi, Rom. 14. c. 10. Fecit iustitiam, quæ nobis per fidem imputatur.

Idola & commentitia numina, non Filium aut Spiritum à vera diuinitate excludit. Ioannis locus per particulam solus: Ieremiæ locus per antithesim expressam: Ne glorietur, inquit, sapiens in sapientia sua, &c.

Collatio locorum Ioan. 14. circa cap. initium, & 1. Ioan. 5. circa finem capitis, de Cognitione Dei Patris & Filij.

CONVENIVNT hilociin

Verbis & rebus. Quia vterque locus

Summâ. Quia vterque locus modum & rationem consequendæ vitæ æternæ definit, quæ in cognitione Dei Patris & Filij consistit. Ac vterque locus cognitionis quoque Dei modum ostendit. Nam Christus in Ioanne dicit: Nemo venit ad Patrem, nisi per me: Si cognouissetis me, & Patrem meum vtique cognouissetis. Item: Qui videt me, videt & Patrem meum. Ioannes verò in Epistola: Filius Dei venit, & dedit nobis mentem vt cognoscamus eum, qui verus est. Vnde colligimus, Deum in Christo nobis reuelari, Ioan. 1. c. 18. Nemo enim nouit Patrem nisi Filius, & cui Filius reuelare voluerit, Matth. 11. d. 27.

Filium vitam æternam vocat. Christus enim in Ioanne dicit: Ego sum via, veritas & vita. Ioannes in Epistola: Hic est verus Deus, & vita æterna. Filium autem vitam æternam vterque locus vocat, eò quòd vitam æternam largiatur credentibus in ipsum.

Testatur ad rationem consequendæ vitæ, quæ est per Christum, cognitionem Patris & Filij requiri, nisi quòd Ioannes in Epistola de Filio loquens, non cognoscendi, sed essendi verbo vtitur: Et sumus, inquit, in vero Filio IESV Christo.

Mysterij crucis & dispensationis ad redimendum genus humanum susceptæ mentionem facit. Christus enim in Ioanne dicit: Vado paraturus vobis locum. Parauit autẽ nobis locum per crucem & passionem. Ioannes verò in Epistola: Filius Dei venit. Ad quid verò venit ille, nisi vt pro nobis pateretur?

Testatur vt Patrem ita & Filium verum Deum esse. Ioannes enim in Epistola apertè Filium verum Deum vocat. Et Filius in Ioanne non obscurè se verum Deum appellat, cùm dicit: Creditis in Deum, & in me creditе. &: Quicquid petieritis nomine meo, ego faciam. Credite enim quod ego in Patre, & Pater in me, &c.

Idola excludit. Nam cùm Christus dicit, Ego sum via: omnia idola per quæ ad Deum homines accedere tentant, damnat, ac reiicit. Ioan. verò in Epist. apertè ab idolarum fiducia & cultu nos auocat: Filioli, inquit, cauete vobis à simulacris. Vbicunq; ergo de vero Deo in Scriptura agitur, ac ne Filij, nec Spiritus expressa fiat mentio, etiamsi exclusiua addatur: non tamen hæ personæ, sed idola & commentitia numina excludantur.

¶ Quia verò vocabulum Veri malè contra vim verbi ab aduersarijs torquetur: Hoc ab illis quærendum est, de qua veritate hîc agatur, 1. Ioan. 5. Deine, an creaturarũ? Est enim alia veritas Dei, alia creaturarũ. Item, quod sit discrimen veritatis Dei, & eius quæ est creaturarum? Veritas enim Dei prima & summa est non aliundè nata, sed in Deo sine principio existens, deinde æterna & immutabilis: Creaturarum veritas non item. Item, Quotuplex sit in Deo veritas? Est enim alia essentiæ, alia qualitatis, alia operationum, alia verbi. De quo vide locos Musculi. Iam si de veritate Dei loquitur, & hanc Christo tribuit, necesse est illam summam æternam & immutabilem esse, quæ sit eiusdem essentiæ & operationis cuius sit Pater. Opponitur autem veritas Dei non solùm idolorum vanitati, sed & veritati creaturarum.

Quòd


Quòd Christus verus Deus sit, & Homo, ex cap. 2. Zachariæ.

- CHRISTVS verus
  - Deus. *Quia*
    - Deus *exercituum* vocatur. *Sic dixit Dominus exercituum: Propter gloriam misit me ad Gentes. Hic enim Christus loquens introducitur. Iehouæ autem vocabulo Propheta vtitur, quo ipsa Dei essentia denotatur.*
    - Ea *opera sibi tribuit Filius, quæ non alij quàm soli Deo tribui possunt. Quòd*
      - Gentes *debellare, & illos suo populo in prædam dare velit.*
      - Omnes *Gentes sibi adiungi, & subijci oporteat.*
      - Iuda *ipsius pars & hæreditas futura sit.*
  - Homo. *Quòd se*
    - A Deo *mitti tertiò inculcat.*
    - Ad *ipsos venturum pollicetur.*
    - Inter *ipsos habitaturum esse pollicetur. Sic enim pro Mediatoris officio loquitur, & incarnationis mysterium respicit.*

Alia de eodem, Quòd Christus verus Deus sit, & verus Homo, ex sermonibus plerisque Zachariæ Prophetæ.

- CHRISTVS secundũ traditionẽ Zachariæ est verus
  - Deus, *quod probatur*
    - A nomine. *Vocatur enim à Propheta*
      - Dominus *exercituum, Zachar. 2. a. 3.*
      - Facies *Domini, eò quòd in eo nobis innotuit Dominus, & quasi facie ad faciem locutus est, Zach. 8. d. 2. Eamus ad deprecandam faciem Domini.*
      - Socius *Dei, vel coæqualis Patri, Zach. 13. b. 7. Cùm autem socium suum vocat Deitatem, Filio tribuit.*
      - Seruator, *Zach. 9. d. 16. Non autem seruare, vel redimere posset, nisi verus Deus esset.*
    - Ab *operibus diuinis, vt sunt,*
      - A peccatis *liberare, Zach. 3. d. 9. 4. Vbi Angelis astantibus mandatur à Domino, qui se pro Iehosua medium interponit, & Satanam increpat & absterret, vt Iehosuã exuant vestibus sordidis. Et quid hoc mandato velit, mox exprimit, cùm ait: Ecce, transfire feci abs te iniquitatẽ tuam, & vestiam te mutatorijs.*
      - Stare *inter myrtos: id est, adesse Ecclesiæ suæ, etiam ante incarnationem, Zach. 1. b. 11.*
      - Debellare *Gentes, Zach. 2. b. 13. 14. b. 9.*
    - A cultu: *eò quòd Gentes illi subijcientur, & seruient, Zach. 2. d. 11.*
  - Homo, *quod probatur*
    - A nomine. *Vocatur enim*
      - Germen, *Zach. 3. c. 8. & 6. c. 12. qua voce aduentus contemptibilis in carnem significatur. Vt enim germen aliquod è terra, aut arboris trunco, quæ nihil tale paritura videbantur, excrescit: ita ille ex Dauidis familia, ignobili iam, & omnibus dignitatibus exuta, natus est, & quidem præter omnem expectationem. Vide Ierem. 23. a. 5. 33. c. 15. Esa. 11. a. 1. 23.*
      - Seruus *Dei, Zach. 3. c. 8. Qua voce humilis illius status & conditio significatur.*
      - Lapis *angularis, Zach. 3. c. 9.*
      - Pastor, *Zach. 13. b. 5.*
      - Vir *habens funiculum, Zach. 2. a. 1.*
      - Rex *& Sacerdos, Zach. 6. d. 13.*
    - Ab *officio. Quòd se*
      - A Deo *mitti non semel inculcat, Zach. 2. b. 4.*
      - Ad *ipsos venturum, & inter ipsos habitaturum esse pollicetur, Zach. 2. d. 11.*

Expositio cap. 1. Ioan. de Christi Diuinitate & Humanitate.



A. Manife-

A. Manifestior, quæ pertinet ad ipsius operationem, & manifestationem, è qua manifestas illius ex operationum virtute declaratur. Sunt autem eius opera, opus

- Creationis. Hîc disce:
  - Deum omnia per Verbum condidisse, non tanquam per Ministrum, sed tanquam per sapientiam & potentiam suam.
  - Patri Filium coniungi in opere, non vt duos Conditores statuamus, sed vt omnipotentiæ gloriam vtrique tribuamus.
  - Cur addat, Quod factum est. Ne vel Patrem, vel Verbum, vel Spiritum Sanctum includat: vel ne mala, quæ posteà autore Satana inualuerunt. Filio quoque adscribere putetur, vel ne minuta, & quæ noxia putantur, excludat. Ab Angelo enim vsque ad vermes à Deo per Verbum omnia condita sunt, & nihil est à Deo conditum, etiam minutissimum, quod non sit summa sapientia conditum, & ad certum finem prospiciat.
  - Sapientiam & potentiam Dei admirandam esse, vbi cogitamus hæc omnia absq; vllo labore, sine vlla molestia, absque vlla cuiuscunque subsidiaria opera, solo Verbo esse facta.
  - Quoties creaturis Dei vtimur & delectamur, toties de diuinitate & potentia Dei cogitandum, per quem hæc omnia facta sunt.
- Seu virtus viuificandi. Hic disce:
  - Quæcunque ab illo condita sunt, vitam aliundè non habere, quàm ex seipso.
  - Vitam in Christo perpetuam esse, non solùm temporariam, quæ in creaturis huius seculi est, sed & quæ futuri seculi est, quam ex ipso habent electi.
  - Quotquot gratiæ Christi participes non sunt, eos vera & æterna vita priuat.
  - Virtutem viuificandi non ita Verbo tribui, vt Patri illam auferamus.
- Illuminandi. Hîc disce:
  - Quid sit lux. Qua videlicet oculi mentis ad cognoscendum Deum illustrantur. Ea in Christo est.
  - Quid sint tenebræ. Cæcitas mentium, incredulitas, impietas, ignorãtia Dei. Quemadmodum autem cæcis oculis lux Solis non apprehenditur, ita & tenebricatis mentibus lux ista vitæ non capitur.
  - Mentes mortalium esse densissimas tenebras, quæ Deum & Christum eius cognoscere nequeant, nisi singulari dono Spiritus illustrentur.
  - Deum quasi lucẽ quandam diuinitatis suæ maiestatẽ per Verbũ suum, in quo & ex quo omnium est vita, ab initio Mundi mortalib⁹ declarasse, vt sint inexcusabiles.
- Redẽtionis, quo sese Mundo declarauit, & mortalium genus, homine assumto redemit. Hîc disce:
  - Quare hãc partem à præcursore Ioanne ordiatur. Quòd ab illius baptismate lux illa carnem induta manifestari cœpit, & quia hic verus testis de Christi diuinitate, & redemtionis negotio testatus est.
  - Quomodo Ioannes hunc describat:
    - A vocatione. Fuit, inquit, missus à Deo. A Deo mitti, est certo mandato Dei fungi, quod deferendum sit ad cognitionem mortalium.
    - A nomine. Quod gratiæ significationem in se contineat. Nam gratiæ Dei, quæ p Christum mundo offerebatur, Præcursor & primus Prædicator futurus erat.
    - Ab officio, ad quod sit missus. Vt videlicet testaretur de vera Luce, vt eius authoritate & testimonio moti homines credant, & hanc veram Lucem recipiant.
    - A collatione personarum Christi & Ioannis. Vbi docet,
      - Ioannem non esse veram lucem. Vnde discas, neminem Sanctorum vltra id æstimandum esse, quã quod quisque per Christi gratiam factus sit. Multi Ioannem pro Christo habebant.
      - Christũ esse veram Lucem. Hîc disce:
        - Extra Christum omnia tenebricosa esse.
        - Quicquid lucis in hominibus est, Christi referre & commendare diuinitatẽ, sive sit lumen naturæ, sive gratiæ.
        - In lumine naturæ considerandum, quantum Christi donũ malitia Satanæ vitiatum sit.
        - Qui lumine gratiæ illustrati sunt, cogitandum illis esse, se esse Lucem in Domino, non tenebras, atque ideò vt filijs lucis ambulandum.
      - Christum veram Lucem ab orbe condito in Mundo fuisse, & omnẽ hominem illuminasse: cæcum tamen Mundum non agnouisse illum.
  - Quomodo Christus ad propria venerit. Videlicet p incarnationẽ. Vrget aũt quòd Christus nõ sit agnitus, vt Mundi cæcitatẽ exaggeret. Quia nõ Gentes tantũ, sed & Israëlitæ populus Dei, quibus erat promissus, et se tot beneficijs coniũxerat, illũ contemserunt, vt nõ mirum sit, si filij Dei à Mundo ne nunc quidem recipiantur.
  - Quæ sit salus per Christum. Vt adoptemur in filios Dei.
  - Qui sint salutis huius participes. Qui videlicet credentes animis immutantur, vt ex carnalibus Spirituales fiant.

B. Humanitate. *Et verbum, inquit, caro factum est. Hic disce, quæ*

- Huius *incarnationis sint circunstatiæ: vt*
  - Quæ *sit ratio incarnati Verbi:*
    - Quia *oportuit declarari philanthropiam Dei.*
    - Vt *Christus hominibus similis fieret, quos sanctificaturus erat.*
    - Vt *filios Dei redimeret.*
    - Vt *misericors esset Pontifex in his, quæ apud Deum forent agenda, ad expianda peccata populi.*
    - Quia *oportuit perfici dignitatem illam, qua conditus erat homo ad imaginem & similitudinem Dei, id quod in Adam cœptum in Christo est perfectum.*
  - Vnde *carnem assumserit. Ex Virgine Maria, operatione Spiritus Sancti.*
  - Quomodo *facta sit ista incarnatio. Naturaliter. Concepit enim, in vtero habuit, vterum gestauit nouem mensibus. Omnia ista naturaliter gesta sunt, hoc vno dempto, quòd conceptio non est ex virili semine, sed ex Spiritu Sancto facta.*
  - Quando *facta sit ista Verbi incarnatio. In plenitudine temporis, nouissimis diebus, sub Augusto Cæsare.*
- Sint *testimonia diuinitatis & humanitatis Christi visibilia: videlicet quia*
  - In *carne hominis apparuerit, inter nos habitauerit, cum hominibus affectatoribus præcipuè suis conuersatus sit.*
  - Visa *sit & gloria illius. Hic disce:*
    - Quid *hic gloria significet. Ea videlicet, quæ Verbi huius gloriam referunt: id est, quæ diuinæ bonitatis, sapientiæ & potentiæ indicia quædam sunt, vt sunt miracula, doctrina diuina, transformatio in monte, testimonium Patris, resurrectio, ascensio, &c.*
    - Cur *addat, Gloriam quasi vnigeniti à Patre. Vt significet talem gloriam Verbi esse visam, quæ competat soli vnigenito Dei, quam ille à Patre accepit. Vnde & ab Apostolo vocatur Splendor gloriæ Dei.*
  - In *tota eius inter mortales conuersatione gratia & veritas conspecta sit. Intelligit autem per gratiam, non solùm placiditatem illam, qua erga omnes mitis & humanus apparuit, sed & fontem illum omnium donorum cœlestium, è quo omnes gratiam pro gratia accipimus. Deinde veritatem Hebraico more vsurpat pro fide, cuius oppositum est perfidia.*

Descriptio mysterij Christi, ex cap. 1. Epistolæ Pauli ad Colos. quæ quid de Christo sentiendum sit, facilè demonstrat.

QVAE *sint in Christi mysterio cognoscenda.*

- Dignitas *& supereminentia, &c. Vide literam A.*
- Opus *susceptæ dispensationis ac nostræ redemptionis. Hoc respectu vocatur Christus à Paulo*
  - Caput *Ecclesiæ, eò quòd sit Rector, Moderator, & Seruator, Ephes. 1. d. 22.*
  - Primogenitus *ex mortuis, sicut & Apoc. 1. d. 18. dicitur, & 1. Corint. 15. b. 12. &c. vbi mortis Christi mysterium attingit, vt ex illo quoq; gloriam ac præcellentiam illius asserat, ne quis morte Christi offenderent. Vocatur autem primogenitus ex mortuis, quia est autor vitæ ex omnibus mortuis primogenitus, non ad hoc tantùm, vt viuat ipse, sed vt nos quoq; ad vitam per ipsum excitemur. Hic verò Paulus*
    - Reddit *rationem eius, quod dicit factum esse Christum primogenitum ex mortuis. Quòd videlicet voluerit Deus Pater Filium suum, quem ab æterno genuit, per quem & in quem omnia creauit, & in quo omnia consistunt, non solùm viuentium esse Principem, sed & mortuorum, ideoq; mortuum tradidit, & ex mortuis excitatum primogenitum constituit, vt in omnibus primas habeat, viuisq; ac mortuis dominetur, Rom. 14. b. 9.*
    - Exprimit *quare oporteat Christum primas habere in omnibus: Propterea videlicet, quòd placuit Patri omnem diuinitatis plenitudinem in illo inhabitare. Intelligit autem nomine plenitudinis, iustitiam, sapientiam, virtutem, salutem, auxilium, tutelam, remissionem peccatorum, vitam æternam. Ita enim statuit Deus, non aliter se ac sua dona hominibus communicare, quàm per Filium. Additur & alia ratio, cur oporteat Christum primas habere in omnibus: quia placuit Deo cuncta per illum sibi reconciliari, vbi per quem erant cuncta creata, per eundem etiam reconciliarentur omnia.*

A. Dignitas

A. Dignitas & supereminentia, vt cùm Paulus vocat illum Filium Dei dilectũ. Hæc verò Christi dignitas gemina est:

Essentiæ ac diuinitatis, quia naturâ Deus est, quam communem habet cum Patre & Spiritu Sancto.

Hypostasis, quã nec cum Patre, nec cum Spiritu Sancto, neq; cum quoquã alio cõmunem, sed propriam habet, & personalem. Hac ratione vocatur

Filius Dei dilectus, sicut & Matth.3.d.17. dicitur: Hic est Filius meus dilectus, &c. vel potius, vt in Græco est, Filius dilectionis. Deus enim dilectio est, seu charitas, 1.Ioan.4.c.16. Filius illius dilectionem paternam exprimit per omnia, id quod & Spiritus illius, & Verbum, & tota pro nobis susceptа dispensatio luculentissimè testantur.

Imago Dei inconspicui, sicut & 2.Cor. 4.a.4. vocatur. Hic disce, cur

Christus imago Dei vocetur? Quòd videlicet sit naturalis, germanus, & ipsissimus Dei Filius, Patre per omnia nõ voluntate tantùm & operatione, sed & natura, essentia & diuinitate similis & æqualis, aliàs non esset perfecta illius imago. Si in illa deficeret, germanus non verus Dei Filius non esset. Oportet omnino relationem hanc inter ipsum & Patrem firmam esse, & constantem, vt Filius talis sit per omnia, qualis ipsius est Pater.

Non simpliciter dicit, Imago Dei, sed imago Dei inconspicui: quia Pater videri, seu cognosci non potest, nisi in Filio, velut in imagine, in qua se visendum, cognoscendumq; exprimere voluit, idq; mox ab initio, dum omnia per Verbum suum condidit, sicut mox sequitur. Dum Christum splendorem & imaginem illius videmus, vtique ipsum quantumuis in se inuisibilem videmus.

Primogenitus vniuersæ creaturæ, & hoc bifariam, vel respectu verbi æterni, quod genitum est à Patre ante omnem creaturam, de quo Eccles.24.c.14. dicitur primogenitus vniuersæ creaturæ, & respectu dominij. Primogenitus enim in Regno Patri succedebat, & reliquorum fratrũ erat dominus. Vide & Roman.8.d.29. Hic verò Paulus

Reddit rationem eius quod dixit, Filium primogenitum esse Dei, quia per illum, vel in eo creata sint omnia. Si enim per illum creata sunt omnia, necesse est ante omnem fuerit creaturam: necesse est etiam vt non fuerit creatus, sed genitus. Nam si creatus fuisset & ipse, quomodo per illum condita essent omnia? Nec dici potest, quòd semetipsum creârit, cùm nulla creatura suipsius creatrix esse potest. Quomodo namque quod nondum est, crearet aliquid, nedum semetipsum?

Amplificat id, quod per Christum omnia creata esse dixit, vniuersalem voculam generali quadam diuisione explicãs. Diuidit igitur omnia creata primùm in cœlestia & terrestria: deinde in visibilia & inuisibilia. Ex inuisibilibus designat Angelos nominibus dominationis, principatus, &c. eò quòd Ministri sint diuinæ potentiæ & dominationis. Voluit autem hac enumeratione omnia subijcere Christo, vt intelligamus illum Patri per omnia æqualem esse.

Repetit quod dixerat, Filium genitũ esse ante omnem creaturã, & quòd per illum creata sint omnia.

Docet non solùm creata esse omnia per Filium, sed & per illum omnia consistere & conseruari. Exerit enim vim suam per res conditas omnes, quas ipse gubernat, vegetat, moderatur, agitat & conseruat, id quod Dei munus est. Non sunt autẽ hæc sic adscribenda Filio, vt Pater excludatur. Quemadmodum enim cũ Pater crearet per Filium suum omnia, vsque adeò non erat expers operis, vt esset ipse illius autor & opifex, quemadmodum artifex operis sui, quod per sapientiam suam operatur. Ita & cùm omnia per Filium, vel in Filio conseruantur, haudquaquam sine Patre conseruantur. Ipse enim perinde est omnium Conseruator, atque omnium est Creator. Vide Rom.11.g.36. Act.17.e.24.

Christi descriptio ex cap. 1. Epist. ad Hebræos.

QVAE sint in mysterio Christi cognoscenda.

- Dignitas, quæ est vel
  - Essentiæ ac diuinitatis.
  - Hypostasis. Hac ratione vocatur Christus
    - Splendor gloriæ paternæ. Hoc nomen translatitium est. De tantis enim rebus, tamque reconditis nihil potest dici, nisi similitudine à creaturis mutuo sumpta. Dicitur autem Splendor gloriæ paternæ, eò quòd gloria Patris sit nobis inuisibilis, donec in Christo refulgeat. Splendoris voce admonemur extra Christum nihil esse lucis, sed meras tenebras. Quare se Lucem Mundi appellat, Ioan. 8. Qui Christum sequitur, non ambulat in tenebris, &c.
    - Character, seu expressa imago substantiæ Patris. Est & hæc appellatio metaphorica: ac ita Filius appellatur, quòd Patris Maiestas sit recondita, donec se veluti imagine impressa ostendat. Est autem mira similitudo, imo æqualitas typi & figuræ typo expressæ, vt & eadem est diuinitas, gloria & maiestas Patris & Filij. Imaginis voce admonemur verè & solidè Deum in Christo agnosci. Neque enim obscura est eius imago duntaxat, sed expressa effigies, quæ ipsum refert. Nomen verò hypostasis, quod substantiam vertunt, nõ essentiam Patris denotat, sed personam. Nam illud absurdè diceretur, Dei essentiam in Christo impressam esse. Sed verè aptè dicitur: Quicquid proprium habet Pater, in Christo expressum esse, vt qui hunc tenet, quicquid in Patre est simul teneat.
    - Sustentator ac Moderator omnium. Sicut enim omnia creata sunt per Filium, ita omnia in eo conseruantur. Sustentat, inquit, omnia verbo suo potenti. Verbum autem pro nutu & imperio ponitur.
    - Deus, vt est in testimonio ex Psal. 45. sumpto.
    - Creator cæli & terræ, ex Psal. 101. Hic verò Maiestatem Filij extollit, atq; illum ab ordine omnium creaturarũ eximit. Cum autem supra omnia per Filium condita esse dixerit Apostolus. Hic à Filio omnia condita esse ex Dauide probatur, ne quis ministrum tantũ, aut organum aliquod Filium fuisse putaret, non cooperatorem. Hic ergo discernit Christum ab Angelis: Christum enim Creatorem, Angelos creaturas vocat, dum dicit: Qui facit Angelos suos, &c. Item: Et tu initio terram fundasti.
  - Opus redemptionis. Hac ratione vocatur
    - Hæres: id est, caput & Dominus omnium à Patre constitutus. Quatenus enim homo factus est, hæreditatem hanc à Patre accepit, idq; propterea vt nobis recuperaret, quod in Adamo perdideramus. Hominem enim quasi Filiũ Deus constituerat initio, omnium bonorum suorum hæredem, sed per peccatum à Deo abalienatus primus homo se & posteritatem suam tàm Dei benedictione, quàm bonis omnibus priuauerat. Tunc ergo incipimus iure frui Dei bonis, cùm nos Christus, qui vniuersalis est hæres, in societatem suam admittit. Ideò enim ille hæres est, vt nos opibus suis ditet. Sine ipso omnium miserrimi & inopes sumus.
    - Purgator criminum & reconciliator. Nam morte sua Patri nos reconciliauit, & restituit bona, quæ per peccatum amiseramus.
    - Sedens in dextra Maiestatis: id est, Regnum ingressus, omnium quæ in cælo & in terra sunt, potestate accepta, vt iam cælitùs regnet in Ecclesia Sanctorum.
    - Primogenitus. Dicitur autem primogenitus per allusionem. Erant enim apud Hebræos primogeniti hæredes, & omnium bonorum domini. Vt autem Primogenitus nomen est dominij ac regni: ita Vnigenitus nomen est diuinitatis ac æternitatis argumentum.
    - Præstantior omnibus Angelis, &c. Vide literam A.

A. Præstan

Filius est, *ad quod testimonia Scripturarum ex Dauidis Psal.2. & 2.Reg.7. adducit. Hic autem singulari quadam prærogatiua nomen Filij in Christum transfert, non vt Angelis, Principibus, ac cæteris tribui solet.*

Christus *adoratur ab Angelis: id quod Dauidis testimonio ex Psal.96. probat.*

A. Præstantior omnibus Angelis, nedum hominibus. Rationes excellentiæ recenset Paulus: quia

Angeli *sunt Ministri Dei, Christus verò Rex est omnium, ex Psalmo 104. & 45. Tribuitur autem Christo Regi*

- Regnum, *ac Regni illius perpetuitas.*
- Thronus, *id quod iudiciariam potestatem significat.*
- Sceptrum *Regium, seu Virga Regni: videlicet Euangelium, quod est Sceptrum seu Virga Spiritualis. Hæc Virga recta dicitur, quia per viam planam & compendiariam ad vitam æternam ducit.*
- Vnctio, *qua vnctus fuit supra nos omnes, quia sine mensura, Ioan.3. Nos verò ad certam quisque portionem prout singulis ipse distribuit, Ephes.4. Apoc.1. Hæc vnctio propriè Christo Mediatori competit, qui vnctus dicitur Spiritu Sancto, vltra consortes suos, vt sit ipse primogenitus in multis Fratribus, Rom.8. & vt hauriamus ex eius plenitudine, Ioan.1. Oleum verò per metaphoram Spiritus Sancti vires & dona significat, vt iustitiam, fortitudinem, alacritatem, asgeudi ardorem, constantiam, veritatem, gaudium, exultationem, &c. Galat.5.*

Filius *non tantùm homo, sed & verus Deus est, Creator cœli & terræ, ex Psal.101. Angeli verò creaturæ sunt.*

Sedeat *Filius à dextris Dei, ex Psal.110. Angeli autem ministri sunt electorum.*

Appellationes Christi figuratæ, quæ vel Diuinitati illius, vel Humanitati conueniunt.

APPELLATIONES Christi. Ratione

Diuinitatis, vt

- Λόγος. *Vocatur hoc nomine, quòd eam rationem habeat cum Patre, quam sermo cum mente, non solùm quia sit à Patre citra omnem perpessionem genitus, sed etiam quòd Patri sit coniunctus, eumq; exprimat. Qui enim mente complexus est Filium, is & Patrem comprehendit, Ioan.8.14.b.7. Iam vt Filius non sit aliud, quàm breuis ac facilis quædam demonstratio naturæ Patris: siquidem omnis fœtus est, ceu tacita quædam expressio eius, à quo productus est. Vel λόγος pro λόγῳ vsurpatur: id est, loquens cum Patribus, sicut iustitia pro iustificante, fortitudo pro fortificante, Spes mea, pro faciens sperare. Nomina enim substantiua sub statu prædicationis aliis attributa, vel adiectiuè, vel metaphoricè, vel effectiuè nonnunquam vsurpari solent.*
- Splendor *gloriæ paternæ. Vocatur hoc nomine, eò quòd gloria Patris sit nobis inuisibilis, donec in Christo refulgeat. Splendoris vox admonet nos, extra Christum nihil esse lucis, sed meras tenebras. Vide Ioan.1.a.5. 8.c.12. ad Hebræos 1.a.3.*
- Imago *expressa substantiæ Patris. Eò quòd Patris maiestas sit recondita, donec se velut imagine impressam ostendat. Est autem mira similitudo, imò æqualitas typi & figuræ typo expressæ, vt & eadem est diuinitas, gloria & maiestas Patris & Filij, Hebr.1.a.3.*
- Primogenitus *omnis rei creatæ, Coloss.1.c.15. id est, antè genitus, quàm quicquàm conderetur: ideoq; æterni Patris æternus Filius. Dicitur tamen primogenitus omnis rei creatæ, & respectu dominij. Primogenitus enim in Regno Patri succedebat, & reliquorum fratrum erat dominus, Rom.8.d.29.*
- Pater *seculi, Esa.9.b.6. Seculum hoc ad æternum Ecclesiæ statum extenditur. Patris verò nomen pro authore ponitur, quia Christus Ecclesiam suam p omnes ætates propagat, & tã caput, quàm singula membra immortalitate donat.*
- Brachium *Domini, Esa.51.b.9.*

Humanitatis, *&c. Vide literam A.*

Fundamentum, 1. Corinth. 3. c. 11. Ephes. 2. d. 20. *Est enim Christus Apostolicæ & Prophetice structuræ fundamentum. Itaque Prophetæ & Apostoli fuerunt huius Templi & Ecclesiæ Dei Ministri & Architecti, non autem fundamentum ipsum. Nec sunt lapides Templi Dei, quicunque alio fundamento nituntur.*

Lapis *angularis infimus, Esa. 28. d. 16. 1. Pet. 2. b. 7. Ephes. 2. d. 20.* ἄκρο, *enim Græcis vtrumque extremum significat, & summum & infimum. Consideratur autem hic Christus tanquam is, qui ædificium totum solus sustinet, vt sicut Architecti à fundamento, sic à Christo vnico illo firmissimo lapide incipiat Ecclesiæ structura. Simili ratione de Dauide dicitur, Psal. 118. d. 22. quòd factus sit caput anguli, non habita situs summi, sed imi ratione, vt caput significet translatitiè partem ædificij præcipuam, & à qua dependent reliquæ, sicut corpus à capite, quamuis diuerso situ. Caput enim in corpore summam partem tenet: in ædificio autem fundamentum in imo subsidet, sed ædificio id præstat, quod caput corpori, ideoque caput dicitur. Nam caput Latinis pro cuiusuis rei principio, ac prima & præcipua parte ponitur. Id verò ita esse explicandum ex Paulo liquet. Nam cum Ephes. 2. d. 20. Lapidem angularem Christum vocasset, sequenti versiculo ostendit totum ædificium à Christo exurgere. Sed & anguli appellatio partem eam designat, cuius vnius firmitate totum ædificium fulcitur. Nam Hebræis anguli vocantur hi, qui authoritate præstant, & Reipublicæ molem quasi fulciant, vt 1. Samuel. 14. f. 38. Adeste huc omnes Anguli populi: id est, primores.*

Vitis, *Ioan. 15. a. 1. eò quòd in ipso, veluti palmites in vite, crescamus, & succo, quem ex eo haurimus, fructificemus. Nam sine eo nihil omnino facere possumus.*

Lapis *offendiculi, Esaiæ cap. 8. c. 14. 1. Petri cap. 2. b. 7. quòd multi in eo offendantur, & ruinam patiantur.*

Sol *iustitiæ, Malach. 4. a. 2. Quòd videlicet omnia vela & inuolucra per illum sublata sunt.*

Altare *Domini, Esa. 56. b. 7. Hebr. 13. b. 10. Quicquid enim Deo offerimus, impurum erit, nisi ex Christi Altari nostro sanctificationem mutuetur.*

Finis *Legis, Rom. 10. a. 4. Quia in eo vno nobis per fidē imputato, finem Legis (qui est, iustificare eum, qui eam obseruat) consequamur: per illum videlicet iustificati, qui & pro nobis Legem impleuit, factus est nobis iustitia, sanctificatio, &c. 1. Cor. 1. d. 30.*

Primogenitus *ex mortuis, Coloss. 1. c. 18. Apocal. 1. a. 5. Vocatur autem Primogenitus ex mortuis, quia est author vitæ, ex omnibus mortuis primogenitus: non ad hoc tantùm vt viuat ipse, sed vt nos quoque ad vitam per ipsum excitemur.*

A.

Humanitatis: *vt*

Primogenitus *inter multos Fratres, Rom. 8. d. 29. Vocatur hoc nomine Dominj & Regni respectu.*

Principium, *Coloss. 1. c. 18. id est, fons & origo Ecclesiæ.*

Germen, *vel surculus ex trunco, Esa. 11. a. 1. Quo significatur, qualis futurus sit status regni & populi Dauidici, quo tempore nasciturus erat Christus. Domus enim illa Dauidis, quam per Isai patrem Dauidis intelligit, futura erat instar trunci, in quo nihil esset reliqui, nisi quòd radices fixas in terra haberet, & tamē suo tempore proditurus erat ex hoc veluti trunco Christus, quasi quidam surculus, neglectim ex radicibus trunci progerminans, de quo nemo initio sibi pollicetur, quòd euasurus sit in arborem originali proceriorem, ac potiorem.*

Scala *Iacob, Genes. 28. c. 11. Per hunc enim ad cœlestia ascendimus, per hunc via est ad lignum vitæ, per hunc iustitia, vita, omnesque Spiritus Sancti gratiæ gradatim ad nos descendunt.*

Consiliarius, *Esa. 9. b. 6. Quo nomine vocatur, non solùm quòd possit consulere, sed quòd nostris consulat rebus, & consilia atque præcepta salutis nobis attulerit. Manet autem in æternum Domini consilium, aliorum consilia dissipabuntur.*

Pastor *fidelium, Ioan. 10. b. 11. Quòd suos fideles verbo ac Spiritu suo pascat.*

Lux *fidelium, Lux Gentium, Esaiæ 42. b. 6. Eò quòd Gentes in profundissimas tenebras demersæ essent, quo tempore Iudæis tantùm Dominus præluceat, quas tandem ex tenebris illis liberas tas, verbo suo illuminauit. Lux mundi, Ioan. 8. b. 12. Omnes enim homines ad se vocat, vt ab illo illuminentur.*

Sacerdos *æternus & Rex, in Epistola ad Hebræos. Christi Sacerdotium cum Regno coniunctum est.*

Princeps *pacis, Esa. 9. b. 6. Quòd autor sit & causa plenæ solidæ & felicitatis.*

Magister *& autor iustitiæ, Esa. 53. b. 11. Matth. 23. b. 10. Ipse enim docet iustitiam, & iustificat.*

Medicus *animarum, Esa. 53. a. 4. Missus enim in hanc carnem nostram vnigenitus Dei, morbos ac dolores nostros non inspexit tantùm more Medici, sed & in seipsum suscepit, ac portauit, quo nos à morte, ablatis à nobis languoribus, liberaret, & in vitam æternam assereret.*

Caput, *Paulus ad Ephesios 1. d. 21. Ratione videlicet membrorum, quòd sit Moderator & Seruator fidelium.*

Pestis *excidium, Oseæ 13. d. 14. Eò quòd mortis sit internecio præsens.*

Via, *Ioan. 14. b. 6. Quia per illum solum ad Patrem peruenire possumus.*

Leo, *Apocal. 5. a. 5. Propter fortitudinem & potentiam, qua deuicit peccatum, mortem, &c.*

Agnus, *Apocal. 5. c. 12. Quòd sit victima illa vera, quæ per oblationem Agni designabatur.*

Ouis, *Esa. 53. b. 7. Propter simplicitatem ac mititatem illius.*

Panis *vitæ, Ioan. 6. e. 35. Quòd per eum viuamus æternùm.*

Signum *cui contradicitur, Luc. 2. b. 12. Quo nomine significatur Christum veluti scopum fore, quem omnes certatim figere contendant.*

Diuersa de vno eodemque Dei Filio prædicata, quæ respectu diuersarum Naturarum eidem Personæ rectè tribuuntur: vt,

1. Appellationes attributæ Naturæ Christi.

DIVINAE.	HVMANAE.
DEVS *Iehouah, Ierem.23.d.23.*	HOMO, *1.Tim.1.2.b.8.*
Verus *Deus, 1.Ioan.5.c.7.*	Verus *homo ex muliere natus, Gal.4.a.4.*
Filius *Dei, Matth.17.a.5. Ioan.1.d.18.*	Filius *hominis, Luc.19.c.10. Ioan.3.c.13.*
Proprius *Dei Filius, Rom.8.d.32.*	Filius, *seu semen mulieris, Genes.3.c.15.*
Dauidis *Dominus, Psal.110.a.1.*	Filius *Dauidis, Matth.22.d.42.*
Dominus *omnium, Act.10.d.36.*	Seruus *Dei, Esa.52.53.a.4. Zach.3.c.8. & omnium, Matt. 20.c.14.*
Imago *Dei conspicui, Coloss.1.d.15. vel expressa imago substantiæ Patris, Hebr.1.a.3.*	Forma *serui, seu in similitudine hominum constitutus, Philip.2.b.7. Rom.8.a.3.*
Subsistens *ante Abrahamum, Ioan.8.g.58.*	Filius *Abrahæ, Matth.1.a.1.*
Qui *est ante omnia, Prouerb.8.d.22. Col.1.d.17.*	Qui *venit post Ioannem, Ioan.1.d.30.*
Qui *est, & qui erat, & qui venturus est, Apoc.1.c.8.*	In *plenitudine temporis missus, Galat.4.a.4. Exod.3.c.14. Ero qui ero.*
Brachium *Domini, Esa.51.b.9.*	Infirmus, *2.Cor.13.a.4. Hebr.2.c.9.*
Altissimus, *Luc.1.d.32. Ezech.1.c.10. 4.Esdr.7.d.23.33.*	Vermis, *Psal.21.b.7.*
Dominus *& Rex gloriæ, 1.Cor.2.c.8.*	Cui *neque decor, neque forma, Esa.53.a.2.*
Magnus *Deus, Tit.2.c.13.*	Minor *Ioanne, Matth.11.b.11.*
Assumens *semen Abrahæ, Hebr.2.d.16.*	Semen *assumtum, Ibid.*
Socius *Dei, Zach.13.b.7.*	Seruus *Dei, Zach.3.c.8.*
Dominus *exercituum, Zach.2.a.3.*	Missus *à Domino exercituum, Ibid.*
Fidelis *Israëlitarum defensor in terra Chanaan, Esa.8.d. 18. Mich.5.a.4. Abac.3.d.19.*	Exhibitus *in ipsa dissipatione Regni Israëlitici, Genesis 49.c.10.*
Virtus *Dei, 1.Cor.1.d.24.*	Infirmus, *2.Cor.13.a.4.*
Iustus, *Ierem.23.b.6. Zach.9.c.9.*	Peccatum *factus, 2.Cor.5.d.21.*
Oriens *ex alto, Luc.1.g.78.*	Radix *è terra siticulosa, Esa.53.a.2.*

2. Propria, seu attributa Naturæ Christi.

DIVINAE.	HVMANAE.
ESSE *in forma Dei, Philip.2.b.2.*	SVMTA *serui forma, & habitu repertus vt homo, Ibidem.*
Esse *nobiscum vsque ad consummationem seculi, Matth. 28.d.20.*	Non *semper esse nobiscum, Matth.26.c.11.*
In *cælis esse, Ioan.3.c.13.*	Descendere *de cælo, Ioan.3.c.12.*
In *te esse omnes thesauros sapientiæ & scientiæ reconditos, Coloss.2.a.3.*	Crescere *sapientia, Luc.2.g.52.*
Per *illum facta esse omnia, Ioan.1.a.3.*	Natum *esse ex muliere in plenitudine temporis, Galat.4. a.4.*
Nec *initium, nec finem habere, Hebr.7.a.3.*	Natum *esse temporibus Herodis Regis, Matth.2.a.1.*
Scire *omnia, Ioan.2.d.25. 16.c.19. Apoc.2.a.2.*	Nescire *diem extremi Iudicij, Marc.13.g.32.*
Viuere *ante incarnationem, Iob 19.d.25.*	Nouissimo *tempore stare super pulverem, Ibid.*
Esse *apud Deum, Ioan.1.a.1. Eccles.1.a.1.*	Agere *inter homines, Ioan.1.c.10. Baruch.3.g.38.*

3. Opera attributa Naturæ Christi.


DIVINAE.	HVMANAE.
DARE *aquam vitæ, Ioan.4.b.10.*	SITIRE, *Ibid.*
Pascere *fideles, Ioan.6.g.32.*	Esurire, *Matth.4.a.2. 21.c.18.*
Imperare *Satanæ, morti, peccato & mari, Luc.4.g.35. Osea 13.d.14. Matth.9.g.33. Marc.4.g.39. Luc.8.d.24.*	Supplicem *esse Patri, Ioan.17.c.11.*

Templum *corporis sui à Iudæis destructum triduo erigere, & resuscitare quos vellet, Ioan.2.d.19. 5.d.21.*	Resuscitari *à Patre, Rom.6.b.9. 1.Cor.15.c.13.&c.*
Saluare, *Matth.1.d.21. Act.4.b.12.*	Saluari. *Sic enim Psal.22.d.22.precatur: Saluum me ex ore Leonis. Vide & Ioan.17.a.5.*
Viuificare, *Ioan.5.d.21.*	Mori, *Matth.27.g.50.*
Sanctificare, *Ephes.5.f.26.*	Sanctificari, *seu segregari à Patre, Ioan.10.d.29.*
Abstergere *lacrymas, Apocal.7.d.17.*	Lacrymari, *Ioan.11.d.35.Luc.19.f.41.Hebr.5.b.7.*
Reficere *laborantes, Matth.11.d.28.*	Defatigari, *Ioan.4.a.6.*
Tranquillare *conscientiam, Col.1.d.20.Ephes.2.c.10.*	Mœrore *affici, Matth.26.b.37.*
Percutere *terram virga oris sui, & interficere impium Spiritu labiorum suorum, Esa.11.d.15.*	Percuti, *interfici, Ioan.18.d.22.Luc.22.g.64.*
Iudicare, *Ioan.5.d.22.*	Iudicari, *Matth.27.d.26.*
Dare *vitam æternam, Ioan.10.d.28.*	Obnoxium *esse morti, 2.Cor.13.a.4.*
Subiicere *sibi omnia, Philip.3.d.21.*	Subiici *illi omnia à Patre, & Patri subjici, 1.Cor.15.d.27.*

¶ CVM verò hæc diuersa de vno eodemque Christo prædicantur, hac ratione duos Christos non facimus. Vnus enim & idem Christus Deus est, & homo. Neque Deus tantùm est Christus, neque homo tantùm, sed simul & Deus & homo. Si diceremus Christum esse Deum, qui non sit homo, deinde hominem, qui non sit Deus simul, omnino alium atque alium Christum constitueremus. Non facimus duos Paulos, cùm dicimus illum spiritu esse cum Christo, & carne in sepulcro. Sol etiam, quem quotidie videmus, vnus est & idem. Non facimus autem duos Soles, cùm dicimus eum corpore suo esse in cœlo, splendore verò ac calore in terris. Non soluimus vnitatem personæ in Paulo, cùm dicimus illum spiritu esse cum Christo, carne in sepulcro, sicut nec vnitatem Solis soluimus, cùm dicimus eum corpore suo esse in cœlo, splendore verò & calore in terris. Sic nec vnitatem personæ soluimus in Christo, cùm corpus illius in cœlestibus localiter agere, Verbi verò diuinitatem infinitam & vbique esse, credimus. Atque ita eundem Christum, secundùm humanæ naturæ proprietatem, vbique esse negantes secundùm Verbi diuinitatem, nullo teneri loco, sed vbique esse fatemur.

In Christo Iesu duas esse Naturas inseparabiliter vnitas.

TABVLA I.



A. Cur

A. Cur oportuerit Mediatorem duarum esse naturarum, videlicet

Diuinæ: Deũ enim oportuit esse ppter has rationes: quia

- Oportuit peccatum contra æternam iustitiam introductum destrui & aboleri, id quod diuinitatis opus est, Esa. 43.
- Vt peccatum ita & stipendia peccati abolenda fuerunt, quæ sunt maledictio Legis, ira Dei, mors, & æterna condemnatio.
- Restituenda fuit iustitia & imago, q̃ propria inobedientia Adam perdiderat. Hæc reparari non potuit nisi per imaginem Dei æternam, per quam cuncta facta sunt.
- Adoptandi eramus in filios Dei, donatione & effusione Spiritus Sancti. Qui enim Spiritu Dei ducuntur, hi sunt filij Dei.
- Instauranda erant omnia, vt vita æterna & hæreditas donarentur. Vniuersalis autem restauratio solius Dei opus est.
- Necesse erat mediatorem inspectorem esse cordium, vt preces supplicũtium exaudire & bona petita largiri posset.
- Nisi verus Deus esset, seruare nos non potuisset.
- Cùm ira Dei sit infinita, nulla vis tanta fuit, siue Angelica siue humana, quæ tanto ponderi par esse potuisset.
- Oportuit mediatorem non vnius tantùm seculi, sed omnium inde ab initio Mundi ad finem vsq; deinde non vnius tantùm gentis, sed totius generis humani esse Mediatorem, ac talem in cuius gratiam Deus nõ paucis quibusdam, sed toti generi humano parcere posset. At nihil horũ abest ei qui tantum homo sit, perfici potest.
- Mediator talis esse debuit cui non esset opus cuiuspiam mediatione, qua Deo reconcilietur, in qua conditione est totum genus humanum. Esset autem talis si homo tantùm esset non Deus.

Humanę: Hominem enim oportuit esse Mediatorem ppter has rationes: quia

- Ordo iustitiæ diuinæ requirebat, vt sicut homo in Paradiso peccauerat, ita rursum homo pœnam persolueret. Filius igitur Dei homo factus est, Adæ personam & nomen induit, vt pœnam pro nobis sustinendo iustitiæ Dei satisfaciat.
- Legale fœdus Dei cum Adamo ictum requirebat, vt pro peccato sanguis funderetur, & morte expiatio peccatorum fieret.
- Necesse erat nos habere pontificem per omnia tentatum, vt sensu infirmitatum nostrarum affici posset.
- Oportuit existere hominem innocentem qui in persona generis humani obedientiam integrã, quam Lex requirebat, præstaret.

De Vnione duarum Naturarum in Christo.

TABVLA II.

VNIONEM duarum naturarum in Christo ꝓbant

Assumẽdi, quòd

- Existens in forma Dei essetiali seu natura, formã serui assumserit, Phil. 2. d. 7.
- Semen Abrahæ assumserit, Hebr. 2. c. 16. Vbi humanæ naturæ coniunctionem cum diuina in vna Christi persona demonstrat Apostolus: Non est enim eadem natura assumentis & assumti.

Inhabitandi, Col. 2. b. 9. In illo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter. Vbi Paulus significat coniunctionem naturarum in Christo minimè temporariam, sed perpetuam, propterea adiicit corporaliter, id est, verè, Essentialiter.

Mittendi, Gal. 4. a. 4. Emisit Deus Filiũ suum. Christus ergo nõ tunc cœpit existere. Erat enim Verbũ apud Deũ in principio, Ioã. 1. sed hominis naturã assumsit vt vnus esset Deus & homo.

Veniendi in carnem, 1. Ioan. 4. a. 2. Qui non confitetur IESVM Christum in carnem venisse, is ex Deo non est. Is igitur qui antè fuerat, venit in carnem. Vnde colligitur vnica duarum naturarum persona, quod vnum IESVM Christum nominat qui in carnem venerit.

Verba

Apparendi, 1. Ioan. 3. a. 2. In hoc apparuit Filius Dei, Apparuit scilicet in carne, sicut 1. Tim. 3. c. 16. dicitur Deus manifestatus est in carne. Vbi disertè duas creaturas in Christo significat, diuinam & humanam, quam nomine carnis declarat. Hæc Christi in carne apparitio, aliàs, per factum est, exprimitur, vt Ioan. 1. a. 1. Verbum caro factum est: vbi, factum est, pro vnitum est ponitur. Loquitur enim de personali vnione duarum naturarum. Sic accipitur & Ezech. 16. b. 8. facta es mea, id est, vnita es mihi.

Descendendi, Ioan. 3. c. 13. Qui descendit de cœlo, &c. quod autem Christus se è cœlo descendisse dicit, primùm ad diuinam naturam, deinde etiam ad conceptionis modum referendum est, non ad corporis materiã, vt Apollinaris & alij hæretici existimarũt. Deinde quod se Filiũ hominis, i. hominẽ in cœlo esse dicit, apertè duas naturas distinguit & vnã hypostasim cõfirmat.

Offerendi. Paulus enim Heb. 9. b. 9. distinguit inter carnem oblatam, & spiritum offerentem qui humanitati coniunctus sacrificium hoc gubernauerit. Spiritus enim æterni appellatione, diuinitatis cum humanitate coniunctæ efficacitatem infinitam intelligit.

Aptandi: quemadmodum Filius ad Patrem loquens, Hebr. 10. a. 5. infertur: Corpus aptasti mihi, &c. Extitit enim & ante carnem, sed inuisibilis natura, Hebr. 11. a. 3. quemadmodum & missus est ad defensionem populi, Zach. 2. a. 3. Dominus Deus exercituum vocatus.

Particula, &c. Vide literam A.

A. Particula, *secundùm carnem, Rom.1.a.3. & 9.a.3. Et passus in carne, 1.Pet.4.a.1. Mortuus ex infirmitate, scil. carnis, 2.Corinth.13.a.4. &c.* Quæ particula distinguit inter diuinam & humanam naturam. *Frustra enim hāc particulam discretiuam addidisset, nisi aliam carne priorem, imò æternam in eo agnouisset naturam.*

Deus.	Homo.
Vnigenitus *à Patre, egressus, & vnigenitus in sinu Patris, Ioan.1.c.18.*	Factus *ex muliere, Gal.4.a.4.*
Ex *ore altissimi, Eccl.24.a.5.*	Ex *semine Dauid, Rom.1.a.3.*
Dominus *omnium, Act.10.d.36.*	Seruus *omnium, Matth.20.c.14.*
Dominus *Dauid, Matth.22.d.43.*	Filius *Dauid, Matth.1.a.1.*
In *forma Dei, Phil.2.a.6.*	In *forma serui, Philip.2.b.2.*
Qui *est & qui erat & qui venturus est, Apocal.1.b.8.*	In *plenitudine temporis missus, Gal.4.a.4.*
Brachium *Domini, Esa.51.b.9.*	Infirmus, *2.Cor.13.a.4.*
Altissimus, *Luc.1.g.76.*	Vermis, *Psal.21.b.7.*
Magnus *Deus, Tit.2.c.13.*	Nouissimus *virorum, Esa.53.a.2. Minor Iohanne, Matth.11.b.11.*
Socius *Dei, Zach.13.b.7.*	Seruus *Dei, Zach.3.c.8.*
Dominus *exercituum, Zach.2.a.3.*	Missus *à Domino exercituum, Zach.2.*
Iustus, *Ierem.23.a.6.*	Peccatum, *2.Cor.5.d.21.*
Scire *omnia, Ioan.16.c.19. Apoc.2.d.23.*	Nescire *diem iudicij, Mar.13.g.32.*
Esse *apud Deum, Eccl.1.a.1. Ioan.1.a.1.*	Agere *inter homines, Ioan.1.c.10.*
Resuscitare *quos velit.*	Resuscitari *à Patre, Rom.6.b.9. 1.Cor.15.c.15.*
Dare *vitam æternam, Ioan.10.d.28.*	Obnoxium *esse morti, Ioan.3.*
Subiicere *sibi omnia, Phil.3.d.21.*	Patri *subiici, 1.Cor.15.d.27.*
Viuificare *quos velit, Ioann.5.d.21.*	Mori.
Pascere *fideles, Ioan.6.d.32.*	Esurire, *Matth.4.a.2.*
Vngere, *1.Ioan.2.d.27. Apoc.1.a.5.*	Vngi, *Luc.4.c.18. Esa.61.a.1.*

Prædicata *opposita seu diuersa quæ de vna eademq; natura intelligi nō possunt vt*

De Vnione duarum Naturarum in Christo.

TABVLA III.

Hic dise: *Quòd*

Solæ *duæ naturæ illæ, diuina scilicet & humana, hæq; simul & quidem perfectè concurrāt vel vnian tur. Sunt autem speciales & singulares humanæ naturæ à Christo assumtæ conditiones: Quòd*

- Susceperit *Filius Adami naturam, non illam quæ ante peccatū, sed eam quæ post peccatum & corruptionem cœpit esse. Nam & Virgo Maria ex qua incarnatus est Christus, ex ea, quæ peccauerat, Adæ natura erat. Nec passiones, quibus Christus obnoxius erat, humanæ naturæ ante lapsum competebant, sed post illum demique competere cœperunt.*
- Etsi *natura illa quam suscepit Filius peccato esset obnoxia, ab humanitate tamen Christi peccatum excludatur. Atq; id quidem propter diuinitatis cū humanitate vnionem, & quod è Spiritu Sancto conceptus ex Virgine natus sit. Id verò de materiali tantùm, id est, defectu & actu accipi debet, non de formali, id est, reatu seu pœnis, quas pro nobis vltrò in hac vita subiit. Sic enim & Paulus loquitur: Eum qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, 2.Corin.5.d.21. Eatenus ergo natura illa quæ peccato & reatui obnoxia erat, in illa Christi assumtione expurgata ab illa diuinitatis virtute, desijt obnoxia esse peccato quoad materiale, soli reatui, quoad huius vitæ pœnas, obnoxia manens, idq; nostri causa, quorum susceperat partes.*
- Etsi *natura Adæ quam Filius Dei suscepit, corruptioni sit obnoxia, Christi tamen humanitas vt à peccato ita & à corruptione excludatur, vt quod corruptibile erat sine corruptionis passionibus manserit. Id quod de totali corporis destructione, seu corruptionis pro dominio, vt cum in puluerem corpora rediguntur, intelligi debet. Talis enim corporis conditio, vt penitus destrueretur, in Christo non erat, id quod & Psalmus prædixit: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, Psal.15.c.7. Act.2.d.27. &c. Fuerunt tamen & in Christo cùm necessariæ tum voluntariæ affectiones vel passiones, iuxta quas non dicitur corpus illius incorruptibile penitus fuisse, vt sunt: Esuries, sitis, mœstitia, dolor, labor & cætera passiones. Vide Hebr.4.c.15.*
- Christi *caro benedicta ex Virgine nata, maledictioni per se non sit obnoxia.*
- Humana *Christi natura in quibusdam nostræ similis sit, in quibusdam sublimior superiorq; nostra. Nam & homo erat & sublimior etiam quam pro vulgari hominis conditione. Vnde illud: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur, Ioan.7.c.46. Item, Habens authoritatem non sicut Scribæ, &c.*

Vna *sola duntaxat, & seq. Vide literam A.*

A. Vna *sola duntaxat in Christo persona sit & non plures, ac ea quidem integra & perfecta.*

Naturæ *illæ in Christo neq; confusæ sunt, inter se, neq; ita etiam comparatæ vt distrahi, separari diuelliq; vel debeant vel possint, nec mutata vna in aliam.*

Diuina *natura assumserit, vnieritq; sibi humanam, ita tamen vt diuina quidem sit assumens ac vniens, humana verò natura assumta ac vnita.*

Filius *Dei humanam naturam nostram cum diuinitate sua vnierit ineffabili modo, & quidem ita vt nec mutationes vllæ seu confusiones illarum mutuæ sint factæ, nec separationis illarum vlla sit ratio constituenda. Hoc autem in aliis etiam valet, vt vniuersale sit, modum in mysteriis diuinis cùm ad summam peruentum est, non esse inquirendum, sed Deo committendum, sola interea fide mysteriis illis comprehensis.*

De Diuinitate Spiritus Sancti.

TABVLA I.

Spiritus *Sanctus non donum tantùm sed & donorum distributricem personam in Scriptura significet: quia*

- Paulus, 1. *Corin.* 12. *a.* 4. *discernit Spiritum Sanctum donorum distributorem à donis Spiritus, cùm dicit diuersa esse dona, vnum tamen esse Spiritum. Quo dicto donorum authorem & originem Spiritum Sanctum facit.*
- Tribuitur *Spiritui Sancto beneplacitum, Act.* 15. *d.* 28. *visum est Spiritui Sancto, id quod & Patri tribuitur, Matth.* 11. *d.* 26. *quod certæ personæ est nō motus aut doni.*
- Spiritus *Sanctus præcipit quæ facienda sunt, prohibet non facienda, Actor.* 16. *a.* 6. *Vetiti sunt à Spiritu Sancto loqui sermonem in Asia, &c.*
- Tribuitur *ei sermo seu locutio, Matth.* 10. *c.* 20. *Spiritus Patris vestri loquitur in vobis, Act.* 13. *a.* 2. *Dixit Spiritus Sanctus,* 1. *Timot.* 4. *a.* 1. *Spiritus certo loquitur. Id quod personæ est non doni.*
- Tribuitur *ei habitatio,* 1. *Cor.* 3. *c.* 16. *Spiritus Dei habitat in vobis. quod personæ est.*
- Tribuitur *ei voluntas & eius efficacia,* 1. *Corin.* 12. *b.* 11. *Diuidens vnicuiq; sicut vult: Ioan.* 3. *b.* 8. *vento tribuitur voluntas per translationem. Creaturis, Rom.* 8. *a.* 2. *per prosopopœiam, & tunc accipitur pro impetu & inclinatione naturali.*
- Duxit *Christum sua virtute in desertum & in Galilæam, Luc.* 4. *c.* 14. *Duxit & populum Israel ex Ægypto, Esa.* 63. *b.* 10.
- Templum *ei datur, quod personæ est, nec alterius quàm Dei,* 1. *Corin.* 6. *d.* 19.

Loci tres. Quòd

- Sicut *spiritus hominis non est alienus à natura hominis, ita & Spiritus Dei Patris non est alienus à natura & essentia Patris.*
- Paulus, 1. *Cor.* 2. *b.* 11. *discernit Spiritum Dei à spiritu hominis.*
- Christus *virtute Spiritus ductus est in desertum & in Galilæam, Luc.* 4. *c.* 14. *At Filius Dei non ita imbecillis erat vt creati Spiritus virtute indigeret.*
- Blasphemia *in Spiritum Sanctum non remittitur, Matth.* 12. *d.* 32. *remittitur autem blasphemia in creaturas.*

Spiritus *Sanctus non sit creatura: qa*

- Si *creatura esset, necesse erit confiteri ipsum quoq; vanitati subiectum esse: omnis enim creatura vanitati subiecta est, Rom.* 8. *d.* 20.
- Creatura *habet substantiam circumscriptam, Spiritus Sanctus non habet.*
- Credentes *sunt templa Spiritus Sancti. Templa autem non creaturis, sed vni Deo debentur.*
- Vbi *Esaias cap.* 6. *b.* 8. *Dominum exercituum loquentem inducit, Paulus Act.* 28. *d.* 25. *Spiritum esse docet qui loquitur, & verba quæ Prophetæ palàm dicunt esse Dei exercituum. Apostoli ad Spiritum Sanctum referunt, vt Actor.* 1. *b.* 8. *Hebr.* 3. *a.* 7. 10. *d.* 30. *Ex his ita colligi poterit: Quicquid est, nec creatura est, nec temporale, nec initium habet, id necesse est verum Deum esse. Spiritus creatura non est, nec temporalis, sed æternus, nec initium habet: Ergo necesse est illum Deum verum esse.*

Spiritus *Sanctus Deus sit, &c. Vide literam A.*

A. Spiritus Sanctus Deus sit: quod probatur

A nomine: vocatur enim
- Deus, *Actor. 5. a. 3. Vbi primùm Petrus Ananiam Spiritui Sancto mentitum esse dicit: deinde rem exaggerans quis sit Spiritus Sanctus explicat dicens: Non es mentitus hominibus, sed Deo. Pro eodem ergo accipit mentiri Spiritui Sancto & mentiri Deo, sicut 1. Cor. 3. c. 17. templum esse Spiritus, & templum Dei. Nam & articulus Græcus vtrobiq; additur. Sic & 1. Cor. 14. a. 2. quem primùm Deum appellauit, postea Spiritum appellat, qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo. Et subiicit statim: Spiritui autem loquitur mysteria, quod rectè respondet illi quod præcesserat: Non hominibus loquitur, sed Deo, 1. Cor. 12. a. 4. 5. 6. Dominus & Deus appellatur. Vide & Esa. 63. c. 14. Vbi quem Spiritum appellauit, postea Deum appellat.*
- Dominus, *1. Cor. 12. a. 5. quo nomine & Pater & Filius vocari solet, 2. Cor. 3. c. 17. Dominus, id est, Deus appellatur. Articulus enim Græcus tribuit nomini Spiritus, locum & intellectum subiecti. Vide & 2. Thess. 3. a. 5. Dominus dirigat corda vestra, &c.*
- Bonus, *Psal. 142. b. 10. Spiritus tuus bonus deducat me: Nemo autem bonus niſi solus Deus, Luc. 18. d. 19.*
- Veritas, *1. Ioan. 5. a. 6.*
- Sanctus *passim in scripturis. Dicitur aũt sanctus nõ sanctificatus, sed sanctificãs.*
- Æternus, *Hebr. 9. c. 14. Qui per Spiritum æternum obtulit se, &c.*
- Euangelij *ac totius Scripturæ Sacræ author, 2. Pet. 1. d. 21.*
- Fidelium *director, Rom. 8. b. 9.*
- Perfectus *fidelium Doctor, Ioan. 16. c. 13.*
- Iudex *Mundi, Ioan. 16. c. 13. Arguit Mundum, &c.*
- Omnipotens, *Sap. 7. c. 15. Esa. 40. c. 13. Quis adiuuit Spiritum Domini & quis à consiliis ei fuit? quòd Paulus, Rom. 11. d. 33. Deo ipsi tribuit.*
- Ignis, *quod sordes nostras non aliter purgat q̃ aurum igni excoquitur, Matt. 3. b. 11.*
- Aqua *Ioannis 3. a. 5. eo quod emundet nos.*
- Digitus *Dei, Exod. 8. d. 19. Luc. 11. d. 20. quod Dñs per Spiritũ virtutẽ suã exerat.*

Ab operib. Spiritus. Sicut enim Pater & Filius, ita & Spiritus
- Creat, *Iob. 26. c. 13. 33. a. 4. Spiritus Domini condidit me, Psal. 33. a. 6. Verbo Domini cœli firmati sunt, &c. Psal. 103. d. 30. Mittes Spiritum tuum & creãtur. Quod de Spiritu sancto intelligendum esse particula sequens ostendit, cùm dicit: Et renouabis faciem terræ. Neq; enim de animantibus ac spirantibus tantùm loquitur Propheta, sed de omnibus in vniuersum creaturis, quibus terræ facies renouatur. Quòd verò Spiritus à Patre ad opus creationis mitti dicitur, ne ob id Patre minorem esse iudicemus. Nam & radius Solis mittitur in terram, & tamen non idcirco dicitur alienus à Sole propter eam remissionem, neq; excluditur ipsius Solis operatio. Sic & de missione Spiritus Sancti sentiendum est. Sic mittitur vt tamen à mittente non separetur, sic missus operatur, & opus creationis perficit, vt tamen nec Pater Creator, nec Verbum quo conduntur omnia ab opere creationis excludantur. Iam verò cum inter creatorem & creaturam nullum planè sit mediũ, sed quicquid existat, id aut creator sit aut creatura, & Spiritus Creator sit: sequitur illum creaturam non esse & proinde verum Deum.*
- Sustinet, vegetat, viuificat & perficit omnia vbiq; diffusus, *Psal 138. b. 7. Rom. 8. b. 6. 2. Cor. 2. b. 4. Sap. 1. b. 7. Spiritus Domini replet orbem.*
- Sapientiam *& loquendi facultatem largitur, Matth. 10. d. 20.*
- Miracula *facit, Roman. 15. per potentiam signorum, per potentiam Spiritus.*
- Inuestigat *profunda Dei, 1. Cor. 2. c. 10. Quod nulla creatura facere potest.*
- Dona *distribuit, 1. Corinth. 12. c. 11.*
- Filios *Dei facit, Rom. 8. d. 14. qui Spiritu Christi ducuntur, hi sunt filij Dei.*
- Sanctificat, *Rom. 1. a. 4.*
- Ecclesiam *regit, ac ministros designat, Act. 13. a. 4. Esa. 48. d. 16. Dominus Deus misit me & Spiritus eius.*
- Gratiam *& pacem largitur, Apoc. 1. a. 4.*
- Iustificat, *1. Cor. 6. c. 11. Iustificati estis per nomen Domini & Spiritum Dei nostri.*
- Liberos *facit, 2. Cor. 3. d. 17. Vbi Spiritus, ibi libertas.*
- Regenerat, *Ioan. 3. Tit. 3. a. 5.* (12. c. 10.
- Monet *corda ad bona opera & inuocationẽ. Hinc & Spiritus precũ dicitur, Zach.*
- Eduxit *populum ex Ægypto, Esa. 63. c. 10. Spiritus Dñi duxit eum quasi iumentũ.*
- Remittit *peccata, Ioan. 20. d. 23. Accipite Spiritum Sanctum, quorumcunq; remiseritis, quasi dicat, Spiritus remittet non vos.*
- Reuelat *mysteria, Ioan. 16. c. 13.*
- Fidem *largitur, 1. Corinth. 6. c. 11.*
- Pios *motus excitat, Rom. 8. d. 26.*
- Docet *fideles, Ioan. 16. c. 13.*

A cultu. *Vide literam A.*

Eius verbum audiendum est in Ecclesia, Apoc. 2. d. 22. *Qui habet aures audiendi, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Verbum autem Dei* solum audiendum est.

Patri & Filio coniungitur, Matth. 28. d. 19. 2. Corinth. 13. c. 13. Apocal. 1. a. 4. &c.

A. A cultu: quia

Tribuitur ei adoratio ac inuocatio. Quòd verò Spiritus Sanctus inuocari debeat probatur: Quia

- Deus est.
- Credimus *in Spiritum Sanctum iuxta Symbolum Apostolorum. Porrò fides & inuocatio res sunt inter se cõiunctissimæ, vt non inuocemus nisi eum in quẽ credimus, Rom. 10. c. 14. quomodo inuocabunt eum in quem non crediderunt?*
- Templa *sumus Spiritus Sancti. Templa autem eius inuocationi & cultui consecrata sunt cuius sunt templa.*
- Et *Apostoli Spiritum Sanctum inuocasse leguntur, 2. Thess. 3. c. 13. Act. 13. a. 2. Cum autem ministrarent Domino, ieiunarũtq; dixit Spiritus S. &c. Nam* λειτουργεῖν *qua voce Lucas vtitur in genere quidem ministrare seu munus publicum exequi significat, siue id fiat docendo, siue precãdo, siue aliis modis. Hîc tamen pro precari vsurpari inde facilè liquet: Quia*
  - Adiungitur *illi ieiunium. Scriptura enim hæc coniungere solet, vt Dan. 9. a. 3. Tob. 12. Iudith. 4. c. 10. Matth. 17. Marc. 9. Luc. 2. &c.*
  - Spiritus *Sanctus illis ad vota respondisse dicitur.*
  - Statim *in Epilogo sequitur, cũq; ieiunassent & orassent.*

In *eius nomine baptizamur, sicut nomine Patris & Filij.*

De Diuinitate Spiritus Sancti.

TABVLA II.

Loci tres.

Quòd *Spiritus S. sit persona agens & mouẽs animos & mentes hominum, non motus, actio seu agitatio mentis, quod probatur: quia*

- Actioni, *motui, accidenti seu qualitati non tribuitur vis agendi, sed substantiæ, Spiritui Sancto autem tribuitur loqui, Matth. 10. d. 20. Docere, Ioann. 15. d. 26. Testificari, Actor. 20. d. 23. Consolari, Ioan. 14. c. 16. Ædificare Ecclesiam, Act. 20. d. 28. Vocare ministros, Act. 13. f. 52. Distribuere dona salutaria Ecclesiæ, 1. Corin. 12. c. 11. Creare, Gen. 1. a. 3. Intercedere, Rom. 8. d. 26. Gal. 4. a. 6. Item ab operibus suis dicitur Spiritus Sapientiæ & reuelationis, Ephes. 1. c. 13. potentiæ, dilectionis, sobrietatis, 2. Tim. 1. Gratiæ & precum, Zach. 12. c. 10. consilij, fortitudinis, timoris Domini, Esa. 11. a. 2. veritatis, Ioann. 14. adoptionis, Roman. 8. c. 15.*
- Vnus *idemq; numero motus animi non est in pluribus personis. Nam exempli causa alius est animi ardor pro gloria Dei in Phinee, & alius in Helia, alius in Ioanne Baptista, quamuis vnus quidam animi motus sit similitudine quadã, non tamen simpliciter vnus & idem numero est, subiecto enim tempore & similibus rebus differunt. Sed vnus idemq; numero Spiritus Sanctus inest pluribus & differentibus personis, &c.*
- Paulus *disertè testatur dona quidem varia esse, vnum tamen esse Spiritum, & per hunc vnum, eundemq; Spiritum dari & distribui omnia dona. Necessariò ergo Spiritus Sanctus author donorum à donis suis distinguendus est.*
- Tribuitur *ei beneplacitum, Act. 15. d. 28. visum est Spiritui Sancto ac nobis.*
- Præcipit *quæ facienda sunt, prohibet non facienda, Actor. 16. b. 7. Non permisit eos Spiritus, &c.*
- Datur *ei habitatio, 1. Corinth. 3. c. 16.*
- Tribuitur *ei voluntas & eius efficasia, 1. Corinth. 12. c. 11. Diuidens peculiariter vnicuique sicut vult.*
- Datur *ei templum quod personæ est, nec alterius quàm Dei. Templum eius sunt omnes credentes, 1. Corinth. 3. c. 16. 6. d. 19.*

Quòd *persona Spiritus Sancti, & seq. Vide literam A.*

In Baptismo Christi distinguuntur personæ. Pater enim loquitur de cælo, Filius baptizatur, Spiritus Sanctus visus est Columbæ specie.

Iussi sumus baptizari, in nomen Patris & Filij & Spiritus Sancti, vbi apertè personæ distinguuntur, quibus tamen eadem tribuuntur.

Quòd persona Spiritus Sancti sit distincta à Patris & Filij persona: qa

Pater & Filius mittunt Spiritum Sanctum, quem Filius ipse alium à se nominat, Ioan. 14. d. 26. & à Patre procedere dicit: Mittentem autem & missum eum qui procedit Spiritum, & à quo procedit, distinctos esse oportet.

In historia conceptionis tres numerantur, Altissimus, Filius, & Spiritus Sanctus, bis distinctè numerantur. Sed & multis aliis in locis connumerantur Pater, Filius & Spiritus Sanctus, vt Rom. 8. d. 39. 2. Cor. 13. c. 13. Ephes. 1. c. 17. 2. c. 18. 3. c. 16. Gal. 4. 1. Ioan. 5. v. 5. Matt. 28. d. 19. In quibus distinctè nominantur Pater, Filius & Spiritus Sanctus. De Spiritu Sancto scribitur quod per ipsum inhabitantem in nobis viuificemur, adoptemur in Filios Dei, corroboremur & renouemur. Ipsi tribuitur clamor, eò quòd efficit vt nos ad Deum clamemus. Ipse denique testis est Filij Dei, quæ omnia non conueniunt agitationi mentis, sed viuenti intelligentiâ, personæ & quidem distinctæ à Patris & Filij persona, sicut & distinctè nominantur Pater, Filius & S.S.

A.

Deus. Nam Sacræ literæ cùm de Spiritu Sancto loquuntur, tribuunt ei Dei nomen, & nomina hæc Dei & Spiritus Sancti sæpe permutantur, vt Act. 5. 1. Corin. 3. & 6. 1. Cor. 14. Item, Esa. 63. c. 14. vbi quem Spiritum appellauit, postea Deum appellat. Sic Ezech. 2. 3. 11. quem antè Spiritum postea Iehouam appellat: & 1. Corinth. 12. quem prius Deum, postea Spiritum appellat. Item Psal. 94. d. 22. & Hebr. 3. Nam in Dauide Iehoua, in Paulo Spiritus nominatur. Item Esa. 6. c. 9. & Act. 28. d. 25. Nam qui in Esaia Deus exercituum, à Paulo in Actis Spiritus Sanctus nominatur. Item, Ierem. 31. d. 33. & Heb. 10. c. 15. Qui enim in Ieremia Iehoua, in Paulo Spiritus Sanctus dicitur, Esa. 54. c. 13. dicit Dominus: Dabo omnes filios tuos à Deo doctos. Hic apertè duarũ personarum fit mentio, Patris & Spiritus Sancti. Nam cùm dicit: Dabo, Patrem loquentem introducit, cùm dicit à Deo doctos, de Spiritu Sancto loquitur qui docet omnem veritatem, teste Christo, Ioan. 14. d. 25. 16. c. 13. Et certè alius est qui loquitur, alius de quo loquitur aliquis. Spiritus verò Sanctus hîc apertè Deus nominatur Iehouah. Cùm igitur nomina ita permutentur, & vnum numero opus modò Deo absolutè tribuitur, modò Spiritui Sancto, ac apertè etiam Spiritum S. Christus appellet, facile liquet S.S. esse Deum.

Patris & Christi Spiritus, Roman. 8. b. 9. Gal. 4. a. 6. Ioan. 15. c. 14. 16. c. 14. Cùm autem spiritus à Deo emanet & procedat, necesse est eum Deum & increatæ naturæ esse. Ea enim quæ condita sunt, extra Dei essentiam sunt, neq; ex Deo emanare dicuntur. Deinde essentialis Spiritus eiusdem est essentiæ cum illo cuius spiritus est. Spiritus autem Dei qui ex illo promanat, omnino est substantialis Spiritus Dei seu essentialis, nisi in Deo accidens ponere velimus. Et vt Spiritus hominis ad naturam hominis pertinet, ita Spiritus Dei diuinæ naturæ est.

A nomine: Vocatur enī Spiritus Sanctus

Quòd Spiritus Sanctus sit verꝰ Deꝰ Patri & Filio coæternus & coæqualis. Quòd pbatur

Dominus, 2. Cor. 3. c. 17. Articulus enim Græcus tribuit nomini Spiritus locũ subiecti: falsum autem est quod Erasmus & alij quidam per spiritum hoc loco Christum intelligunt, quòd Legis sit anima. Nam cùm antea de conuersione ad Dominum dixerit, hîc de quo Domino intelligat, explanat, nempè de Spiritu, cui propriè tribuitur velaminis sublatio, id est, illuminatio mentis. Sic & Thes. 3. a. 5. Dominus dirigat corda vestra in dilectionem Dei & exspectationem Christi. Vbi proculdubiò nomen Domini pro Spiritu S. penitur & discernitur à Patris & Filij persona. Si enim de Patre dixisset, dicere debebat, Dominus vos dirigat in dilectionẽ sui, si de Filio, addi debebat, in suam ipsius expectationem. Huic affine est quod 1. Thess. 3. c. 12. scriptum est: Dñs vos abundantes faciat & cõfirmet corda vestra irreprehensibilia coram Deo & Patre in aduentu Domini nostri IESV Christi. Vide & præcedentia.

Ignis, Matth. 3. b. 11. quod sordes nostras non aliter purgat quàm aurum ignis concoquitur.

Aqua, Ioan. 3. a. 5. eò quòd emundet nos.

Ab attributis, & seq. Vide literam B.

B. Ab at-

Immensus *& infinitus, quia dicitur habitare in fidelibus, 1. Cor. 3. c. 16. nec habet substantiam circumscriptam seu finitam, sed orbem repleat, Sapien. 1. a. 7.*

Immutabilis, *quia quæ à Spiritu Sancto prædicata sunt, Scriptura testatur esse immutabilia, Act. 1. c. 16. Ioan. 10. d. 35.*

Æternus, *Hebr. 9. c. 14. Quod enim immutabile & inconuertibile est, æternum sit necesse est. Et est Patris & Filij æterni Spiritus.*

Ab attributis: quòd sit

Omnipotens, *Sap. 7. c. 15. Esa. 40. c. 13. Quis adiuuit Spiritum Domini. Virtus Dei est & digitus & efficit omnia vt vult, 1. Cor. 12. c. 11. Psal. 95. a. 6.*

Immensæ *sapientiæ quòd vaticiniorum omnium author sit; cuius Spiritu Prophetæ locuti sunt, 2. Pet. 1. d. 21. Vide & 2. Samuel. 23. a. 2. & Zach. 7. c. 12.*

Sanctus, *qui mentes hominum sanctificet, 2. Thess. 2. c. 14.*

Verax, *quia Spiritus veritatis dicitur, Ioan. 15. d. 26. 1. Ioan. 5. d. 20.*

Iudex *Mundi, Ioan. 16. b. 8. Arguet Mundum de peccato, &c.*

Ab operib. quæ sunt triplicis generis. Aliud enim est

Creationis. *Nam Spiritus Sanctus Mundum condidit & conseruat, Gene. 1. a. 3. Psal. 33. a. 6. 103. d. 30. Iob. 33. a. 4. Esa. 40. c. 13. Quis adiuuit Spiritum Domini? scil. creando. Item, Psal. 103. Heb. 3. Et cum Act. 1. c. 16. dicatur, Spiritum Sanctum locutum esse per os Dauid, atq; is qui per os Dauid locutus est, Act. 4. d. 24. cœli & terræ Creator dicatur; facilè conficitur Spiritum Sanctum Creatorem esse. Item Spiritus Sanctus cum Patre & Filio Creator est humanæ naturæ, quam Filius Dei in vterò virginis assumpsit, vt testantur Euangelistæ. Cùm igitur Spiritus Sanctus Creator sit filij iuxta humanam naturam, quomodo negabimus eum cæterarum creaturarum authorem esse? Esaiæ verò 44. a. 2. 54. c. 5. & Psal. 149. a. 2. Hebræum Osee cha multitudinis numero ponitur, factores tui; respectu scilicet personarum, vt in Psal. 149. Lætetur Israel in factoribus suis. Sic & Iob. 35. c. 10. vbi est Deus factores mei?*

Miraculorum. *Miracula enim facit & potestatem aliis faciendi tradit, 1. Cor. 12. c. 11. Rom. 15. c. 19. Miraculorum verò author est verus ac vnus Deus. Hic igitur est qui cum signis & portentis eduxit populum Israel ex Ægypto, Esa. 63. c. 10. vbi Propheta Spiritum Sanctum exasperatum esse dicit, quod Moses Deut. 9. a. 3. &c. Deo vero Iehouah tribuit.*

Restitutionis Mundi: vt quod

- Colligit *Ecclesiam & ædificat, Ephes. 2. c. 19.*
- Ministros *colligit & donis instruit, Actor. 13. 20. d. 23. Esa. 48. c. 16. Dominus misit me, &c.*
- Adoptat *in filios Deo, vnde Spiritus adoptionis dicitur, Rom. 8. c. 15.*
- Condonat *peccata, Ioan. 20. d. 23.*
- Regit *actiones piorum, Rom. 8. d. 26.*
- Regenerat, *Ioan. 3. Tit. 3. a. 5.*
- Sanctificat, *vnde & sanctus dicitur quod & nos sanctificet, 1. Corin. 6. c. 11.*
- Sustinet, *vegetat & perficit omnia vbiq; diffusus, Psal. 138. a. 7.*
- Sapientiam *& loquendi facultatem largitur, Matth. 10. d. 20.*
- Gratiam *& patrem largitur cum Patre & Filio, Apocal. 1. a. 4.*
- Liberos *facit, 2. Cor. 3. b. 17.*
- Monet *corda ad bona opera, inuocationem & gratiarum actionem, &c.*
- Fidem *largitur, &c. 1. Cor. 6. c. 11.*

A cultu qui Deo debetur: quia

Spiritus *Sanctus templum habet non manufactum, sed viuum & spirituale, 1. Corinth. 3. c. 17. Templum autem non nisi Deo ac in eius cultum consecratur.*

Verbum *Spiritus Sancti audiendum est. Verbum autem Dei in Ecclesia audiendum est, non alterius. Apoc. 2. d. 29. Qui habet aures audiendi, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Spiritus Sanctus ergo vt Deus colendus est.*

Spiritus *Sanctus inuocandus est, &c. Vide literam C.*

Spiritus *Sanctus vbiq; Patri & Filio connumeratur, vt Matt. 28. c. 19. 2. Corin. 13. c. 13. Gal. 4. Ephes. 1. c. 17. 2. c. 18. 3. c. 16. 1. Ioan. 5. a. 5. &c. Vt enim non potest simul cum natura creata res increata cognosci, ita nec vnquam cum creaturis connumerabitur.*

Illi *vt Deo seruimus, Phil. 3. a. 3. qui Spiritui Deo seruimus. Vbi Græcarum exemplarium authoritate standum esse monuit Ambrosius lib. 2. de Spiritu Sancto cap. 6. in quibus sic habetur: οι πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες; id est, qui Spiritui Deo seruimus. Locus enim in Latinis Codicibus falsariorum perfidia corruptus est.*

A formula *Baptismi*. *Baptismus enim iuxta Christi præscriptum administratus, solennis est invocationis formula ab ipso Christo Ecclesiæ tradita, in qua petimus baptizatum in gratiam recipi ab vno Deo, Patre, Filio & Spiritu Sancto. Ad huius cultum & invocationem baptizatus obligatur. Et cùm Paulus fidei, Baptismi & Dei vnitatem conuertat, Eph. 4. a. 5. Spiritum Sanctum non modò Deum, sed & vnum Deum cum Patre & Filio esse colligimus. Nam cùm vna sit Fides, & Baptismus vnius in Deum fidei nota quædam sit & sigillum, quo videlicet testamur nos vni Deo velut imperatori nostro nomen dedisse, sequitur Spiritum Sanctum, in cuius etiam nomine baptizamur, cum Patre & Filio vnum esse Deum, in quem nobis fidendum sit proinde etiam invocandum. Id verò ex significationibus etiam votis Nominis facilè constare potest. Nomen enim cum Deo tribuitur, etsi variè accipiatur, omnes tamen eius vocabuli acceptiones ad formam hanc baptismi referri possunt. Accipitur autem sæpe pro ipso Deo, quod quidem ratione non caret. Nam quia nobis incomprehensibilis est Dei essentia, quatenus nobis patefacta est eius gratia & virtus in eum sperare conuenit. Itaq; ex eius nomine invocandi fiducia nascitur. Sic accipitur nomen Dei Psal. 20. a. 1. Eleuet, inquit, te nomen Dei Iacob, id est, Deus ipse. Secundò accipitur pro maiestate & attributis Dei quæ de eo Scriptura prædicat, quòd videlicet sit iustus, bonus, fidelis, verax, piorum defensor, &c. Psal. 9. a. 11. Et sperabunt in te qui nouerunt nomen tuum. Tertiò accipitur pro celebri eius notitia, Psal. 8. a. 1. Domine Dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Quartò pro potentia & authoritate diuina, Psalmo 144. c. 18. propè est nomen tuum illis qui opera tua commemorant. Item Act. 4. a. 7. Qua authoritate & quo nomine, id est, cuius authoritate & mandato feciſtis hoc? Mar. 16. c. 17. In nomine meo Dæmonia eiicient. Quintò pro excellentia, amplitudine & cultu diuino, Eph. 1. d. 21. sedere fecit supra omne nomen quod nominatur, &c. & Philip. 2. b. 9. donauit ei nomen quod est super omne nomen. Vide & Esa. 56. a. 5. Sextò pro fiducia nominis Dei, Psalmo 20. b. 8. Hi in turribus & in equis, nos autem in nomine Dei nostri vexilla erigimus. Item Dauid 1. Sam. 17. d. 45. Tu venis ad me cum gladio, lancea & clypeo; ego autem venio ad te nomine Domini exercituum. Cùm igitur Baptismus detur in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, vnum horum est nomen, id est, vna diuinitas, maiestas, notitia, vna potentia & authoritas, vnus cultus, vna fiducia, vna etiam obligatio, qua vni Deo Patri, Filio & Spiritui Sancto nos obstringimus. Vnde facilè conficitur Spiritum Sanctum invocandum esse. Ad hæc damus nomen ei in cuius nomen baptizamur: sumus ergo obstricti Spiritui Sancto, cuius nomine Baptismi ministerium est consecratus. Vt enim Spiritus Sanctus cum Patre & Filio Baptismo seu Symbolo quodammodo nos in familiam recipit, ac populo suo accenset: Ita fidem illi nostram obligamus, ac quem posthac habeamus Dominum spiritualem. Cùm igitur Spiritui Sancto in Baptismo nomen nostrum demus, & fidem nostram obstringamus, eum etiam invocandum esse, nemo negare poterit. Præsertim cùm fides & invocatio res sunt inter se coniunctissimæ. Caeterùm cùm Petrus Act. 2. d. 38. dicat: Baptizetur vnusquisque vestrûm nomine* IESV *Christi: non loquitur de forma Baptismi, sed simpliciter indicat totam Baptismi virtutem in Christo contineri. Est autem Baptizari nomine Domini* IESV *Christi, Baptismi signo testari se credere Christo ad remissionem peccatorum, vel, est in Baptismo per Christum recipi in gratiam, vel, est fieri membrum Christi.*

A. Spiritus *Sanctus invocandus est: Quod probatur*

Ab exemplo *Apostolorum, qui & ipsi Spiritum Sanctum invocasse leguntur. Vide Act. 13. a. 2. Vbi si sequentia rectè expendantur, facilè colligi poterit verbum* λειτουργῶν, *quod aliàs vocabulum est publici ministerij, hîc pro precatione sumi. Ac cùm Spiritus Sanctus ad vota respondeat, illum etiam invocatum esse manifestum est. Sed & ieiunij fit mentio quod precationi iungi solet, vt statim in Epilogo cernere licet. Hinc & Paulus 2. Thess. 3. a. 3. Dominus dirigat corda vestra in dilectionem Dei & expectationem Christi. Vbi Domini nomen pro Spiritu Sancto ponitur. Discernitur enim ab aliis personis & invocatur etiam à Paulo, quemadmodum & suprà in voce Dominus dictum est. Huc refer vota Pauli, 2. Corinth. 13. c. 13. in fine Epistolæ & Iohannis, Apocal. 1. a. 4. statim initio, quæ non sunt aliud quàm invocatio Patris, Filij & Spiritus Sancti, qua fidelibus varia dona dari petunt.*

Quia

- Credimus *in Spiritum Sanctum, vt Apostolorum Symbolum in eum credere iubet. Fides autem & invocatio res sunt inter se coniunctissimæ, vt in quem credimus, eum etiam inuocare debeamus.*
- Inuocandus *est ille qui eduxit populum ex Ægypto. Spiritus autem Domini duxit eum, Esa. 63. c. 10.*
- Creator *inuocandus est, Spiritus verò Creator est. Vide suprà.*
- Inuocandus *est ille in cuius nomine baptizamur.*
- Iehouah *inuocandus est. Dicitur autem Iehouah, Esa. 6. b. 8, Ezech. 2. a. 4. Esa. 63. c. 14. Psal. 94. c. 22.*

Propositio.

Propositiones ex Prophetis, Christo & Apostolis æquipollentes de Spiritu Sancto, in quibus nominá hæc Dei & Spiritus permutantur, & nomen Dei per Spiritus Sancti nomen exponitur: Vnde facilè colligas, Spiritum Sanctum verum Deum esse.

DEVS	SPIRITVS SANCTVS.
Exod.17.a.2. *Eò quòd tentauerunt Dominum, Psal.78. c.17. Exasperauerunt Deum excelsum.*	Esa. 63. c. 10. *Exasperauerunt Spiritum Sanctum, & Psal. 106.a.7.*
Deut.32.c.12. *Solus Dominus duxit eum.*	Esa. 63.c.14. *Spiritus Domini duxit eum.*
Psal.94.a.7. *Ipse est Deus noster, nos populus pascuorũ eius, qui dixit: Hodie si vocem eius audieritis, &c.*	Heb. 3. *Quapropter sic dicit ille Spiritus Sanctus: Hodie si vocem eius audieritis, &c.*
Esa. 6.b.9. *Viderunt oculi mei Regem & Dominũ exercituũ. Et mox: Et dicebat mihi vade & dicito populo isti, Audiendo audite & ne intelligatis, videndo videte & ne cognoscatis, crassum reddito cor populi huius.*	Act. 28. d. 25. *Bene Spiritus Sanctus locutus est per Esaiam Prophetam ad Patres nostros, dicens: Vade ad populum istum & dic: Auribus audietis & non intelligetis, videntes videbitis & non cognoscetis: crassum enim effectum est cor populi huius, &c.*
Esa. 54. c. 13. *Dabo omnes filios tuos doctos à Domino Deo. Vide & Ioan.6.*	Ioan. 14. d. 26. 16.c.13. *Spiritus Sanctus docebit vos omnia. Vnctio eius vos docebit, 1.Ioan.2.*
Ierem.31.d.31. *Ecce dies veniẽt dicit Dominus vt feriã cum domo Israel & cum domo Iuda fœdus nouum, &c.*	Heb.10.c.15. *Testificatur aũt nobis & ipse Spiritus S. nimirũ cũ prædixerit, Hoc est testamentũ quod condam erga illos.*
Ezech. 2.a.4.3.c.11.11.a.5. *Sic dit Dominus Deus.*	Ibidem: *Spiritus locutus est ad me.*
Rom.12. a. 3. *Vt cuiq; Deus partitus est mensuram fidei; & 1.Corint.12.b.11. Idem est Deus efficiens omnia in omnibus.*	1. Cor. 12. c.11. *Idem est Spiritus diuidens peculiariter cuique sicut vult. Et Hebr. 2. a. 4. & Spiritus Sancti donis secundum ipsius voluntatem distributis.*
1.Cor.3.c.16. *Templum Dei estis.*	Ibidem: *Et Spiritus Dei habitat in vobis. Et 1.Cor.6.c.19. An nescitis quod corpus vestrum templum est habitantis in vobis Spiritus Sancti?*
1. Cor. 14. a. 2. *Qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo.*	Ibidem: *Spiritui verò loquitur mysteria, vbi mox oppositum membrum addit. At qui prophetat hominibus, loquitur ædificationem & exhortationem & consolationem.*
Act.4.d.24. *Domine tu es ille Deus qui fecisti cœlum & terram & omnia quæ eis comprehenduntur, qui per os Dauid serui tui dixisti, &c.*	Act. 1. c. 16. *Oportuit impleri Scripturam hanc quam prædixit Spiritus Sanctus per os Dauid, &c.*
Act.5.a.4. *Non es mentitus hominibus, sed Deo.*	Ibidem: *Mentibus es Spiritu Sancto.*
4.Reg.22.c.17. *Sic dicit Dominus Deus Israelis, dereliquistis me & incuruastis vos Diis aliis resistentes mihi in omni opere manuum vestrarum. Deut. 9.d. 24. semper fuistis rebelles Domino.*	Act. 7.g.52. *Vos semper Spiritui Sancto restitistis, sicut Patres vestri, ita & vos.*
Quicunq; blasphemauerit Deum suum, feret peccatum suum, Leuit.24.c.15.	Mar. 3.d.29. Luc.12.b.10. *Qui blasphemiam dixerit in Spiritum Sanctum, non habet remissionem in æternum.*
Ezech.12.d.25. *Ego Dominus loquar; & quodcunq; loquar efficiam. Item imminent diet illi & non erit omnis visio vana.*	1. Tim. 4. a. 1. *Spiritus certo loquitur quod in posterioribus temporibus, &c.*
Esa.48.c.16. *Dominus Deus misit me.*	Ibidem: *Spiritus Dei misit me, id est, Deus ipse, sicut nomen Dei pro Deo vsurpari solet, & os Domini pro Domino Deut. 8 a.3. Esa.40.a.5. &c.*
	Iob.33.c.4. *Spiritus Dei condidit me.*
Malach. 2.b.10. *An non Deus vnus nos creauit?*	Act. 20.d.28. *Attendite igitur vobis & cuncto gregi in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos ad regendam Ecclesiam Dei, &c.*
Ezec. 3.c.16. & 33.a.1. *factus est sermo Domini ad me, Fili hominis, speculatorem seu Episcopum constitui te Domui Israelis. Audias ergo verbum ex ore meo & diserte monebis eos, &c.*	
Daniel.2.d.22. *Deus aperit profunda & abstrusa. Vide Iob.12.c.14.*	1.Cor.2.b.10. *Deus nobis reuelauit per Spiritum suum; Spiritus enim omnia scrutatur etiam profunditates Dei. Vbi Per, præpositio, causam efficiẽtem significat, vt ex 2.Cor.3. colligitur (tanquam in Domini Spiritu) & pro, Cum, vsurpatur. Verbo verò scrutandi vera & certa notitia significatur, sicut Psal.7.a.3. Hæc notitia & reuelatio sine tropo Patri & Filio tribuitur, Matth.11.d.27.*
Mich. 6.a.1. *Audite quæso quæ Dominus dicat.*	Apoc. 2. g. 29. *Qui habet aures ad audiendum, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.*

De Æqualitate seu Consubstantialitate Patris & Spiritus Sancti. Conueniunt enim

Nomine, quod soli Deo competit. Vocatur enim

PATER	SPIRITVS SANCTVS
IEHOVAH *passim in Scripturis.*	IEHOVAH, *Esa. 63. c.14. Ezech. 2.a.4.3. Psal. 94.a.7. Hebr.3. Ierem.31.d.33. Hebr.10.c.15.*
Dominus *exercituum passim in Scripturis.*	Dominus *exercituum, Esa.6.c.9. Actor.28.*
Æternus, *Roman.16.d.26. Iuxta delegationem æterni Dei.*	Æternus, *Hebr.7.c.14.*
Omnipotens.	Omnipotens, *Sap.7.c.15. Esa.40.c.13. Quis adiuuit Spiritum Domini? Efficit omnia vt vult, 1.Cor.12.b.11.*
Omniscius.	Immensæ *sapientiæ, eò quòd vaticiniorum omnium author sit, cuius impulsu Prophetæ locuti sunt, 2.Pet.1.d.21. Zach. 7.c.12. &c.*
Sanctus.	Sanctus, *2.Thess.2.c.14. per Spiritum sanctificantem.*
Verus.	Verus, *quia Spiritus veritatis est, Ioan.15.d.16.*
Iudex *omnium, Psal.7.b.9.*	Iudex *Mundi, Ioann.16.d.13. Arguet Mundum de peccato.*

¶ Ex his ita colligere licebit: Vnum sunt in natura, quæ eadem habent naturæ nomina: Pater & Spiritus Sanctus eadem habent naturæ nomina: Ergo vnum sunt in natura.

Operibus, quæ soli Deo competunt.

PATER	SPIRITVS SANCTVS
CREAT.	CREAT, *Psal.33.c.13. Iob.33.c.26. Actor. 1.c.16. & 4.d.24. Genes. 1.a.2.*
Opera *mirabilia facit.*	Facit *miranda opera & potestatem aliis faciendi tradit, 1.Corin.12.c.11. Rom.15.c.19. Hic igitur est qui signis & portentis eduxit populum Israel ex Ægypto, Esa.63.c.10.*
Colligit *Ecclesiam ac Ministros mittit, Eph.4.b.19.*	Colligit *Ecclesiam ac ministros donis instruit, Act. 13.d.5. Esa.48.b.10.*
Regenerat, *Ioan.3.c.13.*	Regenerat, *Ioan.3. Tit.3.*
Sanctificat, *Ioan.17.d.23.*	Sanctificat, *1.Cor.6.c.11.*
Remittit *peccata.*	Remittit *peccata, Ioan.20.d.23.*
Gratiam, *pacem, fidem & omnia bona largitur.*	Gratiam, *pacem, fidem ac omnia bona largitur, Apostol. 1.a.5.*
Regit *omnes piorum actiones,*	Regit *omnes piorum actiones, Rom.8.d.26.*
Sustinet *omnia.*	Sustinet *& vegetat omnia. Psal.138.b.7.*
Docet *& reuelat mysteria, Dan.2.d.22.*	Reuelat *mysteria, Ioan.16.c.13. Eph.1.c.17.*

¶ Ex his ita colligere licebit: Quorumcunq; eadem est operatio, eadem naturalis virtus, eiusdem essentiæ necessariò sunt. Æqualitas enim virtutis ex æqualitate naturæ est. Patris & Spiritus Sancti vna eademq; operatio est, eadem virtus consubstantialis: Ergo vnius eiusdemq; essentiæ sunt.

Cultu, qui soli Deo debetur. Debemus enim

PATRI	SPIRITVI SANCTO
FIDEM.	FIDEM. *Confitemur enim nos credere in Spiritum Sanctum.*
Inuocationem.	Inuocationem. *Eò quòd in eum credimus, eius templa sumus, ac in eius etiam nomine baptizamur.*
Obedientiam.	Obedientiam. *Eò quòd Spiritus verbum in Ecclesia audiendum est, Apoc.2.d.29.*

¶ Ex his ita collige. Idem cultus debetur Spiritui Sancto qui & Patri: Pater autem non dat creaturis honorem suum. Spiritus Sanctus ergo cui Patris honor debetur, non est creatura, sed vnius essentiæ cum Patre.

Quòd

Quòd Spiritus Sanctus sit adorandus & inuocandus.

PROBATVR hoc

- Testimoniis Scripturæ: vt
  - Esa. 6.c.9. *Vbi Iehoua exercituum conspicitur in solio sublimi à Propheta, quem angeli acclamantes adorant, ac dicunt Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituũ, &c. Hunc verò Deum Spiritum Sanctum fuisse Paulus Act. 28.d.25. ostendit.*
  - Dauid *Psal. 95. a. 6. inquit: Venite adoremus eum, incurui procumbamus & genua submittamus ante conspectum Iehouæ factoris nostri, &c. Hunc locum Paulus Heb. 3. de Spiritu Sancto exponit.*
- Formula *ipsa Baptismi. Baptismus enim iuxta Christi præceptum administratus, solennis est inuocationis formula, ab ipso Christo Ecclesiæ tradita, in qua petimus baptizatum in gratiam recipi ab vno Deo Patre, Filio & Spiritu Sancto. Ad huius cultum, inuocationem & confessionem baptizatus obligatur. Et cùm Paulus Eph. 4.a.5. fidei Baptismi & Dei vnitatem connectat, Spiritum Sanctum non modò Deum, sed vnum Deum cum Patre & cum eo vnà adorandum esse, manifestum est.*
- Exemplo *Apostolorum, qui Spiritum Sanctum inuocasse leguntur. Vide Act. 13.a.2. Spiritus Sanctus enim ad vota & precationes illorum respondet, vnde illum etiam inuocatum esse, manifestum est. Ac λειτυργῶν, quod aliàs publici ministerij vocabulum est, hîc pro precatione sumi, ex adiuncto apparet. Additur enim illi ieiunij nomen, quod sæpe precationi iungi solet, sicut statim in epilogo cernere licet: Cùm ergo ieiunassent & orassent, &c. Huc refer vota Pauli, 2. Thess. 3. c. 13. 2. Cor. 13. c. 13. Ioan. Apoc. 1. a. 4. quæ quid sunt aliud quàm inuocatio Patris, Filij & Spiritus S. qua fidelibus varia dona dari petunt.*
- Argumentis *ex Scriptura desumtis:*
  - Verus *hic Deus odorandus & inuocandus est, qui omnium bonorum largitor & distributor est, Spiritus Sanctus distribuit dona spiritualia vnicuique, sicut vult, 1. Cor. 12. c. 11. Ergo Spiritus Sanctus adorandus & inuocandus est.*
  - Hic *verus Deus adorandus & inuocandus est cuius templa sancti sunt, 2. Cor. 6. c. 16. Vos estis templum Dei viuentis, quemadmodum dixit Deus: Inhabitabo in illis & inambulabo & ero illorũ Deus, id est, exaudiens eos, & ipsi erũt mihi populus, videl. qui me colat & inuocet. Sancti autẽ sunt templa Spiritus S. 1. Cor. 6. c. 19. Ergo, &c.*
  - Hic *Deus adorandus & inuocandus est, cuius cultui fideles consecrati sunt: fideles consecrati sunt cultui Spiritus Sancti: eius enim templa sunt: Ergo, &c.*
  - Deus *hic adorandus & inuocandus est, qui Patri & Filio coniungitur. Neque enim potest simul cum natura increata res creata cognosci, nec vnquã cum creaturis natura increata cõnumerabitur. Spiritus Sanctus Patri & Filio coniungitur: Ergo, &c.*
  - Adorandus *& inuocandus est, qui eduxit populum ex Ægypto, Exod. 20. Hic enim verus Deus est, vt Deut. 9. Moses ostendit. Spiritus Sanctus eduxit populum ex Ægypto, Esa. 63. b. 10. Ergo, &c.*
  - Creator *adorandus & inuocandus est. Spiritus Sanctus Creator est. Vide tabulam de diuinitate Spiritus Sancti: Ergo, &c.*
  - Iehouah *inuocandus est, Spiritus Sanctus Iehouah est, Ezech. 2. a. 4. Esa. 63. c. 14. Psal. 94. a. 7. &c. Ergo Spiritus Sanctus inuocandus & adorandus est.*
  - Is *adorandus & inuocandus est, in quem credere debemus. Fides enim & inuocatio res sunt inter se coniunctissimæ, adeò vt in quem credimus eum etiam inuocare debeamus. Credimus autem in Spiritum Sanctum: Ergo, &c.*

Quòd Spiritus Sanctus sit Iehouah.

PROBATVR hoc

- Testimoniis Scripturæ:
  - Esa. 6. c. 9. *Deus qui Prophetæ apparet, Iehouah exercituum nominatur: Hunc Apostolus, Act. 28. d. 25. Spiritum Sanctum fuisse docet Ioannes cap. 12. g. 41. ad Filium refert, quia Patris, Filij & S. S. vna sit subsistens diuinitas, etiamsi hypostasi & proprietate interna verè distinguantur.*
  - Esa. 54. c. 13. *dicit Dominus: Dabo omnes filios tuos doctos à Iehouah. Hîc apertè duarum personarum fit mentio, Patris & Spiritus Sancti. Nam cùm dicit, Dabo, Patrem loquentem ostendit: cùm autem dicit, à Deo doctos, de Spiritu Sancto loquitur, qui docet nos omnem veritatem, Ioan. 14. d. 26. 16. c. 13. Spiritus Sanctus hîc apertè nominatur Iehouah.*
  - Psal. 95. c. 14. *Iehouah & Deus magnus appellatur. Adesse, inquit, omnes Iehouæ, Petræ salutis nostræ iubilemus. Nam Iehouah Deus magnus est & Rex magnus præ omnibus Diis. Postea eum loquentem introducit, ad cuius cultum initio inuitauerat: Hodie, inquiens, si vocem eius audieritis, nolite indurare corda vestra, &c. Locum hunc non de Patre solùm intelligendum esse docet Apostolus, Hebr. 3. a. 7. Vbi ad Spiritum Sanctum hæc verba refert.*
  - Ezech. 2. a. 2. 4. *Vbi quem Spiritum Sanctum initio appellauit, mox Iehouam Deum appellat, Vide & Ezech. 11. a. 5. Vbi etiam Spiritus Sanctus Iehouæ nomine appellatus est.*
  - 2. Thess. 3. a. 5. *Paulus Spiritum Sanctum Dominum vocat: Dominus, inquit, dirigat viam vestrã in dilectionem Dei & expectationem* IESV *Christi. Visitatum autem Apostolis est nomen Iehouæ, appellatione Domini reddere. Cæterùm si de Patre dixisset, dicere debebat: Dominus dirigat vos in dilectionem sui. Sin de Filio, addi debebat: In suam ipsius expectationem. Huic affine est, quod 1. Thess. 3. c. 12. dicitur, Dominus vos abundare faciat & confirmet corda vestra irreprehensibilia coram Deo & Patre, in aduentu Domini nostri, &c.*
- Argumentis *ex Scriptura, & seq. Vide literam A.*

Argumentis ex Scriptura desumtis.

Hic verus Deus Iehouah est, qui eduxit populum Israel ex Ægypto, Exod. 20. d. 2. Num. 14. c. 14. Deut. 9. d. 28. & c. At eductio populi & liberatio ex Ægypto. Esa. 63. non Patri solùm, sed & Spiritui Sancto adscribitur. Spiritus Sanctus ergo verus & æternus Iehouah est.

Qui fœdus nouum facit cum suo populo, ex presse Iehouah appellatur, Ierem. 31. d. 31. Hoc, inquit, fœdus est, quod feriam cum domo Israelis, ait Iehouah, & c. Quòd hic verò & æterno Deo tribuitur Apostolus, Hebr. 10. ad Spiritum Sanctum refert. Spiritus Sanctus ergo verus & æternus Iehouah est.

A. Propositionib. æquipollentibus in Scriptura vsitatis, in quibus hæc nomina, Dei & Spiritus S. permutantur, ac nomẽ Dei per Spiritus S. nomẽ alibi exprimitur: vt

Exod. 17. a. 2. Psal. 106. d. 7. tentauerunt Dominum in solitudine.

Exasperauerũt Deũ excelsum, Psal. 95. c. 9.

Deut. 32. c. 12. Solus Dominus duxit eum.

Dabo omnes filios tuos doctos à Domino, Esa. 54. c. 13.

Deut. 9. d. 24. Exacerbastis os Domini Dei vestri neque auscultatis voci eius, rebelles ei fuistis semper.

Quicunq; blasphemauerit Deum suum, feret peccatum suum, Leuit. 24. c. 15.

Ezech. 3. c. 16. & 33. a. 1. factus est sermo Domini ad me: fili hominis speculatorem seu Episcopum constitui te, & c.

Audite quæso quæ Dñs dicat, Mich. 6. a. 1.

1. Cor. 12. c. 11. Idem est Deus efficiens omnia in omnibus.

1. Corin. 3. c. 16. Templum Dei estis.

Act. 5. a. 4. Non es mẽtitus hominibus, sed Deo.

Psal. 95. a. 7. Spiritus Sanctus interprete Paulo, Hebr. 3. b. 9. dicit, tentauerunt me Patres in deserto.

Esa. 63. c. 10. Exasperauerunt Spiritũ Sanctũ.

Spiritus Domini duxit eum, Esa. 63. c. 10.

Ioan. 16. c. 13. Spiritus Sanctus docebit vos omnia. Vide & Ioan. 14. d. 26.

Act. 7. g. 52. Vos semper Spiritui Sancto restitistis, sicuti Patres vestri ita & vos.

Luc. 12. b. 10. Qui blasphemiam dixerit in Spiritum Sanctum non habet remissionem, & c.

Act. 20. f. 28. Attendite vobis & cuncto gregi in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos, & c.

Apoc. 2. d. 25. Qui habet aures ad audiendum, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

Ibidem: Idem est Spiritus diuidens peculiariter cuiq; sicut vult.

1. Cor. 6. d. 19. Templum estis Spiritus Sancti.

Ibidem: Cur impleuit Satanas cor tuum vt mentireris Spiritui Sancto?

Quòd Spiritus Sanctus sit Creator cœli & terræ.

PROBATVR hoc ex Scriptura.

Gen. 1. a. 2. Et Spiritus Dei fouebat aquas, vbi ostendit Moses non modò pulchritudinem quæ nunc cernitur vigere saluam virtute Spiritus, sed antequam hic ornatus accederet in fouenda illa confusa mole Spiritum Sanctum fuisse operatum. De vento hic locus exponi non potest, quia tunc ventus nondum erat creatus, & ventus fouere creaturas non potest. Notum quoque est Spiritum Iehouæ pro Spiritu Sancto poni solere, nisi addatur aliquid quod Spiritum à Spiritu discernat, vt si addatur malus, 1. Sam. 18. b. 10.

Iob. 33. c. 4. Spiritus Iehouæ creauit me. Nam Spiritus Sanctus & Spiritus Iehouæ æquipollent. Et plerunq; fit vt Spiritus Sanctus nunc Iehouah nunc Spiritus Iehouæ, dicatur. Nam cùm diuina eius natura & operatio describitur, Iehoua quoq; nominatur, vt ex superiori tabula liquet. Sed Spiritus etiam Iehouæ dicitur, quia à Patre & Filio procedit. Ioan. 15. d. 26. Rom. 8. b. 9.

Esa. 40. c. 13. Quis adiuuit Spiritum Domini? Vbi expresse testatur Propheta Spiritum Sanctum vi omnipotenti res omnes condidisse, nullis vel sociis vel ministris adhibitis.

Psal. 95. a. 6. prosternamur, genua submittamus ante conspectum Iehouæ factoris nostri, & c. hunc locum Paulus de Spiritu Sancto interpretatur, Hebr. 3. b. 7.

Psal. 103. g. 30. Mittis Spiritum tuum & creabuntur.

Luc. 1. g. 35. Spiritus Sanctus superueniet in te, & c. Vnde colligimus Spiritum Sanctum cum Patre & Filio Creatorem esse humanæ naturæ, quam Filius Dei æternus in vtero Virginis assumsit. Quomodo ergo negabimus eum cæterarum quoq; creaturarum authorem esse?

Act. 1. d. 16. Oportuit impleri Scripturam hanc, quam prædixit Spiritus Sanctus per os Dauid. At is qui per os Dauid locutus est, cœli & terræ Creator dicitur, Act. 4.

Esa. 44. a. 2. 54. c. 5. Psal. 149. a. 2. Iob. 36. c. 10. Osecha verbum Hebræum multitudinis numero ponitur, Factores tui, sicut & in Genesi dicitur, Faciamus hominem: respectu videlicet personarum, ne quis à creationis opere Filium ac Spiritum Sanctum excluderet.

Regula

Regulæ & sententiæ quædam Theologicæ, quę & Triadis Sanctæ negotium illustrant, & aduersariorum argumenta & obiectiones facilè debilitant.

TABVLA I.

De Vnitate essentiæ Dei.

ESSENTIA *in diuinis est natura tribus hypostasibus communis.*

Nomen *essentiæ in diuinis, non communem aliquem Deum, ad quem tres illæ personæ adiungantur, intelligimus, sed id, in quo toto & eodem singulæ illæ subsistunt, suis substantialibus proprietatibus distinctæ.*

A solo *Vnus non separatur, nempe Christus in Vno Deo non solus intelligitur, in Deo non solo Vnus significatur.*

Neque *solitarius nobis Deus est, neque alium præter Vnum Deum confitemur. Non enim erit Dei Filius in solitaria fide.*

Vnitas *essentiæ Dei Filium Dei à natura & veritate Dei non auertit.*

Vnum *sunt in natura, quæ eadem habent nomina naturarum.*

Vnus *in Vno permanens, Vnum non discernit ab Vno.*

Cùm *de Vnitate Dei Scriptura disserit, Verbum ab eo non separat, nec duos Deos facit, sicut cùm de Vnitate animæ disserimus: non ideò λόγον, id est, Rationem, vel Verbum excludimus, neque λόγον illi tribuendo duas animas constituimus.*

De tribus Personis Diuinitatis, seu mysterio Sanctæ Triadis.

Trinitatis *nomine non Vnum communem Deum seorsum, sed tres in vna essentia subsistentes personas intelligimus.*

Nec *vna essentia extra tres hypostases, nec tres hypostases extra Vnam & eandem essentiam concipi debent, sicut nec vniuersalia, quæ vocant, ex se existunt, sed singularia, seu hypostases in ipsis subsistunt.*

Vnitas *essentiæ Dei non impedit hypostasium Trinitatem.*

Distinctio *personarum identitatem naturæ non destruit in hominibus, multò minus in Deo.*

Sacramentum *Dei nec in solitudine, nec in diuersitate consistit.*

Particula *Solus in Scripturis, cùm Deo tribuitur, non excludit incomprehensibilem illam Patris & Filij, & Spiritus Sancti coniunctionem, sed falsorum Deorum pluralitatem.*

Cùm *profitemur nos credere in Vnum Deum, sub Dei nomine intelligimus vnicam & simplicem essentiam, in qua comprehendimus tres hypostases. Ideoque quoties Dei nomen indefinitè ponitur, non minus Filium ac Spiritum quàm Patrem designari sciamus. Vbi autem adiungitur Filius Patri, tunc in medium venit relatio, atque ita distinguimus inter personas.*

Quia *proprietates in personis ordinem secum ferunt, vt in Patre sit principium & origo, quoties mentio fit Patris & Filij simul, vel Spiritus: nomen Dei peculiariter Patri tribuitur. Hoc modo retinetur Vnitas essentiæ, & habetur ratio ordinis, quæ tamen ex Filij & Spiritus deitate nihil minuit.*

Non *abstrahimus personas ab essentia, sed quamuis in ipsa resideant, distinctionem interponimus. Nam si separaremus ab essentia personas, trinitas esset Deorum, non personarum, quas in se continet Vnus Deus.*

Sub *Patris nomine vnica Dei essentia, quæ tribus personis communis est, aliquando comprehenditur, vt cùm Paulus 1. Cor. 15. d. 24. dicit Christum Patri Regnum traditurum.*

Non *subiacet naturæ legibus, à quo legem omnis natura sortitur.*

Infirmitas *humanæ intelligentiæ non debet præiudicare diuinis.*

Quomodo *verbum fidei est venenum.*

Difficile *est & periculosum de Trinitate ratione disserere, tutissimum autem Scripturæ terminos non egredi.*

Patris *& Filij appellationes propriè in diuinis sumuntur, in humanis non item. Pater enim in diuinis semper Pater est, & Filius semper est Filius. Inter homines autem qui hodie Pater est, cùm minimè expectat, Pater esse desinit: ita & Filius Patre sublato, Filius esse desinet.*

De æterna Filij generatione, de qua Psal. 2. 110. Mich. 5. Prouerb. 8. 30. 4. Esdr. 2. 7. 13. Esa. 53. &c.

Natiuitas *Dei nec diminutio est gignentis, nec infirmitas nascentis.*

Natiuitas *Filij non habet detrimentum generandi, cùm profectum teneat nascendi.*

Nec *natiuitas Dei solitarium Deum facit, nec natiuitas perfecta diuersarum naturarum nomina in Patre & Filio admittit.*

Diuina *substantia cùm sit incorporea, nec diuisionem, nec incisionem vllam suscipere potest.*
Natiuitas *non est decisio, Filius non est adoptio, Deus non est creatio.*
Nec *generatione authoritatem Pater amittit, nec Filius Patris naturam non retinebit.*
Natiuitas *quæ ex Deo in Deum extitit, non quæ erant, tenet: sed quæ in Deo manebant, & manent, obtinuit veritatē nascendi.*
Proprietas *cognitionis Dei arguit proprietatem generationis. Ioan. 7. d. 29. Ego noui eum, quia ab ipso sum.*
Non *innouata est natura nascendo, vt ab originis suæ proprietate sit aliena.*
Omnis *generatio à generante se, non est aliena, dum ad id quod manet subsistit ex eodem.*
Natiuitas *Filij Patrem constituit maiorem: minorem verò Filium esse natiuitatis natura non patitur.*
Verbi *appellatio in Dei Filio, natiuitatis est mysterium, sicut sapientiæ & virtutis est nomen. 1. ad Corinthios, capite 1. d. 24.*
Qui *dedit vt homines generent, an ipse generandi virtute priuabitur?*
Deus *non vt homo generat. Longè enim sublimior est Dei natura, quàm vt legibus nostris subijciatur.*
Perfectus *est Pater, non solùm quia Deus, sed etiam quia Pater.*
Hominum *propria diuinæ naturæ accommodari non possunt, ac plus in generatione Deo quàm homini tribuendum.*
Vbi *Pater æternus, ibi & natiuitas æterna est.*
Vt *substantia Dei super omne tempus est, ita generatio Dei super omnia est.*
Aliud *est in Deo generare & creare. Quod enim à Deo generatur, naturâ Deus est: quod autem creatur, non est naturâ Deus.*
Carnis *assumtio diuinam non impedit natiuitatem.*

De Consubstantialitate Patris & Filij.

Diuersitas *agnominationis & proprietatum, diuersitatem substantiæ non arguit.*
Nulla *differentia substantias separat, nisi quæ naturas definit.*
Diuersitatem *paternæ naturæ natiuitas naturalis non recipit.*
Æqualitas *virtutis, seu operationis, ex æqualitate naturæ est.*
Non *est separandus à Deo vero ad fidem, qui non est separabilis ad salutem.*
Sacrilegium *est Filium vocari alium Deum à Patre. Quia simplex Dei nomen relationem non admittit.*
A se, *vel ab alio esse, aliam naturæ speciem non constituit, ac proinde Pater ob illam causam solus & vnicus Deus esse dici non potest, nec debet: sed solus & vnicus Pater, sicut solus & vnicus Filius, quia vnigenitus.*
Vnitas *essentiæ Dei Filium Dei à natura & veritate Dei non auertit.*
Proprium *Dei Filio, ne præter eum Deus sit, sicut proprium Deo Patri, ne absque eo Deus quispiam sit.*
Veritatem *naturæ atque virtutis verbi significatio non admit.*
Vnum *sunt in natura, quæ eadem habent nomina naturarum.*
Vnus *in vno permanens, vnum non discernit ab vno.*
Pietatis *subiectio in Filio non est essentiæ diminutio, nec religionis officium degenerem facit naturam.*
Subiectio *Filij non est genere substantiæ, sed natiuitate naturæ, donantis autoritate & corporationis dispensatione.*
Subiectio *Christi non est naturæ abolitio, aut potestatis defectio, aut diuinitatis infirmitas, sed naturæ proprietas, sicut subiectio creaturarum creationis infirmitas.*
Æqualitas *subiectione non destruitur. Subijcitur enim æquale æquali plerumque dispensationis modo quodam.*
Natiuitas *Filij Patrem constituit maiorem: minorem verò Filium esse natiuitatis natura nō patitur. Quia in forma Dei est, qui ex Deo nascitur.*
Quod *non degenerat in genere, debet quidem authori causam natiuitatis suæ, naturam tamen ex se non amisit authoris.*
Nomen *officij naturæ diminutionem non adfert.*
Data *à Patre non infirmant diuinitatem Christi, sed affirmant.*
Sanctificatio *& missio in Mundum non est causa, sed confirmatio diuinitatis, quemadmodum hæredem omnium esse signum infallibile veræ filiationis.*
Datio *paterna sumtæ natiuitatis est professio.*
Filius *æqualis Patri, natura, virtute & honore.*
Christus *Deus est nomine, natiuitate, natura, potestate & professione.*
Christus *ad se Deus dicitur, ad Patrem Filius dicitur. Rursus Pater ad se Deus dicitur, ad Filium dicitur Pater. Quod dicitur ad Filium Pater, non est Filius: quod dicitur Filius ad Patrem, non est Pater: quod dicitur ad se Pater, & Filius ad se, est idem Deus. Ergo cùm de Filio, sine respectu Patris simpliciter loquimur, benè & propriè ipsum à se esse asserimus, & ideò vnicum vocamus principium. Cùm verò relationem, quæ illi cum Patre est, notamus, Patrem Filij principium meritò facimus, & Filium à Patre aliquid accepisse dicimus. Dicitur ergo Filius à Patre aliquid accipere, vt Filius, non vt Deus, & accepit vel generatione æterna, vel natiuitate temporali. Generatione æterna accipit, non vt alienum aliquid, sed vt proprium. Natiuitate temporali aliquid à Patre accipit, vt Rex & Pontifex à Patre constitutus, & accipit in rem nostram. Nobis enim illa omnia communicat. Vel dicitur Filius à Patre aliquid accepisse, non sui, sed nostri respectu, manifestationis scilicet ratione, vt tum nobis ea à Patre accepisse videantur, cùm nobis per Spiritum reuelatur, omnia quæ Patris sunt, esse & Filij ipsius, quatenus Deus est.*

Quoties

Quoties *Christus in persona Mediatoris Patrem appellat Deum, sub Dei nomine diuinitatem complectitur, quæ ipsius quoque est, Ioan.17.a.5.*

Naturæ *vnitatem obedientia humilitatis non infirmat.*

Carnis *assumtio diuinam non impedit natiuitatem.*

Christus *aliquando diuinitatis suæ, aliquando nostræ naturæ, quam suscipere dignatus est, loquitur, affectibus, Ioan. 8. 5.37. Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis loquutus sum.*

Christi *inanitio non est naturæ abolitio: quia qui se exinaniuit, non caret sese, & qui accipit, manet.*

Filius *Deum habet, non vt Deus, sed vt homo.*

Nescire *Filium, non est ignorantiæ diminutio, sed temporis expectatio. Non est nesciendi infirmitas, sed dispensatio vel loquendi, vel agendi.*

De Spiritu Sancto.

SPIRITVI *Sancto tribuitur procedere, quod significat naturalem essentiam obtinere.*

Processio *Spiritus est vel æterna, vel temporaria. Æterna, qua ab æterno ex Deo emanat, quæ processio ineffabilis est. Temporaria, qua Spiritus Sanctus procedit, seu mittitur ad sanctificandos homines.*

Procedit *Spiritus à Patre & Filio, nec diuisim à Patre, & diuisim à Filio. Nam simul de vtroque procedit, perinde atque Solis calor vtriusque est, & Solis & splendoris, & ab vtroque in terras mittitur.*

Spiritus *Sanctus essentialiter in ipso Deo est, & inseparabiliter ex eo procedit. Creaturæ autem à Deo Patre per Filium in Spiritu Sancto ad extra productæ sunt.*

Omne *quod nascitur, & procedit, sed non omne quod procedit, dicitur nasci, quæ sola inter hæc differentia dari potest.*

Spiritus *Dei Patris non est alienus à natura & essentia Patris, sicut nec hominis spiritus alienus est à natura hominis.*

Spiritus *Sanctus non habet substantiam circumscriptam vt creaturæ.*

Spiritus *Sanctus vbique diffusus omnia vegetat, sustinet, regit, & gubernat.*

Quòd non liceat semper & publicè de Deo disputare, ex sermone Gregorij Nazianzeni de Arianis, & Theologiæ libro 1.

TABVLA II.

In disputatione de Deo hæ circumstantiæ obseruandæ.

- Quorum *sit de arcanis Dei mysteriis disputare. Non est certè omnium diuinam discutere naturam, sed eorum, qui totius vitæ studia in Dei cognitione consumserunt, qui norunt, amotis corporibus, incorporalia & spiritualia conspicari. Ante omnia verò illorum est, qui & animo & corpore iam purgati sunt. Qui verò minus puris est, quomodo audet ille purum contingere? Quoniam quidem nec imbecilles oculi Solis radios contuentur. Impunè igitur ita demum sentire aliquid de talibus possumus, si otium geramus & quietem, & contineamus nos ab omnibus, quæ forinsecus interturbant materiæ corporalis illecebris, si absque omni desideriorum & cogitationum seditione, mens nostra consistat. Impuris autem & sordidis motibus quomodo sancta & pura miscemus? Tale enim hoc est, quale si quis fœtoribus cœni admisceat suaues odores, & stercori nectar infundat. Sed neque eorum est de diuinis disputare, qui captionibus vanis, quasi aranearum telis infirmiores simplicioresque illaqueant, qui Dialecticorum obseruationes contra veritatem pueriliter effutiunt, non aliter ac fabulæ olim contra Deos produxêre Gigantes, qui nouam Theologiæ officinam ædificant, qui Gigantomachiam fabulosam reparant, dum aduersus Deum pugnatur in terris, qui omnes cæteras pietatis vias relinquentes, ad hoc vnum spectant, atque prospiciunt, si quid fortè in quæstionibus alligent, aut quomodo simpliciter & fideliter dicta dissoluant, qui sicut feruentes equi & inquieti facere solent, auriga nostro, id est, timore Dei lasciuè & petulanter excusso, procul à statutis metarum terminis exagantur.*

  - Quæ causæ impulsiuæ.
    - Gloria *Dei.*
    - Zelus *bonus secundùm scientiam.*
    - Ecclesiæ *ædificatio.*
- Quo *finc, &c. Vide literam A.*

Quo *fine*. Non vt imperitorum oculos perstringamus, & vulgi captemus applausum, non vt linguæ prurigini & contendendi libidini satisfaciamus, sed vt veritas illucescat magis.

Apud *quos fieri* debeat. *Apud eos scilicet, apud quos hoc negotium in precio est. Tria autem hominum genera à disputatione de Deo in primis arcēda sunt. Homines*

- Idiotæ, *etiamsi Christiano nomine censeantur. Neque enim ita vilis est sacræ Scripturæ sermo, vt vulgo indocili, & per terram adhuc repentibus homunculis (qui nihil de mysterijs Dei iudicare possunt) pateat.*
- Leuissimi, *& virorum etiam vocabulo minus digni, ebrioſi, inconstantes, sordidi, meris daces, quibus religio omnis fabula est, qui vt equorum curam, spectacula, cantica obscæna, & quiduis aliud, & hanc tractationem pro delitijs habent. Sunt enim quibus voluptatis suæ bona pars est de animis contendere, aut huiusmodi contentiones audire, & repugnantium argutiarum subtilitatem meditari, ac suo cerebro metiri.*
- Prophani, *& à religione nostra alieni. Neque enim in omnem aurem peregrinam, & religioni nostræ inimicam mysteria Dei proferenda sunt. Rationes sumi possunt ab*
  - Inhonesto. *Turpe enim est eos, qui religionis nostræ inimici sunt, verborum nostrorum iudices ac accusatores etiam constituere.*
  - Inutili. *Quia*
    - Inimici *religionis nostræ audientes quæ nostra sunt, statim de scintillis nostris ingenia nituntur cōflare incendia, quæ ad cælum vsque rapiuntur.*
    - Vt nos eorum dogmata irrideamus, *ita illi mysteria nostra ludibrio habent.*
    - Non veritati, *sed quod ipsis magis placet, fauere norunt, & volunt.*
  - Impossibili. *Impossibile enim est eos, qui adulteria colludant, & puerorum stupra, atque omnium vitiorum genera consecrant, rebus turpibus delectantur, qui nihil omnino extra corpus sentire, aut intelligere possunt: hos, inquam, pura mente, ac vero sensu vel verbum vnum de mysterijs Dei audire posse.*

A.

De *quibus disputandum*. De his videlicet, quæ opportuna & pia sunt, & quæ comprehendi possunt.

In *quantum*. *Quantum* videlicet auditoris capacitas recipit, ne fortè sicut nimietas vocis lædit auditum, & abundantia cibi corrumpit distenta præcordia, ita etiam mens supra mensuram suam cibum verbi Dei recipiens, aut attonita concidat, aut nimis distenta crucietur. Quicquid enim nimium est, perniciosum est. Nam & terra nimijs & immensis imbribus perurgetur, & mellis satietas ac nimietas vomitum monet.

Quomodo.
- Cum *timore Dei.*
- Opportunè.
- Sobriè.
- Legitimè, *non lasciuè, non petulanter, non sola verborum contentione, velut lingua bilatrice, & sermonis gladio. Videmus enim ea etiam, quæ per se bona sunt, si nō boni quaque tractentur, boni gratiam amittere.*

Quando. *Cùm omnia iuxta Salomonem suum habeant tempus, habet & disputatio de Deo suum tempus opportunum. Vt enim luctui non conuenit Musica, nec potui lacrymæ, ita disputationi de Deo non quodlibet tempus consecrandum est.*

Vbi. *Non in publico, non in foro, non in circulis Doctorum pariter & indoctorum, non in conuiuijs, in tabernis, in tonstrinis, in balneis, in vehiculis, in nauibus, equis, venationibus, in mulierum contubernijs, in puerorum ludis, vt olim Ariani, & nunc Serueciani facere solent, sed in cœtu clarissimorum ac doctissimorum virorum, vt videlicet sanctè sancta tractentur, nec in publico sancta mysteria prophanentur, aut in aures prophanas & pollutas conscientias immergantur.*

Euidentiſ

Euidentissima contra Arianos veteres, & nouos argumenta, quæ facilè probant dogma eorum antea sopitum, nunc verò ex Inferis reuocatum, non ex Deo, sed ex Diabolo promanasse.

Docent vnum esse Deum, & tamen hoc vno Deo non contenti, fingunt Deum alium esse absolutum, alium dependentem, veterem & recentem, Deum veteris & noui Testamenti, perfectum & dimidium, seu partialem, regnantem & officialem, seu executorem, essentiantem & essentiatum, proprium & metaphoricum, seu articulatum, æternum & temporarium. *Vide Actione diei quinti & octaui.*

Affirmant se nunquam de æterna Christi diuinitate dubitasse, vel litigasse. Vt est *Actione diei 3. in Confessione Francisci Dauidis:* aliàs tamen æternitatem illi adimunt, *Actione diei 5.*

Docent vnam & eandem esse amborum: id est, Patris & Filij diuinitatem, vt est *Actione diei 5.* aliàs verò id negant, cùm docent, Filium non esse consubstantialem Patri.

Dicunt *Filium Patri æqualem esse, quòd in eo habitet omnis plenitudo diuinitatis,* aliàs autem pernegant.

Ita *Patris diuinitatem asserunt,* vt Filio eam adimant prorsus, cùm hominem tantùm esse dicant, & non nisi officio & potestate Deum esse deprædicant, vt est *Actione diei 8. litera* R. 2. *Aliàs verò ita diuinitatem Filij asserunt,* vt eam Patri adonere videantur. *Sic enim Franciscus Dauidis Actione diei 3. inquit: Quicquid est ipse Deus, totum est in Christo, & ipse Deus, vel Iehouah, iustitia nostra, Deus redemptor noster, & non alius. Item cùm dicunt, opus Filij præstantius esse opere Patris,* vt est *Actione diei 7. ex Francisco Dauidis.*

Docent vnum tantùm Deum adorandum, ac inuocandum esse, aliàs & Filium adorandum esse censent, vna cum Patre, vt est in capitibus consensus doctrinæ. Imò asserunt Angelos quoque & homines in veteri Testamento adoratos fuisse, in nouo id non licere, vt est in fine libelli Hungarici Francisci Dauidis. *Quasi verò non ad veteris quoque Testamenti tempus pertineat illud: Gloriam meam alteri non dabo.*

Docent *Spiritum Sanctum posse dici Deum, eò quòd Dei sit Spiritus,* vt est in *Thematibus Synodi Thordensis.* aliàs id contumeliosè, ac ore blasphemo pernegant.

Adscribunt *Filio diuinitatem, & tamen diuinitatis æternitatem negant. Huiusmodi sententiæ contradictoriæ multæ passim in eorum dogmatibus reperiuntur.*

Contradictoria *dogmata.*

Verbum *in Ioanne: id est, Dei ratio agendi, voluntas, mensque, quam habuit Deus de exhibendo nobis Filio. Hæc Blandratæ expositio est, Actione diei 6. litera* M. 2. *Franciscus Sutoris nonnihil ab ea dissentit in enarratione capitis primi Ioannis.*

Erat: *id est, abscondebatur, nulli erat cognitum. Antithesi* 11.

Erat *Deus: id est, exaltatus, potens, dominus. Actione 9. diei, litera* V.

Erat *apud Deum: id est, soli Deo cognitum. Hîc* verbum Erat, *per contrarium exponit,* vt Verbum Erat, *significet quandoque cognitum esse, quandoque incognitum esse. Vide Actione noni diei, litera* V.

Omnia *facta sunt: id est, electi. Antithesi* 19. & 20.

Per *ipsum factus est Mundus: id est, populus Israëliticus. Antithesi* 29. & *in expositione primi capitis Ioannis, litera* V. 2.

Verbum *caro factum est: id est, pauper & despectus. Antithesi* 39.

Antequam *Abraham esset, ego sum: id est, promissus, cognitus & occisus Abrahamo. Antithesi* 8.

A Deo *exiui: id est, conceptus sum de Spiritu Sancto. Actione diei quinti, litera* L. 4.

Sine *ipso factum est nihil quod factum est: id est, sine eo nihil potest fieri. Antithesi* 19.

Deus *manifestatus est in carne: id est, Homo Christus* IESVS *Deus est. Antithesi trigesimaprima. Vide quomodo membra propositionis inuertat Sutoris, ex prædicato subiectum, ex subiecto prædicatum substituens,* vt has rationementes quoque Pauli inuertat.

PROBANT hoc

Expositiones vocabulorum Scripturæ, ab omni prorsus aure alienæ: vt,

Opera, &c. *Vide literam A.*

Blasphemare *contumeliosè nomen Dei, sacrosanctam Trinitatem conferre Hydræ, Geriòni, Cerbero infernali, Briaræo. Talis erat Seruetus canis ille fœdus. Tales sunt & Dauidici, digni profectò, qui furijs infernalibus laniandi, & Cerbero proijciantur deuorandi.*

Insanire *contra Dei vnigenitum & Spiritum. Vide Histor. Tripart. lib. 4. cap. 22.*

Gloriari *de summa Dei cognitione, quæ nunc primùm illis patefacta sit, quod ad causæ fundamentum attineat. Vide de hoc, parte secunda libelli Hungarici Franciſci Dauidis, & paſſim alibi.*

Lacerare *& damnare omnes Eccleſiaſticos Doctores, veteres ac nouos, ac omnes vbique Chriſtianos, qui peruerſo eorum dogmati non adſtipulantur.*

Gloriari *de miraculis, quibus dogma ſuum confirmare ſtudeant, quæ tamẽ nuſquam apparent. Vide de hoc, parte ſecunda libelli Hungarici Franciſci Dauidis.*

Gloriari *de Dei Spiritu, cùm ſint viri, non Dei, ſed ſuo ſpiritu ambulantes: ſicut & Aetius gloriabatur, ea omnia, quæ Deus hactenus celaſſet Apoſtolos, ſibi vni reuelata eſſe. Erat hic acerrimus hæreſeos Arianæ propugnator, præceptor Eunomy. De hac ſuperba eius voce lege Hiſt. Trip. lib. 5. cap. 42.*

Dicere *nuſquam eſſe Eccleſiam, niſi in ſuis conciliabulis, vt Seruetus & Franciſcani dicunt.*

Promittere *Regi ſuo regni reſtitutionem, victorias, ſucceſſus, aureos montes, & quid nmtmũ dò opinionibus eorum accedat, ac eas pro virili tueatur. Quod quidem Pſeudoprophetarum proprium eſſe oſtendit Micheas, cùm inquit: Si vir eſſem ſpiritum habens, & mendacium concinnans, prophetaremque de vino & ſicera, Propheta eſſem pro hoc populo. Vide Mich. 2. c. 11. & 3. c. 11.*

Diſputare *de Deo in foro, in conuiuijs, in tabernis, tonſtrinis, in balneis, vehiculis, in nauibus, equis, venationibus, in mulierum contubernijs, in puerorum ludis, nulla habita vel temporis, vel loci ratione.*

Nos *in diſputationem teſtes doctrinæ ſuæ producere, qui à diſputatione arcendi magis erant, homines videlicet idiotas, prophanos, à religione noſtra alienos, imò religionis noſtræ inimicos, et virorum etiam vocabulo minùs dignos, ebrioſos, inconſtantes, ſordidos, mendaces, qui adulteris collaudant, puerorum ſtupra, atq; omnium vitiorũ genera conſecrant, rebus turpibus delectantur, quibus religio omnis fabula eſt, qui vt equorum curam, ſpectaculum, cantica obſcena, & quicquid aliud, & hanc tractationẽ pro delitijs habent. Nam bona pars ſuæ voluptatis eſt de diuinis contendere, aut huiuſmodi contentiones audire, & repugnantium argumentorum ſubtilitatem meditari.*

Opera, *quæ mali & peruerſi ſpiritus indicia ſunt: vt,*

Currere *ſine vocatione, & in alienam meſſem falcem immittere.*

Machinari *contra veros Dei Miniſtros plurima, quibus eis noceant. Vide de hoc Tripart. hiſt. lib. 8. cap. 2. & lib. 4. Tripart. hiſt. cap. 24.*

Inuadere *vi, & turbare Eccleſias. Vide Tripart. hiſt. lib. 5. cap. 13. & c.*

Alcorano, *Diabolo, ferro, gladio, & literis minacibus dogma ſuum Arianum confirmare, cùm Scripturis nihil efficere poſſint.*

Subſcribere *nonnunquam veritati & Synodis verorum Miniſtrorum, vbi metu aliqui præoccupantur, vel veritate conuincũtur: extra metum verò damnatas priùs confirmare ſententias. Vide Hiſt. tripart. lib. 2. cap. 6. Eccleſiaſt. hiſt. lib. 10. cap. 5. Hoc quid aliud eſt, quàm manu ſubſcribere, animo aliud ſentire? Vide lib. 2. Tripart. hiſt. cap. 7. Sic Arius reuocatus ab exilio, ſubſcribit decretis Niceni Concilij, apud Conſtantinum iuramento interpoſito. de quo Eccleſ. hiſt. Tripar. lib. 3. cap. 10. Talis erat & Ge[illegible]tilis, ſæpè veris propoſitionibus ſubſcribens, & interim eas condemnans.*

Nulla *anteactorum vel dictorum conſcientia tangi, ſed noua quotidianæ reuelationis ſpiritu exultare.*

Salutaris *diſpenſationis & humilitatis Chriſti propter nos habitæ verba in primis vrgere, decerpere, & horum prolatione impietatis ſuæ prædicationem exercere. Vide Tripart. hiſt. lib. 1. cap. 14.*

Diuidi *in varia ſchiſmata. Nam Ariani alij ſunt ἑτερούσιοι, qui Chriſtum faciunt naturâ & eſſentiâ diuerſum à Patre. Alij ἐξ οὐκ ὄντων, qui illum ex οὐκ ὄντων creatum dicerent. Alij ὁμοίους, quaſi æquieſſentiales dicas. Alij ἀνόμοιους, id eſt, diſſimiles. Alij Dorotheani erant, qui dicebant, non poſſe Patrem eſſe, neque vocari, Filio non ſubſiſtente. Alij Mariniani, qui & Pſathyriani dicebantur, qui dicebant Patrem ſemper eſſe Patrem, etiam Filio non extante. Et hi poſtea diuiſi inter ſe ſunt, ſicut & Eunomiani. De quo vide Tripart. hiſt. lib. 9. cap. 40. Aetiani, diſſimiles, & non exiſtentiales dicebantur, ſicut Aethius Atheos, id eſt, ſine Deo dictus eſt. Vide de hoc Tripart. hiſt. lib. 5. cap. 39.*

A.

Ruinæ, Miracula, *&c. Vide literam B.*

Cerinthus, *de quo Eusebius lib.4.cap.14.& Irenæus lib.3.cap.3.& recitat historiam de Ioanne Apostolo, qui casu in balneis in eum incidit, quæ his versibus expressa est:*

Impia Cerinthus sacro conuitia Christo
Dum facit, & stulta garrulitate furit:
Concidit, & rapido blasphemum contudit ictu,
Collapsæ subitò facta ruina domus.

Arius, *qui cùm ex Imperatoris aula deduceretur à sua factione in Ecclesiam, subito dolore ventris in itinere corripitur, ac secessum petens, vna cum stercoribus intestina, iecur & splenem effudit, atque ita cacando periit. Vide Hist.tripar.lib.3.cap.10. In loco autem vbi periit Arius, quidam fautorũ Arianæ hæresis domum construxit, vt facti huius, seu interitus obliuio procederet, & per successores huiusmodi memoria deperiret: fama tamen per omnem cucurrit ciuitatem, & orbi terrarum mortem Arij declarauit.*

Ruina, *seu interitus Arianorum. Nam Ariani quouis tempore dignam suis cõmentis, ac factis mercedem reportârunt: vt,*

Constantius *Cæsar Arianus apoplexiæ passione subitò moritur. Lib.6.Tripar.hist.cap.50.*

Anastasius II. *Pontifex Arianus diuino nutu, subito morbo correptus interijt. Sunt qui dicant eum in latrinam effudisse intestina, dum necessitati naturæ obtemperaret. Lege dist.19. can. Anastasius II.& Platinam in vita Anastasij II.*

Anastasius *Imperator* I. *qui Acatio Ariano fauebat, fulmine ictus periit. Vide Carionem.*

Olympius *Arianorum Episcopus, qui sanctam Trinitatem publicè in balneis, Cerinthi in modum, detestans, tribus fulminibus ictus, concidit, eiusq; cadauer exustum omnino fuit. Vide Platinam in vita Anastasij II.*

Iulianus *Apostata, Christi hostis acerrimus, atque hac in parte Arianus, cùm ex inflicto vulnere humi iaceret, animam agens, manum sanguine plenam ad cœlum proiecit, & dixit: Vicisti tandem Galilæe, vicisti. Christum significans, quem Galilæum appellabat, sicut Christianos Galilæos. Vide Tripart.hist.lib.6.cap.4.& Platinam in vita Damasi I.*

Valens *Imperator Arianus prælio victus, igni in tugurio incenso, exuritur. Platina fol.44. Similiter de crudeli exitu cubicularij cuiusdam Valentis Imp. Ariani. Vide Hist.trip.lib.8.cap.4.*

§.

Philosophus *quidam cũ Alexandro Episcopo Constantinopolitano contra Christi diuinitatem disputaturus ad preces Alexandri per miraculum obmutuit. Cùm enim Alexander diceret: In nomine* IESV *Christi impero tibi ne loquaris. Vnà cum eius sermone opus impletũ est. Repentè namque ille homo, vt sermonem audiuit, obligato ore conticuit. Lege Hist.tripar.lib.2.cap.4.*

Cùm *Barbas, quidam Arianorum Episcopus, Anastasij II. tempore, quempiam baptizaturus esset his verbis: Baptizat te Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu Sancto: ferunt aquam nusquam comparuisse. Quo miraculo permotus, qui baptismum expectabat, confestim ab Arianis defecit, ad nostros reuersus. Vide Platinam in vita Anastasij II. Simile quid legitur lib.11. Tripart.hist.cap.14. de Iudæo quodam sæpius nunc apud Arianos, nunc apud Macedonianos baptizato, vt hac ratione pecunias congregaret. Hic cum ad Orthodoxos Baptismi causa veniisset, quædam inuisibilis virtus aquam disparere præcepit.*

Celestino I. *Pont. ferunt Diabolum personam Mosi indutũ, multos Iudæos decepisse, dum eos ex Creta in terram promissionis, ad similitudinem historiæ veteris, sicco pede per mare deducere pollicetur. Multi ergo ex his falsum illum Mosen secuti in vndis periêre. Illi autem soli euasêrunt, qui tum Christum verum esse Deum credidêre. Lege Platinam in vita Celestini I.*

Cùm *Eudoxius Arianus apud Constantium Imp. obtinuisset, vt in Nicea vrbe iterum Synodus cogeretur, Deus ipse futurorum omnium præscius, ne quid hîc contrarium priori Synodo Nicenæ sanciretur, mirabili terræmotu prohibuit Concilium celebrari. Magnam enim ciuitatis partem terræmotus ille destruxit, & multos habitantium interemit. Atque hoc modo qui conuenerant, ad suas reuertuntur Ecclesias. Vide Hist.trip.lib.5.cap.33. vide & Antonij somnium de Arianis, lib.7.cap.5. Trip.hist. Vidit enim Burdones Altare calcibus euertere: qui experrectus dixit, ab adulteris permixtisq; hominibus Ecclesiam calcari. Quod non fuisse mendacium euentus monstrauit. Lege & quæ Theodoretus lib.6.Trip.hist.cap.43. de reparatione Templi Ierosolymitani, clade ædificantium, & confessione Iudæorum de Christo tradit. De contritis calamis Valentis Imperatoris, quibus literis de exilio Basilij subscribere volebat, vt eas manus suæ subscriptione roboraret. Vide lib.7.Trip.hist.cap.36.*

Miracula, *quibus Deus testatus est Arianorum dogma sibi displicere.*

Sub *Valente Imperatore Ariano, (qui eos, qui Eudoxio Ariano communicare nolebant, in exilium deportari iubebat, vehementer in illos sæuiens) grandinis multitudo in Constantinopolitana vrbe, secundo Iunij die, saxorum gerens similitudinem, vehementer effunditur. Quod plerique dicebant propter motum Imperatoris accidere. Post paululum verò temporis terræmotus circa Bithyniam maximus; Niceam subuertit vrbem, vndecimo die Octobris. Post modicum tempus alio terræmotu multæ partes Germæ ciuitatis, in Hellesponto constitutæ destructæ sunt. His ita prouenientibus, nulla reuerentia tenuit, neque Eudoxium Arianorum Episcopum, neque Valentem Imperatorem, non enim à persecutione cessabant. Vide Hist. trip. lib.7.cap.22.*

Vrbani II. *tempore (quem Benno Cardinalis Turbanum, schismaticum, hæreticum, & Liberij Ariani socium appellat) terræmotu quædam vrbes adeò concussæ sunt, vt Syracusis maior Basilica corruens, dum vesperæ preces canebantur, omnes qui tum in Templo aderant, duobus exceptis, contriuerit.*

De causis, propter quas aduersarij Christum Deum esse asserunt, & de absurdis, quæ ex his consequuntur.

CAVSAE & absurda, quę hinc consequũtur:

- Quòd *plenitudo diuinitatis Patris in ipso habitet. Vnde hæc absurda consequuntur:*
  - Christum *aut in tempore deificatum esse, & temporalem esse Deum, aut certè ipsum nihil esse aliud quàm Patrem in carne sese manifestantem.*
  - Christum *per se non esse Deum, sed Patris diuinitati coniunctum hoc nomine censeri.*
  - Plenitudinem *Patris carnem Christi deificasse, aut in Deum verum transformasse.*
- Quòd *conceptus sit ex Spiritu Sancto. Inde hæc absurda consequuntur:*
  - Spiritum *Sanctum, quem aduersarij Deum esse pernegant, Christum Deum effinxisse. Quomodo verò Deum faceret aliquem, qui ipse non sit Deus.*
  - Diuinitatem *Christi esse Spiritũ Sanctum, sine mensura illi donatũ.*
  - Christum *esse Deum recentem, cùm scriptum sit: Ne sit inter vos Deus recens.*
  - Conceptionem *miraculosam efficere naturâ Deum, cùm in vtero Virginis non conciperetur, aut formaretur essentia diuina, sed massa nobis per omnia similis, excepto peccato, & tamen vnita verbo, seu aptata, Hebr. 10. a. 5.*
- Quòd *sit vnctus à Spiritu. Vnde hæc absurda consequuntur:*
  - Patrem *habere duas diuinitates: vnam in seipso manentem: alteram vnctam & temporariam in Christo, quam Filio dederit in tempore, & ad tempus.*
  - Si *diuinitas in Filio ipse Pater est, & hanc Filio tradidit, seipsum illi tradidit. Idem ergo erit Filius, qui Pater, & Pater in seipso magnus, in Christo minor erit.*
  - Si *diuinitas in Filio ipse Pater est, & hanc Filio suo tradidit, iam Pater seipsum diuinitate sua priuauit, vel perfectam non retinuit diuinitatis gloriam, si partem eius Filio dedit.*
  - Deum *temporali vnctione æqualem sibi formare posse, contra illud: Gloriam meam alteri non dabo, cùm tamen gignere possit, & genuerit Filium sibi æqualem, fabricare, formare, vel creare naturâ Deum non possit, quia scriptum sit: Non adorabis Deum recentem.*
- Quòd *Dei Patris verus & proprius Filius sit, in tempore ex Virgine, sine virili semine genitus. Inde hæc absurda consequuntur:*
  - Christum *Deum esse temporalem. Huius enim filiationis & natiuitatis ex Virgine certum est initium: ergo etiam diuinitatis, si propter temporalem genituram hoc nomine censetur.*
  - Patrem *virtute sui Spiritus sic gignere hominem Christum, vt eius naturam in diuinam transformet.*
  - Non *solùm verùm Deum ex homine formari, vel gigni, sed Patrem suipsius diuinitatem gignere & multiplicare.*
- Propter *officium, & quòd ordinatus sit, vt sit Iehouah iustitia nostra. Vnde hæc consequuntur:*
  - Christum *habere diuinitatẽ officialem, vel vicariam, seu mutuariam.*
  - Abolendam *esse hanc Christi diuinitatem, eò quòd officium personæ, expleto officij curriculo cessabit.*
  - Dei *ordinationem Christum Deum facere, ac sic omnes etiam homines esse, qui à Deo præordinati sunt, alij ad vitam, alij verò ad interitum.*
  - Iehouam *præordinari posse, cùm ipse omnia præordinet.*
- Quòd *splendor gloriæ, &c. Vide literam A.*

Quòd *Splendor gloriæ paternæ sit, in quo omnis Patris gloria refulgeat. Inde hæc consequuntur:*

- Christum *humanæ naturæ respectu Splendorem gloriæ Patris esse, adeò Patrem, antequam Christus nasceretur, splendore suo caruisse.*
- Non *per Filium facta esse secula: de Filio autem, quem hîc Splendorem Patris appellat Paulus, dicit: Per quem fecit & secula, Hebr. 1. a. 2. 11.*
- Christum *non moderari omnia verbo potentiæ suæ, non semper adoratum esse ab Angelis, non esse Iehouam Creatorem, quæ omnia Paulus huic vero Splendori Patris attribuit.*
- Hunc *Patris gloriæ Splendorem non solùm mutabilem, sed & extinctum fuisse in Christo homine, tunc præsertim cùm ipse ex vivo morti traditus sit.*

Quòd *sit omnium operum Patris complementum, & perfectio finisque Legis. Inde hæc consequuntur:*

- Christum *Deum esse propter opera, aut operibus consecutum esse, vt Deus esset. Quare & Patrem ex creatione consecutum esse, vt Iehouah esset.*
- Filium *Dei diuinitatem consecutum esse ex renouatione nostri, & promissionibus diuinis in ipso impletis.*
- Christum *temporalem Deum esse, quia hoc complementum certo tempore factum est.*

Quòd *quæcunque creata sunt, ad ipsius similitudinem et imaginem condita sunt. Inde hæc consequuntur:*

- Christum *hominem ante creationem rerum non extitisse. Quomodo enim ad imaginem ipsius cuncta creari potuerunt, si tum Christus non extitisset?*
- Nos *ad hominis, non Dei imaginem conditos esse.*
- Imaginem *sine hypostasi, cuius sit imago, subsistere posse.*
- Solos *electos ad imaginem Dei esse conditos, sicut & solos lapsos.*

A.

Quòd *per ipsum omnia in suo Regno sint creata. Vnde hæc consequuntur:*

- Christum *verum & perfectum Deum non fuisse, antequam omnia per ipsum conderentur, si ex operibus diuinitatem consecutus est.*
- Christum *statim post conceptionem non fuisse Deum verum, eò quòd operibus suis hoc nomen adeptus sit. Cur igitur illum Deum inde asserunt factum, quòd ex Spiritu Sancto conceptus sit?*
- Christum *mutabilem esse, qui nunc nudus homo, nunc verus & perfectus Deus dicatur.*
- Etiam *ex operibus nondum esse verum & perfectum Deum, quia opera nouæ creationis nondum in suum finem integrè perducta sunt. Erit igitur dimidiatus Deus, expectans perfectionem diuinitatis, nostri glorificatione, à quibus tamen ipse adoratur.*

Propter *potentiam & exaltationem. Inde hæc consequuntur:*

- Hominem *exaltatum Iehouam esse, & recentem Deum.*
- Potentes *omnes & exaltatos veros esse Deos.*
- Patrem *mutabilem esse, qui contra edictum suum non solùm Deum adorandum, sed sibi æqualem fecerit, cui vicissim maiestatem illam deitatis adimere velit.*

Quòd *Pater illum sanctificauerit, & miserit in Mundum. Vnde consequitur sanctificationem & missionem in Mundum efficere Christum naturâ Deum, cùm tamen sanctificatio & missio sunt tantùm argumenta & indicia, quòd sit naturâ Filius, ideóque verus Deus.*

¶ HAE causæ, seu imaginationes ex Ethnicorum opinione natæ sunt. Prisci enim illi, si quem ob egregias, ac minimè vulgares virtutes suspiciebant, eum Deum ac Diis genitum dicebant. Cicero in Oratore, libro 2. In quo tu mihi Deus esse videris: id est, singularis & summus. Ethnici & rationem hominis Deum faciunt. Vide Prouerbium: DEVM sequere: id est, obtempera rationi. Nonnunquam verò à beneficio & liberatione aliquem Deum appellant, iuxta Prouerbium: Homo homini Deus. Item: Deus ex improuiso apparens.

Ariani Deum titularem & officialem Christum ipsum faciunt non naturâ Deum. Quod quidem his rationibus è Scriptura petitis, probatur.

Quia *nullus esse dicitq; verus Deus Iehouah potest, qui non sit naturâ Deus. Paulus enim negat, seruiendum esse Dijs, qui naturâ Dij non sunt, & nomine Dei proprio idem expressum est. Dicitur autem naturâ Deus, cui omnia diuinitùs elogia, quæ vsquam in Scripturis extant, verè competunt, quiq; in sua natura ab æterno subsistit? Ariani negant Filium naturâ Deum esse, quia hominem ex Spiritu Sancto conceptum Deum dici aiunt. Titularem ergo Deum Christum faciunt.*

Nullus *esse dicitq; verus Deus potest, qui æternus non sit, quia ex veri Dei prærogatiuis, quibus Scriptura eum à creaturis distinguit, vel præcipua est æternitas, Psal. 90. c. 16. 102. c. 13. Abac. 1. c. 12. &c. Ariani Christum Deum temporalem faciunt: Ergo, &c.*

Verus *Deus, extra quem, & præter quem alius non est, tantùm Creator cœli & terræ est. Sic enim Apocal. 14. a. 7. dicitur: Adorate eum, qui fecit cœlum & terram. Et Ieremias cap. 10. Dij, qui cœlum & terram non fecerunt, pereant. Etsi verò Ieremias hîc de idolis loquitur, idola tamen in Scripturis non statuæ tantùm & imagines vocantur, sed ingenerè quælibet creaturæ, præter vnum Deum, si illis honos soli Deo debitus, attribuatur.*

Non *est vllus verus Deus extra & præter hunc, qui in Mose clamat: Audi Israel, Iehouah Deus tuus Iehouah est. Ariani negant hunc Dei Filium esse: Ergo, &c.*

Non *agnoscit Scriptura vllum verum Deum extra & præter hunc, qui Esaiæ 43. c. 11. & 45. a. 5. inquit: Ego sum Iehouah, præter me non est Deus, & post me non erit. Ariani Filium & Spiritum Sanctum illum Deum esse negant, sed Patrem tantùm: Ergo, &c.*

Non *alius est Deus, quam qui populum Israëliticum ex Ægypto eduxit. Ariani negant opus hoc ad Filium quoque pertinere: Ergo, &c.*

Nullus *est alius Deus, præter hunc, de quo in Mose scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Ariani Deum hunc solum Patrem absq; Filio profitentur esse: Ergò, &c. Angitur nos alium Deum inuocamus, quàm Patres veteris Testamenti. Nos enim non Patrem tantùm, sed & Filium inuocamus.*

Non *est alius verus Deus, præter hunc, cui tribuitur, Ex quo, per quem, & in quem omnia. Ariani negant hunc Filium esse, Ex quo omnia: sed organum & administrum tantùm Patris faciunt, per quē omnia à Patre nobis distribuuntur, cum tamen Apostoli non aliter à Patre atque à Filio bona omnia precantur, Rom. 1. a. 7. Gal. 1. a. 3. &c.*

Arianos duos Deos inæquales, ac diuersos docere.

Quòd *Patrem Deum statuunt æternum esse, qui ante tempora secularia sine principio substiterit, Filium verò in tempore formatum, qui tum primùm cœperit, cùm obumbrante Spiritu Sancto ex Virgine in lucem editus est, cùm tamē à natura Dei nihil alienum magis est, quàm certo tempore formari. Scriptum enim est: Deum recentem non adorabis. Item: Ante me non fuit Deus formatus, nec post me erit.*

Quia *Patrem solum Creatorem esse cœli & terræ faciunt: Filium verò hoc titulo indignum iudicāt, cùm Scriptura nusquam tales proponat Deos veros, quorum alter Creator, alter creatus sit, cùm scriptum sit Apocal. 14. a. 7. Adorate eum, qui fecit cœlum & terram, & Dij, qui non fecerunt cœlum & terram, perdentur.*

Quòd *Patrem solum Excelsum, Altissimum, & super omnia docent, quas prærogatiuas Filio tribui negant, cùm tamen Dauid Psalmo 94. a. 3. Christum vocat Deum super omnes Deos: Apostolus Deum super omnia, & in secula laudandum, Roman. 9. a. 5. item Tit. 2. c. 13. Deum magnum. Zacharias Lucæ 1. g. 32. Altissimum, cuius faciem Ioannes præcurrerit.*

Quia *fatentur Patrem esse vnum solum Deum, non Filium, neque Spiritum Sanctum, verbis Christi falsò detortis, Ioan. 17. a. 2. Cùm & Filius Zach. 14. b. 9. Iehouah vnus dicatur.*

Quòd *Patrem solum naturâ Deum faciunt, Ex quo omnia: Filium verò non esse ex quo omnia, sed Patris administrum, per quem, & cuius respectu spiritualia & corporalia dona subministret, cùm veri Dei maximè sit proprium, omnium bonorum authorem esse, sicut Apostoli etiam à Filio bona omnia in suis Epistolis precantur.*

Quia *Patrem dicunt esse Deum veteris Testamenti, Filium verò non. Nam hunc quidem in veteri Testamento aliquid aut locutum esse, aut egisse negant, sed Patrem omnia gubernasse, & moderatum esse, qui tandem extremis hisce temporibus Filium Deum fecerit, vt postquam is exaltatus est, gubernet populum noui fœderis, vsque dum ad iudicandos viuos & mortuos venturus est. Certè Paulus aliter docet, dum eundem Dei Filium, quem habemus ipsi, ducem fuisse populi Israëlitici ostendit, huncque tentatum à Patribus in deserto, 1. Corinth. 10. b. 9. Consule & Psalmum 94. b. 9.*

¶ VT autem duos Deos, eosque diuersos faciunt, ita duplicem fidem faciant necesse est. Aliter enim in Deum Patrem credendum esse, aliter in Filium asserunt. Negant enim credendum esse in Filium tanquam verum, & ab æterno subsistentem Deum creatorem cœli & terræ, sed tanquam in hominem diuinitùs in summam sublimitatem euectum, cui propter Patris mandatum deferendus sit honos inuocationis & adorationis.

Absurda

Absurda, hæreses & blasphemiæ, quæ ex negata æterna Filij Diuinitate consequuntur.

ABSVRDORVM, quæ inde sequuntur, & alia impingunt in

Patrem. *Si enim nõ est verus ac æternus Deus,*

- Pater *ipse omnis boni ac veritatis fons, mendax inuenitur, qui dicit: Ego hodie genui te. Quid verò per Hodie intelligatur, alibi exponitur, vt Psal.19.a.4. Ante Luciferum genui te: id est, ante productionem stellarum. Vide Eccles.24.c.14.*
- Pater *non erit naturâ sapiens, & virtute pollens, cùm Filius sapientia & virtus Patris dicatur, Luc.11.d.20. 1.Cor.1.d.24. Extra enim substantiam suam sapientia & virtus sua producta non erit sibi connaturalis.*
- Pater *idolum erit, non habens æternam imaginem & formam, cùm nulla res absque imagine esse possit, nõ habens splendorem æternum gloriæ, quo nomine Paulus Filium Dei appellat, Hebr.1.a.3. Col.1.c.15.*
- Pater *etiam creatura erit, ex quo genitus est Filius. Generans enim & generatum eiusdem sunt naturæ. Si Filius creatura est, necesse & Patrẽ creaturam esse. Caro enim ex carne, creatum ex creato nascitur. Quod natum est ex carne, caro est, Ioan.3.a.6.*
- Duo *erunt diuersi Dij, vetus & recens, atque ita approbanda nobis erunt deliria fanaticorum hominum, vt Cerdonis, Marcionis, Saturnini, & aliorum, qui duos Deos fingebant, eosque diuersos, de quibus vide Tabulam, quæ continet opiniones hæreticorum, de numero Deorum.*

Filium. *Si enim Filius non est verus ac æternus Deus,*

- Non *est verè Iehouah, quo velut proprijssimo nomine Scriptura illum appellat.*
- Non *est Patri æqualis contra apertissimos Scripturæ locos, Zach.13.a.3. Ioan.5.d.26. 17.c.21. Phil.2.c.11.*
- Non *est vnigenitus Patris in sinu eius existens, Ioan.1.d.18.*
- Non *est primogenitus vniuersæ creaturæ, Col.1.c.15.*
- Non *erit Qui est, & qui erat, & qui venturus est, principium & finis, primus & nouissimus, Apocal.1.b.8.*
- Non *est idem heri & hodie, & in secula, Hebr.13.*
- Non *est in forma Dei, Phil.2.b.7.*
- Non *est λόγος. Λόγος enim in Ioanne dicitur quasi λέγων: persona videlicet loquẽs cum Patribus. Vide Exodi 6.a.3.*
- Non *fuit verbum ab initio apud Deum, Ioan.1.a.1. Eccles.1.a.1.*
- Non *est autor electionis in quo electi simus, antequam iacerentur fundamenta Mundi, Ephes.1.a.4.*
- Falsis *Dijs annumerabitur, & peribit, Ierem.10.c.11.*
- Non *sunt per illum omnia condita, Ioan.1.a.3. Psal.33.a.6.*
- Nullum *erit inter Angelos, Homines & Christum discrimen. Nam & Angeli & Principes Dij appellantur. Et Homo imago Dei est, sicut & Christus, Genes.1.d.26. Coloss.1.c.15.*
- Nulla *planè erit virtus mediationis, quæ à Filio Dei æterno manat.*
- Non *dat Filius vitam æternam, Ioan.10.d.28.*
- Nulla *actio illi tribuenda est, antequam ex Virgine nasceretur, cùm ante illud tempus nondum extiterit, contra apertissimos Scripturæ locos, Esa. 51.b.8. Mich.5.a.4. Iob.19.d.25. Psal.33.a.6. Ioan.5. &c.*
- Non *est inuocandus, Ioan.14.d.23. 1.Cor.1.a.2. Act.9.a.5.22.c.10. &c.*
- Non *sumus in illius nomine baptizandi.*
- Non *debemus illi cultum diuinum, alioqui gentilissimum introducimus.*
- Nulla *est causa cur se adorari patiatur, nisi dixeris, id creaturis etiam competère: vnde tamen mox sequitur, cæteras quoq; creaturas à se inuicem adorandas esse.*
- Non *debemus in illum confidere, contra illud: Creditis in Deum, & in me credite.*
- Non *habet plenam & perfectam diuinitatem, quæ in tota & perfecta essentia consistit, Col.2.b.9. Erit ½ Deus dimidius, partialis, ac secundarius.*

Scripturam. *Scriptura enim (quæ, Christo teste, non potest solui) mẽtitur quæ omnes æternitatis Dei periphrases, ac omnia æterna illi attribuit, vt æternum esse, æternam gloriam, æternum spiritum, æternam cum Patre coniunctionem, æternam generationem, &c. de quibus vide Tabulam de Æternitate Filij.*

Ipsam *Baptismi formam à Christo præscriptam. Si enim Filius verus ac æternus Deus non est, frustrà præcipit Christus, vt in nomine etiam suo baptizemur, sicut nomine Patris.*

Symbolum *antiquitus per Apostolos, secundùm Scripturas propagatum, vbi gloriamur nos in Verum, perfectum, & simplicissimum Deum credere, quem postea de Patre, Filio, & Spiritu Sancto interpretamur.*

Veterum *Patrum, &c. Vide literam A.*

A. Veterum Patrũ salutem. Si enim Filius verus ac æternus, Deus non est:

- Credentes *ab origine Mundi non fuerunt filij Dei, nec Deus Pater eorum, contra illud Esaiæ 63. d.16. Tu Pater noster es. Qui enim filij Dei sunt, id beneficij à Christo habent, qui cùm sit naturâ Filius, nos ius filiorum Dei adoptione per illum accipimus, dato nobis Spiritu per fidem. At cùm hic nondum extiterit, filij Dei fieri non potuerunt.*
- Patres veteres nullam veram Dei cognitionem habuerunt. *Nulla enim est vera Dei cognitio, nisi in Christo, Ioan.1.c.18. Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit nobis. Matth.11.d.27. Nemo nouit Patrem nisi Filius, & cui Filius reuelare voluerit. Iam si non semper fuit Filius, non erat certè reuelator. Quomodo ergo Pater Patribus reuelari potuit? Si autem semper Pater cognoscitur, & reuelator certè semper Filius est, erit certè Filius æternus. Quomodo autem Exod.6.4.3. dicit Dominus: Apparui Abrahæ, Isaac, Iacob in Deo Sabaddai, quo nomine Filium appellat. Si verus ac æternus Deus non est, nec cognitus veteribus Pater per Filium.*
- Non est *Deus à veteribus inuocatus, cùm ille per Filium inuocari debeat, & velit. Saluati ergo non sunt. Omnis enim qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit, Ioel 2.c.23. Rom.10.c.13.*
- Non est *vna fides, vna ratio iustificationis ac salutis nostræ ac Patrum, contra illud Actor.15.c.11. Per gratiam Domini nostri* IESV *Christi credimus nos saluos fieri, sicut & illi. Et Rom.4.c.11. Abraham fidelium Pater dicitur, &c.*

¶ VT autem absurda reiicienda sunt, ita & hypotheses, ex quibus sequuntur absurda, falsas esse necesse est. Quia ex vero nihil nisi verum, ex falso autem falsum colligitur, vera veris consentiunt. Atqui veritas hypotheseõn Scripturæ, vt figmentum hæreticorum confringat, oportet, nisi velimus humana diuinis, immutabilibus & æternis temporalia præponere.

Quottupliciter negetur Christus.

NEGATVR Christus

- Corde: *vbi quis in corde Christi religionem ridet, etiam si verbo, veræ religioni ac doctrinæ nomen dedisse videatur.*
- Verbo, *vel professione, & hoc vel in*
  - Diuinitate, *quã negârunt*
    - Cerinthus, *Carpocrates, qui Christi titulum dabant Filio Dei, sed parum fingebant hominem.*
    - Arius, *qui Dei nomine illum ornabat, verùm æterna diuinitate eum spoliabat.*
    - Sabellius, *qui Filium nihil à Patre differre commentus est, & substantiam Dei non in tres personas, sed in tres voces distinguebat.*
  - Humanitate: *vt Marcion, Cerdon, &c. qui Christum spectrum hominis fuisse somniabant.*
  - Vnione *& proprietate duarum naturarum: vt,*
    - Eutyches, *qui in Christo vnicam tantùm naturam, tanquam ex diuina & humana compositam dicebat.*
    - Nestorius, *qui duas personas in Christo faciebat.*
  - Proprio, *dũ quod illi proprium est, detrahitur: vt,*
    - Cùm IESVS *ille natus ex Maria Virgine, & crucifixus sub Pontio Pilato, negatur esse Messias ille à Iudæis expectatus.*
    - Cùm *negatur in solo* IESV *Dei Filio consistere nostram salutem, solum illum pro peccatis nostris satisfecisse, propterea eum solum esse nobis aditum ad Patrem, & vitam, vt Papistæ & Gentes.*
    - Dum *totum illius honorem in nos transferimus, vt Pelagiani faciebant, qui certamẽ quidem non mouebant de Christi essentia, quin verum Deum & hominem esse contenderent, sed totum illius honorem in nos transferebant. Quod est Christum in nihilum redigere, cùm eius gratia & vis aboletur. Sic Papistæ hodie Liberum arbitrium Spiritus Sancti gratiæ opponunt, & partem iustitiæ & salutis locant in operum meritis, & omnes meros sibi patronos imaginantes, per quos Deum propitium habeant, vero Mediatore abiecto, & sic fictitium quendam Christum habent: nam virtutem eius enerunt, officium obruunt, & peruertunt.*
  - Doctrina: *dum*
    - Doctrinam *ipsius pro vera doctrina nõ agnoscimus. Imò illius nos & piget, & pudet. Idq; vel ex malitia & contemtu, vt Iulianus Apostata, ex malitia damnabat Christi doctrinam, vel ex trepidatione & metu, vt Petrus se Christi Discipulũ fuisse negabat.*
    - Illius *doctrina vel corrumpitur, vel laceratur.*
- Factis, *seu operibus, &c. Vide literam A.*

A. Factis

A. Factis seu operibus, vt qui

- Tempore *persecutionis fidem in corde retinere satis esse putant, ne propter oris confessionem periculis obiiciantur.*
- Ingenuè *quidem & nihil coacti confitentur Christum esse vnicum Sacerdotem, & Mediatorem vnicum & vnam fidelium hostiam & purgationem, interea tamen coeunt in vnum corpus cum illis qui putant suam salutem non solùm Christi satisfactione, sed innumerabilium diuorum intercessione parari, frequentant sacra in quibus sacrificuli iactant se reale Domini corpus offerre pro expiatione peccatorum, horum sacris participant, genua flectunt imaginibus, adorantq; ea quæ non ignorant Lege Dei esse vetita.*
- Gratiam *Christi in lasciuiam conuertunt, Iudæ 1.v.4. Redemit enim nos Dominus vt populum haberet purgatum ab omnibus Mundi inquinamentis addictum sanctitati & innocentiæ.*
- Pro *veritate mendacium dicunt.*
- Christi *veritatem non liberè, sed simulatè nec perspicuè prædicant.*
- Veniente *Lupo fugiunt, aut tacent vbi constanter loquendum erat.*

Hæreses de Filio Dei diuersis temporibus ortæ.

HAERETICORVM alij errarunt de Filio Dei

- In *diuinitate.*
  - Vnionitæ *q; substantiam Dei nõ in tres personas, sed in tres voces distinxerunt, docentes vnam tantùm esse personã in Diuinitate, propterea & personarum confusores appellantur. Tales sunt*
    - Noetus *Asbricanus præceptor Sabellij hæretici, vnam tantùm personam in diuinitate docuit, circa annum Christi 250.*
    - Sabellius *natione Asber, Pentapolitanus, docuit vnam tantùm esse personam in Diuinitate, ac Trinitatem tantùm in nominibus non in rebus ac subsistentijs distinctis confitebatur. De hoc Eusebius Ecclesiasticæ hist. lib. 7. cap. 5. & lib. 10. cap. 29.*
    - Hermogenes, *qui in Asbrica Sabellij hæresim sparsit circa annum Christi 260.*
    - Paulus *Samosatenus, qui docuit λόγον apud Ioannem non significare personam, sed tantùm propositum æterni Patris de creatione Mundi & mittendo Christo. Homo planè ambitiosus: vixit tempore Galieni & Aureliani Imperatorum, qui Episcopus celeberrimæ vrbis Antiochiæ electus est post Demetrianum. Vide de hoc Euseb. lib. 7. cap. 22. 23. 24. 25. 26. Vixit circa annum Christi 270.*
    - Metangismonitæ, *qui docebant Filium intrare in Patrem sicut vas minus in vas maius, & sic Patrem & Filium vnam constituere personam.*
  - Tritheitæ, *qui tres personas in tres substantias transformarunt.*
  - Homuncionitæ, *qui diuinam in Christo naturam negant. Tales fuerunt*
    - Ariani, *qui dissimilem Patri Filium fecerunt, adeoq; & creatum, imò nec verum illum ac naturalem Dei Filium esse. Hinc & ἑτερούσιοι dicti sunt, quòd τὸν λόγον facerent natura & essentia diuersum à Patre. Dicti sunt & ἐξ οὐκ ὄντων, quod illum ex ἐκ οὐκ ὄντων creatum dicerent: postea in duas factiones diuisi, nempe in ὁμοιουσίους (quas si æquiessentiales dicas) & ἀνομοίους, dissimiles. Arius autem, à quo Ariani dicti sunt, primùm Diaconus Ecclesiæ Alexandrinæ, ac Meletij sectator fuit qui Nouati hæresim, de negandâ lapsis venia propagauit. Ideò Arius ex Ecclesia pulsus est ab Episcopo Petro, huius successor Achillas recepit Arium, eumq; scholæ Theologicæ præfecit. Mortuo Achilla Arius Episcopatum ambiebat, sed electo Alexandro, dolore repulsæ inflammatus, doctrinam Alexandri de Filio Dei coæterno & consubstantiali æterno Patri oppugnabat, asserens Filium non esse verè ac natura Deum. Lege de hoc Tripar. hist. librum secundum ab initio vsq; ad cap. 16. Vixit circa annum Christi 320.*
    - Photiniani, *& seq. Vide literam A.*

Humanitate, *& seq. Vide literam B.*

A.

Photiniani, *qui initium Filij duxerunt ex Virgine. Tales fuerunt*

- Artemon *in Phrygia tempore Seueri Imperatoris, qui hæresin sparsit quòd Christus sit purus homo, & tunc primum esse cœperit, cùm de Virgine Maria natus est. De hoc Eusebius lib. 5. cap. 28. & Augustinus cap. 52. de Ecclesiasticis dogmatibus.*
- Berillus *Episcopus Bostræ in Arabia: qui docuit Deum Patrem in Christo habitare, nec fuisse Christum antequam ex Virgine nasceretur. Vide de hoc Eusebium lib. 6. cap. 16. 24.*
- Marcellus: *qui docuit Christum nascendo ex Virgine etiam diuinitatis initium accepisse, & antequam ex Virgine nasceretur Deum non fuisse. Vide Augustinum cap. 26. de Eccles. dogmatibus.*
- Seruetus *Hispanus, qui renouauit hæresim Samosateni, & alios multos errores de mysterio incarnationis, Baptismo, de Angelis, de Animabus hominum. Docuit item λόγον non habuisse personam antequam indueret humanam naturam. Sectatores huius sunt hæretici nuper in Transyluania orti.*

Eunomiani, *qui Christum merum confessi sunt hominem ex viro & fœmina aliorum hominum more natum, licet animam habuerit Propheticam & Filius Dei dictus sit. Hoc enim factum esse secundùm adoptionem & officium. Tales erant*

- Aetius *acerrimus propugnator hæresis Arianæ, fuit præceptor Eunomij. De hoc vide Trip. hist. lib. 5. cap. 13. 19. 32. 33. 39. 42. Vixit circa annum 360.*
- Cerinthus *tempore Traiani Imperatoris, viuente adhuc Ioanne Apostolo, docuit Christum ex Ioseph & Maria natum esse similem cæteris hominibus, sed excellentem sapientia. De hoc lege Eusebium lib. 4. cap. 14. Irenæum lib. 3. cap. 3.*
- Ebion *tempore Traiani Imperatoris, qui docuit Christum esse tantùm hominem ex Ioseph & Maria natum, de quo Eusebius lib. 3. cap. 27. Irenæus lib. 2. cap. 26. & lib. 4. cap. 59.*
- Basilides, *qui Adriani Imperatoris temporibus, vixit circa annum Christi 120. De quo vide Irenæum lib. 1. cap. 23. & lib. 2. cap. 22. 66. Epiphanium lib. 1. Tomo 2.*
- Carpocrates *tempore Adriani Imperatoris docuit Christum cæteris hominibus parem esse hoc vno excepto quod animam mundam habuerat. Vide de hoc Irenæum lib. 1. cap. 24. Euseb. lib. 4. cap. 8.*
- Samosatenus, *qui corrupit doctrinam de Filio Dei, fingens in Christo humanam tantùm naturam esse.*

B.

Humanitate. *Vt sunt*

- Marcionitę, *à Marcione dicti, qui quum Virginem quandam stuprasset, ideóque à Patre Episcopo excommunicaretur, Romam aufugit, ibiq; Cerdonis doctrinam amplexus sparsit suum virus, circa annum Christi 150.*
- Appellitæ, *ab Appelle quodam discipulo Marcionis dicti, inter cætera docuerunt Christum non ex substantia Virginis, sed ex sideribus ætheream carnem assumsisse.*
- Cerdoniani, *à Cerdone quodam dicti, à quo Marcion suam hæresim accepit, vt Tertullianus lib. 1. contra Marcionem ostendit.*

Phantasmatici, *qui Christum phãtasma assumsisse perhibent: Vt sunt*

- Manichæi, *à Mane hæretico orti, contenderunt Filium Dei non assumsisse humanam naturam verè, sed simulatè seu putatiuè. Fuit Manes circa annũ Christi 280. Augustinus & ipse nouem annos in hac Secta Manichæorum versatus est, ac postea erroribus agnitis confutauit Manichæos, ac nominatim Faustum, Felicem, Fortunatum, Adimantum, & alios. Libri extant in sexto Tomo operum Augustini.*
- Valentiniani *circa annum Christi 150. orti à Valentino quodam hæretico, qui inter cætera docuit Filium Dei non assumsisse carnem humanam ex substantia Virginis Mariæ, sed spirituale & cœleste corpus habuisse, quod per Virginem Mariam velut per canalem transierat, quem errorem Irenæus lib. 3. cap. 33. & sequentibus refutat.*
- Archontici, *qui docuerunt Christum non esse natum ex fœmina, neque habuisse carnem, neq; verè mortuum fuisse, nec quicquam passum esse, sed simulasse tantùm passionem.*

- Ariani *qui dicunt Christum solam assumsisse carnem sine anima, sic sensit & Eunomius.*
- Apollinaristæ *ab Apollinari quodam Laodiceno, qui Antiochiæ docuit. Inter cætera docuit Filium Dei assumsisse tantùm corpus humanum, & non animam rationalem. De quo hist. Trip. lib. 5. cap. 44. Et lib. 9. cap. 3. Tandem verò conuictus animã Christo tribuit, sed ademit illi mentem, vim scilicet animæ præcipuam. Vixit circa tempora Hieronymi.*
- Ebionitæ, *qui dicebant Christum ex viri coitu natum.*

In vtroq; *& seq. Vide literam C.*

In vtroq; : *Diuina & humana natura simul. Erant enim qui cùm Scripturas vtraq; in re certas & apertas viderent, tum Deum tum hominem Christum asseuerabant, sed vno atq; eodem tempore negabant. Nam ante incarnationem, inquiunt, Deus fuit & non homo, post incarnationem verò desijt esse Deus, & homo iam effectus est, idq; ad resurrectionis aut ascensionis tempus, quo tempore relicta iterum humanitate, quemadmodum etiam ante incarnationem ita & post, Deus tantùm fuerit & non homo. Diuersum planè his docent Dauidici discrimine tantùm temporis seruato, qui Christum Deum factum esse tum præcipuè asserunt cum miracula diuina fecerit, resurrexerit & ascenderit in cœlum. At vbi alios iudicauerit relicta diuinitate, hominẽ tantùm per omnia nobis similem futurum, vbi ille prius nos diuinos effecerit.*

C. ¶

In vnione & proprietate naturarũ Christi, vt sunt

- Eutychiani, *qui in Christo vnicam tantùm naturam eamq; ex diuina & humana compositam dicebant. Sicut & Timotheani, Acephalitæ, Theodosiani, Gaienitæ, circa annum Christi 440.*
- Monothelitæ, *qui vnicam tantùm in Christo voluntatem asserunt.*
- Nestoriani, *qui duas in Christo personas fecerunt, negantes verbum carni vnitum in personam eandem. Contra Nestorium conuocata est Synodus à Theodosio iuniore in vrbem Ephesum, in ea præfuit Cyrillus Alexandrinus qui damnauit Nestorium, circa annum Christi 437. Nestorius paulò post in exilio tabe consumptus est. Vide Trip. hist. lib. 12. cap. 4. 5.*
- Apollinaristæ, *qui verbum in carnem mutatum esse dicebant.*

¶ Philastrius numerat ante aduentum Domini viginti & octo hæreses; post aduentum verò centum viginti octo, quibus nonnullas adiecit Augustinus. Epiphanius apud Augustinum in hæreticorum Catalogo recenset hæreses 90 Atque hæ omnes statim ab Apostolorum temporibus ad Augustini vsque tempora ferme intra trecentos emersêre annos, tum videlicet cùm omnium purissimè Ecclesiis traderetur veritas Euangelica.

Diuisiones Arianorum veterum, ex quorum genere noui Ariani progeniti, ingenium patrum suorum referentes diuersas ac inter se pugnantes Sectas introduxerunt, vnde quiuis planè cognoscere possit, nullam apud istos constare posse veritatem, Spiritumq; Sanctum vnionis & concordiæ Deum nullam ibi habere mansionem, eò quòd nulla inter ipsos concordia, sed summa dissensio sit religionis & doctrinæ, varietas & inconstantia.

Ex factione Ariana prodierunt Sectæ diuersæ

- Arianorum, *qui ita propriè appellabantur, alias ἑτερούσιοι, id est, non existentiales, eò quòd Christi alteram naturam priorem humana ex nihilo creatam dicerent, de quo vide Eccles. histor. lib. 10. cap. 6. & Tripar. hist. lib. 7. cap. 3. in professione fidei. Item lib. 5. Tripar. hist. cap. 39. &c. Verùm Arius ab exilio reuocatus nouitatem nominum quam prius adinuenerat, declinauit, simplicibus verbis vsus lib. 3. Trip. hist. cap. 6 decretisq; Nicæni Concilij callidè subscribens, lib. 3. Tripar. hist. cap. 9. Tales & Acatiani erant, lib. 5. Trip. hist. cap. 13.*
- Similium, *qui inter se iterũ dissidebant, dicebãt enim Filium similem esse Patri: Alij*
  - Essentia, *atq; hi ὁμοιούσιοι vocabantur, quasi dicas æquiessentiales, qui dicebant Filium non consubstantialem esse Patri, sed similis essentiæ, de quo vide lib. 1. Tripar. histor. cap. 13.*
  - Largitate *gratiæ. Tales erant plerique inter Arianos, qui dicerent similem quidem posse dici Filium, non proprietate naturæ, sed largitate gratiæ, in quantum scilicet potest Creatori creatura conferri. De quo vide lib. 10. Eccl. hist. cap. 25. Et lib. 1. Tripar. hist. cap. 18.*
  - Voluntate, *quales erant Acatiani ab Acatio Cæsariensi, qui dicebant Filium similem Patri secundùm voluntatem tantùm, vt est lib. 5. hist. Trip. cap. 34.*
  - Per *omnia, vt Macedoniani, qui dicebant similem quidem per omnia Filium Patri; Spiritum verò Sanctum cum Patre & Filio nihil habere commune. De quo lib. 10. Eccles. hist. cap. 25.*
- Dissimilium *qui dicebant, & seq. Vide literam A.*

- Dissimiliũ, q dicebant Filiũ dissimilẽ Patri, atq; hi etiã inter se dissentiebant. Erãt enim alij
  - Aetiani, qui Christum faciunt natura & essentia diuersum à Patre, hi & ἀνόμοιοι dicebantur. de quibus vide lib. 5. Trip. hist. cap. 39. Aetius à quo Aetiani dicebantur, à suis etiam sectariis propter suam sophisticen, hæreticus putabatur, ac si non eadem saperet quæ Arius, vt est lib. 5. Trip. hist. cap. 13. sed & ipse Arianorum communionem declinabat, lib. 5. Trip. hist. cap. 13.
  - Acatiani, Acacius enim etsi primùm voluntate Filium Patri similem esse dicebat, tamen postea à seipso etiam diuisus, quæ prius sibi placuerant, destruebat ac nomen similitudinis abscindere nitebatur, docens per omnia substantiam atq; voluntatem dissimilem esse Patri apud Filium, & ex non extantibus factam introducebat, sicut Arius primum placuerat, lib. 5. Trip. hist. cap. 39.
  - Eunomiani qui dicebant per omnia dissimilem Filium Patri, quia nullo genere possit esse similis factura factori. Hi rursus inter se diuisi sunt.
    - Eunomiotheophroniani, ab Eunomio & Theophronio quodam Cappadoce, qui ab Eunomio versuto contentiones didicerat & aliquid de Aristotelis Cathegoriis intelligebat. Vide Trip. hist. lib. 9. cap. 40.
    - Eunomioeutychiani qui Baptisma corrumpebant & baptizabant in morte Christi, lib. 9. Trip. hist. cap. 40.

  Alij enim erant

A.

- Dorotheanorum, à Dorotheo Antiochene appellatorum. Hi docebant non posse Patrem esse neq; vocari Filio non subsistente, quoniam Dei verbum non ex Patre naturaliter, sed ex non existentibus substitisse credebant. De quo vide lib. 9. Trip. hist. cap. 40.
- Marinianorum, qui contrarium sentiebant ac docebant, Patrem semper esse Patrem etiam Filio non extante: vocabantur isti & Psathyriani, eò quòd quidam Theoctistus Syrus genere ψαθυροπώλης hanc propositionem valde defenderet. Vide lib. 9. Trip. hist. cap. 40.

Horum singuli seorsum sacra sua solennia celebrabant. Alij enim Dorotheĩ, alij Marinum sequebantur.

Ad Lectorem author STEPH. SZEG.

Arius ac socij, inflati, Satanaq; ministri
Diuisi inter se contraria dogmata fingunt:
Quilibet ingenio fidit: contemnit & illum:
Scripturamq; sacram non vult audire loquentem.
Sic cadit in varios errores Aria turba
Quisq; suum placitum firmum probat atq; tuetur.
Qui sapit, hos fugiat, nec se coniungat iniquis:
Inficit atra lues sanas putredine mentes.

Opiniones Hæreticorum de numero Deorum.

HAERETICORUM alij confitentur

- Vnum esse Deum seu vnum principium. Horũ alij sunt
  - Appellitæ, qui vnum simpliciter omnium fatentur esse initium, Prophetas tamen contrario spiritu asserunt inspiratos. Sic dicti ab Appelle discipulo Marcionis, qui Cerdonis doctrinam amplexus, sparsit suum virus tempore Anthonij Pij, circa annum Christi 150. Rogatus autem Appelles, quomodo vnum principium sit, se id ignorare dicebat, eò quòd Prophetæ nihil contineant veritatis ac sibimet ipsis aduersentur. De Appelle vide Eccles. hist. lib. 5. cap. 13. Refutauit hunc Tertullianus in libro de carne Christi, & Rhadan, teste Eusebio lib. 5. cap. 13. Eccles. historiæ.
  - Basilidenses, qui docuerunt vnum quidem esse Deum Patrem, sed plures ex eo progenitos. Ex hoc enim natum esse νοῦν, ex hoc λόγον, ex hoc φρόνησιν, ex hoc σοφίαν & δύναμιν, ex his autem virtutes, principes, & angelos primùm condidisse cœlum, ex his alios & alios subinde derivatos vsque dum 365. cœli fabricarentur. Docuit Basilides primogenitum Patris νοῦν missum esse, vt credentes sibi in libertatem assereret, nec tamen crucifixum esse, sed tantùm eius loco Simonem Cyrenæum. Vide de hoc Irenæum lib. 1. cap. 23. lib. 2. cap. 21. & 66. Et Epiphanium lib. 1. Tom. 2.
  - Valentiniani qui dixerunt vnum quidem esse Deum æternum & incomprehensibilem αἰῶνα & cum ipso ἔννοιαν seu σιγὴν, sed plures inde progenitos. Inde enim genitum νοῦν ἐξ ἀληθείας. Ex his λόγον & ζωὴν, ex his ἄνθρωπον & ἐκκλησίαν. Et præterea ex λόγῳ & ζωῇ alia quinq; paria, & ex anthropo ac Ecclesia, alia sex paria seu αἰῶνας natos esse. Et nominauit hæc quadrigas αἰώνων, quorũ summa 30. αἰῶνας seu Deos efficit. Ideo Tertullianus Valentinum vsq; ad 30. æonum fœtus examen diuinitatis effudisse dixit. Portentosa Valentinianorum dogmata prolixè recensẽt & refutat Irenæus lib. 1. & 2. & sequentibus. Vixit autem Valentinus hæreticus, à quo Valentiniani dicti sunt, Romæ, tempore Antonini Imperatoris circa annum Christi 150. De Valentino hæretico vide Eusebium lib. 4. cap. 10. 11. 14. 22.
  - Seruetiani à Serueto Hispano hæretico, qui vnum quidem docuit esse Deum Patrem, sed Patrũ Deitatem Christo communicatam esse. Deinde eo Mediatore Apostolis per Spiritum. Atq; hanc veram esse Triadem, cum ex Triade fiat pentadecas. Lege de hoc Caluinum contra Seruetum.
- Duos esse Deos, & seq. Vide literam A.

A. Duos

Duos esse Deos seu duo principia. Horum alij sunt

- Marcionitæ, *qui duos deos fingebant, alterum conditorem Mundi, authorem Legis & Prophetarum, causam mali, sanguinarium, inconstantem, &c. alterum superiorem & potentiorem* τὸν ὑπερβάλλοντα πάντων, *Patrem Domini nostri* IESV *Christi, qui Legem & Prophetas & omnia opera alterius Dei dissolucrit. Vide Irenæum lib.1.cap.29. lib.2. cap.1.lib.3.cap.3.4.& alibi. Tertullianum in 5. libris contra Marcionem. Marcion hic à Cerdone suam hæresim accepit, vt Tertullianus lib.1.contra Marcionem ostendit.*
- Manichæi *à Mane quodam hæretico orti. Fingunt hi duos esse Deos, alterum bonum authorem rerum bonarum, quem* φῶς, *id est, lumen vocabant. Alterum malum pari potentia, quem* σκότος *vocabant, à quo coniugium, imperia, iudicia & omnia mala orta sunt. Ideo hi abstinebant à coniugio & politica gubernatione, Legem Mosis fingebant à malo Deo esse traditam, ideoq; abrogatam esse, abstinebant à carnibus & mactationibus pecudum. Vide de his Epiphanium lib.2.Tomi 2.& August. Ioan.6. Sic & Colabarsus sensit. Tale quid docuerunt & Saturniani, de quibus Irenæus lib.1. cap.22. Eusebius lib.4.cap.7.*
- Macedoniani, *qui & ipsi fingebant duos esse Deos, eò quòd Filius per omnia similis sit Patri, Spiritum verò Sanctum cum Patre & Filio nihil habere commune. De quo vide Eccles. hist. lib.10.cap.25.*
- Franciscani, *à Francisco Dauidis Transyluanicnse orti, qui docent duos esse Deos, vetercm & recentem, seniorem & secundarium, ædificantem & exædificatum. Veterem ac primarium, Patrem: recentem ac secundarium, Filium appellant.*

A.

Tres esse Deos seu tria principia. Horum alij docent tres esse

- Nomine *tantùm vt Sabelliani, qui Trinitatem tantùm in nominibus non in subsistentiis vel hypostasibus distinctis confitebantur. Vide hist. Eccl. lib.7.cap.5.& lib.10.cap 29. Vixit Sabellius circa annum Christi 260. Sumsit autem hanc hæresim Sabellius à Simone Mago qui omnis hæresis principium est, teste Eusebio, lib.2.cap.12.*
- Natura *& essentia vt Syræni hæretici, quia tria principia & tres naturas confirmabant. Vide Eccles. hist. lib.5.cap.13. Tales erant & Tritheitæ, qui sicut tres personas, ita tres asserunt Deos. De quibus caus.24.q.3 can. Quidam autem &c.*
- Valentinus *re & nomine Gentilis, tres Spiritus esse dicebat, ac proinde tres Deos, vnum essentiantem, quem Patrem vocauit, duos essentiatos Filium & Spiritum.*

Catalogus virorum clarissimorum ac Episcoporum vigilantissimorum, qui se Arianæ hæresi fortiter quouis tempore opposuerunt, ac pro veritate ad mortem vsq; & scriptis editis & viua voce decertarunt.

Alexander *Episcopus Alexandrinus, cuius ætate Arius, cùm hunc sibi prælatum esse impatienter ferret, mouit controuersiam de Filio Dei, cui fortiter restitit Alexander, de qua re extat Epistola hist. Tripar. lib.1.cap.12.13 14.*

Athanasius, *qui quinto mense post Concilium Nicenum Episcopus electus est Ecclesiæ Alexandrinæ post Alexandrum. Erat hic acerrimus propugnator veræ doctrinæ de Diuinitate filij Dei contra Arianos, & summam doctrinæ de tribus personis diuinitatis & vnione duarum naturarum complexus est Symbolo, quod Athanasij nominatur. Falsò delatus apud Constantinum relegatur Treuerim in Gallia, inde reuocatur à Constantino morituro, & restituitur Alexandriæ. Inde à factione Ariana rursus pellitur, constituto Episcopo Gregorio, & Romam fugit. Postea intercedente Constante fratre Constantij, rursus restituitur in Episcopatum. Mortuo Constante cùm mitteretur à Constantio dux Sebastianus cum militibus, vt Athanasium trucidarent, miranda liberatione ornatus est, punitis subita cæcitate militibus, qui ad eum trucidandum missi fuerant. Deinde à Iuliano iterum pulsus, à Iouiniano restitutus est. Tandem sub Valentiniano Imperatore, cùm propter seditionem populi quatuor menses in sepulchro delituisset, iussu Imperatoris redit ad Ecclesiam, & tranquillè deinceps præfuit vsque ad annum Christi 379. Historiam gubernationis, certaminum & periculorum Athanasij legant studiosi, Trip. hist. lib.3.c.4.5.6.7.8. & toto libro quarto.*

Petrus *Episcopus Alexandriæ, qui Athanasio successit. Pulsus autem à factione Ariana Romæ exulauit. Tandem Damasi literis commendatus Ecclesiæ Alexandrinæ, rursus aliquandiu præfuit. Vide Hist. Tripar. lib.7. cap.37.& lib.8.cap.14.*

Maximus *Episcopus Hierosolymorum, successor Macarij, cuius præcipua fuit authoritas in Concilio Nicæno, Hist. Trip. lib.4.cap.10. Arianæ hæresi fortiter restitit.*

Marcellus *Episcopus Ancyræ in Galatia, tempore Constantij Imperatoris vixit, & scripsit multa contra Arianos. De quo vide Hist. Trip. lib.3.c.9. lib.4.cap.24 30.*

Paulinus *Episcopus Treuirensis, apud quem Athanasius aliquandiu exulauit. Is cùm in Synodo Mediolanensi puritatem doctrinæ de Christo vero Deo, contra Arianos constanter propugnaret, à Constantio Imperatore in Phrygiam relegatus est, Hist. Tripar. lib.5.cap.15.& 16.*

Hilarius, *primùm Diaconus Ecclesiæ Romanæ, postea Episcopus Pictauorum in Aquitania, vixit tempore Constantij & Iuliani & Valentiniani Imperatorum. Hic cùm factione Arianorum & nominatim Saturnij Arelatensis Episcopi, in Phrygiam relegatus esset, accuratissimè scripsit duodecim libros de Trinitate. De exilio Hilarij vide plura apud Sulpitium Seuerum lib.2.*

Eusebius *Episcopus Vercellensis in Liguria, sub Constantio Imperatore, cùm iussus esset subscribere decretis Arianæ Synodi Mediolanensis, tabellas in ignem abiecit. Ideò in exilium pulsus venit ad Athanasium. Postea sub Iouiniano rursus Vercellas reuocatus, tandem sub Valente Ariano lapidibus obrutus est.* Vide Trip. hist. lib. 5. cap. 15. 16.

Basilius *Episcopus Cæsareæ in Cappadocia, qui grassantibus Arianis acerrima certamina cum illis sustinuit, quos Valens Imperator fouebat, & veram doctrinam de Filio Dei & Spiritu Sancto illustrauit. Moritur circa annum Christi* 390.

Gregorius *Nazianzenus, socius studiorum & collega Basilij, Præceptor Hieronymi. Hic etiam scripsit multa contra Arianos, de fide Niceni Concilij, &c. Mortuus est circa annum Christi* 400. *Vide Hist. Eccles. lib.* 11. *cap.* 9. *Tripartitæ lib.* 9. *cap.* 8. 10. 13.

Gregorius *Nyssenus, frater Basilij, Episcopus Nyssæ. Illustrauit hic veram doctrinam de Filio Dei & Spiritui Sancto. De hoc vide Eccl. hist. lib.* 11. *cap.* 9.

Flauianus *Episcopus Antiochenus qui acerrimè restitit Arianis sub Valente Imperatore. Hic cum Diodoro plurima pro ouibus certamina passus est, Trip. hist. lib.* 9. *cap.* 44.

Melanthius *Episcopus Rhinocoruræ, quæ est extrema vrbs Ægypti versus Palestinam, in exilium pulsus est ab Arianis sub Valente Imperatore, Trip. lib.* 8 *cap.* 1.

Aphraates, *cùm à Valente Imperatore Ariano pij Pastores passim pellerentur, docendi officium suscepit. Digna profectò est lectione historia Colloquij inter Valentem Imperatorem & hunc Aphraatem, quæ Trip. lib.* 8. *cap.* 4. *recensetur.*

Meletius *Episcopus primùm Sebaste in Armenia, deinde in Antiochiam vocatus, orthodoxam sententiam de Diuinitate Filij Dei constanter propagauit. Cùm autem aliquando contionanti os obturaretur, tribus digitis porrectis & clausis, ac vno rursus extento Trinitatis vnitatem confessus est. Quòd enim ore eloqui non sinebatur, id manu designabat. Trip. lib.* 5. *cap.* 47. 48. *lib.* 6. *cap.* 23.

Augustinus, *qui Munus Episcopi* 40. *annos administrauit, ac acerrima certamina cum hæreticis non solùm Arianis, sed & Manichæis, Donatistis & Pelagianis sustinuit, refutauitq; eorum errores viua voce & editis plurimis scriptis quæ extant. Moritur circa annum Christi* 433. *die* 28. *Augusti.*

Aurens *Episcopus Moguntinensis, tempore Theodosij Imperatoris Iunioris, ob veram fidei professionem in exilium pulsus est ab Arianis, deinde in vrbem ab Attila captam reuersus sacrum faciens ab Hunnis interfectus est.*

Cyrillus *multa scripsit contra Arianos. Vixit tempore Theodosij Iunioris, circa annum* 430.

Ioannes *Episcopus Romanus. hic Arianos ex Italia eiicere conabatur, sed à Theodorico Veronense in carcere necatus est, circa annum Christi* 520.

Leander *Episcopus Hispalensis, Gottos in Hispania & imprimis Hermogibbum Regem ab Arij fureribus abduxit, circa annum Christi* 600. *Celebratur hic à Gregorio Magno qui commentarium in Iob Leandro dedicat.*

¶ Consilium Sisennij de concordandis hæreticis, vide lib. 9. Tripar. hist. cap. 19.

AD LECTOREM.

Hæc exempla monent Pastores vera tueri,
Ne Lupus infirmas deuoret asper oues.
Hi telo Domini transfigant falsa docentes
Qui damnosa Deo bella mouere student.

Id est, seu expositio Mateologica Vocabulorum quorundam Sacræ Scripturæ ex Franciſci Dauidis scriptis collecta, in hoc vt cuilibet constet monstrosam hanc Sutoris expositionem monstrosæ ac à Deo auersæ mentis indicium esse.

In principio erat Verbum.

Verbum, *id est, Enarrator mysteriorum Dei. Vide Actione diei noni litera* V. *In expositione huius vocabuli Blandrata à Francisco Sutoris dissentit, & Verbum vocat Dei rationem agendi, voluntatem, mentemq; quam habuit de exhibendo nobis Filio Redemptore, ex semine Dauidis. Actione diei sexti litera* M. 2.

Erat, *id est, abscondebatur, nulli erat cognitum, antithesi* 11. *At quis vnquam audiuit verbum substantiale in hunc sensum vsurpari, vt esse pro abscondi ponatur?*

In principio, *id est, initio prædicationis, actione noni diei litera* V. *Si initio prædicationis erat, id est, nulli planè erat cognitum verbum, ergo prædicatione verbi nihil effecit. Nam tum etiam erat, id est, abscondebatur vt Franciscus Sutoris exponit. At Ioannes Baptistæ testificatione Christum manifestatum esse scribit, antequam prædicaret Christus. Si verò ante prædicationem manifestatus est Christus Ioannis testimonio, multo magis cùm prædicare cœpit & signa edidit. Quòd si verbum Erat hic simpliciter exponat, pro subsistebat, sibi ipsi contrarius erit & oratio superflua. Quis enim est qui nesciat prædicationis initio fuisse Christum?*

Verbum *erat apud Deum, id est, soli Deo cognitum, non notum autem hominibus, Actione noni diei litera* V. *Hic*

verbum

Verbum Erat, per contrarium exponit, vt Verbum Erat significet nonnunquam cognitum esse, nonnunquam incognitum esse.

Et *Verbum erat Deus, id est, Dominus, potens, exaltatus à Patre, Actione noni diei litera* V. *Hac ratione nullum erit discrimen inter Filium Dei naturalem & magistratus quos Deus exaltauit.*

Omnia per ipsum facta sunt.

Omnia, *id est, opera nouæ creationis, ac præcipuè electi. Sic enim vniuersalem particulam restringendam esse docet Franciscus Sutoris, Antithesi* 19. *&* 20. *Ac scimus quidem vniuersalem particulam Omnes & Omnia, aliquando restringi ac in genere masculino pro multis interdum vsurpari, vt Matth.*2.*a.*3. *Et omnis Hierosolyma cum illo, Act.* 4. *c.*16. *Omnibus habitantibus Hierosolymis conspicuum est. Roman.* 11.*d.* 32. *Vt omnium misereatur. Item pro Electis, Ioan.*6.*g.*45. *Erunt omnes à Deo docti. Ephes.*4.*c.*13. *Donec perueniamus omnes in vnitatem fidei. Item pro filiis huius seculi, Luc.* 6. *d.* 26. *Væ vobis cùm laudauerint vos omnes homines, id quod ad filios huius seculi referri debet; hi enim Pseudoprophetis & impostoribus applaudunt. In neutro verò genere, omnia, pro rebus licitis quandoq; vsurpari scimus, vt Ephes.* 5. *d.* 24. *Vxores suis viris subditæ sint in omnibus. Aliquando pro rebus mediis & indifferentibus, vt* 1.*Corinth.*10.*d.*23. *Omnia mihi licent, &c. Item pro rebus tristibus & aduersis, Rom.*8. *Scimus quòd his qui Deum diligunt omnia cooperentur in bonum. Item pro impedimentis & obstaculis, Matth.*13. *a.*46. *Vendit omnia quæ habet, &c. Verùm quandocunq; id fit vt vniuersalis particula ad hunc modum restringatur, aliquid tum præcedere solet ad quod particula illa restringatur, at hîc nihil tale præcedit: Vnde constat hanc expositionem restrictiuam coactam esse, & planè inauditum omnia in neutro, pro electis accipi.*

Facta sunt, *id est, refecta. Sic enim solent simplex pro composito vsurpare. Vide actione diei septimi litera* O. *& antithesi* 21. *Multum enim discriminis ponit Sutoris inter facere & creare, cùm Moses nullum planè faciat discrimen. Promiscuè enim verbo creandi & faciendi vtitur. Vt, Fecit Deus duo luminaria magna, &c. Item vidit Deus omne quod fecerat. In principio creauit Deus cœlum & terram, &c. Et creauit Deus cætos magnos. Si autem facere pro reficere seu restaurare ponitur, restauratus est & Christus, de quo Paulus Hebr.* 1.*a.* 4. *dicit præstantiorem factum Angelis. Et Hebr.*3.*a.*1. *Considerate Apostolum & principem confessionis nostræ Christum* IESVM, *quòd fidelis sit ei qui fecit ipsum. Sed & de Patre dici poterit quòd sit restauratus ac recreatus, si facere pro recreare ponatur. De eo enim dicit Dauid, Factus est Dominus mihi in salutem, &c. Franciscus Dauidis cùm expositionem hanc nimis coactam esse videat, ad aliam confugit, Omnia per Christum facta sunt, id est, sine ipso nihil possumus facere, antithesi* 19. *Vide quàm verus sit Ioannis interpres, facta sunt, id est, possumus facere.*

In Mundo erat, & Mundus per ipsum factus est.

In *Mundo, id est, in populo Israelitico, antithesi* 29.

Mundus *per ipsum factus est, id est, populus Israel per illum restitutus & restauratus est, antithesi* 29. *& in expositione capitis* 1.*Ioannis, litera* V.2. *Porrò si hic Mundus, id est, populus Israeliticus per Christum factus est, id est, restauratus, cur Ioannes dicit hunc Mundum Israeliticum λόγον nec agnouisse nec recepisse? Cur Paulus ac Barnabas, Act.*13.*g.*46. *de hoc Mundo dicunt: Vobis oportebat primum loqui sermonem Dei, sed quia repellitis eum & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce conuertimur ad Gentes? Et Christus, Ioann.*17.*b.*9. *Non pro Mundo rogo. Item: Pater iuste Mundus se non cognouit, &c.*

Verbum Caro factum est.

Verbum, *id est, Messias potens & Deus fortis, antithesi* 39. *Hîc iterum aliter Verbi vocabulum interpretatur.*

Caro, *id est, humilis & despectus & pauper, antithesi* 39. *Iuxta hanc expositionem omnes erimus despecti. Caro enim, id est, homines sumus. Quòd si hæc expositio vera est, sequitur Christum non verè passum esse. Nam corpore nihil passus est. Caro enim secundùm illorum sententiam paupertas est & humilitas, non homo ex corpore & anima constans. Petri ergo locus,* 1.*Pet.*4.*a.*1. *Christus passus est carne, ita interpretandus erit, Passus est carne, id est, nec corpore nec anima, sed humilitate & paupertate.*

Per *Christum sunt omnia, id est, per instrumentum quoddam non causam efficientem, antithesi* 29. *Instrumentum ergo creationis erit & Pater, cùm Paulus eum vocet, per quem omnia, Rom.* 11.

Altissimus, *id est, Pater, Gen.*14.*c.*19. *cùm & Filius altissimus vocetur, Luc.*1.*g.*32. *Eccl.*1.4. *Esd.*7.

Ex *quo omnia, id est, Pater, Rom.*11.*d.*36. 2.*Cor.*5.*c.*18. *Per quem omnia, id est, Filius, cùm Paulus Roman.* 11. *Patrem etiam per quem omnia appellat; Filium verò ex quo & in quem omnia, Ephes.*3.*c.*9.4.*b.*6.*Col.*1.*c.*16.

Deus *manifestatus est in carne, id est, homo Christus* IESVS *Deus est, sed temporarius, antithesi* 31. *Vide quàm scitè Sutor suam sartiat expositionem, ac membra propositionis venusta expositione sua inuertat, ex prædicato subiectum. ex subiecto prædicatum substituens.*

Egressus *eius à diebus æternis, Mich.* 5. *a.* 2. *Egressus, id est, promissio de futuro Christo, actione diei* 3. *litera* H. *Cùm nulla hîc de promissione mentio sit, sed generatione Filij æterna. Neq; enim vocabulum Mozaothaf Iudaico more deprauandum est, quòd significet ab æterno seu ab antiquo promissum. Substantiam & ipsum esse significat quod extiterit à diebus seculi antequam tempus aut alia creatura esset.*

Antequam *Abraham esset ego sum, Ioan.8.g.58. Id est: Ego promissus, cognitus, & occisus sum ab origine Mundi, antithesi 8. Hic iterum in verbo substantiuo cognitionem, contra verbi naturam includit.*

Primus *& nouissimus, Apoc.1.c.13. Primus, id est, exaltatus, nomen pro participio, actione diei tertij litera* H.2. *Nouissimus, id est, complementum, Ibidem. Cum tamen primus & nouissimus, æternum, ineffabilem, & optimum maximum significet, qua ratione & Patri ipsi tribuitur.*

A Deo *exiui & veni, Ioan.8.g.42. id est, conceptus sum de Spiritu Sancto, actione diei 5. litera* L.4.

Per *semetipsum purgatione facta, Hebr.1.a.3. Per semetipsum, id est, vltro fecit purgationem, pronomen pro aduerbio, Actione diei tertij* G.3. *cum hic collatio sit tacita vt per seipsum referatur ad victimas Sacerdotum in Lege, qui non seipsos offerebant, sed pecudes, &c.*

AD LECTOREM.

Dentibus vt Sutor fœdas extendere pelles,
Sic torquere studet Biblia Sutorides.
Hunc, rogo, quis docuit contraria fingere vero?
Qui studuit nomen perdere, Christe, tuum:
Qui veterem Patrem nostrum tentauit in horto,
Deliciis captos allicit, vt perimat.

Antitheses dogmatis Sutorij ac ministrorum eius ex eorum libellis atramento Sutorio descriptis collectæ.

Docent *Trinitatem esse & esse veram, vt est in titulo capitum consensus: capita, inquiunt, consensus de vera Trinitate Ministrorum, &c.*		Negant *in diuinis Trinitatẽ esse, sed eã à Patrib. Niceni cõcilij introductã esse dicunt, vt est parte prima libelli Hungar. Franc. Dauidis, litera* C.4.
Docent *Patrem per Filium, & Filium vnà cum Patre inuocandum esse: vt est in capitibus consensus doctrinæ.*		Negant *Filium vnà cum Patre adorandum esse aut inuocandum, vt est in fine actionis diei quarti. Adoramus, inquiunt, Patrem Iehouam tanquam originem, deinde post Patrem adoramus et Iehouam Filium.*
Docent *vnum tantùm esse Deum secundùm Scripturas.*		Hoc *vno Deo non contenti fingunt Deum alium esse absolutum, alium dependentem, alium figuratiuum, alium veterem, alium recentem, vel Deum alium veteris, alium noui Testamenti, contra illud Psal.80.b.10. Ne sit inter vos Deus recens. Vide Actione diei 5. & 8. &c.*
Docent *Filium Patri æqualem esse, quòd in eo habitet omnis plenitudo diuinitatis, vt est tertia parte libelli Hungarici Francisci Dauidis in confessione de Filio Dei. Docent etiam vnam & eandem esse amborũ, id est, Patris & Filij diuinitatẽ vt est actione diei 5. & tertia parte libelli Hung. Franc. Dauidis statim initio, in confess. de Filio.*	Huic contradicunt, vbi	Negant *esse æqualem, cùm veram eius diuinitatẽ ac æternitatem negant. Item, cùm dicunt opus Filij longè præstantius ẽsse opere Patris, vt est actione diei 7. ex Francisco Dauide, litera* O.
Affirmant *se nunquam de æterna Christi diuinitate vel dubitasse vel litigasse, vt est actione diei 3. in confessione Dauidis.*		Negant *vnam Patris & Filij vsiam, etiamsi vsiã & diuinitatem idem esse dicant, vt est actione diei 5. in responsione Demetrij Huniadiensis.*
Ita *diuinitatem Filij asserunt, vt eam Patri ademisse videantur. Sic enim Franciscus Dauidis actione diei 3. inquit: Quicquid est ipse Deus, totum est in Christo, & ipse Iehouah, iustitia nostra Deus redemtor noster non alius.*		Ita *Patris diuinitatem asserunt, vt Filio eam adimant prorsus, cùm hominem tantùm esse dicant, & non nisi officio & potestate Deum esse deprædicent, vt est actione diei 8. litera* R.2.
Docent *nullum esse Filium Dei qui idem non sit Deus, vt est actione diei 6. ex Blandrata.*		Negant *Filium Dei Deum dicendum esse, vt rectè dici non possit Filius Deus. Id passim in eorum libellis reperies.*
Asserunt *λόγον & Spiritum fuisse ab æterno, vt est in Capitibus consensus doctrinæ, & in ordine argumentorum suorum.*		Filium *Dei Deum æternum esse negant, sed temporalem Deum faciunt, ratione tituli, dignitatis, potestatis, &c.*
Docent *nos Spiritus etiam nomine baptizandos esse, vt est in capitibus consensus doctrinæ, & in secunda parte libelli Hungar. Francisci Dauidis, litera* E.3. *vbi docet Dauidis non aliam baptismi formam esse debere quã quæ ab ipso Christo præscripta sit, Mat.28.d.19. et ab Apostolis vsurpata.*		Negant *quenquam nomine Spiritus Sancti baptizandum esse, sed vel Patris tantùm vel Filij, Act.2.d.38.10.g.48. vt Eunomiani baptizabant. de quo hist. Tripar. lib.9. cap.40.*

Locum

Locum *Esaiæ, cap. 51. b. 9. Excitare Brachium Domini, ad Christum referunt, vt est in libelli Hungarici initio. Qui quidem locus Filium cœli ac terræ conditorem esse demõstrat. Dicit enim: Quis es tu vt obliuiscaris Domini Dei tui Factoris tui, qui cœlos extendit & terræ fundamenta iecit? Vbi enim dicit, Posui verba mea in ore tuo, vt plantes cœlos & fundes terram, apostrophe est orationis non Patris ad Filium, sed Filij ad Prophetam. Nam & Dauidis præcedentia ad Filium refert. Per cœlos autem & terram homines intelligit, qui voce Prophetarum erant plantandi.*

Verbum *asserunt ab æterno fuisse, vt est in capitibus consensus doctrinæ.*

Asserunt *Patres omnes per Filium cognouisse Patrem, cùm nemo Patrem cognoscat nisi Filius, & cui Filius voluerit reuelare, Matth. 11. d. 27.*

Adscribunt *Filio diuinitatem, vt est actione diei tertij in confessione Dauidis.*

Docent *vnum tantùm Deum adorandum & inuocandum esse, Deut. 6. a. 4.*

Docent *se nunquam de æterna Filij diuinitate litigasse, vt est actione diei tertij in confessione Francisci Dauidis.*

Reiiciunt *Symbola omnia, vno tantùm Symbolo Apostolico contenti, vt est in prima parte libelli Hungarici Francisci Dauidis litera* B.

Fundamentum *salutis integrè in Ecclesia mansisse docent, vt est in quarta parte libelli Hungarici Dauidis litera* P.

Docent *exire à Deo & mitti non esse aliud quàm concipi de Spiritu Sancto, vt est actione diei 5. circa finem. Id quod apertè Spiritus Sancti diuinitatem asserit.*

Docent *Christum non esse illum vnum Iehouam cuius fit mentio in Veteri Testamento, vt est actione diei noni.*

Docent *Spiritum Sanctum posse dici Deum, eò quòd Dei sit Spiritus Sanctus, vt est in thematibus Synodi Thordensis.*

Huic contradicunt, vbi

Negant *apertè Filium Dei conditorem esse cœli & terræ, vt est in fine actionis postremæ, &c.*

Principium *in Ioanne pro initio prædicationis accipiunt, vt est actione noni diei, in expositione Euangelij Ioannis.*

Negant *ante Patres fuisse Filium. Quomodo ergo ante incarnationem Patres Deum cognouerunt si non semper fuit Filius? Nam si non semper fuit, non erat certè reuelator per quem Pater agnosceretur.*

Filium *æternum esse negant. Qua fronte verò diuinitatem illi adscribũt, & æternitatem illi suffurantur? Si enim Deus est, æternus est. Aut cur Franciscus Dauidis æternam Filio diuinitatem tribuit, si æternus non est?*

Asserunt *homines etiam & Angelos in Veteri Testamento adoratos fuisse, in nouo verò id non licere, vt est in libelli Hungarici Francisci Dauidis fine. Quasi verò non etiam ad veteris Testamenti tempus pertineat quod dicit Dominus: Gloriã meam alteri non dabo, Esa. 42. b. 8.*

Colligunt *ex cap. 15. d. 29. primæ ad Cor. Et Filius subiicietur illi, qui illi subiecit omnia, &c. Diuinitatem Filij post finem Mundi huius desiturã, vt est in tertia parte libelli Hungarici Francisci Dauidis statim initio in confessione de Filio.*

Multa *ex aliis etiam Symbolis suffurantur, vt illud Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, &c. Nicænæ & Constantinopolitanæ 1. Synodi Symbolo suffurati sunt. De quo vide in tertia parte libelli Hungarici Francisci Dauidis in Confessione de Filio.*

Asserit *Dauidis in prima & secunda & tertia parte libelli Hungarici, fundamentum quod in cognitione vnius Dei consistat per Sophistas subolatum fuisse.*

Negant *apertè Spiritus Sancti diuinitatem, vt est in parte tertia libelli Hungarici de Spiritu Sancto.*

Locos *Esa. 45. c. 14. In te tantùm est Deus, &c. & illud: Mihi incuruabitur omne genu, &c. & Esa. 51. b. 9. Excitare Brachium Domini, & Iere. 23. Dominus iustitia nostra, &c. Franciscus Dauidis de Christo exponit, vt est actione diei 3. & initio libri Hungarici Francisci Dauidis.*

Negant *Spiritum Sanctum esse Deum. Vide libellum Francisci Dauidis Hungaricum de Spiritu Sancto & alibi passim.*

Est magnum vitium pugnantia dicere ciui,
Maius Pastori, qui bene pascit oues.

Descriptio vitæ Arij à locis personarum, vt Ariani noui ex familia Arij veteris nati in hac patris sui imagine velut in speculo quodam lucido sese contemplentur.

DESCRIPTIO vitæ Arij à

Patris *persona. Patrem enim habuit Harmodium omnibus penè inuisum, vnde illud: Apud me nunquam Harmodius canet, proeo quod est: Mecum conuiuia nunquam agitabit.*

Nomine *& eius Ethymologia. Arius enim si vim vocis spectes, idem est quod naso carens, id est, parum sagax, hoc est imprudens, qui tamen multum sibi tribuat & perturbet omnia. Descriptus igitur antè in Iudicium Dei Arius, eodem iudicio id nominis adeptus est, quod impietati, studiis ac conatibus illius probè conueniret. Gregorius Nazianzenus in Basilij magni vita docet, Arium à Marte nomen traxisse, eò quòd discordia pestulenti Ecclesiam omnem infecerit, Arius enim bellicosus & Martius dicitur.*

Ingenio. *Erat enim gloriæ laudisq; & nouitatis improbæ cupidus, vt est hist. Eccles. lib.10.cap.1.*

Forma *eleganti, vnde tamen nullam ille meretur laudem, cùm specie magis & forma quàm vita tute religiosus esset. Verùm enim est illud quod prouerbio iactari solet: Simiarum pulcherrimam deformem esse. Quid enim est corpore esse formosum, mente verò ac animo deformem? Vide Eccl. hist. lib.10.cap.1.*

Studio: *primùm enim Meletij sectator fuit, Episcopi videlicet Thebaides in Ægypto, qui Nouati hæresim de neganda lapsis absolutione propagauit circa annum Christi 300. Ideo ab Ecclesia pulsus est Arius ab Episcopo Petro.*

Conditione: *primùm enim Diaconus Ecclesiæ Alexandrinæ fuit, reiectus tandem ab Episcopo Petro propter Meletij errorem. Eò verò mortuo successor Achillas recepit Arium, eumq; Scholæ Theologicæ præfecit, & expositionẽ diuinarum Scripturarũ ei commisit, Trip. hist. lib.1.cap.11.*

Doctrina *noua & à Scriptura aliena, Eccles. hist. lib.10.cap.1. Doctrina verò Arij hæc erat. Non semper, inquit, Deus Pater fuit. Non semper fuit Dei verbum, sed fuit quando Deus pater non fuit, Dei autem verbum ex non existentibus factum est. Existens enim Deus, non existentem ex non existente fecit. Quapropter fuit aliquando, quando non fuit. Creatura enim est & factura Filius, neq; similis est Patri secundùm substantiam, neq; verus est neq; vera sapientia eius est, neq; verum naturaliter Patris verbum est, sed vnus quidem creaturarum. Abusiuè autem dicitur Verbum & sapientia. factus & ipse & existens in proprio Dei verbo & in Dei sapientia, in qua etiam omnia & ipsum fecit Deus. Vnde & conuertibilis est & mutabilis per naturam, sicut & vniuersa rationalia. Peregrinum & extraneum & remotum est verbum ac paterna substantia & inuisibilis est Filio Pater. Non enim perfectè & integrè nouit Filius Patrem, neque enim perfectè videre potest. Nam nec suam substantiam perfectè nouit Filius, propter nos enim factus est, vt nos per eum tanquam per instrumentum crearet Deus, & nequaquam subsistitisset nisi Deus nos facere voluisset. Vide hist. Trip. lib.1.cap.13. Hanc impietatis fecem sorpsit Arius ex Hebionis, Artemonis, & Samosateni lacunis. De quo hist. Trip. lib.1.cap.14.*

Moribus *prauis. Vide literam A.*

Vitæ exitu. *Cùm enim ex Imperatoris aula deduceretur Arius à sua factione in Ecclesiam, subito dolore ventris in itinere corripitur, & secessum petens vnà cum stercoribus intestina, iecur, & splenem effudit, atq; ita cacando periit. Lege Trip. hist. lib.3.cap.10. Platinam in vita Iulij 1. Simile quid Anastasio 11. Pontifici Romano Ariano accidisse quidam scriptores referunt. Vide Platinam in vita Anastasij 11. & distin. can. Anastasius 11.*

MANTVANVS DE ARIO.

Arius humani generis lethale venenum
Legis in excidium natus, fideiq; ruinam
Polluerat Gentes totumq; infecerat orbem:
Tunc Synodus Nicæna fuit celebrata sub ipso
Cæsare, & impietas Arij damnata, volentis
Partiri naturam vnam natiq; Patrisq;.
Moribus atq; suis dignam dedit ille ruinam:
Inteſtina, iecur, splenemq; effudit, vt esset
Exemplum cunctis, Domini, mortalibus, iræ.

A. Moribus

Ambitione. *Arius enim Episcopatum Alexandriæ ambiebat. Electo ergo Alexandro dolore repulsæ inflammatus, doctrinam Alexandri de Filio Dei coæterno & consubstantiali æterno Patri oppugnabat, asserens Filium non esse verè & natura Deum, nec esse coæternum & consubstantialem Patri. Tripar. hist. lib.1.cap.12.*

Inuidia. *Sic enim Tripar. hist. lib.1. cap.12. scribitur, porrò laudabilem videns Alexandri conuersationem, nequaquam calumnias contexere prævalebat, verùm quiescere illum prohibebat inuidia. Hunc igitur inueniens veritatis inimicus, per eum visus est in Ecclesia excitare tempestatem.*

Simulatione *ac hypocrisi. Comperit enim artificiosè fidei expositionem vt vtrumq; haberet intellectum. De quo vide Trip. hist. lib.3.cap.6.*

A. Moribus *praui, vt*

Dolo *in iuramento facto apud Principem. Nam iusiurandum apud Constantinum Imperatorem arte delusit. Ferunt enim conscripsisse Arium hæresim suam in charta quam sub ala ferebat. Interrogatus ergo à Constantino an Niceni Concilij decreta seruaret, respondit iureiurando se sic sapere vt antea præscripsisset, intelligens de charta in qua suam hæresim descripserat, non de Decretis Niceni Concilij quibus subscripserat. Atq; hac versutia vtens verè se iurare credidit: Historiæ tripar. lib.3.cap.10.*

Delationibus *& conuiciis. Cùm enim refellere Arius Athanasium non posset ad conuitia tandem versus, Magicas artes Athanasio viro sanctissimo obiecit in conspectu Principis, vt Athanasium in illius odium adduceret. Profert ergo apud illum humani corporis brachium, quod ab Athanasio excisum artis gratia de Arsenij cuiusdam corpore confirmabat, id approbantibus eius sectatoribus. Sed & alia quam plurima criminosa simul & flagitiosa composuit. Vide hist. Eccl. lib.10. cap.15. Platinam in vita Iulij 1.*

Vita quorundam Arianorum ac his similium Hæreticorum, Filij ac Spiritus Sancti diuinitatem negantium, ex historiis Ecclesiasticis collecta, vt ex eorum fructibus seu operibus de doctrina etiam diiudices, cognoscasq; eam non cœlestem, sed terrenam, animalem, id est, humanis affectibus deditam ac dæmoniacam esse.

Cerinthus, *homo ventri, gulæ & libidini deditus ea futura decernebat, quæ sibi propria libido dictabat. Ventris & eorum quæ sub ventre sunt incitamenta, cibis, potibus & nuptiis prædicabat explenda. Et vt sacratius aliquid dicere videretur, carnales hostias iuxta præscriptum Legis Mosaicæ iterum iugulandas asserebat. De quo vide Eccl. hist. lib.3.cap.28. Vide & Irenæum lib.1.*

Paulus *Samosatenus, homo sacrilegus, vanus, ambitiosus, superbus, adulter. Vnde propter hominis arrogantiam & enormia flagitia plerique Christianam religionem detestabantur, teste Platina in vita Dionysij 1. Huius vita ex Epistola Præsulum qui Concilio interfuêre, ad Dionysium Pontificem & Maximum Alexandriæ Præsulem animaduertenti potest, quæ in historia Eusebij ponitur in hanc sententiam: Paulus ex sacrilegiis & falso dogmate de paupere dives factus est, vir intolerabili superbia. Nam incedens per plateas, literas ac doctrinam publicè ostentans, notariis solebat dictitare. In templo thronum altius conscendens ad plebem concionem habebat iactando dextram arroganter ad latus reducendo, pede subsaltando, scabellumq; feriendo cum ingenti sonitu, theatralem plausum scænica quadam mollicie sibi excitari cupiendo. Sed & antiquis scriptoribus obtrectabat, seseq; impudenter laudando, ac rhetorem magis quàm doctorem agendo, Psalmos cani solitos prohibebat, suosq; tantùm & ab eo compositos, tum etiam in suas laudes cantari iubebat. Psalmi qui canebantur, Paulum è cœlo profectum affirmabant: Et hæc ipse assistens & audiens non solùm dici non prohibebat, sed elato supercilio delectabatur audire. De mulieribus verò, quæ cum ipso simul manebant, quas συνεισάκτους Antiocheni appellabant, quid opus est dici? Ex quarum societate & contubernio vt sibi nulla quæstio moueretur, etiam Presbyteris & Diaconis suis, his duntaxat, qui ei morem gerebant, habendi mulieres secum similem licentiam dedit. Sed & congregandi diuitias tribuit facultatem, quo ipsi in similibus obnoxij, magistro nequaquam crimen impingerent. In hac Pauli imagine velut in speculo, Francisci Sutoris imaginem penè depictam habes, vt qui Paulum hunc hæreticum nouerit, Franciscum etiam nouerit. Porrò de Paulo lege Volaterranum lib.18. Anthropologiæ. Eusebium lib.7. cap.26.*

Ecebolus *Sophista Constantinopolitanus homo leuissimus & apostata. Is enim mores Imperatorum sequens, sub*

Constantio quidem feruentißimum se finxit Christianum, sub Iuliano paganus Arianusq; celeriter est effectus, & rursus post Iulianum volebat esse Christianus, prosternens enim semetipsum ante ianuas Ecclesiæ pronum magna voce clamabat: Conculcate me sal insensatum. Vide Trip. hist. lib. 6. cap. 38.

Carpocrates, *iactitauit somnia dæmones, paredros, id est, virtutes quasdam dæmoniacas, qui sanè præstigia ipsius Simonis, non vt ille clam, sed palam tradebat, deque his doceri omnem hominem oportere dictitabat, ac vxores communes esse voluit. Vide de hoc Irenæum libro primo, cap. 24. Eusebium lib. 4. cap. 8. Volaterranum libro decimoquarto Anthropologiæ.*

Ætius, *homo blasphemus & superbus. Dicebat enim ea quæ hactenus Deus cælasset Apostolos, sibi tantùm ea revelata esse. Vide Tripar. hist. lib. 5. cap. 42. Hic propter blasphemum dogma Atheos ab omnibus appellatus est & pulsus ex Antiochia. Eius enormia flagitia Eunapius Græcus author latiùs prosequitur.*

Acatius *Cæsariensis Episcopus homo natura versutus & superbus. de quo Trip. hist. lib. 5. cap. 35.*

Stephanus *Antiochenus Episcopus iniquus, tyrannus, dolo plenus, qui cum aliis sectatoribus suis assertores veræ doctrinæ variis nitebatur absorbere calumniis. De quo vide Tripar. hist. lib. 4. cap. 25.*

Alexander *Montanista, qui à Christi nomine Apostata extiterat & latro ab omnibus appellabatur & pro latrocinijs aliisq; nefarijs actibus apud Æmilium Phrontinum Proconsulem Ephesi, reus extitit ac iudicatus est. De quo vide hist. Eccles. lib. 5. cap. 18.*

Eusebius *Nicomediæ Episcopus, tyrannus, ambitiosus, lib. 2. Tripar. hist. cap. 23. Qui contra veritatis propugnatores sæuas contentiones instituit, & nolentibus suscipere Arium minatur exilium lib. 3. Trip. hist. cap. 9. Hic simulationem quadam subscribit Nicæno Concilio, verùm manu sola, non mente, & cum eo alij etiam Arianæ factionis homines. Vide de hoc Eusebium lib. 10. cap. 5. Tripar. histor. lib. 2. cap. 22.*

Leontius *genere Phryx Antiochenus Episcopus, qui Stephano successit, voluntate nequissimus hypocrita, qui perfidiam suam cælans legebat in templo tacitus, ne agnosceretur Arianus esse. De quo vide histor. Trip. lib. 4. cap. 25. & 35. & lib. 5. cap. 32.*

Lucius *Episcopus Alexandrinus, qui fugato Petro occupat sedem Alexandrinam per ambitionem, de quo Eccle. histor. lib. 11. cap. 3. A Mose Eremita sanguinarius appellatus, Eccles. hist. lib. 11. cap. 6. blasphemus, insipiens, impius, Tripar. hist. lib. 7. cap. 40. Crudelis in veritatis professores quos in exilium deportari iussit, Tripartitæ historiæ libro septimo, cap. 16. 11. 12.*

Macedonius *Episcopus Constantinopolitanus, sæuus ac propter eius sæuitiam omnibus odiosus & Ecclesiarum perturbator. Vide hist. Tripar. lib. 5. cap. 31.*

Seruetus *Hispanus, homo blasphemus, conuiciator, fœdus canis, superbus.*

¶ Tu ex his de aliis etiam iudicare poteris. Quales verò noui Ariani sint, nos non dicimus, acta quotidiana, eaque nefaria ac publica satis probant.

Seruetianos ac Arianos nouos Antichristos esse probatur.

Antichristus *est qui Christum Dominum Redemtorem suum negat, vnum verum ac solum Deum esse, 2. Petri 2. c. 20. Iudæ 1. a. 4 vbi sic vetusti quidam Codices habent. Et Christum qui solus est Deus ac heros, negant. Et certè in Epistola Petri solius Christi fit mentio, ex qua hæc desumta esse liquidò constat. Nec quisquam hæreticorum, Patrem vnum ac solum Deum esse negauit vnquam, sed Filium ac Spiritum Sanctum. Vnde metiri facilè potes quo sensu dicat & Paulus 1. Tim. 4. c. 10. Idcirco probris afficimur, quia speramus in Deum viuum qui est Seruator omnium hominum, maximè verò fidelium. Seruetiani negant Christum Redemtorem suum, vnum verum ac solum Deum esse. Ergo Antichristi sunt.*

Antichristus *est qui negat Filium, scilicet ab æterno à Patre genitum, 1. Ioann. 2. c. 22. Vt enim Pater semper fuit Pater, ita vt Patris nomen non sit postea adeptus, sic & Filius semper fuit Filius, vnà cum Patre suo semper existens. Aliter certè Deus, Pater dicitur quàm homo: Homo enim non semper Pater est, sed qui hodie Pater est, cùm minimè expectat, Pater esse desinet, & Filius Patre sublato Filius esse desinet. Pater autem in diuinis semper Pater est, & Filius semper est Filius. Ac si æternus est Pater, æternus quoq; erit Filius, Patrem autem æternum esse constat, Esa. 63. c. 10. Pater es, hoc est nomen tuum ab æterno. Seruetiani negant Filium ab æterno à Patre genitum. Ergo sunt Antichristi.*

Antichristus

Antichristus est, qui pugnantia & contradictoria dicit. Hoc enim Paulus falsis Doctoribus tribuit, 1. Timoth. 6. a. 3. ac veris Doctoribus vitandum esse præcipit: Deuitans, inquit, oppositiones, falsò nominatæ scientiæ. Seruetiani pugnantia de Christo dicunt: Aliàs cum asserunt Christum, quem hominem tantùm faciunt, Patri æqualem, Iehouam, immortalem, creatorem: aliàs eundem mortalem, Patre minorem, ac ita impotentem, vt ne muscam quidem vllam condere potuerit, ausu temerario nugantur. Confitentur quandoque verum esse Deum: verùm aliàs duos Deos, eosq; inæquales ac diuersos faciunt. Dicunt aliàs Christum esse Deum formatum, vnctum, recentem, contra illud: Ne sit inter vos Deus recens, nec adorabis Deum peregrinum. aliàs Deum esse docent, qui adorandus sit. Atqui hic qui adorandus est Deus, est non formatus, non recens, no vnctus, sed qui condidit cœlum & terram, Apocal. 14. b. 7. Adorate eum, qui fecit cœlum & terram. Et certè Deus cultum suum creaturæ, aut Deo formato, ac recenti non confert. Et Christus Ioan. 5. d. 23. ideò se honorari præcipit, quia cum Patre inde à principio creationis operatus sit. Multa & alia contradictoria asserunt Seruetiani: Ergo sunt Antichristi.

Antichristus est, qui non confitetur IESVM Christum in carne venisse, 1. Ioan. 4. a. 3. & Epistola 2. a. 7. id est, qui Christum verum Deum & hominem inficiatur. Vtrumque enim significat Ioannes: nam cum dicit Christum venisse, colligitur hinc priùs fuisse apud Patrem, quemadmodum aperte primo Euangelij sui capite dixit, quo ostenditur æterna eius diuinitas. Confiteri verò IESVM Christum in carne venisse, est confiteri verè humanam naturam assumsisse Filium Dei, factumque esse carnem, peccatum, & maledictionem, Ioan. 1. d. 29. 1. Timoth. 3. c. 16. 2. Corinth. 5. d. 21. Galat. 3. c. 13. idque propter nos, cùm non poteram[illegible] ipsos à peccatis, ira Dei & maledictione, viribus & operibus nostris liberare. Cæterùm tacita hîc subest antithesis, cùm Ioannes dicit, Christum in carne venisse, qua quidem discernit apparitionem Christi in aliqua humanæ naturæ specie ante incarnationem à manifestatione in carne, de qua hîc Ioannes loquitur. Neque enim dubium est, Christum aliquam speciem humanæ naturæ exhibuisse, antequam manifestatus esset in carne. Ac aliud est venire illum, ceu filium hominis, Daniel. 7. e. 13. Videri illum forma tanquam hominis, Ezech. 1. c. 10. Et præ se ferre formam filiorum hominis, Daniel. 10. c. 16. & aliud: Venire IESVM Christum in carne, vel Filium in carne apparere, 1. Ioan. 3. 4. a. 3. Vel Deum manifestari in carne, 1. Tim. 3. c. 16. Illud enim præludium fuit huius mysterij, quod tandem exhibitum fuit, quod Paulus 1. Tim. 3. c. 16. manifestè explicat, & mysterium magnum esse dicit, quòd scilicet Deus manifestatus sit in carne, seu quòd semen Abrahæ assumserit, Hebr. 2. d. 16. hoc est, corpus sibi coaptatum, Hebr. 10. d 20. Tunc enim Filius cœpit esse homo, cùm apparuit in terra Mediator, quia non antè assumserat semen Abrahæ, vt esset nobis coniunctus iure fraterno. Alioqui non esset Christus, qualis promissus fuerat in Lege: nempe Abrahæ & Dauidis Filius. Si enim ab initio indutus fuisset humana carne, non fuisset progenitus ex genere illo. Sequitur ergo Christum non fuisse hominem ab initio, sed tantùm figuratiuè apparuisse, quemadmodum etiam Irenæus dixit: Hoc fuisse præludium. Tertullianus etiam dicit: Tunc præluxit Filius Dei humanitati suæ. Fuit igitur hoc symbolum carnis Christi, quamuis non esset caro illa. Seruetiani non confitentur IESVM Christum in carne venisse, &c.

Antichristus est, qui insanit circa quæstiones & verborum pugnas, nõ contentus simplicitate doctrinæ Christi, 1. Tim. 6. a. 3. Doctrina enim Christi vt simplicissima est, ita abhorret ab omni verborum pugna, & quæstionum tricis. Docet enim simplicissimè fidem, innocentiam, charitatem, &c. Ergo de pietate vera, in hac cura magna est. de verbis verò ac vanis quæstionibus nulla concertatio. Seruetiani insaniunt circa quæstiones, & verborum pugnas, rixas mouent de particulis Ex, Per, In, Essentia, Persona, &c. Ergo, &c.

Antichristus est, qui dissidia & offendicula contra veram doctrinam, quam didicimus, gignit, & per blandiloquentiam & assentationem decipiunt corda simplicium, quorum videlicet animi magnificis impostorum promissis facilimè decipiuntur, ad Romanos 16. c. 18. Seruetiani tales sunt, assentantur, aureos montes promittunt, &c. Ergo sunt Antichristi.

Antichristus est, qui Deum non habet. Non habet autem Deum, qui Filium verum Deum esse negat, 1. Ioan. 2. d. 22. 5. c. 10. & Epistola 2. a. 7. Qui negat Filium, is ne Patrem quidem habet: id est, est sine Deo. Seruetiani negant Filium, & sic Patrem non habentes, Deum omnino non habent: Ergo, &c.

Antichristus est, qui non manet in doctrina Christi, sed iudicium rationis secutus, spargit ea, quæ sibi arridents, Epistola Ioannis 2. a. 7. nec mentem suam captiuam à Scripturis esse patitur, Paulus 2. ad Corinthios 10. a. 5. Seruetiani non manent in doctrina Christi: nam institutionem illius inuertunt, verba Scripturæ vbicunque libet eradunt, &c. Ergo Antichristi sunt.

Antichristus est, qui verba Scripturæ in suum sensum detorquet, & perspicuos Scripturæ locos, qui prodigiosas eorum blasphemias manifestè confutant, eradit, quos è margine in contextum irrepsisse nugatur, vt locos Matthæi 28. c. 19. 1. Ioan. 5. a. 7. de tribus hypostasibus, &c. Seruetiani id faciunt: Ergo sunt Antichristi.

Antichristus est, qui docet Patres veteris Testamenti in peccati & mortis carcere detentos, nec iustitiam, nec vitam, nec salutem per Christum adeptos esse ante illius aduentum, vel eos Christo non indiguisse, quod non per Christum, sed per opera Legis iustificati sunt, nugatur contra manifesta Scripturæ testimonia, Actor. 4. d. 25. 15. c. 11. 1. Corint. 3. c. 11. Seruetiani hoc docent: Ergo Antichristi sunt.

¶ Vide Tabulam de Consensu & discrimine Patrum veteris Testamenti, & fidelium noui Testamenti.

Quòd Seruetiani noui quidam Saducæi sunt, eò quòd nesciant Scripturas, neque virtutem Dei, Matth. 22.

SERVETIANI errant circa

- Scripturas, quod sit multipliciter.
  - Quia fingunt opiniones quasdam à Scriptura alienas: Vt, Saducæi
    - Somniabant *Christum fore Regem politicum. Ita Seruetiani de Christo corporaliter tantùm sentiunt, æternam illius diuinitatem negantes.*
    - Non *putabant esse Angelos, vel Spiritus, etiamsi id ex multis Scripturæ testimonijs scire potuissent. Ita hi non credunt Filium, quem propter officium Scriptura Angelum vocare solet, ab æterno à Patre genitum esse, etiamsi id ex multis Scripturæ testimonijs cognosci possit.*
    - Non *credebant resurrectionem mortuorum. Ita isti fœminarum resurrectionem non credunt, sed eas in viros redire somniant.*
  - Quia *non omnes Scripturæ locos recipiunt. Nam vt Saducæi repudiabant omnes Prophetas, Mose vno excepto: Ita isti manifestissimos Scripturæ locos, qui illorum figmenta eludunt, eradere atque expungere nituntur, ac in recipiendis Scripturis liberam sibi potestatem vsurpant.*
  - Quòd *leges interpretandorum locorum Scripturæ vel ignorant, vel reijciunt. Quòd*
    - Inferunt *sensum in sacra, non ex sacris, vt decebat, referunt.*
    - Vrgent τὸ ῥητὸν, *nec vllam admittunt interpretationem Scripturæ conuenientem, & tum maximè à scripto recedunt, cùm absurditas impingit tantùm in iudicium rationis.*
    - Nullam *habeant linguarum peritiam.*
    - Locutiones *proprias à tropicis non distinguant.*
    - Locos *absurdos per manifestiores non exponant.*
    - Circumstantias, *quæ Scripturæ sententiam illuminare solent, non expendant.*
    - Scripturam *non per seipsam interpretantur, sed expositionem ex cerebri sui officina depromunt.*
    - Expositionem *ad fidei & charitatis regulam, velut Lydium quendam lapidem non referunt.*
- Virtutem *Dei. Vt enim Saducæi nimis angustè de potestate Dei sentientes, non existimabant illum posse homines iam suscitatos transferre ad vitã cœlestem, quæ ad Angelorum conditionẽ accederet. Ita hi angustè nimis de virtute Dei sentiunt, & illam Patri tantùm attribuunt, virtutem illam Filij ac Spiritus pernegantes. Quare & creationem, in qua virtutem suam Deus exeruit, Patri tantùm dant, ac eam Filio ac Spiritui Sancto adimere, ausu temerario conantur.*

LIBER SECVNDVS DE VOCABVLIS QVIBVSDAM SACRÆ SCRIPTVRAE, QVARVM EXPLICATIO AD COGNITIONEM DE SANCTA TRIADE, ET FILII AC SPIRITVS DIVINITATE VTILIS AC NECESSARIA EST.

Ad Lectorem.

VOCABVLA rerum Notæ rectè appellantur, quibus ignoratis, aut non rectè intellectis, necesse est res ipsas densissimis tenebris inuolui. Multū igitur refert, in diiudicatione controuersiarum genus sermonis exploratè cognitum & perceptum habere. Inde enim fallaciæ sæpè nascuntur ex deprauatione & ignoratione vocabulorum, seu minutarum particularum ac phrasium Scripturæ. Atque horum exempla pleraque hoc tempore non sine magno dolore in sacris rebus experimur, ac in his præcipuè, quæ ad Sanctæ Triadis mysterium, & Filij ac Spiritus diuinitatem pertinent. Contrà verò præcipua & necessaria argumēta sumuntur ex ea sententia, quam gignit natiua sermonis proprietas. Ego itaque vtile, pium, ac necessarium esse putaui, vocabula, de quibus nunc litigatur, colligere, & earundem significationes, non eas solùm, quæ ad præsentem causam faciunt, sed & alias in genere, pro tenuitate ingenij mei explicare, vt cognitis vocabulorum viribus, à vero nos aberrare minimè patiamur. Hæc cognitio cùm omnibus in rebus, tum in rebus sacris præcipuè necessaria est. Hic enim non fortunæ aut corporis, sed animæ periculo erratur. Ea autem est humani ingenij lasciuia, vt toto impetu in vanitatem & errorem ruat, nisi quis vocabulorum vires probè teneat, & simpliciter quod à Domino traditum est, amplectatur. Ac sæpe fit, vt vna litera vel addita, vel ablata, totum sensum genuinum inuertat, cuius exemplum in Discipulis Christi videre licet, Ioan 21. Quid igitur fiet, vbi in integris vocabulis, aut sententiis non semel erratur? Vocabula porrò hæc in certos quosdam ordines digessi, vt quò quoduis vocabulum pertineat, agnoscas. Fruere his,

Candide Lector, ac bene

Vale.

De variis Nominis Dei acceptionibus.

DEVS dicitur, vel

Nomine. *Vocatur enim aliquid Dei nomine: idq; dupliciter:*

Verè: *impropriè tamen, & hoc vel ratione*

- Officij. *Magistratus enim, Reges, Principes & Iudices Dij appellantur, Exodi 22.d.28. Psalmo 82. a.6. Horum diuinitas consideratur nõ in personis ipsorum, sed in*
  - Eo *cuius sunt Ministri, cuius maiestatẽ & potestatem in terris referunt, vt Paulus Rom.13.a 4.testatur.*
  - Ipso *imperandi & iudicandi munere, quod certè propter singularem sapientiam, iustitiam, æquitatem, ac potestatem ita diuinum est, vt animo planè excelso, perspicaci, infracto, et iudicij ac iustitiæ studioso opus habeat: quì, nisi à Deo detur Spiritus principalis, in carne & sanguine reperiri non potest.*
  - Effectu & vtilitate muneris huius, *cui debemus publicam pacem & tranquillitatem, sine qua res humanæ consistere nequeunt.*
- Electionis, *seu diuinæ gratiæ, qua, teste Petro, 2.Pet.1.a.4. naturæ diuinæ consortes efficimur. Porrò naturæ nomen in Petro, non substantiam, sed qualitatem designat, & pro gloria, vita perpetua, pace, gaudio, &c. Vsurpatur. Ea enim lege reparatur in nobis Dei imago in sanctitate & innocentia, vt simus tandem æternæ vitæ & gloriæ socij, quantum ad plenam beatitudinem necesse est. Loquitur ergo Apostolus de communicatione futuræ gloriæ & immortalitatis, quæ promissa est in Christum credentibus, si credendo & viuendo à perditione Mundi huius refugerint. Hæc gloria parata est diuinitùs electis, ad hoc, vt similes fiãt Angelis Dei, cœlestes, immortales, clarificati, & in sempiternum felices, vbi conformes erimus corpori Christi clarificato, & similes Angelis Dei, an non ad diuinæ gloriæ consortium translati videbimur? Sicut enim in hac vita per dona gratiæ Dei in Christo* IESV *renati ac iustificati, ingenium Patris nostri iustè viuendo exprimimus. Ita in futuro seculo per dona gloriæ, vbi immortales, clarificati, ac verè felices fuerimus, diuinæ naturæ imaginem referre videbimur.*
- Sacramentorum, *vt Arcæ fœderis, Numer.10.d.35. Psal.68.a.2. 1.Reg.4.d.21. 2.Reg.6.a.7. Deus vocatur, quòd signum esset præsentiæ Dei.*
- Admirandi *operis Dei, vt Moses, Exodi 17.d.15. Aram in monumentum rei diuinitùs gestæ extructam, vocauit Dominus Vexillum meum, vt significaret victoriam soli Deo adscribendum esse.*
- Præsentiæ *Dei, vt Ierusalem, Ierem.33.c.16. vocatur Dominus Iustus noster. vbi nomen pro gloria vsurpatur, & vocari pro celebrari, inclarescere & manifestè cognosci. Sic Ezech. vlt.d.35. Ierusalem, seu Ecclesia vocatur Dominus ibi, eò quòd Dominus adsit Ecclesiæ suæ, nec vnquam eam sit deserturus.*
- Patefactionis *voluntatis Dei & reuerentiæ. Sic Moses Exodi 4.c.16. Deus est Aharonis, id est, Magister. Sic idem Moses Deus Pharaonis constituitur, Exodi 7.a.1. Coactus enim est Pharao reuereri Mosen, & toties intercessorem inuocare, & ab eo Dei voluntatem cognoscere.*

Falsò, *& hoc vel*

- Opinione, *errore, & superstitione. Cùm enim vnus Deus sit, idolatræ multos Deos sibi fabricant. De quo 1.Cor.8.d.29. Hi Dij falsi, alieni, & extranei dicuntur, Psal.81.c.10. eò quòd nihil ad Dei populum pertinent, & populus Dei est, non vt sibi proprios, sed vt alienos habere debeat.*
- Ratione *potestatis extraordinariæ. Sic Satan Deus huius seculi vocatur, 2.Cor. 4.a.4. eò quòd impijs dominetur.*
- Ratione *affectus, seu cultus. Sic venter, cui seruiunt, quibusdam Deus est, Phil. 3.d.19.*
- Ratione *commodi, vel vtilitatis. Vnde Prouerbium: Homo homini Deus. & Deus ex improuiso apparens, quod de subita ac insperata salute dicitur. Antiquitas enim nihil aliud existimabat esse Deum, quàm prodesse mortalibus.*
- Ratione *pollicitationis Satanicæ, quâ ea, quæ habebant primi parentes, eripere illis voluit. Habebant imaginem Dei, veram Dei, cæterarumq; rerum necessariarum cognitionem, summum honoris gradum, &c. Hæc illis erepturus, dicebat: Eritis sicut Dij, scientes bonum & malum.*

Deno-

De Nomine Iehouah.

De nomine Iehouah. Hîc discе:

Vnde deriuetur Iehouah. Ab Houah verbo substantiuo, cui præponitur Iod, vt sit Iehouah: id est, Ens, vel Existens, ex semetipso vitam & esse, non ab alio habens, ac omnibus esse conferens. Vnde propriè loquendo, solus Deus esse dicitur: nos verò in eo quodammodo subsistere dicimur, quatenus videlicet nos suo Spiritu vegetat, & sustinet. Nam per omnes Mundi partes diffusa est virtus eius, quæ tueatur eas in suo statu. Quare Paulus Actor. 17. d. 28. dicit: Per ipsum viuimus, mouemur, & sumus. Quo dicto significat, Deum solum, propriè loquendo, subsistere: nos verò in Deo quodammodo contineri, qui sua in nobis virtute habitat. Vnde Plato suum illud habuit τὸ ὄν, id est, ens. Ab huius verò nominis similitudine Iupiter quoque cùm vellet haberi pro Deo, iussit se appellari Iouem.

Literæ, ex quibus nomen Iehouah conficitur, quomodo vocentur. Vocant alij Spirituales, eò quòd Deus Spiritus sit. Alij literas Quietis appellant: id quod in Deum maximè competit. Cùm enim omnes quæramus felicitatem, & eam inuenire non possimus, nisi in solo Deo, rectè literæ, ex quibus Dei nomen conficitur, Quietis literæ vocantur. Appellant alij literas Mysterij, quòd nomen Iehouæ Triadis mysterium includere videatur.

Iehouæ nomen quomodo vocetur.

Ab Hebræis vetustioribus, rectè de Deo sentientibus, Sem hamphoras, id est, Nomen expositum vocatur, eò quòd per nomina 12. & 42. literarum exponatur. Nomen 12. literarum, quod Latini dicimus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Hæc enim per 12. literas apud Hebræos scribuntur. Ex nomine verò 12. literarum emanat nomen 42. literarum, quod Latini dicimus, Pater Deus, Filius Deus, Spiritus Sanctus Deus. Trinitas in Vnitate, & Vnitas in Trinitate. Hæc enim apud Hebræos 42. literis efferuntur.

A Græcis vocatur τετραγράμματον, à quatuor literis. Nam quòd ad numerum, quatuor literas continet: non habet tamẽ nisi tres literas, Iod, He, Vau. Ex his autem literis constat, ex quibus tria tempora eiusdem verbi, vnde deriuatur, componuntur. Nam Haiah, Fuit: Houe, est: Ihie, Erit, significat. Atque huc respexisse videtur Ioannes, Apocal. 1. b. 8. cùm gratiam ac pacem precatur ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est. Hac eadem appellatione ornat postea & Filium, qui epitheto Dei æternitas significatur. Vocatur ab eisdem ἀνεκφώνητον, eò quòd Iudæi illud efferre nõ audent, sed loco eius Adonai pronunciant, & Elohim.

A Latinis Essentiale, Substantiale, & propriſsimum Dei nomen, quia Deus à creaturis omnibus hoc nomine discernitur. Etsi enim nomen ipsum Dei apud Græcos & Latinos non semper propria significatione accipitur, sed rebus etiam creatis, vel per metaphoram, vel per catachresim quandam tribuitur, adiuncto interim aliquo, quo à vero Deo discernantur. In Hebræa tamen lingua, quum multa sint Dei nomina, tantùm ferè Elohim & Adonai nomina hominibus communicantur. Nomen verò Iehouah, inter omnia, vt maximè Dei proprium, tantùm Deo tribuitur. Verùm apud Græcos & Latinos cùm non sit hæc varietas nominum, vnum idemque nomen & vero Deo, & his qui naturâ Dij non sunt, tribuitur. Hoc tamen discrimine obseruato, quòd verus & naturâ Deus, vel absolutè Deus nominatur, vel tali adiuncto, vt conspicuum sit, verum Deum significari. Cæteris verò hoc nomen datur ita circumscriptum, vt facilè intelligi possit, improprie nomen Dei accipi.

An hoc nomen Iehouah fuerit ante Mosen. Sic enim in Exodo legitur: Reuelatus sum Patribus vestris in Deo Schaddai, at non in nomine Iehouah. Hîc quidam ad vocem tantùm & pronunciationem vocis respiciunt, ac docent nomen Iehouah non fuisse inter Patriarchas vsitatum, sed institutum fuisse diuinitùs in monte Oreb, occasione sumta ex hoc dicto: Ero qui ero, Exodi 3. d. 14. Alij, & quidem rectiùs, ad sensum respiciunt, quasi dicant: Patres vestri nouerunt me nomine Schaddai: id est, nouerunt potentiam meam, qua illos ex pauperibus feci diuites, ex obscuris excitaui ad summam dignitatem. Nomine Iehouah hactenus non nouerunt me, non quòd nomen illud fuerit Patribus inauditum, sed quòd ex illo effectu Deum nondum nouissent. Effectus autem ille erat danda terra, quam promiserat, & multiplicando eorum semine. Ista, inquit, Patres vestri non nouerunt. Nondum enim promissa feci. Vos autem scietis quid sit Iehouah. Vos enim inducam in terram, quam Patres vestri tamdiu expectârunt. Veteres ergo nomẽ quidem Dei Iehouah audierunt, sed ex isto, quem dico effectu, nomen illud non nouerunt.

Quid sit propriè Iehouah, &c. Vide literam A.

Quid sit proprie Iehouah. Hic disce, si

- Etymon vocis ſpectes, ſignificat Iehouah verum & æternum Deum in ſe & per ſe ſubſiſtentem, non accepta aliunde in tempore diuinitate, vel eſſentia. Huc pertinet illa Dei vox, Exodi 3.d.14. Sum qui ſum. Vbi mox ſe Iehouam vocat.
- Opera illius: id eſt, creationem, gubernationem, & prouidentiam ſpectes, ſignificat Iehouah naturâ Deum, vt Paulus interpretatur, qui cæteris omnibus creaturis dat, vt ſint, & in quo viuimus, mouemur, & ſumus, Act.17.d.28. qui creata omnia gubernat, regit, & adminiſtrat. Huc pertinet illud Amos 5.b.8. Qui facit Cynoſuram & Booten, qui tenebras mortiferas conuertit in lucem matutinam, & diem nocte obtenebrat, qui euocat aquas maris, refundit eas ſuper faciem terræ, eius nomen Iehouah eſt. Vide & Amos 9.c.11.
- Promiſsionem ſpectes, ſignificat Deum, promiſsiones ſuas complentem, vocantem ea, quæ non ſunt, tanquam ſint, Rom.4.c.18. Huc reſpexiſſe videtur, cùm ad Moſen inquit, Exodi 6.a.4. Apparui Abrahæ, Iſaac, Iacob in Deo Schaddai, & in nomine meo Iehouah non ſum eis notus factus. Significat enim ſe ſuam quidem omnipotentiam & bonitatem abunde Patribus declaraſſe, ſed gloriam ſuæ diuinitatis æternæ, quam declaraturus ſit in promiſsionum ſuarum complementis, non tanta luce illis patefeciſſe, quantam poſteris monſtraturus ſit. Huc pertinet & illud Pſal. 135. c.14. Iehouah nomen tuum in ſeculum, quia Iehouah vindicabit populum ſuum, & de ſeruis ſuis conſolabitur. Iehouah igitur ille Deus eſt, qui in ſuis promiſsionibus conſtans ac firmus eſt, vt quod populo ſuo promiſit, veriſsimè præſtet: vt videlicet ſuos liberet: hoſtes verò populi ſui puniat, id quod Deo ipſi ſolatio futurum ſit.
- Æternitatem ſpectes, ſignificat eum ante quem nullus ſit formatus Deus. Vide Eſa.41.a.5. 43.a.3. & c. Ioannes in Apocal.1.b.8. ſic transfert: Dicit Dominus qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, Omnipotens.

An hoc nomen ſoli Deo conueniat. Quòd ſoli Deo conueniat, hi loci teſtantur:

- Exodi 3.c.15. Iehouah Deus Patrum veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me ad vos: hoc eſt nomen meum in perpetuum.
- Eſaiæ 42.a.8. Ego ſum Iehouah, hoc eſt nomen meum, & hanc meam gloriam alteri non dabo. Hic aſſeuerat nulli ſe hanc gloriam, qua Iehouah, id eſt, verus, & naturâ Deus nuncupatur, permiſſurum.
- Hoſeæ 12.b.9. de Angelo cum Iacob luctante ſic loquitur: Et Iehouah Deus exercituum, Iehouah memoriale eius. Quomodo verò memoriale verè dici poſſet, ſi non proprium vnius æterni Dei foret?
- Amos 5.b.8. 9.c.11. & Pſal.135.a.3. de quibus locis ſuprà.

A. Cur hoc nomẽ Iehouah propriè nulli creaturæ aſcriptũ legatur. Quia nulla creatura

- In ſe & per ſe ſubſiſtit. In Deo enim viuimus, mouemur & ſumus, Act.17.d.28.
- Eſſe, & vitam conferre poteſt: ſolus Deus vt in ſe ſubſiſtit, ita cæteris rebus eſſe dat, ac propterea Iehouah nuncupatur.
- Præſtare poteſt, quod promiſit, Deo ſimpliciter nolente.
- Æterna eſt.

Nunquàmne in creaturis aptatur hoc nomen Dei peculiare? Tribuitur quidem & creaturis, at non ſimpliciter, ſed vel ratione Sacramentorum diuinitùs inſtitutorum, vt Arcæ fœderis, Num.10.d.35. Pſal.68.a.2. 1.Reg.4.d.21.2.Reg.6.a.7. Vel admirandi alicuius operis diuini, vt Aræ extructæ in monumentũ rei geſtæ, Exo.17.d.15. Dominus Niſsi, id eſt, vexillum meum. Vide & Geneſ.22.c.14. vel ratione præſentiæ Dei, vt Ieruſalem Iehouah tributur, Ieremiæ 33.c.16. Ezech. vlt.d.35. & c. ſeruato ſemper hoc diſcrimine, vt verus Deus abſolutè Iehouah nominetur. Cæteris verò hoc nomen datur, cum aliquo tali adiuncto, ex quo facilè colligere liceat, impropriè hominem vſurpari.

An & cur Filio Dei hoc nomen peculiare tribuatur? Tribuitur quidem his de cauſis. Quia

- Etſi quatenus Filius generatione æterna à Patre eſt, tamen ſuum eſſe ab æterno in ſemetipſo habet, idemque cum ſuo Genitore Deus eſt, cuius naturæ particeps æterna natiuitate factus eſt.
- Vt in ſe vitam habet æternâ generatione, ita reliquis rebus creatis cum Patre & Spiritu eſſe, moueri, & viuere impertiit. Ideò de vtraque vita dictum eſt: In ipſo vita erat. Item: Sicut Pater viuificat, ita Filius quos vult viuificat. Item: Quæcunque Pater facit, hoc & Filius ſimiliter facit.
- Reipſa quod Patribus promiſſum eſt, compleuit. Quò reſpiciens Paulus dixit: Omnes promiſsiones diuinas in ipſo eſſe, Etiam & Amen, 2.Cor.1.d.20.

Quotupliciter capiatur nomen Iehouah. Interdum eſſentialiter capitur pro Patre, Filio & Spiritu Sancto ſimul, vt Exodi 20.a.2. Ego ſum Iehouah, qui eduxi te de terra Ægypti. Et Eſa.45.a.5. Ego ſum Iehouah, & præter me non eſt Deus. Interdum perſonaliter capitur, eò quòd quemadmodum Pater, ita & Filius & Spiritus Sanctus verus Iehouah eſt. Scriptura enim interdum de Deo abſolutè loquitur, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum vnum verũ Deum appellans. Interdum comparatè & diſtinctè, quia quælibet hypoſtaſium perfectè & in ſolidum Deus eſt, ſine vlla vnius diuinitatis diſtractione & confuſione.

De no-

De Nomine Elohim.

De nomine Elohim, dicitur:

- Vnde *derivetur. Ab El, quod septuaginta* θεὸν, *Aquila etymologiam eius exprimens* ἰσχυρὸν: *id est, fortem interpretatur. Alij ab Al deducunt, quod ad significat: quia Deus vbique præsens adest. Propterea & Græcis vox* θεὸς ἀπὸ τοῦ θεῖν *dicta est, id est, ab accurrendo. Vnde apud Ierem. cap. 23. d. 23. dicitur: Annon Deus de propinquo ego, & non de longinquo?*

- Quotupliciter *in Scriptura vsurpetur. In*

  - Singulari *numero, Elohe, verum Deum significat. Vide Deuter. 32. v. 15. Dereliquit Deum, qui fecit eum. Item Daniel. 11. v. 38. & cum affixis, Habac. 1. v. 11.*

  - Plurali *numero, significat vel*

    - Verum *Deũ: videlicet cùm*
      - Coniungitur *verbo singularis numeri, vt Genes. 1. a. 1. Elohim creauit.*
      - Vni *tantùm tribuitur, vt Psal. 44. b. 8. Hebr. 1. c. 9. Nusquam enim legitur vni & simpliciter attributum, nisi soli Deo.*
      - Huic *communi appellationi Dei additur peculiare Dei nomen Iehouah, vt Exodi 20. a. 2. Ego sum Iehouah Elohim. Vide & Genesis 32. b. 9. Psal. 19. b. 8. Adeò autem vsitata fuit pijs consuetudo hæc, coniungẽdi hæc nomina, vt & Thomas hæc nomina Hebraicè recitasse credatur, Ioan. 20. b. 28. cũ ad Christũ diceret: Dominus meus, & Deus meus. Sic enim & Dominus in Zacharia futurum promiserat, cap. 13. b. 9. vt Dominus de populo suo dicat: Populus meus hic. Populus verò dicat: Dominus & Deus meus. Sic & Dauid sæpè loquitur: Domine Deus meus. Quod quidem non Patri solùm, sed & Filio competere, Thomæ & aliorum confessiones testantur.*

    - Angelos, *vt Psal. 97. a. 5.*

    - Principes, *Iudices, aut alios admiratione dignos, vt Genes. 6. c. 13. Exodi 4. a. 5. 7. c. 16. 21. c. 13. 22. d. 28. &c.*

- Quare *nomini Iehouah addi soleat nomen commune Elohim, vt Exodi 20. a. 2. Psal. 19. b. 8. Propter vnitatem essentiæ Dei, & tres hypostases. Nomen ergo Elohim velut expositio quædam prioris nominis est, vt videlicet sciamus illum verum Deum, qui Iehoua appellatur, esse Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum.* ¶ *Quare nomen Iehouæ duplicetur, & addatur nomen El, id est, fortis. Vide Tabulam, Quòd Vnitas in Trinitate, &c.*

De Distinctione Nominum Dei decem.

NOMINA Dei duplicia. Alia

- Substantialia, *vt*
  - Iehouah, *de quo suprà.*
  - Ehie, *id est, Ero, vel Sum. Exod. 3. c. 14. Nulla enim creatura dicere potest, Ero. Nam si Deus retrahat vim suam, omnia statim intereunt, nec, Sum, quis dicere potest. Nullus enim in se & per se subsistit. In Deo enim viuimus, mouemur, & sumus.*
  - Iah, *id est, Essentians, vel Causa essendi. Hoc nomen illi dat Dauid Psal. 68. a. 5. In Iah nomen eius.*

- Proprietatum. *Referuntur enim ad aliquam Dei proprietatem, vt El ad fortitudinem, Schaddai ad sufficientiam, Kedosch ad sanctitatem, Elohe, Elion, Adonai, Zebaoth, ad potentiam, dominium, excellentiam & virtutem. Ista autem in Deo non sunt accidentia, sed tantùm prout nos nostris cogitationibus ea complectimur. Nam cùm Deus sit infinitus, & totum complecti nequeamus, eum tamen ab effectis & notis quibusdam aliqua ex parte comprehendimus. Atque inde sunt illa nomina, quæ proprietatem aliquam Dei significant.*

De Vocabulo Patris.

TABVLA I.

PATRIS nomẽ accipitur

- Propriè, & sic Deo tribuitur. Solus enim Deus propriè Pater dicitur, idq; vel
  - Genitura, quæ est vel
    - Naturalis. *Hac ratione Patris nomen soli Patris personæ tribuitur, Vnde Pater Domini nostri* IESV *Christi dicitur, 2.Cor.1.a.3. Ephes. 1.a.3. Coloss.1.a.3. &c. Filius verò vnigenitus à Patre dicitur, Ioan.1. c.18. Caro autem à Patre non est gemina, sed* λόγος, *qui ab Apostolo Splendor gloriæ Patris vocatur, Hebr.1.a.3. Vt enim à Sole gignitur lux, sic ex Patre nascitur Filius, idq; ab æterno, Psal.110.a.3. Mich. 5.a.2. Prouerb.8.d.25. Eccles.24.a.5. &c.*
    - Spiritualis, & hæc vel respectu
      - Benedictionis, *beneficentiæ, seu conditionis, vt Deus Pater Israëlitarum: Israëlitæ verò Dei filij dicti sunt, quòd præ omnibus Mundi populis, beneficijs diuinis ornati essent. Quibus enim Deus ampliter benefacit, & peculiari dignatione bonis suis præ alijs cumulat, filios Dei Scriptura vocat, tũ ab ipso genitos, cùm primùm suam illustriorẽ charitatem erga illos prodidit. Israëlitas ergo tũ in filios genuisse dicitur, cùm fœdus cum eis in monte Sina percussit, vt ipse illorum Deus ac Pater esset, & illi ipsius essent populus & filij. De hac genitura dicitur Exod.4.a.5. Deut.32.a.6. An non ipse est Pater tuus, qui te fecit, &c. Vbi peculiarem Israëlitarum coaptationem respicit, qua eos sibi Deus velut regenuit, & peculiaris indulgentiæ nutricatione, tanquam vnicè charos filios educauit. Id quod Esa. 1.a.2. illis exprobrat. Similiter & Malach.1.a.6.*
      - Regenerationis, *qua electi ex Dei nasci dicuntur. de quo Ioan.1.b.9. 1.Ioan 3.a.1. 5.a.3. &c. Sic Patris nomen non pro Patris persona, sed pro Deo ipso absolutè ponitur, ac proinde Deus & Pater pro eodem ponuntur, vt 2.Corin.1.a.3. Pater misericordiarum & Deus omnis consolationis. & Iac.1.d.17. Deus Pater luminum vocatur, eò quòd ab illo, velut fonte quodam omnis lux & agnitio vera emicat. Sic in oratione Dominica Pater pro Deo ponitur: Pater noster, qui es in cœlis, &c.*
  - Creatione, *quod omnibus dat esse, vt Esaiæ 64. Tu Pater noster es, nos lutum. Sic Malach.2.c.10. Nunquid non Pater vnus omnium.*
  - Prouidentia, *defensione & gubernatione, vt cùm dicitur Pater orphanorum, Psalmo 68.a.6.*
- Impropriè, *hoc modo creaturis tribuitur: idque vel respectu*
  - Genituræ *naturalis, qua homo hominem gignit, vt Abraham pater Isaac, &c.*
  - Propagationis, *vt Adam primus noster parens dicitur, quòd ab illo simus propagati.*
  - Adoptionis, *vt cùm aliquis humana consuetudine adoptat aliquem in filium.*
  - Inuentionis, *& sic pro inuentore, seu autore ponitur, vt Genes.4.d.20. Iabel fuit pater habitantium in tentorijs, & Pastorum. Vbi patris nomen non tantùm id significat, quòd ipse Iabel in tentorijs viuere, & pasturam pecudum exercere cœperit, sed & quòd filios suos ad id vitæ genus instituerit, illiusq; autor extiterit. Nam hoc loco patrem esse aliquorum, non solùm de carnali origine intelligendum est, sed & ad principium & institutionem habitandi in tentorijs referendum est. Sic intelligendum est & illud de Iubal, qui fuit pater canentium cithara. Tali inuentione & autore Satan quoque pater mendacij dicitur.*
  - Imitationis, *& sic pro exemplari ponitur, quod imitemur, vt Rom.4.c.16. Qui est pater omnium nostrùm. Item, Vt esset pater omnium credentium. Sic & Ioan.8.g.44. accipitur: Vos ex patre Diabolo estis.*
  - Doctrinæ, *& sic pro Præceptore & Doctore eximio ponitur. Pater enim præceptor est filiorum suorum: sic Genes.18.d.19. dicitur: Scio quòd præcepturus sit filijs suis, vt custodiant viam Domini. 1.Cor. . c.15. In Christo* IESV *vos ego per Euangelium genui. Vide & Gal.4.c.19.*
  - Reuerentiæ, *& sic pro Domino ponitur, vt patet de Naaman Syro, 4.Reg.5.c.13. Mi Pater, si Propheta magnam rem tibi mandasset, an non faceres?*
  - Defensionis, *& sic pro defensore & sustentatore ponitur, vt Iob.29.c.16. Pater fui pauperum, &c.*
  - Ætatis, *sic senes Patres appellamus propter ætatem.*

TABVLA II.

- **PATRIS nomen quot modis accipiatur. vbi agitur de Deo**
  - Absolutè *pro Deo, sic & nomen Dei pro Patris persona, vt Ioã. 3. d. 35. Gal. 4. a. 6. 1. Ioan. 4. c. 14. vbi dicit:*
    - Quãdo *id fiat: videlicet cùm*
      - Patris *nomen simpliciter ponitur, vt Matth. 28. d. 19. Luc. 22. g. 42. Pater, si fieri potest, &c.*
      - Nomen *Dei præcedit, interposita coniunctione, neque quicquam additur, quod Patris nomẽ determinet, vt 1. Cor. 15. d. 24. Cùm tradiderit Regnum Deo & Patri. quod perinde est, ac si diceres, Illi qui Deus est, & Pater. Iac. 1. d. 27. Religio pura apud Deum & Patrem hæc est.*
      - Additur *particula, Noster, nec personæ inter se conferuntur, vt Matth. 6. b. 9. Pater noster. Vel particula, Vester, vt Matth. 5. g. 45. Vt glorificẽt Patrem vestrum, qui in cœlis est. Vel, Tuus, particula, vt Matth. 6. a. 6. Et Pater tuus, qui videt in occulto, &c. Vide Luc. 11. a. 2.*
    - Quomodo *Deus absolutè Pater dicatur: respectu videlicet*
      - Creationis, *eò quòd Deus omnibus esse dat, Esa. 63. c. 16. 64. c. 8. Tu Pater noster es.*
      - Respectu *prouidentiæ, defensionis & gubernationis: vt cùm dicitur, Pater orphanorum, Psal. 68. a. 6.*
      - Benedictionis, *beneficentiæ, seu conditionis: vt, Deus Pater Israëlitarum. Israëlitæ Dei filij dicti sunt, quòd præ omnibus Mundi populis, beneficijs diuinis ornati essent.*
      - Regenerationis, *qua electi ex Deo nasci dicuntur, Ioan. 1. c. 9. 1. Ioan. 3. a. 1. 5 a. 3.*
  - Personaliter: *videlicet pro*
    - Sola *Patris persona, vt dum*
      - Tres *personæ expressè ponuntur, vt Matth. 28. d. 19. 1. Ioan. 5. a. 7. Galat. 4. a. 6. &c.*
      - Patris *persona cum Filij persona confertur, vt 1. Corinth. 8. a. 6. Nobis vnus est Deus, qui est Pater, & vnus Dominus* IESVS *Christus, &c. Galat. 1. a. 3. Tit. 2. c. 13. &c. Quoties enim Pater & Filius conferuntur, ita vt expressa fiat vtriusque mentio, distinctio adhibetur, quæ personis conueniat: Proprietates personarum distinguuntur: vnde & Patris nomen pro sola Patris persona capitur, ac illi Dei quoque nomen quandoque accommodatur, non vt Filij diuinitas tollatur, sed vt ordo monstretur, quia ordine Pater prior est, ideoque vt diuinitatis, ita operationum fons est. Quæ tamen œconomia nec æqualitatem, nec diuinitatem Filij immiuit. Non igitur iuuat Arianos locus, quẽ citauimus, 1. Cor. 8. a. 6. qui iactant, Paulum non dicere Christum Deum, sed Dominum, per quem omnia. Imò ex eo loco Ariani facilè confutantur. Nam si Christus vnicus Dominus est, erit quoque Deus, nisi velis Patrem à dominatu excludere. Deinde si omnia per illum facta sunt, profectò Deus est. Etsi autem Pater, Deus: Filius Dominus quandoque vocatur, non tamen perpetua ista distinctio est. Sæpè enim Pater Dominus, vt Psalmo 8. c. 18. Filius verò Deus vocatur, Rom. 9. a. 7. 1. Ioan 5. c. 10. &c. Imò Filius, & Dominus, & Deus simul vocatur, vt Ioan. 20. d. 28. Dominus meus, & Deus meus. Quandoque ambo voce Domini appellantur: vt, Dixit Dominus Domino meo, Matth. 22. a. 4. Sicut & vterque Deus dicitur, cùm Ioannes inquit: Deus erat apud Deum. Quòd verò Filius dicitur, per quem omnia, neque id Arianis suffragatur. Scriptura enim dupliciter de Filio Dei in operationum generibus loqui solet, videlicet vt autore, quatenus æternus est Iehouah, & vnus cum Patre Deus, Psal. 102. a. 7. &c. & vt cooperario, quatenus Filius est, per quem omnia facta sunt. Prior loquendi phrasis subindicat Filium, quatenus ratio habetur diuinæ naturæ, quæ vna & eadem est cum Patris diuinitate, nõ minus esse creatorem, quàm Patrem: posterior modum & ordinem agendi, quem Spiritus Sanctus in Scripturis nobis patefecit, demonstrat: quod videlicet à Patre initium sit operationis, quod ordinem attinet, atq; is operatur omnia per verbum suum verè subsistens, Spiritu Sancto vitam omnibus inspirante.*
      - Cuius *respectu Pater dicatur, adijcitur, vt 2. Corinth. 1. a. 3. Deus & Pater Domini nostri* IESV *Christi. Vide Coloss. 1. a. 3. 1. Pet 1. a. 3. In quibus locis, Et, particula, pro aduerbio, & pro præcipuè vsurpatur. quæ significatio tum maximè locum habet, cùm, quod generaliter dictum est, ad Speciem per epexegesim, epitasim, seu vehementiam refertur, vt Marci 16. a. 7. Ite, dicite Discipulis eius & Petro. Item: Deus & Pater Domini nostri* IESV *Christi. Deus enim hoc loco in genere ponitur, vt nomen hoc Patri, Filio, & Spiritui Sancto conueniat. Postea per epitasim ad Patris personam refertur, eò quòd diuinitatis & operationum fons sit.*
    - Filij *persona, &c. Vide literam A.*

A. Filij persona, et hoc vel respectu
- Naturæ diuinæ. *Hoc enim respectu in Esaia Pater seculi vocatur, Esa.9.a.6. Vbi Patris nomen pro autore, causa, fonte, & origine capitur, quia Christus Ecclesiam per omnes ætates propagat, & tàm corpus, quàm singula membra immortalitate donat. Atque ob id Pater seculi vel æternitatis vocatur. Cauendum autem est, ne sic capiamus Patris elogium, vt ad Patris personam in diuinitate referentes, incidamus in hæresim Patripassianorum, Sabellianorum, &c. Vnam tantùm personam in diuinitate statuentium, ideoq; fidem & confessionem sanctæ Triadis negantium. Vocatur ergo Christus Pater, nostri respectu, non quòd sit in diuinitate Pater, sed quòd sit nobis in Patrem: id est, autorem vitæ. Filius enim reuera non est Pater, sed id quod Pater est.*
- Humanæ naturæ. *Quòd sit*
  - Exemplar, *quod imitemur, sicut Abraham pater omnium nostrûm appellatur, Rom.4.c.16.*
  - Magister & Præceptor noster. *Præceptor enim velut Pater est, cui obedire debemus. Hinc Apostoli fideles filios appellant, Gal.4.c.19. 1.Ioan.2.a.1. 3.a.7. 4.a.4. 5.c.21. Et Christus Discipulos suos filios vocat, Mar.10.d.29. Ioan.13.d.33.*
  - Dominus. *Domini enim patres appellantur, vt patet de Naaman Syro, 4.Reg.5. c.13. Mi pater, si Propheta magnam rem tibi mandasset, an non faceres?*
  - Defensor noster. *Defensores enim Patres vocantur, Iob.29.c.16. Pater fui pauperum, &c.*

De phrasibus, Pater omnipotens, & Deus Pater.

NOMINI Patris additur quandoque vocabulum
- Omnipotentis: vt, *Pater omnipotens. quod tribuitur Deo, vel*
  - Absolutè, *seu indefinitè, & tum pro Deo ponitur simpliciter, vt Tob.13.a.4. Discete nullum esse alium Deum omnipotentem, quàm Patrem nostrum.*
  - Personaliter, *cùm videlicet Patris personæ tribuitur, vt initio nostræ confessionis, cùm dicimus, Patrem omnipotentem. Primùm enim profitemur nos credere in vnum Deum: mox verò subijcitur velut enumeratio Specierum: Patrem omnipotentem, & in* IESVM *Christum, & in Spiritum Sanctum.*
- Dei, vt *Deus Pater. Et ponitur vel*
  - Coniunctim, & *hoc vel respectu*
    - Christi, *idque tripliciter. Cùm*
      - Simpliciter *Deus Pater dicitur, & confertur Pater cum Filio, vt Galat.1.a.3. Tit.1.a.3. 1.Pet.1.a.3. Ioannis Epist.2.a.3. Vnde cùm dixisset, Et à Domino* IESV *Christo, addit, Filio Patris, 1.Cor.8.a.6.*
      - Interponitur *coniunctio, & cuius respectu Pater dicatur, adijcitur: vt, Deus & Pater Domini nostri* IESV *Christi, 2.Corint.1. Ephes.1. Col.1.1.Petri 1. &c.*
      - Interponitur *quidem coniunctio, ac Patris nomen simpliciter, sine aliquo adiunctо ponitur, vt 1.Cor. 15. Cùm tradiderit Regnum Deo & Patri. Et Iac.1. Religio pura & immaculata apud Deum & Patrem hæc est. Hæc formula Latinis non nihil ambigua est, si quis cauillari velit, Deum ac Patrem duas esse personas: sed in Græco sermone nulla est ambiguitas, cùm vnus sit articulus. Perinde est igitur, ac si diceres Latinè: Ille, qui Deus est ac Pater, & Pater respectu nostri dicitur.*
    - Nostri, *vt 2.Cor.1.a.3. Ephes.1.a.3. Col.1.a.3. 2.a.2. tunc additur particula noster, eò quòd Deus ille Pater nos creauerit. Esa.64.b.8. Pater noster es tu, nos lutũ. Item, quòd pios defendat, ac gubernet, Psal.68.a.6. Malac.1.a.6. regeneret, Ioan.1.b.9. 1.Ioan.3.a.1. 5.a.3. Sic omnes Deum ipsum in oratione Dominica Patrẽ appellamus. Etsi verò addita particula, noster, respectu nostri Deus Pater dicatur, tamen ne tunc quidem Filius ille Dei naturalis excluditur, propter quẽ Deus Pater nobis est. Proinde in Epistolarum Proœmijs scribitur, A Deo Patre nostro: & mox subijcitur, & Domino nostro* IESV *Christo.*
  - Diuisim, *vbi non solum coniunctio interponitur, sed Dei ac Patris nominibus aliquid apponitur, vt 2.Cor.1.a.3. Pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis. & Iac.1. Omnis donatio bona, & omne donum perfectum è supernis est, descendens à Patre luminum. Vbi dicit, E supernis, Deum declarat, quẽ mox Patrem luminum appellat, eò quòd ab illo, velut fonte quodam, omnis lux & agnitio veritatis emicat. In his verò locis Dei & Patris nomen non pro Patris persona, sed pro Deo ipso absolutè ponitur.*

¶ Quod

¶ Quod verò 1. Corinth. 8. a. 6. dicitur, Vnus est Deus, qui est Pater: Patri quidem Deitas tribuitur, ac ratione ordinis. Cùm enim Patris persona cum Filij persona confertur, meritò proprietates distinguuntur, præsertim vbi mentio fit agnitionis, vt Ioan. 17. a. 1. Conspectus, 1. Cor. 15. d. 24. Gratiæ ac pacis, vt in exordiis Epistolarum. Verùm non ita Patri tribuitur Deitas, vt non eadem sit & Filij. Quare ne quis ex prædictis verbis acciperet occasionem negandi, Christum esse Deum, occupatione vtitur Paulus, dicens: Et vnus Dominus IESVS Christus, per quem omnia. Si enim omnia per illum condita sunt, profectò Deus est. Et si Christus est vnus Dominus, erit quoque Deus, nisi velis à dominatu excludere. Quemadmodum itaque Christus est vnus Dominus, & à dominatu Patrem non deturbat, ita Pater vnus Deus prædicatur, vt Filium à natura diuina minimè separet. Neque etiam perpetuò obseruatur in Scripturis ista distributio: quandoquidem enim Pater dicitur Dominus, & vicissim Filius appellatur Deus, vt Psal. 45. a. 8. Ierem. 23. a. 6. Ioan. 20. d. 28. Rom. 9. d. 29. 1. Ioan. 5. c. 10. &c. Sciendum præterea est, in Trinitate personam Patris, quoad ordinem, primam esse, nec tamen inde sequi, Filium & Spiritum Sanctum Patre esse minores, vel ei subiici, quasi non tantundem habeant diuinitatis, cùm sint ei coessentiales. Potest enim dari primatus ordinis absque primatu potestatis. Talis primatus est etiam in Ecclesia. Non est autem primatus potestatis, Luc. 22. d. 27. Vbicunque verò Deus dicitur Deus, & Pater Christi, vt 2. Cor. 1. a. 3. Ephes. 1. a. 3. Col. 1. a. 3. 1. Pet. 1. a. 3. Apocal. 1. a. 6. Fecit nos Reges & Sacerdotes Deo & Patri suo. Ioan. 20. Ascendo ad Patrem meum, & Deum meum. Apocal. 3. a. 5. Pater dicitur ratione diuinitatis, Deus verò ratione humanitatis Christi, iuxta quam rationem & caput Christi dicitur, 1. Cor. 1. b. 9. 3. a. 5. 15. d. 24. &c.

De particula, Et, quæ iuxta phrasim Hebraicam vice multarum coniunctionum est. Circa locum Deus, & Pater Domini nostri IESV Christi.

ET, particula, ponitur quandoque pro

- **Coniunctione**
  - **Copulatiua, & ponitur pro**
    - Quoque, *Rom. 1. c. 13. Quo fructum aliquem haberem, & in vobis. pro, in vobis quoque.*
    - Etiam, *Matth. 10. d. 30. Vestri verò & pili capitis omnes numerati sunt. Sentit enim adeò nos non esse neglectui Patri cœlesti, vt capillos etiam nostros habeat numeratos.*
  - **Causali, & tum ponitur pro**
    - Quia, *Luc. 1. g. 42. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Elizabeth enim Mariam benedictam vocat, propter Filij benedictionem, Esaiæ 64. a. 5. Tu iratus fuisti, & nos peccauimus.*
    - Vt, *Genes. 23. b. 9. Et dabit mihi speluncam. Hebr. 12. b. 9. Quantò magis subijciemur Patri Spirituum, & viuemus.*
  - Aduersatiua, *Matthæi 24. c. 14. Et prædicabitur hoc Euangelium Regni in vniuerso orbe. quasi dicat, Quantumuis turbentur omnia, hoc tamen Euangelium prædicari oportebit.*
  - **Rationatiua, & ponitur pro**
    - Ideò, *1. Ioannis 1. a. 2. Et vidimus, & testamur. pro, ideò testamur.*
    - Itaque, *Marci 9. a. 5. Et faciamus Tabernacula tria.*
  - Completiua, *cũ nulla significationis, sed ornatus gratia inseritur orationi. Nam καὶ apud Lucam aliquoties additur, vt planè superesse videatur.*
  - Exegetica. *Est autem exegetica, non cùm inter duo substantiua notæ significationis ponitur: vt, Deus & Pater: sed cùm oratio aliqua nomine & verbo constans, obscura alioqui, dilucidiùs explicatur, vt Matth. 13. g. 41. Et colligent è regno illius omnia offendicula, & eos qui patrant iniquitatem. Hic enim particula Et, exegetica est. Nam offendicula exponit eos esse, qui patrant iniquitatem. Item Lucæ 3. g. 20. Adiecit & hoc super omnia, & inclusit eum in carcerem. Ioan. 15. a. 7. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint. Tit. 2. c. 13. Expectantes beatam spem, & illustrationem gloriæ magni Dei, & Seruatoris nostri IESV Christi.*
- Aduerbio, *&c. Vide literam A.*

A. Aduerbio

Eligendi: videlicet pro Quin, Potius, Imò. Act.7. Et suscepistis Tabernaculum Moloch. Ioan.20.d.28. Dominus meus, & Deus meus.

Comparandi, pro Præsertim, seu Præcipuè: cùm videlicet quod generaliter dictum est, ad speciem per epitasim vel vehementiam refertur, vt Mar.16.a.7. Ite, dicite Discipulis eius & Petro. Item: Deus & Pater Domini nostri IESV Christi, 2.Cor.1.a.3. Ephes.1.a.3. Col.1.a.3. &c. Deus enim hoc loco in genere ponitur, vt nomẽ hoc Patri, Filio, & Spiritui Sancto conueniat: postea per epitasim ad personam Patris refertur. Cùm autem Patris nomen sine adiuncto aliquo ponitur, vt 1.Cor.15.d.24. Deo & Patri. & Iac.1.d.27. Perinde ac si diceres, Ille qui Deus est & Pater, ac Patris nomen, respectu nostri dicitur. Sicut alias expressè Pater noster nuncupatur, vt Esa.63.c.16. 64.b.8. 2.Cor.1.d.3. Ephes.1.a.3. Col.1.a.3. Matth.6.a.9. 1.Cor.15.d.24. 2.Cor.1.a.3. Iac.1.d.27. &c. Non est ergo, Et, exegetica. Vide Tabulam de phrasi Deus Pater.

De vocabulo Maior & Maius, circa illud: Pater maior me est.

Longiori æuo, & tum particula, natu, addi solet, & pro seniore ac primogenito vsurpatur, vt Genesis 25.23. Maior seruiet minori. Et Genes.27.d.29. Et vocauit Isaac Esau filium suum natu maiorem. Sic minor iunior appellatur.

Glorioso, seu illustri: vnde maiestas, quod à maior deducitur, pro gloria vsurpari solet. Matt.19.d.29. Cùm sederit Filius hominis in sede Maiestatis suæ: id est, in Throno gloriæ suæ. quare Tit.2.c.13. nostri Magni additur gloriæ vox: Expectantes, inquit, aduentum, seu illustrationẽ gloriæ magni Dei. Sic accipitur vocabulum Maior & Ioan.14.d.28. Pater, inquit, maior me est. Confert enim hic Christus præsentem suum statum, qui humilis & abiectus erat, cum cœlesti gloria, qua Pater fruebatur, fruiturus & Filius, vbi ad Patris & suam gloriam intrauerit, Lucæ 24.g 51. Philip.2.c.9. Id veri ex præcedentibus colligi potest. Sic enim antea Discipulis suis dicebat Christus: Si diligeretis me, gauderetis vtique quòd dixerim, Vado ad Patrem. Cuius rei rationem reddens, inquit: Quia Pater maior me est. quasi dicat, Si me diligeretis, meo bono, quo apud Patrem vsurus sum, gauderetis: Pater enim maior me est: id est, cœlesti gloria & beatitudine fruitur, ego nunc humilis & abiectus in terris ago, ac tum demum & ego cœlesti gloria fruar, cùm ad Patrem venero. Secundùm Hilarium, Pater maior est Filio autoritate, id est, ratione principij, quia à Patre Filius, non contrà. quam interpretationem probat & Cyrillus in Thesauro, lib.2. Quod autem Hilarius dicit, Patrem esse maiorem Filio, Filium tamen non esse minorem, intelligendum est Patrem esse principium Filij, qui naturâ tamen sit æqualis Patri, eò quòd eadem sit natura Patris & Filij. In diuinis personis ordo quidem est, inæqualitas non est, quemadmodum distinctio est, diuersitas nulla est.

VOCABVLVM Maior ponitur quandoque pro

Maximo, vt comparatiuus pro superlatiuo ponatur. Matth.18.a.4. Hic maior est in Regno cœlorum: id est, maximus. Matth.13.g.32. Maius est omnibus oleribus.

Fortiori, Genes.42.a.3. Maior, seu præcipuus robore. 2.Pet.2.a.11. Cùm ipsi Angeli, qui sunt robore at virtute maiores.

Præcellenti, vel dignitate, vel officio. Vide Deuter.25.c.14. & Matth.11.c.11. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.

Capaciori, 2.Paralip.3. Donum verò maiorem obduxit lignis abiegnis, Deut.25.c.14. Non erit in domo tua modius maior & minor.

Altiori, Matth.13.g.32. Maius omnibus oleribus.

Pluribus, Ioan.14 c.12. Et maiora his faciet: id est, plura. Id quod sequens particula explicat: Quia ego, inquit, ad Patrem meum abeo.

Diuturniori, seu perpetuo, 1.Cor.13.c.13. Sed maior horum charitas, & ponitur comparatiuus pro superlatiuo.

Æterno, omnipotenti, & omnium maximo, cùm id Deo tribuitur, Ioan.10.d.29. Pater meus, qui dedit mihi, maior omnibus est. Confert enim Christus Patrem cum creaturis omnibus, vt nihil omnino sit quòd illius voluntatem ac potentiam impediri possit.

Grauiori, Ioan.19.c.11. Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.

Potentiori, 1.Ioan.3.d.20. Quòd si condemnet nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, & nouit omnia: id est, si nos coarguat mala conscientia, multò magis valet ad nos condemnandos Dei iudicium, qui melius etiam corda nostra nouit, quàm nos ipsi. Sic accipitur Maior & 1.Ioan.4.a.4. Maior est, qui in vobis est, quàm qui in Mundo, vbi significat fortiorem esse Spiritum Christi, quam Antichristi.

De si-

Dei filiorum Dei generibus.

FILIVS Dei dicitur vel

- Propriè: & hoc duplici ter: ratione
  - Genituræ: sic dicitur λογος naturalis & consubstantialis Patris Filius. Dicitur autem hac ratione Filius vel
    - Absolutè sine adiuncto aliquo, Esa.9.a.6.Ioan.3.c.18.5.c.19.& 1. Idq; per excellentiam, sicut Ioannes Apostolus ac Theologus per excellentiam nominatur. Cùm Filius absolutè hoc modo ponitur, non nisi Dei Filius significatur, isq; non adoptiuus, sed proprius ac naturalis, genitus à Patre ab æterno, eiq; coæqualis.
    - Adiuncto aliquo, vt perspicuum sit Verbum ac naturalem Dei Filiũ significari. Vt
      - Filius Dei in quo Pater placatus sit, Matt. 17.a.5. Iam vt Filius hominis pro homine vsurpatur, more Scripturæ Hebraico, Psa. 8.a.6. Esa.51.d.22.Ierem.49.Ezech.2.a.6. Ita Filius Dei pro Deo ponitur, sicut & filius Leonis pro Leone, filius Equi p Equo, filij Achiuorũ pro Achiuis apud Homerũ. Hoc enim vnumquodq; naturaliter est q natum est. Cùm ergo Christus veri Dei Filius sit, eum verũ Deum esse necesse est.
      - Vnigenitus
        - A Patre, Ioan.1.a.14.
        - Filius, Ioan.3.c.14.
        - In sinu Patris, Ioan.1.c.18.
      - Proprius Dei Filius, Rom.8.d.32.
      - Filius cuius nomẽ sit ineffabile, Pro 30.a.4.
- Sanctificationis plenariæ vel propter singularem præ omnibus reliquis acceptam sanctificationem, qualis vnus Christus est, quem Pater vnicè sanctificauit & spiritu suo præ omnibus consortibus ipsius inunxit, Psal. 44. b. 8. & in Mundum hunc misit. Cæterùm vt Filius Dei naturalis non est sanctificatus à Patre, sed est sanctificator omnium vnà cum Patre. Sanctificatus ergo est à Patre secundùm humanitatem. Et tamen etiam secundùm humanitatem iuxta quam à Patre vnicè supra omnes mortales sanctificatus est, & in Mundum hunc tanquam Seruator ac Redemtor missus est, sine omni blasphemia ac multo iustius, Deus ac Filius Dei dicitur, quã hi qui propter acceptam imperandi potestatem Dij vocantur & Dei filij, Psal. 82.a.6. Hoc est quod Christus, Ioan.10.g.35. dicit: Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui, id est, mendacij argui Scriptura: quem Pater sanctificauit & misit in Mundum, vos dicitis me blasphemare q dixerim, Filius Dei sum. Cæterùm hic Christus non cõmunem piis omnibus sanctificationẽ sibi tribuit, sed aliquid longè præstantius, nempè quòd vnus ab omnibus aliis segregatus fuerit, in quo se virtus Spiritus & Dei maiestas exerceret, missus in Mundum, vt eius sacrificio reconciliaremur Deo.
- Impropriè: & hoc vel ratione
  - Naturæ spiritualis, puritatis ac iustitiæ. Hoc modo Angeli filij Dei nominantur, Iob.1. a.6. Psal.88.a.7.Iob.38.a.7.
  - Genituræ spiritualis, adoptionis gratuitæ ac regenerationis. Sic omnes pij credentes in Filium Dei, filij Dei dicuntur, Ioan.1.c.12.8.g.42. 1.Ioan.3.a.1.5.a.2. sic Dei etiam genus appellantur, Act. 17. d. 29.eo videl. sensu quo à Mose homo ad imaginem Dei conditus esse scribitur, Gen.1. Genus autem hic pro qualitate rei sumitur, idq; metaphoricè, vt homo genus Dei dicatur, quia à brutis discretus, Deo quodammodo similis esse significetur, propter Spiritus & mentis prærogatiuam, qua cunctis aliis præstat animantibus. Hoc modo nasci ex Deo non est ex illius esse natura, sed diuinæ gratiæ factum esse participem. Hæc natiuitas vt non est ex natura Dei, sed ex operatione Spiritus Sancti, ita non reddit diuinæ naturæ participes. Vide tabulam de variis nominis Dei acceptionibus. Aliud ènim est nasci ex substantia & essentia Dei, & aliud ex gratia & virtute Spiritus S. in nouũ hominẽ mutari & regenerari. Prior natiuitas naturæ est, ac soli Christo cõpetit, posterior gratiæ & adoptionis & destinata est fidelibus.
  - Potentiæ vt Gen.6.a.2. viderunt filij Dei. i. filij potentum, filias hominũ, id est, plebis.
  - Officij, propter iunctum diuinitus imperandi vel aliud quicquam exequendi munus, vt Psal.82.a.6. filij excelsi omnes.
  - Imitationis, qua fideles Dei beneficentiam ac bonitatem imitantes Dei ingenium quodammodo exprimunt, Luc.6.d.35. & eritis filij Altissimi, & Matth.5.g.45. vt sitis filij Patris vestri, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos. Non quòd intelligat Christus nos ista faciendo demum fieri filios Dei, sed quia idem Spiritus qui gratuitæ nostræ adoptionis testis est, prauos carnis affectus, qui charitati repugnant, corrigit, ab effectu probat Christus non alios esse Dei filios nisi qui ipsum mansuetudine & clementia referant. Filios ergo Dei & Deos Scriptura vocat, quicunq; Deũ præsentius & insignius referũt, ampliore diuinitatis portione donati, siue Angeli sint siue homines.

De significationibus Verbi, ex Ioan. 1.

VERBVM Dei ponitur quandoque in Scriptura

- Generaliter, pro
  - Re qualibet, vt Luc. 1. d. 37. *Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Sic apud Prophetas, Dabbar, quod verbum verterunt totum negotium, significat, de quo agitur aut dicitur, sicut nos ferè vtimur vocabulo Rei.*
  - Doctrina *verbi Dei, Ioan. 8. g. 47. Qui ex Deo est, verba Dei audit.*
  - Re gesta, *Luc. 1. a. 4. in præfatione: Pars aliqua fuêre verbi.*
- Specialiter, pro
  - Nutu, *Hebr. 1. a. 3. Sustentat omnia verbo potenti.*
  - Promissione, *Eph. 5. d. 20. Mundatam lauacro aquæ per verbum.*
  - Decreto *Dei, Esa. 45. 23. Egressa est ex ore meo iustitia, verbum quod non reuocedat.*
  - Filio *Dei, Ioann. 1. a. 1. qui λόγος, id est, sermo dicitur, quòd sit persona loquens cum Patribus.*
  - Præcepto, *vt Deuter. 4. a. 2. Non addetis ad verbum meum, quod ego præcipio vobis, & Luc. 3. d. 22. factum est verbum Domini ad Ioannem.*
  - Contumelia, *vt Ezech. 2. a. 6. & verba eorum ne formides.*
  - Sententia *seu iudicio, vt Esa. 28. c. 14. propterea audite verbum Domini viri illusores.*
  - Dicto, *Matth. 15. b. 12. Nosti Pharisæos audito verbo hoc offensos esse?*

Quot modis Sapientia Dei in Scripturis accipiatur.

SAPIENTIA Dei dicitur vel

- Respectu *Dei Patris, qua videlicet Deus ipse Pater pollet. Hoc modo Dei Sapientia dicitur Filius Dei. Sic enim & Paulus Christum appellat, 1. Corinth. 1. d. 24. Prædicamus, inquit, Christum Dei potentiam ac Dei sapientiam. Sed & Christus hoc nomine se insignit, Luc. 11. g. 49. Propterea & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas & Apostolos. Notabis verò tempus præteritum, dixit, non dicit in præsenti, vt significet se antea quoq; Prophetas, Scribas aliósque verbi Dei ministros misisse ad populum Israel, non eo tempore solum, quo in terris versabatur vt homo. Ponit autem duo ministrorum genera, Prophetas & Apostolos: Prophetarum verò rursus duo sunt genera, alterum eorum qui futura prædicant, qui propriè vates dicuntur: Alterum eorum qui de rebus præsentibus vel instruunt vel commonefaciunt, vel consolantur vel corripiunt peccantes. Hic tamen de Prophetis, qui vates dicuntur, Christum loqui vel ex eo liquet, quòd Apostolis eos præmittat. Prophetæ enim noui Testamenti, qui de præsentibus rebus homines instruunt ac commonefaciunt, non erant Apostolis præferendi. Sed & illud obserua, coniungi hîc à Christo Prophetas & Apostolos, vtrosq; à sapientia Dei missos, vt significet Prophetas & Apostolos de vno Christo prædicasse, ac nos Patribus, quod quidem ad salutis negotium attinet, æquari. Hoc modo dicit & alibi, Mosen de se scripsisse, Ioann. 5. g. 47. Pro Filio Dei accipitur. & Prouerb. 8. c. 12. 14. Sic enim ibi Dei sapientia loquitur: Ego sapientia cohabito solertiæ. Et mox: Apud me est consilium, & essentia, in Hebræo Thuschia, quod quidem verbum significat id quod rem conseruat in sua essentia. Vnde constat Salomonem de Filio Dei æterno loqui non de carne Christi. Sic & Eccles. 24. c. 5. Sapientia Dei pro Dei Filio æterno vsurpatur: Sic enim sapientia Dei loquitur: Ego ex ore Altissimi prodij, id est, à Patre. Prodiit enim sapientia seu Filius Dei à Patre generatione æterna. Ne verò prodeundi vel egrediendi verbum quo Micheas vtitur, in diuersum sensum trahatur, subdit: Ante omnem rerum naturam primogenita. Sapientia ergo Dei genita est non ingenita. Cùm autem Dei substantia, incorporea, immensa ac simplicissima sit, quæ nec diuisionem nec incisionem vllam suscipere possit, eius etiam sapientia simplicissima est: Quæ cùm sit à Patre ab æterno genita, aliam ab hac sapientia Dei diuersam, non agnoscimus.*
- Respectu *nostri, &c. Vide literam A.*

Mundi opificio, 1.Cor.1.d.21. *Nam postquam in sapientia Dei Mundus non cognouit per sapientiam Deum, &c. Hic certè sapientia Dei Mundi opificium significat, eò quòd illustre specimen sit & luculenta demonstratio sapientiæ Dei. Deus enim in creaturis suis admirabilis suæ sapientiæ speculum nobis profert, vt quicunq; cœlum & reliqua Mundi opera intuetur, necesse habeat, si vel scintillam vnam sani iudicij habeat, in eius admirationem prorumpere. Sed & in ipsa statim Mundi creatione, patefacta est sapientia seu verbum Dei (hæc enim sæpe pro eodem vsurpat Scriptura, vt Psal. 33.a.6. Verbo Domini cœli firmati sunt, & Psal.103.a.3. Omnia in sapientia fecisti, & Prouer. 3.c. 19. Sapientia fundauit terram Dominus, imò hæc quandoq; Scriptura coniungit, vt Sapien.9.a.2. Qui verbo tuo cuncta creasti & hominem tua fabricasti sapientia) per quod creata sunt omnia, quod quidem ante apud Deum erat nobis absconditum. Huc facit illud Eph. 3. b. 9. Quod erat à seculis absconditum in Deo, qui vniuersa condidit per* IESVM *Christum, vt innotescat nunc principatibus.*

A. Respectu nostri quæ nos Deus exornat. Sic ponitur pro

Filio *Dei in carne manifestato, 1.Corin.1.b.30. factus fuit nobis sapientia à Deo, iustitia & sanctificatio & redemtio. Dicitur autem Christus sapientia à Deo nobis constituta, quod per illum agnoscamus Deum, & per illum innotescit nobis voluntas Dei. Est enim Christus imago Dei inconspicui, Col.1.c.15. Vnde in Ioanne dicit Christus: Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum. Item ad Iudæos: Si me nosseti, Patrem quoque meum nosseti, Ioan.8.d.19. redi. Et Matth.11.d.27. Nemo nouit Patrem nisi Filius, & cui Filius reuelare voluerit. Coloss.2.a.3. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi.*

Euangelij *negotio, 1.Cor.2.a.7. loquimur sapientiam Dei in mysterio. Vbi sapientia Dei pro Euangelij negotio ponitur, eò quòd nos sapientes coram Deo efficiat. Sic accipitur sapientia Dei, & Eph. 3. b 10. quæ & multiformis dicitur, propter varietatem œconomiæ seu dispensationis, quæ infinitas habet formas, si applicatio multiplex æstimetur ex locorum, personarum & temporum circumstantiis, quas omnes Dominus ad vnum finem adducat.*

Vera *seu perfecta iudicandi facultate, 1.Reg.3.d.28. Videbant Sapientiam Dei in eo iudicando.*

Perfecta *Legis notitia, qua scimus qua ratione homines pro circumstantiarum ratione doceri debeant, quales in Republica Magistratus eligendi, quomodo iudicia exercenda, quomodo sontes puniendi, &c. sic accipitur 1.Esdr.7.d.24. Et tu Esdra pro sapientia Dei quæ in manu tua est, constitue iudices & causidicos, &c.*

De vocabulo Angeli.

Natura, *& propriè, sic vocantur beati Spiritus, qui & electi, per excellentiam, 1.Tim.5.d.21. Vocantur & exercitus cœlestes, Luc. 2. c.13. eò quòd his circumsepta est Dei tanquam potentissimi cuiusdam Monarchæ, maiestas. Hanc significationem habet Angeli nomen in vtroq; numero singulari & plurali, vt 1.Corin.11.b.10.1.Tim.5.d.21.Matth.28.a.2. In singulari tamen addi solet Domini, vt Angelus Domini, Iud.2.a.1. 6.d.21.13.a.3. 3.Reg.19.b.7.Matth.28.a.2. &c. eò quòd à Deo mittantur in bonum Ecclesiæ, in plurali non item, vt 1.Tim.5.d.21. 1.Corin.11.b.10.*

ANGELVS dicitur vel

Officio, *& sic ponitur* vel

Distingui *hunc Angelum, &c. Vide literam A.*

Cur *Christus Angelus vocetur. Sic enim vocatur non modò quia Angelos semper comites habuit & quasi apparitores, sed quod illa populi Israel redemtio per Angelum, nostram omnium adumbrauit, cuius causa mittendus erat Christus, vt formam serui indueret. Iam enim tum velut præludio quodam cepit fungi Mediatoris officio. Etsi enim nondum erat carne vestitus, descendit tamen quasi intermedius, vt familiarius ad fideles accederet. Propior ergo communicatio dedit ei Angeli nomen, ac interea quod suum erat retinuit, vt Deus esset ineffabilis gloriæ. Etsi verò Angeli speciem ad tempus induit, vnde etiam Angelus vocari solet, nunquam tamen Angelorum suscepit naturam, quemadmodum scimus verè hominem factum esse. Vide Hebr.2.d.16.*

Singulariter *tantùm & pro Christo accipitur. Vbi dicitur:*

Pluraliter *tantùm & pro Dæmonibus vsurpatur, vt Matth.25.g.41. qui paratus est Diabolo & Angelis eius, & 1.Corinth.6.a.3. An nescitis quod Angelos iudicabimus?*

Singulariter *& pluraliter, & tum ponitur etiam pro Propheta, vt Hagg.1.b.13. vel pro fideli Euangelij ministro, Malach.2.a.7. Apoc.2.a.1,8.12.18. &c.*

A. Distingui hunc Angelum à reliquis Angelis creatis

- Nomine: *hic enim vocatur non Angelus tantùm Domini, sed &*
  - Angelus
    - Fœderis, *Malach.3.a.1.*
    - Magni *Consilij, Esa.9.a.6.*
    - Faciei, *id est, fauoris, Esa.63.b.9.*
  - Iehouah, *Deus æternus, Exod. 3. a. 2. Qui enim Angelus Domini dicitur, hic se Deum æternum pronunciat & sum, Exod.3.a.2. Act.7.d.31. Neq; enim simpliciter Christus Angelus appellatur, vt qui externa tantùm nunciet, sed* ἐξαγγελῶν *qui interna nunciet, vnde &* λόγῳ ἐξαγγελικῷ *vocatur. Dicitur &* αὐτοαγγελῶν *quòd sit nuntius spontaneus à seipso nuncians quæ velit.*
  - Deus *exercituum, Hos.12. a. 5. Postquam enim recensuit luctam Iacob cum Angelo, inquit Deus exercituum Iehouah memoriale eius, & Zach.2.a.3. Angelus qui alterum Angelum mittit, idem mox pronuntietur Dominus exercituum,*
  - Dominus, *Gen.32.d.28. Iosue 5.c.15. Iudic.6.d.8.*
  - Dux *Exercitus Domini, Ios.5.14. Quis autem est princeps militiæ virtutum nisi Christus?*
- Operibus *Deo ipsi cõgruentibus: quia Angelus*
  - Domini, *Exod. 3. a.2. se populi liberatorem fore testatur: confer. Act.7.d.31. Vide & Esa.63.b.9.*
  - Domini *duxit Israelem in deserto, Exod.14.c.19. Esa.63.b.9.1.Corin.10.a.1.*
  - Hic *defendit Iacobum & omnes Patres fideles ab omni malo, Sapient.10.c.14. Gen.48.c.16.*
  - Hic *defensor est totius Ecclesiæ, Psal.34. Castra figit Angelus Domini circum eos qui timent ipsum & eripiet eos. Sap.10.c.15. Vide Dan.3.d.17.8.d.25.12.a.1.*
- Cultu *Deo ipsi debito: quia*
  - Angelus *hic adoratur, Gen.16.c.13.35.c.9. Iosue 5.c.14. & c.*
  - Inuocatur *hic Angelus. Hoseas enim cap. 12. a. 4. testatur Iacobum ad Angelum orationem suam direxisse. Sed & Iacobus ipse in fausti is imprecationibus, Gen.48. c.16. Nepotes suos ab Angelo defensore suo custodiri & defendi efflagitat.*
  - Offertur *Angelo huic sacrificium, Iud.6.d. 18.13. d.16. Angeli certe sancti nolunt sibi tribui quæ ad cultum diuinum pertinent, vt sunt adoratio, inuocatio, sacrificia, & c. de quo vide Apoc.19.c.10. & 22.b.9.*

De vocabulo Viri, quod cùm Dei Filio tribuat Scriptura, Ariani illum hominem tantùm ac creaturam esse contendunt.

VIRI nomen tribuitur

- Deo *vel Dei Filio ante assumtam carnem, vt Gen. 32.c.24. vbi quem Moses primũ virũ, mox Elohim, id est, Deum appellat. Elohim verò hic Deum significare probatur, quia*
  - Nusquam *legitur vni & simpliciter attributum nisi soli Deo. Et est locutio satis trita. Quia enim sub hominis specie apparuit Deus inde nomen mutuatur, sicut propter visibile symbolum, Spiritus vocatur Columba, & vicissim nomen Spiritus transfertur ad columbam.*
  - Hæc *luctæ de qua Moses scribit, tentatio quædam est. Dum autem tentamur, verè nobis cum Deo & non cùm Angelo negotium est. Solus enim crucis & afflictionum author est. Imò tanquam antagonista nobiscum in arenam descendit, vt vires nostras exploret & vires inuictas suppeditet, quibus nos superiores simus. Etsi verò Deus vinci non potest, attamen aliter exprimi non potest duplex illa ratio qua nobiscum agit Dominus, quòd humana virga nos percutiens, non exerit plenas vires in tentatione, fidei verò nostræ concedens victoriam, ipse nobis fortior est, vt vincat in nobis.*
  - Gloriatur *apud Mosen Iacob post luctam, quòd Deum mutuò aspectu colloquentem sibi coràm & palàm viderit.*
  - Hoseas *cap. 12. a. 4. huius luctæ mentionem faciens, Bethelis quoq; meminit: In Bethel, inquit, inuenit eum, ille videlicet Elohim. In Bethel autem Deus Iehouah, non Angelus, semel & iterum Iacobo apparuit, Gen.28.c.13.35.a.1.*
  - Hoseas *cap.12.a.5. Quisnam ille Deus aut Angelus fuerit explicat, dum dicit: Dominus Deus exercituum, & c.*
- Filio *Dei in carne manifestato, Act.2.d.22. respectu videlicet naturæ humanæ, vide & Zach.13.a.5.*
- Angelis, *Dan.9.d.21. Vir Gabriel. Sic & 10.a.5. Gabriel autem vir dicitur, quia præ se ferebat formam viri. Sic & Act.1.c.10. Ecce duo viri astiterunt illis vestibus albis.*
- Hominibus, *hoc respectu capitur pro*
  - His *qui sunt perfectæ vitæ, Prouerb.8.a.4. ad vos ô viri clamito.*
  - Sponso *seu marito, Matth.1.d.16. Iacob genuit Ioseph virum Mariæ. Sic autem dictus est Ioseph propter maritalem coniunctionem, non propter carnalem congressum, neq; enim illam maritaliter cognouit.*
  - Quolibet *homine perfectæ ætatis, & discernitur ab adolescente.*
  - Persona *virtute & facinore pollenti, qui se virum esse ostendit, vt Samson.*

De Me-

De Mediatoris vocabulo, & quibus modis Christus Mediator dicatur.

Mediatoris *nomen quomodo vsurpetur. Accipitur enim pro*
- Teste *& arbitro, Iudic. 11. c. 10. Ipse Dñs qui hæc audit sic Mediator & Testis.*
- Pacificatore, *1. Tim. 2. b. 5. Vnus est Mediator Dei & hominũ, homo Christus* (IESVS.
- Patrono *seu intercessore, Rom. 9. c. 11.*
- Authore *doctrinæ, Gal. 3. c. 19. Lex ordinata per Angelos in manu intercessoris seu Mediatoris.*

Quot *sint Mediatores? Vnus, videl.* IESVS *Christus Deus & homo verus, 1. Tim. 2. b. 5. Vnus est Mediator Dei & hominum homo Christus* IESVS. *Id quod & Sacerdotum figura in Lege adumbratum erat. Nam etsi multi essent Sacerdotes, non tamen duobus simul vel tribus fas erat solenne intercessionis officium pro populo obire, sed ideo distributi erant in classes, vt vnus duntaxat Sanctuarium intraret. Atque ita non nisi vnus eodem tempore esset Sacerdos: vide Luc. 1. de Zacharia, Cùm sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ coram Deo, &c. Quod verò Paulus in Timotheo Mediatorem hominem appellat, hoc ipso non negat Mediatorem Deum esse, sed cùm vinculum notare vellet nostræ cum Deo coniunctionis, humanæ potius naturæ meminit quàm diuinæ, ne videlicet diuinæ maiestatis formidine absterreamur. Filius enim Dei fraternam manum nobis porrigit & naturæ societate nobis coniunctus est & comiter nos inuitat, nosq; veluti manu apprehendit, qui Deum ex formidabili & tremendo propicium & facilem nobis reddit.*

LOCI tres.

Quotuplex. *Alius enim est*

- Vmbratilis *seu figuratiuus vt Sacerdos in Lege. Nam quoties in Sanctum ingrediebatur Sacerdos quasi in Dei conspectum prodibat vt inter eum & populum esset Mediator: voluit enim Dominus huic populo testatum esse nemini mortalium aditum patére ad cœlos nisi præeunte Sacerdote seu Mediatore. Imò quandiu viuunt homines in terris non accedere ad thronum cœlestem vt illic gratiam inueniant, nisi in Mediatoris persona.*
- Verus, *Christus* IESVS, *Deus & Homo qui Mediator est vel*
  - Redemtionis: *vbi hæc requiruntur:*
    - Virtus *& potentia diuina redemtoris, qua Satanæ & peccato resistere posit. Potentia enim Satanæ & vis peccati tanta est, vt aduersus hanc nulla virtus humana, imò ne Angelica quidem aliquid præstare posit. Propter quam causam Mediatorem Deum esse oportuit.*
    - Ius *redemtionis quod est duplex:*
      - Proprietatis. *Christus autem Mediator noster ius proprietatis in nos habet tanquàm verus Deus.*
      - Propinquitatis. *Sic Christus ius propinquitatis habet tanquam verus homo. Hoc igitur respectu Mediatorem hominem esse oportuit.*
    - Precium *redemtionis. Precium pro nobis dedit Christus sanguinem suum, id est, precium hoc dedit seipsum Deo Patri. Huic etenim semetipsum obtulit tanquam Mediator inter Deum & nos. Hinc Rom. 3. d. 24. Per redemtionem quæ est in Christo* IESV, *interueniente ipsius sanguine, &c. vbi Per, præpositio, medium seu instrumentum redemtionis designat, non causam efficientem primariam redemtionis. Hoc igitur respectu Mediatorem hominem esse oportuit, qui pro nobis sanguinem suum funderet, vt esset nostra satisfactio, quam Deus perpetuam esse voluit.*
  - Recõciliationis, *per quã accepti sumus Deo, vbi Mediatoris nomen pro pacificatore vsurpatur, vt 1. Timoth. 2. b. 5. Hic verò considerantur*
    - Causa *efficiens quæ est Deus. Ab hoc enim facta est reconciliatio, cuius non modò voluntate, sed & opere est facta. Paulus verò Deo tribuit ipsum etiam opus reconciliationis, dicens 2. Cor. 5. d. 19. Deus erat in Christo Mundum recencilians sibi per* IESVM *Christum. Item omnia autem ex Deo qui reconcilianit nos sibi per* IESVM *Christum. Et Coloss. 1. d. 20. Placuit Deo per eum reconciliare cuncta erga se.*
    - Modus *reconciliationis, qui est non imputare peccata credentibus, 2. Cor. 5. d. 19. Idem verò vt causa ita & modus reconciliationis Deo ipsi conuenit non homini.*
    - Medium *reconciliationis, Mors Christi, Eph. 2. c. 16. Vt reconciliaret ambos in vno corpore Deo per crucem. Vide & Rom. 3. d. 24. Coloss. 1. d. 20. Hoc respectu Mediatorem hominem esse oportuit.*
  - Doctrinæ, *& seq. Vide literam A.*

Doctrinæ, id est, Legis & Euangelij, quia per ipsum semper Deus se hominibus patefecit. Gal. 3. c. 19. Lex ordinata per Angelos in manu Mediatoris. Vbi Paulus Christum internuncium facit in Lege promulganda, seu authorem Legis. De Euangelij doctrina dicit Ioannes, Filius qui est in sinu Patris ipse enarrauit nobis. Hic Mediationis modus & diuinæ & humanæ naturæ Christi conuenit.

Patrocinij, per quem nobis aditus Pater ad Deum ipsum inuocandum, Eph. 3. c. 11. Heb. 10. c. 14. 1. Ioan. 2. 1. hoc Filio Dei humanæ naturæ respectu tribuitur.

Intercessionis. Intercedere verò dicitur Christus, non quòd prostratus iaceat supplex coram Patre, id quod cœlesti Christi gloriæ derogat, sed quòd Pater in eo sacrificium oblatum in cruce perpetuò resognoscit & gratum habet ad nostram salutem & quòd preces nostras tam sacrificij sui odore sanctificet quàm patrocinij fauore adiuuet. In hoc enim apparet coram facie Dei, vt sacrificij sui vim & efficaciam erga nos exerat, vt non aliud sit Christi intercessio quàm continua mortis eius applicatio in nostram salutem. ¶ Hic mediationis modus, etsi ipsi personæ in qua duæ naturæ sunt assignatur, non tamen qua Deus, sed qua homo. Quare dum Filium vt Deum, qua vnus est cum Patre, inuocamus, non id absq; Mediatore facimus, Mediatore inquam patrocinij & intercessionis. Diuersi enim respectus nobis notandi sunt. In inuocatione enim concipimus Deitatem, Patri, Filio & Spiritui Sancto communem, ac Patrem rogando ad Filij quoq; personam preces dirigimus. Interim verò medius nobis ipse occurrit & mediationis illius ministerium, quod humanæ naturæ conuenit, agnoscitur. Ad ministerium verò mediationis, pertinent patrocinium, intercessio, precium redemtionis, ius redemtionis, quod ad propinquitatem illius attinet, & medium reconciliationis. Sed & illud in inuocatione considerari oportet, ministerium hoc mediationis vnde habeat excellentiam, dignitatem & efficaciam suam, quia ex diuinæ naturæ excellentia, quæ in Christo cum humana coniuncta est. Cùm igitur Filium inuocamus vt Deum, qua vnus est cum Patre, Mediatore illo id facimus, quod videlicet ministerium mediationis attinet, quod quidem humanæ naturæ conuenit, quod tamen ministerium excellentiam, dignitatem & efficaciam à diuinitate, cui vnita est humanitas, habet non ex seipso. Quare Filius Dei dum illum inuocamus vtrumq; officium gerit, & recipientis Dei qua vnus est cum Patre, & Mediatoris, propter quem recipimur, qua est Deus in carne manifestatus. Neq; verò id absurdum videri debet. Nam & Pater interdum reconciliantis, interdum reconciliati sustinet personam. Reconciliantis 2. Cor. 5. d. 19. Deus erat in Christo Mundum reconcilians sibi. Vide & Coloss. 1. d. 20. Reconciliati, Ephes. 2. 16. Vt reconciliaret ambos in vno corpore Deo per crucem. Hunc duplicem respectum recipientis & mediatoris Filij, Christus ipse in vna redemq; persona sua significat, Ioan. 14. c. 14. Si quid petieritis nomine meo, ego id faciam. Et Coloss. 1. d. 20. Itaque vos quondam abalienatos & inimicos, nunc reconciliauit in corpore carnis suæ per mortem, vt sisteret vos sanctos & irreprehensibiles coram se, Vide Eph. 5. a. 2. Tit. 2. c. 14. Si quis ergo obiiciat Christum non esse verum ac verum Deum, quia non placatur per Mediatorem, Filius enim non potuit esse Mediator erga se: facilis est responsio, Filium esse Mediatorem & non esse Mediatorem erga se: at non respectu eiusdem, sed respectu diuersorum, Mediatorem enim esse quod videlicet ad mediationis ministerium & dignitatem ac meritum mediationis attinet & officij personalis rationalem, non quod ad ipsam Deitatem, vel essentiam Patri, Filio & Spiritui Sancto communem.

A.

De vocabulo Imaginis.

IMAGINIS nomen pro ratione adiunctorum varia significat. Tribuitur enim

Filio Dei, idq; variis modis. Dicitur enim imago

Filij, & ponitur pro calamitatibus & ærumnis quas pro nobis perpessus est Christus. De hac imagine dicitur, Rom. 8. d. 29. Quos præscinit, eosdem & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui.

Cœlestis, & ponitur pro cœlestibus qualitatibus, immortalitate, gloria, & potentia, quibus nunc fruitur Christus, quorum & nos in resurrectione participes erimus. De hac imagine loquitur Apostolus 1. Cor. 15. f. 49. sicut gestauimus imaginem terreni, gestabimus etiam imaginem cœlestis. & 2. Cor. 3. d. 18. in eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam.

Dei, in quo scilicet se verè conspiciendum præbet Deus. 2. Cor. 4. a. 4. Coloss. 1. b. 15. Neq; enim Patrem nisi in Filio possumus verè contemplari, Filio inquam carne induto. Nam alioqui vel Patrem vel Filium in diuinitatis abysso contemplari non modò inutile, sed etiam absurdum ac periculosum est. Filius ergo idcirco homo factus, ne nuda Dei speculatione absorbeamur, nobis est speculi instar, in quo non ex aliqua radiorum reflexione appareat inane, obiectæ rei, simulachrum, sed in cuius substantiali splendore, quem nos ex ipsius effectis in visibili illa carne percipimus, Pater ipse nobis suam illam infinitam & omnipotentem maiestatem & bonitatem contemplandam & spectandam præbet. Paulus Heb. 1. a. 3. insculptam imaginem vocat, vt ab omni adumbrata & imani imagine distinguat, ea verò non in Filij diuinitate per se, vt quæ sit & ipsa per se inscrutabilis, sed quatenus in carne sese conspiciendam præbet, consideranda est.

Hominibus, &c. Vide literam A.

A. Hominibus

A. Hominibus, de quibus dicitur vel imago

- Dei, & ponitur pro
  - Iustitia, sanctimonia, vera Dei cognitione, Eph. 4. d. 24. Coloss. 3. b. 10.
  - Principatu & dominio, quia Deus fecit hominem principem omnium quæ sunt super terram. Dicit enim, Dominamini in piscem Maris. Sic accipitur imago Dei, 1. Corinth. 11. b. 7. Dicitur autem vir imago & gloria Dei, id est, imago gloriæ Dei, in quo scilicet elucet Dei maiestas & imperium. Hæc imago non est illa ad quam etiam condita est mulier, sed alia viro peculiaris, quæ ex ipso creationis tum ordine tum fine elicitur ab Apostolo. Mulier enim ex viro creata est, & viri ipsius causa, non contrà.
- Hominis, & ponitur vel pro
  - Ipsa hominis natura, Gen. 5. a. 3. Genuit Adam filium ad imaginem & similitudinem suam, id est, eiusdem naturæ cuius ipse est.
  - Vita terrenis necessitatibus obnoxia, 1. Corin. 15. g. 49. sicut gessimus imaginem terreni.
  - Vita imaginaria hominis, Psal. 38. a. 7. In imagine vadit homo, temerè tumultuatur.
  - Simulachro hominis, Deuter. 4. c. 16. aut imagine masculi vel fœminæ. Vide Sapient. 13. c. 13. 14. c. 15. 15. a. 5. Esa. 40. d. 18. & c.

De Imagine Dei, Coloss. 1. a. 3.

IMAGO Dei duplex:

- Naturalis, q̃ in solo Christo est: & est duplex:
  - Essentialis, eiusdem videlicet Essentiæ cum Patre. Sic vocatur Filius metaphoricè. Vt enim in nobis cogitatio format imaginem rei de qua cogitamus: Ita æternus Pater sese ab æterno intuens & cogitans gignit imaginem sui communicata ipsi essentia. Hanc essentialem Dei imaginem, id est, Christum vocat Paulus characterem substantiæ Patris, id est, imaginem substantialem, quia est substantialis Patri.
  - Per virtutem vel gloriam virtutis, quam Paulus in Hebræis splendorem gloriæ vocat, & est quæ refulget in Christo per operum diuinorum virtutem. Vnde & Patris cœlestis potentia gloriosa & voluntas paterna conspicitur. Ita enim se totum in Christo patefecit Deus, vt in ipso immensam suam bonitatem, sapientiam, virtutem in solidum declarauerit. De hac imagine loquitur Dominus: Philippe qui videt me, videt Patrem meum. Et quoniam virtutis similitudo non potest esse dissimilis naturæ, rectè ex virtutis similitudine, essentiæ similitudo concluditur. Virtus enim Christi præsentis diuinitatis visibilis est imago, quæ Deum nobis per se inuisibilem, quodammodo reddit visibilem. Nec potest hæc virtutis gloria Prophetis & Apostolis tribui, qui & ipsi diuina opera ediderunt. Non enim propria, sed Christi virtute id fecerunt ad Christi gloriam confirmandam.
- Gratuita, secundùm quam primus homo factus fuit. Hæc imago in homine tripliciter considerari potest: ratione
  - Substantiæ, vt memoria in mente hominis significet Patrem æternum gignentem Filium, cogitatio significet Filium, voluntas Spiritum Sanctum repræsentet. Nec dubium est æterni Patris & Filij, & Spiritus Sancti discrimina in humana mente adumbrata. Est mens quidem vna simplicissima natura, sed in ea sunt istæ tres proprietates, memoria, cogitatio & voluntas, quæ repræsentant tanquam obscuræ quædam vmbræ, personarum in diuinis discrimina.
  - Donorum, & est conformitas & similitudo, quæ Adamo erat cum Deo, qua iustitiam & sanctitatem Dei quasi in speculo repræsentauit Adam. Vide Eph. 4. d. 28. Col. 3. c. 10. Huius imaginis finis erat vt Adam cum sua posteritate in sanctitate & iustitia seruiret Deo cunctis diebus. Hæc imago in homine valde est obscurata per peccatum, sed per Christum in regeneratis in dies reparatur & fit illustrior, post resurrectionem verò perficietur.
  - Eminentiæ seu dominij super alias creaturas. Homo enim erat conditus vt esset Dominus omnium rerum inferiorum ordinum. Hæc imago ad externam ordinationem Dei pertinet. vnde Paulus 1. Corinth. 11. a. 7. Virum imaginem & gloriam Dei vocat. In eminentia enim qua vir mulierem antecellit, gloria & imago Dei quodammodo conspicitur, sicut in omni Principatu.

De vocabulo Vnigenitus circa locum Ioan. 3. vt Filium suum vnigenitum daret.

- VNIGENITI nomen quandoq; tribuitur
  - Filiis *hominum, vt Isaac Abrahæ vnigenitus est, Genes. 22. c. 12. Adolescens, Luc. 7. c. 12. Vnigenitus est matris illius viduæ. Cæterùm cùm vnigenitus Filius parentibus vnicè dilectus sit, fit plerumq; vt vnigeniti nomen pro dilecto, precioso, & super omnia charo ponatur, vnde nomini vnigeniti, nomen quoq; dilecti addi plerumq; solet, vt Gen. 22. a. 2. Tolle nunc filium tuum vnicum illum tuum, quem vnicè amas, &c. Matth. 3. d. 17. Hic est Filius meus ille vnicè dilectus, &c.*
  - Filio *Dei* IESV *Christo, qui dicitur Vnigenitus*
    - Mariæ *Virginis, eius enim Vnigenitus est non habens fratrem secundum ex ipsa.*
    - *Dei. Sic autem vocatur ratione*
      - Naturæ *diuinæ, eò quòd vnicus sit naturâ Filius: & probatur, quia*
        - Euangelium *discernit filios adoptionis à Filio Dei naturali. Cùm igitur sit naturâ Filius, necesse est in eo diuinam esse substantialiter.*
        - Ioannes *vocat illum Vnigenitum à Patre egressum, & Vnigenitum in sinu Patris existentem, Ioann. 1. c. 14. 18. & Vnigenitum Filium Dei, Ioann. 3. c. 16. Cæterùm cùm dicit Ioannes, Filium in sinu Patris esse, sumta est ab hominibus metaphora, qui in sinum suum admittere dicuntur, quibuscum arcana omnia communicant: sedes enim consilij pectus est. Ioannes ergo Filium ab intimis secretis Patri fuisse docet, cùm illum in sinu Patris collocat, vt sciamus in Euangelio nos habere quasi apertum Dei pectus. Non autem dicit, qui fuit in sinu Patris, sed qui est, vt admoneat Christum ita esse nostri gratia incarnatum vt tamen à Patre non discesserit. Quare diuinitas Christi hoc loquendi modo declaratur, quod sit & Deus & apud Deum.*
      - Donorum *dignitatis et excellentiæ ad quã à Patre electus est in carne, quia*
        - De *eius plenitudine omnes, Ioan. 1. c. 16. vt & nos filij Dei simus.*
        - Nemo *præter eum homo absque peccato vnquam fuit & Dei imaginem plenè obtinuit. Solus enim innocens est, Hebr. 7. d. 26.*
        - Caput *est omnium filiorum Dei, Eph. 1. d. 22.*

De vocabulo Primogenitus circa locum Luc. 2. a. 7. Et peperit Filium suum Primogenitum.

- PRIMOGENITI nomẽ tribuitur
  - Genti *Israeliticæ, Exod. 4. c. 22. Israel Filius meus Primogenitus, vbi Dominus respicit promissionis gratiam Abrahæ d[illegible].*
  - Patriarchis *& reliquis veteris Ecclesiæ proceribus, idq; honoris causa. Heb. 12. d. 23. Accessistis ad congregationem primogenitorum, &c.*
  - Filio *Dei: Idque vel ratione*
    - Diuinæ *naturæ, &c. Vide literam A.*
    - Humanæ *naturæ, iuxtaq; dicitur Primogenitus*
      - Virginis, *Luc. 2. a. 7. Primogenitus autem dicitur antequam nullus alius editus est ab eisdem parentibus, etiamsi nullus vnquam post eum procreatus fuerit. Primogenitus ergo Virginis dicitur Christus, non quòd ipsa alios filios habeat: simile enim est hoc in prima & diuina ante aduentum in carne generatione. Qui enim verè Primogenitus est Patris supremi ante omnem creaturam, non ex eo quòd alij post ipsum ex Patre geniti sunt, Primogenitus dicitur, non est enim illi frater secundus, cùm sit vnigenitus, sic etiam res habet in aduentu in carnem. Filius enim & Primogenitus est Mariæ, sed idem Mariæ Vnigenitus est, non habens fratrem secundum ex ipsa.*
      - Inter *multos fratres, Rom. 8. f. 29. id est, caput, dux, moderator & exemplum omnium fidelium. Sic autem vocatur per allusionem. Erant enim apud Hebræos primogeniti hæredes & omnium bonorum Domini. Primogenitus ergo nomen est Domini & regni.*
      - Ex *mortuis Col. 1. c. 18. Apocal. 1. a. 5. Sic vocatur non modò quia primus resurrexit, sed quia restituit aliis etiam vitam. Vicit enim Diabolum, mortem, peccatum, &c. Idq; nostri causa.*
      - Simpliciter, *Heb. 1. b. 6. & hoc, ratione dominij & regni.*

A. Diuinæ naturæ qua omnia creata sunt. Hac ratione vocatur

- Primogenitus vniuersæ creaturæ, Coloss. 1. c. 15. & additur ratio, quia per illum condita sunt omnia. Si enim per illum creata sunt omnia, necesse est ante omnem fuerit creaturam, necesse est vt non fuerit creatus, sed genitus. Nam si creatus fuisset & ipse, quomodo per illum condita essent omnia? Nec dici potest quòd seipsum creauerit, cùm nulla creatura suiipsius creatrix esse possit. Quomodo namque quod nondum est, crearet aliquid nedum semetipsum? Cæterùm Paulus Filium ante omnem creaturam genitum dicit non creatum, vt secerneret eius natiuitatem à creaturæ factura. Ne quis verò de secunda creatione hoc interpretaretur, addit Paulus expositionem, vniuersalem voculam, Omnia, generali quadam diuisione explicans. Diuidit igitur omnia creata primùm in cœlestia & terrestria, deinde in inuisibilia & visibilia: ex inuisibilibus designat Angelos, nominibus dominationis, principatus, &c. eò quòd ministri sint diuinæ potentiæ & dominationis. Voluit autem hac enumeratione omnia subiicere Christo, vt intelligamus illum Patri per omnia æqualem esse. Porrò hic loquendi modus à Paulo vsurpatus aliis etiam loquendi formulis effertur, vt Eccl. 24. a. 5. ante omnem rerum naturam primogenita, Psal. 110. ante luciferum. Id quod David, Psal. 2. a. 7. particula hodie effert.
- Principium
  - Creaturæ Dei, Apocal. 3. c. 14. Actiuè vt dici solet non passiuè, eadem planè ratione quod per illum condita sunt omnia.
  - Simpliciter, Coloss. 1. b. 15. Id est, omnium creaturarum causa & ante omnes creaturas, fons & origo Ecclesiæ, quo omnia innouantur & pristinæ dignitati restituuntur, à quo principium ducunt omnes res conditæ: Omnia enim per ipsum facta sunt.

De vocabulo Formæ, Philip. 2. a. 6. qui cùm esset in Forma Dei.

FORMAE nomẽ iuxta adiũctorum rationem varia significat. Tribuitur enim

- Deo: & ponitur pro
  - Essentiali Dei forma, &c. Vide literam A.
  - Gloria & maiestate Dei, vt Num. 12. b. 8. ad hanc significationem accommodant quidam illud, Philip. 2. a. 6. Qui cùm esset in forma Dei. Verùm etiamsi formæ Dei nomine gloriã ac maiestatem Christi declararet Apostolus, tamen cùm gloria Dei non possit sine sacrilegio ab ipsa diuinitate separari: non potuit melius declarare Apostolus Christi Deitatem quàm cùm diceret eum in forma Dei fuisse, id est, verè Deum. Duas enim Christi naturas non nudas, sed qualitatibus suis velut vestitas Paulus nobis proponit, vt diuinam ex diuina illa gloria, humanam ex sua illa infirmitate æstimemus. Vt hinc quidem Christum omni gloria ornatum, inde verò in extrema & tamen spontanea & temporia miseria versantem, postremò in supremum gradum euectum contemplemur.
- Hominibus: & tunc accipitur
  - Figura seu imagine & simulacro, Deut. 4. c. 16. Formam maris & fœminæ.
  - Pulchritudine seu specie eleganti, Esa. 53. a. 2. Cui nec forma est nec decor.
  - Typo & exemplo, Roman. 5. c. 14. qui forma est illius futuri, 2. Thess. 3. c. 9.
  - Homine vt forma serui, Philip. 2. a. 7. Ponitur enim forma serui pro homine seruo Dei, qui Patri nõ tanquam æquali, sed tanquam Domino ad ignominiosissimam vsq; mortem subeundam sese vltrò submitteret.
- Rebus, præcipuè quæ in cognitione versantur. Dicitur enim forma
  - Scientiæ & veritatis, Rom. 2. c. 20. habentem formam cognitionis & veritatis per Legem. Vbi Formæ nomen pro ratione instituendi & formandi alios ponitur.
  - Doctrinæ, Rom. 6. c. 17. Eò quòd doctrina Euangelij sit instar typi cuiusdam cui innitamur, vt eius figuræ conformemur.
  - Seruorum sanorũ, 2. Tim. 1. d. 13. Vbi forma pro methodo doctrinæ ponitur.

A. Essentiali Dei forma seu natura vt Phil. 2. a. 6. Id quod ex orationis contextu probatur, quia


Nemo non videt, Paulum hîc declarare, quis fuerit Christus ante assumtam serui formam. Nam statim subiicitur quod sese exinaniuerit assumta serui, id est, hominis forma.

Additur participium ὑπάρχων existens reipsa.

Formæ Dei opponitur forma serui, id est, hominis. Quod Paulus exponens, inquit: Similis hominibus factus & figura compertus vt homo. Vbi similitudinis & figuræ nominibus non inanem & imaginariam similitudinem significat, quasi Dominus non veram carnem, sed eius duntaxat simulacrum assumserit, nisi forte putamus Adamum veros homines non genuisse, quia Gen. 5. a. 3. dicitur genuisse Adamum ad similitudinem & imaginem suam Filium, cùm tamen Moses illis nominibus idcirco vsus sit vt summam & substantiæ & qualitatum quasi identitatem designaret. Sic cum 1. Corinth. 15. g. 45. dicitur in hac vita gestare terreni hominis imaginem rem ipsam significari nemo negabit, nisi qui seipsum non norit. Sic cum Christus Col. 1. a. 3. dicitur imago Dei, quamuis nostri respectu sic nuncupetur, quis tamen hanc imaginem, nisi prorsus impius à reipsa separârit? Etsi autem similitudinis & figuræ nominibus res ipsa significetur, his tamen externa etiam species significatur, significando scilicet visum & spectatum fuisse Christum illum Deum æternum ab hominibus vt ipsis etiam iudicibus oculis constiterit, miserrimam illam nostram naturam ab eo fuisse assumtam.

Subiicitur mox expositio: Non duxit rapinam parem esse cum Deo. Quare non est dubium quin formæ Dei appellatio speciem naturæ diuinæ declaret. Quid enim parem Deo esse significat, quàm infinitum & omnipotentem esse? Iugulatur hoc dicto Arius, qui Filium Deum secundarium imaginatur, quia par non est qui secundus est ab alio. Quod si non contentus hypostases distinxisse, etiam vsiam separes, iam Deo parem esse non erit infinitum & omnipotentem esse, cùm plures infiniti & plures omnipotentes nullo modo possint existere. Quòd si quis roget cur non dixerit Paulus: Qui cùm esset Deus, vel esset in essentia & natura Dei, sed, Qui cùm esset in forma Dei? Tribuitne Christo formam duntaxat Dei sine veritate diuinæ naturæ & essentiæ? Absit. Verùm exemplũ quod nobis in Christo proponit, situm est non in essentia: sed in formæ diuinæ inanitione, quæ per incarnationem verbi ac dispensationem salutis nostræ facta est, in qua magis sub forma serui quàm sub forma Domini ac Dei, inter homines conuersari voluit. Ea submissio non fuit inanitio diuinæ naturæ & essentiæ, sed formæ tantùm. Nam etiam sub forma serui mansit vera in Christo diuinæ naturæ essentia. Quare non rectè diceret Apostolus: Qui cùm esset in natura & essentia Dei, inaniuit semetipsum. Quandoquidem non naturam & essentiam, sed formam tantùm diuinitatis Christus homo factus ac forma serui assumta, inaniuit, manens interea quod naturâ erat. Quare damnabilis prorsus est cæcitas hæreticorum, qui verba Apostoli à proposito detorquentes veram in Christo diuinitatis naturam & essentiam, propter dictionem formæ, negant. Porrò forma diuinitatis illius est in omni sapientia, potentia, bonitate, splendore, gloria, in rerum omnium creatione, conseruatione & gubernatione, quæ certè omnia diuinæ naturæ tribuuntur. Aliâs Deus formam non habet, quia spiritus est.

De vocabulo Æqualitatis circa locum Phil. 2. a. 6. Non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo.



¶ Ex hac Patris & Filij æqualitate sic colligi potest. Deus cùm sit zelotes in Deitatis consortium non admittit aliquem qui non eiusdem cum eo essentiæ sit. Admittit autem in huius societatem Christum, quia Zach. 13. a. 7. illum, socium suum vocat. Ergo is eiusdem cum illo essentiæ sit oportet tanquam Filius proprius, Rom. 8. g. 32.

A. Diuina.

A. Diuina, *qua Filius Patri per omnia æqualis est. Hic disce:*

- Quomodo *Filius Patri æqualis sit. Est enim æqualis quatenus naturalis, germanus & ipsissimus Dei Filius est & perfectum eius imaginem exprimit ac refert. Non est autem illi per omnia æqualis, quatenus homo est. Sic enim ipse in Ioanne dicit, Pater maior me est, scil. honore & gloria. Confert enim præsentem suum statum, qui humilis & abiectus erat, cum cœlesti gloria, qua Pater fruebatur, fruiturus & ipse vbi ad Patris & suam gloriam intrauerit. Cæterùm vt in forma serui minor est Patre, imò & seipso vt loquitur Augustinus. Ita in forma Dei æqualis existens Patri, maior est seipso.*
- In *quibus est æqualis Patri Filius in*
  - Essentia. *Sicut enim naturalis Filius hominis naturâ homo est & Patri homousios. Ita & naturalis Filius Dei natura Deus est & eiusdem cum Patre essentiæ.*
  - Natura. *Vt enim Pater est bonus, placidus, clemens, misericors, fidelis, verax, æquus, iustus, gaudens humilibus, & detestans superbos, tardus ad vindictam, sapiens ac prudens, sic & Filius. Sic enim naturæ dictione hîc vtimur, pro his videlicet, quæ Deo naturaliter & immutabiliter ab æterno insunt.*
  - Maiestate & *excellentia, quæ in bonitate, sapientia, potentia, gloria, & æternitate eius elucet. Eadem autem est & Filij maiestas quæ Patris.*
- Quibus *argumentis probari possit Filij & Patris æqualitas à*
  - Nomine,
  - Operibus,
  - Attributis,
  - Cultu.

  De *quibus vide alibi.*

De vocabulo Plenitudinis, Col. 2. b. 9.

PLENITVDO pro ratione eorum, quibus iungitur, varia significat. Dicitur enim plenitudo

- Dei, *Eph. 3. d. 15. Vt impleamini ad omnem plenitudinem Dei. Vbi additus articulus refert eam plenitudinem, de qua superiori versiculo disseruit, vt plenitudo Dei dicatur, non qua Deus ipse plenus, id est, plena diuinitas (quis enim hanc capiat?) sed ingens illa Dei beneficentia in Christo, cuius nos facit participes & cohæredes.*
- Christi, *&c. Vide literam A.*
- Deitatis, *& tam significat diuinitatem perfectissimam, Col. 2. b. 9. Nam in eo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter. Hic certè locus illustris est, paucissimis verbis complectens quicquid de Christi persona nobis sentiendum est. Vt igitur locus melius intelligatur, primùm verborum summa tenenda est. Vrgebant Pseudapostoli ceremonias, quod Christum vnum ad salutem sufficere non arbitrabantur. Opponit ergo his Christum, qualis est reipsa, nempe ita verus homo vt sit verus Deus, ita iunctis naturis vt vnus sit Christus. Deinde singula verba Pauli hîc excutienda sunt, vt plenius quid sibi Paulus velit, assequamur. Cùm enim inquit, In eo, manifestè duas naturas statuit, & quidem distinctas. Cùm ait, Inhabitat, coniunctionem declarat minimè temporariam, sed perpetuam. Propterea etiam non dixit, Inhabitauit, sed inhabitat, in præsenti. Præterea non dicit θειότητα, id est, diuinitatem, sed θεότητα, id est, Deitatem, vt magis etiam expressè loquatur. Nam θεότης, id est, diuinitas, qualitatem quandam videtur potius quàm naturam ipsam declarare. Prospiciens verò Apostolus eorum hæreses, qui secundarium Deum erant annunciaturi, non scripsit simpliciter Deitatem, sed omnem plenitudinem Deitatis in Christo habitare, vt iam nulla sit causa, cur vel Filius Patre minor censeatur, vel hypostases cum vsia confundantur. Neq; enim sic est Deitatis particeps Filius vt partem illius tantùm consecutus sit, sed tanquam verus & vnigenitus Dei Filius plenam habet habitantem in se totam & ipsissimam Deitatem. Quare non dixit tantùm Paulus plenitudinem Deitatis, sed adiecit particulam Omnis, qua tota & ipsissima Deitas declaratur. Postremò vt plenè iam & apertè explicaret istius habitationis, id est, coniunctionis naturarum mysterium, addidit aduerbium corporaliter, id est, σωματικῶς seu essentialiter, vt significet non ex virtutis communicatione aut efficacitatis, sicut in Prophetis & Sanctis omnibus dicitur Deus habitare, nec sacramentali vnione, qua ratione Petra dicitur fuisse Christus & Deus in templo & medio populi sui habitasse, sed substantiali & hypostatica vnione, quam vocant, sancitam esse hanc coniunctionem, vt Deus & homo vnum Christum constituant.*
- Iudæorum, *& ponitur pro his qui ex Iudæis crediturі erant. Rom. 11. c. 12. 25. Ibidem de plenitudine gentium.*
- Temporis *pro pleno tempore, cuius spacia omnia peracta sunt, Galat. 4. a. 4. vbi venit plenitudo temporis, &c.*
- Terræ, *pro his quibus plena est terra, Psal. 23. a. 1. &c.*

A. Christi: *significat autem*

Christi *Ecclesiam, Eph.1.d.23. tum & constituit caput super omnia ipsi Ecclesiæ, quæ est corpus illius, complementum eius qui omnia in omnibus adimplet. Dicitur autem Ecclesia complementum Christi, a dignatione qua Christus eam dignatur. Is enim est Christi in Ecclesiam amor, vt cum omnia omnibus ad plenum præstet, tamen sese velut mancum & membris mutilum caput existimet, nisi Ecclesiam habeat sibi instar corporis adiunctam. Hinc factum, vt Christus interdum collectiuè pro tota Ecclesia capiti suo adiuncto accipiatur, vt 1.Cor.12.d.21. Sic & Christus, id est, Ecclesia, 1.Corin. 15. e. 28. tunc & ipse Filius subiicietur ei, id est, Ecclesia, Gal.3.c.16. & semini eius qui est Christus. Hic enim nomen seminis collectiuè accipiendum est. Respicit enim promissionem, Ero Deus tuus & seminis tui. Hoc igitur semen Christum appellat, id est, Ecclesiam. Quia proprium, hoc est, totius collecti corporis nomen, cuius caput & vita est Christus, membra eius sunt fideles. Hinc factum vt diceret Apostolus se in Christo & Christum in se viuere, Gal.2.d.20. hinc & illa Christi vox: Saule, Saule, quid me persequeris? & Col.1.d.24. reliquias afflictionum Christi. vicissim expleto, &c.*

Cumulatissimam *omnium diuinarum rerum copiam, ex quo tanquam inexhausto fonte omnes gratiæ in corpus pro cuiusq. membri modulo deriuantur. Itaq. additus est articulus, Col. 2. c. 9. Vt de certa quadam plenitudine agi intelligamus, ea scilicet, quæ ex capite in corpus diffunditur. Sic accipitur plenitudinis nomen, Ioann 1.c.16. de plenitudine eius nos omnes accepimus. Sic & Col.1. Quoniam in eo placuit Patri vt omnis plenitudo inhabitaret.*

De vocabulo Gloriæ, circa illud Ioan. 17. a. 5. Glorifica me tu Pater ea gloria quam habui apud te priusquam hic Mundus existeret.

NOMEN gloriæ ratione adiunctorũ diuersa significat. Tribuitur enim

Deo *adiuncto aliquo: Idq. vel à*

Fronte: *vt*

- Dominus *gloriæ, Deut.28.g.58.*
- Rex *gloriæ, Psal.23.b.8.10. Quis est iste Rex gloriæ?*
- Deus *gloriæ, Act.7.a.2. Deus gloriæ visus est Patri nostro Abrahæ, &c.*

} *Hæ phrases periphrasticæ Deum ipsum potentem ac gloriosum significant.*

Tergo: *vt gloria*

Dei: *& ponitur pro*

- Deo *ipso, sicut nomen Dei pro Deo, Cæsarea maiestas pro Cæsare, Ezech. 9.a.3. Gloria Dei Israelis sublata erat ad limen ædis. vbi gloriam pro ipso Deo accipit, id est, visionem quæ symbolum erat præsentiæ Dei, 2.Corin. 3.d.18. Gloriam Dei intuentes, Eph.1. In laudem gloriæ illius, id est, Dei. Hinc & nostri respectu Deus gloria appellatur, vt Psal. 3. a.4.108.b.6. Ierem.2.c.11. & c. eò quòd fideles multis donis ornentur a Deo.*
- Cultu *Dei, 1.Pet.4.c.11. cui est gloria & imperium, Apocal. 4.d.9.5.d.13. Esa.42.b.8.48.b.11.*
- Arca *fœderis, quæ erat præsentiæ Dei tessera. Ideoq. per metonymiam dicitur gloria Dei, vt 1.Sam.4.d.21. Psal.26.b.8. hoc vocatur & arca Dei, Esa.4 a.5. & gloria simpliciter, Rom.9.d.23.*
- Fauore, *gratia & beneficiis Dei, Ioan.5.g.44. gloriam quæ à solo Deo profiscitur non quæritis, Ioann.12.f.43. dilexerunt gloriam hominum magis quàm gloriam Dei.*
- Vita *æterna quæ in gloriæ Dei communicatione consistit. Sic accipitur Rom.3.c.23. Omnes peccauerunt & destituuntur gloria Dei, nisi videlicet alibunde integram puritatem ac iustitiam mutuati fuerint, quam necesse est adferat quisquis gloriæ Dei particeps esse cupit.*
- Viro, *1.Corin. 11. b.7. eò quòd à Deo ornetur & eluceat in eo Dei maiestas ac imperium Dei. Est enim vir in supremo gradu collocatus in hoc Mundo.*

Domini: *et ponitur* A

- Nube *splendida, quæ præsentiæ Dei tessera erat, Exod.16.a 7. Gloria Domini visa in nube, 1.Reg.8.b.11. Nubes impleuit domum Domini. & statim subditur: Impleuerat gloria Domini domum Domini. Vide & 2. Paral.5.a 3. Exod.24.d.16. 40.d.34.*
- Maiestate *Dei, Esa.26. non videbit impius gloriam Domini.*
- Fauore, *gratia & beneficiis Dei, Esa.58.c.8. & gloria Domini colliget te.*
- Illuminatione *mentis quæ à solo Deo fit, eiq. cum gratiarum actione attribuenda est, Esa.60.a.2. Et gloria Domini super te orietur, &c.*

Vocis *Domini: & ponitur pro maiestate vocis, Esa.30.g.30.*

Filio *Dei in carne, & seq. Vide literam A.*

A. Filio

A. Filio Dei in carne manifestato, & ponitur pro
- Regno Christi, Marc.10.d.37. Da nobis vt vnus à dextera tua, alter à sinistra tua sedeamus in gloria tua. Quod Matthæus exponens dixit, In Regno tuo. Luc.24.d.26. Intrare in gloriam suam.
- Maiestate Regni Christi, Matth.24.d.30. Videbitis Filium hominis venientem in nubibus cæli cum potestate & gloria multa.
- Decore & excellentia, Luc.2.e.32. Et gloriam plebis tuæ Israel.
- Indiciis & testimonijs, quæ Christi gloriam referant, vt sunt miracula, transformatio in monte, resurrectio, ascensio, & alia diuinæ bonitatis, sapientiæ & potentiæ indicia. Ioan.1.d.14. Et vidimus gloriam eius. Ioan.2.b.11. Et manifestauit gloriam suam.
- Potenti illo Deo, sed tum præcipuè præponitur Domini nomen, 1.Cor.2.b.8. Nequaquam Dominum gloriæ crucifixissent: id est, Dominum veræ gloriæ, ac potestatis plenum.
- Æterna maiestate Filij, Ioan.17.a.5. Glorifica tu me Pater ea gloria, quam habui apud te, priusquam hic Mundus esset. Vbi glorificare significat gloriam, cultum & splendorem Filio adferre.
- Cultu diuino Filij, Apocal.5.d.13. Agno benedictio, & honor, & gloria, & imperium in secula seculorum.
- Dilectione, qua dilectus est à Patre Filius, Ioan.17.a.5. sicut mox exponitur.

Hominibus. Hic verò iuxta rationem personarum ac rerum diuersa significat. Dicitur enim gloria
- Moab, Esa.16.d.14. Iacob, Esa.17.a.3. Cedar, Esa.21.d.16. &c. & ponitur pro diuitijs, potentia, & magnificentia. Sic accipitur & Genes.45.d.13. Nunciate Patri meo vniuersam gloriam meam. & 2.Paral.17.a.5. Psal.49.d.18. Neque gloria eius eum comitabitur.
- Filiæ Regis, Psal.45.d.14. Omnis gloria filiæ Regis intus est. & ponitur pro splendore ac diuitijs spiritualibus. Sic accipitur & Aggæi 2.b.8. Implebo domum istam gloria.
- Ierusalem. Sic appellata est Iudith à Senatu Israëlitarum, Iudith.15 c.10. Tu gloria Ieroso-lymæ, tu ingens Israëlitarum uotitia. & ponitur pro excellentia, vel decore.
- Dauid, Psal.7.b.6. Et gloriam meam in puluerem deducat: id est, nomen meum apud posteros obscuret. Ponitur enim hic gloria pro celebri nomine.
- Salomonis, Matt.6.d.29. Ne Salomon quidem in vniuersa gloria sua. & ponitur pro splendido vestitu, ac regio.
- Liberorum, Prouerb.17.a.6. Gloria liberorum patres eorum. & ponitur pro decore & ornamento.
- Hominum, Ioan.12.f.43. Dilexerunt magis gloriam hominum, quàm Dei. & ponitur pro fauore, honore, & beneficijs hominum.
- Nostra, 1.Cor.2.b.7. Sapientiam, quam præfinierat Deus ante secula in gloriam nostram. Vbi nomen gloriæ pro salute ponitur.
- Viri, 1.Cor.11.b.7. sic appellatur mulier, quòd ornetur à viro, non quòd virum exornet, quòd ad politicam graduum distinctionem attinet: neque enim caput à membris, sed membra à capite decorem accipiunt, etiamsi caput sine membris sit planè mutilum.

De Significationibus vocabuli Generationis, Esaiæ 53.c.8.

GENERATIONIS vocabulum accipitur
- Proprie, pro genitura: quæ est vel
  - Naturalis, qua Deus Pater Verbum, naturalem & consubstantialem Filium, & homo hominem gignit. Hæc igitur Filio Dei, qui ab æterno à Patre genitus est, tribuitur. De hac generatione dicitur Esa.53.c.8. Generationem eius quis enarrabit? Hic locus generationem Filij inenarrabilem esse testatur, sed nullius, qui tantùm homo sit, generatio ineffabilis est. Quare sequitur Filium Dei non esse hominem tantùm. Propterea & Irenæus, vnus ex vetustissimis, hunc locum de generatione interpretatur. Hanc Filij generationem Micheas Egressum æternum, Dauid hodiernum, id est, æternam genituram, Psal.2.b.7. Synacides genituram ante omnem rerum naturam: Dauid rursus genituram ante luciferum, id est, ante productionem stellarum appellat, Psal.110.a.3.
  - Spiritualis, qua mentes mortalium ita regenerantur, vt ex impijs pij fiant. Hæc etiam regeneratio dicitur. De hac generatione canit Psaltes, Psal.24.b.6. Hæc est generatio quærentium Deum. & Psal.112.a.2. Generatio rectorum benedicetur. Tribuitur hæc generatio iustis ratione genituræ spiritualis, adoptionis gratuitæ, ac regenerationis. Hinc Genus etiam Dei dicimur, Act.17.f.28. eò quòd ad imaginem Dei conditi, ac per Christum in eandem imaginem transformati sumus, diuinæ gratiæ facti participes. Cæterùm aliud est nasci ex substantia & essentia Dei, & aliud gratia & virtute Spiritus Sancti in nouum hominem mutari & regenerari. Prior natiuitas naturæ est, ac soli Christo competit: posterior gratiæ & adoptionis, & destinata est fidelibus.
- Impropriè, &c. Vide literam A.

A. Impropriè, hoc modo diuersa habet significata. Nam quandoque ponitur pro

- Exordio, & exortu, vel creatione. Genes. 2. a. 4. Istæ sunt generationes cœli & terræ. Vbi per cœlum & terram complectitur etiam reliqua omnia, quæ cœlo & terra continentur. Quòd verò generatio hoc loco pro exordio ponatur, sequens particula declarat. Addit enim Moses: Quæ creata erant in die, quo fecerat Dominus cœlum & terram.
- Genealogia & tota historia, vt Genes. 5. a. 1. Hic est liber generationis Adam. Vbi liber pro catalogo, recensione, & enumeratione ponitur: sicut cùm dicitur, Liber iustorum, Ios. 10. c. 13. in quo scilicet iusti recensentur. Sic accipitur & liber, & generatio in Matthæo, Liber generationis IESV Christi. Lege & Genes. 36. a. 1.
- Conditione & statu, vt Luc. 16. b. 8. Filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua: id est, conditione & statu. Non enim cernunt filij huius seculi acutiùs in doctrina Spirituali, quàm filij lucis: sed in suo statu, in terra, in Mundo, à cuius principe Satana gubernantur.
- Ætate, Matth. 24. c. 34. Non præteribit generatio hæc, donec hæc omnia fiant. Vide Eccles. 1. c. 11. Esaiæ 38. c. 12. 41. d. 23.
- Gente, vt Psal. 94. d. 10. Infensus fui generationi huic.
- Natura, Iac. 3. a. 7. Inflammat rotam nativitatis, seu generationis: id est, vitium linguæ ipsam hominis naturam inficit, spargitur, & grassatur per omnes vitæ partes.
- Impiis, Psal. 12. b. 8. Serua nos à generatione hac. Addi hîc solet notatio, qua cognoscas de qua generatione loquatur Scriptura, vt Deut. 32. a. 5. Generatio prava & peruersa. & Matth. 12. c. 39. Generatio mala, &c.
- Quodam hominum genere, vt Prouerb. 30. b. 11. Est generatio, quæ patri suo maledicit.
- Facultate generandi data à Deo, vt Esa. 66. c. 9. An ego, qui generationem aliis tribuo, cohibebor?
- Posteritate, vt Ioel. 1. a. 3. Et filij eorũ generationi alteri: id est, Posteris suis, scilicet enarrent hæc.
- Natiuitate, vt Matth. 1. c. 18. Christi verò generationi talis erat.
- Resurrectione, Matth. 12. c. 32. Vide Tabulam de vocabulo Hodie.

De vocabulo Egrediendi, Egressus, seu Exitus, circa locum Mich. 5. a. 2.

VOCABVLVM Egrediendi, accipitur

- Propriè, & significat exitum de loco ad alium locum.
- Impropriè, et tũ pro ratione rerum & personarum, quibus iungitur, aliud atque aliud significat, et ponitur quandoq; pro
  - Nasci, & tribuitur vel
    - Filio Dei, de quo Mich. 5. a. 2. dicitur: Et egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Vbi de duplici egressu Filij Vates loquitur, vt duas in vna eademq; Christi persona naturas exprimat: diuinam scilicet & humanam. Quò ad hunc enim in Bethlehem tempore præfinito natus est: quò ad diuinam, ex Patre genitus est ab initio: id est, priusquam aliquid esset conditum. Ideò addit: A diebus æternis. quod idem est, ac si illum ab æterno esse dixisset. Huc pertinet primum caput Ioannis, Rom. 9. c. 8. Galat. 4. a. 4. Iob. 19. d. 25. qui loci de vtraque natura Christi concionantur. Itaque Egredi ab initio in Michæa, non significat promissiones ab æterno, vt aduersarij somniant, sed substantiam & ipsum Esse significat, quòd extiterit ab æterno. Nusquam enim egrediendi vocabulum pro promittere accipitur. Sic et Eccles. 24. a. 5. egrediendi, seu prodeundi vocabulum accipitur: Vbi sapientia Dei æterna dicit: Ego ex ore Altissimi prodij. Ostendit enim se à Deo exire Altissimo: non vt actio ab agente profiscitur, vel accidens à causa, vel subiecto, sed tanquam emanans notitia vel sapientia ab ente summo. Significat ergo Prodire vel Exire ab ore Altissimi, idem quod nasci, vel gigni. Prodijt enim Sapientia, seu Filius Dei à Patre, generatione æterna. Ne verò prodeundi, seu egrediendi verbum, quo Micheas vtitur, in diuersum sensum trahatur, subdit Syracides: Ante omnem rerum naturam primogenita. Pro eo enim quod dicit Micheas, A diebus æternis, Syracides hoc dilucidiùs exponens dicit: Ante omnem rerum naturam. Et quod Micheas egrediendi vocabulo effert, Syracides id prodeundi ac gignendi. Christus Ioan. 8. c. 18. procedendi verbo extulit. Ex Deo enim processit Filius, non aduentu, sed natiuitate. Venit ad nos, quia Verbum caro factum est. Quod ergo ex Deo processit Verbum, æterna natiuitas est. Sicut enim ab ore Sapientis egreditur sapientia per verbum, vt intelligi possit, ab intellectu audientis: sic Sapientia Dei ex Patre genita est, quæ Deũ nobis in ipsa creatione & Mundi restitutione patefecit. Hinc etiam verbum Filius appellatur, natus ante omnia quæ sunt, & quæ non sunt, Deus! Beza enim in Annotationibus in Ioan. cap. 1. supplet illud, Vnigeniti à Patre: addit enim participium, egressi à Patre, pro Nati, illud vsurpans.
    - Hominibus, & tum addi solet femoris nomen, vt Exod. 1. a. 5. Fuerunt autem omnes animæ egressæ de femore Iacob septuaginta. Vel vteri nomen, vt Genesis 15. a. 4.
  - Mitti, & seq. Vide literam A.

Mitti, *si addatur ablatiuus cum præpositione* : Vt, *Exire à Deo, Ioan.13.a.3. 16.d.28. 17.b.8. Id quod etiam Filio tribuitur, & significat à Deo mitti, & à Deo esse, quæcunque habeat. Quod ex cap. Ioan.13.a.3. apparet, vbi sic loquitur Ioannes: Sciens* IESVS *quòd omnia dedisset ei Pater in manum, & quòd à Deo exijsset, & ad Deum iret. & Ioan.17.a.8. Nunc cognouerũt omnia, quæcunq; dedisti mihi, abs te esse: & cognouerunt verè me à te exijsse: & crediderunt quòd tu me miseris. In his enim locis non de essentia, sed de officio suo Christus disserit. Neque verò frigidè accipiendum est, quòd Christus se toties à Deo exijsse dicit: sed simul tenendum est, quorsum, vel in quem finem exierit: nempe vt esset nobis sapientia, sanctificatio, iustitia, & redemtio, 1.Cor.1.d.10. Hac enim ratione non simpliciter dicit Christus, Missus sum in hunc Mundum: sed, Exiui à Patre, & veni in Mundum. Missus erum à Deo fuit Ioannes, Ioan.1.a.6. Missi & reliqui Prophetæ: de quibus tamen dici non potest, quòd hic Christus de se prædicat, dicens: Exiui à Patre, & veni in Mundum, Ioan.16.c.8. vt aliquid in Christo supra cæteros omnes consideremus. Coniungit autem hæc Christus, exire à Deo, & ire ad Deum, Ioan 13.a.3. 16.d.28. 17.b.8. cùm dicit, Exiui à Patre, opus redemtionis significat: vbi verò iterum se ad Deum ire testatur, mortis & resurrectionis suæ vim & effectum ostendit. Ad Patrem enim vadit, vt hominem in Regnum Dei traducat, & faciat eum dominum super peccatum, crucem, mortem, & infernum.*

A. Facere *quod alicui permissum sit. Iob.1.c.12. & 2.a.7. Egressus est Satan à conspectu Domini.*

Nudari *præsidio diuino, Genes.4.c.16. Egressus est Cain à facie Domini.*

Statuere *& eligere, Ierem.44.d.17. Faciemus quicquid egreditur ex ore nostro.*

Diuulgare, *vbi additur vel legis, vel verbi, vel sermonis vocabulum, vt Esaiæ 2.a.3. Ex Sion exibit Lex. Ioan.21.d.24. Exijt sermo inter Fratres: id est, diuulgatus est.*

Vitæ *consuetudinem habere, & tum solet addi ingrediendi etiam vocabulum, vt Deuter.28.a.6. Ingrediens & egrediens. Vide & Actor.1.c.13. Hinc Psalmo 121.a.8. Dominus custodiat exire & egredi tuum: id est, omnes vitæ tuæ actiones.*

Fluere, *cùm nomen fluuij additur, Genes.2.b.10. Et fluuius egrediebatur.*

Auxiliari, *Hos.6.c.6. Vt aurora paratus est egressus eius. Sic vocat Dei auxilium. Vide & Habac.3.c.13.*

De Adorationis vocabulo, & discrimine circa illud, Hebr.1.a.6. Adorent eum omnes Angeli Dei.

ADORATIO alia

Ciuilis. *Vbi disce:*

Quid *sit. Est enim gestus corporis, quo alicui personæ excellentiori reuerentiam exhibemus, Matth.8.a.2. 9.c.18. &c.*

Quot *sint species adorationis ciuilis.*

- Incuruatio,
- Genu *flexio,*
- Prostratio,
- Salutatio,
- Bene *precari,*
- Capitis *detectio & submissio.*

Quibus *debeatur hæc ciuilis adoratio. Hominibus primarijs, Regibus, Principibus, Maioribus, pro ratione politici ordinis.*

Cur *hac adoratione vtimur. Vt nostram subiectionem in omnibus bonis significemus. Qui enim ad Regem suplex adorat, sese intra ciuilis & terreni honoris modum continet.*

Religiosa, *&c. Vide literam A.*

Mixta, *dum cultus externi modum excedimus, ad immodicum reuerentiæ signum prolapsi: vbi videlicet hominis vel Angeli adoratio mixtum habet & implicitum aliquid, cum Dei honore, & homo, qui in honorem Dei colitur, supra humanum gradum euehitur. Vsi hac adoratione sunt etiam boni viri per imprudentiam, dum immodicum reuerentiæ signum Dei Ministris exhibuerunt, vt Cornelius Petro, Act.10.d.25. Ioannes Angelo, Apocal.19.b.10. 22.b.8.*

A.
Religiosa, quæ soli Deo competit. Et est duplex:
- Vera, quæ soli Deo exhibetur. Hic disce:
  - Quæ sint huius adorationis species. Dum
    - Maiestatem Dei vt supremam animo cogitamus, & idcirco nos ei submittimus ad parendum quibuslibet in rebus citra vllam exceptionem.
    - Ab illo petimus etiam externa bona, diuersa ratione, quàm à Principibus. Respicimus quippe illum vt supremum autorem & largitorem omnium bonorum, cùm potestates huius Mundi spectemus, vt eius vicarios & administratores.
    - Non tantùm externa bona ab illo petimus, sed spiritualia etiam & cœlestia bona, quæ Principes huius Mundi præstare nequeunt.
    - Gratias illi agimus de collatis donis, vt summo autori & primæ causæ.
    - Adorãdo illum, conquerimur de nostris malis, & in sinum eius quodammodo deponimus, quibus miserè premimur.
    - Illum vt Deum timemus, Matth. 4. b. 9. Iam cùm omnes hæ adorationis species Christo tribuantur, eum verum Deum esse oportet.
  - Quomodo fieri debeat. Spiritu & veritate, Ioan. 4. c. 10. id est, fide cordis, conscientiæ puritate, abnegatione nostri, &c.
- Falsa, seu Pontificia, cũ creaturis honos Dei exhibetur. Et his quidem vel
  - Viuis, vt summo illi Pontifici, vel Antichristo Romano, dum ille cogit se adorari, ad pedes suos procumbere, eosq; deosculari, etiam supremi ordinis antistites, imò & summos Principes.
  - Mortuis, vbi duplex adoratio excogitata est Papistis: videlicet
    - Dulia, quæ sit promiscua adoratio mortuis, & eorum sepulcris, ossibus, tumulis, statuis & picturis exhibenda.
    - Hyperdulia, quæ Mariæ Virgini & cruci, in qua pependit Christus, exhiberi consuevit.

De Significationibus vocabuli Principij, Colos. 1. c. 18.

PRINCIPIVM pro ratione personarum & rerum diuersa significat. Tribuitur enim
- Deo: et hoc vel
  - Absolutè, sine personarum respectu, ratione tantùm eorum, quæ sunt extra diuinam essentiam. Sic Deus Principium dicitur creaturarum omnium: id est, fons, origo, & causa. Hac ratione & Filius Principium sine principio dicitur, Colos. 1. c. 18.
  - Relatiuè ad Filij personam, idq; ratione ordinis, qua Pater Principium & fons diuinitatis dicitur, & Filius à principio vt gignente, differens quiddam, non essentia, sed hypostasi. Etsi autem principium Filij Pater sit, tamen quia ex ipso naturaliter Filius est, coæternus & consubstantialis illi est.
- Filio Dei: & hoc vel
  - Simpliciter, non adiuncto aliquo, vt Col. 1. c. 18. vbi Filius Principium dicitur, vel quòd creaturarũ causa sit, & ante omnes creaturas, vel quòd Ecclesiæ fons & origo sit. Principium verò in Ioanne, Ioan. 8. d. 25. Principium vel à principio, quod & loquor vobis, continuam ætatum seriem complectitur, ex quo Dei fœdus cum Patribus sancitum fuerat. Cùm autem etiam se loqui dicit, præsentem suam doctrinam antiquis vaticinijs coniungit, atque inde pendere docet: quasi dicat, Quod nunc loquor, conforme est cum seculorum omnium oraculis.
  - Adiuncto alicuius, vt
    - Principium & finis, Apocal. 1. b. 8. 21. 22. c. 13. quo epitheto Filij æterna diuinitas significatur.
    - Principium creaturæ Dei, Apoc. 3. c. 14. sic vocatur Filius actiuè, vt dici solet, non passiuè, q. sermo ac omnipotens Dei virtus sit, per quem facta sunt omnia, Ioan. 1. a. 1. Col. 1. c. 18.
    - Primogenitus, seu principium vniuersæ creaturæ, Col. 1. c. 18. Cur verò ita appelletur, exponit Paulus ibidem: Quod, inquit, per illum creata sunt omnia. Quãuis primogenitus dici posit, respectu etiã dominij. Primogenitus enim Patri in regno succedebat, & reliquorum fratrum erat dominus.
- Operibus Dei, vt Iob. 40. b. 14. Ipse principium viarum Dei. Hac ratione prima rerum origo significatur.
- Genti, vt Numer. 24. d. 20. Principium gentium Amalech. Dicuntur autem Amalechitæ principium gentium, eò quòd primi fuerint, qui Israëli ex seruitute Ægyptiaca liberato, occurrentes, profectionem illius impedire tentabant.
- Euangelicæ prædicationi, Ioan. 15. Phil. 4. c. 15. In principio Euangelij, tempori, mensi. Exod. 12. a. 2. regno, studio, ædificationi, &c. vbi ferè pro rei alicuius exordio vsurpatur.

De voca-

De vocabulis, In principio, A principio, & Ab initio, Ioan.1.a.1. 1.Ioan.1.a.1.

HAEC vocabula ratione personarum & rerũ, quibus iunguntur, diuersa significant. Tribuuntur enim

- Deo *absolutè, & tum significat ab æterno, vt Dauid Psal.93.a.2. interpretatur: Iam inde ab exordio constitutum est solium tuum, tuque ab æterno es, &c. Eandem vim habent & hæc, A seculo, Psal.90.a.2. & 106.a.2. De die, Esa.43.c.10. Ita enim Hebræum, Mi jom, ad verbum reddi potest, Per omnia secula, Psal.90.a.2. &c.*
- Filio *Dei, vt Ioan.1.a.1. In principio erat Verbum. Vbi etiam in principio idem significat, quòd ab æterno. 1.Ioan.1.a.1. Quod erat ab initio. Idem enim agit in exordio huius Epistolæ, quod egit in sui Euangelij principio. Nam ostendit Christum* IESVM *verum esse Deum, & totius orbis salutem vnicam. 1.Ioan.2.a.7. Cognouistis eum, qui ab initio est. Eccles.24.c.14. Ante æuum conditum ab initio, &c. Huc pertinent & illa, quæ Dei Filio tribuuntur: vt, A diebus æternis. Mich.5.a.2. Ab olim, vel A seculo, Ante primordia terræ, Prouerb.8.d.23. Vbi verbum, Canah, Hebræum Græci creandi verbo malè transtulerunt. Quòd si nomen creandi placet, impropriè accipiendum est, non pro creatione ex nihilo, sed vel pro generatione Verbi, vel etiam pro patefactione Sermonis facta in Mundi creatione. Sic & Eccles.24.c.14. Verbum Condidit impropriè vsurpatur, ac pro genuit, ponitur. Quod ex eo facilè constat, quod ibidem se Dei Filius Creatorem appellat, cùm dicit: Ego lumen in cœlis indefessum produxi, & in modum nebulæ terram omnem obtexi. Creatura enim quicquam creare non potest. Similem vim habent & phrases illæ, Ante omnia, Col.1.c.17. Ante colles, Ante aquas, Priusquam montes nascerentur, Priusquam terra formaretur, & orbis, Prouerb. 8.d.23. Psal.90.a.2. Priusquam hic Mundus esset, Ioan.17.a.5.*
- Operibꝰ *Dei, hisque vel*
  - Creatis, *seu rebus naturalibus, vt Genes.1.a.1. In principio creauit Deus cœlum & terram, Eccles.16.d.25. Cum iudicio operatus est Dominus ab initio, & à prima rerum creatione partes earum disposuit. Eccles.39.d.30. Bona ab initio creata sunt bonis. Marc.13.d.19. Erit afflictio, qualis non fuit ab initio rerum conditarum, quas condidit Deus vsque ad hoc tempus, nec futura est. Hac ratione in principio, seu initio, ordinis est, seu inceptionis, competens rebus, quæ fieri incipiunt, non æternitatis.*
  - Mirabilibus *Dei operibus, vt Psalmo 76.c.12. Recordabor mirabilium operum tuorum, quæ tu ab initio edidisti. Hoc modo, ab initio, pro olim ponitur.*
- Operi *susceptæ dispensationis verbi incarnati, vt prædicationi Christi, miraculis, &c. vt Ioan.15.d.27. Ab initio mecum estis. Tribuitur hoc & prædicationi Apostolorum, vt Ioan.2.d.24. Vos igitur quod audistis ab initio, in vobis permaneat.*
- Operibus *Diaboli, vt Ioan 8.g.44. Ille homicida erat ab initio. & 1.Ioan.3.a.8. Quoniam ab initio Diabolus peccat. Hoc dicitur respectu lapsus, vel vitiositatis naturæ, quam sibi ipse contraxit Satan, statim à creatione Mundi apostata factus: non autem creationis respectu, quasi Deus Diabolo nocendi studium, in eo creando, indiderit.*

De phrasibus Scripturæ, Sapientiam seu Verbum apud Deum esse, & Patrem in Filio, Filium in Patre esse, Ioan.1.a.1. 14.c.10.

OBSERVA Lector, quid sit

- Verbum *apud Deum esse. Est enim æternum, ac omnibus seculis priorem esse Filium Dei, vel semper Deo coniunctum fuisse, antequam Mundus extaret. Ita exponit hoc & Syracides Eccles. 1.a.1. Nam cùm dixisset, Apud Deum semper fuit. subdit: Et eidem perpetuò coniuncta est. Quæ locutio distinctam illi à Patre hypostasim attribuit. Absurdè enim diceret Syracides, perpetuò illi coniunctam esse sapientiam: & Ioannes λόγον semper apud Deum fuisse, nisi propria quædam illi subsistentia esset. Idem verò significat & illud, quod Ioannes Filium in sinu, vel ad sinum Patris esse dicit. Sinus enim pro societate seu coniunctione inseparabili accipi solet, in rebus etiam humanis, vt Genes.16.a.5. Ego dedi Ancillam meam in sinum tuum. Hoc idiomate Ioannes vsus est, cùm voluit ostendere inseparabilem ac indiuisibilem coniunctionem Patris & Filij. Quare apud Deum esse, non significat præordinatum esse, vel apud Deum abscondi, vt erat apud Ioannem, pro abscondi ponatur, vt Sutorides exponit, sed interprete Syracide, Deo coniunctum esse significat. Id alia etiam phrasi exprimitur, Sapient.9.b.9. Quæ tibi Mundum creanti præstò fuit. Ne verò λόγον propositum, cogitationem Patris, vel dispositionem in mente Dei accipias, obstat locus, 1.Ioan.1.a.2. Vbi Verbum vitamque æternam & sermonem vitæ appellat, qui fuerit apud Deum.*
- Patrem *in Filio, &c. Vide literam A.*

A. Patrem *in Filio, & Filium in Patre esse. Accipitur pro*

- Ostendere *Filium diuina virtute vnum cum illo esse. Sic accipitur Ioan.14.c.10. Non credis quòd ego in Patre sum, & Pater in me est. Id verò significare præcedentia & sequentia demonstrant. Petit enim Philippus Christum, vt ostendat illi Patrem: Christus verò de sui cognitione respondet: Tanto, inquit, tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Quo dicto significat, se non aliud esse à Patre essentia & natura, sed vnum ac eundem cum Patre, vt se posteà exponit. Id enim posteà clariùs explicat, cùm dicit: Pater autem, qui in me manet, ipse facit opera. Patrem ergo in Filio esse, est Patrem in Filio manere: hoc est, Paulo interprete, Coloss.2.b.9. In illo inhabitare omnem plenitudinem diuinitatis, idque verè & naturaliter. Id enim corporaliter significat. Quare Christus ibidem & verbi & potestatis diuinæ, seu operum mirandorum meminit: quòd scilicet idem sit Patris & Filij verbum, eademq; potestas. Vt enim Patri, ita & sibi opera admiranda tribuit. Sicut & Ioan.5.c.19. Quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit. Obserua autem quod Paulus in Colossenses in abstracto dicit: Quoniam, inquit, in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis. Id Paulus idem in concreto effert, 2.Cor.5.c.19. Deus erat in Christo. Erat autem per immanentiam, vel immansionem, vt Christus Ioan.14.c.10. innuit.*
- Vnum *esse, quod de concordia & consensu intelligitur. Sic accipitur Ioan.17.d.21. Sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. Sequens enim particula prioris expositio quædam est. Vnum esse, in Ioanne, pro in vnum esse, ponitur, vt 1.Ioan.5.a.7.*

¶ Vide Tabulam de verbo Habitandi.

De particula, Ex.

PARTICVLA Ex, quæ tribuitur

- Deo, idque vel
  - Absolutè: *aliud autem est ex Deo*
    - Esse, *vt Ioan.8.g.47. Qui ex Deo est, verbum Dei audit, & est agnoscere Deum pro Patre per Christum, & illius naturam imitari.*
    - Nasci, *Ioan.1.a.8. 1.Ioan.5.a.1. Nasci autem ex Deo, non est ex illius esse natura, sed diuinæ gratiæ factum esse participem, regenerari & mutari.*
    - Laudem *esse, Rom.2.d.29. Et est consequi laudem apud Deum.*
    - Spiritum *esse, 1.Cor.2.c.12. 1.Ioan.4.b.6. Et est afflari à Deo Spiritu, qui nos recta doceat, vel Doctores à Deo mitti.*
    - Omnia *esse, quod significat omnia*
      - A Deo *creata, ac ab eodem conseruari, Rom. 11.d.36. Quoniam ex illo, &c.*
      - Quæ *ad redemtionis ac reconciliationis causam pertinent, à Deo esse, 2.Cor.5.d.18. Omnia autem ex Deo, &c.*
  - Personaliter: *vt*
    - Patri *propriè, idque ratione ordinis, dum confertur Filius cum Patre. In diuinis enim personis ordo quidem est, inæqualitas non est, sicut distinctio est, diuersitas non est: præpositio ergo Ex, principium declarat in personarum distinctione, 1.Cor.8.b. 6. Vnus est Deus, Pater ille, ex quo omnia, & nos in ipso, & Vnus Dominus IESVS Christus, per quem omnia. Vbi apparet Paulum commune Patri & Filio opus tribuere, distinctione tamen adhibita, quæ personis conueniat.*
    - Filio. *Nam alioqui Filio etiam competit, quatenus vnus est cum Patre. Ephes.3.b.16. Ex quo omnis familia in cœlis & in terra nominatur. Vide & Ephes.4.d.15. Col.2.d.19. Ex quo totum corpus, &c.*
    - Spiritui *Sancto. Cùm enim præpositiones hæ, Ex & à, æquipolleant, & Apostoli omnia bona, non à Patre tantùm & Filio, sed à Spiritu Sancto precentur, 2.Cor.13.b.4. Apoc.1.a.6. &c. Non Patrem tantùm, sed & Filium, & Spiritum Sanctum Deum esse, ex quo omnia manifestissimè constat. Ioan.3.a.8. Quod natum est ex Spiritu, Spiritus est. Matth.1.d.20. Quod in ea genitum est, è Spiritu Sancto est.*
- Rebus *creatis, vbi iuxta adiunctorum diuersitatem, diuersimodè vsurpari solet.*

De parti-

De particula Per.

PER præpositio tribuitur

- Deo: idque vel
  - Absolutè, & tum significat
    - Causam efficientē rerū omnium, vt Act.17.d.28. Per ipsum viuimus, mouemur, & sumus, 2.Cor.1.a.1. Per voluntatem Dei. Hebr.2.c.10. Decebat enim cum propter quem, & per quem sunt omnia. 1.Cor.1.a. 9. Fidelis Deus, per quem vocati estis in consortium Filij ipsius.
    - Adiurationem, vt Esa.45.d.23. Per memetipsum iurauī. Matth.26. f.63. Adiuro te per Deum viuum. Marc.5.a.7. Adiuro te per Deum, ne me torqueas.
  - Personaliter: sic tribuitur
    - Patri, vt Gal.1.a.1. Per IESVM Christum, ac Deum Patrem. Iudæ 1. a.1. His qui p Deum Patrē sanctificati sunt. Rom.11.d.36. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipsum sunt omnia. Si enim de Patre intelligitur hic locus, hæc vox etiam, per quem, illi tribuitur. Atque ita vtraque vox, ex quo, & per quem, parem vim ac dignitatem obtinebit. Vnde Paulus hac etiam particula causam efficientem significat.
    - Filio, vt Ioan.1.a.3. Omnia per ipsum facta sunt. Significat autem causam efficientem, cùm Filio etiam Dei tribuitur, vbi creandi, vel faciendi, vel alterius diuini operis nomen apponitur, vt Ioan.1.a.3. Col. 1.c.16. Hebr.1.a.2. In his verò locis, Per præpositio pro Cum vsurpatur, sicut præpositio Græca διὰ pro σὺν, vt 2.Cor.2.a.4. per multas lacrymas, id est, cū multis lacrymis. & 2.Cor.3.11. Si quod abolebatur, fuit per gloriam, id est, cum gloria. Id verò ex alijs etiam locis colligi potest, vt ex Genes.1.d.26. Faciamus hominem. Item: Verbo Domini cœli firmati sunt. Psal.33.a.6. Hoc aūt ita accipiendū est, vt nec duas causas constituamus, cùm Filius sit vsia vnus cū Patre, nec rursus in personarum distinctione inæqualitatem, aut separationē imaginemur. Præpositio Per & adiurationem declarat, cùm Dei Filio tribuitur, vt Act.19.c.13. Adiuramus vos per IESVM, quem Paulus prædicat. Significat & causam instrumentalem cum Filio Dei ratione ministerij mediationis tribuitur, vt per Christum. Christum enim vt causam instrumentalem redemtionis ac salutis nostræ Scriptura proponit, vbi de Mediatoris ministerio, non de efficacia loquitur.
    - Spiritui Sancto, 1.Cor.12.a.3. Nemo potest dicere, Dūm esse IESVM, nisi per Spiritum S. & rursus: Nam huic quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, &c. Atque hîc etiam causam efficientē designari ex præcedentibus & consequentibus facilè colligitur. Præcedit enim: Idem est Deus, efficiens omnia in omnibus. Quod ne quis de Patre tantùm interpretaretur, subdit expositionem: Idem Spiritus diuidens peculiariter cuique sicut vult. Obserua autem, cùm dicitur Spiritus Sanctus operari, vt 1.Cor.12.a.3. æqualitatem & identitatem operationum cum Patre & Filio notari. Vt enim vna est diuinitas, ita vna quoque operatio. Cùm autem dicitur Deus per Spiritum aliquid facere, vt Zach.4.a.6. 1.Cor.2.a.3. non instrumentum notari, vt Macedonius fingebat. sed ordinē in agendo monstrari, qui de æqualitate prorsus nihil minuit. Sic dicimus, Per Filium esse condita secula, non vt instrumentalem causam constituamus Patre minorem, sed vt ordinem in Scripturis monstratum in operationibus ostendamus.
- Rebus creatis: & tum præponitur vocabulo, seu nomini
  - Personæ: & tum significat
    - Causam efficientem externam, vt Per illum institutus sum.
    - Obtestationem, vt 2.Thess.2.a.1. Rogamus vos Fratres per aduentum Domini nostri IESV Christi.
    - Instrumentum, vel medium, vt Actor.7.d.26. Per manum ipsius. Actor.8.c.18. Quòd per impositionem manuum Apostolorum daretur Spiritus Sanctus.
    - Causam finalem, Hebr.2.d.14. Per mortis perpessionem: id est, vt mori posset. Nam præpositio διὰ, causam finalem hîc declarat.
  - Temporis: et ponitur pro
    - In, vt Psalmo 120. a. 6. Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem.
    - Post, vt Marci 2.a.1. Per dies aliquot.
  - Instrumenti, vt per fidem, per verbū. Verbum enim gratiæ medium est, p quod remissio peccatorum annunciatur, & fides medium est, per quod accipitur remissio peccatorum.
  - Qualitatis, vt 2.Cor.c.11. Si quod abolendum erat, fuit per gloriam: id est, cum gloria.

De Significationibus particulæ In.

IN, præpositio tribuitur
- Deo: idque vel
  - Absolutè, *Act.17.d.28. In ipso viuimus, mouemur, & sumus, 1.Cor.8.b.6. Et nos in illo.* Significat autem, cùm Deo tribuitur, & causam efficientem & adiurationem, vt *Esa. 45.d.23. In memetipso iuraui.* iuxta Hebraicam veritatem: id est, per memetipsum.
  - Personaliter: vt
    - Patri: *vbi de vi agitur, qua conseruatur vsia, Act.17.d.28. In ipso viuimus, &c. 1.Cor.8.b.6. Et nos in ipso.*
    - Filio: *nam eadem ratione Filio quoque tribuitur, vt Ioan.1.a.4. In ipso vita erat.*
    - Spiritui Sancto: *In verò præpositio, pro Per, vsurpari solet, cùm Spiritui Sancto tribuitur, vt 1.Cor.12.a.3. Nemo potest dicere, Dominum* IESVM, *nisi in Spiritu Sancto:* id est, *per Spiritum Sanctum. & significat causam efficientem. Sed & aliàs Apostolo familiaris est præpositionum enallage, vt Rom.6.a.2. In ipso:* id est, *vel per ipsum.*
- Rebus *creatis: & ponitur pro*
  - Per, *vt 1.Cor.10.a.2. In Mose:* id est, *per Mosen.*
  - Cum, *Ephes.4.a.2. Veritatem sectantes in charitate. Luc.14.g.31. In decem millibus, pro, cum decem millibus.*
  - Ad, *Marci 1.d.38. Eamus in proximos vicos, pro, ad proximos vicos.*
  - Inter, *Marci 2.c.15. Et factum est in discumbere ipsum. Vbi in, pro inter ponitur: Inter discumbendum.*

¶ De his particulis, Ex quo, Per quem, In quo, vide Basilium Magnum de Spiritu Sancto, cap.5.7.8. 25.26. vide præterea Tabulam, Quòd Filius Dei sit Creator.

De Significationibus particulæ Hodie, Psal.2.b.7.

PARTICVLA Hodie, iuxta adiunctorum diuersitatem, varia significat. Tribuitur enim vel
- Deo, *& tum pro æternitate & perpetuitate ponitur, vt Psal.2.b.7. Ego hodie genui te. Nam Hodie apud Deum nullo initio incipit, nullo fine concluditur. Non est ibi, fuit, neque erit, sed semper manet, semper est, & quicquid dixerit, illi hodie est. Propterea vetustissimi Patres, vt Tertullianus, Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Cyrillus, Cyprianus, Gregorius Nissenus, &c. locum hûc Psalmi 2.b.7. de æterna Verbi generatione interpretantur. Quid enim hoc loco Hodie sit, ex Psal.110.a.3. constat, vbi dicitur: Ante Luciferum genui te. (sic enim iuxta communem & vulgatam editionem legitur) id est, ante productionem stellarum: id est, antequã quicquam esset conditum. Qua de re plura Eusebius lib.1.cap.1. & Epiphanius lib.2.aduersus Hæreses, contra Paulum Samosatenum. Huic verò expositioni suffragatur Syracides, cap.24. vbi æterna Dei Sapientia sic loquitur: Ante omnem rerum naturam primogenita. Paulus Actor.13.g.33. hunc locum Psal.2.b.7. ad cœlestis gloriæ demonstrationem refert, & per Hodie, solenne & legitimum manifestationis tempus intelligit: tempus videlicet resurrectionis, quo illum genitum esse innuit, non vt Filius Dei tum esse cœperit, vt aduersarij nostri contendunt, sed vt talis patefieret Mundo, vt qui fuerat ab initio velut absconditus in arcano Patris sinu, ex quo prodit, cũ clariùs insignibus miraculis cognitus fuerit Dei Filius. Vide Rom. 1.a.4. Alioqui si tum primùm Filius esse cœpit, ante resurrectionem non fuit Filius. Frustra ergo hoc nomen toties in Euangelio impositum illi est, cùm nondum esset quod dicebatur, sed expectabat vt fieret Filius Dei. Frustra etiam Filium Dei pro nobis passum esse dicimus. Neque enim tum fuit Filius iuxta aduersarios, cùm nondum genitus: id est, resuscitatus esset. Quis igitur ventis, mari, Dæmonibus imperauit? &, quod maius est, quis peccata condonauit? ánnon Filius ille Dei? Vnde constat, æternam quidem esse Filij generationem, sed suo tempore Mundo repræsentatam, cùm æternus Dei Filius conspicuus factus est in carne. Quare nos genituram, seu primogenituram in Filio Dei non vnam tantùm iuxta Dei Verbum agnoscimus. Prima enim est Verbi æterni, quod genitum est à Patre ante omnem creaturam, propter quam primogenitus omnis creaturæ vocatur, Col.1.c.15. Secunda est assumti hominis, secundùm quem primogenitus est Matris Virginis, Matth.1.d.25. Tertia, ratione resurrectionis, quæ noua quædam est genitura, Col.1.c.15. Ad hanc ipsam genituram transfert Paulus Psal.2.locum: Ego hodie genui te, Act.13.g.33. & ob hanc causam & Christus ipse nostram resurrectionem ex mortuis vocat regenerationem, Matth.19.d.28. dicens: Amen, Amen, dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me in regeneratione, cùm sederit Filius hominis in sede Maiestatis suæ, &c. Quarta, ratione dominij. Sic vocatur primogenitus inter Fratres, Rom.8.f.29. id est, caput, in quo sit hæreditas, ac veluti dux & exemplum omnium fidelium.*
- Filio Dei IESV *Christo, & tum pro tempore præsenti vsurpatur, Hebr.13.d.8. Christus* IESVS *heri & hodie, idem etiam in secula. Hîc per Heri, secula præterita, per Hodie, præsens designat tempus. Docet ergo Christum semper eundem principatum tenuisse, quem nunc tenet, & semper sui fore similem vsque ad finem Mundi.*
- Verbo Dei, *vt Psal.94.b.8. Hodie si vocem eius audieritis, &c. Quomodo verò hîc particula Hodie accipiatur, exponit Paulus Hebr.3.b.7.d.15. Neque enim ad tempus Dauidis restringitur, sed complectitur totum tempus, quo nos Deus compellat, & quo per suos Ministros nobis loquitur, ad pœnitentiam inuitat, & corda nostra pulsat.*
- Actioni alicui, *&c. Vide literam A.*

A. Actioni

A. Actioni alicui, & tum accipitur vel pro
- Tempore *præsenti, Genes.22.c.14. Exodi 34.b.11.*
- Breui *tempore, 3.Reg.14.c.14. Excindet domum Ieroboam hodie.*
- Certo, *ac vno die, vt Luc.23.f.43. Hodie mecum eris in Paradyso. Exodi 19.b.10. Sic in communi loquendi consuetudine vsurpari solet.*

De Significationibus vocabuli Æterni, Psal.93.a.2.

Æternivocabulũ accipitur
- Propriè, *& tum accipitur pro eo quod caret principio & fine: sic Deus dicitur Æternus. Hoc enim maximè illi proprium est. Hanc Dei æternitatem Scriptura sacra variis modis circumloquitur: Vt, Ab olim, Per omnia secula, A seculis vsque ad secula, Psal.90.a.2. Inde ab exordio, ab æterno, Psal.93.a.2. Esa 43. Priusquam montes nascerentur, Priusquam terra formaretur, ac orbis, Psal.90. A die, vel de die Esaiæ 43.c.10. Priusquam hic Mundus esset, Ioan.17.a.5. Ante iacta Mundi fundamenta, Eph.1.a.4 &c. Verum cùm hæ æternitatis Dei periphrases Filio etiam Dei in Scriptura tribuantur, eum proprijssimè æternum esse, ac dici, satis constare potest. Ad hæc cùm æternum sit, quod nec initium, nec finem habet, Filius verò nec initium dierum, nec vitæ finem habeat, Hebr.7.d.24. facilè conficitur illum æternum esse vt Patrem. Nam qualis Pater est, talem etiam ex eo nasci oportuit.*
- Vetustissimo *quolibet, quod propriè sempiternum dicitur: quod videlicet cum tempore incepit esse, & in tempore desinit esse. Dicitur autem sempiternum, quasi semper æternum: id est, semper cum tempore durans. Sic Mundus & tempus sempiterna sunt, quæ tamen æterna etiam dicuntur impropriè, vt Paulus 2.Tim.1.b.9. Tit.1.a.2. tempora æterna appellat, quæ tamen finem habitura sunt. Legimus enim Angelum iurasse per viuentem in secula, quòd nõ amplius futurum sit tempus, Apocal.10.a.6. quod nequaquam tolli potest, nisi cælorum motus quiescat, quod die resurrectionis futurum est. Sunt qui locum Ioannis, Apocal.10.a.6. non de temporis cessatione intelligant, sed de persecutionis tempore, quod statuerit Deus, nullum amplius fore persecutionis tempus post vocem sexti Angeli, quia tunc abolebitur Antichristus, deletis omnibus impijs. Sic & montes æterni dicuntur, qui ab initio conditi sunt: quos tamẽ contritos & inclinatos fuisse Propheta Habacuc in Oratione sua testatur, cap.3.b.9. De Mundi fine lege Matth.24.g.38. 1.Cor.7.d.28. 10.a.1. 1.Ioan.2.a.7. &c.*

Impropriè, Sic accipitur pro

Diuturno, *seu longiori tempore, quod propriè Temporale dicitur, quod in tempore incepit esse, & in tempore desinit esse. Sic tribuitur æterni vocabulum*
- Sacrificiis *veteribus, vt Leuit.6.d.22. Ritus hic erit æternus. Hac ratione æternum, seu perpetuum ad tempus Legis restringitur, & extenditur vsque ad Christum. Ministerio enim Mosis finem attulit Regnum Christi, sub quo renouatus fuit Mundus.*
- Christi *Sacerdotio, Psal.110.b.9. Hebr.5.b.6. 7.c.17. Hic æternitas ad finem vsque Mundi extenditur, quando ministerium seu officium Mediatoris cessabit, deleto prorsus peccato, tyrannide Diaboli, &c.*
- Hominibus, *& hominum factis, & tum æterni vocabulum ad finem vsque vitæ extenditur, vt Horatius:*

  Seruiet æternum, qui paruo nescit vti.

  Non enim potest in æternum seruire, cuius vita, qua seruit, æterna esse non potest.

Perpetuo, *quod in tempore incipit esse, & caret fine. Hoc modo æterni nomen tribuitur*
- Verbo *Dei, Esa.40.b.8. & Psal.119.g.89. Verbum tuũ Domine, perstat æternũ. Vide & Apoc.14.b.6. vbi Euangelium Æternũ dicitur, nõ solùm q̃ æterna bona adferat, nec aliud sit expectandum, & multò antè promissum est p̃ Prophetas in Scripturis sacris, Rom.1.a.2. sed q̃ inuitis omnibus impijs, perpetuò durabit. Æternum autẽ dicitur verbũ, non in se tantũ, sed & in nobisipsis, sicut Petrus, 1.Pet.1.d.25. nobis id accommodat, cùm nos semine incorruptibili regenerari dicit, hoc, inquam, verbo, quod prædicatur. Loquitur verò Esaias & Ioannes de verbi Dei veritate, manente in sua natura, nõ de officio & vsu mediato, qui die resurrectionis desinet, veritas manebit immutabiliter.*
- Cœlo *& terræ, quod scilicet ad eorum substantiam attinet. Caduca enim eorum conditio in die Iudicij abolebitur, manente eorum substantia.*
- Igni: *vt, Ite maledicti in ignem æternum, Matth.25.d.41.*
- Vitæ: *vt, Qui credit in Filiũ, habet vitam æternã, Ioan.3.d.36.*
- Morti, *seu interitui, 2.Thess.1.c.9.*
- Iudicio, *Hebr.6.a.2. ab effectu.*
- Testamento, *Hebr.13.d.20.*
- Angelis, *animabus, & Dei operibus, quæ videntur in cœlis, Psal.119.g.16.*

De vocabulo Seculum, circa locum Hebr.1.a.2. Per quem fecit & secula.

VOCABVLVM Seculi ponitur vel

- Nominaliter, vbi nulla præcedit præpositio: & ponitur pro
  - Longiori tempore: vnde alij spatio 100. & 10. alij 70. annorum spatio determinant: alij verò annum 50. quem Iudæi Iubilæum vocârunt, nomine seculi significari putant. Atque huc referunt illud Exodi 21.b.6. Seruiet ei in seculum. Omnis enim dura cõditio Iubilæi solnebatur aduentu. Hue referunt & Leuitarum seculum, quod erat ad annum 50. de quo 1.Sam.1.c.11.
  - Mundo, seu rebus initio à Deo conditis, vt Hebr.1.a.2. Per quem fecit & secula. Vide & Hebr.11. a.3. Pro eodem enim vsurpat Scriptura, Creare cœlum & terram, Genes.1.a.1. Perficere cœlum & terram, Genes.2.a 1. Facere Mundum, Ioan.1.a.3. Facere omnia, Ibid. Creare omnia, Coloss.1. Facere cœlum & terram, Act.4.d.24. Apoc.14.a.7. Facere omnia, visibilia & inuisibilia, Col.1.d.15. &c. & Facere ac perficere secula, Hebr.1.a.3.11. Quare facere hîc, non reficere: & secula, nõ electos, sed rei initio à Deo conditas significat. Atque inauditum est seculorum nomen pro renouatis vsurpari.
  - Parte Mundi reproba, non renata. Hinc filij huius seculi, Luc.16.b.8. Psal.17.d.55. & Satan Deus huius seculi appellatur, 2.Cor.4.a.4.
  - Ætate & vitæ cursu, seu tempore vitæ huius breui & exiguo, vt Psal.87.e.30. Memor sis quæso tuli æui vel seculi ego sim: id est, quàm breue sit huius vitæ nostræ spatium.
  - Regno cœlesti, quo Deus pios post huius præsentis vitæ miserias donaturus est, Marc.10.e.30. & in futuro seculo vitam æternam.
- Aduerbialiter, vbi aliqua præpositio præcedit. Aliud autem est
  - A seculo, quod tribuit Hominibus, & ponitur pro
    - Deo, tum enim pro æternitate, quæ ita propriè appellatur, accipi solet, ac idem valet, ac si dicas, ab æterno, Psal.93.a.2. Esa.63.d.16. Tu Pater noster es: hoc est, nomen tuum in secula. Pro eodem etiam vsurpatur à seculis, vsque ad secula, Psal.90.b.8.
    - Inde ab initio seculi, vel pro vniuerso Mundi tempore, quod ab initio creationis ad nostra vsque tempora cucurrit, Ioan.9.f.32. A seculo non est auditum, pro eodem etiam vsurpatur. A seculo, & vsque in seculum, Psal.106.g.48. Prædicandus est Dominus à seculo, & vsque in seculum.
    - Diuturno ac longiori tempore. Luc.1.f.70. Sicut loquutus est per os Sanctorum, qui à seculo sunt Prophetarum suorum. Pro eodem etiam vsurpatur & illud: Ex hoc nunc, & vsque in seculum, Psal.113.a.2.d.18.
    - Coram Mundo, Gen.6.a.4. Isti facti sunt potẽtes, à seculo viri nominati.
  - In seculum, quod tribuit
    - Deo, & ponitur pro æternitate, quæ ita propriè dicitur, Apoc.10.c.6. Iurauit per viuentem in secula seculorum, Apoc.1.b.6. Ipsi gloria & imperium in secula seculorũ, Iudæ d.26.
    - Hominibus, & ponitur pro omni tempore, vt Eccles.40.b.12. Integritas manet in seculum. & 41.c.16. Nomen tuum bonũ manet in seculum. Huc pertinet & illud in seculũ, & vltra, Psal.21.a.5. 2.Reg.5.g.27. Adhærebit lepra ipsius Naaman tibi & semini tuo in seculum. & 1.Sam.1.d.22. Maneant ibi in seculum. Vbi seculum, Leuitarum seculum, quod erat ad annum 50. intelligi nonnulli putant. Vide Deut.15.c.12.
  - Per omnia secula, & ponitur pro semper, seu omni tempore, Psal.90.a.2. Domine, tu habitaculum nobis fuisti per omnia secula.
  - Ante secula, Eccles.24.b.14. Ab initio, & ante secula genita sunt, &c. & significat idem quod ab æterno.

De vocabulo Altissimi.

VOCABVLVM Altissimi tribuitur

- Deo: idq; vel
  - Simpliciter, non adiuncto aliquo, vt Num.24.c.16. Psal.18.b.14.46. a.5. 87.a.5. Esa.14.d.14. Huc pertinent epitheta æquipollentia, vt
    - Excelsus, Psal.113.a.4. 138.a.6.
    - Magnus, Psal.95.b.9.
    - Qui sedet in cœlis, Psal.2.a.4.
    - Qui est in cœlis, Matth.6.a.1.
    - Qui in altis habitat, Psal.113.a.4.
    - Qui habitat in cœlis, Psal.123.a.1.
  - Addito nomine Dei, vt Genes.14.d.18. Sacerdos erat Dei Altissimi, Iob.31.c.28.
- Filio Dei, Eccles.1.a.8. Sermo Dei celsissimus. 4.Esdr.7.d.33. Apparebit pro Tribunali sedens Altissimus, Luc.1.d.32. Et tu Puer Propheta Altissimi vocaberis. Id enim nominis Filio Dei tribuit Zacharias. Addit enim: Præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius. Hic de quo Altissimo loquatur, exponit, de Domino videlicet, cuius vias veluti præambulo quidam præparare debebat Ioannes. Quare mox illum Orientem ex alto appellat: idq; ad differentiam corporei Solis, qui nobis oritur, ex inferis surgens in altum: hic Sol contrà è sublimi exortus, descendit ad nos. Appellatur autẽ Christus Oriens ex alto, ratione diuinitatis. In alto enim est Christus: id est, super omnes creaturas, ac nascitur à Patre, sicut à Sole radij. Cùm igitur epitheton Altissimi, imò alia etiam epitheta æquiualentia (de quibus suprà) nõ Patri solùm, sed & Filio tribuantur, qua fronte audet Sutorides hoc epitheton ad Patrem solum referre?
- Rebus etiam inanimatis: vt,
  - Monti, Num.34.b.7.
  - Muris, Deut.3.a.5.
  - Petræ, Sap.11.a.15.
  - Arboribus, &c.

De voca-

De vocabulo Domini, circa illud 1. Corinth. 8. a. 6.

Vnus Dominus.

DOMINI appellatio in Scripturis est

- Peculiaris, & tribuitur Deo vel
  - Vulgata. *Tribuitur enim hæc appellatio viris honestis, ac Agricolis etiam, reuerentiæ causa: vt, Rebecca dicebat seruo Abraham: Bibe, Domine mi, Genes. 24. c. 18. Magdalena dicebat ad Christum, Hortulanum suspicata: Domine, si tu sustulisti eum, &c. Abraham, Loth, Gedeon Angelos in forma peregrinorum apparentes, Dominos appellârunt. Octauius Augustus Domini appellationem adulatione sibi oblatam, vt maledictum & opprobrium semper exhorruit, Dominumq; se appellari, nec à liberis quidem, aut nepotibus suis, vel serio vel ioco passus est, atque huiusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit. Tyberius quoque Cæsar huius Octauij successor, Dominus à quodam appellatus, denunciauit, ne se amplius contumeliæ causa nominaret. Nero, Actor. 25. d. 25. Dominus simpliciter nuncupatur, etiamsi Domini epitheton eius tempore apud potentiores nouum adhuc erat.*
  - Absolutè, *vt Num. 11. a. 1. Locutus est Dominus ad Mosen. Malach. 1. b. 6. Si Dominus ego sum, vbi meus timor? Ioel 3. b. 8. Dominus locutus est, &c.*
  - Personaliter, vt
    - Patri, & hoc vel
      - Simpliciter, *non adiuncto aliquo, vt Psal. 2. a. 7. Dominus dixit ad me. Psal. 110. a. 1. Dixit Dominus Domino meo. Eccles. 51. c. 14. Dominum inuocaui Domini mei Patrem.*
      - Adiuncto *aliquo, vt Dominus*
        - Cœlorum *& terræ, Iudith. 9. d. 17. Matth. 11. d. 25.*
        - Exercituum, *Zach. 2. a. 6.*
        - Dominantium, *1. Tim. 6. d. 15.*
        - Pater, *Eccles. 23. a. 4.*
    - Filio, & hoc vel
      - Simpliciter, *vt Daniel. 9. a. 4. Audi supplicationem Serui tui propter Dominum, Luc. 2. b. 11. Qui est Christus Dominus. Huc facit & alterum Domini nomen, Psal. 110. a. 1. Eccles. 51. c. 14.*
      - Adiuncto *aliquo, quo perspicuum sit Filium illũ Dei significari, vt*
        - Vnus *Dominus, 1. Cor. 8. a. 6. Si autem Christus est vnus Dominus, per quem omnia, erit quoque Deus, nisi velis Patrem à dominatu excludere. Iam vt Christus est vnus Dominus, & à dominatu Patrem nõ deturbat: ita Pater vnus Deus prædicatur, & tamen Filius à natura diuina minimè separatur. Neque etiam perpetuò obseruatur in Scripturis ista distinctio. Quandoque enim Pater dicitur Dominus, & vicissim Filius appellatur Deus.*
        - Dominus *omnium, Actor. 10. f. 36.*
        - Dominus *exercituum, Hos. 12. b. 5. Postquam enim recensuit luctam Iacob cum Angelo, inquit: Dominus exercituum, Iehouah memoriale nomẽ eius. & Zach. 2. a. 6. Angelus qui alterum Angelum mittit, idem mox pronunciatur Dominus exercituum. Sic autem vocatur Filius, quòd ei omnes creaturæ militent. Nomine enim exercituum, intelligimus terrestres, cœlestes, superas & inferas copias & potestates, quæ omnes Filio Dei subiectæ sunt, vt nihil ab his nobis periculi sit, quoad Deum nobis propitium, & nobis auxiliarem habuerimus.*
        - Dominus *dominantium, Apocal. 17. d. 14. 19. c. 16.*
        - Dominus *gloriæ, 1. Cor. 2. b. 8.*
        - Dominus *& Deus, Ioan. 20. c. 8. Zach. 13. b. 9. Est autem dicere, Dominus & Deus meus, confiteri ex corde Dominum liberum in nos habere potestatem.*
        - Dominus *fortis & potens, Psal. 24. b. 8.*
        - Dominus *Factor noster, Psal. 94. d. 22. Hunc enim Psalmum ad Filium refert Paulus, 1. Cor. 10.*
        - Dñs *Israelis, Exod. 3. 18. Luc. 1. g. 68. Vide consequentia.*
        - Dominus *Deus sanctorum Prophetarum. Apoc. 22. a. 6. Hoc enim de Christo dici consequentia ostendunt. Sequitur enim hũc Deum amandasse Angelum suum. Quis verò is sit, post aliquot versus exponitur: Ego, inquit,* IESVS *misi Angelum meum.*
    - Spiritui *Sancto, vt 2. Thess. 3. a. 5. Dominus dirigat corda vestra in dilectionem Dei, & expectationem Christi. Si enim de Patre dixisset, dicere debebat: Dominus dirigat vos in dilectionem sui. Si de Filio, addi debebat: In suam ipsius expectationem. Huic affine est quod 1. Thess. 3. c. 12. 13. dicitur: Dominus vos abundantes faciat, & conseruet corda vestra irreprehensibilia coram Deo, & Patre nostro, in aduentu Dñi nostri* IESV *Christi.*

De particula Solus, quæ in diuinis non excludit incomprehensibilem illam Patris, Filij, & Spiritus Sancti coniunctionem, sed vanorum Deorum pluralitatem, & res creatas.

PARTICVLA Solus tribuitur

Deo: & hoc vel

Absolutè, vt cùm dicitur, Solus

Dominus *eduxit populum Israelis ex Ægypto, Deut.32.b.12. Hic nec Filius, nec Spiritus Sanctus ab opere eductionis Populi, sed Dij peregrini excluduntur. Sic enim Moses Deut.32. seipsum exponit, cùm dicit: Solus Dominus duxit eum, & non fuit cum eo Deus alienus. Et quòd Moses hîc vni ac soli Deo attribuit, Esaias 63.c.9. tribus hypostasibus attribuit, Deo Patri, Filio, quem Angelum faciei appellat, & Spiritui Sancto. Sic Esaias 2.c.11 particulam hanc, Solus, falsis Dijs opponit: Solus, inquit, Dominus exaltabitur in die illo. Mox enim subdit: Idola autem in vniuersum permutabit. Sic Zach.14.a.5. vnum vel solum Dijs falsis opponens, dicit: In die illo erit Dominus vnus, & nomẽ eius vnum. Vide & Esa.45.d.21. Sed & aliàs particula, Solus, non omnes, sed aliquos tantùm excludere solet, vt Ioan 8.a.9. Relictus est solus, accusatores excludit, non turbam, aut mulierem. & Marci 6.f.47. solus particula Discipulos excludit.*

Deus *adorandus, inuocandus, eiq; soli seruiendum, Deut.6.c.13. Nam ne hîc quidem Filium aut Spiritum Sanctum excludit, sed vanos Deos.*

Deus *remittit peccata, Luc.5.d.21. Vbi nec Filius, nec Spiritus Sanctus ab opere remissionis excluduntur, sed homines, tàm priuati, quàm Verbi Ministri. Solus enim Deus, qui est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus remittit peccata, autoritate, à quo omnis nostra salus dependet. Ac nisi Deus peccata nostra remittat, frustra remittit Minister: & frustra nos fratribus remittimus. Quibus verò Deus remittit, his Minister etiam Verbi remittere peccata potest: id est, per Euangelij prædicationem annunciare Dei gratiam credentibus in Christum, propter quem remissio peccatorum prædicatur.*

Deus *bonus, Marc.10.c.18. Hic se Filius à bonitate diuina non excludit, sed quia iuuenis Christum bominem tantùm esse credebat, illum ad Deum reuocat, & ad fidẽ doctrinæ habendam deducit, ac docet falsò se à iuuene illo vocari bonum Magistrum, nisi à Deo profectum agnoscat. Quicquid enim bonitatis in homine reperitur, id ex Deo, tanquam ex fonte omnis boni dimanat. Ipse dat homini quod nemo mortalium ex se habet, imò ne Angeli quidem: quia nec bonitatis guttam à se habent, sed à Deo mutuantur, & imperfectam habent bonitatem bonitatis, Dei respectu.*

Pater *nouit diem Iudicij, Matth.24.c.36. Marc.13.c.32. Hic Patris nomen absolutè pro Deo ponitur: ita vt nec Filius, nec Spiritus Sanctus à cognitione diei illius excluduntur, etiamsi addatur particula Solus, & Filius expressè ab hac diei notitia excludi videatur. Id enim secundùm hominẽ dictum est, non secundùm illius diuinitatem. Vt enim omnia alia infirmitatis humanæ in se recepit, hominibus per omnia similis, excepto peccato, Hebr.2.c.17. Ita etiam humanam scientiam & ignorantiam, rationem videlicet, mentemque humanam, quæ per interualla augetur, & diminuitur, assumsit, secundùm quod aliquid nescire dicitur. Ideò alibi dicitur:* IESVS *proficiebat sapientia, ætate, &c. Luc.2.g.52. Vt verò proprium hominis est futura ignorare, sic verbi Dei, in quantum verbum, est, maximè proprium, vt omnia quæ per ipsum facta sunt, cognoscat. Si enim omnia Patris Filij sunt, & Pater cognitionem diei illius habet, habet vtique & Filius.*

Pater *verus Deus, &c. Ioan.17.a.8. Hîc sub Patris nomine tota diuinitas proponitur, quæ ipsius quoque Filij est, atque ob id particula μόνον, minùs Arianis suffragatur. Hæc enim falsis Dijs opponitur, vt manifestè Ioannes in Epistola sua explicat, 1.Ioan.5.c.18. Nam vt Patrem, ita Filium verũ Deum vocat, & quid excludat, ostendit: Filioli, inquit, cauete vobis à simulacris. Sic Ierem.10.b.11. Dominum, quo nomine Filius intelligi solet, verum Deum vocat, & falsis Dijs opponit: Dij, qui non fecerunt cœlum & terram, perdentur de terra. Obseruandum etiam est, dum Christus hîc supplex Patrem alloquitur, cuius personam gerat. Gerit enim personam Mediatoris & Ministri, seruientis in vocatione sua. Sub Patris ergo nomine diuinitatem proponit, quæ ipsius quoque est. Quòd enim seipsum ab ea non diuellat, ex eo etiam liquet, quod cum Patris cognitione etiam sui notitiam vt necessariam requirit. Neque enim potest simul cum natura creata res increata cognosci. Hîc igitur non proponitur discrimen inter personas secundùm diuinitatem, sed secundùm præsentem vocationem & missionem Christi. Vel, si mauis, recitatur hîc discrimen Christi humilitati Mediatoris seruientis in hac missione, & totius diuinitatis regnantis in arcana Maiestate. Quòd si quis vrgeat Patris nomen hîc pro sola Patris persona accipi, facilè id etiam illi concedemus, sed verborum syntaxim attentè considerandam esse dicimus, quæ hæc est: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te, & quem misisti* IESVM *Christum, esse solum verum Deum, vt Te, & quem misisti* IESVM *Christum, subiecta sint in hac propositione. Et, Solum verum Deum prædicata de vtroque subiecto. Huic expositioni astipulari videtur Ioannes, 1.Ioan.5.d.20. cùm dicit: Scimus autem quòd Filius Dei venit, & dedit nobis mentem, vt cognoscamus illum, qui verus est, & sumus in vero, in Filio* IESV *Christo. Hic est verus Deus, & vita æterna. Hîc eisdem planè verbis vtitur Ioannes, quibus Christus Ioan.17.a.3. Vsus est, adeò quidem, vt hic locus illius expositio quædam sit. Nam & cognitionis meminit, & vitæ æternæ, & Patrem ac Filium verum Deum vocat, & quid excludat, explicat. Vide suprà lib.1. collationem horum duorum Ioannis locorum.*

Personaliter, *&c. Vide literam A.*

Attributis, *&c. Vide literam B.*

A. Persona-

A. Personaliter, *cùm proprietas Patris vel Filij vel Spiritus Sancti interna exprimitur, vel tacitè intelligitur, vt cùm dicimus solus Pater generat. solus Filius genitus est, vel cùm additur aliquid vnde facilè colligi possit particulam, Solus, ad certam personam referri, vt Iudæ 1.a.4. & Christum qui solus est Deus ac Herus. Sic enim vetusti quidam Codices habent, & certè solius Filij fit mentio in Epistola Petri vnde hæc desumta sunt.*

B. Attributis *Dei, vt 1. Tim. 1. d. 17. soli sapienti Deo, immortali, inuisibili, &c. Hic enim nomen Soli non ad Deum, sed ad epitheta refertur, & Deo, refertur ad omnia. Vide & 2. Paral. 6. c. 30. Psal. 82. d. 19. Rom. 16. a. 4. 1. Tim. 6. d. 16. Hæc verò epitheta Filio etiam & Spiritui Sancto tribuuntur, vnde manifestum est particulam Solus, non excludere Filium & Spiritum Sanctum, in his locis, sed commentitia nomina quibus hæc epitheta rectè tribui non possunt. Filius solus sapiens dicitur in Iudæ epistola. Quod quidem Filio tribui ex præcedentibus & consequentibus constat. Ea enim quæ præcedunt, Paulus Col. 1. d. 22. Filio tribuit, vt sisteret, inquit, nos sanctos & inculpatos coram se. Sed & consequentia Filio Dei tribuuntur. Seruator enim dicitur noster, &c.*

Operibus *Dei, vt Psal. 72. d. 18. Qui facit mirabilia solus, 1. Sam. 10. d. 19. solus firmauit vos, &c. Cæterùm cùm hæc etiam opera sæpe in scripturis Filio & Spiritui Sancto tribuantur, neq; hîc particula, Solus, ab operibus diuinis, Filium & Spiritum Sanctum excludit.*

De significationibus vocabuli Vnus, & phrasibus quibusdam Scripturæ, quæ particulam Vnus sibi coniunctam habent.

OBSERVA Lector;

Quid vnus significet: accipitur enim quandoq; pro

- Primo, *vt Matth. 28. a. 1. vna Sabbati, pro prima, 1. Corinth. 16. a. 1. Act. 20. b. 7.*
- Solo, *1. Tim. 2 b. 5. vnus est Mediator Dei & hominum, &c.*
- Paucis, *vt Gen. 29. b. 14. fuerunt in oculis eius vnus dies, id est, pauci dies. Vide Esa. 10. Zach. 3.*
- Alio, *vt Matth. 6. c. 24. Aut enim vnum odio habebit.*
- Quodam, *idq; more Hebræorum. Hebræi enim vnum dicere solent, quod Latini quidam dicunt, vt vno die, pro quodam die, vnus Scriba, pro quidam. sic Matth. 21. c. 19. vnus accipitur cum videret IESVS fici arborem vnam in via. Et Luc. 20. a. 1. In vno dierum.*
- Vnum, *Gal. 3. c. 16. Omnes enim vos vnus estis in Christo IESV. Vnus estis, id est, nullum planè inter vos discrimen est. Vnus enim Christus est omnia. Omnes autem sumus eiusdem corporis membra, docti, inopes, ingenui, serui, mares, fœminæ, &c. Sic etiam vnum in neutro pro vnus ponitur, vt Ioan. 10. f. 30. Ego & Pater vnum sumus, & 1. Ioan. 5. a. 7. & hi tres vnum sunt.*

Quid phrases istæ valeant: Vnũ

Esse, *hoc iuxta personarũ & rerum quibus iũgitur diuersitatẽ, diuersa significat. Tribuitur autem*

- Patri, *Filio & Spiritui Sancto, 1. Ioan. 5. a. 7. vbi vnum pro vnus ponitur. Vnum ergo esse significat horum trium vnam ac eandem esse naturam diuinam. Sic accipitur & Ioan. 10 f 30. Ego & Pater vnum sumus. Id quod ex præcedentibus & consequentibus satis constat. Dixerat enim Christus: Ego vitam æternam do eis, neq; rapiet eas quisquam de manu mea, & mox subdit: Nemo potest eas rapere de manu Patris mei. Addit statim: Ego & Pater vnum sumus. Vnde perspicuum est de natura, potentia, voluntate & operatione eum loqui non de consensu. Quod Iudæi rectè intelligentes lapidare eum contendunt: dicentes cùm homo sis, facis teipsum Deum.*
- Patri & Filio, *Ioan. 17. d. 21. Vt sint vnum sicut nos vnum sumus. Vbi de consensu & concordia intelligitur.*
- Spiritui *aquæ & sanguini, quæ in terra de Christo testificantur, 1. Ioan. 5. b. 8. Hic etiam vnum esse de concordia & consensu intelligitur, quòd hi tres testes inter se conueniant ac de vno testificentur. In editione Hispana Græca non additur quòd hæc tria quæ in terra testificantur, vnum sint, vel in vnum sint. Sic enim in Græco legitur.*

Fidelibus *in Christũ credẽtibus. Hac ratione vnũ esse dupliciter sumitur: Significat*

- Nullum *inter fideles esse discrimen, quod ad Christum attineat. Vnus enim Christus est illis omnia, Col. 1. a. 21. Differũt quidem fideles inter se, officiis, donis, & dignitate, omnes tamen eiusdem capitis membra sunt, hoc modo accipitur, Gal. 3. c. 16. Non est Iudæus neq; Græcus, nõ est seruus neq; liber. Omnes enim vos vnus estis in Christo IESV. Obseruabîc. Vnus, particulam, multis tribui, vnde constat hanc particulam non semper strictè accipiendam esse, ac vnum plura esse posse. Id quod in rebus etiam naturalibus cerni potest. Vide & Ioan. 17. d. 21. Vt omnes vnum sint, &c.*
- Concordiam, *consensum ac vnitatem electorum in verbo, fide, cultu, dilectione, Act. 4. Hæc vnitas inter nos esse non potest nisi Patris & Filij imaginem referamus, vt Ioan. 17. d. 21. dicitur, vt sint vnum sicut nos vnum sumus.*

Esse *Deum, &c. Vide literam A.*

Esse Deum. Hoc ad essentiam Dei refertur. Quod enim ad essentiam vnus est & solus verus Deus, qui Mundum hunc ex nihilo condidit, & eundem suo nutu gubernat, vnus inquam Deus non genere, nec specie, nec subiecto, nec definitione, nec continuo aliquo, sed numero essentiali. Cùm autem dicimus vnum esse Deum, non excludimus incomprehensibilem illam Patris & Filij & Spiritus Sancti coniunctionem, sed vel proprietatem aliarum personarum vel vanorum deorum pluralitatem. Id quod ex Scripturis manifestissimum est. Addi enim solet exclusiuæ interpretatio, vt Deuter. 32. b. 12. solus Dominus duxit eum, & mox subditur: & non fuit cum eo Deus alienus, Esa. 2. c. 17. Dominus solus exaltabitur in die illa, & subditur: Idola autem in vniuersum permutabit. Vide & Zach. 14. c. 9. Esa. 45. Sed & aliâs particula Solus, non omnes, sed aliquos tantùm excludere solet, vt Ioan. 8. b. 9. relictus est solus, accusatores excludit non turbam aut mulierem. Et Mar. 6. Solus particula discipulos excludit.

A. Hinc illæ regulæ: A solo vnus non separatur, in vno non solus intelligitur, in non solo vnus significatur. Vnitas essentiæ Dei Filium à natura & veritate Dei non auertit. Vnum sunt in natura quæ eadem habent naturæ nomina. Vnus in vno permanens vnum non discernit ab vno. Vide Tabulam Regularum.

Fore Deum, Zach. 14 e. 19. In illo die erit Dominus vnus. Id ad agnitionem vnius Dei refertur quæ in totum orbem sit propaganda, & quæ simul effectura sit vt qui prius in diuersas Sectas scissi erant, in vnius ac veri Dei cognitione ac cultu coalescant.

Facere ex vtrisque, Eph. 2. c. 14. quo dicto significat Paulus vnam ex Iudæis & Gentibus factam esse Ecclesiam. Magna siquidem inimicitia inter circumcisionem & præputium intercesserat, sed Christus veluti sequester pacem composuit, &c.

Et vnum, pro sigillatim, Esa. 27. d. 12. vos ô filij Israel vnus & vnus congregamini.

De phrasi Vnum esse, Ioan. 17. d. 21. 1. Ioan. 5. b. 7. Galat. 3. d. 28.

QVOTVPLICITER dicatur vnum esse. Nam ratione adiunctorum diuersa significat. Aliud enim est

- Omnes vnũ esse, quæ phrasis pro ratione generis significationẽ variat. Aliter enim accipitur in
  - Masculino genere. Gal. 3. d. 28. Omnes vos vnus estis in Christo IESV, vbi æqualitatis vnitas significatur. Significat enim Paulus nullum inter fideles esse discrimen, quod ad Christum attinet. Vnus enim Christus est illis omnia, Col. 1. d. 24. Omnes vnius capitis membra sumus.
  - Neutro genere, et hoc dupliciter: Aliud enim est omnes vnum esse
    - Simpliciter, vt Ioan 17. d. 21. Vt omnes vnum sint. Hoc enim de vnitate consensus, concordiæ, societatis, & mutui amoris intelligitur.
    - In Patre & Filio, Ioan. 17. d. 23. Vt & ipsi in nobis vnum sint, Id quod de vnitate fidei ac spiritus intelligit, de qua Eph. 4. a. 4. Hæc enim vnitas vera & fide & pura charitate erga Patrem & Filium cõstat. Nam fide & charitate in Patrem & Filium transferimur, vt iam non in nobis, sed in illis viuamus. Fides ergo & charitas Christiana, certissima signa sunt gratiæ, amicitiæ, coniunctionis, præsentiæ & fauoris diuini. Hæc vnitas non est nisi ex dono Dei & Spiritu. Spiritus carnis est Mundi, non est Spiritus vnitatis, sed discordiarum. Inter impios non est vna fides. Alius credit in Ieiunium suum, alius in Missam: vera igitur vnitas inter solos Christianos, qui vnius sunt spiritus & fidei. Hanc societatem Ioannes, 1. Ioan. 1. a. 6. Societatem cum Patre & Filio. Idem Ioan. 14. 1. Ioan. 2. a. 3. mansionem in Patre & Filio appellat.
- Tres, id est, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum vnum esse, 1. Ioan. 5. a. 7. Et hi tres vnum sunt. Hic enim trium vnitas significatur, & vnum pro vnus accipitur, ceu præcedenti tabula fusius dictum est.
- Patrem & Filiũ vnum esse. Hoc dupliciter accipitur. Significat. n.
  - Consensum, vel cõcordiam, Ioan. 17. d. 21. vt sint vnum sicut nos vnum sumus. Vnde & vnanimiter Apostolos Spiritum è cælo promissum accepisse Lucas scribit, Act. 2. a. 1.
  - Essentiam, vt Ioan. 10. f. 30. Ego & Pater vnum sumus. Hic enim non de consensu agi ex præcedentibus & consequentibus facilè constat. Præcedentia enim eandem vim & potentiam Filio tribuunt quàm Patri. Ex Iudæorum verò facto & verbis liquet & de vnitate essentiæ non de consensu tantum hæc dici. Dicunt enim ob blasphemiam te lapidamus, quia cùm homo sis, facis teipsum Deum. Quare hîc vnum pro vnus ponitur.
- Spiritum aquam & sanguinem vnum vel in vnum esse, 1. Ioan. 5. b. 8. Hic enim consensum significare certum est, nisi per tropum ista accipere velis, Spiritum, aquam & sanguinem, vt per Spiritum Patrem, per sanguinem Filium, per aquam Spiritum Sanctum intelligas. Hæc enim ratione in vnum esse, phrasis est Hebraica, vt in vnum esse pro vnum esse ponitur, vt illud 2. Reg. 7. c. 14. Ego ero ei in Patrem, id est, Pater. Ipse erit mihi in Filium, id est, Filius. De hac re vide tabulam de duobus locis mysterium Trinitatis approbantibus.

Quot

Quot modis Vnitas accipiatur.

- VNITAS aliter dicitur in
  - Philosophia. *Hic enim vnum esse dicitur vel*
    - Genere,
    - Specie,
    - Subiecto,
    - Definitione,
    - Continuo,
    - Numero, *&c.*
  - Theologia, *vbi vnitas multis modis intelligitur. Dicitur enim vnitas vel respectu*
    - Essentiæ *Dei, vt Deut. 6. a. 4. 1. Ioan. 5. a. 7. Ioan. 10. f. 30.*
    - Personæ, *vel Patris vel Filij, vt 1. Corinth. 8. b. 8. vel Spiritus Sancti, vt 1. Cor. 2. b. 8. 2. Cor. 14. Eph. 2. Phil. 1. d. 27.*
    - Concordiæ *& consensus, Ioan. 17. d. 21. Act. 4. g. 32. Erat credentium vnum cor & vna anima.*
    - Æqualitate, *Ioan. 10. f. 30. Ego & Pater vnum sumus, Galat. 3. d. 28. Omnes vnus estis in Christo* IESV.
    - Fidei, *Eph. 4. a. 6. donec perueniamus omnes in vnitatem fidei.*
    - Spiritus, *Eph. 4. a. 3. studentes seruare vnitatem Spiritus, &c.*

Vniri quot modis dicatur.

- VNIRI dicuntur alia
  - In *natura vel essentia, vt quæ in vnam conueniũt naturã, siue id fiat*
    - Absque vlla *commixtione, concretione vel conuersione vt tres personæ diuinæ sunt vnica simplicissima vsia.*
    - Sola *compositione vt anima & corpus, tanquam partes essentiales coeunt ad eam vsiam constituendam quæ est homo.*
    - Interueniente *aliqua permixtione aut conuersione, vt in elementorum transmutatione & mixtis rebus euenit.*
  - Personaliter, *quæ sic iunguntur vt sint vna & eadem hypostasis, sicut anima & corpus ad constituendam vnam naturam humanam, vt in vnam personam siue in vnum individuum coeant. Huius generis quoq; est vnio duarum naturarum in Christo ad vnam hypostasim siue personam constituendam coeuntium, absque vlla vel ipsarum naturarum vel essentialium proprietatum confusione. Vnionem autem dicimus naturarum non hypostasium ne ex duabus hypostasibus vna coaluisse videatur, cùm vna sit in Christo subsistentia, ipsius videlicet Verbi propria, in qua etiam subsistit altera assumta vel humana. Sicut igitur in Deo tres sunt personæ in vna eademque natura conuenientes, ita in Christo sunt duæ naturæ in vnam Filij personam coniunctæ. Ac vt tres personæ non sunt tres Dij, sed vnus Deus propter simplicissimam trium personarum in vnam eandemq; naturam vnionem, ita non sint duo Christi, sed vnus Christus propter duas perfectas non hypostases, sed naturas, non ad vnam tertiam naturam constituendam coniunctas, sed in vnam Filij hypostasim, in qua vtraq; natura sustentatur, vnitas.*
  - Spiritualiter, *vt est Christi nobiscum coniunctio quæ fit per fidem, Spiritus Sancti verò virtute & vinculo. Christus ac credentes tum procul quod ad locorum interuallum attinet dissiti ita connectuntur, vt in spirituali ista copulatione, Christus quidem instar capitis, Ecclesia verò sit corporis instar, ab illo videlicet vno capite spiritualem vitam hauriens.*
  - Solius *consensionis habita ratione vt Ioan. 17. Vt sint vnum, &c. & Act. 4. g. 32. Credentium erat cor vnum & anima vna.*
  - Consortio *& consuetudine, vt Gen. 2. d. 24. Erunt ambo in carne vnam. Vide 1. Cor. 3. b. 8. 6. d. 16.*

Quid & quomodo Filius à Patre accipere dicatur.

ACCIPIT Filius à Patre aliquid

Ab æternò, Origine, non essentiæ vel tẽporis, sed personæ natura æterna & ineffabili generatione, quatenus videlicet Filius Dei est naturalis. Hìc disce:

Quæ accipiat à Patre Filius nascendo. Omnia videlicet quæ habet Pater ad naturam & manifestatem diuinitatis pertinentia, Iuxta illud: Pater diligit Filium & omnia dedit ei in manum eius, Ioan.3.d.35. & Ioan.16.c.15.omnia quæ Pater habet, mea sunt, & Ioan.17.b.10.

An etiam Deitatem à Patre acceperit Filius. Non est alia vera quàm vnica singularissima & simplicissima Deitas, quæ sit à seipsa, quoniam si alium haberet ἄιτιον, Deitas non esset. In hac verò vnica & eadem Deitate, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum verè & reipsa subsistere dicimus. Vnde fiat vt nõ sint plures Dij, sed vnus Deus. Verum longè aliud est quærere, qualis sit Filij Deitas quàm vnde illam habeat. Ad illud respondendum est, quod antè diximus, vnicam esse Deitatem Patris & Filij (absolutè videlicet & sine relatione consideratam) quoniam vnius & quidem totius Deitatis communicatione, non autem aliqua essentiæ cuiusquam secundæ ex prima essentia, propagatione (quod monstrum Gentilis essentiationem vocabat) genitus sit à Patre Filius. Ad istud verò ducendum est, Filium eam ipsam Deitatem, quæ Patris est, habere, non ex sese, sed ex Patre. Qua in re (non autem in ipsa essentia) notatur personarum Patris & Filij discrimen. Aliud enim est ipsum esse quàm ὑπαρξίας modus. Ideo dicunt Scholastici, Filium per se quidem esse, à se tamen non esse. Per se est, quia vitam habet in semetipso, Ioann.5.d.26. propriam gloriam habet, 2.Pet.1.a.3. Ioan.17.a.3. Per se dominatur, Esa.40.a 2. Per semetipsum purgauit à peccatis, Hebr.1.a.3. &c. Vide Tabulam quòd Filius propriam habeat diuinitatis substantiam. Huc pertinet & Augustini regula, Christus ad se Deus dicitur, ad Patrem Filius dicitur. Rursus, Pater ad se Deus dicitur, ad Filium dicitur Pater. Quod dicitur ad Filium Pater, non est Filius; quod dicitur Filius ad Patrem, non est Pater, Quod dicitur ad se Pater & Filius ad se, est idem Deus. Ergo cum de Filio sine Patris respectu simpliciter loquimur, bene & propriè ipsum à se esse asserimus & Iehouam appellamus, eò quòd ex seipso suum esse habet & omnia, & ideo vnicum vocamus principium. Cum verò relationem, quæ illi cum Patre est, notamus, Patrem Filij principium meritò facimus, & Filium à Patre accepisse aliquid dicimus. Dicitur ergo Filius à Patre omnia accipere vt Filius non vt Deus. Ita essentia eius principio caret; personæ verò principium est ipse Pater. Hinc Hilarius: Datio paterna sumptæ natiuitatis est professio. Item data à Patre non infirmant diuinitatem Christi, sed affirmant. Item quod non degenerat in genere, debet quidem authori causam natiuitatis suæ, naturam tamen ex se non amisit authoris. Item: A se vel ab alio esse aliam naturæ speciem non constituit. Etsi autem credentes quoq;, qui sunt Filij Dei, diuinæ naturæ participes sint, 2.Pet.1.a.4. non tamen in se habent essentiam Dei hoc modo, vt ea ipsorum sit essentia vt Filij naturalis, sed quia Deus, qui omnibus rebus adest, in his peculiariter donis suis & efficacia Spiritus inhabitabit. Si enim credentes filij Dei essent communicatione essentiæ, non dicerentur adoptiui, qui Spiritum adoptionis Filiorum Dei acceperunt. Et certè aliud est communicari alicui essentiam Dei generando, quod Christo soli conuenit, & aliud naturæ diuinæ participem fieri.

Quomodo accipiat hæc. Nascendo non vt alienum, sed vt proprium, & accipit vt Filius non vt Deus, & ab æterno non ratione essentiæ, sed personæ. Accipit vitam à Patre nascendo non vt ab eo dependeat vt nostra vita, sed quia nascendo accepit, naturâ habet & ita in seipso habet, sicut Pater, Ioan.5.e.26.

Cur accipiat? Quia Filius sit Patris æterni.

Temporaliter: & hoc dupliciter:

Manifestatione seu patefactione diuinitatis Filij, idq; nostri respectu, vt tum Filius à Patre accepisse dicatur omnia, dum nobis per illius spiritum reuelatur, omnia quæ Patris sunt, esse & Filij. De hoc accipiendi genere dicitur Apoc.5.c.15. Dignus est agnus accipere virtutem, diuitias & sapientiam & fortitudinem & honorem, & gloriam & benedictionem, &c. Hoc modo & Patri accipere tribuitur, vt Apoc.4.c.11. Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem & potentiam, quia tu creasti omnia. & Apocal.11,c.17. Accepisti potentiam tuam magnam & regnum. Dicitur autem Pater accipere gloriam & potentiam, &c. dum virtutem suam exerit, hostibus debellatis prorsus, vel dum nobis manifestatur, omnia in manu illius esse. Nam vbi primas in Mundo obtinent impij, non apparet Dei virtus, nec videtur ipse regnare, sed impij. Sic Pater tradente Filio regnum accipere dicitur, 1.Corinth.15.d.24. vbi regni traditio non significat regni translationem à Filio ad Patrem, vt Filio iam cessante, solus Pater inciperet regnare, sed victorem & quasi triumphantem Filium superatis hostibus, & commisso sibi munere, quod ad Christi regnum in hac vita pertinebat, adimpleto, Ecclesiam, quæ regnum suum est, conseruatam & resuscitatam ac ornatam cælesti gloria, in conspectum Patris adducere. Hoc enim tradendi verbum hoc loco significat. Nam & Paulus traditionem regni ponit in eo, vt omnes principatus & potentates aboleat, & omnes inimicos subiiciat sub pedes suos. Accipit verò Pater regnum, id est, Ecclesiam, dum eam acceptat & promissam mercedem illi ex sua gratia reddit, & quod antea in spe erat, reipsa illi reuelabit, 1.Corinth.13.c.12.1.Ioan.3.a.3. Sic & Spiritus Sanctus à Filio accipere dicitur, quia nihil seorsim Spiritus nobis confert, sed à Christo sumit, quod in nos transfundat.

Quatenus Filius hominis est, &c. Vide literam A.

A. Quatenus

A. Quatenus *filius hominis est, Ioã. 5.d.27. Hic discite:*

- Quid *hoc modo accipiat Filius à Patre? Omnia videlicet quæ ad mediationis officium pertinent, vt vitam, imperium, potestatem, Matth.28.c.18. Ioan.5.d.24. Nomen omnibus reuerendum, Phil.2.b.9. Quod enim Filius iure suo semper apud Patrem habuit, hoc illi in persona Mediatoris datum est, atque ita patefactum nobis in Christo homine quod in Deo reconditum esset & vita prius inaccepta, nunc in promtu est.*
- Quomodo *accepit? Non nascendo, sed donando. Item non ad mensuram, Ioann. 3.g. 34. quasi gratiæ, qua pollet, facultas ad aliquem modum finita sit, quemadmodum Paulus docet singulis distribui secundùm donationis mensuram, ita vt nemo vnus ad plenum abundet, 1.Cor.12.c.11. Eph.4.b.8. Et certè Spiritum absq; mensura in Christo residere oportuit, vt hauriamus omnes ex eius plenitudine, Ioan.1.c.16. Col.1.c.19. quoniam in eo placuit Patri vt omnis plenitudo inhabitaret. Hac nota Filius Dei ab omnibus sanctis discernitur.*
- Cur *accepit hæc? In rem nostram: nobis enim ea omnia communicat. Non enim sibi Christus accepit quasi indigeret, sed vt nos locupletaret sua opulentia, & vt subiiciat nobis omnia, 1.Cor.3.d.21. Omnia vestra sunt, &c.*

De vocabulo Dandi.

DANDI verbum tribuitur

- Deo: *aliter autem dat Deus*
  - Filio, *cui dat dupliciter:*
    - Ab *æterno. Sic dat Pater Filio, generando: & dat omnia quæ ipse habet ad naturam & maiestatẽ diuinitatis pertinentia. vide Ioan.3.d.35.16.17.a.6. Filius verò accepit hæc non vt aliena, sed vt propria, sicut & Filius carnalis accipit bona à Patre non vt aliena, sed vt propria. Accipit autẽ non ratione essentiæ, sed personæ. Cùm enim Filius ad Patrem refertur, Patrem Filij principiũ merito facimus ratione ordinis. Cùm aũt de Filio simpliciter sine Patris respectu loquimur, bene & propriè ipsum à se esse assermus & Iehouam appellamus, eò quòd à seipso suum esse habeat & omnia. Huic Petrus 2.Pet.1.a.4. sicut eius diuina potentia omnia nobis largita est quæ ad vitam & pietatẽ pertinent, per agnitionẽ eius qui vocauit nos propria gloria & virtute. Sic enim quidã Codices Græci habent ἰδίᾳ δόξῃ, & melius videtur fluere sententia. Hic locus haud dubiè de Christo intelligitur, præcipuè verò posterior particula, cùm dicit: per agnitionem eius qui vocauit nos propria gloria & virtute. Cùm enim omnia ad vitam & pietatem pertinentia, nobis à Deo donata esse dixisset: In qua re aut per quem nobis ea donata sint, subiicit: Per cognitionem, inquit, eius qui vocauit nos. Donantur enim hæc nobis per fidem in Christũ, quæ cognitio Christi est. Gloria verò hoc loco sicut & apud Ioan. cap.17. a.5. pro æterna maiestate Filij ponitur seu diuinitate. Iam cùm propriam gloriã habeat & virtutem, habet certè propriam diuinitatis substantiam, nõ mutuatitiam diuinitatem. Ita essentia eius principio caret, personæ verò principium est ipse Pater.***
    - Tempora-liter: *fit hoc dupliciter*
      - Manifestatione, *vt tũ Pater omnia Filio dedisse dicatur, nostri quidẽ respectu, dum nobis per illius Spiritũ reuelatur, omnia q̃ Patris sunt esse & Filij, licet ea vt verus Deus cũ Patre ab æterno habuerit. vide Apoc.5.d.24. Act.10.g.42.***
      - Donatione *non generando, & dat Pater Filio omnia quæ ad mediationis ministerium pertinent & ius redemtionis: Item vitam, imperium, potestatem iudicandi, Ioan.5.d.22. Nomen omnibus reuerendum, Phil.2.b.9. Quod enim Filius iure suo semper apud Patrem habuit, hoc illi in persona Mediatoris datum est. Accipit autem hæc Filius in rem nostram. Nobis enim ea omnia communicat.*
  - Hominibus: *& tum ponitur pro*
    - Ordinare, *vt 2.Timot.1.c.9. secundum suum propositum & gratiam quæ data est nobis per Christum* IESVM *ante tempora æterna, &c. vbi dandi verbum pro ordinandi verbo ponitur, & tempora secularia pro longo seculorum ordine vsurpat Paulus, sicut & Tit.1.a.2.*
    - Donare *suis fidelibus quæ vult, 1.Cor.12.b.7.* (*dis tui.*
    - Concedere *quod bonũ est, Psal.36.a.4. Is dabit tibi omnes petitiones cor a*
    - Permittere *quod malũ est, Rom.11.a.8. dedit illis Spiritum cõpunctionis.*
    - Deiicere, *Esa.41.a.2. Dabit eos in puluerem gladio suo.* (*ribus.*
- Hominibus: *& tum ponitur pro*
  - Distribuere *vel frangere, vt Luc.6.f.38. date & dabitur vobis, Mat.19.c.21. da pauper*
  - Ponere, *Gen.42.d.22. Et dedit nos, id est, posuit in custodiam quasi exploratores terræ.*
  - Permittere, *Exod.3.c.19. Non dabit Rex Ægypti vt abeatis.*
  - Donare, *vt, Hæc omnia tibi dabo, Matth.4.d.9.*
  - Instituere *seu patefacere aditum ad rem aliquam cognoscendam, vt Prouer.9.c.9. da sapienti & sapientior erit. Luc.1.g.77. ad dandam scientiam plebi eius.*
  - Iubere *vel dicere, vt Mar.10.f.37. Da nobis vt vnus tibi à dextra & alter tibi à sinistra sedeat in gloria tua. Id quod Matthæus cap.20.c.23. verbo dicendi vel iubendi expressit.*

De verbo Faciendi quo Seruetiani in Cap.1.a.3. Ioannis, abutuntur.

FACERE verbum ponitur, vel

- Simpliciter, *absolutè, non adiuncto aliquo casu, & tum accipitur pro*
  - Conari *vel studere, Exod. 8. b. 7. fecerunt quoq; sic incantatores incantationibus suis, vt producerent pediculos, sed nō potuerunt.*
  - Exaudire, *vt Psal.37.a.3. Commēda Domino viam tuam & ipse faciet, & Ioan.14.c.13. si quid petieritis nomine meo, ego faciam.*
- Adiuncto *aliquo personæ vel rei casu: Idque vel*
  - Datiuo *tantùm & tum accipitur pro*
    - Sacrificare, *Exod.5.c.13. vt faciamus, id est, sacrificemus Domino Deo nostro.*
    - Debere, *Deut. 3. a. 2. Tu facies illi quemadmodum feciſti Sehon Regi Amorrhæorum.*
    - Tribuere, *Hoſ. 2. b. 8. Neq; ipſa agnouerat quod ego dediſſem ei frumentum, vinum & oleum, quodq; ei multum auri & argenti contuliſſem, quæ ipſi Baal fecerunt.*
  - Datiuo *& accusatiuo ſimul, & tum accipitur pro*
    - Mandare, *Gen.3.d.21. Fecit Deus Iehouah Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, id eſt, iuſſit eos togis pelliceis veſtiri. Neq; enim ſic accipere conuenit hæc verba, quaſi fuerit Deus pellifex, aut miniſter ad veſtes conſuendas, ſed quòd diuinitus ad hoc inducti fuerint vt mactarent animalia aliqua, quorum ſe corio tegerent.*
    - Parare, *Gen.6.c.14. Fac tibi arcam.*
  - Accuſatiuo, *vel ſolo vel cum ablatiuo, & tum tribuitur vel*
    - Deo: *& ſic facere ponitur pro*
      - Creare, *Geneſ.1.c.16. Fecit Deus duo luminaria magna. Eſt enim creare, facere aliquid, verùm non mox idem eſt facere quod creare. Nam creare eſt aliquid ex nihilo condere, quem ſenſum, verbum faciendi non habet, vt illum Lectori confeſtim offerat. Multo minus igitur verbum faciendi pro recreandi verbo vſurpatur, vt aduerſarij volūt. Certè Moſes verbo faciendi et creandi promiſcuè vtitur, Gen.1.a.1.d.26. ſic accipitur verbum faciendi & Ioan.1.a.3. Omnia per ipſum facta ſunt. De noua enim creatione exponi non poteſt. Dicit enim, nihil abſq; hoc factum eſſe, vt iſta creatio ad omnes res creatas ex æquo pertineat. Noua autem creatio non ad omnes, ſed ad electos tantùm pertinet. Quare & Paulus Coloſſ.1.c.16. per voculam Omnia, viſibilia & inuiſibilia complectitur, & Angelos ipſos. Noua autem creatio non Angelorum, ſed hominum reſpectu dicitur. Pro eodem autem vſurpat Scriptura creare cœlum & terrā, Gen.1.a.1. perficere cœlum & terram, Gen.2.a.1. facere ſecula, Hebr.1.a.2. perficere ſecula, Hebr.11.a.3. facere Mundum, Ioan.1.a.3.10. facere omnia. ibidē, creare omnia, Coloſſ.1.c.16. facere cœlum & terram, Act.4.c.24. Apoc.14.b.7. facere omnia viſibilia & inuiſibilia, & c.Col.1.c.16. Facere ergo & creare de prima creatione intelligi debent non de noua, niſi addatur particula diſcretiua (noua) quæ creationem à creatione diſcernat. Tum enim de noua creatione intelligi manifeſtiſſimum eſt. vt Eſa. 66. d. 22. ſint cœli noui & terra noua quæ conditurus ſum, ſtant coram me, &c. 2.Corin.5.c.17. Vetera præterierunt & noua facta ſunt omnia. Sic & Apoc.21.a.1. Hinc & innouatio per Chriſti Spiritum noua creatura vocatur à Paulo, 2.Corinth.5.c.17. Gal.6.d.26.*
      - Redimere, *Luc.1.g.51. & fecit redemtionem populo ſuo.*
      - In *melius commutare & reſtituere omnia, Apoc.21.b.5. Ecce noua facio omnia, id quod in regeneratione futuri ſeculi fiet.*
      - Res *magnificas agere, vt Pſal.118.c.16. dextra Dei fecit virtutem.*
      - Deligere, *Apocal.1.b.6. fecit nos Reges & Sacerdotes.*
      - Conſtituere, *Heb.3.a.2. Qui fecit ipſum, vide & Act.2.d.22.*
    - Hominibus, *&c. Vide literam A.*

A. Homi-

A. Hominibus: & tum Facere accipitur vel in

- Horam, pro operari, Matth. 20. b. 12. bi nouissimi vnam horam fecerunt, id est, operati sunt.
- Iuuencum, pro mactare vel coquere, Genes. 18. c. 9. Vt faceret illum, vt scil. mactaret & coqueret. Neq; Scriptura solùm verbum faciendi pro mactare & coquere vsurpat, sed & vulgatus loquendi vsus, quo pisces facere dicimus eum, qui pisces ad coquendum parat.
- Animas, pro acquirere, Gen. 12. a. 5. & tulit animas quas fecerunt in Charan.
- Veritatem, de veritate sibi conscium esse ac vnitati studere, Ioan. 3. c. 21. Qui facit veritatem venit ad lucem.
- Legem, pro, studio faciendi legem & præcepta teneri.
- Bonum, quod non est simpliciter aliquid facere quòd in se bonum sit, sed beneficentiæ studio indesinenter incumbere. Sic accipitur, Psal. 13. a. 3. Non est qui faciat bonum.

Bonam partem. Sic dicimus facere

- Voluntatem Dei, exercere se ad voluntatem Domini, ac his quæ Dominus mandauit, magno studio incumbere. Matth. 7. c. 21. sed qui fecerit voluntatem Patris.
- Iustitiam, Gen. 18. g. 24. Ezech. 33. c. 13. Mich. 6. c. 8. rectitudinem ac humanitatem quam colimus cum fratribus nostris exercere. Quod fit dum studemus omnibus benefacere, ab omni autem noxa & fraude abstinemus.
- Iudicium, Gen. 18. g 25. Miseris & oppressis manum porrigere, tueri bonas causas, dare operam, ne debiles iniustè lædantur.
- Benedictionem cum aliquo, percutere fœdus cum aliquo & amicè transigere, Esa. 36. d. 16. Facite mecum benedictionem.
- Misericordiam, humanitatẽ præstare & bona fide agere cum aliquo, Gen. 24. c. 12.
- Signa, id est, edere, Ioan. 9. c. 16. Non potest homo peccator hæc signa facere.
- In Deo virtutem, pro, fortiter rem gerere, idq; Dei auxilio, Psal. 60. c. 14.
- Fructus dignos pœnitentia, Matth. 3. b. 8. pro, verè resipiscere & fructus animi verè resipiscentis edere.
- Cogitationem pro recordari, Ezech. 16. d. 34.
- Transire vocem, pro diuulgare, Exod. 36. d. 33.

Malam partẽ facere

- Peccatum pro studio peccandi teneri, etiamsi peccatum actu non perficiatur, Ioan. 8. d. 34. qui facit peccatum, seruus est peccati. Ipsum animi impij & corrupti studium, consilium, meditationem & propositum significat, & deprauatæ naturæ malitiam notat, vt perinde reprobi peccatum faciant, sicut malæ arbores malos fructus facere dicuntur. De bona arbore etiam hyeme dicimus. Hæc arbor bonos fructus profert. Sic Iudas proditor audit, Quod facis, fac ocius, Ioan. 13. c. 27. Vox faciendi verbum pro studio faciendi positum est. Actu enim corporis cœnabat, cogitatu & consilio Dominum prodebat. Sic 1. Ioan. 3. b. 9. Qui natus est ex Deo, peccatum non facit, id est, non tenetur desiderio & studio peccandi.
- Dolum: pro fraudulenter agere cum proximo, Psal. 101. a. 3.
- Mendacium, pro studere mendacio, Apocal. 22. c. 15.
- Fœtere, pro abominabilem reddere, Gen. 34. d. 30.

De participio Factus, Facta, Factum, circa illud, Verbum Caro factum est.

FACTVM ponitur vel

Simpliciter non adiuncto aliquo casu, & tum ponitur p

- Accidit, Luc. 5. a. 1. Factum est autem cùm turba irrueret ad eum, & Ioan. 14. d. 29. Vt cum factum fuerit credatis, Luc. 20. a. 1. Et factum est in vno dierum illorum, &c.
- Effectum est, vt Luc. 14. c. 22. Factum est, vt imperasti.

Adiuncto alio casu, vel

Nominatiuo, & tum tribuitur

- Deo, actiuè, & pro creatum, accipi solet, vt Gen. 1. a. 3. Facta est lux, scil. à Deo, id est, creata.
- Rebus creatis, & tum pro ceptum, poni solet, quemadmodum dicitur dies factus, cùm exortus est Sol, nõ cum peractus est dies. Item cœna facta, id est, cepta vel parata, Ioann. 13. a. 2. Nam pòst legitur Christus accubuisse & buccellam tradidisse Iudæ, & olim cœnaturi lauabant.

Nominatiuis duobus, & sequentia. Vide literam A.

A.
- Nominatiuis duobus, & accipitur pro
  - Fuit, *Psal.17.b.19. Factus est Dominus protector meus, 1.Corin.1.d.30. Qui factus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio, redemtio,* vel *factus est, id est, datus.*
  - Mutatum vel versum, *Exod.4.a.3. baculus factus est coluber.*
  - Vnitum, *Ezech.16.b.18. Facta es mea, id est,* vnita seu copulata mihi. *Sic accipitur & Ioan.1.a.1. Verbum caro factum est: loquitur enim copula de vnione personali duarum naturarum, vt sit sensus,* verbo vnita est, *humana natura, quam assumsit in aluo virginis. Videtergo quã bellè Franciscus Dauidis philosophetur, qui in fine refutationis antithesêon quasi triumphans dicit,* verbum fieri, nullum cum vniri habere commercium.
- Nominatiuo & accusatiuo cum præpositione Per, & tum factum, pro, ortum seu ceptum ponitur, *vt Ioann.1.c.17. Gratia & veritas per* IESVM *Christum facta est.*
- Datiuo & accusatiuo cum præpositione In, & tum ponitur pro fuit, *Psal.118.c.21. Factus es mihi in salutem.*
- Nominatiuo & accusatiuo cum præpositione Super, & ponitur pro venit. *Iudic.3.c.10. Factus est Spiritus Domini super eum, id est, venit & excitauit animum eius & donauit eum fortitudine.*
- Ablatiuo *cum præpositione Ex, & tum pro natum accipitur, Roman.1.a.3. Qui factus est ex semine Dauid secundùm carnem. Gal.4.a.4. Factum ex muliere.*
- Ablatiuo *cum præpositione Sub, & tum accipitur pro subditum, Gal.4.a.4. Factum sub Lege, id est, Legi subditũ.*
- Nominatiuo & ablatiuo cum præpositione à, & tum ponitur pro
  - Reuelatum, *Ierem.26.a.1. Factum est verbum istud à Domino.*
  - Effectum, *Psal.118.d.23. A Domino factum est illud.*

De verbo Creandi, Prouerb.8.d.25.

HIC discendũ, quid sit
- Creare. *Accipitur enim quandoque*
  - Propriè, & tum significat ex nihilo condere. *Genes.1.a.1. In principio creauit Deus cœlum & terram.*
  - Impropriè, *hoc modo varia significat*
    - Ex creatis producere nondum existentia, *vt Psal.104.g.30. Emittis Spiritum tuum & creantur.*
    - Efficere, *vt Psal.50.c.12. Cor mundum crea in me Deus.*
    - Ostendere, *vt Num.16.d.30. Si Dominus omnino noui quicquam creauerit, id est, ostenderit.*
    - Formam *dare rei alicui, vt Gen.1.c.21. Creauit Deus cetos magnos & omnem animam, &c. Ex illa enim informi & confusa massa, quæ fuit velut scaturigo totius Mundi, forma tantùm illis accessit, quam Moses creationem appellat.*
    - Immittere vel *inducere, vt Esa.45.a.7. Formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum.*
- Creatũ esse. *Significat enim*
  - Genitum *esse, cum hoc sapientiæ æternæ ac Filio Dei tribuitur, vt Prouerb.8.d.25. Eccl.24.c.14. Sic enim idem Syracides seipsum interpretatur, Ante omnem rerum naturam primogenita. Et verbũ Hebræum Canah id propriè significat, Prouer.8.d.23. vti suffragatur illud Gen.4.a.1. possedi virum per Iehouam, id est, genui, q Hebraicè p Canah expressum est. Sic gignere p creare vel facere ponitur, Deut.32.c.18. Petræ quæ te genuit oblitus es, &c. sicut ibidẽ exponitur, Dereliquit Deum factorẽ suum.*
  - Existere, *vt Eccl.31.b.15. Quid nequius oculo creatum est?*
  - Prodire vel *progredi, vt Eccl.37.a.3. O præsumtio nequissima vnde creata es? id est, vnde prodiisti?*
  - Patefactum *esse, vt Esa.48.b.7. Iam enim creata sunt recens, id est, indicata.*
  - Regeneratum *esse, sed tum Christi nomen additur, in quo regeneramur, Eph.2.b.10. Creati in Christo* IESV *ad bona opera.*
  - Cedere *in bonum vel in malum, vt Eccl.39.c.30. bona ab initio creata sunt bonis. Sic nequissimis bona & mala.*
  - Immittere vel *destinare, vt Eccles.4.a.6. Occupatio magna creata est omnibus hominibus.*

De verbo Formandi, Prouerb.8.d.24.

HIC DISCE: quid sit

- Formare. *Cùm Deo tribuitur significat*
  - Creare, *vt Gen.2.a.7. Formauit Deus hominem.*
  - Facere, *vt Psal.139.a.5. Tu formasti me, Iob.31.b.15. An nõ idem qui cõdidit me in ventre, condidit & illum & formauit eum in vno vtero?*
- Formatũ *esse. Tribuitur autem hoc*
  - Deo *commentitio, & tum pro existere ponitur, vt Esa.43.b.10. Ante me non est formatus Deus, neq; post me erit, id est, non extitit nec extabit vnquã alius præter me.*
  - Filio *Dei & tum nasci significat, vt Prouerb.8.d.25. Ante colles formata sum. Sic accipitur formari & in Paulo, Gal.4.c.19. quos iterum parturio donec formetur in vobis Christus. Porrò formari in nobis Christum & nos in Christo idem est. Nascimur enim vt simus in ipso nouæ creaturæ & ipse vicißim nascitur in nobis vt viuamus eius vitam. Formatur ergo & nascitur in nobis per fidem & regenerationẽ, vt iuxta illius vitæ formam dilectione & sanctis moribus versemur. Vide igitur ne in Salomone, formatum esse iuxta aduersariorum opiniones accipias, qui æternam Filij generationem negant, sed pro, genitum esse à Patre ab æterno. Cæterùm formari idem esse quod nasci ex Iob cap.15.a.7. perspici potest. Hæc enim ille velut Synonyma coniungit, formari & nasci. An non tu primus omnium natus es & formatus es ante colles? vbi membrum vnum alterius expositio est. Vnde perspicuum est ante colles, abyssos & aquas formatum esse, nihil esse aliud quàm sapientiam æternam seu Filium Dei ab æterno à Patre genitum esse, Prouerb.8.d.25.*
  - Homini, *Iob.15.a.7. & formatus es ante colles, & ponitur pro genitum esse, vt superiori membro expositum est.*

De verbo Habitandi, circa illud Coloss.2.b.9. In eo habitat omnis plenitudo Deitatis.

HABITANDI verbum pro ratione adiunctorũ diuersa significat. Tribuitur enim

- Deo: *Idq; vel respectu*
  - Christi, *in quo plenitudinem diuinitatis corporaliter inhabitare docet Paulus. Significat autem coniunctionem minimè temporariam, sed perpetuam. Vt enim apud Græcos differunt κατοικῶ, quo verbo Paulus Col.2. vtitur, & παροικῶ. Sic apud Latinos habitare & commorari. Sic enim Cicero: Natura, inquit, domicilium, non habitandi, sed commorandi dedit. Quamobrem etiam Petrus vitam nostram παροικίαν, id est, incolatum seu commorationem vocat, 1. Pet. 1. c.17. Certè cùm Paulus de Diuinitate Christi loquitur, Col. 2. b. 9. non dicit Diuinitatem commoratam esse in ipsius corpore, sed ipsam Deitatem, corporaliter, id est, ἐνοικεῖν habitare in Christo. Christi autem nomen totum Christum declarat, qui his verbis significatur verè & reipsa Deus esse, non participatione aut nuda sanctificatione, quasi diuinitas tanquam hospitio vsa sit ipsius corpore. Verbo igitur habitandi in Paulo, Coloss.2.b.9. Fixa & perennis coniunctio declaratur. Id verò aliàs manendi verbo in Ioanne exprimitur, vt Ioan. 1. d.32. Spiritus quasi Columba de cœlo descendens mansit super eum. Item Ioan.14. c.10. Pater, inquit, qui in me manet, &c. Ab his enim Filius disiungi non potest.*
  - Fidelium *in quibus habitare dicitur Pater, Filius & Spiritus Sanctus, Ioan.14. d.23. 1.Corin.3.c.16. Spiritus Dei habitat in vobis. Dicitur autem Deus in fidelibus habitare non essentialiter, sed participatione, sanctificatione, illuminatione, &c. Porrò hanc etiam habitationis diuinæ rationem Ioannes ipse manendi verbo expressit, Ioann. 14. d.23. Et ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus, & 1.Ioan.4.c.12. Si diligimus nos inuicem, Deus in nobis manet. Item qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo.*
  - Defensionis *piorum, Psal.90. b. 9. Domine tu habitaculum nobis fuisti per omnia secula, id est, refugium.*
- Filio *Dei in carne manifestato, Ioan. 1. b.14. & habitauit inter nos. Vbi habitandi verbum pro commorari accipitur. Significat ergo Ioannes Christi moram apud nos temporariam fuisse, ac propterea, tempore præterito dixit, habitauit, non habitat: Quia desijt iam illa corporalis commoratio Christi inter nos, cùm iam in cœlestibus sedeat vbi nobis quærendus est per fidem.*
- Hominibus: *& ponitur pro*
  - Quiescere, *vt Psal. 15. a. 1. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: sequitur eum mox expositio, & quis requiescet in mente sanctitatis tuæ.*
  - Commorari *ad tempus seu Domicilium deligere, Matth.2.c.23. Et habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth.*

De verbo Manendi, circa locum Ioan. 14. c. 10. Pater autem qui in me manet, &c.

MANENDI verbum pro ratione adiunctorum diuersa significat. Tribuitur enim

- Deo, & hoc vel
  - Absolutè, & est Deum per Spiritum suum, qui fidem & dilectionem in nobis operatur, in nobis habitare. Spiritus enim fidei & charitatis vtrumq; coniungit, homini Deum & Deo hominem. Fides ergo & charitas Christiana, certissima signa sunt gratiæ, amicitiæ coniunctionis, præsentiæ & fauoris diuini. Id verò esse Deum in nobis manere ex 1. Ioan. 4. c. 12. colligitur. Si, inquit, diligimus nos mutuo, Deus in nobis manet. In hoc cognoscimus in eo nos manere, & ipsum in nobis, quod de spiritu suo dedit nobis. Item quisquis confessus fuerit quòd IESVS est Filius Dei, Deus in eo manet & ipse in Deo.
  - Personaliter, sic dicitur
    - Pater manere in Filio, vt Ioann. 14. c. 10. Pater autem qui in me manet, ipse facit opera. Vbi manendi verbum pro verbo inhabitandi ponitur, vt Paulus Coloss. 2. b. 9. explicat. Porrò verbo inhabitandi fixa & perennis coniunctio declaratur. Propterea etiam non dixit Inhabitauit, sed inhabitat, in præsenti. Et θεότητα Deitatem, non θειότητα, id est, diuinitatem. Nam diuinitas qualitatē quandam videtur potius quàm naturam ipsam declarare. Nec simpliciter Deitatem dixit, sed omnem plenitudinem Deitatis in Christo inhabitare. Idq; corporaliter, id est, essentialiter, vt significet non ex virtutis communicatione, sicut in sanctis hominibus dicitur Deus habitare, nec sacramētali vnione qua dicitur Deus in templo & medio populi sui habitasse, sed substantiali vnione Deum in Filio suo manere. Cæterum manēdi verbū Christus, Ioan. 14. Essendi verbo expressit. Non credis, inquit, quod ego in Patre sum & Pater in me? Et rursus: Credite mihi quod ego in Patre sum & Pater in me. Quod quidem hoc loco nihil est aliud quàm Filium diuina virtute & natura vnum cum Patre esse. Aliud verò est Patrem in Filio & Filium in Patre vnum esse, vt Ioan. 17. d. 23. Vt omnes vnum sint sicut tu Pater in me & ego in te, scil. vnū sumus. Hic enim de consensu, concordia & societate Christus loquitur, non de essentia ac potentia diuina.
    - Filius manere in
      - Patre, Ioann. 14. c. 10. Vt enim Pater Filio coniungitur, ita Filius perpetuò Patri coniunctus est, Eccl. 1.
      - Membris suis, Ioann. 15. a. 5. Qui manet in me & ego in eo. Et sit hoc spiritu virtutis & gratiæ suæ, quo credentes vnificat, illuminat, pascit, regit, & confirmat. Est autem Filius Dei in nobis, vt Deus verus, & verus homo, Seruator, Redemtor, Iustificator, Viuificator, qui se diligentes vera & perpetua charitate complectitur, eosq; pro suis agnoscit.
    - Spiritus Sanctus in fidelibus, vt 1. Corin. 3. d. 16. Et spiritus Dei habitat in vobis. Manet verò in fidelibus, sanctificando, illuminando, consolando, &c.
    - Pater, Filius & Spiritus Sanctus manere in fidelibus, vt Ioan. 14. d. 23. Et ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. Fit hæc mansio non essentialiter, sed participatione, sanctificatione, &c.
  - Fidelibus, hîc etiam manendi ratio diuersa est à ratione adiunctorum. Aliud enim est fideles manere in
    - Deo. Qui manet in charitate, in Deo manet, 1. Ioan. 4. c. 16. & est illi fidere, illum ac proximum diligere.
    - Filio, vt in vero Deo & vero homine, & sit interna ac vera, quæ spiritus est, coadunatione, ac in spirituali ista copulatione. Christus quidem instar capitis est, Ecclesia verò corporis instar ab illo videlicet vno capite spiritualem vitam hauriens. Hic manendi modus vera fide & charitate erga Christum constat. Fide enim & charitate in illum transferimur, vt iam non in nobis, sed in illo viuamus. Viuimus autem in Christo vt Palmites in vite, redemti in Redemtore. De hoc manendi modo dicitur Ioan. 15. a. 4. Manete in me. & 1. Ioan. 3. a. 6. Quisquis in eo manet non peccat.
    - Patre & in Filio, 1. Ioann. 2. d. 24. Si in vobis permanserit quod audistis ab initio & vos in Filio & Patre permanebitis. Et est syncero cordi verbum Dei audire & ei obtemperare.
    - Dilectione Dei & Christi, 1. Ioan. 4. c. 16. Ioan. 15. a. 4. & est Deum & Filium eius diligere.
    - Carne, Phil. 1. d. 24 pro viuere ponitur.
  - Verbo Dei, Ioann. 15. a. 4. Si manseritis in me & verba mea in vobis manserint. Vide 1. Ioann. 2. b. 14. Col. 3. c. 16. Sermo Christi inhabitet in vobis.

De verbo

De verbo Videndi, circa illud, Qui videt me, videt & Patrem meum, Ioan. 14. b. 9.

- VIDENDI vocabulū tribuitur
  - Deo: & ponitur pro
    - Obseruare seu considerare, Exod. 3. a. 6. *Vidi afflictionem populi mei qui est in Ægypto*, Psal. 118. g. 153. *Vide afflictionem meam & eripe me.*
    - Cognoscere, Gen. 6. a. 5. *Videns Dominus quòd multa esset malitia hominum in terra. Propterea cognoscendi etiam verbo exprimitur*, vt 2. Tim. 2. c. 19. *Nouit Dominus qui sunt sui.* & Psal. 93. c. 11. *Nouit Dominus cogitationes hominum quia vanæ sunt.* Exodi verò 2. a. 7. *Videre & cognoscere Dei coniunguntur. Vidit Deus filios Israel & cognouit Deus.*
    - Approbare, Gen. 1. a. 4. Ionæ 3. d. 10. *Vidit Deus opera eorum.*
  - Filio *Dei in carne manifestato, & hoc dupliciter:*
    - Corpore, vt Matt. 4. d. 18. *Vidit duos fratres*, Ioan. 1. g. 47. *Vidit* IESVS *Nathanael.*
    - Animo: & ponitur p
      - Cognoscere, Ioan. 3. b. 11. *Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur. Nam hoc loco scire & videre pro eodem vsurpantur.*
      - Eligere, Ioann. 1. g. 48. *Priusquam te Philippus vocaret, cùm esses sub ficu videbam te, id est, positum te sub umbra Legis elegi.*
  - Hominibus, vel
    - Deum, & tum videre pro cognoscere ponitur. *Deum enim nemo vidit vnquam aspectu corporali*, Ioan. 1. c. 18. 1. Ioan. 4. c. 12. Exod. 33. c. 20. & 6. *Sic accipitur* Ioann. 12. g. 45. *Qui videt me, videt eum qui misit me*, Ioan. 14. b. 9. *Qui videt me, videt & Patrem meum. Neq; enim hic visio dicitur obiecti & coràm existentis corporis conspectus; non enim corpus, sed spiritus est Deus. Hinc visio Dei p cognitione seu reuelatione accipitur*, vt Ezech. 1. a. 1. *Vide visiones Dei, vnde Christus* Matth. 11. d. 27. *cognitionem & reuelationem coniungit. Nemo nouit Patrem nisi Filius & cui Filius voluerit reuelare*, Ioannes cap. 14. b. 9. *Venire ad Patrem, cognoscere & videre Patrem coniungit ac ferè pro eodem accipit. Nemo, inquit, venit ad Patrem nisi per me: Si cognouissetis me, Patrem quoque meum vtiq; cognouissetis. Et iam hinc cognoscitis eum & vidistis eum.* Ioannis verò 12. *Credere & videre coniunguntur. Videre enim Deum est in eum credere. Vnde & Thomæ dicitur, Quia vidisti me & credidisti*, Ioan. 20. d. 29. *Item qui credit in me & qui videt me, &c. Cæterùm hæc visio in hac vita imperfecta est*, 1. Cor. 13. d. 12. *Videmus enim hîc in ænigmate, id est, obscurè, in fide & spe: In resurrectione verò videbimus eum sicut est*, 1. Corin. 13. d. 12. 1. Ioan. 3. a. 2.
      - Piis, & *sic pro ratione adiunctorū diuersa significat: vt videre*
        - Filium *Dei, quod sit vel*
          - Conspectu *corporeo*, Luc. 2. d. 30. *Viderunt oculi mei salutare tuum. Sic & Apostoli viderunt Christum adiuncto tamen & fidei conspectu*, Luc. 10. a. 1.
          - Animo, & *ponitur pro cognoscere Christum ac fidere illi*, Ioann. 12. g. 45. *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me; & qui videt me, videt eum qui misit me. Sic Abraham vidit Christum*, Ioan. 8. g. 56. Esaias Ioann. 12. g. 41. *Videmus & nos qui in eum credimus*, Ioan. 20. f. 25.
        - Regnū *Dei*, Ioā. 3. a. 3. & *significat ius ciuitatis Dei seu Ecclesiæ adipisci.*
        - Spiritum *Dei descendentem super Christum, & significat videre corpoream speciem, nempe Columbam, qua Spiritus Sanctus præsentiam suam demonstrabat*, Matth. 3. d. 16. Luc. 3. b. 6.
        - Gloriam *Christi*, Ioan. 1. b. 14. & *significat videre miracula, transformationem in monte, resurrectionem, ascensionem, & alia diuinæ bonitatis, sapientiæ & potentiæ indicia, quæ Christi gloriam referebant.*
        - Mortem, *pro experiri*, Luc. 2. d. 26. *Non visurum esse mortem nisi prius videret Christum Domini.*
        - Pharisæos, *Scribas, Pseudoprophetas, & tum pro cauere ponitur*, Luc. 12. b. 15. *Videre & cauere coniunguntur. Videte & cauete ab auaritia*, Mar. 12. d. 38. *Videte Scribas, id est, cauete à Scribis*, Phil. 3. a. 2. *Videte canes, videte malos operarios, &c.*
      - Impiis *quibus conspectus tantùm corporis & eorum quæ corporis sunt tribuitur. Hi enim animo non vident neq; credunt in Deum aut eius Filium* IESVM *Christum.*

De verbo Sanctificandi, quod Ariani Patri soli attribuunt obiicientes illud Ioan. 10. d. 36. de Filio, Quem Pater sanctificauit, &c.

SANCTIFICANDI verbum tribuitur

- Deo: *Idq; vel*
  - Absolutè, & *significat*
    - Reformare, *regenerare, vel renouare, vel ex polluto & immundo sanctum facere & ab omni impietate purgare, vt 1. Thess. 5. d. 23. Ipse Deus pacis sanctificet vos per omnia perfectos. Sic accipitur Exod. 31. c. 13. Ego Dominus qui sanctifico vos. Vide & Ioan. 17. c. 19.*
    - Disponere *vel segregare, vt Ier. 1. b. 5. Antequam prodires de vtero, sanctificaui te, &c.*
  - Personaliter, *&c. Vide literam A.*
- Hominibus: *& tum pro ratione aduncturũ diuersa significat, vt cum dicitur*
  - Sanctificare *Dominum Deum, 1. Pet. 3. c. 15. Dominum Deum sanctificate in cordibus vestris. Sumitur autem hîc sanctificatio pro honore quem ipsi Deo reddimus in aduersis credentes eius promissionibus & certum salutis auxilium ab eo expectantes.*
  - Sanctificare *nomen Dei, Matth. 6. b. 9. In oratione Dominica, quod nihil aliud est quàm Deo suum deferre honorem quo ipse dignus est, vt nunquam de ipso loquamur vel cogitemus sine summa veneratione. Nomen enim Dei hîc pro celebri eius notitia & celebritate ea quam omnes eius virtutes & opera promerentur, capitur. Vel sanctificare nomen Dei est pro sancto agnoscere, habere & colere.*
  - Sanctificari *aliquid per verbum & precationem, 1. Tim. 4 b. 4. Sanctificatur enim per verbum & precationem. Sanctificare autem Hebraico more est tanquam mundum & nullo modo contaminatum conseruare, ne quo modo vsus eius polluatur. Significat autem Paulus bonorum omnium, quæ ad sustentandam vitam præsentem pertinent, sanctificationem sermone Dei & oratione constare: sed oportere tamen fide apprehendi hunc sermonem vt prosit. Impiis enim Deo non nitentibus nihil erit sanctum, purum & licitum, sed quodlibet donorum erit contaminatum. Etsi enim Deus solo spiritu oris sui omnia sanctificat, nos tamen id beneficium non nisi fide percipimus. Huc accedit oratio, qua à Deo panem nostrum quotidianum ex Christi mandato petimus.*
  - Sanctificari *coniugem infidelem à Fideli coniuge, 1. Cor. 7. c. 14. Hæc sanctificatio simpliciter ad coniugium refertur, hoc sensu: videri in specie posset fidelis vxor contagionem ducere ab infideli marito, vt sit illicita eius societas. Sed aliter res habet: pluris enim est pietas vnius ad coniugium sanctificandum quàm impietas alterius ad inquinandum. Pura ergo conscientia habitare potest fidelis cum infideli. Nam quoad vsum & communionem thori ac totius vitæ sanctificatur, ne sua immunditia fidelem inquinet. Interea nihil prodest hæc sanctificatio coniugi infideli, tantùm eò valet ne eius copula fidelis inquinetur & prophanetur ipsum matrimonium.*
  - Sanctificare *nos ipsos, Rom. 6. d. 22. 1. Thess. 4. a. 7. & est nos ipsos sanctos mundosq; exhibere vel Deo ipsi & corpus & animam in solidum dicare.*
  - Sanctificare *Sabbathum, Exod. 20. b. 8. Et est illud sanctè colere vel in eximium & sanctum vsum separare.*
  - Sanctificare *ieiunium, Ioel. 2. d. 16. Vbi sanctificandi verbo & vsus & finis ieiunij sanctus significatur, vt & ipsa ieiunia Deo sacra sint & carnis mortificationi seruiant.*
  - Sanctificare *cœtus sacros, Ioel. 2. d. 16. vbi rursus modus & finis cœtus ipsius significatur.*
  - Sanctificare *bellum, Ioel. 3. b. 9. Quod est Dei auspiciis bellum gerere & in Dei gloriam, Mich. 3. Pseudoprophetæ bellum sanctificare dicuntur contra eos qui nihil ipsis dant, quod nihil est aliud quàm horribiliter minari illis, idq; religionis ergò.*
  - Sanctificare *populum, Iosue 7. b. 13. Exod. 19. b. 10. & est lustrare & purificare populum. Quomodo verò hæc lustratio facta sit, vide Exod. 19. Tria enim requirebat Dominus ad populi sanctificationem. Primùm vt lauarent vestimenta, non quòd exterior lotio tanti esset, aut quòd immundæ vestes eos per se coram Domino prophanarent, sed hac ceremonia interioris munditiei eos admonere voluit. Id quod aliis quoque lustrationibus legalibus significabatur: deinde præscribit illis terminos quos non transgrediantur. Tertiò ne accedant ad vxores non quòd per se peccatum sit rem habere cum sua vxore, sed quòd à licitis quoque interdum certas ob causas abstinendum est.*
- Templo *& altari Legis, Matth. 23. b. 17. Vtrum enim maius, aurum, aut templum quod sanctificat aurum? Sanctificat autem templum & altare non ipso quidem contactu, sed vsu; de externa enim illa sanctitate loquitur, quæ in eo sita erat, quòd ista in templum Dei illata, diuinis vsibus secundum verbum Dei erant consecrata. Sanctificare ergo hoc loco est à prophanis vsibus separare in sacrum vsum.*
- Ceremoniis, *id est, ablutionibus, aspersionibus, sanguini hircorum & taurorum, Hebr. 9. d. 13. Hæc sanctificatio externa erat ad carnis purificationem, Hebr. 9.*

A. Persona-

A. Personaliter: *& sic tribuitur*

- Patri, *vt Ioan.10.d.36. Quem Pater sanctificauit, &c. Sanctificari autem à Patre Filium, est verum Filium ab omnibus alijs segregari, in quo se virtus Spiritus, & Dei Maiestas exereret. Sicut se ab eodem Patre signatum esse dicebat Christus, Ioan.6.d.44. id est, Spiritu Sancto præ omnibus participibus donatum & vnctum.*
- Filio *in carne manifestato, Ephes.5.f.26. Sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea, vt illam sanctificaret: id est, ex polluto impollutum faceret. Hinc Paulus 1.Cor.1.a.2. Filium Sanctificationem appellat, quia sanctificationem in nobis operatur, & perficit. Cæterùm vt Filius sanctificatur à Patre, ita seipsum ipse sanctificat pro nobis: id est, Patri se consecrat, vt eius sanctitas ad nos perueniat. Spiritus enim Dei nos Christi sanguine aspergit, facitq; eius participes. Et quia nos in sua persona quodam modo Patri obtulit, Spiritu eius renouamur in veram sanctitatem.*
- Spiritui *Sancto, 1.Pet.1.a.2. In sanctificatione Spiritus, &c. Sanctificat autem Spiritus Sanctus, dum ad externam Euangelij prædicationem instillat fidem, & regenerat. Vide Rom.1.a.4. 6.d.22. Hinc etiam Spiritus Sanctus, seu Spiritus sanctificationis vocatur, eò quòd fidelium corda flectat, vt velint ac possint ea, quæ Dei sunt.*

De verbo Vocandi, circa illud Lucæ 1.d.35. Vocabitur Filius Dei.

VOCANDI verbũ tribuitur

Deo: *& hoc vel*

Absolutè: *& tum significat*

- Ordinare, *annunciare, Esa.44.d.7. Et quis sicut ego vocabit & annunciabit illud? &c.*
- Verbum *proponere ad audiendum, Matth.22.b.14. Multi vocati. Rom.8.f.30 Quos vocauit, eos & iustificauit.*
- Adoptare *in filios, Esa.43.a.1. Vocauit te nomine tuo.*
- Ad *peculiarem functionem eligere, vel certo vitæ generi addicere, Esaiæ 49.a.1. Dominus vocauit me ab vtero. Rom.1.a.1. Vocatus Apostolus. 1.Corint.7.d.20. &c.*
- Facere *existere, Rom.4.c.17. Vocat ea quæ non sunt, tanquam sint.*
- Inducere, *vt Aggei 1.c.11. Vocabo siccitatem super terram: id est, inducam.*

Personaliter: *vt*

- Patri, *Esa.43.a.1. Vocaui te nomine tuo.*
- Filio *in carne manifestato, Matth.4.d.21. Et vocauit eos: scilicet ad ministerium Euangelij. Vocat autem quos vult efficaciter ad sui & Patris cognitionem: vnde fideles à Paulo vocati* IESV *Christi vocantur, Rom.1.a.7. Quo loco significat Paulus, fideles Christi esse participes per vocationem. Nam in Christo, & per Christum eliguntur filij Dei, & electi in eius, tanquam Pastoris custodiam & fidem committuntur, Ioan.10.a.3. 17.d.24. &c. Hoc respectu vocare quandoque pro agnoscere ponitur, Luc.1.d.35. Vocabitur Filius Dei. Ille enim idem qui Filius Dei erat, in sua æterna diuinitate, apparuit etiam in humana carne, Dei Filius. Docet ergo Angelus in Luca, Christum vocandum fuisse Dei Filium: id est, talem ab hominibus agnoscendum, qualis semper fuit apud Patrem. Locus hic demonstrat, Christum, quatenus etiam humanam naturam induit, esse Dei Filium. Ergo Filij Dei nomen, sicut diuinæ naturæ ab initio proprium fuit, ita nunc coniunctim in vtramque eius competit naturam: quia arcana & cœlestis generationis ratio eum à vulgari hominum ordine eximit. Non valet ergo argumentum, vocabitur Filius Dei, iuxta dictum Angeli: Ergo æternus non est. Nam in futuro dicitur, Vocabitur: Creatura ergo est. Vocari enim hoc loco pro certa & clara notitia vsurpatur, vt Vocabitur idem sit, quod inclarescet, manifestè cognoscetur.*
- Spiritui *Sancto, Act.13.a.2. Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod vocaui eos.*

Hominibus, *& ponitur pro*

- Censeri, *Matth.5.a.9. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. id est, censebuntur, erunt, & agnoscentur, siue ab illis, qui Spiritu Dei præditi, filios Dei verè agnoscunt, siue id à Deo ipso fiat. Genes.21.b.2. In Isaac vocabitur tibi semen. Quod Paulus ad Rom.9.b.7. exponens, dicit: Non enim omnes qui sunt ex Israel, sunt Israel, neque quia sunt semen Abrahæ, statim omnes filij, sed per Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filij sunt carnis, hi filij Dei, sed qui filij promissionis recensentur in semen. Pro eo etiam quod Matthæus dicit: Domus mea Domus orationis vocabitur, Matth. cap.21. b.13. Luc.cap.19.g.46. habet: Domus orationis est. Sic accipitur verbum vocandi & Luc.1.d.36. Et tu Puer Propheta Altissimi vocaberis: id est, eris, censeberis, vel agnoscēris Propheta.*
- Celebrari *vulgo & haberi, Luc.1.d.36. quæ vocatur sterilis: id est, habetur.*
- Adiuuare, *Esa.59.a.4. Nemo est, qui vocet in iustitia: id est, adiuuet iustum in sua iustitia.*
- Nominare, *clamare.*

De verbo Veniendi, circa locum Marci 1.a.7. & Ioan.1.d.30. Venit post me.

VENIENDI verbũ iuxta rationem adiunctorũ, diuersa significat. Tribuitur enim

- Deo: & hoc vel
  - Absolutè, *Genes.20.a.3. Venit Deus ad Abimelech per somnium nocte. Esa.40.c.10. Ecce Deus vester veniet in robore. Est autem Deum venire aliquo, singulari quadam operatione, siue gratiæ, siue iræ præsentiam suam declarare.*
  - Personaliter: & sic dicitur
    - Pater, *Filius, & Spiritus Sanctus venire ad fideles. Ioan.14.d.23. Et Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Veniunt autem ad nos Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, vt nos in perpetua gratiæ fiducia confirment. Ita vt sentiamus in nobis residere Dei gratiam, & magis magisq; in dies donis Dei augeamur.*
    - Filius venire, & ponitur pro adesse, patefieri, manifestari, & apparere. *Marc.1.a.7. & Ioan.1.d.30. Venit is post me: id est, apparuit. Sic enim & Ioannes, 1.Ioan.3.a.5. exponit: Scitis, inquit, quòd ille apparuit, vt peccata nostra tolleret. Item, Ad hoc apparuit Filius Dei, vt destruat opera Diaboli. Quomodo autem Filius venerit, vel apparuerit, idem Ioannes capite 4.a.2. explicat, dicens: Omnis Spiritus, qui confitetur IESVM Christum in carne venisse, ex Deo est. Porrò in carne venire, & hic hominem induere, & in humanis agere. Hoc est quod dicitur: In sua venit, & sui eum non receperunt. Item: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. & 1.Tim.3.d.16. Deus manifestatus est in carne.*
    - Spiritus *Sanctus venire super fideles, Act.2.a.4. 10.c.29. 19.d.6. Venit Spiritus Sanctus super eos, & loquebantur linguis. quod nihil est aliud, quàm donis visibilibus & admirandis Spiritus donari.*
- Christo, *quatenus Filius hominis est. Matth.11.d.19. Venit Filius hominis. & ponitur pro adesse.*
- Hominibus: *idq; in salutis causa. Tribuitur verò*
  - Riis: *Vt, Venire ad*
    - Dominum. *Ieremiæ 16.d.19. Ad te, Domine, Gentes venient.*
    - Christum. *Matth.11.d.28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis. Ioan.6.d.35. Est autem ad Christum venire, illum vt Seruatorem recipere, & se illi totum consecrare.*
  - Impiis & *Pseudoprophetis. Ioan.10.b.8. Omnes quotquot ante me venerunt, fures sunt & latrones. Quod quidem non est tempore Christum præcedere, sed aliud quàm Christi doctrinam docere.*

De verbo Descendendi, circa locum Ioan.3.b.13. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit è cœlo, &c.

DESCENDENDI verbum tribuitur Deo, idque vel

- Absolutè, *Genes.18.c.21. Descendam nunc, & videbo. Dicitur autem Deus descendere, per declarationem suæ potentiæ: non quòd loco moueatur, sed quando rerum curam suscipit neglectarum, cùm sursum ac deorsum omnia miscentur. Videtur nostra non curare, si edit hæc opera, rerum curam videtur resumere. Sic Genes.11.a.5. dicitur: Descendit Dominus, vt videret ciuitatem. Item 2.Samuelis 22.a.10. Inclinauit cœlos, & descendit. Exodi 19.b.11. dicitur, Deus descendisse in igne, eò quòd manifestauerit præsentiam suam fulguribus, tonitruis, densitate nubis, fumo & clangore buccinæ. Vide Exodi 34.a.5. Cùm descendisset Dominus per nubem. Vt autem descensus, ita & ascensus Deo tribui solet, vt Psalmo 46.a.6. & 67.c.19. Aliud tamen est Dominum ascendere cum iubilo, vt Psalmo 46.a.6. Et ascendere Deum in altum, vt Psalmo 67.c.19. Ascendere enim Deum cum iubilo ad Arcam Testamenti refertur, quæ sub Salomone ingenti cum gaudio, clamore, iubilatione, tubis, & reliquis Musicis instrumentis in Templum collocata est, vt est 2.Paralip.5.b.12. Et certe non est præter consuetudinem Scripturæ, vt ascendisse Deum dicat, vbi Arca ascendit. In Numeris enim dictum legimus: Surge Deus, reuertere Deus. cùm Arca leuaretur, & iterum in castra restitueretur. Ascendere verò Deum in altum, est potentiam suam magnificè exerere, cumq; summa gloria ostendere hostibus populi sui, quòd sit solus & verus Deus. Quod tum sit, cùm captiuam duxit captiuitatem: id est, quando de hostibus suis deiectis, ac prostratis, triumphat, & Populum suum captiuum è manibus inimicorum suorum eripit.*
- Personaliter, &c. *Vide literam A.*

A. Persona-

A. Personaliter. Sic dicitur

- Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus descendere, Genes.11.b.7. *Agite dum descendamus & confundamus labium ipsorum. Vbi locus priori illi respondet, quem habuimus in hominis creatione, cùm diceret Dominus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.*
- Filius *tantùm descendisse. Quòd descenderit*
  - De cœlo, Ioan.3.b 13. *Descensus iste Verbi incarnatio est, qua Vnigenitus Dei factus est Filius hominis.*
  - In *infimas partes terræ*, Ephes.4.b.9. *quod est demittere sese vsque ad has inferiores terræ partes: vel in terram, quæ pars est Mundi infima: vel in Virginis vterum, vt & Psal.139.a.8. Hoc nomine Matris vterus intelligitur, vel per descensum ad infimas terræ partes, totum incarnationis & passionis mysterium intelligitur: nempe quòd exinaniuit seipsum: quòd ad infima, quæ in terris sunt, se demisit: ad ipsam, inquam, mortem crucis turpissimam, &c.*
- Spiritus *Sanctus descendere, Matth.3.c.16. Ioan.1.d.33. & est metonymica locutio, qua rei signatæ nomen ad signum visibile transfertur. Descensus igitur Spiritui Sancto impropriè tribuitur, quod & de aspectu illius sentiendum. Dicitur enim conspici Spiritus Sanctus, vbi aliquod præsentiæ suæ signum demonstrat. Non vidit Ioannes Spiritus essentiam, quæ inuisibilis est. Non vidit ipsam quoque virtutem Spiritus, quæ non humano sensu, sed fide tantùm comprehenditur: sed vidit speciem Columbæ, sub qua Deus Spiritus sui præsentiam monstrauit.*

De verbo Mittendi.

Hic dísce:

- Quid *sit mitti*
  - A Deo. *Hoc enim omnibus Verbi Dei Ministris conuenit, qui docent, quæ à Deo per Christum didicerunt. Ioan.1.a.6. Fuit homo missus à Deo. Vide Exodi 3.c.10. Esa.6.c.8.*
  - Patre. *Hoc enim propriè Christo cõuenit, vt fit duplicitèr. Nam Zacharias cap.2. vt duplicis aduẽtus & inhabitationis, ita duplicis missionis meminit: videlicet*
    - Ante *incarnationem. Vbi dísce:*
      - Quis *sit ille, qui mittitur. Filius videlicet, quem Propheta Dominum exercituum appellat, Zach.2.c.8.*
      - A quo *missus. A Domino videlicet exercituum: videlicet à Patre. Æqualis ergo coæqualem sibi mittit.*
      - Ad quid. *Ad liberandum populum, & Gentes debellandas. Esa.8.a.7. 51.b.8. Mich.5.a.6. Zach.2.c.8. Sap.10.a.6.*
      - Quomodo *missus venit. Sub formis & signis aspectabilibus se Patribus conspiciendum exhibuit, vt familiariùs ad fideles accederet, & quasi præludio quodam fungi cepit Mediatoris officio. Vide Genes.32.d.30. Exodi 3.a.2. 14.c. 19. Hos.12.a.2. &c.*
    - Post *incarnationem. Vbi dísce:*
      - Quid *sit mitti à Patre. Idẽ enim significat à Patre mitti, exire à Patre, à Patre esse quæcunq; habeat, & natũ esse. Quod ex cap.13.c.20. Ioan. apparet, vbi sic loquitur Ioannes: Sciens* IESVS *quòd omnia dedisset ei Pater in manum, et quòd à Deo exijsset, & ad Deum iret. & Ioan.17.b.8. Nunc cognouerunt omnia, quæcunq; dedisti mihi, abs te esse: & cognouerunt verè me à te exijsse: & crediderunt quòd tu me miseris. In his enim locis non de essentia, sed de officio suo disserit. Christus Ioan.18.d.37. mittendi verbum verbo nascendi explicat, dicens: Ego ad hoc natus sum: id est, missus. &, Ad hoc veni in mundum, vt testimonium feram veritati. Hæ locutiones etsi non de essentia, sed officio loquantur, diuinam tamen in Christo virtutem nobis commendant. Neque enim firma in illum constaret fides, nisi diuinam eius potentiam apprehenderet. Fides certè in Christum certè statuit Deum, & quicquid Dei est, perfectè in ipso se habere.*
      - Quò *missus. In mundum & in carnẽ, Ioan.1.a.10. 18.d.37.*
      - Ad quid *missus. Neque enim frigidè accipiendum est, quod Christus toties se à Patre mitti docet, sed simul tenendum est, quorsum, & in quẽ finem à Patre missus sit. Nempe vt semetipsum Deo offerret, & esset nobis sapientia, sanctificatio, iustitia, & redemtio, 1.Cor.1.d.30. Missus fuit & Ioannes à Deo, missi & Prophetæ: de quibus tn dici non potest, q missi sint, vt essent iustitia nostra, sanctificatio, etc.*
      - Quomodo *missus venit. In forma serui, seu in carne, qua passus est pro nobis, 1.Ioan.4.b.10. Philip.2.a.6. Rom.8.d. 32. 1.Pet.4.a.1.*
  - An *semper verum sit inferiorem à superiore mitti. Minimè: nam Zach.2.c.8. Filius dicitur missus à Domino exercituum, & tamen Filius quoque Dominus exercituum vocatur. Vide & Zach.4.c.9. 6.d.15. & Ioan.5.d.26. Filius se Patri per omnia æqualem facit, & tamen se à Patre missum esse dicit.*

De vocabulo Mundus, quo Seruetiani in 1. cap. Ioannis abutuntur.

VOCABVLVM Mundus accipitur in

Bonam partem: & tum vsurpatur pro

- Machina cæli & terræ, *Ioan.1.a.3. Omnia per ipsum facta sunt. Quod explicans, dicit: Mundus per ipsum factus est. Pro eodem enim vsurpantur hæc, Facere cælum & terram, Genes.1.a.1. Perficere cælum & terram, Genes.2.a.1. Facere Mundum, facere omnia, Ioan.1.a.3. Coloss.1.c.16. Facere secula, Hebr.1.a.2.11.a.3. &c. Quare dictum Ioannis, Omnia per ipsum facta sunt. Item, Mundus per ipsum factus est, de populo Israëlis intelligi non potest, sed de tota cæli & terræ machina: præsertim cùm non addatur particula discretiua, quæ vniuersalem particulam, Omnia, & Mundi vocabulum, restrictiuè de solis Israelitis, & operibus nouæ creationis intelligendum esse admoneat, nec aliqua nouæ facturæ determinatio addatur. Quod verò subdit Ioannes, Et Mundus eum non cognouit. exponit quod priùs dixerat, Et tenebræ eam nõ comprehenderunt. Idem enim illi est comprehendere & cognoscere. Vocabulum verò, Mundi, hîc pro præcipua Mundi parte: hoc est, pro hominibus in puris naturalibus constitutis, vsurpat, qui Filium Dei ex quotidianis effectibus agnoscere debebant. Nam antequam manifestatus esset Christus in carne, suam vbique virtutem proferebat. Ergo quotidiani illi effectus corrigere debebant hominum torporem. Sed tanta fuit hominum ingratitudo, & spontanea cæcitas, vt causa lucis, qua fruebantur, illis incognita fuerit. Neque rarum est in Scriptura eiusdem vocabuli significationem mox mutari, vt Esaiæ 40.a.5. Videbit omnis caro pariter, quòd os Domini loquutum est. vbi carnis nomen pro quouis homine accipitur. Cùm autem subditur, Omnis caro fenum, seu herba. hîc caro pro omni mortalium vita capitur, vnà cum ratione, prudentia, omnibus naturalibus & præclaris dotibus, titulis, honoribus, dignitate, &c. Sic Mundi vocabulũ, 1.Ioan.5.c.4.19. aliter atque aliter accipitur. Cùm enim dicit, Totus Mundus in malo positus est, genus humanum significat. Cùm verò dicit, Omne quod genitum est ex Deo, vincit Mundum. pro rebus cũ fide pugnantibus accipitur.*
- Ecclesia, *Matth.13.c.38. Ager est Mundus. Christus enim in expositione parabolæ, hoc nomen ad Ecclesiam aptat.*
- Electis, *Ioan.6.c.33. Dat vitam Mundo. 1.Ioan.4.c.14. Pater misit Filium Seruatorem Mundi.*
- Filiis *Dei dispersis in hoc Mundo, 1.Ioan.2.a.2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantùm, sed & pro totius Mundi.*
- Rebus *ad hanc vitam pertinentibus, 1.Cor.7.d.31. Qui vtuntur hoc Mundo, tanquam non abutantur.*
- Aspectabili *terræ decore, & animantibus in terra degentibus, 2.Pet.2.d.20. Qui tum erat Mundus aqua inundatus periit.*
- Turba, *Ioan.12.c.19. Ecce Mundus post eum abijt.*

Malam partem: & accipitur pro

- Reprobis, *Ioan.17.b.9. Non pro Mundo rogo. Item, Vt credat & cognoscat: Mundus, quòd tu me miseris. Hic enim reprobos à suis separat, 1.Cor.11.g.32. Cùm iudicamur, à Domino corripimur, ne cum hoc Mundo damnemur.*
- Hominibus *non renatis, Ioan.7.a.7. Non potest Mundus odisse vos, me autem odit. Ioan.14.c.17. Spiritum veritatis, quem Mundus non potest accipere. Ioan.15.c.18. Si Mundus vos odit. 1.Corinth.1.c.21. Nam postquam in sapientia Dei non cognouit Mundus per sapientiam Deum, &c. 1.Ioannis 4.a.5. Mundus eos audit.*
- Regno *Satanæ, 1.Ioan.4.a.4. Vicistis eos, quoniam maior est, qui in vobis est, quàm qui in Mundo.*
- Colluuie *sceleratorum hominum, inter quos Satan principatum tenet, quorum studia sunt perpetua, secundùm voluntatẽ sui Principis in malefaciendo, 1.Ioan.2.b.15. Ne diligatis Mundum, neque ea quæ in Mundo sunt.*
- Hominum *ingenio & more, Rom.12.a.2. Ne accommodetis vos ad figuram Mundi, vel seculi huius.*
- Corruptione, *quæ est in Mundo, Galat.1.a.4. Vt eriperet nos ex præsenti seculo malo.*
- Rebus, *quæ cum Christianismo, seu fide in Christum pugnant, Galat.6.d.14. Per quem mihi Mundus crucifixus est, & ego in Mundo. Iac.1.d.27. Immaculatum seipsum seruare à Mundo. 1.Ioan.5.a.4. Omne quod genitũ est ex Deo, vincit Mundum. Ioan.16.c.33. Confidite, ego vici Mundum.*
- Toto *genere humano corrupto, 1.Ioan.5.c.19. Totus Mundus in maligno positus est. Ioan.3.b.16. Sic Deus dilexit Mundum, &c.*

De parti-

De particula Vniuersali, Omnes & Omnia, Ioan.1.a.3. Coloss.1.b.16.

PARTICVLA Vniuersalis, vel ponitur in

- Masculino, *et sic ponitur vel*
  - Vniuersaliter, *vt nihil excludatur, Psalmo 115.a.11. Omnis homo mendax. Rom.11.d.32. Conclusit Deus omnes sub incredulitatem. Rom.5.c.19. Sicut per vnius delictum propagatum est malum in omnes homines ad condemnationem, &c.*
  - Restrictiuè, *seu particulariter, & sic ponitur pro*
    - Multis, *Matth.2.a.3. Et omnis Ierosolyma cum illo. Act.4.c.16. Omnibus habitantibus Ierosolymis manifestum est. Rom.11.d.32. Vt omnium misereatur.*
    - Electis, *Ioan.6.c.45. Erunt omnes à Deo dati. Ephes.4.c.13. Donec perueniamus omnes in vnitatem fidei. 1. Cor.15.c.23. Per Christum omnes viuificabuntur. Item: Omnes tamen immutabimur.*
    - Filiis *huius seculi, Luc.6.c.26. Væ vobis cùm laudauerint vos omnes homines. Id quod ad filios seculi huius referri debet. Hi enim Pseudoprophetis & impostoribus suis applaudunt.*
- Fœminino, *& ponitur pro tota. Ephes.3.c.15. Ex quo omnis familia in cœlis & in terra nominatur. Matth.2.a.3. Et omnis Ierosolyma cum illo.*
- Neutro, *& sic ponitur vel*
  - Vniuersaliter, *vt nihil excludatur, vt 1.Cor.15.d.27. Omnia subiecit sub pedes eius. Ioan.1.a.3. Omnia per ipsum facta sunt. Quid enim per omnia hoc loco intelligi debeat, alij Scripturæ loci explicant. Vbi enim verbum Faciendi, Perficiendi, Creandi, particulæ huic Vniuersali additur, de prima creatione semper intelligi debere, ex Scriptura manifestissimum. Nam quòd hîc Ioannes Omnia, Moses cœlum & terram vocat. Imò Ioannes ipse Apocal. 14.a.7. & Apostoli Actor.4.c.24. cœli ac terræ nominibus explicant. Paulus ad Coloss.1.c.16. Visibilia & inuisibilia vocat. Hebr.1.a.2. & 11.a.3. Secula. Vnde palàm est, vniuersalem in Ioanne, vniuersaliter, ac de rebus ab initio conditis intelligendam esse, non de operibus nouæ creationis, vt Aduersarij nostri somniant.*
  - Restrictiuè, *seu particulariter, et sic accipitur pro*
    - Operibus *nouæ creationis. Verùm tunc particula discretiua addi solet, noua, quæ creationē à creatione discernat, vt Esa.66.c.22. Sicut cœli noui & terra noua, quæ conditurus sum, stant coram me, &c. & 2.Cor.5.d.17. Vetera præterierunt, noua facta sunt omnia. Sic & Apoc.21.a.4.5. Cùm autem Spiritus Sanctus recreationem à creatione distinguat, annon potuit vel verbo indicare, in tot locis, quibus creatio Christo tribuitur, non esse intelligendam creationem, sed recreationem.*
    - Rebus *licitis, Ephes.5.c.24. Vxores viris suis subditæ sint in omnibus.*
    - Rebus *medijs & indifferentibus, vt 1.Corint.10.c.23. Omnia mihi licent.*
    - Rebus *tristibus et aduersis, Rom.8.d.28. Scimus quòd his, qui diligũt Deum, omnia cooperantur in bonum.*
    - Impedimentis *& obstaculis, Matth.13.g.46. Vendit omnia, quæ habet.*
    - His, *quæ credenda vel sustinenda sunt, 1.Corinth.13.a.7. Charitas omnia credit, omnia suffert. Facilè autem ex contextu colligi poterit, vbi particula Vniuersalis propriè, vbi impropriè, seu restrictiuè intelligi debeat.*

De vocula Donec, Psal.110.a.1.

DONEC vocula, aliter accipitur

- Diuinis & sempiternis. Hîc enim exclusiua inclusiuè accipitur, & significat
  - Modum *regiminis, vt Psal.110.a.1. Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. His enim verbis non intelligit, Filium Dei, depositò imperio suo, quasi priuatum fore, tantùm regnandi modum designat: quòd scilicet diuina eius Maiestas magis conspicua erit. Si enim Christus regnare desineret, cùm hostes eius fuissent deuicti, quomodo eos habiturus esset sibi tanquam pedum scabellum subiectos? Tantùm abest itaque vt oraculum hoc quorundam errori patrocinetur, vt illum magis impugnet.*
  - Tempus *infinitum & indeterminatũ, vt Genes.28.c.15. Non deseram te, donec fecero quæcunque loquutus sum ad te. Nam & hîc particula Donec, inclusiuè intelligitur. Neq; enim intelligit Dominus se, postquam promissa præstiterit, Iacobum deserturum. Sic Esa.46.a.4. Vsque ad senectam ego ipse, &c. Ex qua sententia inferri non potest in ipsa senecta, & pòst, nec Deum amplius nec nos sub illius prouidentia fore.*
- Humanis. Hîc significat
  - Finitum *tempus ac determinatum, vt Leuit.12.b.4. Donec impleantur dies purgationis suæ. Matth.10.b.11. Ibi manete donec exeatis. Galat.3.c.19. Lex propter transgressionem addita fuit, donec veniret semen. Istud enim, Donec, perinde valet, ac si dixisset, Interea dum expectatur semen. Lex enim respectum habet ad semen, in quo fundata est benedictio.*
  - Infinitum *tempus, vt Esaiæ 22.d.14. Et reuelatum est id in auribus Domini exercituum, non expiatur vobis hæc iniquitas, donec moriamini. Communis hæc loquendi formula est, qua vtimur, quando significare volumus, nunquam nos remissuros esse, quod in nos est commissum. Matth.1.d.25. Non cognouit eam, donec peperit primogenitum Filium suum. Vnde Heluidiani non rectè inferunt, postea eam cognouisse, vbi Filium suum primogenitum peperisset. Et Matth.5.d.26. Non exibis inde, donec solueris extremum quadrantem: id est, nunquam exibis.*

De vocabulo Oris, Eccles.24.a.5.

ORIS vocabulum tribuitur

- Deo: idque metaphoricè: vt, Os Domini, vel Altissimi: & ponitur pro
  - Ipso *Deo absolutè, sicut os gladij pro gladio ponitur, Genes.34. Deut.8.a.3. Non in solo pane viuit homo, sed in omni eo quod prodit ex ore Domini: id est, à Deo ipso. Esaiæ 40.b.5. Os Domini loquutum est: id est, Deus ipse.*
  - Patris *persona, Eccles.24.a.5. Ego ex ore Altissimi prodij: id est, à Patre. Prodit enim Sapientia, seu Filius Dei à Patre generatione æterna. Nam statim subdit: Ante omnem rerum naturam primogenita. Sic autem accipitur metaphoricè. Vt enim verbum ex ore prodit, ita Filius à persona Patris genitus est. Nam membra cum Deo tribuuntur: dicuntur quidem vt de homine, intelliguntur autem vt Deo conueniunt.*
  - Voluntate *Dei, Ios.9.b.14. Os Domini non interrogauerunt.*
  - Clariori *manifestatione Dei, sed tum additur verbum loquendi, & nomen oris alio casu repetitur, vt Num.12.c.8. Ore ad os loquar ei.*
  - Verbo *Dei, Esa.34.d.16. Quoniam os eius præcepit.*
- Hominibus, & ponitur pro
  - Voluntate, *Genes.24.d.57. Quæramus os eius.*
  - Interprete, *Exodi 4.c.16. Ipse erit tibi os.*
  - Voce *& testimonio, Psal.8.a.3. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Deut.17.b.6. In ore duorum vel trium testium stet omne verbum.*
  - Consensu, *sed tum additur nomen vnus in eodem casu, Ios.9.a.2. Vno ore.*

¶ HINC colligitur, valdè ineptire eos, qui Verbum, qui Filius Dei est, ideò Verbum appellari putant, quòd os Dei sit, cùm nusquam in Scripturis Oris vocabulum pro Filio Dei vsurpetur.

De voca-

De vocabulo Carnis, quo Seruetiani in cap.1.c.14. Ioannis abutuntur.

CARNIS nomen accipitur vel in

Bonam *partem, & hoc vel*

Impropriè, *& ponitur pro*

Propriè, *& capitur pro corpore, Ezech.11.c.19. Auferam cor lapideum de carne eorum. Ephes.5.g.30. Nemò vnquam carnem suam odio habuit.*

Homine, *sine vitij connotatione, Esa.40.a.5. Videbit omnis caro pariter, quod os Domini loquutum est. Matth.24.b.22. Non fieret salua omnis caro. Rom.3.c.20. Ex operibus Legis non iustificatur omnis caro. Sic & Gal.2.c.16. Luc.3.a.6. Videbit omnis caro Salutare Dei. Ioan.17.a.2. Dedit ei potestatem omnis carnis. Sic accipitur Ioan.1.a.1. Verbum caro factum est. Conuenit enim hoc cum illo Pauli, 1. Tim.3.d.16. Deus manifestatus in carne. Falluntur ergo, qui nomine carnis non substantiam, sed qualitatem in Ioanne notari dicunt: vt, Caro factum est: id est, despectus, humilis, pauper, & c. Aliquando verò carnem & sanguinem coniungit Scriptura, vt Matth.16.c.17. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Gal.1.c.16. Non contuli cum carne & sanguine. Quid verò per carnem & sanguinem intelligat, explicat statim: Neque, inquit, rediij Ierosolymam ad eos, qui ante me fuerant Apostoli. Hoc sensu dicitur & Ioan.1.c.13. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt. Ephes.6.b.12. Non est nobis lucta aduersus carnem & sanguinem. Vbi per synecdochen intelligit homines carnali imbecillitate ex æquo nobiscum præditos. Hostem ergo magis formidabilem nobis proponit Paulus, quàm homines.*

Naturæ *cursu, Gal.4.c.23. Qui ex Ancilla natus est, secundùm carnem natus est.*

Humanæ *vitæ ratione, 1.Cor.7.c.28. Afflictiones in carne habituri sunt huiusmodi. Esa.40.a.6. Omnis caro fœnum.*

Externo *homine, 2.Cor.7.b.5. Non habuit relaxationem caro nostra: id est, secundùm externum hominem nihil habui relaxationis. 1.Petri 3.d.18. Mortificatus carne. Sic & 1.Petri 4.a.6. Incidentur quidem secundùm homines carne.*

Externis *rebus in homine, 2.Cor.5.c.16. Nos posthac neminem nouimus secundùm carnem. Vbi carnis nomine comprehēdit externas omnes dotes, quas homines solent in precio habere. In summa, quicquid absque regeneratione censetur laude dignum. Phil.3.a.3. Non confidimus in carne.*

Cognatis *& fratribus, Genes.37.d.27. Caro & Frater noster est.*

Vnius *gentis hominibus, Rom.11.b.14. Si quomodo ad æmulationem prouocem carnem meam: id est, Iudæos, ex quibus secundùm carnem natus sum. 2.Reg.5.a.1. Ecce nos sumus os tuum, & caro tua.*

Corpore, *seu substantia rotarum, Ezech.10.c.12. Omnis caro ipsorum, & tergum, & manus.*

Arctissima *quadam consuetudine & societate vitæ coniugum, quæ illis est omnium rerum communio & consortium, Genes.2.d.24. Et erunt in carnem vnam.*

Malam *partem, & tunc accipitur pro*

Tota *hominis natura, si id de Christo prædicetur, in bonam partem accipitur, cùm fuerit ille absque peccato: vt, Christus passus est carne, 1.Pet.4.a.1. De nobis verò si dicatur, in malam partem accipi solet, Rom.8.a.4. Nam qui carnales sunt, quæ carnis sunt, curant. Vbi caro significat totam naturam humanam, appetitiones sensuum, rationem & voluntatem sine Spiritu Sancto, Ioan.3.a.6. Quod natum ex carne est, caro est. Rom.7.d.18. Noui quod non habitat in me, id est, in carne mea, bonum. Rom.8.a.3. Nam quod Lex præstare non poterat, ea parte, qua imbecillis erat per carnem. 1.Ioan.3.c.19. Nam adhuc carnales estis. Vbi vox carnis non ad inferiores tantùm concupiscentias restringitur, sed de tota hominis natura prædicatur. Qui enim sequuntur naturæ ductum, Spiritu Dei non reguntur. Gal.5. Caro concupiscit aduersus Spiritum, Spiritus aduersus carnem. Rom.8.a.8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Vbi carnem accipit pro omni eo, quod est in homine sine Spiritu Sancto, cuiusmodi est non tantùm appetitus sensitiuus, sed etiam ratio & voluntas sine Spiritu Sancto. Genes.6.c.17. Omnis caro corruperat viam suam.*

Corruptione *naturæ humanæ, & vitiositate, 1.Pet.4.a.1. Qui passus est carne, desitit à peccato. Neque enim hoc membrum ad Christum refertur, vt prius illud, Christus passus est pro nobis carne, sed generaliter extenditur ad omnes pios. Passio autem in carne, significat nostri abnegationem. Sicut enim passus est Christus in carne à nobis sumta, sic totam carnem nostram crucifigi oportet. Caro ergo in hoc membro significat naturæ nostræ corruptionem & vitiositatem. Gal.5.d.24. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum affectibus & concupiscentijs.*

Præsentis *& infirmæ huius vitæ conditione, Hebr.5.c.7. Qui in diebus carnis suæ, &c. Vbi dies carnis pro præsenti vita accipit, quam duxit Christus in carne. Sic carnis nomen accipitur, & c. 1.Cor.15.f.50. Caro & sanguis Regni Dei hæreditatem consequi non possunt. Hominem enim corruptum, mortalem, humanis ærumnis & infirmitatibus obnoxium renouari oportet. Vnde Christus Nicodemo dicebat: Nisi quis natus sit è supernis, non potest videre Regnum Dei. Sic accipitur nomen carnis & Gal.2.c.20. Vitam autem quam nunc viuo in carne, id est, præsenti vitâ & conditione præsentis vitæ. 1.Pet.4.a.2. Quod reliquum est temporis, in carne viuat, & c.*

Externa *hominis specie, Ioan.8.b.15. Vos secundùm carnem iudicatis.*

Externa *pompa & ostentatione, 2.Cor.10.a.2. Qui putant nos veluti secundùm carnem ambulare.*

Hominibus *per contemtum, 1.Cor.1.d.29. Vt ne glorietur vlla caro coram ipso. Esaiæ 31.a.3. Ægyptius caro est, & non Deus. Ad hanc significationem detorquent Aduersarij illud Ioannis, Verbum caro factum est. cùm de hominis substantia loquatur Ioannes.*

Corpore *vitijs, & c. Vide literam A.*

A. Corpore vitijs corrupto, 2.Cor.7.a.1. *Mundemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus. Vbi caro pro corpore vitiato, & spiritus pro anima ponitur.* 1.Ioan.2.c.16. *Concupiscentia carnis, &c.*
Cæremoniis, *vel mortua & caduca doctrina, Galat.3.a.3. Cùm spiritu ceperitis, nunc carne consumamini. Vbi carnem vel pro rebus externis & caducis, quales sunt cæremoniæ, præsertim cùm à Christo separantur, vel pro mortua & caduca doctrina posuit.*
Imbecillitate *& fragilitate, Esa.31.a.3. Equi eorum caro sunt. & Psal.78.d.39. Memor fuit, quòd caro essent ipsi.*
Membrò *genitali, seu pudendo, Leuit.15.a.3. Si fluerit caro eius. Ezech.16.c.26. Scortata es cum Ægyptijs vicinis tuis, qui magni sunt carne. qua similitudine prodigiosam Ægyptiorum superstitionem & idolatriam notat.*

De vocabulo Corporis, circa locum Colos.2. In ipso inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter.


CORPORIS nomen vsurpatur vel

Propriè, *& capitur pro eo, quod*
- Vno *spiritu continetur: vt, homo, lignum, lapis.*
- Nexu *quodam constat, in quo partes mutuo se tangunt: vt, domus, nauis, armarium, corpus humanum, constans carne, ossibus, neruis, venis, & sanguine. Cuius membra sunt, caput, oculi, aures, nares, lingua, dentes, humeri, brachia, digiti, manus, venter, pectus, lumbi, genua, &c.*
- Habet *partes distantes, quæ tamen vno vocabulo & communione ordinis iunguntur: vt, populus, grex, legio, &c.*

Impropriè, *et ponitur pro*
- Eo *quod membra habere dicitur, vt pro*
  - Interno *homine: anima videlicet & spiritu, cuius membra sunt:*
    - Intelligentia,
    - Memoria,
    - Voluntas,
    - Odium,
    - Timor, Spes,
    - Concupiscentia,
    - Gaudium,
    - Ira, *&c.*
  - Naturæ *nostræ corruptione, Col.2. Dum exuistis corpus peccatorum carnis. Vide & Rom.6. Huius membra sunt:*
    - Ignorantia *Dei,*
    - Impietas,
    - Incredulitas,
    - Inobedientia,
    - Iniustitia,
    - Iniquitas,
    - Superbia,
    - Fraus, Dolus,
    - Perfidia,
    - Versutia, *&c.*
  - Nouo *homine, qui secundùm hominem creatus est, quẽ & nouam creaturam vocat Apostolus. Huius membra sunt:*
    - Cognitio *Dei, & lux mentis.*
    - Fides, Spes,
    - Charitas,
    - Iustitia,
    - Pietas, Pax,
    - Lenitas,
    - Mansuetudo,
    - Bonitas,
    - Humilitas, *&c.*
- Eo *quod non est in homine planè per Christum instauratum & restitutum, vt 1.Cor.9.c.27. Castigo corpus meum, &c.*
- Ecclesia, *Ephes.1.Col.1.c.22. 1.Cor.12.d.27. quæ societas eorum est, qui loco inter se distant. Nam siue domi fidelis sit, siue in platea, siue ruri, adhuc in Ecclesia censetur.*
- Sacramento *corporis Christi: Hoc est corpus meum, Matth. 26.c.26.*
- Toto *homine, Iac.3.b.6. Maculat totum corpus.*
- Membro *genitali, Rom.4.d.19. Non considerans corpus suum iam emortuum, 1. Cor.7.a.4. Mulier non habet potestatem sui corporis*
- Substantia, *essentia, seu veritate, Col.2.c.17. Corpus autem Christi, id est, in Christo. Nam substantia illarum rerum, quas cæremoniæ nobis figurabant, expositio nobis est ante oculos in Christo, quia in se continet quicquid illæ futurum designabant. Hinc iam corporaliter aduerbium, Col.2.b.9. pro verè, essentialiter, seu substantialiter ponitur. Hîc enim vetus vocabuli Græci vsus erat, vt pro essentia poneretur. Inde quæstiones illæ sunt, vtrùm ideæ Platonicæ sint σώματα, vtrum calor naturalis sit σῶμα, &c.*

De Signi-

De Significationibus vocabuli Diei, circa illud Mich.5.a.2.A diebus æternis,&c.



A.
- Epitheto, vt dies
  - Bonus, *pro prospero, Eccles.7.b.15.*
  - Mali, & ponitur pro tempore
    - Tentationis, *Ephes.6.c.13. Vt possitis resistere in die malo. Et dicitur tempus illud, malum, non per se, sed quia Diabolus in illo ad mala tentat.*
    - Omnibus *scandalis & corruptelis pleno, Ephe.5.d.16. Quoniam dies mali sunt.*
    - Omnibus *aduersitatibus & periculis pleno, Prouerb.15.b.15. Omnes dies afflicti hominis mali sunt.*
  - Nouissimi, *vel extremi, pro*
    - Tempore, *quod à Christo ad finem vsq; seculi erit. de quo 1.Tim.4.a.1. 2.Tim.3.a.1. 2.Pet.3.a.3.*
    - Extremo *die Iudicij, Iac.5.a.3.*
  - Parui, *pro paruis initijs, Zach.4.c.10.*
  - Hodiernus, *pro toto tempore, quo nos Deus compellat, & ad resipiscentiam inuitat, Hebr.3.b.8.*
  - Antiqui, *pro*
    - Temporibus, *quæ creationem ipsam subsecuta sunt, Deuter.4.c.32. Sciscitare, idque ab antiquis diebus, quæ antè fuerunt, ex eo die quo creauit Deus hominem, &c.*
    - Initio *prædicati Euangelij, Act.15.b.7. Ab antiquis diebus: id est, ante aliquot dies, quibus cœpit Euangelium prædicari.*
    - Superioribus *temporibus, Psal.43.a.2. In diebus antiquis. Item Psal.76.a.6. 142.a.5. Amos 9.c.11.*
  - Humanus, *pro iudicio humano, temerario, 1.Corinth.4.a.3. Mihi verò pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Dies enim hîc pro iudicio ponitur, per Metalepsim. Reis enim dies dicì consueuit.*
- Repetitione *eiusdem nominis in alio casu, vt à diebus in dies pro quotannis, vel ingiter, Exodi 13.d.21.*

De vocabulo Consubstantialitatis.

NOMEN consubstantialitatis in Ecclesia retinendũ esse probatur
- A vocabulis *æquipollentibus, vt*
  - Æqualitatis, *cuius frequens est in Scriptura vsus, vbi de Dei Filio mentio fit, vt apud Zach.13.a.7. qui Deum inducens loquentem, dicit: Excitare, ô gladie, super Pastorem meum, & virum coæqualem mihi. En Pastorem percussum, Deus coæqualem suum vocat, vel socium. Ioan.5.c.18. Propterea quærebant Iudæi IESVM interficere, quia non solùm soluisset Sabbatum, sed & Patrem suum (proprium vtique) dixisset Deum, æqualem se faciens Deo, nimirum potentia, virtute, autoritate & essentia. Non potest enim hæc æqualitas alibi consistere, nisi in substantia. Intelligunt ergo Iudæi, quod Ariani videre nolunt, Dominum singulari quodam modo appellasse Patrem suum: vtique proprium, natiuum, ex quo naturalis & consubstantialis Filius genitus sit. Vide & Philip.2.a.6.*
  - Formæ Dei, *Philip.2.a.6. Qui cũ esset in forma Dei, non duxit rapinam parem esse cum Deo, vbi forma Dei pro natura & essentia Dei ponitur. Sequitur enim expositio: Non duxit rapinam parem esse cum Deo. Quare non est dubium, quin formæ Dei appellatio speciem naturæ diuinæ declaret. Quid enim parem esse Deo significat, quàm infinitum, omnipotentem, ac proinde Patri consubstantialem esse?*
  - Imaginis, *Col.1.c.15. Qui est imago Dei inconspicui. Si enim imago est Dei inconspicui, æqualis & consubstantialis sit Patri oportet. Imago enim est rerum non disparium, sed æqualium. Imago autem Patris dicitur, quia nemo Patrem, nisi in Filio verè contemplari potest, Filio, inquam, carne induto.*
  - Vnionis *cum Patre, Ioan.10.d.30. Ego & Pater vnum sumus. Vnum, inquam, non concordia, sed identitate & substantia. Agitur enim de potentia & maiestate Dei, vt præcedentia & sequentia satis conuincunt. Neq; enim Filius mutuatitiam, sed propriam habet diuinitatis substantiam. Id aliis etiam phrasibus Scriptura effert, vt esse verbum apud Deum, Ioan.1.a.1. Patrem in Filio, & Filium in Patre esse, Ioan.14.e.10. Semper cum illo fuisse, & eidem perpetuò coniungi, Eccles.1.c.16.*
  - Verbi *substantiui Sum, vt Ioan.8.g.58. Antequam Abraham fieret, ego sum. Non enim dicit, Fui, vel, Ero, sed Sum: alludens ad nomẽ Dei Iehouah, & explicans suã substantiam diuinitatis eandem esse cum Patris substantia. Idcircò se esse Patri consubstantialem. Vide Esa.43.a.1. Ierem.7.d.21. Alludens, inquam, ad illud, Exodi 3.c.14. Sum, qui sum, id est, existens, vel ens. Deriuatur enim Iehouah ab Hauah, verbo substantiuo, cui præponitur Iod, vt sit Iehouah: id est, ens, vel existens: qui videlicet est αὐτουσία existentia, ex seme. ipso vitam & esse, non ab alio, sed ex semetipso habens, omnibus esse conferens.*
  - Sinus, *Ioan.1.c.18. quod pro societate inseparabili accipitur, Filius qui est in sinu Patris. Sic Luc.16.d.22. sinus Abrahæ dicitur societas piorum omnium cum Abrahamo credentium, Rom.4.d.20. & Genes.16.a.5. Dedi Ancillam in gremium tuum. Maritalem enim societatem circumloquitur. Sic Deuter.28.g.54. 3.Regum 1.a.2. Mich.7.a.5.*
- A nomine, *&c. Vide literam A.*

A. A nomine. Dicitur enim Filius
- Iehouah, vt Pater: id est, ex seipso existens.
- Vnigenitus. Genitor autem & genitus vnius substantiæ sunt.
- Verus Deus. Iam si verus Deus, vnus certè cum Patre, ac proinde vnius quoq; essentiæ. Verus enim Deus non est alius à Patre. Item, si verus Deus est, veram & plenam habet deitatem. Plena autem deitas non potest constare, nisi in tota & perfecta essentia. Vnius ergo cum Patre sit essentiæ necesse est. Vbi enim plena ac perfecta diuinitas Filij, si est aliquid abstractum à Dei essentia? ¶ De nominibus Patris & Filij, vide in Tabula alia de Consubstantialitate Patris & Filij. Item de Diuinitate Filij.

A.
- Ab attributis
- Ab operibus
- A cultu——

Filij. de quibus vide Tabulam de Diuinitate Filij, & de Consubstantialitate Patris & Filij, libro priore.

De Significationibus variis Spiritus, quas cùm aduersarij ignorent, facilè decipiuntur.

SPIRITVS vocabulum in Scriptura variè accipitur. Aliter enim capitur, cùm

Simpliciter, & absolutè ponitur sine adiectione aliqua. Hoc modo accipitur pro
- Anima, seu animæ essentia immortali, vt Matth. 27. f. 50. Et emisit Spiritũ. Ephes. 4. a. 4. Vnus Spiritus.
- Voluntate & autoritate hominis, 1. Cor. 5. a. 3. Ego quidem vt absens corpore, præsens autem spiritu: id est, autoritate, &c.
- Doctoribus & Prophetis, 1. Ioan. 4. a. 1. Probate spiritus, an ex Deo sint.
- Vento, seu halitu, Ioan. 3. a. 8 Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis.
- Visione, seu spectro, assumta aliqua forma obscuriore, vt Luc. 24. d. 27. Existimabant se spiritum videre.
- Voce, seu verbo, 1. Cor. 14. c. 15. Orabo spiritu, orabo & mente. Vide & Iob. 8. a. 1.
- Interna agitatione bona vel mala, Luc. 9. g. 55. Nescitis cuius spiritus vos estis.
- Specie impostura, qua quis spiritum reuelationis obtendit, 2. Thes. 2. a. 2. Ne turbemini, neq; per spiritum, neq; per sermonem: id est, doctrinam. Item Mich. 2. b. 7.
- Vita animali, Psal. 104. d. 29. Si spiritum eis eripias, expirant.
- Impetu & ira, Prouerb. 25. d. 27. Vrbs manibus nudata est, vir qui non cohibet spiritum suum. Esa. 25. b. 4. Spiritus tyrannorum.
- Deo, immensa & ineffabili illa virtute, Ioan 4. d. 24. Deus spiritus est. Hac ratione vocabulum spiritus commune est omnibus hypostasibus diuinitatis.
- Hypostasibus Spiritus Sancti, vbi apponitur articulus, Matth. 4. a. 1. IESVS subductus fuit in desertum à Spiritu, Marc. 1. b. 12. Spiritus illum expellit. & Luce 4. a. 1. Actus est in desertum per Spiritum. Item 1. Corinth. 12. a. 3. Ioan. 1. d. 32. Rom. 8. a. 9. 1. Tim. 4. d. 21. Spiritus certò dicit. Actor. 8. g. 44. Dixit Spiritus ad Philippum, &c.
- Angelis, sive bonis, sive malis, Psalmo 103. a. 3. Qui facit Angelos suos spiritus. Hebr. 1. b. 7. 14. &c. Matth. 8. c. 16. Eiecit spiritus verbo. Ephes. 2. a. 2. Qui est spiritus, &c.

Donis, seu motibus Spiritus Sancti, vt pro
- Gaudio in Spiritu Sancto, Ephes. 5. c. 18. Impleamini Spiritu.
- Intelligentia spirituali, 1. Thes. 5. d. 23. Vt sit integer spiritus, anima, &c. Philip. 1. d. 27. Vt audiam de rebus vestris, quòd stetis in vno spiritu, &c. Vide Ephes. 2. d. 18. Daniel. 6. a. 3.
- Feruore zeli Dei, sedulitate & constantia, 1. Tim. 4. a. 1. Esto exemplar fidelium in conuersatione, dilectione, spiritu, &c.
- Doctrina vera Euangelij, quæ efficaciter operetur in animis nostris per Spiritum, 2. Cor. 3. a. 6. Qui idoneos facit nos Ministros noui Testamenti, non literæ, sed Spiritus. Vbi litera pro extrema prædicatione, quæ cor non attingit, accipitur.
- Vita spirituali. Galat. 6. b. 8. Qui seminat spiritu, spiritu metet vitam æternam.
- Parte hominis reformata à Spiritu Dei, Matth. 26. d. 42. Spiritus quidem promtus est, at caro infirma.
- Prophetia & interpretatione Scripturæ, 1. Thes. 5. c. 19. Spiritum ne extinguatis. cuius expositionem addens, subdit: Prophetias ne aspernemini.

- Re nihili, Esa. 26. c. 18. Concepimus & peperimus spiritum.
- Creatura spirante, vt Psal. 150. b. 6. Omnis spiritus laudet Dominum.

Articulus Græcus nomini Spiritus apponitur, vt Ioan. 3. a. 6. Quod natum est ex spiritu. Tunc enim hypostasis significatur.

Additur aliquid, &c. Vide literam A.

A. Additur aliquid, qđ Spiritum à Spiritu discernat, qđ fit vel ratione

Qualitatis. Hac ratione Spiritus dicitur

Bonus, quod ponitur pro

Donis Spiritus, vbi nõ apponitur articulus Græcus. Apponitur tamẽ particula, quæ donũ à dono discernat. Huc pertinent Spiritus

- Hypostasi Spiritus, vbi articulus Græcus apponitur, vt Psal.142.c.10. Spiritus ille tuus bonus deducat me per terram planam. Ioan.15.d.26. Spiritus ille veritatis.
- Contritus, seu contritionis, Psal.50.d.19. Et est Spiritus pauper. de quo Matth.5.a.3. Beati pauperes Spiritu, &c. Et tremens ad omnem sermonem Dei, Esa.66.a.2.
- Fidei, pro vera fide, 2.Cor.4.c.13. Cùm habeamus eundem Spiritum fidei, iuxta illud quod scriptum est: Credidi, & ideò loquutus sum, &c.
- Discretionis, 1.Cor.12.b.8. Huic datur per Spiritum sermo sapientiæ, alij discretiones Spirituum. Est autem donum Spiritus, quo Doctores vera à falsis discernuntur.
- Rectitudinis, quo quis in recta via incedit.
- Labiorum, Esa.11.a.4 pro prædicatione veritatis. Vide & 2.Thess.2.b.8.
- Sapientiæ, Exod.28.a.3. Quos impleui Spiritu sapientiæ. Item: Spiritus consilij, fortitudinis, &c. Esa.11.a.2.
- Adoptionis, Rom.8.c.15. Non enim accepistis Spiritũ seruitutis iterum ad timorem, sed accepistis Spiritum adoptionis, &c. Est autem Spiritus adoptionis, qui salutis nostræ testimonio animas nostras intus per Domini Spiritũ ex Euangelij prædicatione exhilarat. Opponitur huic Spiritus seruitutis, qui conscientiam ex Legis prædicatione formidine premit.
- Spontaneus, seu voluntarius, lætus & promtus ad omnia mandata Domini, Psal.50.c.12. Spiritu spontaneo confirma me. Huic opponitur Spiritus reluctans.
- Iudicij, Esa.4.a.4. quo Deus iudicium exercet, vt damnet, purget, & mortificet veterem hominem.
- Ardoris, Esa.4.a.4. Qui vehementer instat, vt de die in diem crescamus, ac confirmemur.
- Vitæ, Rom.8.a.2. pro Spiritu S. viuificante, & tunc apponitur articulus.
- Reuelationis, Ephes.1.b.17.
- Rectus, Psal.50.a.12. Qui prauo & peruerso opponitur.
- Virtutis, id est, constantiæ, dilectionis, & sobrietatis, 2.Tim.1.b.7.

Malus, & hic Spiritus est vel

- Immũdus, & ponitur pro
  - Satana ex ingenio & effectu: vt enim Dei Spiritus Sanctus est, & appellatur, ita hic ex opposito immundus, Lucæ 9.b.42. 11.d.24. &c. & tunc apponitur articulus Græcus.
  - Ministris Satanæ, seu hominibus diabolicæ impuritatis, Apocal.16.c.13. Vidi ex ore Draconis exire tres immundos Spiritus.
- Dæmoniorum, Apoc.16.c.13. & ponitur pro Antichristis, eò quòd Antichristi à Dæmonibus missi & impulsi loquantur. Habet enim Satan Ministros suos, qui sumta Apostolorum Christi persona, se ostentant, quasi sint Ministri iustitiæ, & tamen sunt Pseudoprophetæ.
- Vindictę, quæ iusto Dei iudicio impijs in eorum pœnam immittitur, Eccle.39.d.33. Huc pertinẽt
  - Spiritus malus in specie, pro simultate & odio, Iudic.9.c.28. Misit Deus Spiritum malum inter Abimelech & ciues Sichem.
  - Spiritus iræ Dei, Psal.17.b.16. pro vento turbinis. Sic & Iob.4.c.9. dicitur: Et Spiritus procellarum, Psal.10.a.6.
  - Spiritus vertiginis, pro insania, Esa.10.c.14. Miscuit Dominus in medio eius Spiritum vertiginis.
  - Spiritus compunctionis, Rom.11. & significat insaniam, mentis perturbationem, & inopiam consilij.
  - Spiritus Ægypti, pro colluuie superstitionis, Esa.19.a.3. Euacuabitur Spiritus Ægypti, &c.
  - Spiritus alti soporis, pro ignauia & securitate, Esa.29.c.10. Miscuit Dominus vobis Spiritum alti soporis.
  - Spiritus Pythonis, Leuit.20.d.27. Actor.16. pro virtute, seu impostura Dæmonis.
  - Spiritus erroris, 1.Tim.4.a.1. 3.Reg.22.d.22. vbi Spiritus mẽdax dicitur.
  - Spiritus superbiæ, mendaciorum.
  - Spiritus infirmitatis, Lucæ 13.c.11. pro affectione & vi morbi, quæ vrget & affligit hominem.
  - Spiritus zelotypiæ. de quo Num.5.b.14. pro suspicione.
  - Res quæcunque nociuæ. Eccle.39.c.33.
    - Ignis, Grando,
    - Fames, Mors,
    - Gladius,
    - Dentes ferarum,
    - Scorpionum venena, &c.

- Spiritus Sanctus, &c. Vide literam B.

Personarum, &c. Vide literam C.

B. Spiritus

B.
- Spiritus *Sanctus, & ponitur pro hypostasi Spiritus, si apponatur articulus, vt Luc.2.d.25. Et responsum acceperat à Spiritu Sancto. Item Matth.28.d.19.& c. Alias pro donis, cùm non præponitur articulus Græcus, vt Act.2.a.4. Repleti sunt omnes Spiritu Sancto, Luc.1.b.15. Et Spiritu Sancto replebitur iam inde ab vtero, & c.*
- Spiritus *sanctificationis pro hypostasi Spiritus, Rom.1.a.4.*
- Spiritus *promissionis Sanctus, Eph.1.17. pro Spiritu Sancto promisso seu hypostasi Spiritus apposito articulo.*
- Spiritus *æternus, Hebr.9. d.14. Obtulit seipsum per Spiritum æternum, vbi æternus Spiritus, potentiam Spiritus, quæ se in Christi morte exeruit, significat. Vel certè ipsam Christi diuinitatem, qua factum est, vt nullis sordibus coinquinari potuerit Christi humanitas.*

C. Personarum *quarum respectu, nunc hoc nunc alio modo nomen Spiritus accipitur, vt Spiritus*

- Dei *vel Domini, & ponitur pro*
  - Hypostasi, *vbi articulus Græcus apponitur, vt 3. Reg.18 b.12. Spiritus Domini te tollet ad locum aliquem. Ezech.3.c.12. Spiritus Domini rapuit me, Sap.1.b.5. Spiritus Domini replet orbem terrarum, Matt.3.d.16. Vidit Spiritum Domini descendentem, & c. Vocatur hac significatione & Spiritus oris Domini, Psal.3.b.6.*
  - Dono *Spiritus Sancti, Genes.41.d.38. In quo sit Spiritus Dei. Rom.8.c.9. Spiritus Dei habitat in vobis.*
  - Vi *& energia qua impellimur diuinitus ad agendum & cognoscendum vltra communes & vsitatas vires naturæ, 1.Cor.2.c.12. Nos verò non Spiritum Mundi accepimus, sed Spiritum qui est ex Deo.*
  - Vento, *Esa.40.b.7. Decidit flos, quia Spiritus Domini flauit in ipsum, Iob.4.b.9. Exod.15.b.10.*
  - Furore, *liuore, & ambitione, 1. Reg. 18.c.10. sed tum addi solet malus, vt Spiritus Dei malus inuasit Saulem, & c.1. Reg.16.c.14. Dicitur Spiritus Dei malus, & Spiritus malus à Domino. Spiritus Dei vel à Domino dicitur, quòd Deus iusto suo iudicio impiis immittat. Malus verò dicitur respectu hominis, non Dei, vbi & causa finalis significatur, quare mittatur Spiritus ille à Domino: In hoc videlicet vt affligat homines. Hæc verò dicentes non asserimus Deum propriè causam esse peccati, præsertim cùm Deus neminem cogat vt malè agat, sed quisq; volens peccet, adhæc Deus malitiam de suo non instillet. Nobis enim satis est mali, domi latens in nobis, quod Deus pro sua iustitia & bonitate gubernat ac moderatur. Malitia namq; peccati tota est nostra, sed eius gubernatio, successus & effecta imperio Dei cedunt, vt non plus queant efficere quàm ille patiatur. Nec impij efficere possunt quæ conantur in quosuis homines, nec etiam quouis tempore, sed iuxta decreta Dei, quæ sapientissima sunt ac iustissima reguntur. Præterea producit quandoque Deus nostras prauitates in lucem, idq; iustis de causis. Neq; enim finit ea erumpere, nisi cùm illi visum fuerit, gubernat & dirigit quocunq; voluerit.*
  - Iustitiæ *ac misericordiæ affectibus, Gen.6.a.3. Non contendet Spiritus meus perpetuò cum homine.*
- Patris *& Christi vel Filij, Matth.10.20. Rom.8.c.9. Gal.4.c.6. Spiritus enim Dei nunc Patris nunc Filij vocatur, quod idem Spiritus Patris & Filij communis est, quorum vna est essentia, eadem Deitas.*
- IESV *Christi, Phil.1.27. pro præsidio, consolatione, & omni Spiritus Sancti bono, quo seruamur contra omnia scandala.*
- Heliæ, *4.Reg.2.c.15. Luc.1.b.15. pro excellentia & virtute Spiritus, qua præditus erat Helias, quòd scilicet cœlesti potentia instructus collapsum Dei cultum mirificè restituerit, & impietatem Baalisticam abrogauerit. Talis enim instauratio humana virtute superior erat. Iam quæ per Ioannem inchoata est, non minus fuit admirabilis. Quare non mirum est si ipsum quoq; eodem dono ornari oportuit.*
- Mosis, *pro virtute Spiritus Mosis, Num.11.d.26.*
- Danielis, *Dan.13.d.48. pro dono Spiritus.*
- Cyri *pro fauore, 2.Paral.36.d.22. Excitauit Dominus Spiritum Cyri. Vide & 1.Esd.1.a.1.*
- Zorobabelis, *Iehosua & totius populi, Hagg.1.d 14. pro intrepido corde & alacri animo.*
- Reuerentium *Deum, Eccl.34.b.14. Spiritus timentiũ Deũ viuet, pro intelligentia & vita spirituali.*
- Palæstinorum, *2.Paral.21.c.16. pro furore, excitauit Dominus contra Ioram Spiritum Palæstinorum & Arabum, & c.*
- Mundi, *consueta videlicet vis animi, qua homines ad agendum & cognoscendum incitantur secundùm rationem & facultatem naturæ suæ. Vel Spiritus Mundi, per quem arripiuntur Phanatici, qui sine Deo sunt. De quo 3. Reg.22.d.22. Vel est Spiritus errorum, mendaciorum, homicidiorum, & omnium scelerum, & c. Siquidem sapientia humana, à ratione, corrupta peccato, proficiscitur, quæ cæca & stulta est in rebus diuinis, nec vllam rem, qualis reuera est, per se cognoscere potest, adeoq; nec iudicare, 1.Cor.2.c.12. Ioan.14.c.17. Spiritum veritatis quem Mundus non potest accipere.*
- Hominis, *1.Corin.2.c.11. Quis hominum nouit quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis qui est in eo. Et ponitur pro animo & voluntate hominis. Item pro omni eo quod animæ cognatum est vt sensus, intellectus, iudicium rationis, & c.*

De significationibus Spiritus Oris & Labiorum.

SPIRITVS oris vel labiorum tribuitur

Deo: absolutè, & hoc dupliciter:

Diuisione, vbi inter oris & spiritus nomina coniunctio intercedit, vt Esa.34.d.16. *Quia os eius præcepit, & spiritus eius congregauit ea. Idem autem docet per consensum oris & spiritus, ac oris nomen pro verbo accipit: Nomen verò Spiritus pro anhelitu, à quo voces manant ac foramantur. Quasi diceret satis esse efficaciæ in hoc vaticinio, quia idem Deus qui voce sua mandauit animalibus brutis, vt Idumæam occupent, ipsa solo flatu attrahet. Loquitur autem humano more de Deo, dum illi flatum attribuit, quo arcanum instinctum intelligit, quo collegit primum ad Adamum omnia animantia, vt videret quomodo vocaret ea, Gen. 2. Deinde ad Noe quoque in Arcam, Gen.7.c.15.*

Coniunctim, vbi oris & spiritus nomina coniunguntur nulla interposita coniunctione, vt Psal.33.a.6. *Verbo Domini cœli facti sunt, & spiritu oris eius omnis ornatus eorum. Vbi, vt per verbum, æternum Dei sermonem, qui Dei Filius est, intelligit, ita per Spiritum oris, Spiritum Sanctum. Et certè hæ tres personæ Dominus, Verbum, & Spiritus, in Genesi, vbi creatio cœli & terræ describitur conspicuè leguntur. Dominus enim fecit cœlum & terram per verbum suum, non sine spiritu suo, per quem & omnem subsistentiam eorum in finem vsq; firmat. Vocatur autem Spiritus Sanctus Spiritus oris Dei metaphoricè, eò quòd in Prophetis & Apostolis locutus sit, 1. Pet.1.c.12. 2. Pet.1.c.21. Matt.10.c.20. Numini verò Spiritus proponitur articulus, vt perspicuum sit pro hypostasi Spiritus poni. Lege Athanasium Dialogo 1. fol.40. & c. Huc facit & Iobi dictum cap.26.c.13. Qui suo spiritu adornauit cœlos. Quem enim Spiritum oris appellat Dauid, eum Iobus Dei spiritum vocat: & vt ornatus cœlorum in Dauide, ita eiusdem in Iobo fit mentio, vt ambo de eadem re dixisse videantur. Ne quis verò verbum & spiritum Dei creationis tantùm instrumẽta intelligat, obstant Dauidis & Iobi dicta posteriora, quibus priora sua dicta exponunt. De Filio enim Dauid dicit, Psal.101.c.16. (quem locum Paulus, Hebr.1. a.6. ad Christum refert) & tu initio terram fundasti, &c. de Spiritu Sancto Iobus cap.33.a.4. Nam & me Dei Spiritus condidit, & affiatus optimi maximi vitam mihi reddidit.*

Christo *Filio Dei in carne manifestato, Esa.11.a.4. & percutiet terram virga oris sui & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Significat autem non claram tantùm & constantem prædicationem veri, iusti & sancti, sed & vim veritatis, quam antea virgam oris Christi appellauit. Nam virga oris tantundem valet ac sceptrum verbale, id est, vis veritatis & prædicationis Christi. Subest autem occulta antithesis, percutiunt reges & tyranni, ferro, machina, flamma: Noster verò Rex, ore, id est, solo halitu seu flatu, quo nihil fragilius, & verbo hostes suos interficit. Quanquam halitus seu flatus ponitur hîc per allegoriam pro vi veritatis. Huc pertinet & illud Pauli 2. Thess.2. b.8. Et tunc patefiet iniquus ille, quem Dominus conficiet spiritu oris sui. Vbi ad locum Esaiæ alludere videtur Paulus, & Christum spiritus gladio instruit, vt hostes suos profliget. Verbum enim Dei, validus ille Dei gladius est, quo superbi illius Antichristi caput amputatur.*

Hominibus, vt *Threnorum 4.d.20. Spiritus oris nostri vnctus Domini captus est in retibus eorum. Ita verò appellat vates Regem, eò quòd principes vitæ nostræ tutores sint. Spiritus enim pro vita sæpe accipitur in Scriptura. Exponitur locus hic de Zedechia Rege, q in captiuitate populi et ipse captus est.*

De significationibus nominis Animæ, quæ ad explicationem nominis Spiritus Dei non nihil faciunt.

ANIMAE vocabulum tribuitur

Deo, vt *Amos 6.b.8. Iurauit Deus per animam suam, id est, per semetipsum. Nec enim per alium iurare solet Deus, cùm neminem se maiorem habeat. Humano autem more Scriptura Deo animam tribuit, sicut manus quoq; & pedes & alia membra illi tribuere consueuit. Ierem.51. b.14. Iurauit Deus exercituum per animam suam. Esa.1. d.14. Neomenias vestras & statas ferias vestras odiuit anima mea, id est, ego odio habui. Sic & Psal.24.b.4. Qui non extulit vel assumsit ad vanum animam meam. Nam Rabbi Salomon, Abraham, Esra, & Kimbi, in hac versus huius particula, Deum loqui intelligunt, & assumere animam Dei idem esse atq; iurare per animam Dei, id est, per Deum. Id quod exegetica particula sequens innuere videtur ad illud Dei præceptum: Non assumes nomen Iehouæ Dei tui in vanum. Vt igitur os Domini pro Deo, Deut.8.a.3. Esa.40.b.5. Nomen Dei pro Deo, Psal.20.d.30. Ita anima Dei pro Deo in Scriptura vsurpari solet. Simili phrasi Spiritus Dei pro Deo accipi solet. Vnde certò conficitur Spiritum Dei Deum esse, nõ donum tantùm aut virtutem Dei. Sic & aliàs Hebræi dicere solent, Anima mea, pro Ego ipse, Anima tua, pro Tu ipse, vt Psal.41.a.3. Anima mea præparata ad te Deus. Psal. 102. d. 22. & tu anima mea prædica Dominum. Psal.145. a.1. Lauda anima mea Dominum. Quod quidem de seipso toto intelligendum esse, sequens particula indicat, subdit enim: Laudabo Dominum in vita mea dum viuam. Psal. 3. a.3. Multi dicunt animæ meæ non est salus ei à Deo. Et Psal. 35. a. 3. Dic animæ meæ, salus tua ego sum, quasi dicat, Imple desiderium meum, ostendendo te esse salutem meam. Ierem.21. b.7. Erit ei anima sua in spolium. Luc.12. c.19. Et dicam animæ meæ. Est enim periphrasis sui ipsius, ac si diceret, Dicam ad meipsum vel mihi ipsi.*

Hominibus, & *seq. Vide literam A.*

- A. Animâ
  - Hominibus: & capitur
    - Homine, *Gen.14.d.21. Da mihi animas. Ezech.18.a.4. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Rom.13.a.1. Omnis anima potestatibus superuenientibus subdita sit.*
    - Facultate *intelligendi, Hebr.4.c.12. Pertingens ad diuisionem animæ simul & spiritus.*
    - Voluntate *seu desiderio, Genes.23.b.8. Si est in animabus vestris, id est, si placet vobis, Act.4. f.32. Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna.*
    - Vita *& subsidiis vitæ, Matth. 6. c.25. Ne sitis solliciti animæ vestræ quid edatis. Matth.10. d.38. Qui inuenerit animam suam, perdet eam.*
    - Vitali *ac immortali spiritu, Luc.12. d.20. Stulte, hac nocte repetent animam tuam abs te. Apoc. 6.c.9. Vidi animas interfectorum.*
    - Vitioso *ingenio, quale est in hominibus non renatis. Iudas in Epistola sua, Animales, spiritum non habentes.*
    - Sede *affectuum seu corde, Luc.1.c.46. Magnificat anima mea Dominum.*
    - Flatu *quo spirant & inspirant homines, in quo vitalis corporis motus residet, vt cum dicitur, 2.Sam.1.a.9. Apprehendit me anxietas, etiamsi tota anima mea adhuc in me est, & 1.Reg.17. d.21. Reuertatur anima pueri huius intra viscera eius. Act.20.c.10. Anima eius in ipso est, &c.*
    - Sanguine, *Gen.9.a.5. De manu viri & fratris eius requirã animã hominis. Vide Ezech.3.c.19.*
    - Cadauere, *Num.9.a.6.7. Nos immundi super anima hominis.*
    - Senfu vitali, *Psal.44.d.25. Quia deiecta est ad puluerem anima mea.*
    - Seruis *& ancillis, vernaculis & emtitiis, vxoribus seruorum & liberis, qui omnes in potestate sunt Patrisfamiliâs, Gen.12.a.5. Tulit Abraham vxorẽ suam, & animas quas fecerant.*
    - Corpore *humano, Psal.7.a.6. Persequatur hostis animam meam.*
  - Animâtibus brutis: & ponitur pro
    - Animato *vel viuente, Gen.1.c.20. producant aquæ reptile animæ viuentis.*
    - Ventriculo *in quem cibus ingeritur, Esa. 5. c. 15. Dilatauit inferius vel sepulcrum animam suam, vbi comparat sepulcrum insatiabili bestiæ quæ ventrem explere non potest.*
    - Calore vitali, *Gen.1.d.30. In quo est anima viuens.*
    - Vita *corporis animantis, Leuit. 17. c. 11. 14. Quia anima carnis .i. vita corporis in sanguine est.*

De vocabulo Virtutis, circa illud Luc.1. d.35. & virtus Altissimi inumbrabit te.

- VIRTVTIS vocabulum tribuitur
  - Deo: *& hæc virtus est vel*
    - Personalis, *quæ diuina sua virtute agit. Sic Filius dicitur virtus Dei, 1.Corin.1.d.24. Prædicamus Christum Dei virtutem. Dicitur autem Filius, Dei virtus, quia ipse diuina sua virtute cõfert credentibus salutem. Sic & Spiritus Sanctus virtus Altissimi dicitur, Luc 1.d.35. & Luc.24.g.49. Virtus ex alto, quod videt ad dona attinet. Est enim ipse essentialis Dei virtus, cuius efficacia se profert ac exerit, tàm in tota Mundi gubernatione quàm in miraculis. Est autem hîc in Luca concinna metaphora, qua virtutem Dei, qua suos tuetur & protegit, vmbræ comparat. Locum Luc.1. d.35. de virtute personali dici contextus ipse arguit. Hæc enim virtus superuenire & virginem obumbrare dicitur. Porrò obumbrare Deo ipsi tribuitur, vt Psal.17.c.8. sub vmbra alarum tuarum me absconde, Psal.57.a 2. In vmbra alarum tuarum sperabo, Psal.140.b.8. Qui obumbras caput meum in die armorum. Item Psal.91.a.4. Alis suis obumbrabit tibi. Significat verò obumbratio, arcanam Dei operationem ad defensionem, quæ sensibus nostris percipi non potest. Quare Angelus in Luca significat extraordinarium fore opus, vbi naturæ media deficiant.*
    - Operatiua, *qua agit Pater cum Filio & Spiritu Sancto. Hæc enim tribus hypostasibus communis est, sicut Christus dicit Ioan.5.c.17. Pater meus ad hoc vsque tempus operatur & ego operor. De hac virtute loquitur Filius, Matth.22.c.29. Erratis nescientes Scripturas neq; virtutem Dei.*
  - Angelis. *Angeli enim virtutes appellantur, Rom.8.g.38. Eph.1.d.19. Col.1.d.29. Eò quòd Dominum ceu stipatores cingant, & Dei exercitus seu milites sint. Nota verò est enallage Hebræis familiaris substantiuè pro adiectiuo, vt principatus pro principibus, virtutes seu potestates pro his qui potestate virtuteq; funguntur, sublimitas pro rebus sublimibus, profunditas pro rebus profundis.*
  - Hominibus: & capitur
    - Deo *ipso, qui virtus est hominum fidelium, Psal.26. a.1. Dominus virtus mea, à quo trepidabo?*
    - Honesta *& bene composita vita, 2.Pet.1.b.5. Subministrate in fide vestra virtutem.*
    - Miraculis, *Matth.7.d.22. Domine in nomine tuo virtutes multas edidimus, Mar. 6. a.2. Vnde virtutes tales quæ per manus eius fiunt?*
    - Fortitudine *quæ virtus bellica dicitur, &c. Psal. 17. c. 33. Deus est qui me instruit virtute heroica.*
  - Cœlis, *Matth.24.c.29. Virtutes cœlorum mouebuntur. Vocat autem virtutes cœlorum cœlos ipsos tanquam fortes & robustos, sicut os gladij pro gladio acuto vsurpari solet.*

De vocabulo Quomodo, quo Athei ac incredduli in mysterio Sanctæ Triadis vti solent.

VOCABVLVM Quomodo dupliciter sumitur:

De modo rei interrogat, vt Maria Luc.1.d.34. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco. Hic enim Mariæ nihil de promissione dubitans quæsiuit modum, idq; maximo animi ardore quo cupiebat id scire. Neq; enim scitabatur vt sensibus suis Dei potentiam vel subiicere vel æquare vellet: tantùm subita admiratione perculsa ad mouendam quæstionem hanc rapitur. Gen.15.a.8. Quomodo sciam me possessurum esse terram?*

Rei impossibilitatē denotat, vt Luc.1.d.34. Zacharias dicit, *Quomodo istud cognoscamus?* Ioā. 3.b.9. *Quomodo possunt hæc fieri?* Vide & 1.Corin. 15.c.12. Hîc dissce:

Quale sit hoc verbum. Rectè Nazianzenus dicit, verbum hoc *Quomodo*, fidei venenum esse. Vnde hæc vox proficiscatur. *Ex Infidelitate seu diffidentia, dum in ordine naturæ subsistimus, & Dei potentiæ ac verbo minus tribuimus quàm decebat. Nimium enim maligne sentiunt de operibus Dei qui illum non plus facturum credunt, quàm secundùm naturam credibile est. Quasi eius manus vel sensui nostro subiecta vel terrenis mediis inclusa esset. Atqui fidei proprium est longè plus credere, quàm fieri posse carnis ratio dicket. Hoc igitur obseruandum est vt quoties absurditas impingit in iudicium rationis, non sit nobis à verbo Dei & fidei articulis discedendum.*

Quorum sit hæc vox, *Quomodo?* Curiosorū et incredulorū, q verbo Dei assentiri nolunt, sed suæ rationis iudicium sequi volunt. *Nobis enim incredulorum more non est quærēdum,*

Quomodo vnus possūt esse tres. Sacræ enim literæ docent, vnum esse Deum, & tñ tres esse, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum: Vnum igitur tres esse posse probatur

Ex *Mose & Esaia. Quod enim Moses Deut. 32. Vni ac soli Deo attribuit: Solus, inquiens, Dominus duxit eum: Id Esaias cap. 63. c. 9. tribus, Patri & Filio quem hîc Angelum faciei appellat, & Spiritui Sancto attribuit: Duxisti, inquit, populum tuum, ô Deus. Item Angelus faciei seruauit eos, & rursum Spiritus duxit eum.*

Ex *Salomone in Prouerbiis, qui vbi de vno Deo vnaq; in Deum fiducia dixisset, subdit: An non præscripsi tibi Triarios? In Hebræo legitur Schalischim pluraliter & significat Heroes præstantissimos & fortissimos. Atq; hoc nomine appellat Patrem Iudas in Epistola, Esaias Filium, Esa.9.a.6.*

Ex *dicto Christi & Pauli. Paulus enim, Eph.4.a.5. Dei & Baptismi vnitatem connectit: vt enim Deus vnus est, ita baptismum vnum esse asserit, eò quòd in vnius Dei cognitionem & religionem nos initiet, & tamen Christus iubet baptizari nos in nomen Patris & Filij & Spiritus Sancti. Vnus igitur Deus essentia, trinus est personis.*

Ex *triplicato Dei nomine, Deut.6.a.4. Vbi Deus vnus esse dicitur, & tamen propter mysterium trinitatis triplicatur Dei nomen, Audi Israel Deus, Deus noster, Deus vnus est.*

Ex *triplicato Domini nomine, vt Num. 6. d. 24.26. Benedicat tibi Dominus & custodiat te, ostendat Dominus faciem suam, conuertat Dominus vultum suum ad te. Dixit ter Dominus ad demonstrandum Trinitatis mysterium.*

Ex *triplicato sancti nomine, Esa.6.a.3. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum. Quia hîc Propheta ter dicit Sanctus, Rabbi Simeon filius Iohai, & Rabbi Ionathan filius Vzielis, eum tres personas diuinas designasse dicunt, & explicāt hunc locum, Sanctus hic est Pater, Sanctus hic est Filius, Sanctus hic est Spiritus Sanctus. Quod autem non dixerunt Angeli Sanctus Pater, Sanctus, Spiritus S. Sed simpliciter Sānctus, Sanctus, Sanctus, propterea factum est quod mysterium Sanctæ Triadis non erat per Angelos in veteri Testamēto, sed per Dominū ipsum in nouo manifestandum. Cùm additur Dominus Deus exercituum, vnam diuinam essentiam denotat.*

A nomine *Dei singulariter & pluraliter expresso, vt Gen.35. c.11. Iehouah dicitur & Elohim. Exod.20.a.2. Ego sum Iehouah Elohim. Esa.6.c.8. Quem mittam & quis ibit nobis? Ecce Adā quasi vnus ex nobis, Gen.3.d.22.*

Ab *actu Dei singulariter & pluraliter expresso vt fecit Deus, & faciamus hominem. Descēdam, Gen.18.c.21. Descendamus, Genes.11.a.7. Confudit, confundamus, Ibidem. Item creditis in Deū & in me credite: & rursus, Ad eum veniemus, Ioā.14.a.1.*

A confessione *Catholica fidelium, in qua vnū quidem Deum confitemur, verùm mox tres diuinitatis hypostases subiicimus Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum.*

Quomodo *tres vnum sint, &c. Vide literam A.*

A. Quomo-

A. Quomodo tres vnum sint. Tres enim vnum esse Deum, probatur

Scripturis: vt

1. Ioan. 5. a. 6. *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnum sunt.*

2. Ioan. 10. c. 30. *Ego & Pater vnum sumus. Ego in Patre & Pater in mè, &c.*

Argumentis:

Si *solus Pater vnus Deus est, Filius & Spiritus Sanctus falsis Diis annumerabuntur & peribunt. At Filius & Spiritus Sanctus falsis Diis annumerari non possunt. Ergo Pater, Filius & Spiritus Sanctus sunt vnus Deus.*

Si *Filius & Spiritus Sanctus non sunt vnus Deus cum Patre, necesse est plures eos & diuersos esse Deos. Nam & Filius & Spiritus Sanctus Deus dicitur. At non sunt plures ac diuersi Dij. Ergo Pater, Filius & S.S. sunt vnus Deus.*

Solius *Dei est vitam æternam dare. Pater, Filius & Spiritus Sanctus dant vitam æternam. Ergo Pater, Filius & Spiritus S. sunt vnus & solus Deus.*

Hic *est vnus ille ac verus Deus, ex quo, per quem, & in quem sunt omnia. At hoc non conuenit vni Patris personæ, quatenus à Filio & Spiritu, persona est distincta, sed simul Patri, Filio & Spiritui Sancto, qui sunt ille vnus Deus ex quo, per quem & in quo sunt omnia. Ergo non solus Pater, sed & Filius & Spiritus Sanctus sunt vnus ille Deus. Minor nota est ex aduersariorum hypothesibus, qui Patrem à Filio & Spiritu Sancto his particulis distinguũt, quòd ex quo, Patri: per quem, Filio: In quo Spiritui Sancto sit proprium. Quod & nos fatemur rectè ad personarum distinctionem accommodari, modò agnoscamus, tria hæc vnius esse naturæ.*

Is *solus est vnus ac verus Deus in cuius nomine baptizati sumus. Sed non in vnius tantùm Patris nomine baptizati sumus. Ergo non Pater tantùm, sed & Filius & Spiritus Sanctus sunt vnus ac verus Deus. Maior ex Paulo, Eph. 4. a. 5. probatur qui vnitatem fidei, baptismi & Dei inter se conuertit. Vt autem fides non est vna, quæ diuersa habet obiecta, atque huc & illuc circumspicit, sed quæ in vnum Deum spectat: Ita etiam baptismus non esset vnus, si non in vnius Dei nomine daretur & in vnius Dei fidem & religionem incitaret. Sequitur ergo Patrem, Filium & Spiritum Sanctum in cuius nomine baptizari iubemur vnum esse Deum.*

Quorum *est vna inseparabilis & indiuisa operatio, eorum etiam inseparabilis & indiuisa est natura. At Patris & Filij & Spiritus Sancti vna est & inseparabilis operatio. Ergo vna etiam natura, & per consequens vnus Deus.*

Quicunq; *eduxit populum Israel ex Ægypto, ille est vnus & solus Deus. Pater, Filius & Spiritus Sanctus eduxerunt populum Israel ex Ægypto. Ergo Pater, Filius & Spiritus Sanctus sunt ille vnus ac solus Deus. Minor probatur, quia Angelus præcedens Patres in deserto, nunc Angelus Domini, nunc Iehouah dicitur, & hic quidem Filius est, qui Angelus magni Consilij, Angelus Faciei, & Angelus Testamenti dicitur. De Spiritu Sancto dicitur Esa. 63. c. 14. Spiritus duxit eum.*

Vnus *tantùm ac solus Deus inuocandus est, Pater, Filius & Spiritus Sanctus inuocantur: Ergo Pater, Filius & Spiritus Sanctus sunt vnus & solus Deus. Quòd autem Filius & Spiritus Sanctus inuocari debeant, probatur à Baptismi formula. Baptismus enim iuxta Christi præscriptum legitimè administratus solennis est inuocationis formula ab ipso Christo Ecclesiæ tradita, in qua petimus baptizatum in gratiam recipi ab vno Deo Patre, Filio & Spiritu S. Probatur id exemplo etiam Apostolorum, de quo vide tabulam de Diuinitate Filij & Spiritus Sancti. Tertiò, quia credimus in Filium & Spiritum Sanctũ sicut Apostolorum symbolum in eum credere iubet. Cum enim fides & inuocatio res sint inter se coniunctissimæ, facilè constabit eum inuocandum esse, in quem credere debeamus. Vide Rom. 10. b. 9.*

De verbo Faciamus, Descendamus, Confundamus.

Mos hic Barbarus serò tandem à Principibus superbis receptus, Mosis tempore in vsu nõ erat, vt videl. quis de se in plurali loqueretur excellentiæ seu dignitatis suæ respectu. Ac si receptus sit etiam, putas Deum hominum morem superbum vel facto vel sermone suo imitari voluisse?

Si hæc particula, Faciamus, excellentiæ sit particula, sibi locutus esset Pater non ad alterum, atque ita superfluus hic sermo haberetur. Nam sibi dixisset vt fieret & rursus ipse fecisset. Quid enim magis alienum ab eo qui solitarius sit, vt sibi aliquid faciendum diceret, cùm voluntate tantùm opus esset vt fieret.

Hæc particula, Faciamus, in nulla lingua vni tantùm personæ tribui potest. Probent verò veritatis aduersarij morem hanc esse linguæ Hebraicæ, vt quis de se in plurali loquatur excellentiæ suæ causa. Ac scimus quidem plurale pro singulari vsurpari more Hebraico, verùm id in constructionibus Nominum & Verborum, ac ferè in tertia persona, vt 1. Tim. 2. c. 15. Mulier soluatur si manserint in fide. Matth. 26. c. 8. dicũtur discipuli reprehendisse factum Mariæ, cùm vnguentũ effudisset, cùm tñ hoc non fecerit nisi Iudas, vt ostendit Ioan. cap. 12. a. 4. Et latrones Christo illusisse dicuntur, Matt. 27. d. 44. cùm id non in ambobus, sed in vno tantum, verum exist. at, teste Luc. cap. 23. d. 39. Sic Matt. 28. a. 1. Vespera Sabbathorũ, p Sabbato ponitur. Heb. 9. c. 23. Ipsa cœlestia potioribus q hæ sint victimis mũdetur. Potiores victimas vnicã Christi oblationẽ vocat. Heb. 10. c. 10. Item 2. Pet. 3. c. 11. In sanctis cõuersationibus & pietatibus, vbi numero plurali abusus est Petrus p singulari. Porrò proferãt aduersarij vel vnicũ exemplũ vbi Abrahã, Isaac, Iacob & alij viri excellentes, excellentiam suam declaraturi, hoc loquendi modo vsi sint, vt de se pluraliter loquantur. Ac si hic est modus loquendi vsitatus linguæ Hebraicæ, vt quis de se pluraliter loquatur, idq; excellentiæ suæ respectu, Cur, obsecro, Deus suæ excellentiæ quasi oblitus plerisq; in locis sic loquitur: Ego Dominus, non autem nos Domini, & tum potissimum cùm Legis promulgatione excellentiam ac maiestatẽ populo declaraturus esset? Hic igitur Scriptura nobis audienda est, quæ dicit Sap. 9. c. 9. Vna tecum artifex operum tuorũ sapientia, quæ tibi Mundum creanti præsto fuit.

Etiamsi hic modus loquendi Hebraicus sit vt quis de se in plurali loquatur excellentiæ suæ respectu, non tamen faciamus, descendamus, confundamus, &c. dici debebat, sed faciemus, descendemus, confundemus, &c.

Faciamus, *Non excellẽtiæ respectu de Deo dici, quod probatur, quia*

Hic dísce: hanc particulam,

Faciamus, *non ad Angelos referri debere, ex his absurdis, quæ inde consequerentur, satis liquet. Sic enim*

Angeli qui conserui nostri sunt, creatores essent nostri & à nobis adorandi essent.

Deus ipse necesse habuerit Angelorum suorum accersere auxilium. Quasi verò Dominus post facturam cœli & terræ defatigatus, hominem solus condere non potuerit, cùm Esa. 40. c. 13. dicatur: Quis adiuuit Spiritum Domini? Et 45. c. 12. Ego feci terram & hominem super eum creaui.

Nos ad Angelorum imaginem conditi essemus.

Vna esset Dei & Angelorum imago.

Angeli iam tum extitissent: de quo tamen Scriptura nil certi affirmat.

Non respicere nouam creationem, cùm Moses hîc non de noua, sed prima creatione loquatur. Hoc enim perinde esset ac si diceret Dominus: Meum erit primùm omnia creare, postea tuum ô Fili, vnde mox colligi posset Filium iam tum extitisse.

Faciamus, *descẽdamꝰ, ad Filiũ & Spiritũ Sãctum referri debere. quod his argumẽtis pbatur, quia*

Hæc particula consultantis & admonentis est, modi hypothetici, qui aliter authypotactos, teste Linacro, dicitur. Est autem cùm nos vnà cum aliis ad aliquid subeundum submittimus. Hic primam personam multitudinis duntaxat recipit, sine tamen secunda persona adhibita non consistit, vt eamus & in media arma ruamus. Hunc modum nonnulla ratione Latini cum imperatiuo coniungunt. Proinde Genes. 11. a. 7. in Græco legitur δεῦτε, Agitedum, Venite, descendamus, vt certò intelligas hanc hortantis esse particulam, non excellentiæ notam. Similis consultatio est, Esa. 6. c. 8. Quem mittam & quis ibit nobis? Non dubium enim quin Pater consultationem habeat cum Filio & Spiritu Sancto.

Eadem verba, faciamus, descendamus, &c. extra consultationem posita, in singulari ponuntur, vt fecit Gen. 1. a 7. Descendam, Gen. 18. c. 21. Confudit, Gen. 11. a 7.

Sæpè in Scriptura Hebræum quoq; nomen Osecha, quod huic planè respondet, multitudinis numero ponitur, factóres tui, vt Esa. 44. a. 2. 54. a. 5. Psal. 149. a. 2. Iob. 35. c. 10. Vbi est Deus factores mei?

Christus de se, Patre ac Spiritu suo loquẽs dicit, Ioan. 14. d. 23. Et ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. Hic certè nemo cauillari poterit, Christum hîc de se locutum excellentiæ seu dignitatis suæ respectu, cùm antea Patris & mox Spiritus Sancti meminerit. Huc pertinet & illa phrasis, Esa. 6. c. 8. Quem mittam? & quis ibit nobis? Post trinam enim nominis Sancti repetitionem, qua Trinitas significabatur, additur: Quem mittam? vt vnitas essentiæ significetur. Rursus ne ab vna Dei essentia tres hypostases excluderentur, addit, Quis ibit nobis?

Alij Scripturæ loci, quid hac phrasi, faciamus, &c. intelligi debeat satis explicant, vt cùm Dei, Domini & Sancti nomina triplicantur. Cùm duplicatur Domini nomen, vt Gen. 19. d. 24. pluit Dominus à Domino è cœlo, & 2. Tim. 1. c. 18. Det Dominus vt mueniat misericordiam apud Dominum. Et Psal. 110. a 1. Dixit Dominus Domino meo, & Daniel. 9. a. 4. Item cùm Christus dicit baptizantes eos in nomen Patris & Filij & Spiritus Sancti. Vide & 2. Cor. 13. c. 13. Apoc. 1. c. 8.

De verbo Baptizandi, circa illud, Baptizantes eos in nomen Patris & Filij & Spiritus Sancti. Item Baptizetur vnusquisque vestrûm nomine IESV Christi, Act. 2. d. 38. 10. g. 48.

BAPTIZANDI verbum pro ratione adiunctorum diuersa significat, & ponitur vel

- Propriè, & tũ pro immergi, tingi, et lauari ponitur. Idq; vel interiore Dei actione vel externo hominis Ecclesiastici ministerio. Pro ratione aũt adiunctorum verbum baptizãdi diuersimodè ĩ hoc tingendi negotio vsurpatur. Additur enim illi vel nomen
  - Causæ baptismi, quæ est vel
    - Efficiens primaria, quæ Deus ipse est. Sic dicimur baptizari in nomẽ Patris & Filij & Spiritus Sancti. Quod quid aliud est quàm externa Baptismi ceremonia profiteri, mundari à peccato, solius esse Dei, qui est Pater, Filius & Spiritus Sanctus?
    - Instrumentalis, sic dicimur baptizari aqua, baptizari à ministro vel ut medio quodam, cùm tingimur aqua per ministrum verbi, Matth. 3. a. 6. Ioan. 1. d. 26. Sic Patres in Mosen vel per Mosen baptizati dicuntur, 1. Cor. 10. a. 2.
  - Effectus, seu Christianæ professionis, cuius tessera quædam est baptismus. Hac ratione dicimur baptizari
    - In nomen Christi vel Domini, quod est externa Baptismi Ceremonia profiteri se credere in Christum Filium Dei, eumq; vt verum Deum inuocare, sicut Ananias ad Paulum dicebat, baptizare & ablue peccata tua inuocato Domini nomine, Act. 22. c. 16.
    - In mortem Christi, Rom. 6. quod est hoc signo testari, per Christi mortem peccatum in fidelibus mori ac aboleri.
    - Pro mortuis, 1. Cor. 15. Quod est testari hoc signo resurrectionẽ ex mortuis, vel est testari mortem ipsam per Christum esse sublatam.
    - In Christum IESVM, Rom. 6. a. 3. vel in vnum corpus, 1. Corin. 12. c. 13. quod est testari omnes nos in vno capite Christo coalescere.
    - In remissionem peccatorum, Marc. 1. a. 5. Act. 2. d. 38. quod est, testari Christi sanguine ablui peccata.
  - Finis, sic dicimur baptizari in resipiscentiam, Matth. 3. d. 6. quod est baptizari vt de resipiscentia admoneamur.
- Impropriè, et tum baptizari ponitur pro
  - Donari Spiritus Sancti donis, vel signo visibili vt Apostolos, Act. 2. d. 38. Alios, vt Act. 10. g. 48. 19. a. 3. vel absq; signo visibili. Id verò Scriptura vocat Spiritu Sancto baptizari, Matth. 3. a. 6. Act. 1. a. 5. Accipere Spiritum Sanctum, Ioann. 20. d. 22. Act. 8. c. 13. Effundi Spiritus Sancti donum in credentes, Actor. 10. g. 48. 11. c. 16. Venire Spiritum Sanctum super credentes, Act. 19. a. 3.
  - Doceri, vnde Baptismus pro doctrina vsurpatur, vt cùm quæritur Matt. 21. d. 25. An Baptismus Ioannis è cœlo fuerit an ex hominibus. Item cùm dicitur Apollos nihil nouisse quàm Ioannis Baptisma, Act. 18. c. 8. Item cùm dicitur Ioannes prædicasse baptismum pœnitentiæ, Act. 10. g. 48. 13. 19. a. 4.
  - Pati persecutiones. Hac ratione
    - Christus dicitur baptizari, Luc. 12. g. 50. Mar. 10. f. 38. Eò quòd oportuerit illum multa pro nobis pati.
    - Fideles dicuntur baptizari Baptismo quo Christus baptizatus est, Marci 10. f. 38. Sicut enim Christus passus est, ita membra illius pati necesse est. Vide Col. 1. d. 20.

¶ Has Scripturæ in causa Baptismi phrases cùm nauci sint admodum qui norint, alij hac, alij verò alia Baptizandi forma vtuntur, prout sibi visum fuerit. Eunomioeutychiani corrupta Baptismi forma in Christi morte vel mortem baptizabant. De quo vide Hist. Tripart. lib. 9. cap. 40. Ariani noui in nomen Christi baptizant, ignorantes quid sit in nomen Christi baptizari. Hæc enim phrasis non causam Baptismi, sed effectum ac professionem declarat. Arius in confessione fidei suæ apud Constantinum, In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti baptizandum esse censet, vt est Tripar. Hist lib. 3. cap. 6. Ab hac professione sequaces sui nonnihil discedentes, aliis verbis baptizarunt. Marcus quidam ante Arium discipulus Valentini hæretici, Magus superstitiosus, vsitatam baptizandi formam à Christo præscriptam pertæsus, sic baptizabat: In nomine ignoti Patris omnium, & in veritate omnium matre, & in eo qui descendit in IESVM. De quo vide Eusebium lib. 4. Hist. Eccles. cap. 11. & Irenæum lib. 1. cap. 9. 10. & lib. 3. cap. 4. Barbas quidam Arianorum Episcopus, inuersa baptizandi formula, sic baptizabat: Baptizat te Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu Sancto. Quæres quem exitum habuerit, vide apud Platinam in vita Athanasij 11.

Talis erat olim & in psallendo diuersitas apud Antiochiam Leontij tempore. Alij enim canebant gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto. Alij verò, gloria Patri per Filium & Spiritui Sancto, qui per interpositionem præpositionis, Filium, secundum esse monstrabant. Callidi homines præpositionem nonnunquam addunt, vbi addere nihil necesse erat, aliàs subtrahunt, vbi addenda erat, vt in Symbolo, cùm dicimus: Credo in Spiritum Sanctum, Ariani præpositionem adimunt dicentes: Credo Spiritum Sanctum. De hac psallendi diuersitate lege Tripar. Hist. lib. 4. cap. 35. & lib. 5. cap 32.

De vocabulo Nominis, circa illud, Baptizantes eos in nomen Patris & Filij & Spiritus Sancti.

NOMINIS vocabulum ponitur, vel in

- Deo: & ponitur vel
  - Eo quod de Deo Scriptura prædicat. Prædicat autem de eo quòd sit Omnipotens, omnisufficiens, Dominus, iustus iudex, misericors, clemens, &c. Ierem. 10. c. 6. *Magnum est nomen tuum cum potentia*, Psal. 9. c. 11. *Et sperabunt in te qui nouerunt nomen tuum. In his locis nomen pro attributis illius ponitur.*
  - Ipso Deo quod quidem ratione non caret. *Nam quia incomprehensibilis nobis est Dei maiestas ac essentia, quatenus patefacta est nobis eius gratia & virtus, in eum sperare conuenit. Itaq; ex eius nomine, innouandi fiducia nascitur. Sic accipitur nomen Dei*, Psal. 20. a. 2. *Eleuet te nomen Dei Iacob, id est, ipse Deus.*
  - Celebri eius notitia, Psal. 8. b. 10. *Domine Deus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.*
  - Potentia & authoritate diuina, Psal. 75. a. 1. *propè est nomen tuum illis qui opera tua commemorant. Act. 4. a. 7. Qua authoritate & quo nomine fecistis hoc?*
  - Fiducia *nominis Dei*, Psal. 20. b. 8. *Hi in curribus & hi in equis, nos tamen in nomine Dei nostri vexilla erigimus. & 1. Sam. 17. f. 45. Dauid ad Goliat dicebat: Ego venio ad te nomine Dei exercituum.*
  - Gloria Dei, Ioan. 17. a. 6. *Manifestaui nomen tuum hominibus. (mei.*
  - Persona & loco Dei seu potestate, Ioan. 5. g. 43. *Ego veni nomine Patris*

  ¶ *Hæc nominis Dei significata, quia cognata sunt & in idem ferè recidunt, ad baptismi ipsius formam probè referri possunt. Cùm igitur Baptismus detur in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, vnum horum est nomen, vna diuinitas, vna maiestas & notitia, vna potentia & authoritas, vnus cultus, vna fiducia, vna etiam obligatio, qua vni Deo Patri, Filio & Spiritui Sancto nos obstringimus.*
- Singulari *numero & sic tribuitur vel*
  - Filio *Dei in carne manifestato, & tũ ponitur p*
    - Gloria *illius*, Col. 3. c. 17. *Quicquid egeritis sermone vel facto omnia in nomine* IESV *facite*, Rom. 1. a. 5. *Pro ipsius nomine.*
    - Excellentia & amplitudine, existimatione, dignitate & cultu, Eph. 1. g. 21. *sedere fecit super omne nomẽ*, Phil. 2. b. 9. *Donauit ei nomen, &c.*
    - Loco, *persona & authoritate Christi*, 2. Cor. 5. a. 3. *Itaq; nomine Christi legatione fungimur*, Luc. vltimo: *Oportet prædicari nomine eius pœnitentiam*, 1. Cor. 5. a. 3. *In nomine Domini nostri* IESV *Christi congregatis vobis, & meo Spiritu, vnà cũ potestate Dñi nostri* IESV *Christi.*
    - Potentia *Christi*, Mar. 16. d. 17. *In nomine meo Dæmonia eiicient*, Act. 4. b. 7. *Quo nomine fecisti hoc?*
    - Ipso *Christo, sicut nomen Dei pro Deo, os Domini pro Domino*, Esa. 40. a. 5. *Os Domini locutum est*, Act. 3. c. 16. *Per fidem nominis eius, hunc quem spectatis ac nostis confirmauit, id est, consolidauit nomen ipsius. Hic nomen Christi secundo loco positum pro Christo accipitur.*
    - Causa *illius vel gratia*, Mar. 9. c. 37. *Quisquis vnum ex his pueulis exceperit meo nomine, me excipit. Nomine meo, id est, mea causa.*
    - Innouatione & clarificatione, *verum tum additur Epitheton, nouum*, Apoc. 3. c. 12. *Scribam super eum nomẽ Dei mei & nomen meũ nouum.*
    - Causa *salutis*, Act. 4. c. 12. *Non est aliud nomen sub cœlo datum, &c.*
    - Euangelij *professione*, Act. 9. d. 27. *Cùm fiducia loquens nomẽ Domini. S.* & Act. 28. b. 9. *Nomen* IESV *Nazareni pro tota Euangelij professione accipitur, q̃ extinguere statuerat Paulus, bellũ aduersus Deũ inscienter suscipiens. Sic & 1. Ioan. 2. c. 23. Vt credamus nomini Filij eius, vbi nomen ad prædicationem respicit. Nulla. n. est absq; doctrina fides.*
  - Hominibus *piis: & ponitur pro*
    - Gloria, *vt* Esa. 56. a. 5. *Nomen sempiternũ dabo ei q̃ nunquã delebitur.*
    - Fama & existimatione apud homines, Prouerb. 22. a. 7. *Nomen bonum præstat magnis opibus.*
    - Ipso *homine pio*, Apoc. 3. a. 5. *Confitebor nomen eius coram Patre meo. Nomen eius, id est, eum. Id quod ex Christi verbis colligi poterit*, Luc. 12. b. 8. *Quicunq; confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis eum confitebitur coram Angelis Dei.*
- Plurali, & tum ponitur pro
  - Hominibus, *quia in numerando homines nominatim censentur*, Act. 1. c. 15. *Erat autem turba nominum simul ferè centum viginti.*
  - Illustribus *personis*, Apoc. 3. a. 4. *habes pauca nomina, id est, viros illustres ac primarios.*

De voca-

De vocabulo Trinitatis.

NOMEN Trinitatis in Ecclesia retinẽdum esse probatur, quia

- Vocabulum *Tres*, vnde Trinitas deducitur, expreſsè reperitur in Scriptura, vt 1. Ioã. 5. a. 7. [illegible]nitur, vbi de Deo teſte loquitur Ioannes. *Tres ſunt, inquit, qui teſtimonium perhibent in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnum ſunt.* Solus Pater tres eſſe non poteſt. Iam vt vnus Deus, ſæpe in Scriptura reperitur, vnitas Dei non reperitur, & tamen rectè dicimus vnitas Dei: Ita etſi Trinitas non reperiatur, quia tamen tres expreſsè reperitur, rectè inde ſequitur, Trinitatem eſſe.
- Reperiuntur *in Scriptura vocabula quæ has tres deſignent, & hoc vel*
  - Tres *hoc ſpecificãto, vt ſunt nomina*
    - Patris, *Filij ſeu Verbi, & Spiritus Sancti, Matth. 28. c. 19. 1. Ioan. 5. Gal. 4. a. 6. Emiſit Deus Spiritum Filij ſui. Apocal. 1. a. 8. &c.*
    - Domini *Dei, quo nomine Pater: brachij, quo nomine Filius: & Spiritus Domini, quo nomine Spiritus Sanctus deſignatur, Eſa. 40. c. 11. 63. c. 14. &c.*
    - Dei *Iſraelis, quo nomine Pater: Petræ Iſraelis, quo nomine Filius, & Spiritus Iehouæ, quo nomine Spiritus Sanctus deſignatur, 2. Sam. 23. a. 2. Etſi verò vna ſit fides ſicut Deus vnus, hæc tamen vna fides, hos tres, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum complectitur vt in Symbolo confitemur.*
  - Nomina *Deo attributa triplicando, vt nomina Dei, Domini, Sancti, Deuter. 6. a 4. Num. 6. d. 24. 26. Eſa. 6. c. 8. Apoc. 1. b. 8.*
  - Nomen *Dei propriſsimum duplicando, addito nomine El quod fortem ſignificat, vt Exod. 34. a. 6.*
- Nomen *Iehouah ex tribus literis conſtat, quas literas myſterij ideo appellari volunt, quòd Triadis myſterium comprehendat.*

De vocabulo Græco πρόσωπον, quod Latini nunc Faciem, nunc Vultum, nunc Perſonam verterunt.

VOCABVLVM πρόσωπον tribuitur

- Deo, *idq; vel*
  - Abſolutè, *et tũc ponitur p*
    - Sanctuario *vel templo, vt Pſal. 27. a. 8. Quærite faciem meam. Vbi in Græco πρόσωπον eſt. In templo enim Dei verbum prædicabatur, quod ſpeculum quoddam eſt, in quo nos Deum contemplari debeamus.*
    - Fauore *& gratia Dei, Exod. 33. c. 15. Facies mea ſeu proſopon ibit. & Pſal. 4. a. 7. Lumen vultus tui Domine.*
    - Ira, *indignatione, iudicio & vindicta Dei, Pſal. 68. d. 55. Sicut cera liqueſcit ab igni: ſic diſpereunt impij à facie Dei.*
    - Clara *& euidenti reuelatione ac cõtemplatione præſentis Dei, vt Geneſ. 32. Vidi Dominum facie ad faciem. Exod. 33. d. 30. Loquebatur Dominus ad Moſen facie ad faciem. Quod Num. 12. d. 8. Alia ſermonis figura effertur: Ore ad os loquar ei. Item 1. Corin. 13. d. 12. Tunc autem facie ad faciem. Apoc. 22. d. 4. Et videbunt faciem eius, πρόσωπον. Non enim faciem habet Deus vt homo, ſed hac locutionis ratione oſtendit rationem quandam manifeſtam & claram viſionis Dei futurã.*
    - Incomprehenſibili *Dei maieſtate & eſſentia. De hoc dicitur Exod. 33. d. 20. Non poteris videre faciem meam, &c.*
  - Hypoſtaticè, *Patri, Filio & Spiritui Sancto. Patri vt Matth. 18. b. 10. Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei qui in cœlis eſt. In Græco eſt πρόσωπον, Filij vt 2. Corinth. 2. c. 11. & 2. Cor. 4. b. 6. In facie* IESV *Chriſti, propter Chriſtum. Spiritui Sancto, Pſal. 94. a. 2. Præoccupemus faciem eius in confeſsione. Dauid enim in hoc Pſalmo eum poſtea introducit loquentem, ad cuius cultum ac laudem initio inuitat omnes. Hunc verò Paulus, Hebr. 3. c. 14. Spiritum Sanctum vocat. Significat autem hoc modo πρόσωπον, ſubſtantiam individuam, intelligentem, & incommunicabilem. Eant nunc Ariani noui ac dicant adhæc nomen perſonæ quod Græcis πρόσωπον dicitur, nuſquam in literis ſacris inueniri. Nam ſi πρόσωπον quod Latinè perſona dicitur, Deo tribuitur, non abſolutè tantùm, ſed & hypoſtaticè, Patri, Filio & Spiritui Sancto, certè perſonæ nomen ſæpiſsimè in ſacris literis literaliter inueniri manifeſtiſsimum eſt. Nihil enim omnino refert ſiue id Græcè ſiue Latinè in Scripturis extet. Extat nomen πρόσωπον in Scriptura, quis ergo negabit nomen perſonæ in Scriptura inueniri, cùm id ſit Græcis πρόσωπον, quod Latinis perſona? Sed & faciei pro perſona vſurpatur, vt Leuit. 19. c. 15. Ne reuereariſ faciem potentis.*
- Filio *in carne, & ſeq. Vide literam A.*

Filio *in carne manifestato, vt Matth.11.b.10. Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem tuam. & Luc.9. Misit nuncios ante faciem suam. Et est Hebraismus nihil aliud significans quàm ante se vel te. Luc. 10. a.1. Obfirmauit faciem suam, id est, sese obfirmauit, vt sit sensus, Christum, cùm ipsius hora venisset sese obfirmato animo & deposito omni mortis terrore ad ineundum iter comparasse. Sic & Luc.1. g. 76. Præibis enim ante faciem Domini, id est, ante Dominum.*

A. Hominibus: & ponitur p

- Hominibus *primariis, vt Iudas, Admirantes personas vtilitatis gratia, & Eccles.20.c.24. Est qui animam seruando personæ perdit.*
- Quantitatibus *animi vel corporis vel rerum externarum, quæ à rhetoribus vocantur personæ attributa, sine vera sint illa siue ficta & ad tempus quæsita, vt in theatris fieri solet. Hinc persona senis, Leuit.19. persona pauperis. Ibidem, persona seu prosopon potentis, Prouerb. 19. a.6. De hoc præcipitur Leuit. 19.c.15. & Deut.16. neq; agnoscas personam, &c.*
- Oculis *mentis, 2.Cor.3.c.18. Nos omnes retecta facie, id est, receptis oculis mentis.*

Rebus *quibuslibet & ponitur pro superficie vel externa specie, & quasi vultu rerum omnium, sic dicitur, Gen.1. Super faciem abyssi, Genes.2.a.6. Irrigabat omnem faciem terræ, Matth.16.a.3. Faciem cœli nostis diudicare. Facies agri, Ezech.39.b.5. Facies flammarum, Esa.13.b.8. In Græco vbiq; πρόσωπον est.*

De nomine Personæ.

NOMEN personæ in Ecclesia retinẽdum esse probatur: quia

- Patri *tribuitur hypostasis, quod idem est quod Latini personam dicunt. Est ergo & Filio sua hypostasis.*
- Filius *apud Deum esse non potuit, id quod Ioannes de eo pronunciat, nisi esset hypostasis seu persona quæ à Patre distinguatur.*
- Vocabulum *Græcum πρόσωπον, quod personam Latini vertunt, Patri, Filio & Spiritui Sancto tribuitur. Patri, Matth.18.b.16. Filio, 2.Cor.2. & 4 b.6. Spiritui Sancto, Psal.94.a.2. Præoccupemus, inquit, faciem eius, vbi in Græco prosopon dicitur. Ad eius enim cultum Dauid hoc Psalmo omnes inuitat, quẽ postea loquentem introducit. Hunc verò Paulus, Heb.3.c.1. Spiritum Sanctum appellat.*
- Vt *Pater è cœlo, Matth.3 c.17. sic & Filius, Act.9.a.3. & Spiritus Sanctus, Act.13.a.2. personat. Habet igitur & Spiritus Sanctus personam. Nam à personando persona dicitur.*
- Vocabulum *personæ declarat, quidnam sint hi tres. Nec enim satis est dicere, quòd hi tres sint, Pater Filius & Spiritus Sanctus. Quæritur enim quales sint res, an sint vmbræ tantum seu cogitationes quædam, an verò substantiæ viuæ & distinctæ. Sacræ autem literæ clarè docent istos tres, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, esse res vivas & subsistentes & distinctas, Ioan.1.a.1. Matth.28.c.19. 2.Cor.13. c.13. Apocal.1.c.8. &c.*
- Natura *per se subsistens, & persona idem sonant. Vt nisi velis naturas discindere, personas quæ in diuinis sunt, in ipsa natura diuina subsistere credas.*

De variis nominis Personæ acceptionibus.

PERSONA ponitur, vel

- Propriè, *& tum significat, vultum, faciem, aspectum, & omne id quod fronti subest, vt complectatur oculos, nares, os, genas, mentum, &c.*
- Impropriè *seu metaphoricè. Sic varia significat in*
  - Communi *loquendi cõsuetudine. Vsurpatur autem pro*
    - Larua *seu facie conficta, à personando in theatris dicta.*
    - Qualitate, *qua alius ab alio differt vel animo vel corpore vel rebus externis. Animo, vt quo studio aliquis sese exerceat, sic dicitur persona militis, persona Philosophi. Corpore, vt adolescens ne sit quis an adultus. Sic dicitur persona adolescentis, persona senis. Bonis externis, vt opulentus ne an pauper, robustus an debilis.*
    - Officio *seu conditione, vt alia est persona Domini, alia serui, sicut Cicero inquit: Magnum est in Republ. tueri personam principis.*
    - Imagine *alterius, vt Roscius sustinet personam Achillis, id est, Achillem repræsentat, imago illius est, illius vicem gerit. Hic personæ nomen relatiuum est.*
    - Eo *qui dignitatem habet præ cæteris. Nam personæ distinguuntur iuxta diuersos dignitatis gradus.*
  - Artium *professione, &c. Vide literam A.*

A. Artium

A. Artium professione, vt in

Grammatica *significat persona suppositum (quod subiectum vocant Dialectici) & suppositi proprietatem. Rem ad quam sermo dirigitur, vocem ipsam, & proprietatem vocis, seu modum significandi.*

Dialectica *opponitur rebus: vt, loci alij sunt personarum, alij rerum.*

Rhetorica *opponitur factis & rebus, vt demonstratio laudis vel vituperij, alia personarum, alia factorum, alia rerum, vbi personæ nomen pro homine ponitur.*

Comœdia & *Tragœdia significat histrionem, qui diuersos gestus & habitus hominum repræsentat, comœdias & laruas, siue facies apponit. Hinc mutæ personæ in Comœdijs.*

Hominis, *ponitur pro omni eo, quod conciliat gratiam erga homines: vt sunt, cognatio, opes, nobilitas, amicitia, commendationes hominum, ætas, forma, &c. Item quicquid reddit nos contemptibiles coram Mundo, vt paupertas, inopia, ignobilitas, &c. Vide Matth. 22. d. 20. Roman. 2. c. 11. Iac. 2. c. 9. &c.*

Sacris *literis. Hic etiã nexta adiecti diuersitatẽ diuersa habet significata: vt cum dicitur, persona*

Christi, *2. Corinth. 2. c. 10. In persona Christi. Hic persona conspectum significat, quasi dicat, Non secus, ac si coram astaret Christus Dominus noster, qui etiam cordis interiora nouit, vel in persona Christi: id est, propter Christum.*

Patris, *vel Filij, vel Spiritus Sancti. Hic significat substantiam individuam, intelligentem, & incommunicabilem. Dicitur autem persona: id est, aspectus, vel facies: vt enim per facies suas homines cognoscuntur, ita Deus ipse per istas personas cognoscendus nobis proponitur. Græci Hypostases vocant, eò quòd verè subsistant, non sint res caducæ, commentitiæ, confusæ, non vmbræ, seu cogitationes euanescentes.*

De vocabulo Essentiæ.

Deus *existit: Eum ergo esse necesse est: Est ergo & eius essentia.*

Essentia *venit à verbo substantiuo, Sum: Iam si Deus est, vt Exodi 3. c. 14. dicit: Sum qui sum, essentiam habeat necesse est.*

Esse *quando nominaliter sumitur, & essentia, idem sunt. Quòd si ergo esse Dei non inepte dicitur, rectè & essentiæ Dei nomine vtimur.*

Et *proprissimum Dei nomen Iehouah ab esse, vel essentia, est deductum. Deducitur enim Iehouah, ab Houah, verbo substantiuo, cui præponitur Iod, vt sit Iehouah: id est, ens, vel existens: Esse non ab alio, sed ex seipso habens omnibus esse conferens.*

ESSENTIAE nomen in Ecclesia retinendum esse probatur: quia

Aduersarij *nomen vsiæ Græcum retinent, ac pro diuinitate vsurpant. Idem autem est ousia, quod essentia.*

Natura, *deitas & essentia hoc loco nihil differunt. Iam si vna est natura Dei, seu Deitas, vna est & essentia.*

Si *essentiam negant aduersarij, necesse est ipsos naturam, seu deitatem absque essentia comminisci.*

Non *sunt reijcienda vocabula, quæ rerum explicandarũ gratia inuenta atq; excogitata sunt. Sicut pleraque sunt, quæ aduersarij etiam vsurpant, quæ tamen in Scripturis non extant, vt liberum arbitrium, Sacramentum pro Baptismo & Cœna Domini, anthropopathia, &c.*

Cùm *dicimus, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum vnum Deum essentia, non fingimus quarè tum quiddam, sed modum, quo vnum sunt, indicamus: quod videlicet vna sit trium natura, essentia & deitas. Sic si dicam, Patrem & Filium esse vnum Deum numero, non statuo numerum Deum, sed dico, ambos esse vnum tantùm Deum vnitate simplicissima.*

Vetustissimi *Scriptores, vt Irenæus, Iustinus, Tertullianus, Origenes, Cyprianus, & alij, hoc nomine vsi leguntur.*

FINIS.

LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE ILLVSTRIVM, qui in hoc præclaro Opere explicantur, Elenchus.

GENESIS.

Genes. 2. 4. Istæ sunt generationes cœli & terræ. 620
Genes. 2. 26. Faciamus hominẽ ad imaginem, &c. 4. 509
Genes. 3. 15. Semen mulieris conteret caput tuum. 83. 92
Genes. 8. 21. Cogitatio hominis prava est. 226
Genes 12. 3. Maledicẽtibus tibi, maledicam & ego. 208
Genes. 12. 3. In semine tuo benedicentur omnes Gentes. 92
Genes. 17. 1. Ambula coram me, & esto integer. 71
Genes. 17. 4. Quia patrem multarũ Gentium constitui te. 74
Genes. 35. 9. Apparuit ei Deus. 509

EXODVS.

Exodi 4. 22. Israel filius meus primogenitus. 615
Exod. 17. 2. Tentauerunt Dñm. 511
Exod 21. 16. Qui furatus fuerit hominem, morte mulctetur. 454
Exod. 22. 22. Viduæ & pupillo non nocebitis. 34
Exod. 23. 7. Quia nõ iustificabo impium. 136
Exod. 24. 4. Omnia quæ locutus est nobis, faciemus, & erimus obedientes. 65
Exod. 32. 33. Qui mihi peccauerit, hunc expungam de libro meo. 43
Exod. 33. 19. Miserebor cuiuscunq; misereor. 112

LEVITICVS.

Leuit. 25. 37. Ne des pecuniam tuã fratri tuo ad fœnus. 461

NVMERI.

Num. 25. 4. Non in perpetuum irascetur, &c. 34

DEVTERON.

Deut. 4. 37. Elegit semẽ eorum post eos. 112
Deut. 6. 4. Audi Israel, Deus, Deus noster Deus vnus est. 509
Deut. 10. 16. Circumcidite præputium cordis vestri. 76
Deut. 13. 5. Non audies verba Prophetæ illius, quia tẽtat vos Dominus Deus vester. 409
Deut. 18 14. Gentes istę, quas tu iam occupabis, audiunt Mathematicos & Diuinos: tibi verò sic facere, non permittit Dominus Deus tuus. 412
Deut. 23. 19 Alienum mordebis fœnore, fratrem tuum nõ mordebis. 461
Deut. 52. 12. Solus Dominus duxit eam. 510
Deut. 32. 21. Ipsi me prouocauerũt in eo, qui non est Deus. 34

I. REGVM.

1. Reg. 17. 45. Ego venio ad te nomine Domini exercituum. 19

IOB.

Iob. 12 15. Si contineat aquas, omnia siccabuntur: si emiserit eas, subuertent terram. 35
Iob. 13. 21. Manum tuam longè fac à me. 09
Iob. 15. 7. An nõ tu primus omnium natus. 639
Iob. 19. 21. Manus Dei tetigit me. ib.

PSALMI.

Psal. 2. 11. Seruite Domino in timore. 510
Psal. 16. 4. Multiplicant idola sua. 5
Psal. 18. 48. Deus, qui dedit vindictam. 44
Psal. 19. 32. Doce me viam statutorum tuorum. 67
Psal. 20. 6. In nomine Dei nostri vexilla erigimus. 19
Psal. 27. 4. Vt videã pulcritudinem Domini, & visitem Templum eius. 227
Psal. 27. 8. Quærite faciem meam. 227.
Psal. 31. 4. Grauata est super me manus tua. 209
Psal. 31. 20. Quã multa bonitas tua, quæ abscondita est timentibus te. 77
Psal. 33. 6. Verbo Domini cœli confirmati sunt. 4. 510
Psal. 36. 9. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. 429
Psal. 36. 24. Cùm ceciderit iustus, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. 219
Psal. 37. 19. Dispersit, dedit pauperibus. 322
Psal. 45. 12. Quoniam ipse Dominus tuus, & adorabis eum. 84
Psal. 50. 7. Ecce in iniquitatibus cõceptus sum. 235
Psal. 51. 6. Vt iustificeris in sermonibus tuis. 136
Psal. 55. 10. Disperde illos, diuide linguam illorum, &c. 44
Psal. 55. 16. Irruat super eos mors, &c. ibid.
Psal. 58. 5. Sicut aspidis surdæ, quæ non audit vocem incantantium. 407
Psal. 69. 29. Deleantur de libro vitæ, & cum iustis non adscribantur. 43
Psal. 72. 1. Quàm bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde. 24
Psal. 77. 8. Ne sint sicut Patres eorum. 418
Psal. 80. 18. Sit manus tua cum viro, quem corroborasti. 209
Psal. 9 .5. Delectasti me Domine in factura, & in operibus manuum tuarum exultabo. 7
Psal. 96. 6. Decor & splendor coram eo, &c. 42
Psal. 96. 9. Adorate eum omnes Angeli Dei. 145
Psal. 102. 26. Et tu initio terram fundasti. 511
Psal. 103. 3. Qui sanat omnes infirmitates tuas. 412
Psal. 109. 4. Iurauit Dominus, & nõ pœnitebit eum. 64
Psal. 109. 18. Induet maledictionem sicut vestimentum. 436
Psal. 110. 1. Dixit Dominus Domino meo. 110
Psal. 119. 13. Enarrabo omnia iudicia oris tui. 42
Psal. 138. 5. Posuisti super me manũ tuam. 209
Psal. 139. 16. In libro tuo omnes cõscripti erant, cùm dies formarentur. 44.
Psal 142 2. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. 136
Psal. 143. 7. Mitte manum tuam de alto, & eripe me. 209

PROVERBIORVM.

Prouerb. 3. 30. Fallax gratia, & vana est pulcritudo, mulier timens Deum ipsa laudabitur. 245
Prouerb. 11. 12. Circulus aureus in naribus suis mulier pulcra. ibid.
Prouerb. 11. 22. Mulier formosa, sed immodesta, &c. 437
Prouerb. 13. 3 Qui laxat labia, terrebitur. 448
Prouerb. 13 5. Ne des Regibus vinũ bibere, ne poti obliuiscantur Legis constitutæ. 429
Prouerb. 14. 12. Est via quæ homini recta videtur, cuius finis via, &c. 67
Prouer. 16. 4. Operatur omnia propter se, etiam impium ad diem malum. 27
Prouerb. 19. 12. Ira Regis, fremitus Leonis est. 34
Prouerb. 20. 1. Ludicra res est vinũ: tumultuosa ebrietas. 429
Prouerb. 29. 18. Cùm deest Prophetа, dissipatur populus. 44
Prouer. 30 4. Quod est illi nomen? 510.
Prouerb. 31. 30. Vana est forma, mulier timens Deum laudanda est. 437

LIBER SAPIENTIAE.

Sapien. 16. 12. Non herba, aut malagma, sed verbum tuum, ô Domine, sanauit nos. 412

ECCLESIASTICVS.

Eccles. 5. 2. Multas curas sequuntur somnia. 414
Eccles. 5. 11. Dulcis est somnus operanti. ibid.
Eccles. 5. 14. Si tibi est intellectus, respõde proximo: sin minus, manum oris tuo impone. 116
Eccles. 9. 4. Cum saltatrice ne sis assiduus. 439
Eccle 17. 10. Pactum cum ipsis iniit æternum, & nos iura sua edocuit. 74
Eccles. 19. 2. Vinũ & mulieres etiã cordatos auferunt. 429
Eccles. 24. 26. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & a generationibus meis adimplebimini. 6
Eccles. 38. 16. Fili effunde lacrymas super mortuo, luctumq; vt acerbà patitus, exordire, &c. 256
Eccles. 44. 12. Fœdere comprehensa est progenies eorum. 74

ESAIAS.

Esaiæ 1. 14. Conuentus vestros odi. 228
Esaiæ 5. 15. Dilatauit infernus animam suam. 657
Esaiæ 7. 8. Caput Aran Damascus 220.
Esaiæ 7. 14. Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium. 85
Esaiæ 9. 6. Puer natus est nobis, & Filius datus est nobis. 84
Esaiæ 11. 4. Percutiet terram virga oris sui. 656
Esaiæ 11. 10. In ipsum Gentes sperabunt. 84
Esaiæ 16. 9. Inebriabo te lacrymis meis, ô Hesbon. 429

Esaiæ 28.2. Latibulum aquæ inundabunt. 35
Esaiæ 35.4. Deus ipse veniet, & saluabit nos. 31
Esaiæ 40.10. Ecce Iehoua in fortitudine veniet. 542
Esaiæ 43.1. Seruire me fecisti in peccatis tuis. 528
Esaiæ 45.7. Omnis voluntas mea fiet. 23
Esaiæ 49.26. Hostes tui sanguine suo, seu musto inebriabuntur. 429
Esaiæ 51.22. Abstuli de manu tua calicem soporiferum. ibid.
Esaiæ 53.8. Generationem eius quis enarrabit. 109
Esa. 54.5. Maritus tuus factor tuus. 541
Esaiæ 55.1. Omnes sitientes venite ad aquas. 187
Esaiæ 55.6. Inuocate eũ dum prope est. 31

IEREMIAS.

Ierem.1.5. Antequam formarem in vtero, noui te. 112
Ierem.2.28. Secundùm numerum ciuitatum erant Dij tui. 4
Ierem.3.16. Non dicunt amplius Arca Domini, neque eius, &c. 64
Ierem 6.16. Insistite viis, & circumspicite vbinam, &c. 67
Ierem. 9.13. Deseruerunt Legem meam, & secuti sunt peruersam libidinem cordis sui. 418
Ierem. 10. 23 Scio Domine, quod hominis non est via sua. 67
Ierem.31.14. Inebriaui animam lassam, & omnem animam mœstam expleui. 429
Ierem.32.23 Omnia, quę mandasti, non fecerunt. 65
Ierem. 46.2. Inebriabitur gladius sanguine eorum. 429
Ierem.51.57. Inebriabo Principes eius, & dormient somnum sempiternum. 429

EZECHIEL.

Ezech.20.18. In statutis patrum vestrorum nolite ambulare. 48
Ezech.34.13. Solus ego pascam gregem meum. 74

DANIEL.

Daniel.9.17. Audi supplicationem serui tui, propter Dominum. 92 510

MICHEAS.

Mich. 5.2. Nascitur secundùm carnem in Bethlehem: sed secundùm diuinam naturam egressus eius, &c. 83

SOPHONIAS.

Sophon. 3 4 Sacerdotes Legē Dei violenter tractant. 412

ZACHARIAS.

Zachar.1.15. Ego iratus sum parum, ipsi in malũ à me auxiliati fuerunt. 41
Zach. 13.7. Gladium excitare super Pastorem meum, & super coæqualem meum. 83

MALACHIAS.

Malach.1.3. Iacob dilexi, Esau odio habui. 112

Ex nouo Testamento explicantur subsequentes loci.

MATTHAEVS.

Matth.1.20. Quod in illa conceptũ est, à Spiritu Sancto profectum est. 83
Matth. 3. Coget triticum suum in horreum, paleam autem exuret igni inextinguibili. 111
Matth.3.17. Hic est Filius meus dilectus. 4.84
Matth. 7.14. Quia angusta est porta, & stricta via. 66
Matth.9.15. Non possunt filij Sponsi lugere, quamdiu cum illis est Sponsus. 370
Matth.11.8. Num hominem mollibus vestibus indutum. 437
Matth. 11.27. Nemo nouit Patrem, nisi Filius, & cuicunque Filius reuelare voluit. 77
Matth. 17.8. Væ homini, per quem scandalum venit. 440
Matth. 19.28. Cùm sederit Filius hominis in sede Maiestatis suæ. 606
Matth. 24.24. Ita vt in errorem inducantur, si fieri possit, etiam electi. 117
Matth. 24.37. Sicut fuit in diebus Noe, &c. 36
Matth. 25.31. Cùm autem venerit Filius hominis in Maiestate sua, &c. totus locus ibi explicatus de extremo iudicio. 37.38,39
Matth.26.38. Tristis est anima mea vsque ad mortem. 83
Matth.28.18. Baptizantes eos in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti. 4.509

MARCVS.

Marci 10.18. Nemo bonus, nisi solus Deus. 24.630

LVCAS.

Luc. 1.16. Et tu Puer Propheta Altissimi vocaberis. 528
Luc.1.31. Benedicta inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. 83
Luc.1.35. Spiritus Sanctus superueniet te, & virtus Altissimi obumbiabit te. 83
Luc.1.66. Manus Dei erat cum illo. 209
Luc. 6.36. Estote ergo misericordes, sicut Pater vester, &c. 26
Luc. 10.23. Beati oculi, qui vident, &c. 87
Luc. 18.14. Et descendit hic iustificatus. 138
Luc.13.1. Adfuerunt autem eo ipso tempore, &c. 280
Luc.13.6. Dixit autem eis hanc parabolam. 280
Luc.22.44. Correptus angore. 83
Luc. 24.6. Oportuit Christum pati. 105
Luc.24.44. Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in Lege Mosis, &c. 48
Luc.24.47. Oportet prædicari nomine eius pœnitentiam. 19

IOANNES.

Ioan.1.9. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum. 77
Ioan. 1.14. Verbũ caro factum est. 83.98.638
Ioan. 1.15. Et ego vidi, & testatus sum, hunc esse Filium Dei. 84
Ioan. 1.18. Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ille enarrauit. 77
Ioan.3.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. 235
Ioan.3.35. Pater diligit Filium. 4
Ioan. 5.17. Pater meus operatur vsque & ego operor. 84.541
Ioan. 5.24. Et in iudicium non venit, sed transiit à morte in vitam. 37
Ioan. 5.26. Cùm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre. 4
Ioan.5.43. Ego veni in nomine Patris mei. 19
Ioan. 6.40. Hæc est voluntas eius, qui misit me, vt omnis, &c. 23
Ioan.6.44. Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum. 66
Ioan. 6.45. Quisquis ergo audiuit, & didicit, venit ad me. 120
Ioan.6.64. Nouerat ab initio Iesus, qui essent non credendi. 112
Ioan.6.68. Domine, ad quem ibimus, verba vitæ habes. 84
Ioan. 7.37. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. 187
Ioan. 7.39. Hoc dicitur de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. ibid.
Ioan. 10.27. Oues meæ sequuntur me, & ego vitam æternam do eis. 112
Ioan.10.28. Ego vitam æternam do eis. 84
Ioan. 10.28. Et non rapiet eas quisquam de manu mea. 43
Ioan.12.25. Qui amat animam. 255
Ioan. 12.27. Nunc anima mea turbata est. 83
Ioan.13.16. Non est maior Apostolus eo, qui misit eum. 201
Ioan.13.18. Ego scio quos elegerim. 112
Ioan.13.35. In hoc cognoscent omnes, quòd Discipuli mei sitis. 111
Ioan. 14.1. Creditis in Deum, & in me credite. 84
Ioan. 14.10. Pater autem qui in me manet, ipse facit opera. 640
Ioan.15.5. Qui manet in me, & ego in eo. 640
Ioan. 17.5. Pater glorifica Filium tuum, vt & Filius tuus glorificet te. 84
Ioan.17.6. Tui erāt, & mihi eos dedisti. 117
Ioan.20.28. Dominꝰ meus, & Deus meus. 84

ACTA APOSTOL.

Act.13.25. Vos estis filij Prophetarũ & Testamenti. 72
Act.4.12. Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. 77
Act. 8.3. Paulus deuastabat Ecclesiam, trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam. 91
Act. 13.48. Crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam. 112.271
Act. 20.28. Ad regēdam Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. 84
Act. 22.14. Deus Patrũ nostrorum delegit te, vt cognosceres voluntatē suam. 543

Epistolæ Paulinæ.

AD ROMANOS.

Rom. 1.12. Segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos, &c. 83
Rom.2.5. Thesaurizas tibi ipsi iram in diem iræ. 34
Rom.2.7. Bonitas Dei te ad pœnitentiam inuitat. 276
Rom.2.20. Habentem formam co-

gnitionis & veritatis per Legem. 616
Rom.3.24. Per redemtionem, quæ est in Christo Iesu. 611
Rom.3.21. Nunc autem absque lege iustitia Dei manifestata est. 28
Rom.4.15. Lex iram operatur. 47
Rom.5.10. Cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo. 82
Rom. 6.20. Cùm essetis serui peccati, liberi eratis iustitiæ. 226
Rom.8.22. Simulq; nobis cùm parturit ad hoc tempus, &c. 82
Rom. 8. 33. Nihil condemnationis est illis, qui sunt insiti Christo. 234
Rom.8.35. Quis nos separabit à dilectione Dei? num afflictio, num angustia, num persecutio, &c. 91
Rom. 9. 5. Ex quibus est Christus, quantum ad carnem, qui est in omnibus Deus laudandus. 84
Rom. 9. 14. Num iniustitia est apud Deum. 28
Rom.9.15. Quorũ vult misereturr.23
Rom.9.18. Quem vult indurat, cuius vult miseretur. 23
Rom. 9.22. Pertulit multa lenitate vasa iræ coagmentata ad interitũ. 34
Rom.11.33. O altitudo diuitiarum, sapientiæ, & scientiæ Dei, &c. 66
Rom.12.15. Flete cũ flentibus. 103
Rom.14.17. Nõ enim est Regnum Dei, &c. sed iustitia, & pax, & gaudiũ per Spiritum Sanctum. 97
Rom. 14. 21. Bonum est non edere carnem, nec bibere vinum. 430

I. ad Corinth.

1.Cor.1.8. Nam postquã in sapientia Mundum Deus nõ cognouit. 608
1. Cor. 2. 7. Loquimur sapientiam Dei in mysterio. 609
1.Cor.3. 11. Fundamentũ aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum. 77
1.Cor.5.3. Ego absens corpore, præsens spiritu, &c. 19
1. Cor. 6. 11. Iustificati estis per nomen Domini Iesu, & per Spiritũ, &c. 136.
1.Cor.8.6. Vnus est Deus, qui est Pater. 605
1.Cor.10.6. Ne simus concupiscentes malorum, simulacrorum cultores, neque stupris inquinemur. 418
1.Cor.11.19. Oportet sectas esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant. 451
1.Corinth.15.56. Virtus peccati lex est. 47

II. ad Corinth.

2.Cor.5.18. Omnia autem ex Deo, qui reconciliauit nos sibi, &c. 83
2. Cor.5. 19. Deus erat in Christo, Mundum reconcilians sibi. ibid.92
2. Cor.9.15. Qui parcè seminat, parcè & metet. 322

Galatas.

Galat. 1.15. Qui me segregauit. 112. 371
Galat. 3. 28. Omnes vos vnus estis in Christo Iesu. 81
Galat.4.26. Ea quę sursum est Ierusalem, libera est mater nostra. 12
Galat.5.17. Caro concupiscit aduersus spiritũ, spiritus aduersus carnem. 223

Ephesios.

Ephes.1.10. Vt reconciliaret omnia in Christo, tũ quæ in cœlis sunt, tum quæ in terra. 82
Ephes.1.11. Secundùm propositum voluntatis, &c. 23
Ephes.1. 17. Det vobis Spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitione eius. 91
Ephes.2.14. Ipse est pax nostra, qui fecit ex vtrisque vnum, & interstitium maceriæ diruit. 64
Ephes. 2. 20. Super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. 77
Ephes.3.9. Qui omnia condidit per Iesum Christum. 4
Ephes.4.11. Dedit Apostolos, Pastores. 228
Ephes.5.18. Nolite inebriari vino, in quo est luxus. 428

Philippenses.

Philip. 1. 9. Charitas vestra magis ac magis exuberet in cognitione, omnique intelligentia. 286
Philip.2.6. Qui cùm esset in forma Dei. 83
Philip 3.20. Vnde etiã Saluatorem expectamus, Dominum Iesũm Christum. 32
Philip.4.13. Deus est, qui operatur in nobis & velle, & perficere. 225

Colossenses.

Colos. 1.16. Quod per illum creata sunt omnia. 542
Colos.1.20. Et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. 82
Colos. 2 9. Nam in eo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. 618
Colos. 2.14. Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, &c. 64
Colos.3.23. Quicquid egeritis, omnia in nomine Iesu Christi facite. 19

I. ad Thessal.

1.Thes.1.10. Et exspectaretis Filium eius è cœlis, quem excitauit è mortuis, nempe Iesum, qui liberat nos ab ira illa ventura. 34
1.Thes 4.10. Nam & facitis hoc erga cunctos fratres. 285

II. ad Thessal.

2.Thes.3.14. Si quis non obedit sermoni nostro, ne commercium habeatis cum illo, vt pudore suffundatur. 206

I. ad Timoth.

1. Tim. 2. 4. Vult omnes homines saluos fieri, &c. 23
1.Tim.2.5. Vnus est Mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus. 83
1.Tim.3.16. Deus manifestatus est in carne. 83
1.Tim.3.16. Iustificatus Spiritu. 136
1.Tim.4.16. Attende lectioni. 145
1.Tim.5.8. Qui suorum curam non habet, & maximè domesticorum, infideli deterior est. 285

II. ad Timoth.

2.Tim.1.9. Vocauit vocatione sancta, non ex operibus nostris, sed iuxta propositum. 116
2.Tim.2.25. Erudite eos, qui obsistunt, si quando det illis Deus pœnitentiam. 276

ad Titvm.

Tit.2.3. Anus sint habitu, qui religionem deceat. 437
Tit.2.13. Expectantes beatam illam spem, & apparitionem gloriæ Regni Dei. 84

ad Hebraeos.

Hebr.1.2. Et tu initio fundasti. 542
Hebr.1.3. Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. 84
Hebr. 2.16. Nusquam enim Angelos assumit, sed semen Abrahæ. 83
Hebr.4.14. Habentes igitur Pontificem magnũ, qui penetrauit cœlos, Iesum Filium Dei. 92
Hebr.4.15. Non habemus Pontificem, qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum. 83
Hebr. 7. 18. Abrogatur quod præcessit præceptum, propter imbecillitatem. 87
Hebr.8.13. Quod antiquatur, in propinquo est, vt euanescat. 64
Hebr.9.13. Si sanguis taurorum sanctificat, ad carnis purificationem. 87
Hebr.9.14. Christus, qui per Spiritum æternum seipsum obtulit immaculatum Deo, purgabit conscientiam vestram. 92
Hebr. 9.17. Testamentum in mortuis ratum est. 72
Hebr. 10.10. Sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi. 92
Hebr. 13.8. Christus heri & hodie idem est, &c in secula. 92

Iacobi.

Iac.1.14. Vnusquisq; tentatur à concupiscentia. 229
Iac.2.6. Diuites trahunt vos ad iudicia. 91

I. Petri.

1.Pet. 1.12. Quibus reuelatum est, quia non sibiipsis, vobis autem ministrabant. 77
1.Pet.1.20. Agnus prœordinatus ante iacta Mundi fundamenta, patefactus vltimis temporibus 92
1.Pet.2.13. Subiecti estote omni humanæ creaturæ 65
1.Pet.3.19. Per quem etiam spiritibus, qui nunc in carcere sunt, profectus prædicauit. 538
1.Pet.5.6. Humiliemini sub potenti manu Dei. 209

II. Petri.

2. Pet.1.10. Date operam, vt vocationem & electionẽ vestram firmam efficiatis. 112

I. Ioannis.

1.Ioan.1.6. Si dixerimus quòd societatem habemus cũ Christo, & in tenebris ambulamus, mentimur. 111
1.Ioan.3.9. Qui natus est ex Deo, peccatum non committit, quoniam semen ipsius in eo manet. 81
1.Ioan. 3. 20. Quòd si condemnet nos cor nostrum, maior est, &c. 606
1.Ioan. 4.2. Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est. 83

Apocalypsis.

Apoc.1.8. Qui est, & qui erat, & qui venturus est. 520.523
Apoc. 1.17. Primus & nouissimus. (524 527
Apoc. 4. 11. Quia tu creasti omnia.
Apoc.14.7. Adorate eum, qui fecit cœlum & terram. 541

FINIS.

RERVM ET VERBORVM SE-
LECTISSIMORVM ELENCHVS, NON TAM CO-
PIOSVS, QVAM VTILIS, ITA VT VE-
rè libri Anima nominari posſit.

ABDIAS quando ſcripſerit, & de quibus rebus 150
Abigeatus quid 452
abnegatio noſtri in quibus conſiſtat 344.345
Abraham anno mundi 20.50. circumciſus 54
Abraham cur pater fidelium 77
Abram cur Abraham 74
Abrahamo filius Dei apparuit 538
abſoluere Sacerdos an poſſit à quolibet peccato 500.501. an eam, cum qua peccarit, poſſit abſoluere ibid.
abſoluere ſolus Papa in quibus caſibus poſſit 500
abſolui utrum poſſit excommunicatus, 501
abſolutio quid, quotuplex, à quo fieri poſſit 500
abſolutionis cauſæ ibid.
abſtinentia quid 373. quotuplex, ibid.
abſtinentiæ cauſæ, effectus 373
de Abſtinentia quorundam Doctorum ſententiæ 374
Acatius Arrij ſectator 513
Acatiani 586
Acedia quid 431. quotuplex, ibid.
acediæ cauſæ, effectus 431
acediam ut fugiamus, quæ meditanda 432
Acephalitæ 95
Acoluthi qui 131
actio eadem quomodo Dei, hominum, & Diaboli ſit 231
actiones quædam ſunt, in quibus concurrunt malitia Satanæ, peccatum hominis, & Dei prouidentia 41
actionum gradus diſcernendi 228
Actorum Apoſtolicorum ſumma 153
actuale peccatum quid, quotuplex, unde naſcatur 236
Adam ſe & poſteritatem ſuam Dei benedictione priuauit 554
Adæ peccati pœna 223
Adamus an liber fuerit 227
Adami imaginis finis 619
Adami ſtatus quis 227
admonitio fraterna 315
adoleſcentia quid 246
adoleſcentiæ ornamenta ibid.
adoleſcenti quænam uitanda ibid.
adoleſcentes quomodo informandi, ibid.
adoptio unde nata 23
adoptionis ſymbolum eſt Baptiſmus 81
adoratio quid 621. falſa ibid.
adoratio quibus debeatur 621
adorationis cultus ſoli Deo competit 516
adorationis quot ſpecies 621
adorationis ſpecies omnes filio tribuuntur 546
adorationis uocabulum 621
adorationis ueræ ſpecies ibid.
aduenæ quomodo recipiendi 321. quomodo ſe gerere debeant ibidem
aduenarum genera quot ſint 321
aduentus Chriſti prioris & poſterioris comparatio 37.81
adulatio quid 446
adulatio quot modis fiat 447
adulationis nomen à catellis ad homines translatum ibid.
adulationis ſpecies, cauſæ, effecta 446
adulationem ut fugiamus, quænam ſint nobis imitanda ibid.
adulatione cuitata non eſſe incidendum in ſeueritatem Phariſaicam 447
adulor, quaſi adaulor ibid.
adulterium quid 445
adulterium an coniugium dirimat 354
adulterium quàm graue ſit malum 446
adulterium quid concedat, uel non permittat 354
adulterium quomodo corporaliter & ſpiritualiter committatur 445
adulterium quomodo uerbo fiat, ibidem.
adulterium ut euitemus, quænam meditanda 445
adulterij cauſæ 445.446. effecta, ibidem.
Aegrotis quid faciendum 248
Aegyptij a mulierum commercio abſtinuerunt 445
Aeoles unde 221
æqualitas quid 616
æquum & bonum ex lege naturæ 45
Aeromantici qui 408
ætates hominum quot ſint 246
Aethiopes unde originem ducant 221
æternitatis definitio 539
æternitatis periphraſes ibidem
Aetius hæreſis Arianæ acerrimus oppugnator 584
Aetiani 586
Aetij hæreſis 95
Affectionis tractus quid 91
affinitas inter quos contrahatur 365
affinitas quid ſit, & eius genera 365
afflictio, perſecutio, anguſtia, quid differant 342
afflictionis cauſæ 341. utilitas 342
afflictiones quomodo ſubeundæ, ferendæ, & ſuperandæ ibid.
afflictiones quot modis fiant 342
afflictiones unde ſint 341
afflictionum conſolationes unde petendæ 343
afflictionum effecta 342.343
afflictionum genera 341
Agapæ ueterum 232
Agnus oblatus cum menſura ſimilæ, olei & uini, quid adumbrarit 58
Agnus uſque ab origine mundi occiſus 92
Agni comedendi ritus qui 174
Agni Paſchalis & Cœnę Dominicę collatio 186
Agno Paſchali cur panis ſubſtitutus 181
Alemanni cur dicti Germani 222
Alexander epiſcopus Alexandrinus 587
Alexander Montaniſta 594
allegorica Scripturæ intelligentia 13
Altare æneum holocauſti, quid ſignificarit 58. cur quadratum, cornutum ibid.
altiſſimi uocabulum 628
Ambitio quid 467
ambitionis cauſæ quæ, ibid. effecta ibid.
ambitionem ut poſſimus fugere, quænam debeamus meditari ibidem
ambitioſus nec ſe, nec Deum diligit, ibid.
ambitioſi, ſuperbi, ſtulti, ad officia inepti ibidem
ambitioſos nihil non tentare ibid.
ambulare coram Deo quid 71
amici quales eligendi 333
amicitia quid, quotuplex, quomodo confirmetur, & diſſoluatur, ibidem
amicitiæ cauſæ, effecta ibid.
Amos quando ſcripſerit, & quid 150
Anabaptiſtæ non uerbum, ſed idolum cordis proponunt 19
Anacharſis de uino 428
Anagnoſtæ qui, & in quem uſum ordinati 145
anagogica Scripturæ intelligentia 13
Angeli an colendi 263
Angeli conditi ſunt propter homines 82
Angeli creati in cœlo empyreo 468
Angeli cur Chriſto in extremo iudicio adfuturi ſint 37
Angeli cur ſpiritus adminiſtratorij 9
Angeli cur uiri dicantur à Luca 107
Angeli uocabulum 609
Angeli diuinæ potentiæ miniſtri 553
Angeli uirtutes cur appellentur 657
Angeli quid, quando creati, qualis ſubſtantia, qualia corpora aſſumpſerint 188
Angelorum bonorũ cuſtodia 469. actus, cognitio duplex, motus triplex, attributa, confirmatio, forma, potentia, numerus 496
Angelorum hierarchia 468
Angelorum malorum caſus 470. prælatura ibid.
Angelorum miniſterio cur Deus utatur 188. eorum miniſterium quod, ibidem

Angelorum multitudo, ordo, nomina 470
Angelorum uaria nomina, eorũq; rationes 33
Angelis non esse nimium tribuendum 128
anguli qui Hebræis 556
anima an immortalis 241
anima in homine quanta 240
Anima quid operetur in homine, ibid.
anima quid, quot modis consideretur 239.240
anima quotuplex in homine 240
anima quomodo Deo tribuatur 656
animæ & carnis mirabilis coniunctio 238
animæ facultates quæ 240
animæ hominis substantia quæ, ibidem
animæ uocabulum quot modis sumatur 239
animæ uocabuli significatiões 656. 657
animam rationalem ueram habet Christus, non autem uerbum illius loco 83
animam respectu fidei duplicem 240
animæ à corpore separatæ ubinam sint 241. an sciant aliquid de nobis ibid.
animæ quando ad corpus redeant 239
animæ ubi agant, separatæ à corpore ibid.
animæ unde oriantur 240.241
animarum sanctarum status quis 242.243
animarum cibus quis 184
animarum cibus duplex 187
animarum medicus Christus 556
Antichristus quando, & quomodo reuelandus 391
Antichristus quando uenerit 388. ex quo ordine prodierit ibid.
Antichristi nomina 388.389
Antichristi nota prohibere laicis sacræ Scripturæ lectionem 78
Antichristum quæ notæ indicẽt 391
Antichristum quis miserit 388
Antichristi qui 594.595
Antichristi an sint plures ibid.
Antistes quis 131
Antiochenum symbolum 513
Aphraates sub Valente imp. docendi officium suscipit 588
Apocryphorum librorum distributio 152
Apostoli dispensatores gratiæ ministerialiter constituti 80
Apostoli quando à Christo ordinati, ut essent Euãgelij Ministri 201
Apostoli quásnam ceremonias instituerint 53
Apostoli quatenus pares 201
Apostoli qui, & qua lingua scripserint 131.157.195.201
Apostoli unde dicti 201
Apostolorum & Prophetarum discrimen ibid.
Apostolorum ordo duplex ibid.
Apostolis, præsertim tribus, cur Christus alia nomina tradiderit ibidem
Apostolos diuersarum linguarum dono cur Dominus instruxerit 4
Apostolos duodecim cur Christus sibi elegerit, non aũt plures 201
Appellitæ 275. quomodo circa Christi humanitatem errent 95
Appellitarum hæresis 584
Apollinaris hæresis ibid.
Apollinaristæ ibid.
Apollinaristæ 275. Christo mentem adimunt 95
Aqua animarum quid 187. Christi ibidem
aqua pro ira Dei aliquando accipitur 35. & pro tribulatione ibid.
aqua Spiritum S. designat 518
aqua uiua quibus, & quomodo detur 187
aquæ uiuæ effecta ibid.
aquam uiuam fide bibimus ibid.
aquarum supercœlestium quisnam usus 35
aquas Aegypti cur Deus in sanguinem conuerterit ibidem
aquis cur Deus primum mundum puniuerit ibid.
Ara Sacrificij quotuplex 132
arbitrium quid 227
arbitrij libertas an tollatur præscientia & prædestinatione 115
Arca fœderis Sacramentũ fuit præsentiæ diuinæ 60. typus Ecclesiæ ibidem
Archangeli quid 13.188
Archonticorum hæresis 584
Archidiaconi 131
Arianæ sectæ qui se opposuerint 587
Ariani Christum deum titularem & officialem faciunt 546
Ariani noui quomodo baptizẽt 661
Arianorum argumenta 575
Arianorum dogma Deo displicere, quibus miraculis testatus sit 577
Arianorum quorundam uita 593
Arianorum ruina 577
Arianorum ueterum disputatio inepta 540
Arianos duos deos inæquales ac diuersos docere 580
Arianorum insania quæ 95
Arij impia blasphemia 95
Arij uitæ descriptio 591. exitus 593
Arioli qui 407
Aristocratia quid 194
Artemonis error ibid. & 584
Ascanes 222
Ascensionis Christi circumstantiæ & finis 107
Aspersionis aqua unde facta 61
Assyrij ab Assur 220
Astrologia iudiciaria an sit Christiano licita 413
Astrologia uia gentium ibid.
Astrologi qui 408
Astrologi inimici Dei 413
Athenodori apophthegma de ira compescenda 433
Atrium ueterum Ecclesiam significabat 58
Auaritia quid 427
auaritia quænam uitia procreet, ibidem
auaritiæ causa 427. effecta, ibid.
auaritiæ uitandæ regulæ quædam ibidem
audire à Patre quid 120
Augurium quid 408
Augustinus acerrima certamina cũ hæreticis sustinuit 588
Augustinus Marloratus contra salutationes 449
auium obseruationes quotuplices sint? 408
auium uolatus 190
aurum cur electum 118
Auspicium quid 408
Auspiciorum obseruatio unde nata ibid.
αὐτόχειρες 21
authenticum 307

B

BAlneum quale esse debeat 239
Balthei usus 62
Baptismus aliquando pro cruce sumitur 168
Baptismus Circumcisioni successit 164
Baptismus ignis & aquæ quis 167
Baptismus initiat nos, & inserit corpori Christi 81
Baptismus Pontificiorum quid 483
Baptismus quibus dari possit, & nõ, & à quibus debeat administrari 167
Baptismus quid, quotuplex 132. 166.167
Baptismus quomodo institutus, & quibus 166
Baptismus quomodo legitimè dispensetur 167
Baptismus spiritualis est uita nostra 168
Baptismi causæ 167.661
Baptismi diuisio, ceremonię, effecta apud Pontificios 483
Baptismi effecta quę 167.661
in Baptismi formula quę obseruanda 517
in Baptismi institutione tres diuinę hypostases nominantur 516
Baptismi & Cœnę discrimen 181
Baptismi institutionis formula 166
Baptismi partes, institutio ibid.
Baptismi phrases 661
Baptismi profanationes in additamentis, actionibus, & opinione 168
Baptismi ritus essentiales qui 166
Baptismi signa sunt elementum & ceremonię ibidem
Baptismi signatum est IESVS Christus cum suis operibus ibid.
Baptismi usus & abusus quis, eius item ἀπολογία 167
Baptismo quomodo tribuatur peccatorum remissio 168
ad Baptismum quęuis aqua uerbo sanctificatur ibid.
Baptismum quis instituerit 166
de Baptismo Canones utilissimi 168
in Baptismo imponendorum nominum ratio 170
Baptismo interiore Christus baptizat 168
Baptismo maior est docendi functio ibid.
in Baptismo quid ceremonię significent 165
Baptismo quid Deus nobis testetur 23
Baptisandi qui apud Põtificios 483
Baptisandi forma 529
Baptisandi uerbi uaria significatio 661 (168
Baptizari in nomine Domini quid
Baptizare quid 517. in nomen Patris, Filij & Spiritus S. ibid.

Baptizare in nomine Christi 516
Baptizare nomine Spiritus S. & de spiritu Sancto quomodo differant 517
Baptizari in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti 166
Baptiza te in nomen cur dicatur, & non in nomina potius ibid.
Baptizatus quot locis inungi debeat 483
Baptizari cur non baptizentur in nomine Dei Abrahæ, Isaac, &c. 166
à Baptizatis quid requirant Pontificij 483
ad Bardæ episc. Arianorum baptisationem aqua disparuit 577
Baruch ubi scriptus 152
Basilidis hæresis 95
Basilius episc. Cæsareę quando obierit 588
beatitudo ęterna quid, in quibus rebus sita, quibus detur, qui excludantur 214
Beli historia 152
bellarene liceat Christiano 302
bellum quid sit 302. quotuplex, ibidem
belli causæ 302
belli dux qualis esse debeat ibid.
belli successus ut felix, quæ requirantur 302.303
benedicendi ritus in sacerdotio Leuitico 508
benedicere omnib. nemo nisi Deus potest 92
beneficentia quid sit 332
beneficentiæ partes, pugnantia, ibid. causæ ibid.
Beniamitę cùm puellas abduxerũt, an raptum commiserint 454
Berilli hæresis 95.584
bestialitas quid 444
Biblia in quem finem à Prophetis & Apostolis conscripta 43
Bibliorum uocabula synonyma, ibidem
blasphemantes patienter audire, est profanare nomen Dei 20
blasphemantium genera duo 235
blasphemia in Spiritum Sanctum quid 425. cur sic dicatur, ibid. cur irremissibilis ibidem
blasphemia quid 425. quotuplex ibidem
blasphemiæ & peccati discrimen, ibid. origo ibid.
bonitas Dei 24. generalis, specialis, ibid.
bonitati contraria est iustitia 24
bonorum operum origo 273. utilitas ibid.
bonum esse quid 24
bonum facere quid 230
brachium Domini Filius dicitur 541
Briccot 418

C

CAedes fit uel imprudentia, uel malitia 423
cædem per nos & per alios facimus, ibidem
Caiphæ de Christo uaticinium 529
cœlibatus Sacerdotum quibus argumentis damnetur 444
Caluinus contra saltationes ibid.
Canah quid significet 533
Canonicarum Epistolarum singularum argumentum 153
Canonicum ius quotuplex 307
Cantica Canticorum quid doceant 151
cantus Ecclesiasticus unde ortum habeat 325. in quem finem institutus, ibid. an in Ecclesia retineri possit ibidem
captiuitas quotuplex 250
captiuitatis corporalis causæ, effecta, cognata, pugnantia 250. spiritualis eædem affectiones ibid.
Caput Ecclesiæ cur Christus 126
capitis significatio 556
caro Christi etiamsi spiritualis, in spiritum tamen non conuertitur 83
caro Christi generaliter undénam sumta 98
caro Christi qualis 83
caro in Christo non est deificata 98
caro quid 238
carnis ingenium, infirmitas, cæcitas 238
carnis nomen quomodo accipiatur 649
carnis uocula in Ioanne quid 98
carni Christi ipsa glorificatio naturam non admit 83
carnem Christus neque de cœlo attulit, neque de aëre, uel sideribus finxit 95
Carpocratis furores, ibidem 584. & 593
castitas quid 331
castitatis species, causæ, pugnantia 331
casus quid 30. inanis uox ibid.
catechisis quid 154
catechumeni qui 131
Catholica cur dicatur Ecclesia 74. 124
causa causæ est etiam causa effecti 116
centesima usura quæ 460
Cerdoniani 275.584
Cerdoniani in humanitate Christi quomodo errarint 95
ceremoniæ Euangelicæ quę 53
ceremoniæ ratione usus externi abrogatæ ibid.
ceremoniæ unde, & quid ibid.
ceremoniarum anima uerbum Dei & promissio 54
ceremoniarum legalium usus 53. scopus ibid.
ceremoniarum res duplices sunt 64
ceremonias externas cur tam multas tradiderit Deus, cùm Spiritus sit 53
in Ceremonijs quid abrogatum 64
in Ceremonijs ueterum quænam obseruanda 53
ceremonialis lex an abrogata 64
ceremonialis legis scripta cur sint adhuc legenda ibidem
ceremoniales leges in ueteri Testamento iustificasse docent Papistę 476
ceremoniales leges quas habeant differentias 46
Cerinthi hæresis 584.593
Cerinthi interitus 577
Chaldæi à quo 220
Chalybes nomen unde factum 221
Chami filij ibidem
Chanaan terram cœlestis hæreditatis speculum & pignus Deus Patribus esse uoluit 77
Chananææ terrę promissionem cur Deus fœderi Abrahæ adiecerit 71
character substantiæ Patris cur Filius Dei dicatur 3
charitatis fraternæ præceptum cur Christus tradiderit 284
charitatem erga proximum non cũ iactura salutis nostræ, & contra Dei uoluntatem exercere debemus 43
Chenaani filij 221
Cherinthi error in Christi diuinitate 95
Cherubim quid 13
Cherubim cur Angeli 188
Chiromantici qui 408
chorea quid 437
choream esse à χάρα ibid.
choreæ hymnidicæ, conniuales 439
choreæ quorũmnam sint propriè 443
chorearum distinctiones 437
chorearum origo 439
chorearum uanæ appellationes 441
choreas Christianis non esse licitas 438
in Choreis quid sit spectandum 438
Christianus quis 96
Christiani unde dicantur 535
Christianorum etymologia, libertas, officia 96
Christianos ueros unde non possimus agnoscere ibidem
Christus à chrismate 99. à patriarchis inuocatus 530
Christus ab æterno erat hostiæ destinatus, per quam omnes electi mundarentur 92. ab angelis quomodo discernatur 554
Christus absolute filius per excellentiam uocatur 524
Christus angelus fortis 523. apostolicæ & propheticæ structuræ fundamentum 558. character imaginis Dei 513.554
Christus cur admirabilis 531. cur ęternus dicatur 520. cur angelus 610. cur caput ecclesiæ 126. cur dominus 92.276. cur filius Dei 276. cur imago Dei 553. cur immortalis 520. cur hominem assumpserit 276. cur in horto fleuerit 103. cur extra Hierusalem passus 104. cur oriens ex alto 528. cur primas habeat in omnib. 552. cur primogenitꝰ ex mortuis 552. cur sub formis & signis aspectabilibus patribus se patefecerit 77. cur uocetur consiliarius 531
Christus Deus & homo mediator 612. Deus fortis 531. dominus omnium electorum 513. duplici nomine appellatur dominus noster ibidem
Christus est mediator secũdum utranq; naturam 92. est ubique personaliter 32
Christus filius Dei 513.643. fons ex quo omnes uitam haurire liceat 547. imago Dei inuisibilis 528. 555
Christus in mundũ aduenies quid conferat 81. in nobis nascitur per fidem & regenerationē 629. lapis angularis 556. legis finis & scopus cur 48.53. λόγος quo nomine dicatur 555. magni consilij angelus cur uocetur 531

Christus largitur uitam æternã 524. locum quomodo nobis parauit 548. lux gentiũ 556. mediator 611. mundi lux 554. nondum natus, quomodo mediator tamẽ fuerit 92
Christus non omnibus prædicatur 124. non unctus tantum, sed & ungens est 535
Christus pater seculi 531.555. præstantior omnib.angelis 555. primogenitus uniuersæ creaturæ 523.553.555. primus & nouissimus 523. princeps pacis 532. propheta altissimi 528
Christus quã Adami naturã susceperit 560. quanta ubertate spiritus ecclesiam cõsoletur 89.90. quatenus germen uocetur 549. quatenus hæreditatẽ à patre acceperit 554. qua ratione baptisare dicatur 661. qua ratione filius Dei dilectus dicatur 553. qua ratione primogenitus uniuersæ creaturæ 614. qua ratione uocetur splendor gloriæ paternę 554. qua ratione unigenitus Dei uocet 614
Christus qui, ubi, cur, quomodo, quando, pro quibus, sub quo, &c. passus 104
Christꝰ quo respectu caput ecclesiæ uocetur 552. quo respectu pater uocetur 604. quo nomine splẽdor glorię paternæ appelletur 513
Christus quomodo omnia à seipso habeat, & à patre omnia accipere dicatur 525. quomodo ad ꝓpria uenerit 551. quomodo Deus & homo 83. quomodo Dei patris uerbũ sit 550. quomodo Deum patrẽ suũ uocarit 525. quomodo fuerit apud Deum, ib. quomodo nostri gratia incarnatus 614. quomodo pro nobis intercedere & preces effundere dicatur 92. quo regnum suũ administret 532
Christus sapiẽtia Dei 534.609. scala Iacob 556. sanctus sanctorum 523. signum cui cõtradicitur 556. sol oriens ex alto 520. splendor gloriæ Dei 613. splendor gloriæ paternæ quo nomine dicatur 555
Christus ubi sit regnaturus 555. uera lux 551. uerus Deus & homo 549. unde nomẽ assumpserit 552
Christi à Deo exitus 621
Christi ac credẽtium cõiunctio 633
Christi æternitas 528. appellatiões figuratæ, quæ diuinitati conueniãt 555. quæ itẽ humanitati 556
Christi deitas quomodo à Paulo declarata 616
Christi descriptio 554. dignitas gemina 553. dispensatio primariũ opus legis 48
Christi diuinæ & humanæ naturæ appellationes 557
Christi diuinitas quadrifariam demonstratur 526
Christi diuinitas quomodo probetur 530. uarie firmata 84
Christi diuinitatis & humanitatis expositi 550
Christi diuinitatem qui impugnãrint 274
Christi eiusdẽ incarnatione & passione patres salutẽ consecuti sunt 77. essentia principio caret 635
Christi & Ioannis personarum collatio 551
Christi & papæ antithesis 393. 394.395
Christi facta omnia non possumus imitari 371
Christi imago crux 112. imperiũ, principatus & regnum 532
Christi miracula 528. mors effectus electionis 117. mortis utilitas in cœna explicatur 174
Christi mysterij descriptio 552
in Christi mysterio quæ sint cognoscenda 552.554
Christi officium 549. operationes in humana natura 276
Christi opera 524.525.557.558
de Christi præsentia in cœna Domini, collatio doctrinæ papisticæ & ueræ 387
Christi præsentiam unde apostolus colligat 530. preces in humanitate factæ sicut & mors, cur à diuinitate non separandæ 92
Christi quatenus simus 532
inter Christi regnum & eius qualitates, analogia tenenda 532
Christi regnum admirabile in mundi oculis 532
Christi regnum quale 528.532
Christi regnum, maiestatem & uirtutes quæ describant 520
Christi sacrificio patres ueteris Test. confidentes, salutarium beneficiorum capaces facti 92
Christi uictimæ dignitas & efficacia unde, ibid. unctio 555
Christo cur æternitas tribuatur 550. quæ uerè attribui possint 95. qualem carnem tribuat Valentinianus 98
Christum cur oportuerit mori 105
in Christo conspicua Dei facies relucet 547
in Christo duas esse naturas inseparabiliter unitas 558
in Christo hæreticorum opiniones falsæ 95
de Christo uera assertio quotuplex 274
Chronomantici qui 408
Chronomaticorũ obseruatio quotuplex ibid.
Cibus animorum quotuplex 187
ciborum delectus quis 238. qualitas quantitas 374
Ciceronis locus 302
Ciliciæ nomen unde 221
Cimbri à quo orti 222
Cimbrica Chersonesus ibid.
Circumcidi masculos cur Deus uoluerit 55. & eos adhuc infantes, & octo dierum ibid.
Circuncisio in parte seminali cur facta, ibid. quid, quando data, quãdiu durare debuerit, &c. 54
Circũcisionis ritus in Colchica 222
Circuncisione carnis nõ repurgabatur naturæ malitia, sed significabatur repurgatio interna 54
ciuile ius Ciuitatis Dei quódnã 135
ciuile ius quot libros habeat 307
Ciuitas Dei quid, à quo, per quem, quomodo, quãdo, ad quid exstructa 134. fundamentũ, portæ ibid. Magistratus duplex, insignia tria, gloria eius, notæ quatuor 135
Ciuitati Dei duplex ius ꝑscriptũ, ib.
Ciuitatem Dei se extendere usque ad terminos terræ 134
Clangoris festum 63
clauis domus Dauid qualis 161
clauis quando erret 494
claues an datæ sint Episcopo Romano ibid.
claues Pontificiæ quid 494. quotuplices ibid.
claues spirituales quibus cœlum reserant Pontificij quæ ibid. unde habeant Sacerdotes ibid.
clauiũ apud Põtificios potestas, ib.
clauiũ potestas Pontificia & Sacerdotalis 162
clauium potestas quid, & qualis 161. quotuplex ibidem
Clerici qui 131
Coactio quid 115. non statuitur, etiãsi Deus permittat peccatũ 114
Coactioni seu uiolento opponitur spontaneum 227
Codex Iustiniani 307
cœlestis Regni loca quæ 96
cœlibatus Sacerdotum causæ, effecta 499. quid ibid.
cœlorum nomine in Oratione Dominica cuius admoneamur 294
in Cœlis qũo Deus esse dicatur, ib.
Cœna Domini à quib debeat administrari, ꝙb. ubi, quãdo, quoties, quomodo 174. duplex 133. ꝙd. quot partib.cõstet, & eius institutio 171. quomodo ꝓfanetur 185
Cœnæ Domini & Agni Paschalis collatio 186
Cœnæ & Baptismi differentia 181
Cœnæ instituendę potestatem quis habeat 179
Cœnæ panis azymus an fermentatus esse debeat 179. quale uinũ ibid. reliquiæ an recondendæ & & adorandæ ibid.
ad Cœnam quare cautè accedendũ 176. qui dignè accedant ibid. qui indignè ibid. accedentiũ indignè pœna quæ ibid.
Cœnam quis instituerit 172
de Cœna quæstiones quædam ad nostra tẽpora accommodatæ 179
in Cœna Domini ꝙd nos Christus facere iusserit 172. præter panem & uinum quid detur, quomodo detur, in quo 184. quib.instrumentis utendum 179
in Cœna sacra quid, & quomodo, quo medio, & quibus detur 133
in Cœna ultima Christus ꝙd. quomodo, cui parti hominũ dederit 174. quare cũ pane & uino corpus & sanguine dederit ibid. ꝙd suos facere iusserit 175
in Cœna ultima quid Dominus fecerit 174
Cœna Dominica cur in pane & uino instituta 180
Cœnæ Dominicæ contẽtores quãtopere peccent 179
Cœnæ Dominicæ doctrina Papistica, Lutherana, & orthodoxa inter se conferuntur 184.185
Cœnæ Dominicæ institutionis uerba explicantur 172.173. uerba explicata 182. usus 174.175
cœtui Sãctorum cur Christiani interesse debeant 117
cœtũ Sanctorum cur aliqui cõsternant 128. quinam deformẽt, ib.

cocundi impossibilitas quotuplex 349. & 366.
cognoscere Deum quid sit 548
cognitio Dei quàm necessaria 261. quid operetur ibid.
cognitio Patris & Filij ad cõsequendam uitam necessaria 547
cognitionis Dei modi 261.262
cognitionem Dei in hac uita esse imperfectam ibid. quib. gradibus consequamur ibid.
collectæ quibúsnam cessérint 131
cometæ magnarum cladium sæpe prænuncij 1
comiter, id est procaciter, immodestè 443
comœdia undénam 442
Comus Deus ebriosorum, libidinis, ac saltationum ibidem
Concilium quid 326.327. quotuplex 495. quantæ autoritatis, unde habeat autoritatem, cuius sit conuocare ibid.
Concilio quis præsit 495
Conciliorum autoritatem obijcientibus quid respondendum 326
Conciliorum canones 307. causæ, effecta 326
concionibus sacris electi ad destinatum finem ducuntur 114
concordia quid sit 329. quotuplex ibid.
concordiæ partes, causæ, pugnantia 229. effectus ibid. cognata, pugnantia ibidem
concupiscétia & opus peccati quid differant 224. quæ uitia ex se procreet ibid. apud quos locum habeat, ubi cœperit, quando desinat, quantum malum ibid. quid, quotuplex, an sit peccatũ, eius species, unde sit 223
concupiscentię externa obiecta 224
condemnationem quomodo Christus sustinuerit 103
confessio fidei quotuplex 275. 277
confessio quid, cur necessaria, qualis esse debeat 491
confessio ueritatis quid 277. effecta 491
confessionis ueritatis causæ, effecta, pugnantia 277
ad Confessionem quínam obligentur 491
confirmandi compatres quínam esse debeant 485. qui ibid.
confirmãs Episcopus qualis esse debeat ibidem
confirmatio quid, quibus rebus Baptismum excellat ibidem
confirmationis causæ, forma, effectus ibidem
cõfirmatus quomodo se gerere debeat ibidem
confitẽda peccata quænam sint 491
confitẽdum quoties, quando, quomodo, in quibus casibus, cui 491
confiteri quid 277
coniugi fideli an ab infideli discedere liceat 357
coniuge absente quid faciendũ 356
coniugium officia in matrimonio 345.346
coniugium an morbus dirimere possit 354. per raptum cur irritum esse debeat 454
coniugij finis quis 347. imparis regulæ 355
de Coniugio uariæ regulæ & quæstiones utiles ac necessariæ 354
coniugia an sterilitas possit dirimere ibidem. an deportatio, exilium, interdictio ignis & aquæ ibidem. irrita trium generum 353. rata quæ ibidem
coniunctio in corpore Christi, quæ ueris & falsis Christianis communis, qualis sit 88
consanguinitatis in nuptijs contrahendis leges 52
conscientia quibúsnam uel bene, uel malè afficiatur 287. quid sit, quotuplex ibidem
conscientiarum pax 532
consecrare in Sacramentis quid 165
conseruationis opera 29
consilium à quo capiendum 302. Dei immutabile 110. Euangelicum & præceptũ quid differant 503. quid sit, quotuplex ibidem
consilij causæ, effecta 301
in Consilio petendo, quæ obseruanda sint ibidem
consilia Euangelica quænam 503. ad quæ reduci possint ibid.
constantia quid, quotuplex 335. quomodo utendum ibidem
constantiæ Christianæ causæ ib.
constantij Cæsaris interitus 577
Constãtinopolitanũ symbolum 413
consubstantialis nomen in ecclesia retinendum 552
contritio cordis primus gradus resipiscentiæ 78. quid, quotuplex 279.490. quomodo paretur, in qua re uersetur, quibus necessaria, unde incipiat ibidem
contritionis causæ, effecta 279.490
contritionem in nobis quænam excitent 279. ad eam quæ requirantur ibidem
in Contritione quot requirãtur 490
continentia alia animorum, alia corporis 375. corporis quotuplex ibid. & 376
de Continentia ciborum & potus sententiæ Doctorum 374
contumeliator quis 448
conuersatio bona ex quibus rebus cognoscatur 301. quid, quotuplex ibidem
conuersationis causæ, effecta ibid.
conuersio quomodo fiat 103
conuiciator quis 448
conuicium aliquod est, quod in rẽ possessam fit 450. quod etiam in conuiciatorẽ fit ibid. ex quibus causis oriatur 448. quid ibid. unde deriuetur ibidem. potest quis dicere, cùm non dicat contumeliam ibidem
conuicij effecta quænam ibid.
conuicia alia in Deum fiunt, alia in uerbum, homines & Ecclesiam, &c. 440
conuiciorum refutatio quando sit necessaria 450
à Conuicijs abstinere difficile 448
ad Corinthios Epistola quid doceat 153
corpus Christi personæ unitas non per omnia extendit 83
corporis Christi & panis collatio 180
corporis nomen quomodo usurpetur 650
corpora Sanctorum cur Deus patiatur putrescere 213
correctio Ecclesiastica quid, quotuplex 206. fraterna unde incipiat 315. mansueta sit ibidem
correctionis Ecclesiasticę causæ, partes 207 fraternæ ordo, scopus 315
corruptio nostra, qua impedimur à cognitione Filij Dei, duplex 90
Crapula quid 434
crapulæ species, causæ, effecta ibidem
creare & creatum esse quid sit 638
creatæ res cur non sint participes naturæ diuinæ 21
creatarum rerum materia 57
creatio & conseruatio rerum quomodo propriè Patri conueniat, etiamsi sit commune opus personarum 4
creationis opus trib. diuinitatis personis commune 516
creator à creaturis quomodo secernatur 514
creationis opera 29
creatura nulla bonitatis diuinæ expers 114
credere est summus honor, quo pater & filius afficiuntur 524
credere in IESVM Christum 513
credere in genere satis non est 479
credentes ab origine mundi fuerũt filij Dei 536
credentes, filij Dei 527
crimen quid 365
crucis supplicio cur Christus afficiendus 105
crux Christi 132
Culpæ mala quatenus Deus agat 232
cultus Angelorum an licitus 263. Dei & Sanctorum quis, quotuplex 501 Deorum apud Gentes confertur cum Papistarum cultu 264. Dei legitimus quis 266. quotuplex ibidem. 268. diuini fundamentum 267. causæ ibidem
cultus Dei species omnes Christo tribuuntur 529
cultus diuini partes 263
à Cultu falso cur difficile sit discedere 263
cultuum genus quódnam Deo placeat ibidem
curatio miraculosa 190. morborum quæ fit cùm sententia aliqua ex Scripturis sumta circa collum suspenditur, aut ægrotanti insusurratur, an peccatum sit 412
Cyrene qualis urbs 221
Cyrilli contra Arianos scripta 588
Cyrus Persarum Rex 229

D

Daemones an aliqd possint 400. an cogitationes nostras nouerint ibidem. an ignes excitare possint, tempestates ciere, & omnia uastare, ibidem. lapides iaciunt ibidem. tollunt homines ibidem. canum, uel catorum specie ingrediuntur,

grediuntur, ibidem. induere possunt corpora humana ibid. quibus medijs utantur in præstigijs 401. an per suos possint futura prædicere 409. mortuos excitare ibid.
Dæmones an sint 399. an sint Spiritus ibidem. quomodo reipsa agant, & illusione 400. quot modis responsa dare possint de futuris ibidem. unde futura cognoscant ibid.
Dæmonum prædictiones an fallant ibidem
damnationis nostræ causæ in nobis sunt 114
damnatis quomodo Deus præsens sit 32
dandi uocabulum quomodo Deo tribuatur 635. item hominibus ibid.
Danielis prophetiæ summa, autor, tempus 151
Dauidis regnum beati status umbra 532
Dauidis sedes, typus ecclesiæ ibid.
Dauidici regni quo tempore nasciturus erat Christus, status 556
Decalogi distributio 50. expositio 69
Decalogo non tantùm iusta præcipiuntur, sed contraria opera prohibentur 50
decimarum finis 48
Decretales libri 307
decretum 307. Dei immutabile 102. suũ Deus non nisi per media exequi uult, quamuis & sine his possit 114
delicta in ueteri Testamento quænam capitaliter fuerint punita 51
Democratia quid 194
derisor quis 448
descendere quomodo Deus dicatur 644
descẽdendi uerbum quomodo Deo tribuatur ibidem
desperatio quotuplex 415
desperationis causæ 416
desperationem incurabilem effecta habere perniciosissima 415
destinare, quidnam propriè 115
detractio quid 447.448
detractionis causæ ibidem. effecta ibid. origo quæ 447. uitium quare fugiendum ibidem
detractionem quęnam grauiora efficiant ibid. ut fugiamus quænam meditanda 448
ex Detractione uitia quænam oriantur ibidem
detractor quis ibid. 447
detractoris adiuncta quænam 447
Deus ab omnibus per filium agnoscendus 77. cur colendus 263
Deus dicitur unus & trinus diuersis respectibus 519
Deus homo & diabolus quomodo circa eandem actionem uersentur 231
Deus in Christo nobis reuelat 547. in fidelib. quomodo habitet 639. in quibus rebus sua uestigia uelit conspici 510
Deus ipse in operibus suis spectandus proponitur 1
Deus natus, passus, cur rectè dicatur 104
Deus pater non minus præstanda, quam præstita gratia habuit in filio suo 92
Deus proprium nomen non habet quod naturam eius exprimat 510
Deus qua ratione Christi caput 605
Deus quid sit, cur non sit quærendum 1. quibus se speciali gratia manifestarit ibidem. quomodo absolutè pater dicatur 603
Deus soli assimilatur 510
Deus solus & uerus quis 516. solus quomodo pater dicatur 612
Deus unde cognoscatur 547
Deus uerus quis sit 546. unus & solus uerus bifariam in Scripturis dicitur 544. unus & trinus 508. unus, non res 510
Deus unus essentia, trinus in hypostasibus 515
Deus uoluit in homine & alijs rebus sua uestigia conspici 510
de Dei arcanis mysterijs quorum sit disputare 573
Dei attributa 516.546
Dei bonis quando iure frui incipiamus 554. bonitas, sapientia, potentia in quibus reluceat 2. cognitio ex quibus hauriatur 50. nulla uera nisi in Christo 536. omnium certissima quænam sit 1. cultus uerus quis 263. descriptio 3
Dei erga filium suum unigenitum amor 533
Dei essentia qualis 508
Dei & agni cur unam sedem Ioannes in apocalypsi faciat 522
Dei etymologia 1
Dei filius si personam eius nudam spectemus, non potest esse mediator 92
Dei filij quomodo electi dicantur 21
Dei genus unde dicamur 519
Dei ignorantia nemo hominum se excusare potest 1
Dei imago 613. munus 533. natura 2
Dei nomen etiam rebus creatis tribui 526. in Scripturis quomodo usurpetur 517
Dei nomen, quod de eo prædicatur 19
Dei nominis uariæ acceptiones 598
Dei nomine aliquid facere quid 19. soli electi in illius nomine aliqd facere possunt ibidem. ratione huius ibidem
Dei nomine quotupliciter aliquid uocetur 598
Dei nomina duplicia 601
Dei officium 1. qualitates in quibus consistant 2. opera 546
Deo parem esse 616
Deo qui cultus debeatur 568
Deo soli quæ opera conueniant ib. in Deo nullum principium 550. quid considerandum 508
Deum amare quid 68. cernere quid sit 12
Deum esse alicuius quid 75
Deum esse quibus rationibus probetur 1. unum esse quibus rationibus probetur 3
in Deum credere quid 270
de Deo publicè disputare 573
de Deo quæ credenda 270
deitas patris & filij unica 634
deitatis filius particeps 618
Deuteronomium cur cæteris libris Mosis addatur, & eius summa 148
Diabolus, Deus & homo, quomodo circa eandem actionem uersentur 231
Diaboli abiectio ab anima hominis 470
Diaboli malitia utitur Deus ad bonum finem 30
Diabolum an liceat consulere 401
in Diabolum potestatem habere diuinæ naturæ est 92
Diabolis quomodo Deus præsens sit 32
Diaconi qui 131
Digestum unde dictum 307
Dij cur Magistratus uocentur 44
Dij gentium à uero Deo quid differant 262. ex materia confiati ibid. ex qua ibid.
Dij regionum, elementorum, peccorum, artium, morborum 4.5
deorum pluralitas apud gentes & papistas 4.5. 30000. culta esse in orbe 5
deos plures esse impossibile 515
dici nomen quomodo Deo tribuatur 651
dici nomen rebus creatis tribuitur 651
dilectio apud quos locum non habeat 285. quam sit necessaria 286
dilectio Dei 26. quid in nobis efficiat 285
dilectio fratrum quatenus & quomodo fieri debeat 284
dilectio nunquam finitur ibid.
dilectio quomodo nobis præcipiatur, ibid. unde sit 285. quotuplex ibid.
dilectionis autor 284
dilectionis Dei erga nos dubitatio ex quibus causis oriatur 25
dilectionis Dei falsam persuasionẽ quid in nobis efficiat 26
dilectionis opera non tãtùm sex 38
dilectionis ordo quis 285. gradus ibidem. ingenium ibidem
dilectionis spiritus testimonium est nostrę electionis 111
dilectionis uerę ingenium 284
diligendi quinam sint ibidem
diligere nos Deum unde deprehendatur 285
diligi nos à Deo utrum sit dubitandum 25
diluuium quinam uiri sancti præcesserint, & qui secuti 156
Dionysij Areopagita de Christo 93
disciplina Ecclesiastica quid 129. quotuplex ibid. ordinaria in quibus rebus consistat 129
discordia quid 451
discordiã uaria uitia procreare 451. ut fugiamus quænam sint meditanda ibidem
discordiarum causæ 451. effecta ibidem

dispen-

dispensationis gratiæ autoritas cui tribuenda 80. efficacia à quo ib.
dispensationis noui & ueteris Testamenti discrimen 75
in Disputatione de Deo quæ circūstantiæ obseruandæ 573.574
in Disputatione de Deo tria hominum genera arcenda 574
diuinādi ars an Christiano licita 413
diuinatio quid 69.413
diuinationis causæ ibidem
diuini qui 408
diuinorum sanatio an sit expetenda 409
diuinis an sit credendum ibid.
diuinitas Filij quomodo ad rationem & officium Mediatoris concurrat 94
diuinitatis Christi duplex consideratio 550
diuinitatis & humanitatis Christi uisibilia testimonia 552
diuites regni cœlorum participes fieri posse 106
diuitiæ quare sint periculosæ 466. quid sint 465. an per se sint malæ ibidem
diuitiarum aliæ externæ, aliæ internæ 465. naturales & artificiales ibid. nomina quæ in Scripturis ibidem
diuitias cur uanas possimus nominare 466. cur fallaces ibid. cur incertas ibid. uaria procrea re uitia ex Augustino ostenditur ibidem
diuortium matrimoniale Pontificijs quid 492
diuortium quid 367. quibus de causis fiat ibid. quotuplex 348
diuortij legitimi causæ quæ ibid.
diuortio facto an innocens persona matrimonium contrahere possit 354
Doctores qui 131. quomodo multos iustificare dicantur 136
Doctorum in Ecclesia munus 195
Dodonei unde 221
dolus quid sit 455. quotuplex ibidem
dolo malo an liceat uti ibid.
dominationes cur Angeli 188
Dominica dies cur in locum Sabbathi instituta 324
Dominicę diei usus ibidem. eius abusus ibidem
Dominici consilium æternum 556
Domini secretum curiosius nō scrutandum 508
Domini uox ad diuinam naturam refertur 92
domini appellatio in Scripturis 629
domus Dei est Ecclesia 81
domus Dei quid, qualis 133
domus Dei paterfamiliās quis, qui domestici, quid eos deceat ibid.
donec particula quomodo accipiatur 648
Dorotheanorum error 586
dubitatio de dilectione Dei erga nos, quare sit pnicioſum dogma 26
duodenarius numerus in Scriptura sacer est 201
dulia 69.501. quib. competat 501

E

EBionis sententia de Christo 95
Ebionitæ 275
Ebionitarum blasphema sententia 95. & 584
ebrietas cœlestis 415. habitualis & fortuita quid differant 428. quotuplex 429. quid 428
ebrietatis causæ, effecta 428.429. uituperationes unde sumēdę 430
ebrietatę uaria uitia procreare 428. ut fugiamus quænam meditanda ibid.
ebrioſus & ebrius quid differant ib.
Ecebolus 593
Ecclesia catholica quæ 125
Ecclesia Pontificijs quid, quotuplex 493
Ecclesia quam potestatem habeat iudicandi, & excommunicandi 125. quid, & quotuplex 124.126. Romana cur Catholica non possit dici 124. quot modis accipiatur 493
Ecclesia una ante & post Christum 72
Ecclesiæ afflictæ & Christi dialogus 89. caput quódnam 11.124. 126. unitas eius 225. in quo posita ibid. Catholicæ fides ubi comprehensa 125. causæ & effecta quæ 126. eius notæ ibid. militantis caput quódnam 493. Pontificiæ potestas ibidem ueræ notæ 124
Ecclesiæ conseruatio 536. tribus diuinitatis personis commune 516
Ecclesiæ definitio 539. salus in Christi persona inclusa 530. primatus 605
Ecclesiæ unitatis media 125
Ecclesiam errare secundum quid 125. Pontificiam Christianos posse deserere ibid.
Ecclesiam quibus nominibus appellet Scriptura 126
in Ecclesiam credere 514
Ecclesiastes quid doceat 151
Ecclesiastica potestas quid, quotuplex, quid in ea requiratur 128
Ecclesiasticæ personæ quæ 130
Ecclesiasticarum personarum discrimen 130.131
Ecclesiasticus cœtus cur frequentādus 127
Ecclesiasticus cur sic dictus, à quo scriptus, quid doceat 152
Ecclesiasticus ordo in quibus consistat 130
Ecclesiastici an Magistratui sint subiecti 193
Ecclesiasticum luerum 465
Effectiuè Deus agit, non tantùm permittiuè 233
efficiens dignior effecto 116
egrediendi uocabulum quomodo accipiatur 620
Electa sepulcra cur 118
electio nata est ex beneplacito uoluntatis 23
electio præcipua Euangelij pars 112
electio quid 110
electio quomodo esse possit, ubi nullum est rerum eligendarum discrimen 115
electionis causæ 110
electionis doctrina quomodo publicè docenda & applicanda 120
electionis doctrina quomodo tractanda 113
electionis effecta 117
electionis & prædestinationis discrimen 118
electionis nostræ certissima signa 110.111
electionis nostræ medium 110
electionis nostræ particularis certitudo à sanctificatione petenda 102
electionis nostræ quomodo certiores fiamus 117.119
electionis notitia quid in nobis efficiat 112
electionis qualitas 118
electionem non posse subuerti 108
electionem quomodo Deus manifestet 118
electionem quónam causarum ordine Deus declarare incipiat 121
de Electione fratrum quid statuendum 117
de Electione nobis non est dubitādum 111
in Electione nostra causarum causæ inuestigari non possunt 110
electiones & humana consilia quomodo cum Dei præscientia non pugnent 115
electus semel cur perire nō possit 111
electum esse quot modis accipiatur 118
electi an perire possint 117. peccatis grauioribus nonnunquā obnoxij sunt 117
electi ante & post cōuersionē quales 119
electi de natura Dei non participāt 21
electi in Christo & per Christum eliguntur 643
electi non statim omnes ad Christum ueniunt 117
electi perire non possunt 43
electi quando simus à Domino 110
electi quotupliciter cōsiderētur 119
electorum & reproborum discrimen 111
electorum loco qui sint habendi 110
electorum natiuitas an alia sit, quā reproborum 119
electorum nota certissima 91
electorum numerus certus 118
electorum quorundā uocatio nonnunquam ad extremum uitæ tempus differtur 102
electorum salus insigne specimen misericordiæ 121
electis Deus se modo singulari reuelat 1
electos cur primò sit allocuturus Christus in extremo iudicio 38
electos quomodo Deus tractet 120
eleemosyna quid 321. quotuplex ibid. cur præcipiatur 322. quomodo & cui sit danda ibid.
eleemosynæ ueritas in quónam cōsistat 321. causæ 322
eligēdi propositum & electio quomodo differant 120
eligere aliquos cur Dominus potuerit 110
Elohim nomen quotupliciter in Scripturis usurpetur 601. unde deriuetur ibid. quid significet 509.515
Encenia 63
Enceniorum festum & sortium non à Mose institutum 63

Eparchia Angelorum 468
ephialtes qualis morbus 409
Ephod quid, & quotuplex 62
Epicureiſmus primo præcepto damnatur 69
epiphaniæ nomen ſoli filio tribuitur 520.544
Epiſcopalis ornatus quis 202
Epiſcopatum an appetere liceat ibidem
Epiſcopus qui, & unde dictus ibid.
Epiſcopi munus 202.
uita qualis eſſe debeat ibid.
Epiſcopi nomen omnib. uerbi Miniſtris commune ibid.
Epiſcopum uniuerſalem non eſſe Pontificem 498
Epiſcopi duplices 202. qui 131
Epiſcopo quale ſtipendium dandum 202
Epiſcoporum falſorum nomina in Scripturis expreſſa ibid.
poteſtas ibid.
Epodi qui 407
errorum genera duo 125
Eſaias quamdiu prophetârit, & ſub quibus Regibus 151
Eſdræ liber tertius 152. quartus ib.
Eſdræ liber unde dictus, & eius ſumma 149
Eſſeni à uino & uxoribus abſtinuerunt 445
eſſentia Dei integra, non diuiſa ubique eſt 31
eſſentia eadem illis, quibus eadem natura 21
eſſentiæ præſentia 31
eſſentiæ Dei unitas & perſonarum trinitas in nouo teſtam. confirmatur 676
eſſentiæ nomen in eccleſia retinendum 665
in Eſſentia Dei una tres hypoſtaſes 508
Et particula quomodo uſurpetur 605
iuxta phraſim Hebraicã uice multarum coniunctionum eſt ibid.
Euangelica hiſtoria & Apoſtolica quot annos contineat 153
Euangelica poteſtas quid, quotuplex 161
Euangeliſtæ qui 131.195
Euangeliſtarum ſumma quæ 153
Euangelium efficaciam Spiritus S. adiunctam habet 79
Euangelium & Lex quid commune habeant 88.
quid differant 79
Euangelium manet uerbum uitæ, etiam ſi incredulis uertatur in odorem mortiferum 79
Euangelium quatenus ſit inefficax 47. litera mortua ibidem
Euangelium quibus datum ſit 477.
quantæ autoritatis apud Pontificios ibid.
Euangelium quid, quãdo cœptum prædicari, ubi, quomodo, cur primis Patribus prædicatum 158
Euangelium quomodo Pontificij definiant 477
Euangelium undénam commendetur 159
Euangelij cauſæ, effecta, apud Pontificios 477
Euangelij doctrinam cur Deus uoluerit perſcribi ab Apoſtolis 78
Euangelij & Legis contentio 159
Euangelij nomina, partes, cauſæ, effecta 158
Euangelij nomine intelligendum quicquid IESV Chriſto, etiam in uet. Teſtamento prædictum 78
Euangelij prædicatione quomodo Spiritus S. utatur ad fidẽ gignendam in nobis, ibid. uariæ ſignificationes 159.160. utilitas, dignitas, neceſſitas 159
Euangelia quot ſint apud Pontificios 477
Euchariſticum Sacrificium duplex 60.132
Eunomiani qui 95.586
Eunomianorum hæreſis 274
Eunomij error 95
Eunomiocutychiani 586
Eunomiotheophroniani ibid.
Eunuchorum ſponſalia irrita 351
Euſebius epiſcopus ſub Valẽte imp. lapidibus obrutus 588
Euthychiani quid comminiſcantur 95
Ex particulæ ſignificatio 624
ex quo, Deo quomodo tribuatur 624
Exaudiamur à Deo, an non unde certi fiamus 292
exaudire nos quot modis Deus dicatur ibidem
exauditio precum 290.
cui conueniat 291
exauditionis cauſæ ibidem
excantatione an liceat uti 401
excommunicandi ius apud Pontificios quódnam 498. qui 208
excommunicantes quo affectu eſſe debeant ibidem
excommunicatio an ab uno Paſtore fieri potuerit 197. à quib. fieri debeat 208. quomodo exercenda ibidem. iuſta benedictio eſt 206. quid, & unde ſit 207. quotuplex 205.498. eius cauſæ, effecta 498. Canones uarij 206. circumſtantiæ 208. finis, poteſtas, gradus 207. modus, tempus 205
excommunicationem quæ antecedant 208
cum Excommunicatione quænam pugnent 205
excommunicationes iniuſtæ an noceant innocentibus 208
excommunicatus à quib. rebus excludatur ibidem
excommunicatum quomodo tractare debeamus ibidem
excommunicati odium an metuendum ibidem
execrationi cur ſe ſubiecerit Chriſtus 105
exempla, quæ Scriptura nobis proponit, quotuplicia ſint 155
Exodi ſumma, tempus, autor 148
expiationis feſtum 63
expiationis ſacrificium quid 132
Extrauagans uolumẽ Decretalium dicitur 307
Ezechiel quid docuerit, quibus ſub Regibus 151

F

FAbula unde dicta 419
Fabulæ Iudaicæ, ethnicæ, abſurdæ, quæſtuoſæ quæ ibid.
fabulas in Eccleſia & Philoſophia in genere omnes eſſe fugiendas, ibidem
faciamus particulam non excellentiæ reſpectu de Deo dici 660
faciamus uerbum ad Spiritum Sanctum referendum eſſe quibus argumentis probetur 660. cur ad angelos referri non debeat ibidem
faciendi uerbum quomodo uſurpetur 636
factum an infectum Deus reddere poſſit 22
factum quomodo ponatur 638
facultates animæ noſtræ quomodo plantatæ, deformatæ, reformandæ 6
facultates quomodo iuſtè comparentur 280
facultatum uſus legitimus quis 382
faſcinari an poſſint infantes 409
fati uocabulum quatenus admittatur, & quatenus repudiandum 114
Feſti dies abrogati ſunt 64
feſti dies quinam obſeruandi 324. cur non ſint Sanctis nuncupandi, ibidem
feſtorum legalium differentia 63
feſtos extra dies Eccleſia ſacris cœtibus carere non poteſt 324
feſtum Chriſtianorum quid, quotuplex ibid.
Fici & hominis fidelis elegans collatio 280
fidelis cum infideli pura conſcientia habitare poteſt 642
Fideles cur gementes & dolentes uocentur 103
fideles quibus nominibus appellentur 274
fideles quomodo ex Deo fieri dicantur 21
fideles ſunt & dicuntur filij Dei 513
fideles uocati IESV Chriſti cur uocentur 643
fidelium electio æterna 528
fidelium prærogatiua 536
fidelium cum Chriſto coniunctionis utilitas 88
fides à prædeſtinatione proficiſcitur 116
fides an ſit de ſubſtantia Sacramenti 164
fides an ſola iuſtificet 274
fides electorum cur 120
fides & inuocatio res inter ſe coniunctiſſimæ 529
fides generalis non eſt ſaluifica 279
fides non eſt abſque bonis operibus 273
fides non ideircò falſa eſt, quia certo tempore non apparent eius effecta 102
fides omnipotentiæ ad quid neceſſaria 22
fides Patrum & noſtra una eſt 77
fides quibus detur 271.
quando detur ibidem
fides quibus modis in nobis procreetur 78
fides quàm neceſſaria ibidem.
unde ſit uera fides ibidem
fides quid 270.273.279
fides quomodo diuinitùs detur 271
fides ſola iuſtificat, quo ſenſu dicatur 137

fidei

fidei alimenta 272. incrementa, ib. efficacia ibid.
fidei articuli non syllogismo rationis, sed uerbo Dei concludendi 3
fidei confessio quotuplex 275
fidei donum an conferatur sine mẽsura 271
fidei donum cum perseuerãtia semper coniunctum est 102
fidei donum Euangelium efficax reddit 47
fidei effecta in nobis duplicia sunt 101. quæ 111
fidei efficaciæ partes 272
fidei etiam minima scintilla, cur nos de salute nostra certos reddat 102
fidei fructus quatenus Legis impletiones sint 65
fidei gradus quinam sint 270
fidei incrementum unde pendeat, & cognoscatur 272
fidei nomina 274
fidei obiectum quódnam 273. 275
fidei semen infantibus electis infunditur 271
fidem in nobis quænam excitẽt 279
fidem nos habere quomodo ex effectis colligamus 101
fidem noua obediẽtia sequitur necessariò 279
fidem quærit Christus non externum honorem 524
fide nostra non nititur salus nostra, sed eo quem fide apprehendimus 102
filius à patre quid & quomodo accipere dicatur 634
filius absolutè positus quid significet 524
filius an deitatem à patre acceperit 634
filius angeli nomine patribus apparuit, & cum eis locutus est 538
filius cur inuisibilis 520. cur uerus Deus dicatur 456
quòd Filius Dei ac non pater tãtùm sit Deus Israelis 543
filius Dei habuit suam hypostasin ante assumptam carnem 536. λόγος qua ratione dicatur 607
filius Dei non creatura, sed creaturæ omnis principium 533. nondum incarnatus, uirtutem suam proferebat 76. primogenitus 553
filius Dei pro Deo ponitur 524. propriam habet diuinitatis substantiam 534. qualis persona in trinitate 3.4. qua nota ab omnibus sanctis discernatur 635. quòd sit adorandus, & quomodo 545. quòd sit æternus 539. quòd sit creator 540.541. quod sit λόγος persona loquens cum patribus 537. quòd sit omnipotens 542. quòd unus & solus sit Deus 544
filius Dei quomodo ab adoptiuis discernatur 527. quomodo in nobis sit 640. quomodo ante incarnationem pro nobis orauerit 92. quomodo patribus apparuerit 533. quomodo uideatur 641. unde angelus appelletur 530
filius Domini brachium 528
filius expressa consilij patris effigies 537
filius λόγος ab æterno à patre genitus 535
filius naturalis 527
filius patri consubstantialis 513. patri in quibus æqualis 616
filius quomodo à patre excitatus 533. quomodo à seipso non possit facere quicquam 535. quomodo in sinu patris 614. quomodo paria cum Deo opera faciat 535. quomodo patri æqualis 616. quomodo sit inuocandus & adorandus 545
filij Dei æternitas 533
filij Dei attributa 539
filij Dei diuinitas 526. inuocatio 545.612. unde probetur 529
filij Dei nomina 536
filij Dei proprium 276
filij diuinitas quibus approbetur 3. diuinitatis assertio 533
filij & patris æqualitas quibus argumentis probetur 616. eadem diuinitas gloria & maiestas 554
filij & spiritus S. diuinitatis assertio ex symboli apostolici articulis per collationem aliorum symbolorum 512
filio & patri idem cultus debetur 522
filium Dei æternum esse qua ratione Salomon demonstret 533
filium inuocandum esse quomodo probetur 546
filium patri æqualem esse quomodo probetur 524
filium patri consubstantialem esse quomodo probetur 523
per Filium omnia creata 553
de Filio Dei in operationum generibus quomodo Scriptura loquatur 542
filij adoptionis 513
filiorum Dei ius quódnam 81
filiorum Dei genera 607
filios Dei quos scriptura uocet 607
Flauianus acerrime Arianis restitit 588
fletus genera quot sint 103
fletum quémnam Deus probet, & quem improbet 103
fleuisse Christum ter legitur in Scriptura ibid.
Fœdus cur Deus inierit cum hominibus 71
fœdus Dei cum electis unum, æternum, & immutabile ibidem
fœdus & testamentum quid differant ibidem
fœdus inter nos & Christum sanctum, immutabile 111
fœderis dispensatio triplex 71
fœderis diuisio ibidem
fœderis substantia, & accessoria, ibidem
fœdera morte inter homines irrita redduntur ibidem
fœderum confirmandorum ritus apud ueteres 73
fœmellas cur Deus non iusserit circumcidi, sed masculos 55
fœminale lineum quid significarit 62
fœnerandum Deo non egenti 458
fœnerari est hominem occidere, ibidem
fœneratot quadruplo punitus, fur duplo ibidem
fœtus abortiui an resurgent 211
formæ nomen uaria significat 616
formare cùm Deo tribuitur quid significet 639
formare quid sit ibid.
formari idem esse quod nasci 639
formari in nobis Christum, & nos in Christo idem 639
fornicatio quid 445
fortitudo, quid, quotuplex 334
fortitudinis causæ, effecta, species, ibidem. finis ibidem
fortuitus euentus quid. 30. inanis uox ibidem
Fulmina terrorem hominibus incutiunt 1
fures Ecclesiastici 453
fures seculares qui ibidem
furtum & raptus quid differant 454
furtum non esse omne culpabile 453
furtum quid 452
furtum quomodo effugere possimus ibidem
furtum quotuplex 453
furti causæ quæ ibidem
furti quot modis quis particeps fiat, ibidem
furti species 452. causæ ibidem. effecta ibidem
futurum nihil est, nisi Deus id uelit 115

G

GAionitæ 95
Ad Galatas Epistola compendiũ est Epistolæ ad Romanos 153
Galli unde dicantur 222
gaudium cordis quid 288. quotuplex, ad quid tendat, quorum sit, quomodo quærendum ibidem
gaudium fidelium quale sit 103
gaudium quid 287. quotuplex ibidem
gaudij causæ, effectus 287
gaudij cordis effecta 288
gaudij ueri materia est electio 118
Gedeoni filius apparuit 538
generatio naturalis 619. spiritualis ibidem
generatio quæ iustis tribuatur ibidem
generationis uocabulum quomodo accipiatur ibidem
Geneseos libri Mosis summa, tempus, autor 148
Genesiani qui 408
Genethliaci qui ibidem
Geomantici qui ibidem
Germaniæ nomen congruit cum Caramania 222
Germani dicti Alemanni ibid.
Getæ unde oriundi 220
Gloria Dei 618. hominum 619
gloria quot modis Deo detur 266
gloria uana quomodo fugiẽda 443
gloria uana quid ibid.
gloriæ Christi quatenus nos participes simus futuri 37
gloriæ cupidi à patre Diabolo trahuntur 91
gloriæ nomen uaria significat 618
gloriæ paternæ splendor cur Christus

ſtus uocetur 554
gloriæ regnum quale 96.97
gloriæ uanæ ſpecies, cauſæ, effecta
gloriari quid 548 (443
Gottia quid 407
Gotti prius Getæ dicti 220
Græcæ gentis pater 221
Græco idiomate cur nouum Teſtamentum ſcriptum 145
Græcorũ Monarchia quãdiu duraurit 304. eius Principes ibid.
gratia alia generalis, alia ſpecialis 80
gratia Chriſti 552
gratia Dei quid 80
gratia quomodo ritè offeratur, & accipiatur ibid.
gratiæ affectus unde in Deo ibid.
gratiæ diſpẽſatio quod nõ apud omnes efficax ſit, unde fiat ibid.
gratiæ natura eſt, eſſe gratuitã, ibid.
gratiæ præſentia 31
gratiæ proponentis & operãtis effecta 80. regnum 96.97
gratiam Dei primus Pelagius oppugnauit 112
gratiam elementis indere, idolatriam gignit 165
gratitudo quid 314
gratitudinis partes, cauſæ, cognata, pugnantia ibidem
Gregorius Nyſſenus ueram doctrinam de filio Dei & Spiritu S. illuſtrauit 588
Gregorij Nazianzeni contra Arios ſcripta 588
Gualtherus contra ſaltationes 440
gubernationis opera 29
gula quæ uitia procreet 434
gulam ut fugiamus, quę meditanda (435

H

HAbacuc quid, & quando docuerit 150
habitandi & commorandi differentia 639
habitandi uerbum pro ratione adiuncti diuerſa ſignificat ibid.
Haggæus quid & quando docuerit, ibidem
Hagiographi libri qui, cuius autoritatis 151
hæreditate quínam excidant 72
hæreditas in Teſtamento promiſſa 72. Patrum & noſtra una cur 77
hæreſis quid 402
hæreſcos inſimulatio an ſit patiẽter ferenda 406. origo 402
hæreſes ante & poſt aduentum Domini quótnam fuerint 95
hæreſes cur damnandæ 402
hæreſes de filio Dei diuerſis temporibus ortæ 583
hæreſes efficiunt, ut dogmata diligentius excutiantur 112
hæreſes quot fuerint exortæ poſt tempora Apoſtolorum 275
hæreſium ſummum damnum 402
hæreticus quis ſit ibid.
hæretici à quibus, & quomodo ſint corrigendi 403
hæretici qui non ſunt blaſphemi, an poſſint interfici 405
hæretici quomodo recipiendi 406
hæretici quósnam facilè ſeducant 402
hæretici ſeductores & ſeducti quid differant 405
hæreticorum de numero deorum opiniones 586
de Hæreticorum libris quid faciendum 406
hæreticorum in pœnis quid ſit agendum 403
hęreticos blaſphemos iure poſſe interfici, quomodo probetur 404
Haruſpices qui 408
Hebræa lingua quib. de cauſis Sancta dicatur 145
Heneti quas regiones teneant 222
Hermogenes latrauit aduerſus diuinitatem 274
Hermogenis hæreſis 95
Heſter liber quid tractet, unde nomen habeat, tempus, autor 149
ἱστερόχρονα 21
Hieremias quid prophetauerit, & quo tempore 151
Hilarij de trinitate libri 587
extra Hieruſalem cur Chriſtus uoluerit crucifigi 104
Hiſpani unde 221
hiſtorici libri ueteris Teſtamẽti qui 149. noui Teſtamenti qui 153
hodie quid 294.296.626
Holcot 418
Holocauſtum quódnam, & ex quibus factum 61
homicidium per iumentum 423
homicidium quantũ ſit ſcelus 424. quid 423
homicidium quod fit in corpore, nomine, anima 424. corde ibid.
homicidium uoluntarium, & inuoluntarium quotuplex ibid.
homicidia cordis, oris, manus 423
homo cur bonus dicatur 24. externus & internus quid 215
homo Dei imago 510
homo in homine quomodo inſit 88
homo in recto ſtatu cõditus, ſed mutabilis 121. totus an fuerit corruptus 235. uetus quomodo mortificetur 217. unde, quomodo, qualis factus 215
hominis facta quotuplicia 217. finis 216. noui membra & partes quęnam 217. patres ibidem
hominis partitio in carnem & ſpiritum 218. ueteris membra 217
hominis hypoſtaſis 508
hominem eſſe facturam 25
homines in uniuerſum omnes, cur ſubiecti peccato 121. quot modis ad Dei gloriam creati 120
hominum conditio extra Chriſtum fluxa 531
Homuncionitæ 95. quínam 274
Homuncionitarum error 583
Horoſcopi qui 408
Hoſen quid 612
hoſtiæ acceptæ Deo ſunt ueri Chriſtiani 86
hoſtiarum ep læ cur inſtitutæ 48
Humanitas quid 331
humanitatis partes, pugnantia ibid.
humanitatẽ Chriſti qui impugnãrint 275
humilitas quid 309. quotuplex 310
humilitatis cauſæ, pugnantia 309. effectus 310
humilitatem animi nulla res magis docet, quàm electio 112
humilitatem ut ámplectamur, quæ nos moueant 309
Hydromantici qui 408
Hymnus trium puerorum 102
hyparchia Angelorum 468
hyperdulia 69. quid, quibus etiam competat 501.502
hypocriſis quid 456. quotuplex, ib. quas proprietates habeat ibid.
hypocrita quis, & qualis 456
hypocritæ ſe ipſos quomodo iuſtificare dicantur 136
hypoſtaſis quid 2.508
hypoſtaſis nomẽ quid ſignificet 554
hypoſtaſes tres in Dei eſſentia 508
hypoſtaſes tres unus Deus, non tres dij 515
hypoſtaſes tres quæ ſententiæ uet. Teſtamenti complectantur 509

I

IAcobo filius Dei apparuit 538
Iapheti filij 221
Iauan quos filios genuerit ibid.
Iberi unde ibid.
Idiomatum cõmunicatio quid 94
idolatria quid 382. ubi nata ibid.
idolatriæ appellationes 382. partes, cauſæ, pugnantia, effecta, ib.
Iehoua & Ieſus nomina nihil uel parum differre 520
Iehouah ex quibus literis conficiatur 599
Iehouah nomen an fuerit ante Moſen, ibid. creaturis quomodo tribuat 600. cur filio Dei peculiare tribuatur, ibid. cui propriè nulli creaturę adſcriptum legatur, ib. ex tribus literis conſtare 663
Iehouę nomen mutatione unius literæ fit effabile 520. patri, filio & ſpiritui ſancto tribui 508
Iehouah nomen quomodo uocetur 599
Iehouah nomen quotupliciter capiatur 600
Iehouah nomen ſoli Deo conuenire ibid.
Iehouah nomini cur Elohim addi ſoleat 601
Iehouah proprijſsimum Dei nomẽ 520
Iehouah unde deducatur 599
Ieiunium corporale in quibus conſiſtat 372
Ieiunium Pontificiorũ quid, quotuplex, quot modis ſoluatur 496. in uigilijs Sanctorũ cur fieri debeat, ibid.
ieiunium quadrageſimæ cur Pontificij inſtituerint 372. Gregorius VII. ſtatuit, non aũt Deus præcepit 371. quàm malè confirmetur ex ieiunio Chriſti ibid.
ieiunium quid, quotuplex 370.372. ſpirituale quid, quotuplex 376
ieiunij corporalis finis 372
ieiunij die quouſque non edendum 496
ieiunij effectus ibidem
ieiunij miraculoſi finis 371.372
à Ieiunio quæ excuſent 496
Ieremiæ Epiſtola quid doceat 152
Ieremiæ & Ioannis locorũ collatio de cognitione Patris & Filij 547
Ieroſolyma uiſa cur fleuerit Chriſt' 103 (buitur 513
Ieſu nomen humanitati Chriſti tribuitur
Ignis æternus corporeusne, an metaphoricus 39 (uit 34
igne De' ſæpe uim ſuæ næ declara-
Imago Chriſti duplex 107.613. cur Filius Dei dicatur 3
imago Dei in homine obliterata quibus

quibus potissimùm uirtutib. reformetur 12
imago Dei in homine per quem, quo medio, quomodo, cur, & ubi destructa 219.220. quomodo impressa 220
imago Dei in primis hominib. quid fuerit 218
imago Dei per quem, quo medio, quomodo, ubi, quando, cur sit restituta 220
imago filio Dei quomodo tribuatur 612
imago hominis 613
imaginis Dei corruptæ renouatio quomodo perfecta 219
imaginis nomen pro adiunctorum ratione uaria significat 613
imaginis primi hominis finis ibid.
imaginis renouatæ indicia 220
imaginis uocabulum 612
imaginem Dei monetis, insignibus &c. insculpere, profanatio est nominis Dei 20
imagines cur nihil religionis habeant 421
imagines Papisticæ quotuplices 420
imaginum causæ ibidem. Pontificiarum effecta ibidem. origo ibid. nouitas, ibid. uanitas 421
imaginum quæ in templo conspiciuntur, aliæ Christianorum, aliæ Papistarum 420
imagines Pontificias non esse ferendas ibidem
de Imaginibus Canones 421
impij excusari non possunt, dum dicunt se à Deo ad peccandum cõmoueri 233
impœnitentes cur non sint in gratiam recipiendi 278
Immanuelis nomen an Christo datum certi temporis sit aut omnis ætatum 536
In particulæ significatio 625
incantationes profanationes nominis diuini 20
incantatores qui 407
incarnatio Verbi 97
incarnatio Christi quomodo & quando sit facta 552
incarnationis Christi circumstantiæ 552
incarnationis Verbi causæ quæ 98. modus ibid.
incestuosæ personæ quæ 363
incestus quid 363.445. quomodo committatur 364
incestum quæ personæ committant ibid.
incorporationis nostræ cum Christo quænam sit uirtus & efficacia 83
incredulitas quid 383
incredulitatis gradus qui 383. causæ, eius notæ ibid.
incredulus quis ibid.
incredulorum pœna ibid.
incubus qualis morbus sit 409
incubi an Dæmones sint ibid.
indulgentiæ quid 492. quotuplices ibid. quibus sint utiles & necessariæ ibid. quantæ dignitatis ibid. 493
indulgentiarum causæ, effecta ibidem
ad indulgentias ut ualeant, quænam requirantur ibid.
infantes non baptizati quónam ueniant, ubi sepeliendi 483
infantum ante tempus mortuorum salus ex prædestinatione pendet 116
infantum nomine, qui sine fœderis signo ex hac uita auferuntur, anxij esse non debemus 55
inferiorem ad superiorem mitti an semper sit uerum 465
ingenitum, esse Patris & Spiritus S. tantùm 2
ingratitudo quid 456
ingratitudinis causæ, effecta ibid.
ingratitudinem ut effugiamus, quæ meditanda ibidem
iniuria quid sit 457. quotuplex, ibidem
iniuriæ causæ, effecta 457
iniuriam ut fugiamus, quænam sint nobis meditanda ibid.
iniuriosa uerba sunt & conuicia, & contumeliæ 448
iniustitiæ Deum non arguit nostra prædestinatio 114
innocentia quid 288. unde nascatur ibidem
innocentiæ cognata ibid.
innocentis hominis uita qualis esse debeat ibidem
innocẽtes quomodo reddamur, ib.
insomnium quid 414
integer quis uerè 71
integrè quinam ambulent 331
integritas quid, quotuplex ibid.
integritas naturæ unde sit, cùm per transgressionem Adæ sit amissa, ibidem
integritatis effectus ibidem
intellectus noster quomodo corruptus 90. quid 6
intelligentia quid ibid.
intelligentiæ quomodo orbes cœlestes moueant 9
intentio quid 323. quotuplex sit, ib.
intercessio Christi 612
intercessio Filij Dei apud Patrem quomodo fiat 92
inuidia quænam uitia procreet ex se 434. quid ibidem
inuidiæ causæ, species, effecta ibid.
inuidiam quomodo fugere debeamus ibidem
inuocandi modus 536
inuocatio ad quem dirigenda 289. per quem, ibid. Sanctorum cur non permittenda ibid.
ad Inuocationem quid requiratur 534.540.495
in Inuocatione quid considerãdum 612
Ioannes gratiæ Dei præcursor 551
Ioannis descriptio ibid.
Ioannis epis. Rom interitus 588
Iobi Historia à quo scripta, eius argumentum 151
Ioel quãdo scripserit, summa sui libri 150
Ionas sub quo Rege, & quid docuerit ibidem
Iosephus cur à Pilato corpus Christi petiuerit 106
Iosephus qui Christũ sepelijt quis, ibidem
Iosephi fratres non liberauit uoluntas Domini à scelere 114
Iosue liber unde, summa, tempus quódnam compectatur 149
Ioues trecenti fuerunt 5
Ira cui conueniat 433
ira Dei an placari possit 34. quomodo ibid. igni comparata ibid.
ira quid, quotuplex 432.433
ira Regis fremitus leonis 34
iræ causæ, effecta 432. corruptæ nomina 433
iræ Dei signa quotuplicia 35
iræ Filij quatenus dicamur 34
iram æternam quare Deus ignem æternum uocet ibidem
iram quomodo sedare possimus 433. ut effugiamus quæ meditanda 432
irasci cur liceat 433
Isidorus 479
Israelis conuersio signum extremi iudicij 36
Israelis Deus quis 543
Israeliticus populus non in uniuersum saluatus 118
Israeliticum populum quare Deus uoluerit esse separatum 71
Israeliticum populum quibúsnam superemus 72
Iudas Dominum non prodidit, ut uaticinio obtemperaret, sed ut auaritiæ suæ satisfaceret 114
Iudam non excusat, quòd Dominus prædixerit proditionem suam ibidem
Iudæi cur Christum blasphemum iudicent 525
Iudicialia Mosis quatenus abrogata, & quatenus non 65
iudicialis legis usus 48
iudiciales leges non esse propriè diuinas, docent Papistæ 476
iudiciales leges quatenus non sint abrogatæ 54
iudicandi officium cur datum 306. cur multis datum ibidem. quales uirõs requirat ibid.
iudicandi uerbo quid Christus significet ibidem.
Iudicis iusti proprium ibidem
Iudices quales eligendi 51
Iudicũ liber unde dictus, eius summa, tempus, autor 149
Iudicum officium 51
iudicium Dei in hac & futura uita quale 26
iudicium forense 306
iudicium pro condemnatione aliquando sumitur 37
iudicium quid 306. quotuplex ibidem. temerarium quid 463. quot modis peruertatur 307
iudicij causa, effecta 306. extrema signa 36
iudicij temerarij causæ, effecta 463
iudicij tempus aliud, aliud misericordiæ 26
iudicium temerarium ut possimus fugere, quæ meditanda 463
iudicia Dei quem usum habeant 36
iudicia qualia debeant esse 306
iudiciorum inscrutabilium Dei exempla quædam 36
Iudithæ historia quid contineat 152
Iulianus Imperator templi extructionem impediuit 64
Iuliani apostatæ interitus 577
iuramentum quando rumpendum 312. quid sit ibidem.

iuramenti canones 313. partes, ſpecies, cauſæ, pugnantia ibidem. uſus an licitus ſit Chriſtianis 312. eius abuſus ibidem
iurare quando debeamus, quomodo 313
iurandi forma 529
iuſiurandum per Chriſti nomen factum ueræ inuocationis loco habetur 529
iuriſdictio Eccleſiaſtica ad quos ſpectet 195
iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſcopus, partes, &c. ibid.
iuris diuiſio elegans 307
iuſtificare quid 136
iuſtificare quomodo dicatur Spiritus, populus, Doctores ibid.
iuſtificare ſolam fidem quomodo intelligendum 137
iuſtificari coram Deo, & coram hominibus, item operibus, & fide quid ibidem
iuſtificatio in Scriptura diuerſimodè ſumitur 136
iuſtificationis Chriſtianæ definitio reſoluitur 137.138
iuſtificationis cognata, pugnantia ibidem
iuſtificationis doctrina uera, quibus regulis contra Sophiſtas defendi poſſit ibid. noſtræ cauſæ quatuor ibidem
iuſtificationis opus quomodo toti Trinitati tribuatur 136. ratio eadem ſemper fuit, & erit 77
iuſtitia diſtributiua duplex 308
iuſtitia Euangelica quibus ſit proponenda 238. humana quatenus à diuina differat 28. quibus rationibus in Scriptura commendetur 344. quotuplex 308. ſæpe pro bonitate uſurpatur 28. tranſitiua quid 218
iuſtitiæ commutatiuæ cauſæ, pugnantia 308. 309. diuinæ formæ tres 28 humanæ conditiones ibidem. uniuerſalis definitio, cauſæ, pugnantia 308
Iuſtitiæ legalis teſtimonia quid doceant 138
Iuſtitiam eandem Lex & Euangelium proponunt, ſed diuerſam rationem eam conſequendi 78
iuſtorum mors ſignum eſt ultionis diuinæ 35.44

K

Κῶμος aliquando iuuentutem comeſſationi deditam ſignificat 442
κῶμοι unde, quid ibid.

L

LAbeon Iuriſconſultus reprehenſus 448
labi hominem cur Deus permiſerit 223
lachrymandum potius, quàm ridendum cur ſit hominibus Chriſtianis 103
læſio quot modis fiat 423
lapſus cur Adamo potius, quàm Euæ imputandus 223
lapſus primi hominis quis 222
lapſus primorum parentum cur à Deo non fuerit impeditus 223. non ſine Dei ordinatione euenit 121. Deus præſciuit 223
Latinæ gentis pater 221
lauacrum Chriſtianorum quotuplex 132
lauacrum inter tabernaculum & altare poſitum, quid ſignificarit 58
laudãtium Deum quot ſint genera 264
laudatores Dei ueri qui 264
laudis diuinæ ſumma ibid.
laudem & gloriam Deo dare quid 634
ad Laudem Dei quæ requirantur ibidem
Lazari monumento uiſo cur Chriſtus lachrymatus ſit 103
lectionis Eccleſiaſticæ uſus quando & ubi uiguerit 145
lectores qui 131
lectorum officium ibidem
legale ſabbatum cur inſtitutum 56
lepra quotuplex 249
leproſorum conditio quæ ibid. purificatio ibid.
Lex cur à Deo duabus Tabulis inſcripta 78. cur ſpiritualis ibid. in quo cum Euangelio conueniat 78
lex naturalis quid Papiſtis 476
Lex quatenus impleatur, uel non 65. quatenus infirma & ineffica x, & contrà 47. quatenus in nobis efficax ſit 79. quatenus tranſgreſſionem inducat 47. iã operetur ibid.
Lex quibus, & à quo data ibid.
Lex quid 45. quotuplex ibidem
Lex ſpiritus eſt actus ad uiuendum Chriſto ibid.
Legis diuinæ gradus quósnam Papiſtæ ſtatuant 476. eius effecta ibidem
Legis & Euangelij comparatio κατ' ἐπίθετον 159. finis cur Chriſtus dicatur 48.53. impletio quomodo nobis imputetur 65. quot modis fiat 48. litera hoc non habet, ut det cor obediendi, ſed Spiritus efficit illud 47
legis naturalis effecta quæ Papiſtis 476
Legis prædicatio cur à Deo præmittatur 78
Legis ſcriptæ ſpecies tres 45. ſemina naturaliter hominibus inſita 78. uaria uocabula 159.160. uſus quotuplex 47.48.78
legem naturæ eſſe à Deo inditam, unde conſtet 45
Legem quare Scripturæ teſtimonium nominent 48. quomodo Chriſtiani impleant ibidem ſpiritualem eſſe Iudæi ignorant 47
leges ciũiles cum Decalogo congruunt 65. prodierunt ex lege naturæ 45
leges Moſis iudiciales quatenus ſint abrogatæ 65
leges non tolluntur prædeſtinationis doctrina 114
leges Romanorum iudiciales cum Moſaicis in pœnis conſtituendis ſimilitudinem habent 54
legum iudicialium differentiæ 45. moralium, ceremonialium, iudicialium differentia 54
Leuitici argumẽtum, eius tempus, quid comprehendat, autor 148
Liberator quis 142
liber cur à Spiritu S. Deo tribuatur 43. quis 142
Liber uitæ nil aliud, quàm æterna Dei præſcientia, electio, & prædeſtinatio, &c. 43
de Libro uitæ deleri, quid ibid.
Libro uitæ inſcript., nunquam deleri poſſunt ibidem
Libri Dei quando, quomodo, cur, &c. ſcripti ibidem
libertas Chriſtiana & ſeruitus externa non pugnant 142
libertas Chriſtiana quid, quotuplex, quos liberet, quomodo & cur nos liberet ibid.
libertas Chriſtianorum in quónam ſita ſit 96
libertas ſpiritualis in quónam conſiſtat 81
libertas uera ex diuino tractu acquiritur 91. quænam ſit ibid.
libertatis Chriſtianæ gradus, partes, cauſæ, effectus, abuſus 142
libertatem Chriſtianam cum externa libertate ſtare poſſe ibid.
liberum arbitrium an ſit 227. ubi ſit ibid. conſideratur dupliciter 225. ante lapſum & poſt lapſum quale ibid. cur Adamo collatum 227
liberum arbitrium an poſt lapſum habeamus 228
liberum & ſpontaneum quomodo differant 227
liberum quid ibid.
liberi arbitrij uox ibid.
Liberum arbitrium quatenus homo habere dicatur & quatenus non ibidem
lignorum ſtrues, cui Iſaac imponebatur, quid repræſentarit 105
lingua quid 315. cur data ibidem, quotuplex ibid. 316. quomodo cohiberi poſſit 316
lingua ſancta quæ & cur 145
linguæ effectus 316.317
linguæ incontinentia quantum malum 448
linguam frenare quàm difficile ib.
linguíſne omnibus, an una tantùm lingua natiua locuti ſint Apoſtoli 108
literæ imbecillitas & ſpiritus efficacia 47
localiter Chriſtus iuxta humanam naturam eſt in cœlo 32
locorum Ioannis de cognitione Patris & Filij collatio 547
λόγος cur Filius Dei dicatur 3.537 non ſolùm inſeparabiliter aſſumſit naturam humanam, ſed etiam tali unione, ut ſit unum ὑφεστὸς 32
λόγια uariæ appellationes ex ſacra Scriptura ſumitæ 3
à λόγῳ geſtatur natura aſſumpta, alioquin redigeretur in nihilum 32
Lucas quàm diu uixerit 153. ubi ſepultus ibidem
Lucia, olim Lucina 4
Lucifer cur ſic dictus 470
lucrum an licitum ſit 464
lucrum iuſtum & iniuſtum quid ibid. quotuplex ibid. 465
lucri definitio 464. effecta ibid.
lucri Eccleſiaſtici ſpecies 465
Lucriones uituperantur 464
Lunæ uſus 29

lustratio populi 642
lux quid 551
Lydij à Ludim 221

M

MAcedones unde originem traxerint 221
Macedonius 594
Machabæorum libri 152
magia primo præcepto damnatur 69. quotuplex sit 406. 407
magiam non esse licitam quomodo probetur 406
magica miracula 190
magister ab aduerbio magis 191
magister populi ibid.
Magistratus an astringatur ad puniendum secundum Legis Mosaicæ præscriptum 193
Magistratus cur minister Dei à Paulo uocetur 192
quid 191.194.
quotuplex ibidem.
unde sit 191.
quomodo ordinetur à Deo ibid.
si uim inferat, quomodo affecti esse debeamus 193
Magistratus causæ quæ 194.
effectus ibidem.
etymologia 191.
potestas extendit se in eos, qui manifestè peccant 280.
in religione instituenda quousq; se extendat 192
Magistratui an Ecclesiastici sint subiecti 193.
quid à subditis debeatur ibid.
quousque obediendum ibidem. 194
Magistratum an Christianus gerere possit 193.
debere religionis curandæ potestatem suscipere 192
Deus non tollit 280
in Magistratu quæ requirantur 194
Magistratus quales esse debeant 191
Magistratuum leges an conscientiam obligent 193.
officia quæ 191
magnificare quid 136
Magog quid 221
maiestatis præsentia 31
maior & minus nomen quomodo interdum ponatur 606
Malachias quando & quid docuerit 150
maledicentia quantum malum 448
maledictum præter contumeliam nil propositum habet ibidem
malefici qui 407
malitia nostra Deus ad certum finē utitur 30
malum factū an infectum fieri possit, & debeat 22
malum uelle & facere quatenus nō sine prouidentia Dei fiat 30
mala duplicia 232
mala quot modis Deus agere dicatur 233
malorum improbitate cur Deus utatur ad castigandum electos suos 42
mandatorum uia quæ, quotuplex 66. cur Dei uia ibid.
manendi uerbum pro ratione adiuncti diuersa significat 340
Manichæi ab Augustino confutati 584. eorum ortus ibidem
Manichæorum delirium 95.584
mansuetudo quid 328
mansuetudinis species, causæ, exempla, pugnantia ibidem
manus an liceat sibi inferre 424
manus in Scriptura quid significet 209
manum cur sibi aliqui inferant 424. qui sibi inferunt, an sint sepelien di ibidem
manuum impositio an gratiam aliquam conferre possit 209.210. quid, quotuplex 209
impositionis finis quis 210
Marcelli episc. Aacyræ contra Arianos scripta 587
Marcelli phantasia 95
Marcion unde hæresin suam accepe rit 584
Marcionitarum error 95.584
Marcus Valentini discipulus quomodo baptizarit 66
Marinianorum delirium 586
Mathematicis an sit credendum 409i
matricidium 423
matrimonialium casuum Canones necessarij ad multas quæstiones 358.359
matrimonium cum quibus personis contrahere non liceat 360. qua ætate contrahendum. 450
matrimonium quid 345.492. quoad thorum quot modis possit dissolui, secundum Pontificios 492. ubi institutum, quomodo, quando, quibus 346
matrimonij effecta 492. impedimenta quàm uaria 363. 492.
redintegratio in quibus causis fiat 369.
solutio quot modis fiat 357
matrimonium quis instituerit 346
in Matrimonio quomodo uiuendum 345
Maximus episcop. Hierosolymorum 587
Mediatio Christi à redemtione non est distinguenda 86
mediationis Christi mysterium aperientes regulæ quædam 94
ad Mediationis ministerium quid pertineat 612
mediationis modus ibidem
Mediator cur uerus Deus debuerit esse, & uerus homo 85.559
Mediator est Christus secundum naturam diuinam & humanam 92
Mediatoris munus anteˊne, an post incarnationem inceperit ibid.
nomen quomodo usurpetur 611.
officium multiplex 93.
officio Christus quasi præludio quodam fungi cœpit 77
Mediatoris opera προανάκτα 93
mediatorem cur oportuerit duarū esse naturarum 559
Mediatorem esse Christum secundum utramque naturam ibid.
mediatores quot sint 611
Medi unde orti 221
Megacosmus 9
Melanthius episc. ab Arianis in exilium pulsus 588
Meletius episc. quomodo Trinitatē confessus sit ibid.
Meletij factum 508
Melchisedecum quomodo referat Christus 93
membra quænam inungenda 486
memoria quotuplex 247
memoriæ adiumenta præclara ibidem
mendacium quid, quotuplex 422
mendacij causæ, effecta, circunstantiæ ibidem
mendacij uitium ut fugiamus quæ nos moneant ibidem
ex Mendacio quæ uitia oriantur ibidem
mendacia quænam circunstantiæ grauiora faciant ibidem
mensa Domini quotuplex 132
mensa olim in templo posita pro pauperibus ibidem
mens quid 6
mentis nostræ triplex habitus sapiētiæ 10
mentes mortalium densissimæ tenebræ 551
mercatori quænam cauenda 381
mercatores in sacris non damnantur 380
mercatura an sit licita 381. quid sit ibidem. quotuplex ibidem
mercatura ciuilis & Pontificia inter se conferuntur 385
mercaturæ causæ 381
meritum Pontificiorum quomodo definiatur 480
meritum quid 237
meriti causæ, effecta 481
ad Meritum acquirendum quæ requirantur ex sententia Papistarum 481
in Merito Christi quínam errauerint 95
merito nullo nos posse gloriari apud Deum 237
merita Sanctorum an posteris prosint ibidem
mesarchia Angelorum 468
Metangismonitarum hæresis 583
Michæas quid, & quando docuerit 150
Michaeli assignatus totus Angelorum chorus 468
Microcosmus 9
militans Ecclesia quid 124
Minha quale sacrificium 61
ministerij potestas quotuplex 161
Ministri noui Testamenti alij temporarij, alij permansuri ad Christi aduentum 195
Ministri quales deligendi ibid.
Ministri uerbi cur soli autoritate & potestate Dei aliquid faciant 19
Ministri uerbi qui proprie 195
Ministrorum Christi epitheta 396
Ministrorum Christi necessitatibus succurrere sacrificium Deo gratum 86
Ministrorum electio quotuplex 119
Ministrorum opera in salute hominum promouenda cur Deus potius utatur, quàm Angelorum 203
ministrorum ordinationis forma 195
Ministrorum peccantium correctio quibus partibus constet 207
Ministrorum uerbi diuini uaria nomina 203.

officia 204. ornatus ibid.
Miniſtros conſecrandi forma apud Pontificios quænam 487.
deligere quorum ſit 195
miracula cui rei ſeruiant 189.
falſa quæ, quotuplicia 189.190.
propter quos data 189.
quibus proſint ibid.
miracula quid, quotuplicia 188
miracula, quibus Deus teſtatur Arianorum dogma ſibi diſplicere 577
miracula Chriſtus ſua ipſius uirtute edidit ibidem
miraculorum fides an ſaluet 189.
Fines 188.189.
uerorum & falſorum diſcrimen 188.
uirtus an ueris miniſtris tantùm data 189
miſereri quorum debeamus 319
miſeriæ humanæ omnis generis unde 34
miſericordes qui ſint 319
miſericordia Dei 26.
eius cauſa ibidem.
Miſericordia quid, quotuplex 319
miſericordiæ Dei uariæ formæ 26.
genera, cauſæ, media 319.
opus qui tranſgrediantur ibid.
miſerorum genera quot ſint ibid. 320
miſerorum oppreſſores quænam pœna maneat 320
miſeros cur Deus tanta diligentia ſuo populo commendarit 320
miſeros qui ſint qui efficiant ibid.
miſſæ ſubſtantialia & accidentaria 484
in Miſſa quęnam ſine peccato mortali non poſſint omitti ibid.
in Miſſa non offertur corpus & ſanguis 384
in Miſſa ſacrificuli officium mediatoris inter Deum & Eccleſiaſticis non agunt ibidem
mitti à Deo 645.
à patre 551.
quomodo Chriſto cõueniat 465. 645
Mizraim quos filios generarit 221
modeſtia quid 327.
eius partes, pugnantia ibid.
mollities quid 444
Monachatus quid 503
Monarchia quid 194
Monarchię Aſſyriacę Principes clariores qui 303.
eius uaria nomina ibidem.
Monarchiæ quot ibidem.
Monaſtica uita cur ſtatus perfectionis 503
Monothelitæ 95.275
moralis lex quatenus abrogata, uel non 64.
Philoſophiæ partes 10
morales leges ad quę referri poſſint capita 46.
quomodo Papiſtæ definiant 476
moralium præceptorum compendium 68
morbus, languor & uitium quid differant 248.
quid, quotuplex ibidem
morbi unde oriantur, à quo mittantur, ad quid 248
moriendum cur ſit credentib. corporaliter, cùm ſint à peccato liberati 252
morituru quibus rebus ſe conſolari debeat 251
mors Chriſti quale ſacrificium 132.
corporalis quid ſit credentib. 251.
peſtilentialis 252,
quænam nobis in mentem reuocare debeat 255.
quid, quotuplex, unde 251.
ultronea propter quas cauſas accerſatur 424
mors unde manarit, an timenda 254
mortis Chriſti cauſæ 105
mortem an Chriſtiano precari liceat 255
ad Mortem animi quomodo præparandi 251
mortem cur Chriſtus horruerit 255.
cur Dauid & Ezechias deprecati ſint ibidem
ad Mortẽ hominis Chriſtiani præparatio 256.
quid, cur ſe præparare debeant, quando, in quibus rebus, quomodo ibid. 257
mortificatio peccati 101
mortui an lugendi 256.
an ſepeliendi, cur, quomodo, ubi, quando 257
mortui qui dicantur ciuiliter 367
Moſcouia qualis uox 221
Moſes an peccarit, dum peteret ſe expungi è libro uitæ 43
Moſi filius Dei apparuit 538
mulier quid, quotuplex 245
mulierum contactu abſtinuerunt Eſſeni & Aegyptij 445
mundus à Deo quomodo diſiunctus 82
mundus uocabulum quomodo capiatur 466.646
mundi decurſus tria tempora 7
mundi totius principalia tempora tria 71
mundum à patre adminiſtrari quomodo filius neget 525
mundum à patre per filium regi 535
municipale ius ciuitatis Dei quodnam ſit 175
Muſicæ Eccl. modus quis eſſe debeat 325
mutuum dare an ſit cõceſſum 459.
quomodo ſit dandum ibid.
quibus ibidem
myſterijs ſacris homines indignos deputare profanatio nominis diuini 20

N

NAum quid & quando docuerit 150
natura diuina pati non poteſt 104.
noſtra quomodo in Chriſto ſanctificata ſit 101
natura quare in Deo locum habeat 21. unde cognoſcatur ibid.
naturæ diuinæ creaturæ participes non ſunt 21.
rationes ibidem
naturæ lex quid 45.50.
in quibus iſta conſiſtat ibid.
naturæ humanæ Chriſti quatenus potentia infinita data ſit 32
naturæ duæ in Chriſto cur in mediatoris officio non poſſint ſeparari 94
naturarum diſtinctæ proprietates, unitatem perſonæ non diſſociant 83
naturarum diuerſarum proprietates quomodo & quatenus toti perſonæ Chriſti tribuantur 94
naturarum duarum in Chriſto unio 559. & 560
naturalis Philoſophiæ partes 10
neceſſarium quid 115
neceſſitas certitudinis & coactionis ibidem
neceſſitas non infertur ex prædeſtinatione, aut reprobatione ibid. rationem peccati non tollit 114
Necromantici qui 408
negotiatio quænam homini maximè conueniat 380
negotiationis Sacerdotalis circumſtantiæ 460
Nehemiæ liber unde, eius argumentum, tempus 149
Neomenia 63
Neſtorianorum hæreſis 95
Nicæa terræmotu ſubuerſa 577
Nicenum ſymbolum 513
Nicodemus Chriſtum ſepelijit 106
Nimrod: id eſt, Auarus dominator 221
Niniue à quo condita 220
Noah filij ibidem
Noah quo anno mundi ex diluuio creptus 220
nobilitas quid, quotuplex 335
nobilitatis cauſæ ibidem
Noetus Praxeus in quo hallucinatus 274
Noeti hæreſis 95.583
Nomen Dei quid ſit 295.
quomodo dicatur ſanctificari ibidem
nominis Dei celebratores ueri 20.
profanatores qui 295
nominis Dei uariæ acceptiones 596
nominis uocabuli uſurpatio 662
nomine Dei aliquid facere quid ſit, & qui poſſint 19
nomina in oſus exeuntia habitionem uel uehementiam ſignificant 428
nominum Dei diſtinctio 601
nominum propriorum uirorum & mulierum interpretationes 170
nominum ſubſtantiuorum ſub ſtatu prædicationis alijs attributorum ſignificatio 555
notitia Dei latiùs patet quàm præſcientia 115
notitiam Dei ueram qui non habeant 547
nouum teſtamentum ueteris interpretatio 507
Numerorum liber unde dictus, eius ſumma 148
nuptiæ in diſpari religione an ſint contrahendæ 358.
quid, quotuplices 362
nuptiarum leges 52.
licitarum cauſæ 362.& 363
nuptias quinam hæretici damnauerint 445

O

OBedientia Chriſti infinita 101
obedientia noua quid 279.
Fidem neceſſario ſequitur ibid.
obedientia quid 286.
quotuplex ibidem.
uera reſipiſcentiam & uitæ nouitatem in ſe continet 80
obedientiæ efficacia 287.

falsæ origo 286.
eius notæ ibidem
oblatio ab hominibus proficiscitur 93
oblationes quales 61
ocium Sabbati cur Deus præcepetit 56
odium quid 426
odij fugiendi occasiones quænam esse debeant 425
odij iusti & iniusti species 426.
causæ, effecta ibidem
offectorium quid 132
officij nomina cur tribuantur toti personæ 32
olei per metaphoram significatio 555
Olympij Arianorum episcopi interitus 577
omnes & omnia particula uniuersalis quomodo ponatur 647
omnes unum esse quomodo accipiatur 632
omnipotentia Dei 22.
eius usus ibidem
omnipotentiæ definitio 542
operandum bene omnibus 281
opus bonum quid 273.
apud Pontificios quid 477
opera bona apud Pontificios quotuplicia 480.
cur dicantur bona, & qualia Pontificijs 477.
bona cur ex prædestinatione ,pficiscantur 116.
bona quæ 281.
quo animo fieri debeant ibid.
an & cur placeant Deo ibid.
opera Dei qualia habeant diuinæ maiestatis argumenta 1
opera Dei qua periphrasi describantur 548
opera filij diuina 549
opera quæ filio tribuantur 536
opera quæ mali &peruersi spiritus indicia sunt 576
opera præuisa non sunt causæ prædestinationis 116.
renatorum cur impletio legis dicantur 65
opera Trinitatis ad extra communia 4.
ad intra quæ : & indiuisibilia ibidem
Operum bonorum effectus apud Pontificios 480
de Operum bonorum præmijs sententiæ duplicem habent respectum 138
operum bonorum usus quis 281.
causæ 282.
partes, finitio ibidem
operum Dei distinctio 40.42
opera interna & externa legis nemo præter Christum rectè coniunxit 65
de Operibus Dei regulæ 542
Optimates Aegypt. electi uocati 118
Oraculum 414
oracula 190
oris uocabulum quomodo Deo tribuatur, item hominibus 648
Orandum pro quibus rebus 289.
pro quibus personis ibidem. 290
orantes an alligati sint ad uerba orationis Dominicæ 292.
cur debeant necessariò Deo sua uota exponere ibidem
orantium conditiones quæ sint ib.
petitiones cur Deus aliquando differat ibidem
orantes an Deus semper exaudiat ibidem
orare Christus pro Ecclesia quomodo dicatur 92
oratio cur efficax 292.
quando, & ubi fieri debeat 289
oratio quid, quotuplex 288
orationis conditiones quæ 292
orationis Dominicę explicatio 293. 294. 296. 297. partes 294.
causæ, effecta, utilitas 495
orationis species 288.
causæ ibidem. 289
orationem Dominicam recitare in colligendis herbis ad curationem morborum an peccatum sit 413
orationem pro quibus habere debeamus 495
ad Orationem quænam Pontificij requirant 495
ordinis gradus quot 486
ordines minores qua ætate dari possint 487
ordinum in primitiua Ecclesia obseruatorum numerum cur Papistæ non retinuerint 486
Origenis errores in plerisque locis 418
originale peccatum ab actuali quid differat 236.
an sit, quid sit 235.
nō solum sublatum est à Christo sed omne 104.
quomodo propagetur 236
originalis bonitas quid 24
originalis peccati causæ , effectus, proprietates 236
ornimantici qui 408
orphanorum oppressores qui 320
osculandi uerbo quomodo Iob usus sit 648
osculari quid sit in Dauide 529
Oseas quando scripserit 150
Oseæ Prophetæ summa ibidem
Osecha quid significet 515
Osias etiam Azarias 150
Ostiarij qui 131

P

PActum pro lege 49
Pædobaptismus asseritur 168
Παράκλητος 21
panis cur dicatur quotidianus 294. 296
panis uitæ quòd sit Christus unde habeat 184
proprietates corpori Christi accommodatæ 180
panis quotidiani nomine quid intelligendum 294. 296
pane & uino cur Dominus in Cœna sit usus 180
panes propositionum quid significarint 59.
cur singulis Sabbatis commutati ibidem
panibus propositionis cur Sacerdotibus tantùm uesci licuerit 59
Papa quid 496.
quotuplicem gladium habeat, an maior Petro, an maior Cæsaribus ibidem
Papæ & Christi opera inter se conferuntur 393
Papæ potestas, iurisdictio 496.
primatus impugnatur 497
Papistarum titulus , doctrina , cultus, mores, puritas , consuetudo, imitatio, ceremoniæ 391.
missa , mysteria, concilia , uisiones, asylum 392
Paralypomenon libri quid doceant 151
parricidium 423
Parturientium Dea 4
Paruulos sine baptismo decedentes in lymbum uenire 483
Pascha cur institutum 63
passio Christi in animo grauior erat quàm corporis laceratio 103
passio Christi non putatiua, sed uera & spontanea 104
passionem Christi non tantùm ad mortis articulum referendum, sed ad totum uitæ tempus 104
passus est Christus in natura humana 104.
animo & corpore ibidem
Pastor bonus quotuplex 197
Pastores an manu uictum quærere debeant 197.
quomodo peccata remittant ibidem. quatenus profanorum auctorum testimonijs uti possint ibidem. propriè qui 131. 195.
quámnam in Ecclesia potestatē habeant 196.
qui homines sint, cur Deus mittat, non autem per Angelos nobiscum agat 203.
tantum instrumenta 195.
non sunt qui non uocati ibid.
quinam lupi ibid.
Pastorum in Collegio ordo constituendus 195.
nomina uaria unde officij dignitatem colligere possumus ibid. 198. 203.
uox duplex 198.
eorum officia , exercitia ibidem
pater cur non sit incarnatus 97.
cur prima persona dicatur 275
pater & filius uerus Deus 548
pater, filius & Spiritus Sanctus unus ac uerus Deus 514. 516.
quomodo sint unus, & quomodo tres 519
pater in filio, & filius in patre quid 624
pater non nisi in filio cognoscitur 553
pater per filium cognoscitur 548
pater quæ persona in triade 34.
quomodo filij fons 510.
quomodo filio opponatur 544.
quomodo maior filio secundum Hilarium 606
pater quoties uerè inuocatus , non nisi per filium inuocatus 77.
totius diuinitatis fons 518
patris & filij æqualitas 520. 523. 524. & 568. coniunctio 640.
eadem natura & essentia 522.
una uoluntas & doctrina 535
patris nomen creaturis quomodo tribuatur 602.
quomodo accipiatur ibid.
quotupliciter capiatur 603.
nomini cur quandoque omnipotentiæ

tentis uocabulum addatur 604
patris officia & operationes 275
patri eadem uiuendi ratio tribuitur, quæ filio 534.
mundum creanti filius præsto fuit 533
patrem & filium unum esse dupliciter accipi 632
patrem, filium & Spiritum S. unum ac uerum esse Deum 517
patres an Deum spiritualiter in lege coluerint 417.
quo respexerint ibid.
patres impij qui, quotuplices 418
Patres non tãtùm huius uitæ intuitu benedicti fuerunt, sed magis uitæ Christi futuri 77
patres Papales 418
patres quotuplices 417.
qui ante legem uixerint ibid.
post legem qui ibid.
in lege ibidem
patres ueteris Test. Christum inuocasse, unde constet 530
patres ueteris Test. in quibus conueniant, uel differant 76.
non fuerunt iustificati per legem & merita propria 104.
quatenus serui & quatenus liberi 77.
quomodo Christum apprehenderint 92
patres umbras quidem habuerunt, sed non expertes ueritatis 77
patrum exempla neglecto uerbo Dei quot modis sint perniciosa 419
patribus Deus se nunquã extra Christum patefecit 77
patribus papalibus quídnam debeamus 418
patribus pijs cuiuscunq; temporis quídnam debeamus 418
patribus quomodo se filius conspiciendum exhibuerit 536
Patribus terrena cur fuerint promissa 77
patientia quid 310
patientia quousque seruanda 311
Patientiæ causæ, pugnantia ibid.
Patriæ potestatis leges 51
Patriarchæ quomodo suis uerbum tradiderint 156
Patrispassiani quínam 95. 274
Paulinarum epistolarum summa 153
Paulus secundo Neronis anno Romam uinctus uenit 153.
in libera custodia biennium exegit ibidem
Pauli exclamatio 116
Pauli Samosateni hæresis 583. 593
paupertas quid, quotuplex 343
paupertatis Christianæ obseruationes 344
paupertatis effecta 343
pax quid, quotuplex 318
pacis necessitas 318.
effecta ibidem
pacem qui malè quærant ibidem.
Christus quomodo det, & quomodo mundus ibidem
peccamus sponte, non coacti 114
peccare ad mortem electi non possunt 111
peccare Deo, & contra Deum 234
peccatores tantum à Patre trahuntur 91
peccatum actuale etiam ex ciuilib. constitutionibus cognoscitur 47.
quid, quotuplex Papistis 473. 474
peccatum an omne remittatur 140
peccatum in Spiritum Sanctum 235.
non quoduis, est blasphemia irremissibilis 425
peccatum originale omnes nos obnoxios facit generali iræ Dei 34.
quid sit Pontificijs 474
peccatum quid 229. 230. & 335.
quotuplex 235
peccatum secundum Pontificios quid, quotuplex, quomodo remittatur 470
peccatum ueniale & mortale, quid differant 234
peccatum tria habet: actum, iniquitatem & reatum 129
peccati an Deus sit autor 230. 233.
causa cur omnia creata uanitati fuerint subiecta 82.
cognitio quid operetur 234
peccati & blasphemiæ discrimen 425
peccati exortus & progressus 220.
causa quatenus Deus dicatur 231.
nomine quænam censeant Pontificij 470
peccati originalis partes duæ 6.
causæ, effecta 473
peccati remittendi potestas quę 139
peccatum facere 230.
remittere cuius 139.
remitti quid ibid.
peccato originario quínam caruerint 473
peccata an Deo inseruiant 231.
ánne post mortem remittantur 141. non esse æqualia 234.
non sunt causæ reprobationis, sed damnationis 222.
quibus medijs remittantur 110
peccata septem mortalia quæ 474
peccatorum causa 230.
excusationem non infert prædestinationis prædicatio 114.
fomenta 234.
inæqualitas quot modis considerãda 234.
remissio quàm necessaria 139.
testamentum dicitur 72
peccata cur Deus non impediat cũ possit 231
peccata quomodo Deus gubernet ibidem
peculatus quid 452
Pelagius primus gratiam Dei oppugnauit 112
Penates qui, unde dicti 4
Per particula quomodo Deo tribuatur 624
Perfectio Christiana quid, quotuplex 281
Perfectionis genera 505
periurium quid 423.
quotuplex ibidem.
quantum malum ibidem
permissio Dei non infert coactionem 114
permissiuè Deus agit, sed non tantum 233
permittendóne an etiam agendo Deus mala agat 232
perpetuum quid 64
Persæ à quonam 220
persecutio publica, priuata 343.
quæ omnium grauissima ibid.
persecutionis tempore an pastor fugere debeat 197
persecutionib. quínam obnoxij 343
perseuerantiæ donum semper cum uera fide coniunctum 111
Persicæ monarchiæ Reges 304
persona quid 3
personæ Christi attributa 85.
unitas naturarum mutationem non requirit 98.
cur omne opus Christi adscribendum sit 94.
tribuuntur nomina officij 32
personæ in triade significatio 508
personæ nomen in ecclesia retinendum 664
personarum acceptio quando admittatur 114.
respectus cur in iudicio nullus esse debeat 306
personarum trium in nouo Testamento expressio 509
personis singulis quæ attribuuntur in sacra Triade, quò referenda 2
personas tres esse in una essentia aliquot similibus explicatur 4
pestis contagio an sit fugienda 252
pestem fugientes an peccent ibid.
in peste quid obseruandum 254.
qui fugiunt, quid illis faciendum 252. non fugientibus autem quid ibidem
Petrus episc. Alexandriæ 587
Petrum non habuisse primatũ 497
Phantasma 414
Philosophię diuisio & subdiuisio 10
philosophus quidam ad Alexandri preces obmutuit 577
Philos. quatenus Deũ agnouerint 1
Photiniani qui 274
Photinianorum errores 95
pietas in Deum quid 283
ad Pietatis iustum studium quæ requirantur ibid.
pietatis radix ibid.
gradus, proprium, pugnantia ib.
Pilatus cur Christum innocentem pronunciarit 104.
eius tamen sententia rursus cur damnatus ibidem
Pilati cur mentio fiat in Christi passione 104
pius uerè quis 282
placationis iræ Dei primaria causa 34
Planetarij qui 408
Planetarijs an sit credendum 409
plenitudinis significatio 618
pœnæ mala quomodo Deus agat 232
pœnæ mixtæ partim iustæ pœnæ, partim peccata 41
pœnarum differentiæ ibidem
pœnitentiales canones 489
pœnitentia quid 277. 278. 279.
undénam sit 277
pœnitẽtia quid apud Papistas 489.
unde incipiat ibidem.
quid differat à timore ibidem
pœnitere quid 489
pœnitentia quo tempore fieri debeat ibidem
pœnitentiæ causæ 278.
partes ibid. origo ibid.
partes, effecta 277.
efficacia 278. necessitas ib. 489.
sacramentum in quo consistat ib.
utilitas, necessitas, partes 279

ad Pœnitentiam quomodo Christus nos uocet 280.
quomodo perueniamus 278.
Pontificem Romanum non esse uniuersalem Episcopum 497.498
Pōtifices ueteris populi quemnam præfigurārint 96
Pontificum Romanorum alij Pastores ueri, alij Episcopi mythrati, alij Antichristi Romani 397
Pontificia Ecclesia an deseri possit à Christianis 125
populus quomodo Deum iustificare dicatur 136
portenta cœlestia iram Dei indicant 35
positiuum ius quotuplex 307
non Posse pro nolle in scripturis usurpari 535
potentia Dei & hominum quid differant 22
potentiæ animæ sex 6.
regnum quale 97
potientialis Dei præsentia 31
potestas clauium Euangelica quid, quotuplex, quibus data, &c. 161
potestatis Dei species legitimæ quæ 27
potestates cur Angeli 188
præceptores quales eligendi 300.
quales esse debeant 298
præceptorum officium 299.300
præceptum & consilium quid differant 503
præcepto uno neglecto dissoluitur tota lex 48
præcepta Decalogi cur sint negatiua 68
præceptorum moralium usus 45
prædestinari cur non dicantur bruta 215
prędestinarĭtne Deus homines propter bona opera an non 216
prædestinatio ad uoluntatem pertinet 215.
ad quænam nos ducat ibid.
an inferat necessitatem ibidem.
bifariam accipi potest ibid.
causa uocationis est 216
prædestinatio & prouidentia quid differant, & in quibus conueniant 215.
ex uolūtatis beneplacito nata 23.
non parit ignauiam 213.
non tollit admonitiones ibid.
non semper eodem modo proponenda ibidem.
nostra ad salutem ab æterno fuit in uerbo 97.
quid 121. tantum ad homines pertinet: prouidentia ad omnes creaturas 31
prædestinationis causæ, effectus, officia 122.
causæ opera præuisa esse non possunt 116.
definitio 115.
doctrinæ quænam falsò sophistæ adscribant 113
prædestinationis doctrinam cur ante Augustinum nulli alij patres tractarint 112
doctrinam salua pietate licet pro suggestu tractare 112.
non licere 113.
doctrina cur multi offendantur ibid. efficientem causam ad quæ capita referat Paulus 116.
Etymologia 115.
materia in qua & circa quam 116.
fines ibidem
prædestinationem esse quomodo probetur 112.
nostram quando respicere debeamus 114
de Prædestinatione quomodo loquendum 121
prædestinati qui ibidem
prædestinatorum officia quæ 117
prædicata opposita quæ de una eademq; natura intelligi non possunt 560
prædicatio uerbi cur lux 75
prædicatores qui 131
prælatura Angelorum 468
prælatura Ministrorum uerbi in tribus posita 130
præmia & pœna impiorum condēnationi inseruiunt 115
præscientia bonorum operum non est causa prædestinationis 116
præscientia Dei quid 43.
Dei non auocat nos à studio precum 114.
non nisi futurorum est 115.
requirit uoluntatem quæ præcedat ibidem
præscientiæ libri 43.
præscientiæ, prædestinationis, & notitiæ discrimen 115
præsciti non sunt omnes prædestinati ibidem
præsentia Dei ad intra & ad extra quid 32.
Dei in Diabolis, impijs & renatis qualis sit 32
præsentiæ Dei species 31.32
præsentiæ diuinæ doctrina quem fructum adferat 31
præsentiam Dei ad intra nulla creatura perferre potest 32
præstigiatores qui 407
præsumtio quid 464.
eius causæ, effecta ibidem
præsumtionem ut euitemus quænam sint meditanda ibidem
præsumtuosus amittit, quod festinat arripere ibidem
præsumtuosi non apti ad officia ib.
grauiter ruunt ibidem
Praxeæ hæresis 95
Presbyteri Ecclesiæ quas ceremonias tradiderint 53.
qui sint 131
preces quas Christus post assumtam carnem erat fusurus, ante omnē æternitatē in conspectu Dei uersabantur 92
precum sacrificium commune fidelibus cum Christo 86
precum studium ipsa prædestinatio non minuit 113.114
primatus Papæ impugnatur 499
primitiarum finis 48
primogenitus uocabulum 615
primogeniti nomen quomodo filio Dei tribuatur 614
primogeniti cur benedicti 210
primogenituræ dignitas 553.554
principij uocabuli significatio 622
in Principio, à principio & ab initio uocabulorum significatio 623
proditio quid 455.
quotuplex ibidem
proditioni licitæ quænam sint cautiones adhibendæ 456
proditorum genera quot 455
Profanatio nominis diuini quot modis fiat 20
progredi solius Spiritus S. 2
promissiones Dei omnes ex uoluntatis beneplacito 23
pronunciatio uitiosa sensum quandoque facit hæreticum 513
Προορισμὸς cur Prædestinatio dicatur 115
Propheta quid 199.
à Doctore quid differat 200.
quinam docuerint ante captiuitatem, post captiuitatem, post captiuitatem 157
Prophetę ueri quomodo ad prophetandum imbuantur 199
Prophetarum autoritas ibidem.
& Apostolorum discrimen 201.
genera duo ibidem.
ministerium cur nobis utilius fuerit, quàm sibiipsis 77.
multitudo cur tanta non sit, ut olim fuit 200.
omnium scripta an in nostras manus peruenerint 199.
uerorum notæ 200.
falsorum etiam ibid.
Prophetas cur Deus post legem latam miserit 199.
Prophetādi donum an etiam reprobis conferatur ibid.
Prophetia quid sit 200.
quotuplex 154.
quando cœperit 200
Prophetiarum gradus ibidem.
causæ & officia ibidem
Propheticæ scripturæ usus 199
Prophetici libri duplices 150
propositum Dei ad salutem humani generis destinatum immutabile 71
propositio Dei immutabili salus nostra nititur 102
Propter, est uox ambigua 116
Προσωπολημψίας Deum nostra prædestinatio arguere non potest 114
Πρόσωπον uocabulū quomodo Deo tribuatur 663
Prouerbia Salomonis quid doceant 151
prouidentia Dei falli non potest 111
prouidentia Dei, malitia Satanæ, peccatum delinquentis hominis, in uno facto possunt concurrere 30
Prouidentia quid 29.31. requirit notitiam 115. omnes creaturas complectitur ibid. ad naturales fines nos dirigit ibidem
prouidentiæ causæ, diuisio, effectus, discrimen à prædestinatione 31
prouidentiæ diuinæ in facto aliquo, finis alius, alius etiam Satanę 30
prouidentiæ & prædestinationis differentia & communio 115
prouidentiæ species 29
prouidentiam esse unde constet 31
proximus quis dicatur 68.284
psallendi diuersitas 660
Psathyrianorum error 586
pueri tres in fornace candente præsentia gratiæ Dei seruati 31
pulchritudo quid 9
purgationes noui Testamenti quales 75
purificationum significatio 48
Pyromantici qui 402

Pythonissæ qui ibidem
purgatorium quid 506
ubi sit, qualis ignis ibidem
purgatorij ignis an æternus ibid.
purgatorij pœna an simili ratione omnes cruciet ibid.
ad purgatorium quinam adducant animas ibid.
purgatorio igne qui diutius excrucientur ibid.
ex purgatorio quomodo liberentur animæ ibidem

Q

QVadragesima non in quibusuis Ecclesijs obseruata, imò ne ab ipsis Romanis 371
qualitas in Deo non accidentalis, nec mutabilis, sed naturalis, &c. 21
quantitas qualis in Deum cadat 2
quid sit aliquid, ubi hæc quæstio locum habeat 1

R

RApere puellam an liceat, ut postea corruptam quis uxorem ducat 354.454
rapina quid 452
raptor omnibus modis furtum facit 454
raptores excommunicari ibidem
raptoribus leges diuinæ & humanæ pœnas grauissimas statuunt ibidem. semper malè cessit ibidem
raptus & furtum quid differant ibidem
raptus quid 363.445. quotuplex 454
raptum an Beniamitæ commiserint ibidem
in Raptu quæ obseruanda 363
ratio in diuinis cæca 3. quid 6
rationalis philosophiæ partes 10
Reconciliatio mundi cum Deo quid 82. præsupponit inimicitiam ibid.
reconciliationis causa efficiēs Deus 611
Rector quis 131
redargutio quid 146
redargutionis species ibidem
redemtio generis humani unde, per quem, quomodo, quando, ad qd, & cui facta sit 85. propriè Filio tribuenda 4
redemtionis ius quotuplex 85.611
redemtionis opus 554. pretium 611
regenerati naturæ Dei non sunt participes 21
regeneratio neq; sanguinis est, neque uoluntatis 81
regenerationis partes tres 101 species 111
ad Regenerationem necessaria est agnitio Dei. 219
regnum Christi quódnam 96.97
regnum Dei uidere 641
regnum Dei aduenire quid 293. 296. qui nolint aduenire 295. quot modis consideretur 96.97. quotuplex 295
regni Christi qualitas 532
regna cur Deus desolari sinat 305
religionis totius capita à Patriarchis suis tradita quæ 156.
remissio peccatorum impetrata an fieri possit irrita 141. quid, quàm necessaria, cuius sit, quotuplex 119
remissionis peccatorum gratia quibus medijs acquiratur 140
Remittantúrne peccata post mortem 141
remittatúrne culpa, an pœna, an utrumque ibidem
Remitte nobis debita nostra, quomodo intelligendum 294
remitti peccatum quid 139
renascentiæ nostræ modus 81
renatorum signa quænam sint 219
renatis quomodo Deus ipsens sit 32
reprobatio an necessitatem inferat 115. quid illa sit 122
reprobationis causæ & effecta ibid. consideratio quémnam fructum pijs adferat 123
reprobationis suæ nemo potest argumenta colligere ex sacris literis 114.122
reprobationem quod Deus aliquādo iudicio secreto reuelare uelit, id non potest trahi ad communē regulam 114
reprobi an possint bona opera facere 122. inexcusabiles efficiuntur prædicatione uerbi diuini 114
reproborum condemnatione iustum suum iudicium declarat Deus 121
reprobos nonnullos ne hac quidem gratia Dominus dignatur, ut aliquid de Christo audiant 124
res agendæ, quæ nobis in Scriptura proponūtur, quot sint generū 155
rerum acquisitio quot modis fiat 380
responsa falsorum Deorum 190
resurgentium ætas quænam futura sit 213
resurgentium corporum proprietates quæ ibid. 214
Resurrectio Christi efficiens causa nostræ 213
resurrectio Christi quid 107. mortuorum quid 211.213. noui hominis 101
resurrectio qualis futura infantium, & eorum corporum quæ monstrosa 211
resurrectionis causæ & effecta 107. mortuorum causæ 211. contraria ibid. 213
resurrectionis testimonia, exempla, imagines 211
resurrectionem mortuorum quomodo probare uarijs argumentis possimus 212.213. quinam negent 211
de Resurrectione Canones 214. uariæ opiniones 212
reuelatio ueteris Testamenti semper aliquid obscuri habuit 75
reuelationis Spiritus ur dicatur Spiritus sanctus 91
reuelationis tractus quid ibid.
reuerentia quid 327
reuerentiæ partes, causæ, pugnantia 327
Rex quomodo dicatur Christus 96
Regum libri quid doceant 149
Riphæi a quo 222
risisse Christum nunquam legitur 103
ritus quomodo sint perpetui 64
Romana Monarchia quando cœperit 304. eius Cæsares ibidem
ad Romanos epist. quid contineat 153
Ruth liber unde, summa, tempus, autor 149

S

SAbæi à Saba 221
Sabæorum metropolis ibid.
Sabbatum quando dispensationem admittat 56. quomodo fidei exercitio seruierit ibidem. 56. quotuplex ibidem
Sabbati allegorici definitio ibid. profanatores qui ibidem
in Sabbato quænam abrogata ibidem
Sabbatorum exercitia 57
Sabellij delirium 95.583
Sacerdos Christus, quid differat à Sacerdotibus ueteris Testamenti 86. noui Testamenti quis ibid.
Sacerdotis Christi officia 96.
Sacerdotis summi attributa 86
Sacerdotem Dei esse, & Ministrū differunt 132
Sacerdotes cur omnes Christiani ibidem. cur cœlibes esse debeant 499
Sacerdotes non bibebant uinum ingredientes in Tabernaculum 52
Sacerdotum officia ibidem potestates 487
Sacerdotibus quænam Concilia uxores permiserint 445. qui Doctores Ecclesiastici ibid.
sacerdotalis meditatio requirit sacrificium & preces 86
sacerdotium Aaronicum abrogatum 64. Christianorum quod 87
sacerdotium Christi cum regno cōiunctum 556
sacerdotium Christi quid 96. quale ibidem
sacerdotium quid, cur ordo 486. Iudaicum, in nouo Testamento sublatum 86. regale ad quos referendum ibid.
sacerdotium triplex 87
sacerdotij effecta 487. Leuitici circunstantiæ 87. origo quænam 52
sacerdotij cur septem gradus 486
Sacramentum corporis & sanguinis cur dicatur Cœna 133. quid 163
sacramēti res quomodo cum signis coniungatur 163
sacramenti res signata quid ibid. signa & res quomodo percipiantur ibid. an ad suam integritatē requirant fidem 164. cur absque uerbo esse non possint 79
sacramenta & uerbum quænā communia habeant ibid. legis naturæ, Mosaicæ, Euangelicæ quænam 482
sacramenta non conferre, sed significare gratiam 165. nostra quomodo cōsecrentur ib. Papistarum quotuplicia 481.

quænam

quædam abrogata 64.
quibus rebus constent 163.
nouæ & ueteris Legis quid differant 481.
quot sint 164
sacramenta ueteris & noui Testamenti quid differant ibid.
in quibus conueniant ibidem.
cur Dominus instituerit ibidem
sacramenta gratiæ Dei sigilla 517
sacramentorũ & uerbi fructus quando se exerat 79.
finis, usus & uirtus 165.
effecta 481.
necessitas quousque se extendat 79. quænam sit qualitas 164
sacramentorum omnium author Deus 517
sacramentis an alligata sit gratia ibidem
sacramentũ apud Pontificios quid, unde dicatur, quot modis accipiatur 481
in Sacramentis constituendis quare Christus res tam uulgares instituerit 164
in Sacramentis quid uerbum significet 165.
an habeat uim aliquam euocandi, sanandi, &c. ibidem
sacrificium duplex 132
sacrificium expiationis soli Christo competit 86.
noui Testamenti quid differat à ueteri 75
sacrificium quid, quotuplex 60
sacrificij ara quotuplex 132.
causæ 60
sacrificia cur sæpius repetita 87
sacrificiorum collatio, quæ erat olim apud gentes, & nunc apud Papistas est 487.
differentiæ 52.
finis 48
Sacrificulorum epitheta 395
sacrilegium quid 452
salitores qui 408
Salomonis libros tres quisnam scripserit 151
saltare desiderantes quinam sint 442
saltatio Pyrrhica 437
saltationes ubi, quando, quomodo, & cum quibus fiant 443
saltationum causæ 438.
comites quinam 443.
lasciuarum uituperationes 439.
species 437
saltationum uaria genera apud Ethnicos 440
in Saltationibus quæ obseruanda 439
saltatores cuinam sefuiant 442.
quam inhonestis nominibus uocentur ibidem
salus nostra ex mera misericordia 91
salutis & æterni exitij mysterium simili explicatum ibid.
nostræ causa primaria quæ 102.
nostræ certitudo sola electione constat 112.
ubi sita 117
Samosateni deliria de Christo 584. 95
Sancti cur pro nobis orent 495
Sanctos esse adorandos ibidem
sanctificare 642.136
ad Sanctificationem populi quæ Deus requirat 642
sanctificatio à Deo est 93
sanctificatio est, ex qua certi fieri possumus nostræ electionis 102
sanctificatio & oblatio opus utriusque naturæ 92.
nominis Dei 293.
Spiritus sancti est forma nostræ electionis 110
Sanctum Sanctorum quid continuerit 60
Sancti cur non inuocandi 289.
non sunt mediatores intercessionis 86
Sanctorum genera duo 341
sanguis quomodo filium repræsentet 518
sanguinis Christi & uini collatio 181.
effusio in Christo quid significarit 105
sanitas corporis quomodo conseruetur 238. 239
sapientia Dei quot modis in Scriptura accipiatur 608
Sapientiæ librum quis scripserit 152. eius argumentum ibidem
Sapientiales libri noui Testamenti qui 153
Satanas an ita potens sit, ut quæ facere uelit, mox etiam possit 190
Satanas an Satanam eijcere possit ibid. cur Princeps mundi 191. quatenus possit curare 190
Satanæ cùm non acquiescimus, diuinum auxilium non deest 99
Satanæ cur Deus suos uexandos permittat 190
Satanæ & hominis Christiani certamen 101
Satanæ malitia eum non liberauit à Dei imperio 30
Satanæ nomen 399.
desiderium, impostura, regnum, tentatio, uigiliæ contra Christianos ibidem
Satanæ tradi 206
satisfactio apud Pontificios 491. 492
satisfactionis Christi quot modis fiamus participes 491.
eius effecta ibidem.
satisfactionis loco quænam Sacerdos confitenti imponere debeat 491.492
satisfactiones quomodo redimantur 491
Scandalum acceptum 452
scandalum datum 451.452
scandali dati & accepti causæ 451.
effecta ibidem
scandalo accepto non multum nos debere commoueri 451
schisma quid 414
schismatis & hæreseos discrimen ibidem
schismata bona & mala quæ ibid. unde sint 415
schismaticus in quænam pericula se & alios conijciat ibid.
schismatici effecta ibid.
Scriptura cur sacra dicta 144
scriptura qualiánam exempla nobis proponat 155
scriptura sacra quibus linguis scripta 145.
quid, quotuplex 147.154
scripturæ Canonicæ autoritas 144
scripturæ intelligentia triplex 13
scripturæ sacræ causæ 147.154
scripturæ sacræ elogio quænam excludantur 144.
utilitas, scopus 146.147
scripturæ sacræ autoritati subseruit Ecclesia Christi 144
scripturæ sacræ à scriptis Patrum & Episcoporum distinguendæ ibidem
scripturis sacris non præiudicat Ecclesiæ autoritas ibidem
in Scripturarum expositione quæ obseruanda 204
scripturarũ sacrarum impletio 146.
lectio publica, priuata 145.
origo quæ 144
seculi uocabulum quomodo accipiatur 628
Sedulitas quid 314.
eius partes, causæ, pugnantia ibidem
semen pro uerbo Dei 81
Sem quos filios habuerit 220
Seneca 429
sensus 6. quot sint ibidem
sensus nostri quantum fidei nostræ conferant 79
separatio iustorum & iniustorum 37
sepeliẽdi ubinam sint defuncti 256
sepeliri in horto cur Christus uoluerit 106
sepulcro nouo cur Dominus uoluerit includi 106
sepulti apud Pontificios quibus rebus iuuentur 499
sepultura electorum quies est 106.
quibus prohibetur, & an uendi possit 499
sepultura Pontificiorum quid ib.
ubi debeat fieri, cur inuenta, an prosit mortuis ibid.
sepultura quid, eius explicatio 256. 257. ueteris hominis 101
sepulturę Christi circunstantiæ 106.
locus quibus nominibus appelletur 250.
locum ubi pij Patres, gentiles & Pontificij habuerint ibid.
loca quomodo habenda ibid.
modus, causæ 256. ornatus 259.
in loco sacro an impio prosint 499
sepultus cur sit Christus in monumento alieno 106
Seraphim qui 13
Seraphim cur Angeli 188
Serpens cur à Mose erectus 105
Serueti Hispani hæresis 584
Seruetiani noui Antichristi 594. 596
seruitus Christiana est spontaneum filiorum iugum 97. Dei quid, & quotuplex 336. quid sit ibid.
Satanæ triplex 143
seruitutis diuinæ fundamentũ 338. 339. genera 143. Ministrorum obseruationes 337
seruitutis species, causæ 336
à Seruitute quánam simus liberati 143.144
seruos uel nasci, uel fieri 336
sessio Christi super sedem gloriæ 37
Sicambri unde dicti 222
Sidon qualis urbs 221
signum aliquando elementum, aliquan-

quando uisibilis forma dicitur 163
signum & signatum in Sacramento quomodo coniungantur 165
signa cum rebus non confundenda 163
signa in Sacramētis mutantur quoad finem 163.
quónam respiciant ibid.
signa non tantum sunt corpora externa, sed etiam ritus ibid.
signa Sacramenti & res quomodo percipiantur ibidem
signa unde dependeant 189
signa uoluntatem Dei declarantia duo 23
signa quínam poscant 189
signorum mutatio undénam pendeat 163.
non est perpetua ibidem.
nomina quare aliquando mutentur ibidem
in Signis quid obseruandum 189
simplicitas quid, quotuplex 331
simulacrum unde nomen habeat 421
simulacra cur religione careāt ibid.
sitis animarum quid 187
Sobrietas quid, quotuplex 377
sobrietatis causæ, effecta ibid.
sobrietatem ut quis sectetur, quib. incitari possit 378
sodomia 444.445
Sola, particula explicatur 237
Solis usus
Solem suum cur Deus oriri faciat super bonos & malos 114
solus, particula quomodo Deo tribuatur 630
somnium quid 414
somniorum genera quot sint ibidem
Sophonias quid, & quando docuerit 150
sortiendi genus duplex 408
Sortilegi qui ibidem
sortilegium 69
sortiríne liceat exemplo Apostolorum 409
Sortium festum quale 63
sortium gubernatio 190
Spes quid 283.
unde alatur ibidem.
quid possit ibidem
spei efficacia 283
spirituale Dei templum 132
spiritus Sanctus cur non sit incarnatus 97.
cur tertia persona uocetur 276.
cur sanctus ibidem
spiritus Sancti Dei uirtus 515.
non creatura 561.
quòd Deus sit, quomodo probetur 562.
quomodo in fidelibus maneat 640. quomodo dicatur iustificare 136.642
spiritus sancti diuinitas 553.560
spiritus Sancti in Scriptura significatio 561
spiritus Sancti inuocatio 566.
nomina 562. opera 276.562.
persona distincta à patris & filij personis 564
spiritus Sancti processio 573
spiritus sancti proprium 276
spiritui sancto propriè tribuitur sanctificatio 4
spiritum sanctum Deum esse unde facilè colligendum 567
splēdor gloriæ Patris cur Filius Dei dicatur 3
sponsalia de futuro & præsenti quæ sint 360.
quotuplicia ibidem.
quæ iusta, quæ illegitima 351.
quomodo soluantur 361
sponsaliorum causæ, effecta ibidem
de Sponsalibus regulæ quænam obseruandæ 351.352.353
Studiosi quales esse debeant 299
studiosorum in discendo officium ibidem. 300.
ornamenta 299
studium quid sit, quotuplex 298
studij causæ, effectus 298
studiorum impedimenta quæ ibidem
in Studijs adolescentum quæ requirantur ibidem
stuprum quid 445
Subdiaconi 131
sufficientia Dei 21.
hominum ibidem
suffragium quid 504
suffragia quibus & quomodo prosint ibidem
superbiæ causæ, effecta, differentiæ 435.436
superbiam ut fugiamus quænam meditanda 435
Superintendens qualis debeat eligi 195.
quis 131.
eius officium 195.
Superintendentem non debere pro arbitrio quidlibet tentare 195.
superstitio an ferenda 410.
in quibus rebus dominetur 411.
quid 410.
unde dicatur ibidem
Susannæ historia 152
superstitionis & religionis discrimen ibidem. causæ, effecta ibidem
superstitiosi cùm à Deo non sint, quomodo ægris medelam præbere possint 412
susurro, detractor, contumeliator, derisor, conuiciator, quid differant 448
Symbolum recitare in colligendis herbis, ad curationem morborū an peccatum sit 413
Symboli Apostolici expositio 275
syndo munda cui Christus inuolutus, quid significet 106
in Syndone munda cur Iudæi suos mortuos sepelierint ibidem
synodus quid, quotuplex 325.
cur indici consueuerit 326
synodorum autoritati quantum tribuendum ibidem
Syrmiense symbolum 513

T

TAbernaculum quid repræsentauerit 96
Tabernaculi mysterium quódnam 58
Tabernaculorum festum cuius rei populum Dei admonuerit 63
taciturnitas quid 317.
eius causæ & differentiæ 317
Temperantia quid, eius causæ, pugnantia, partes integrales, potentiales ibidem
Templarij negotiatores 460
Templum Dei duplex 232.
spirituale ibidem
Templum destructum quid adumbrarit 64
Templi Dei profanatores 132.
liber ibidem
tenebræ quid 551
tentare Christum cur Satan uoluerit 99.
Deū quàm graue sit malum 383.
nos cur Satanæ Deus permittat 100
tentari Deus quot modis dicatur 99.383
tentatio Christi 99.
an necessaria ibidem
tentatio, qua Deus nos dicitur tentare, quid sit, qualis, in quem finem, & quot modis fiat 100.
qua Deus tentatur, quid sit 383.
unde nascatur ibidem.
qua Satan nos tentat, quid, quot modis fiat, &c. 100
tentationis Christi finis 99.
loc ibidem
tentationem Christi in uisione & mentaliter factam esse ibid.
in Tentationem ne nos inducas, quomodo intelligendum 294
tētatione quánam Deus neminem tentet 100
tentationes à dextris & sinistris quid ibid. cur prosint ibidem
tentationem electorum Dei filiorum fines qui sint ibidem
à Tentationibus quomodo liberemur ibidem
tentationibus quósnam Satan maximè uexet ibid.
terrenum regnum Christi 96
terrena bona electi filij Dei cur spernant 91
terrestria quærentes in Christo à Patre Diabolo trahuntur ibid.
Testamentum est iustitia & remissio peccatorum 105
Testamentum nouum cur Græcè scriptum 145.
in Christo Legis & Prophetarū impletio est 48
testamentum quantum ad substantiam attinet, unicum est 72.
quid ibidem
testamentum quomodo Deus ratū fecerit ibidem
testamentum ubi est, ibi testatoris mortem intercedere oportet 105
Testamentum uetus continet libros Legis, Historicos, Propheticos, Hagiographos 148.
cur Hebraice scriptum 145.
uetus & nouum cur dicantur 72
testamenti conditiones ibidem.
noui Canonicorum librorum distributio 153.
significationes uariæ 72.
ueteris & noui discrimen 75.
ueteris libri qui 148
Teutones unde dicti 222
θεανδρικὰ opera, cur dicantur actiones Mediatoris 93
Theodocion in diuina Christi natura hallucinatus. 95
Theodosiani ibidem
Theologicum studium quid 298

Theurgia quid 407
Thronus iudicij & gratiæ 136
Throni cur Angeli quid 188. 13
Thuribulum quid adumbratit 60
Tiaræ significatio 62
Tiberio Imperatore regnante passus est Christus 104
timor Dei in quos non cadat 269. quid, quotuplex ibidem
timor & pœnitentia quid differant 489
timor pœnæ & offensæ quis 269
timoris Dei filialis efficacia ibid.
timorem Dei quare Scriptura præcipiat ibidem
Tobiæ historiæ summa 152
Tractus Dei quo ordine fiat 120. diuinus non habet in omnibus electis parem operationis mensuram 91. ueram libertatem nō adimit ib.
tractus diuini efficacia ibid.
tractus Patris quid, quotuplex 90. totius Trinitatis 91
traditiones ponere quorum sit 416
traditiones quid ibid. quotuplices 495. quomodo seruandæ ibid. quænam sint seruandæ ibid.
traditionum Apostolicarum genera 416. Papisticarum effecta 495. humanarum appellationes 160
trahendi uerbo cur sæpius utatur Scriptura, quàm reuelandi 90
transgressio quid damni attulerit 222
transsubstantiatio refutatur 286
tres quomodo unum sint 659
tribulatio nomine aquæ in Scriptura significatur 35
Triccot 418
Tritico & paleæ cur electi & reprobi conferantur 111
Trinitas tota dicitur iustificare 136
triadis sanctæ mysterium 508
triadis mysterium in prophetarum scriptis adumbratum 510. quibus phrasibus significetur 515. nomen in ecclesia retinendum 663
Trinitatis opera inseparabilia 91
Tritheitarum hæresis 583
triumphans Ecclesia quid 124
tropologica Scripturæ intelligentia 13
Tunica linea quid significarit 602
tunicæ strictæ usus 62
Turcica gens unde 221
de Turcis Ezechielis & Apocalypsis uaticinia ibidem
Turris Domini 132
tyrannos à Deo esse 191

V

VAlachia 220
Valentini Imp. interitus 577
Valentinianorum error 95. 584
Valentinus Platonicus 98. qualem carnem Christo tribuat ibidem
Valli lachrymarum conuenit fletus 103
Vatum prædictiones 190
uelum templi disruptum quid indicarit 64
Veneficorum sanatio an sit expeten da 409
uenereus luxus quid 444
uenerei luxus species ibidem. causæ, effecta ibidem
uenire ad Christum qui dicantur 120
uenter quos trahit filij Diaboli 91
ueniendi uerbi significatio 644
ueniale peccatum quid, quotuplex 474. eius effecta ibid. 475
uenialia peccata in quibus sint ib. quomodo remittantur ibidem. quot modis sint uenialia ibid. in quibus casibus illa non sint uenialia ibidem
Verbum absque Sacramento esse potest, non contrà 79
uerbum apud Deum esse quid 623
uerbum Dei quid 156. quomodo audiendum, & custodiendum 157
uerbum Dei quomodo reuelatum, qua uoce, qua lingua, per quos, quibus, in quem finem 156
Verbum & Sacramenta quænam habeant communia 79. & in quo differant ibid.
Verbum homo factum est cur non dicat Euangelista, sed potius caro 98
Verbum non tantùm inhabitauit in carne 95
Verbum prædicatum, est instrumentum, quo Pater nos ad se trahit 91
uerbi Dei auditorū morbi qui 157. eius effecta ibid. partes, causa 156
uerbi Dei significatio 644
uerbi diuini autoritas & certitudo quib. argumētis confirmetur 157. Ministris nulla uis inest ad gignēdam in nobis fidem 78
uerbi gloria qualis 552
uerbi incarnatio 97
uerbi incarnati quæ sit ratio 552
uerbi prædicatio in adultis Sacramentorum perceptionem præcedere debet 79
uerba quomodo dicantur hominē iustificare 136
ueritas in Deo quotuplex 548
ueritas quid à creaturarum ueritate differat 33
ueritas quid, eius causæ 332
ueritatis Dei efficacia 33. Dei & creaturarum discrimen 548
ueritatem obscurari posse, nunquā autem mutari in mendacium 33
uestiariæ leges 437
uestis nuptialis quæ 436. talaris forma & usus 62
uestes decoræ & indecoræ quæ 437
uestes fideliū & infideliū quæ 436
uestium discrimina 436. 437. luxu sese ostentantes in Templo Sabbatum profanant 56
uestitus uaricolor indicium est inconstantis animi 437
Via mandatorum, cur Dei uia 66
uia uitæ quid, eius nomina, cur stricta uocetur ibid.
uiæ Dei quænam à nobis cognosci possint, & quæ non ibidem. quomodo ibidem
uidere filiū Dei quomodo fiat 641
uiduarum oppressores qui 320
uindicare uelle animi muliebris 457
uindictæ priuatæ quid ibidem
uindictæ priuatæ causæ, effecta ib. priuatam ut effugiamus quænam meditanda ibidem
uinum cur nō licuerit fœminis Romæ bibere 428
uini potus quibus circunstantijs limitetur 379
proprietates sanguini Christi accommodatæ 181. usus quis 378
uirginitas 357
uir quid, quotuplex 244
uiri boni & mali causæ, effecta ibidem
uirtutis uocabulū quomodo Deo, angelis & hominibus tribuatur 657
uirtutes cur Angeli 188
uisio 414
uisio Dei in hac uita imperfecta 641
uisionibus miraculosis omnibus an credendum 190
uita æterna apud Pontificios 509
uita æterna cur gloria Dei uocetur 548
uita æterna in quo consistat 547. 548
uitæ æternæ consequendæ ratio ibidem
uitæ æternæ apud Pontificios causæ ibidem
uitæ gradus tres 534
uitam æternam quomodo aliquis mereatur ibidem
uita animalis quotuplex 244. præsens misericordiæ deputata, futura iudicio 76
uita quid, quotuplex 244
uitæ beatæ summa ornamenta, quę omnes electi post hanc mortalitatem accipient 17
uitæ causæ, effecta 244
uitæ Christianæ formandæ ratio in duobus consistit 344. nostrę breuitas expressa 435
uitam temporalem an Christiano liceat expetere 255
Vlcisci cuius sit 44
ultio diuina cuius nos admoneat ibidem
ultionis diuinæ species ibidem
Vnio Christi personalis 83
ūnionem naturarum duarū in Christo qui impugnārint 275
unctio extrema quid 485. quibus membris adhibenda 486
unctiōis extremę causę, effecta 485. participes qui 486
unctioni quęnam ætas conueniat ibidem
unctionem quando quis accipere debeat ibidem
ungi an cęcus debeat ibidem
unio duarum naturarum in Christo 633
unionitę qui 95. 274
uniri quot modis dicatur 633
unitas quot modis accipiatur ibid.
unus quid significet 631
unum esse quę dicuntur, substantia non differunt 518. quotupliciter dicatur 632
unum esse tres quō probetur 658
uniuersitas quęnam complectatur 6
uocabulorum quorundam Sacræ scriptu-

ſcripturæ matæologia 588
uocatio cauſa eſt iuſtificationis 116.
eſt manifeſtatio electionis 121
uocatio generalis & ſpecialis quotuplex 203
uocationis noſtræ cauſæ opera eſſe non poſſunt 116
uoluntas Dei alia beneplaciti, alia ſigni 23.232.
an omnium rerum cauſa ibidem
uoluntas noſtra quomodo corrupta 90. uoluntatis humanæ facultas quatenus libera eſſe dicatur 115
uoluntati coactio repugnat ibidem. diuinæ cur reſiſti non poſſit 23
uoluntatem Dei facere quid ibidem. Dei quomodo uelimus fieri 293.
Dei unde cognoſcamus 23
uoluntates noſtræ eam habent poteſtatem, quam Deus uult 115.
Dei ſigni & beneplaciti diſtinctæ 232
uotum 339. 340. 502.
unde dicatur, quomodo fieri debeat ibidem
uoti cauſæ 340. 502
uoto an ſe poſſint aſtringere Chriſtiani 339
uota an & quomodo reddenda ibidem
uotorum circumſtantiæ 340
in Votis quæ obſeruanda 340
uouenda quænam ſint 505
Vſura Eccleſiaſtica quæ 460.
Gallica ibidem.
Iudaica quæ 459.
qua diuites & Principes premuntur, an conceſſa ibidem.
quæ fit ex pupillorum & uiduarum pecunia, quatenus ferri poſſit ibidem.
quantum malum ſit, unde diſcamus 641
uſura, qua pro centum quinq; colliguntur, cur ſit conceſſa 454
uſura quid 452. 457.
quotuplex ſit 459. 460
uſuræ cauſæ, effecta 457.
etymologia 458. 462
uſuræ ſunt ſordes 458
uſuram eſſe illicitam multis argumentis confirmatur 462.
intollerabilem cur ſimpliciter omnes pij damnent 459.
non eſſe contractum 462.
non eſſe licitam probatur 458.
non tantùm eſſe in pecunia 457.
ut euitare poſſimus, quæ ſunt meditanda 458.
quibus rationibus damnare poſſimus 461
uſurarum cauſæ 462
uſuras qui ſoluit, an peccet 458.
cur Deus permiſerit Iudeis à Gentibus exigere ibidem
uſurarius ſuper omnes mercatores maledictus ibidem
uſurarij pecunia morſui aſpidis ſimilis ibidem.
ultra diuinam animaduerſionem quibus pœnis digni ibidem
Vxor bona quibus detur 349.
qualis ducenda ibidem
uxorem bonam unde nobis acquiramus ibidem

Z

Zacharias quid, & quando docuerit 150
Zelantium ingenium quale 423
Zelus quid, quotuplex 322. 323
zeli cauſæ ibidem
zelo temeritas abeſſe debet ibid.
ad Zelum ſyncerum quæ requirantur ibidem.

FINIS.

BASILEAE,
PER CONRADVM VVALDKIRCH,
ANNO SALVTIS HVMANAE,
cIↃ IↃ XCIII.


VERBVM TVVM LVCERNA PEDIBVS MEIS

